UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor, Coordinatus, Seu Omnes ...

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-76442

Visual Library



Th. 545a.

G. IX
7

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R. P. D. ANTONINUS

DIANA

PANORMITANUS,

CLERICUS REGULARIS, DOCTOR CELEBERRIMUS,
Coram S. D. N. ALEXANDRO VII. Episcoporum Examinator,
& Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,

COORDINATUS,

SEU OMNES

RESOLUTIONES MORALES,

EIUS IPSISSIMIS VERBIS AD PROPRIA LOCA,
& Materias fideliter dispositæ; ac distributæ.

EDITIO NOVISSIMA, ET AUCTA,
A quamplurimis quibus cæteræ scatebant erroribus purgatissima.

Cui de novo accessit Tomus Decimus, veluti Summa totius Operis, ad commodiorem faciliorémque Theologiæ Moralis Studiosorum usum:

PER V. P. MARTINUS DE ALCOLEA,
Monachum Carthusiensem ex Regali Cœnobio de Paulari.

TOMUS NONUS.



LUGDUNI,
Sumptib. JOANNIS-ANTONII HUGUETAN, & Soc.
M. DC. LXXX.
CUM APPROBATIONE ET PERMISSU.



SYLLABUS TRACTATUUM HUJUS TOMI NONI.

TRACT. I. DE Immunitate Ecclesiæ. Et in calce hujus Tractatus agitur de ejus consecratione, pollutione, & reconciliatione.

II. De Immunitate Ecclesiastica.

III. De Statuto prohibente alienationem bonorum stabilium in Ecclesias, & personas Ecclesiasticas.

IV. De Adoratione, qua Summum Pontificem Catholici venerantur.

V. De Infallibilitate Decretorum Romani Pontificis extra Concilium.

VI. De Potestate Pontificis eligendi sibi Successorem.

VII. De Potestate, & Privilegiis S. R. E. Cardinal. Atque de Collocutionibus, & Scriptionibus vetitis Conclavis tempore.

VIII. Familia Laïca Nuntiorum Apostolicorum Apologetica Disceptatio. Quod idem intelligitur de Familia laïca Episcoporum.

IX. Historico-Theologicus de prisco more eligendi Episcopos contra quosdam Pseudo-Sorbonistas.

X. Historico-Theologicus de Numero Electorum Imperatoris non augendo, vel minuendo, inconsulto Summo Pontifice.

XI. De Jure Protectionis, seu Clientelæ.

XII. De Potestate Pontificis ornandi Principes laicos Titulo Regio.

XIII. De Principum Christianorum Fœderibus cum Turcis, vel Hæreticis.

XIV. De Libertate Conscientiæ, an possint illam Principes Christiani, inconsulto Summo Pontifice, concedere Hæreticis.

LICEN

LICENTIA.

NOS Frater Joannes Prior Carthusiæ, ac totius Ordinis Carthusiensis Minister Generalis, concedimus facultatem V. P. D. Martino de Alcolea, Monacho Carthusiæ de Paulari, Professo, tradendi Typographo Dianam Coordinatum, seu Resolutiones Morales Reverendi Patris Antonini Dianæ, ad propria loca per eum distributas, & in plures Tomos digestas, ut typis mandentur, ac in lucem edantur, si ita videbitur iis, ad quos ea cura spectat ex sacro Concilio Tridentino, Pontificiisque ac regiis Decretis. Dummodò id fiat absque expensis & gravamine Domus, ac disciplinæ nostræ regularis detrimento. Datum Carthusiæ sub Chirographo ac Sigillo nostro 16. Maij 1658.

FR. JOANNES *Prior Carthusiæ.*

REGII PROCURATORIS CONSENSUS.

PRo Rege assentio, ut liceat JOAN. ANT. HUGUETAN, Bibliopolæ Lugdunensi, typis mandare R. P. ANTONINI DIANÆ Opera Coordinata per R. P. MART. ALCOLEAM, in decem Tomos distributa, concessis impetranti inhibitionibus ad quinquennium computandis, à die finitæ Impressionis. Datum Lugduni 1. Decembris 1674.

VAGINAY.

PERMISSIO.

FIat juxta Conclusiones Procuratoris Regij, anno & die supradictis.

DESEVE.

Desiit excudi 3. Novembris 1679.



INDEX

INDEX.

Tractatuum & Resolutionum huius Tomi noni.

Vltimus numerus paginam indicat.

TRACTATVS I.

De Immunitate Ecclesiæ Et in calce huius Tractatus agitur de eius consecratione, pollutione, atque reconciliatione. pag. 1.

1. AN Immunitas Ecclesiæ sit ex iure Diuino? Et ex Doctrina huius quæstionis infertur, quod sint reprobanda consuetudines contra Immunitatem Ecclesiarum, cum sint non solum contra ius Canonicum, sed etiam contra ius diuinum. Ex part. 4. tr. 1. ref. 44. ibid
2. Refelluntur aliqua argumenta à Sarpo adducta contra Ecclesiarum Immunitatem, quam non habuisse originem ab Imperatoribus demonstratur. Et quæritur an violantes illam possint ab Episcopo absolui? Et discutitur, an Indices violantes illam incidant in Bullæ Cœnæ censuram? Et an excommunicatio contra lædentes Immunitatem Ecclesiarum non sit lata, sed ferenda, explanatur. Ex part. 6. tr. 1. ref. 34. p. 2
3. An Constitutio Gregorij XIV. de Immunitate Ecclesiarum deroget iuri communi, & consuetudinibus? Ex part. 1. tr. 1. ref. 1. p. 4
4. An ad incurrendam excommunicationem huius Bullæ sufficiat actus attentatus? Et an ad hoc non sufficiat sola cogitatio extrahendi, sed requiratur, quod sit deuentum ad aliquem actum exteriorem? Ex p. 1. tr. 1. r. 15. ib.
5. An Indices, vel alij contrauenientes huic Constitutioni sint ab Episcopo absoluendi, vel talis excommunicatio sit Summo Pontifici reseruata? Et an hæc excommunicatio reseruetur in Bulla Cœnæ? vel solum excommunicentur statuentes aliquid contra libertatem Ecclesiasticam? Ex part. 1. tr. 1. ref. 41. p. 5.
6. Quanam Ecclesia tribuat confugientibus Immunitatem? Et an Ecclesia non perfecte constructa, porticus Ecclesiæ, scala ipsius, turris Cymbalorum, hortus, & similia, & omnis habitatio quoad totam suam fabricam coniunctam gaudeant Immunitate, quamuis sit polluta, vel interdicta, aut destructa, si adsit spes reædificationis? Et an domus Seminarij, domus puellarum, & orphanorum authoritate Episcopi fundatæ, domus Clericorum in communi viuentium; & Oratoria Confraternitatum gaudeant suprà dicta Immunitate? Ex part. 6. tractat. 1. ref. 1. ibid.
7. An fines Ecclesiæ per aliquem circuitum gaudeant Immunitate? Et an domus Clericorum iuncta Ecclesiæ, vel intra triginta, aut quadraginta passus constructa, gaudeat Immunitate? Et an domus Ecclesiæ intra eius confines existens non obstante quod sit laicis locata, gaudeat Immunitate? Et quid, si concessa tamen sit laicis ad Emphyteusim, an gaudeat dicta Immunitate? Ex p. 6. tr. 1. resol. 2. p. 7.
8. An Cœmeteria, Hospitalia, Monasteria, & Grangiæ Religiosorum secundum illud, quod septum est, gaudeant Ecclesiarum Immunitate; quamuis Cœmeteria sint polluta, vel interdicta, atque ab Ecclesia separata, & quid de eius ostio, & porticu? Et an delinquens si capiatur per aliquam pallij partem, vel per pedem extra locum sacrum existentem, alium vero pedem, & caput in Ecclesiam habens gaudeat Immunitate? Et quid de illo, qui manibus apprehendit ferrum, vel valuam Ecclesiæ. Ex part. 6. tractatu 1. resolut. 6. p. 9.
9. An Campanile Ecclesiæ, etiam si sit ab ea disiunctum, gaudeat eius Immunitate? Et an Cœmeterium disiunctum ab Ecclesia gaudeat eius Immunitate? Et docetur Oratoria priuata domorum non gaudere Immunitate? Ex part. 4. tr. 1. ref. 108. p. 10
10. An qui adhæsit ostio clauso Ecclesiæ, gaudeat Immunitate? Idem dicendum est de tangentibus parietes Ecclesiæ. Et quid dicendum, si aliquis confugiat suprà tectum Ecclesiæ? Idem dicendum est de tecto Palatij Episcopalis, domorum Canonicorum, Monasteriorum, Hospitalium, & aliorum locorum huiusmodi? Ex part. 6. tractatu 1. resolut. 3. p. 11.
11. An fugiens à birruariis, si parietem Ecclesiæ partis exterioris tangat, vel fuerit amplexus, gaudeat Immunitate? Et an si quis confugiat suprà tectum Ecclesiæ, gaudeat eius Immunitate? Ex part. 3. tr. 1. ref. 73. p. 12.
12. An si quis à satellitibus fugiens intraret in cubiculum ægrotantis, vbi ad ipsum communicandum Sacerdos cum SS. Sacramento aduenisset, & ibi à dictis birruariis comprehensus fuisset ante quam Sacerdotem tangeret, an is, inquam, Immunitate gaudeat? Et supponitur reum tangentem Sacerdotem, qui Eucharistiam deferret, gaudere Immunitate Ecclesiæ, neque capi posse, & si capiatur restituendus erit. Et quid, si se commiscuerit inter illas personas, quæ per plateas associant Venerabile Eucharistiæ Sacramentum? Et notatur, quod confugiens ad Sacerdotem portantem oleum Sanctum infirmis, non gaudet Immunitate Ecclesiæ. Ex p. 1. tract. 1. resolut. 28. ibid.
13. An reus confugiens ad Reliquias Sanctorum, vel ad eorum Imagines, quæ per plateas processionaliter circumferuntur, gaudeat Immunitate? Et quid, si apprehendat Sacerdotem ambulantem? Ex part. 4. tr. 1. ref. 48. p. 13.
14. An Palatia Illustrissimorum Cardinalium gaudeant Immunitate? Ex part. 1. tr. 1. ref. 37. ibid.
15. An Cardinalium domus gaudeat priuilegio Immunitatis? Ex part. 5. tract. 2. ref. 33. ibid.
16. An Palatium Episcopi Titularis gaudeat Immunitate? Et infertur Palatium Episcopi commorantis extra Diœcesim, & Palatia Cardinalium, vbicumque ipsi extra Romam existant, gaudere priuilegio Immunitatis. Ex part. 6. tractatu 1. ref. 5. ibid.
17. An reus confugiens ad Palatium Episcopi, quod non sit intra confines, & quadraginta passus, sed lon-

Et ab Ecclesia distet, gaudeat Immunitate? Et quid si in illo non adsit Oratorium, in quo Diuina celebretur Sacrificium? Et notatur, quod hac Immunitas extenditur alas casas de algunos Embaxadores de la corte Ex part.1.tr.1.ref.27.p.15.

18. *An Palatia Episcopi vltra quadraginta passus ab Ecclesia distantia, gaudeant Immunitate, si non habeant Oratorium, in quo Missa celebretur? Et an hac Immunitas extendatur ad Palatia Episcopi, ipso mortuo, vel absente, dummodo non fuissent alteri locata?* Ex p.4. tr.1.ref.96.ibid.

19. *An Palatia Episcoporum gaudeant Ecclesia Immunitate? Et quid dicendum, si Palatium Episcopi non habeat Oratorium pro celebratione Missa? Et an hoc priuilegio gaudeant Palatia Episcopi, etiam si Episcopus sit absens, vel mortuus? Et an domus Episcopi, quando in visitatione per suam Diœcesim transcurrit, gaudeat hac Immunitate?* Ex part. 6. tr.1. resolut.4. ibid.

20. *An Palatia Episcoporum extra eorum Diœcesim gaudeant Immunitate? Et an Palatia Cardinalium extra Vrbem existentium dicta Immunitate gaudeant? Et an Palatia Episcoporum etiam sine Capella, & distantia ab Ecclesia extra 40. passus, gaudeant Immunitate?* Ex part.4. tr.1. resolut.40.p.16.

21. *An domus Parrochorum, Canonicorum, & aliorum Ecclesiasticorum existentes prope triginta passus Ecclesiæ gaudeant eius Immunitate etiamsi habitentur à laicis? Et notatur, quod nomine passus intelligitur mensura quinque pedum, pes autem complectitur mensuram quindecim digitorum.* Ex part.3.tr.1.ref.71.ibid.

22. *An Collegium de propaganda Fide, & similia gaudeant Ecclesiæ Immunitate? Et an Seminaria gaudeant priuilegio Immunitatis? Et an rei confugientes ad Ecclesiam, & tangentes tantum eius parietes exteriores; gaudeant Immunitate Ecclesiæ? Idem est de tangentibus murum extrinsecum dictarum domorum, hortorum seminariorum, &c. Et cursim docetur tectum Ecclesiæ, Monasteriorum Immunitate gaudere. Et an sub nomine Grangiæ Religiosorum intelligatur Villa etiam illa cum Capella, in qua Religiosi recreationis causa, & gratia adeuntes, vel ibi commorantes celebrant. vnde reus confugiens ad dictam Capellam gaudeat Immunitate Ecclesiæ?* Ex part.10.tractatu 15. & Misc.5.ref.38.p.17.

23. *De aliquibus Ioannis Sancij opinionibus circa Immunitatem Ecclesiarum.* Ex part.1. tr.1. ref.39.ibid.

24. *An qui commisit grauia delicta extra homicidium, & mutilationem, in Ecclesiis, vel Cœmeteriis, hac Immunitate gaudeat?* Ex p.1.tr.1.ref.2.p.18.

25. *An post Bullam Gregorij XIV. gaudeat quis Immunitate Ecclesiarum, si committat aliquod delictum enorme non exceptuatum in dicta Bulla? Et in textu huius Resolutionis adducuntur aliqui diuersi casus pro praxi suprà dicta quæstionis.* Ex part.5.tractat.1. resol.2. ibid.

26. *An Immunitas Ecclesiarum neganda sit aliquibus reis, etiam si non commiserint delicta in iure exceptuata? Et an Clerici gaudeant Immunitate Ecclesiarum, vt laici? Et Sacerdos, v.g. indutus cotta, & stola extra Ecclesiam, precedente Cruce ad efferendum defunctum, vel Sacramentum Extremæ Vnctionis, vel Eucharistiam ad infirmum, possit capi à satellitibus de licentia Episcopi?* Ex part.6. tractatu 1. resol.25. p.19.

27. *Enumerantur aliqua delicta, qua contra opinionem Sarpi gaudere debent Ecclesiarum Immunitate. Notantur aliqui ex quatuordecim casibus, qui in corpore huius Resolutionis explanantur, quia sæpius contingere possunt in praxi.* Ex part.6. tractat. 1. resol. 26. p.21.

28. *Quænam personarum conditio, & quodnam delicti genus loco sacro protegi, aut nonprotegi possint?* Ex p.6. tr.1.ref.7.p.23

29. *An blasphemantes Deum, & B. Virginem gaudeant Immunitate Ecclesiarum? Et quid de Hæretico, vel de quocumque alio de hæresi suspecto?* Ex part.4. tr.1. ref.51.p.25.

30. *An violantes Ecclesias, frangentes fores, vel comburentes eas, gaudeant Immunitate?* Ex part. 1.tract. 1. ref.21.ibid.

31. *An incendiarij priuandi sint Ecclesiarum Immunitate? Et qui comburit fores Ecclesiæ ad eam depradandam, an gaudeat dicta Immunitate?* Ex par. 6. tr. 1. ref.26.ibid.

32. *An deflorantes Moniales, & raptores Virginum gaudeant Immunitate Ecclesiæ? Et quid etiamsi reus defloraſſet Monialem in ipsa Ecclesia Monastery?* Ex part.1. tr.1.ref. 43.p.26.

33. *An raptores Virginum sint excludendi ab Immunitate Ecclesiæ? Et deducitur deflorantem Monialem gaudere priuilegio Immunitatis.* Ex part.6.tract.1.ref. 14.ibid.

34. *An Clerici gaudeant Immunitate Ecclesiarum, ita vt ad Ecclesiam confugientes pro criminalibus non exceptis in Bulla, ab eorumdem iudicibus Ecclesiasticis inuitè extrahi non possint ab ea?* Ex part.1.tract.1.resolut.24. p.27.

35. *An Clerici confugientes ad Ecclesiam gaudeant Immunitate?* Ex part.3.tract.1. resol.35.ibid.

36. *An Religiosi gaudeant dicta Immunitate, itavt eorum Superiores non possint extrahere illos ab Ecclesiis, & quid, si delinquant in propriis Monasteriis?* Ex part.1. tract.1.ref.25.p.28.

37. *Quidam Religiosus effregit carcerem sui Monasterij, & aufugit in alienam Ecclesiam, vel Monasterium, quæritur quid faciendum? Et an cognitio pro dicta Immunitate in quocumque casu, & euentu semper pertineat ad Episcopum? Et supponitur Religiosos gaudere Immunitate Ecclesiæ, siue propriij, siue alieni Monasterij; Idem quod dictum est de Religiosis dicendum est de Monialibus, & puellis, qua in eorum Monasteriis educantur, qua gaudent Immunitate in propria Ecclesia, & Monasteriis aliorum Ordinum, sed non item intra suum Monasterium, sicuti omnes Religiosi gaudent dicta Immunitaee.* Ex p.10.tract.14.& Misc.4.ref.32.aliàs 30. ibid.

38. *An Regularis occidens suum Generalem gaudeat Immunitate Ecclesiarum?* Ex part,7.tract. 11. & Misc.2. ref.37.p.29.

39. *An Apostata à Religione gaudeat Immunitate Ecclesiæ? Non autem in Ecclesiis, & Monasteriis eiusdem Religionis, à qua apostatauit, sed in aliis?* Ex p.1. tr.1. ref.23.ibid.

40. *An qui vehementer suspectus est de hæresi, gaudeat Immunitate Ecclesiæ?* Ex part.1.tr.1. ref.38.p.30.

41. *An Hæreticus, non solum ob hæresim, verum etiam ob alia delicta distincta ab hæresi, careat Immunitate Ecclesiarum?* Ex part. 1.tr.1. ref.29.ibid.

42. *An Hæreticus quoad alia delicta gaudeat Ecclesiarum Immunitate? Idem dicendum est de Schismaticis Apostatis, & fautoribus Hæreticorum, &c.* Ex part. 6. tract.1.ref.24.ibid.

43. *An Iudæus, Paganus, Sarracenus, & quilibet Infidelis gaudeat Immunitate Ecclesiæ?* Ex part.1.tract.1.ref.22. p.31.

44. *An Infideles, Iudæi, &c. gaudeant Immunitate Ecclesiarum?* Ex part.4.tr.1. ref.50. ibid.

45. *An Iudæi, & alij Infideles, si confugiant ad Ecclesiam, gaudeant Immunitate? Et docetur, quod super Immunitate Ecclesiastica seculares Principes nil statuere possint; vnde in materia Immunitatis ius Canonicum,*

cum, & non Ciuile seruandum est. Ex par. 6. tr. 1. resol.23.ibid.

46. *An offendentes personas Cardinalium gaudeant Immunitate Ecclesiarum, maxime post Bullam Gregorij XIV. Ex quo infertur, an offendentes quoscumque Consiliarios, licèt intimos Principum sæcularium gaudeant Ecclesiarum Immunitate?* Ex part. 5. tract. 2. resolut.86.p.32.

47. *An mandantes offendi Cardinales, si effectus non sequatur, incurrant in excommunicationem Bullæ Cœnæ, & priuentur Immunitate Ecclesiarum? Et notatur eum, qui offensionem nomine suo factam Cardinali ratam habet, Immunitate Ecclesiarum non gaudere, præter incursionem excommunicationis latæ contra eum in Bulla Cœna.* Ex part. 5.tr.2. ref.87.p.33.

48. *An non renelantes læsæ Maiestatis crimen in Cardinales perpetratum, gaudeant Immunitate Ecclesiæ? Idem dicendum est de non renelantibus crimen læsæ Maiestatis in personam Principis.* Ex part.5.tract.2.ref.90. ibid.

49. *An receptatores, & defensores interficientium Cardinales incurrant in excommunicationem Bullæ Cœnæ, & non gaudeant Immunitate Ecclesiæ? Sed difficultas est, an dicti receptatores, &c. incidant in censuram latam in cap.Felices de pœnis in 6. Et an licèt excusetur ab excommunicatione, qui Clericum turpiter inuentum in continenti percuteret, idtamen non satis videtur in percutientem Cardinalem, Episcopum, & alios Prælatos expressos, &c?* Ex part. 5.tr.2. ref.91. ibid.

50. *An reus criminis læsæ Maiestatis humanæ debeat gaudere Ecclesiarum Immmunitate? Et quid dicendum, si vxorem, filios, fratres Regis, Consiliarios, Proreges, &c. qui offendit? Et quid, quando coniuratio, conspiratio, machinatio, conuenticula, seditiones, & similia, &c. non essent facta circa personam Principis, licet talia crimina reducerentur ad læsam Maiestatem? Et an sciens, non reuelans crimen læsæ Maiestatis in ipsam personam Principis gaudeat Immunitate?* Ex part.6. tractatu 1. resolution.18. p. 34.

51. *An committentes crimen læsæ Maiestatis in Personam Principis Superiorem recognoscentis gaudeat hac Immunitate?* Ex part. 1. tr.1.ref. 6.p.35.

52. *An rebellis, vel qui offendit statuas, vel Imagines Principis dicatas, gaudeat Immunitate? Et an cudentes falsam monetam, offendentes eum, qui habet saluum conductum, tractantes de faciendo Rege, ipso viuente, expoliantes Nuntios Regis, vel alicuius Principis, vt arcana Regni scirent; & similia perpetrantes gaudeant Immunitate? Et quid dicendum, si aliquis crimen læsæ Maiestatis committeret in personam Principis, si non est ei subditus ratione Originis aut domicilij? Et an vero, qui sciunt machinationem contra personam Principis, & non reuelantes gaudeant Ecclesiarum Immunitate?* Ex part. 1.tract. 1. ref.7. ibid.

53. *An gaudeat Immunitate Ecclesia coniurans seu machinans, vt tradat inimicis Regnum, Ciuitatem, &c.* Ex p.4.tr.1. ref.103.ibid.

54. *An si quis occidat Fiscalem Regium, vel Præsidem iustitiæ, gaudeat Immunitate Ecclesiæ? Et quid, si aliquis occidat Episcopum vel Cardinalem?* Ex part.1. tr.1.ref.20.p.36.

55. *An Monetarij gaudeant Immunitate? Et an idem dicendum sit de tonsoribus Monetarum, quod de cudentibus?* Ex part.6.tr.1.ref.19.ibid.

56. *An fraudentes Regia tributa gaudeant Ecclesiarum Immunitate? Et an gaudeat Immunitate obligatus ad reddendum ratiocinia ratione alicuius administrationis, vel tutelæ? Idem est dicendum de Officiali Regio debitore ex causa Syndicatus?* Ex part.6.tract.1.ref.20. ibid.

57. *An fures debeant Immunitate Ecclesiarum gaudere, etiam in Ecclesia furantes Pyxidem SS. Eucharistiæ Sacramenti? Et an saltem ex consuetudine licitum sit extrahere fures simplices ab Ecclesia? Et an saltem fures, qui cum furto ad Ecclesiam confugiunt, & intra Ecclesiam illud contractauerint, gaudeant eius Immunitate? Et notatur, quod reus non potest in Ecclesia spoliari à iudice laico re furata, quam secum traxit, sed recurrendum est ad iudicem Ecclesiasticum. Et an furantes, & alij delinquentes in Ecclesia capi possint ab Ecclesiasticis Ministris, etiam extra Eccelesiam? Et docetur consensu Clericorum in aliquam consuetudinem, quando adest libertatis præiudicium, nihil operari?* Ex part.6. tractatu 1. resol.9. p.37.

58. *An publici latrones, & grassatores viarum gaudeant Immunitate? Et quid, si semel, vel bis in via publica, & cum violentia quis deprædetur? Et quid est dicendum de diurnis agrorum depopulatoribus, quia de diuturnis non est difficultas; & de captiuantibus personas, & eas componentibus in quocumque loco an gaudeant dicta Immunitate?* Ex part.6.tractatu 1.resol.15. p.38.

59. *An qui commisit peccatum nefandi gaudeat Immunitate Ecclesiarum?* Ex parte 4.tractatu 1. resol.45. p.39.

60. *An Mercator, qui fraudulenter decoxit, gaudeat Immunitate? Et an simplices debitores, qui sine causa criminis confugiunt ad Ecclesiam, gaudeant Immunitate? Idem dicendum est de debitore publico, exactore tributorum, & debitore ex causa administrationis, & redditionis rationum, & de obligato ad ratiocinia publica, vel de officiali debitore ex causa Syndicatus.* Ex part.1. tr.1.ref.32.p.40.

61. *An decoctores, vulgo dicti* Falliti, *gaudeant Immunitate? Et an debitores fraudulenti ad Ecclesiam cum bonis confugientes non debeant ibi multo tempore tolerari, sed ab Ecclesia sint eiiciendi?* Ex part.6.tr.1. ref. 17. ibid.

62. *De quibusdam Epistolis Clem. VIII. circa debitores fugitiuos, bannitos, fures, &c. circa Immunitatem Ecclesiarum, & existentes in Monasteriis.* Ex part.3. tract.1. resol.40.p.41.

63. *An bannitus, si steterit in Ecclesia suæ patriæ, intelligatur exilium fregisse? Ex quo deducitur, an Episcopi habeant territorium?* Ex part. 4. tractat.1. resol. 92. ibid.

64. *An exules, seu banniti confugientes ad Ecclesiam gaudeant eius Immunitate, si non commiserint delicta in iure exceptuata? Et an non solum capi, atque extrahi ab Ecclesia non possit bannitus, sed nec etiam possit occidi, non obstante quod ex forma statuti, aut ex alio capite possit impune occidi? Et an in tali casu occidens bannitum in Ecclesia incurrat in excommunicationem Gregorij XIV. contra contrahentes ab Ecclesia? Et cursim explanatur exulem nec humari quidem posse in Ecclesiis? à quibus arceatur exilij sententia. Et discutitur, quod licet Ecclesia dicatur esse in territorio Principis sacularis, non tamen proprie dicitur esse de eius territorio.* Ex part.6. tract.1. ref.21.ibid.

65. *An frangentes carceres, & inde ad Ecclesias confugientes, gaudeant Immunitate? Et an carceratus à custode relaxatus sub fide, seu iuramento de reddendo, si non rediens, & ad Ecclesiam fugerit, gaudeat Immunitate, etiam si carceratio sit iusta? Idem dicendum est de damnato ad triremes, & inde ad Ecclesiam confugiente.* Ex part.3.tract.1.resol.37. p.42.

66. *An damnatus ad trimeres in vita, vel ad tempus, si confugiat ad Ecclesiam, gaudeat ejus Immunitate?* Ex part.1.tract. 1.ref.40.ibid.

67. *An damnatus ad trimeres fugiens ad Ecclesiam gaudeat eius Immunitate? Idem dicendum est de condemnato ad verbera. Et an ductus ad vltimum supplicium, licèt seruus pœnæ efficiatur, si tamen ad Ecclesiam confugerit, illius gaudeat Immunitate? Et Mercatores dolosi fracti, vulgo* que se hazen quebraditos, *si ad Ecclesiam confugerint, an sint ab illa extrahendi?* Ex part.4.tr.1. ref.47.p.43.

68. *An damnati ad trimeres gaudeant Immunitate? Et an reus è carcere confugiens ad Ecclesiam gaudeat eius Immunitate? Et cursim infertur damnatum ad mortem, si cum ad supplicium deduceretur, & se eximens e manibus satellitum ad Ecclesiam confugeret, eius gauderet Immunitate?* Ex part.6. tract.1.resolut.22. ibid.

69. *An servi, si fugiant ad Ecclesiam propter savitiam Dominorum gaudeant eius Immunitate? Et an in aliquo casu Ecclesia possit compellere Dominum seruum vendere? Et quid dicendum de seruis Infidelibus non solum quoad gaudendum Immunitate, sed etiam in ordine ad judicem?* Ex part.7.tr.7.ref.60.aliàs 59.p.44.

70. *An qui deliquit prope Ecclesiam sub spe confugiendi ad eam, gaudeat postea ipsius Ecclesiæ Immunitate?* Ex part.1.tr.1.ref.3.ibid.

71. *An qui deliquit prope Ecclesiam sub spe confugiendi ad eam, gaudeat eius Immunitate? Idem dicendum est de illo, qui sub dicta spe occidit aliquem in scalis, porticu, & Sacristia Ecclesiæ?* Ex par.6. tract.1. ref.10. ibid.

72. *Quis homicidium commisit in scalis Ecclesiæ & postea inventus est in Ecclesia? quæritur, an gaudeat Immunitate? Idem dicendum est, si quis occiderit aliquem in atrio, seu portali, & super tectum, vel ostium Ecclesiæ.* Ex part.3. tr.1. ref.39. p.45.

73. *An existens in Ecclesia mandans homicidium extra illam committi, vel existens extra Ecclesiam mandans intra illam homicidium committi, gaudeat hac Immunitate?* Ex part.1.tract.1. resolut.10. part.46.

74. *An existens in Ecclesia, vel aliquo Monasterio, & ex fenestra pilam tormentariam iecit in alium extra Ecclesiam existentem, & illum occidit, gaudeat Immunitate? Et è contra, an ille, si existens extra Ecclesiam occideret existentem in Ecclesia, gaudeat eius Immunitate? Et an gaudeat tamen Immunitate ille, qui vulneraret aliquem in Ecclesia, etiam cum sanguinis effusione sine tamen alicuius membri mutilatione?* Ex part.1.tr.1.ref.9.ibid.

75. *An qui in Ecclesia committit homicidium, vel membrum mutilavit, non deliberate, sed accidentaliter, & ex calore iracundiæ, & provocationis, gaudeat Immunitate? Et quid, si vulnerat aliquem in Ecclesia extra membrorum mutilationem, an gaudeat Immunitate?* Ex part.1. tract.1.ref.11.ibid.

76. *An qui ex subita rixa, & occasione occidit, vel mutilavit aliquem in Ecclesia, gaudeat eius Immunitate? Et an qui vi, dolo, & fraude aliquem ex Ecclesia extraxerit, & extractum eum occidit, gaudeat Immunitate? Et an existens in Ecclesia, & mutilans, vel occidens existentem extra Ecclesiam, gaudeat eius Immunitate?* Ex part.4. tract.1. resol.107. ibid.

77. *An occidens Clericum gaudeat Immunitate? Et an qui commisit Sacrilegium, vel sit excommunicatus, gaudeat Ecclesiæ Immunitate?* Ex part.1. tr.1. ref.34. pag.34.

78. *An occidens, vel percutiens Clericum, aut Religiosum, & commisit Sacrilegij crimen, gaudeat Immunitate Ecclesiarum?* Ex part.4. tractatu 1. resolu. 68. ibid.

79. *An si quis occidat aliquem Appẽsate, & animo præmeditato, sit privandus Ecclesiæ Immunitate? Et quid dicendum, stando in terminis iuris communis?* Ex part.6. tr.1.ref.13.p.48.

80. *An qui occidit inimicum ex præmeditata animi deliberatione* Apostadamente, *vt vulgo dicitur, atque ex industria, non autem proditorie, seu per insidias, gaudeat Immunitate?* Ex part.1. tract.1. resolut.33. ibid.

81. *An qui occidit inimicum non proditorie, sed per insidias gaudeat Immunitate? Et notatur, quod per homicidium proditorium intelligitur illud, vbi nullus cum occiso præcedebat rancor, sed potius simulabatur amicitia, vnde non dicitur proditor, qui occidit inimicum suum à tergo, vel è fenestra cum archibusio.* Ex p.1. tr.1.ref.5.p.49.

82. *An qui occidit amicum reconciliatum, tanquam proditor careat Immunitate?* Ex part.1. tr.1. resolut.35. ibid.

83. *An qui occidit inimicum, cui fideiussionem dederat de non offendendo, gaudeat Immunitate Ecclesiarum? Et an iudex secularis teneatur delinquentem restituere Ecclesiæ ab illa cum licentia Episcopi abstractum, si constet postea reum non commisisse delictum in Bulla exceptuatum? Idem dicendum est, si suasionibus vel blanditiis reus fuit inductus, vt ab Ecclesia exiret. Et an delinquens ab Ecclesia extractus, si à carceribus aufugiat & iterum captus est in loco non immuni, adhuc Ecclesiæ restituendus sit?* Ex part.4. tractatu 1. resolut.34. ibid.

84. *An qui proditorie occidit Infidelem, gaudeat Immunitate Ecclesiæ; Et an occidens Infidelem pretio conductus non sit assassinus, & gaudeat Immunitate Ecclesiæ;* Ex part.4. tractatu 1. resolut.105. p.50.

85. *An qui conductus pecunia occidit inimicum mandantis, præsente ipso mandante, gaudeat Immunitate Ecclesiarum? Et quid de mediatore assassini;* Ex part.4. tr.1. ref.109.ibid.

86. *An mediator assassini gaudeat Immunitate Ecclesiarum;* Ex part.4. tract.1.ref.33.ibid

87. *An reus, qui attentavit occidere aliquem proditoriè, effectu & morte non sequuta, gaudeat Immunitate? Et quid de illo, qui tentavit assassinium; etiam non sequuto effectu? Et notatur quod, vt quis tanquam assassinus non possit vti privilegio Immunitatis, opus est, vt interveniat mandatum ad occidendum, nam ex mandato ad vulnerandum tantum, etiam mediante pecunia non committitur assassinium. Et an gaudeat Immunitate, qui ex mandato alterius, pecunia mediante, occidit communem inimicum, vel qui præsente ipso mandante, occidit aliquem; Et an sit assassinus, qui per preces & alios respectus occidit aliquem;* Ex part.1. tractatu 1. ref.18. p.52.

88. *An assassinus gaudeat Immunitate, etiam homicidio non sequuto; Et an in occisione Infidelis detur assassinus, vel necessarium sit, vt occisus sit Christianus? Et notatur mandantem non dici assassinum. Et an sit assassinus qui promisit occidenti aliquod se ab eius Patre pro ipso officium obtinere; Et an dicatur assassinus, qui animo complacendi tantum, alicui homini homicidium perpetravit; Et an non sit assassinus, qui accepta ab aliquo pecunia occidit communem inimicum, vel si recepta pecunia aliquem interfecisset, præsente ipso mandante; aut qui promissionem vel oblationem pro homicidio non acceptavit, vel si accepit parvam quantitatem pecuniæ, aut quando promissio*

promissio pretij, vel mercedis non fuit certa, & specifica? Et an sit assassinus, qui promisit dare sicario aliquam in vxorem? Et an mediator assassini gaudeat Immunitate? Ex part.6.tr.1.res.11.p.52.

89. An qui voluit occidere aliquem proditorie, & deuenit ad actum proximum, sed casu non occidit, gaudeat Immunitate? Ex p.1 tra.1.res.4.ibid.

90. An qui proditorie conatur aliquem occidere, si mors non sequatur, gaudeat Immunitate? Et quid dicendum de illo, qui veneno aliquem occiderit, cum quo nulla praecessit inimicitia, secus autem si inimicitia praecessit? Et quid de illo, qui sclopo à tergo, dormientem, vel per insidias inimicum occiderit, an gaudeat Immunitate? Et an gaudeat Immunitate, qui aliquem per insidias deduxit, vt ab alio occidatur, & ille deductus occisus est? Et explanatur, quod sit homicidium proditorium Ex part.6 tr.1.res.12.p.53.

91. Verum, si quis veneno occideret aliquem, gaudeat Immunitate? Ex part.1.tr.1.res.36.p.54.

92. An qui in duello inimicum occiderunt, gaudeant Ecclesiæ Immunitate? Ex p.4 tr.1.res.6.

93. An occidens fœtum animatum cum aliqua potione, gaudeat Immunitate Ecclesiæ? Et an concubinarius potionem concubinæ, vel adulteræ, tradendo ad effectum faciendi abortum fœtus animati gaudeat Immunitate? Ex part.3.tr.1.res.72 p 55.

94. An qui procurauit abortum fœtus animati, sequuto effectu, gaudeat Immunitate? Ex part.7.tr.5. res.42.ibid.

95. An testis, qui sua falsa depositione fuit causa, vt quis morti traderetur, fugiens è fracto carcere in Ecclesiam, Immunitate gaudeat? Et quid, si in dicto casu testis mediante pecunia corruptus falsum deposuerit propter quam falsitatem reus condemnatus est ad mortem, nam talis in hoc casu dicetur assassinus, ideo an talis testis gaudeat Immunitate? Ex part.1.tr.1.res.19.ibid.

96. An testis, qui pretio falsum deposuit; Vnde innocens damnatus fuit ad mortem, gaudeat Immunitate? Idem dicendum est de iudice, qui pecunia corruptus innocentem ad mortem damnauit. Et quid dicendum, si in suprà dicto casu testis falsus deponat sine pecunia mediante, an priuetur Immunitate tanquam occidens aliquem proditorie? Ex part.4.tr.1.res.104.ibib.

97. An qui proditorie vulnerauit, si mors sequuta non fuerit, gaudeat Immunitate? Et an Mercatores decocti gaudeant Immunitate Ecclesiarum? Et an Apostata à Religione gaudeant Immunitate Ecclesiæ: Ex part.4.tr.1. res.83.p.56

98. An qui ex proposito, & sub specie amicitiæ proditorie alapam alicui viro Nobili inferret, vel cum fustibus eum percuteret, gaudeat Immunitate Ecclesiæ? Et ex doctrina huius quæstionis cursim inferuntur alij casus, qui latius, & specialiter in hoc nouo ordine supra sunt in suis propriis Resolutionibus discussi, & ideo tantum quæritur, an Simoniaci absque tamen errore in intellectu, nam isti essent Hæretici, gaudeant Immunitate Ecclesiæ? Ex part.1.tr.1.res.31.ibid.

99. An confugiens ad Ecclesias gestando secum sclopetones, seu archibusetos, gaudeat Immunitate? Et quid dicendum, si alicubi consuetudo esset in contrarium? Et an furantes in Ecclesia res alienas, imo furantes etiam res sacras etiam in templo gaudeant dicta Immunitate? Et quid, si rem furto sublatam postea intra Ecclesiam contrectauerint? Et an satellites possint auferre arma prohibita ab illo, qui in Ecclesiam confugit, & se abscondit. Ex part.1.tr.1. res.17.ibid.

100. An qui confugit ad Ecclesiam armatus, gaudeat eius Immunitate, Et an possit reus in Ecclesia spoliari armis prohibitis, vel bonis furatis per ministrum vel iudicem laicum? Ex part.6.tr. 1. res. 8.p.57.

101. An ministri laicæ iurisdictionis possint in Ecclesia auferre reo arma prohibita: Et an satellites possint per vim auferre rem furtiuam è manibus furum etiam in Ecclesia existentium, si tradere recusent? Et an satellites Curiæ laicalis, quando reus est intra Ecclesiam, ne inde fugiat, possint brachio apprehensum tenere, donec licentia Episcopi veniat? Et an tali casu concedatur, quod Ecclesia obsideatur à satellitibus, ne reus libere effugiat? Ex part. 1.tr. 1. res. 8. p. 58.

102. An qui iam vicinus Ecclesiæ cum ipso satellite per vim intrat in Ecclesiam, & vt se se de manibus illius eximat, vulnerat illum cum magna sanguinis effusione, gaudeat Immunitate? Ex part. 1.tract. 1. res. 13. ibid.

103. An qui cum ipso satellite per vim intrat in Ecclesiam gaudeat eius Immunitate; Ex part.3.tr.1. res. 36. ibid.

104. An qui detentus à birruariis adhuc intrat in Ecclesiam, gaudeat eius Immunitate? Ex part.4.tr.1.res. 106. ibid.

105. An qui comprehensus extra locum sacrum, si per illum tamen ad carcerem ducatur, vel ad supplicium, vel ad mortem trahatur per aliquam Ecclesiam, gaudeat Immunitate? Ex part. 1. tr.1.res. 30.p.59.

106. An qui ab aliis violenter extractus fuit è manibus satellitum, si confugerit ad Ecclesiam, sit protegendus, vt eius Immunitate gaudeat? Et an si quis confugeret ad Ecclesiam, & secum ferret violenter satellites in illam, gaudeat vtique eius Immunitate? Et deducitur, an sicut laicus tenetur restituere reum Ecclesia spoliata sic & Ecclesia tenetur Iudici laico reum extractum ab aliis è manibus satellitum restituere? Ex part.6. tr. 8. & Misc. 3.res. 5.ibid.

107. An extractus ab aliquibus violenter è manibus satellitum, si confugiat ad Ecclesiam, debeat gaudere eius Immunitate; Ex quo infertur omnes, qui ex publicis carceribus extracti fuerint violenter; si in Ecclesia reperti fuerint, gaudere eius Immunitate. Et notatur, an Hospites nostræ Religionis, & Nouitij laici antequam annum Nouitiatus incipiant, gaudeant priuilegio Canonis; Et an Parentes castrando filios pro voce conseruanda, peccent mortaliter? Et obiter etiam quæritur, an Christianus fingens se Infidelem, & petens baptizari, vt certam pecuniarum summam accipiat, debeat abiurare, Ex p.9.tr.8.& Misc.3. res.45. p. 60.

108 An reus sit necessario restituendus Ecclesia, à qua fuit violenter extractus, vel sufficiat restitutionem facere alteri Ecclesiæ, vel Episcopo: Et an sicut Ecclesia spoliata reo est restituenda, sic etiam sit restituendus Regius Fiscus, si fuerit reo spoliatus, qui detinebatur à suis satellitibus Et an fugiens è carceribus, vel è manibus familiæ laicæ ad Ecclesiam gaudeat Immunitate? Et quid dicendum de illo, qui vim faciendo traxisset secum birruarios ad Ecclesiam? Et an extrahentes reum è manibus satellitum, tam ipsi, quam reus, si ad Ecclesiam confugiant, gaudeant Immunitate? Ex par. 6.tr. 1.res.27. p. 61.

109. An homicida extractus violenter ab Ecclesia à parentibus occisi, si superueniat Curia secularis, & capiatur, debeat adhuc gaudere Immunitate? Idem est, si metu iniustè illato, quod à iudice seculari capiendus sis in Ecclesia, & fugias ab ea, adhuc non potes, capi, quia tunc non diceris egredi sed extrahi per violentiam. Ex part.9. tract.7. & Misc.2. resol.6. p.64.

110. An iudex, qui non mandauit extrahere reum ab Ecclesia, sed satellites, vel alij extraxerunt vi, vel dolo, teneatur restituere reum in Ecclesia, vel possit contra illum agere? Ex part. 1. tract. 1. resolut.16. ibid.

111. An reus amittat Immunitatem, qui deceptus fuit subdolis verbis, & fallaciis ad egrediendum ab Ecclesia, & iudex possit illum punire? Ex part. 1.tr.1. res.26. p.65

112. *An iudex laicus violet Immunitatem Ecclesiæ, si carceret aliquem à personis priuatis per vim extractum ab Ecclesia? Et notatur. quod priuata persona, qua extraxit aliquem ab Ecclesia, afficitur censura.* Ex p. 4. tract.1.res.102.ibid.

113. *An si constaret notorie reum non gaudere Immunitate Ecclesiæ, possit illum iudex secularis extrahere, ab Ecclesia sine licentia Episcopi?* Ex part.1.tr.1.resol.14. ibid

114. *An in casibus exceptis liceat iudicibus secularibus sine licentia Episcopi reos ab Ecclesia extrahere?* Ex part. 4. tr 1.res.42.id.

115. *An iudices laici possint sine licentia Episcopi extrahere reos, qui commisserunt crimina exceptuata, qua non gaudent Immunitate?* Ex part.6. tract.1. res.28. p.66.

116. *An saltem rationè consuetudinis iudices laici possint extrahere reos ab Ecclesia in delictis exceptuatis, & excusationem habere, ne obseruent Bullam Gregorij XIV. de Immunitate Ecclesiarum? Et notatur esse reprobandam consuetudinem etiam in terminis iuris communis, in qua alicubi alligantur compedibus delinquentes in Ecclesia, donec examinetur causa ab ordinario? Et an Constitutio Gregoriana sit vsu recepta, explanatur. Et an vt consuetudo præualeat aduersus Canones, & leges Pontificias, opus sit, vt introducta sit cum scientia & expresso consensu Summi Pontificis?* Ex part.6.tract.7.res.29.p.67

117. *An dum causa agitur, an reus gaudeat Immunitate, necne, possit iudex secularis illum ab Ecclesia extrahere & in suis carceribus detinere? Et quid est sentiendum de modo constituendi reos ligatos intra Ecclesiam? Et in textu huius Resolutionis aliqui alij curiosi casus, sæpius contingentes in praxi quæruntur, & explanantur, in quibus reus gaudet Ecclesia Immunitate.* Ex part.6.tr.1.res.32.p.69.

118. *An in dubio, an reus gaudeat Immunitate, spectet ad iudicem laicum definire controuersiam? Et in corpore huius Resolutionis inueniuntur multa alia pulchra dubia necessaria, & casus circa hoc contingentes in præxi.* Ex part.6.tract.1.res.30,p.71.

119. *An cognitio, vtrum reus gaudere debeat Immunitate Ecclesiarum, possit aliquando spectare ad iudicem secularem? Et an cognitio loci, an sit Sacer, & Religio sus ad gaudendum Immunitate spectet ad iudicem laicum? Et docetur ad iudicem Ecclesiasticum spectare, cognitionem, si captus à satellibus affirmet fuisse captum in loco sacro, illis negantibus.* Ex part.4.tract.1.res.49. p.73.

120. *An ad iudicem laicum spectet cognitio, si captus à satellitibus affirmet se fuisse captum in loco sacro, illis autem negantibus? Et an si reus captus à iudice laico dicit se esse Clericum, huius rei cognitio spectet ad iudicem laicum.* Ex part.3.tract.1.res.32.p.74.

121. *An iudex secularis teneatur restituere reum Ecclesia licèt fuerit extractus cum licentia Episcopi, si constet illum non commisisse delictum in Bulla Gregorij XIV. exceptum? Et an detur appellatio à sententia Episcopi declarantis reum non gaudere Immunitate? Et quid, si sit lata in fauorem rei?* Ex part.4.tr.1.res.97. ibid.

122. *An Episcopo debeat certò constare de delicto in Bulla exceptuato, antequam tradat reum curiæ seculari? Et notatur quod si sententia Episcopi lata sit in fauorem rei, quod gaudet Immunitate, iudex secularis non possit de tali sententia appellare.* Ex part.3.tr.1. res.38. ibid.

123. *An Episcopus, quando cognoscit, si reus gaudeat nec ne Immunitate Ecclesia, debeat illum citare? Et an Episcopus non possit tradere Curiæ seculari reum extractum ab Ecclesia ex præsumptionibus, & coniecturis probabilibus, sed requiratur concludens probatio de delicto in Bulla exceptuato? Nec in tali casu Episcopus debeat stare processui facto à iudice laico?* Ex part. 4 tr.1.res.112.ibid.

124. *An Episcopus stare debeat processui facto à iudice laico, si reus remittendus sit, vel ne? Et an non sufficiant coniectura, indicia & præsumptiones ad declarandum, vt reus commiserit delictum in Bulla exceptuatum, sed opus est Episcopo, vt certo constet de tali delicto Et docetur probationem sufficientem ad torturam super delicto sufficere etiam vt declaretur, nequis gaudeat Immunitate Ecclesiæ.* Ex part.5. tr.1.res.9. p.75.

125. *An Episcopus, vt ferat sententiam, si reus debeat necne gaudere Immunitate Ecclesia, debeat stare processui facto à iudice laico? Et an requiratur plena delicti probatio.* Ex part.6.tr.1.res.31.p.76.

126. *An reus confugiens ad Ecclesiam possit per iudices Ecclesiasticos, vel laicos puniri pœna exilij, vel ad perpetuum carcerem? Et an possint iudices suprà dictum reum condemnare ad triremes etiam in perpetuum, non tamen ad remigandum; vel vt seruiat ei, cui iniuriam intulit? Et notatur, quod licèt confugiens ad Ecclesiam impunitus dimitti non debet, tamen pœnam ei infligendam, non index laicus, sed Ecclesiasticus debet imponere.* Ex part.1. tractatu 1.resol.12. p.80.

127. *An reus, dum exiit in Ecclesia; possit à iudice seculari damnari ad mortem, vel ad pœnam corporalem, ad exilium, ad triremes, ad perpetuum carcerem, & sint ei alimenta præstanda? Et explanatur, quod quamuis confugiens ad Ecclesiam ex illa egrediatur, eo tamen ipse quod semel ad Ecclesiam confugerat, illius gaudet Immunitate, ita vt de iure non possit ob illud delictum amplius corporaliter puniri, seu condemnari. Sed docetur reos ad Ecclesiam confugientes non debere eos impunitos dimitti, & explanatur, qua pœna iudex Ecclesiasticus debeat reos gaudentes Ecclesiarum Immunitate punire.* Ex part.6. tractat.2. resol.33. ibid.

128. *An iudex laicus iubens interfici reum in Ecclesia incurrat in excommunicationem Gregorij XIV. tam ipse, quam eius ministri? Et latè explanatur legem pœnalem ex identitate rationis extendendam esse ad alium casum quando militat eadem ratio, & quid maximè in odiosis? Et quæritur, an Templum Iudæorum fuerit priuilegio Immunitatis insignitum? Et notatur nempe Græcorum tantum modo vsum fuisse, vt Templis Immunitatem tribuerent: vel an apud omnes Gentes asyla recepta fuerunt?* Ex part.6. tract.1.res.35. p.81.

129. *An iudex laicus, inconsulto Episcopo, possit exhumare corpus defuncti occisi, vt constet de corpore delictum? Ex quo deducitur, quod ad Episcopum spectat cognoscere, si aliquis est, vel non est Clericus, sine vlla limitatione, an sequatur postea mors, vel non, & sine metu alicuius irregularitatis propter talem declarationem, si postea sequatur mors. Et an Episcopus in primo suprà dicto casu concedens licentiam iudici laico corpus exhumandi in nullam incurrat irregularitatem?* Ex part.9.tr.7.& Misc.1.res.64.p.84.

De Consecratione Ecclesiæ, atque de eius pollutione, & reconciliatione.

130. *AN si ex intentione renouandi Ecclesiam vnus paries post alterum successiuè destruatur & ædificetur de nouo tota Ecclesia, amittat consecrationem?* Ex part.11.tract.tr.3.& Misc.3.res.21.ibid.

131. *An infans filius fidelis recentissimè natus, si ante Baptismum*

Baptismum moriatur, & sepeliatur in Ecclesia, illam polluat? Et supponitur, quod polluitur Ecclesia per sepulturam hominis Infidelis. Sed difficultas est, an Ecclesia violetur, si per Episcopum excommunicatum non toleratum consecretur, aut benedicatur? Et docetur Episcopum hæreticum validè consecrare, seu benedicere Templa, dum Fidem Sanctæ Trinitatis tenet. Et aduertitur, quod Ecclesia non violatur, quamuis excommunicatus non toleratus celebret in ea; nec Altare, & paramenta sacra polluuntur per vsum talium excommunicatorum. Ex part.11.tract.8.& Misc.8.res.22.p.85.

131. *Quænam quantitas sanguinis requiratur, vt Ecclesia maneat violata; & quænam quantitas seminis? Et supponitur, quod effusio sanguinis debet esse iniuriosa: ex quo deducitur, quod Ecclesia non polluitur, si quis occidat in sui defensionem, si casu sanguis effundatur in Ecclesia; aut phreneticus alium vulneret, aut Chirurgus, dum vulnus curat in Ecclesia vel venam, aut tumorem incidit, effundat sanguinem inculpatè, &c. Et an sufficiat, vt sanguis effluat infra Ecclesiam, si vulnus factum fuit extra Ecclesiam? Et quid è contra? Et an requiratur, quod Ecclesia denuncietur à iudice polluta? Et an ex pollutione seminis polluatur Ecclesia?* Ex part.11.tract 2 & Misc.2.res.58 p.86.

133. *Quidam in Ecclesia rixando cum aliquo, pugno in naribus percussit, ex quibus magna sanguinis quantitas exiuit, petierunt à me, an Ecclesia remanserit polluta?* Ex part.6.tract.6.& Misc.1.res.24.p.88.

134. *Quidam fuit occisus ante Ecclesiam, & cum adhuc calidus esset intra eam illatus, credens inimicus esse adhuc viuum, vulnus graue ei intulit, ex quo manauit copiosa sanguinis effusio, quæsitum fuit, an Ecclesia remaneat interdicta? Et an ex qualibet minima sanguinis effusione Ecclesia polluatur, vel necessaria sit magna effusio sanguinis iniuriosa, imò & enormis?* Ex part.6. tract.6.& Misc.1.res.25. ibid.

135. *Quidam fuit in Ecclesia vulneratus, & persequens inimicum fugientem magnam copiam sanguinis extra Ecclesiam vulnus effudit, quæritur, an Ecclesia remaneat polluta?* Ex part.6. tract.6. & Misc.1. resol. 47. p.89.

136. *Olim in Ecclesia Regularium fuit quidam sacculis arena ita acriter contusus, vt post tres dies extra Ecclesiam mortuus sit, quæritur, an Ecclesia remanserit polluta? Et an Ecclesia violetur, si quis vino consecrando immiscuisset aliquod venenum, vt illius sumptione Sacerdos moreretur, qui eo sumpto domum rediens mortuus est?* Ex part. 6. tractat. 6. & Misc. 1. resol. 26. ibid.

137. *An Ecclesia non censeatur polluta per quamcumque delicti notitiam, nisi hoc fuerit per sententiam iudicis declaratum?* Ex part.6. tract.6. & Misc.1. resol. 17. p.90.

138. *An Ecclesia, quæ steterit in campo per longum tempus absque tecto, & tanua, & plena multis spurcitiis, sit denuo ab Episcopo solemniter reconcilianda? Et explanatur, quod Ecclesiis semel consecratis non debeat iterum consecratio adhiberi, nisi ab igne exustæ, aut sanguinis effusione, aut cuiusque seminis pollutione polluta fuerint.* Ex part.8.tract.7.& Misc.res.93.ibid.

139. *An in Ecclesia polluta siquis celebret, remaneat consecrata? Et quid, si Sacerdos celebret mala fide? Et notatur Sacerdotem celebrantem in Ecclesia polluta ante reconciliationem non esse irregularem, nec incurrere suspensionem ab ingressu Ecclesiæ.* Ex part.6.tr.6.& Misc.1. res.28.ibid.

140. *An suprà dictis casibus, si Sacerdos celebret Missam in Ecclesia polluta, remaneat consecrata? Et an requiratur sententia iudicis declarantis locum sacrum esse violatum? Et cursissime deducitur, quod si Sacerdos diceret Missam cum vestibus non benedictis, & in calice non consecrato, quod supradicta remanent consecrata, & benedicta.* Ex part.11.tract.8 & Misc. 2. resol.59. p.91.

141. *Olim per effusionem humani sanguinis iniuriosam fuit violata quadam Ecclesia consecrata; quæsierunt, an simplex Sacerdos, de licentia Episcopi possit illam reconciliare? Et explanatur, quod hæc est differentia inter Ecclesiam benedictam, & consecratam, nam Ecclesia si sit benedicta tantum, potest reconciliari per simplicem Sacerdotem, & cum aqua benedicta communi, si verò sit consecrata, debet reconciliari per Episcopum proprium, vel per alium Episcopum de eius licentia, & cum aqua à se, vel per alium Episcopum benedicta cum vino, & cinere.* Ex part.2.tr.15. & Misc.1. resol.6. ibid.

142. *An Regulares possint reconciliare eorum Ecclesias pollutas, & maxime si Episcopus distet per duas dietas? Et quid de aliis Sacerdotibus? Et docetur in hoc casu differentiam esse inter Ecclesiam consecratam, & benedictam tantum, & eius reconciliationem. Et explanatur Superiores Regulares ex priuilegio posse reconciliare Ecclesias consecratas.* Ex part.4.tract.4.& Misc. res.91. p.92.

143. *An Superiores Regulares possint reconciliare eorum Ecclesias consecratas, si Episcopus distet per duas dietas, vel defunctus sit, aut Episcopatum renunciauerit, vel si depositus sit? Et an ex priuilegio possint Regulares solenniter benedicere suas Ecclesias, & Cœmeteria, si Episcopus nolit, aut negligat? Et docetur, quid intelligatur per duas dietas. Et explanatur, quod dieta alia est vulgaris, alia vero legalis.* Ex part.6.tr.6.& Misc.1. res.23 ibid.

144. *De quibusdam opinionibus circa reconciliationem Ecclesiæ, si polluatur. Et pro praxi quæritur, an si homicidium, vel magna sanguinis effusio contingat in portâ Ecclesiæ, Ecclesia polluatur? Et quid si stans in ostio Ecclesiæ recipiat vulnus lethale ab inimico, & mortuus cadat extra Ecclesiam, sanguinemque in ea non effundendo? Et notatur, quod excusatur à peccato Sacerdos celebrans in Ecclesia polluta, quoties pollutio contigerit post cœptum Canonem; imo tenetur Missam prosequi. Idem est, si excommunicatus denunciatus ingrediatur Ecclesiam eodem tempore, & non vult egredi. Et tandem docetur posse celebrari in Ecclesia polluta ad dandum Viaticum moribundo, & si est Parochialis, licebit in ea Baptizare, & seruare Eucharistiam pro infirmis.* Ex part.11.tract.8.& Misc.8.res.23.p.93.

Appendix ad cæteras alias Resolutiones & Quæstiones, quæ simul ad hunc Tractatum primum *de Immunitate Ecclesiæ huius tom.9.* pertinent.

AN Ecclesia retineat suam consecrationem, quando paulatim reficitur, in qua pars noua consecratæ additur? Et an Ecclesia amittat suam consecrationem, quando præcipua pars parietum simul corruunt? Ex part.2. tractat.15. ex resol. 3. *Quæ nunc inuenietur* in tom.2. tractat. 1. de Celebrat. Missarum, resol. & 175.

An locus, vbi fuit destructum Templum gaudeat Immunitate? Ex p.11.tract.8.ex res.9. *Qua hic reperietur* in to.4. tr.5.de Indulgentiis res.24.

An Ecclesia non polluatur sepeliendo excommunicatum, nisi sit ille vitandus? Et quid de Hæretico non denunciato? Ex p.5.tract.9.res.97.& 98. & in p.9. tract.8. ex res.1. *Quæ hic sunt* in tom.5. tract. 1. de Excommunicatione res.70.71.& 72.

An Episcopus consecrans Ecclesiam in peccato mortali pec-

ret mortaliter? Ex part.3.tract.6.ex resol.67. *Quæ nunc inuenietur* in tom.3.tr.3.de Episcopis res.80.

An condemnatus, si euium habeat Cardinalem, sit liberandus ? Ex part.5. tr.2. resol.29. *Qua hic reperietur* infrà in hoc ipsomet tom.9.tract.7. de Cardinalibus res.75.

An priuilegium Immunitatis Palatij Episcopalis habeat locum in Palatiis Inquisitorum, & Prælatorum, qui habent iura Episcopalia, & territorium distinctum, vt sunt quidam Abbates? Et an Oratoria Religiosorum, quæ sunt in eorum Grangiis gaudeant Immunitate Ecclesiæ? Et an prædicta oratoria, si polluantur, non indigeant reconciliatione? Et an cætera omnia Oratoria priuata gaudeant suprà dicta Immunitate Ecclesiæ? Ex part.9.tract.1.ex resol.48. 33. & 18. *Quæ hic sunt* in tom.4. tractat.2. de Oratoriis priuatis resol.10. 12. & 62.

Adducitur pulchrum, & curiosum dubium pro gaudenda Immunitate Ecclesiæ. Videlicet, quidam Miles in Exercitu commisit delictum, & aufugit ad Ecclesiam, vel Altare portatile Exercitus. Sed Generalis Dux Exercitus castra in alium locum dinerti iussit, vt ita reum capere, & plectere posset; sed vir doctus ex Societate Iesu, qui vices Episcopi in Exercitu quoad spiritualia exercebat tradidit Aram Altaris reo, monens reum, ne eam à se remoueri permitteret, donec in alio loco Altare poneretur, & sic factum est, & Dux Generalis Exercitus non est ausus capere reum, vt pote Ecclesiæ Immunitate gaudentem, eo quod secum Aram deferret. Et cursim docetur Vicarium generalem Exercitus esse iudicem ad declarandum, quando Miles reus debeat gaudere Immunitate Ecclesiæ, si confugiat ad tentorium, in quo Missa celebratur, vel ad Ecclesiam Castri. Et an possit oppugnari Ecclesia, quando est incastellata, id est munita more Castri? Et an bona Ecclesiæ, & Ecclesiasticorum possint in bello diripi, & deuastari? Et an tuli priuilegio Immunitatis gaudeant omnia bona, quorumcumque sint, si in Ecclesia ad custodiam reponantur? Ex part.10.tract.15.ex res.15. & in p.6. tr.4. ex res.12. *Quæ nunc inuenietur* in tom. 7. tract. 7. de Bello res.65.& 26.

An iudex, qui simul duabus manibus extrahit duos homines vi è Templo contra Immunitatem Ecclesiæ, incurrat duas excommunicationes? Ex part.5.tr.9. ex res.59. *Qua hic reperietur* in tom.5.tr.2. de censura ob percussionem Clerici res.53.

Explanatur, quod in conflictu opinionum iudices eam amplecti debent, quæ fauet Ecclesiæ. Ex part. 6. tractat.2.ex resol.4. *Quæ hic est* infrà in hoc ipsomet tom.9.tr.8.de Familia laico Nuntiorum res.etiam 4.

An ludere in Ecclesia sit peccatum mortale? Ex part. 7. tract.9.ex resol.38. *Quæ nunc inuenietur* in tom.6.tr.4. de Ludo res.3.

Nota, quod in tom.1. tractat. 7. de Circunstantiis *sunt aliquæ difficultates pro copula pollutione, tactibus, & aspectibus habitis in Ecclesia, & pro aliis diuersis casibus factis in Ecclesia, & Oratoriis, quos ibidem reperies* à res.82.vsque ad res.89.inclusiue.

An Capitulum sede vacante possit dare licentiam, vt ædificentur Ecclesiæ? Ex part.8.tract.4.ex res.54. *Quæ nunc inuenietur* in tom.3.tract.5. de Capitulo Sede vacante res.40.

An in Regno Siciliæ possit Rex disponere ad libitum in quoscumque vsus voluerit de fructibus Ecclesiarum vacantium? Et an Reges, & Magistratus, vt executores Concilij possint compellere Clericos ad reparationem Ecclesiarum? Et discutitur differentia inter priuilegium concessum à Principibus laicis Ecclesiæ, & priuilegium ab Ecclesia Principibus laicis concessum; nam hoc reuocari potest, tanquam priuilegium concessum subdito; illud autem minime, quod est valde notandum. Etiamque docetur statutum esse contra libertatem Ecclesiarum, quando est contra libertatem vnius Ecclesiæ tantum. Et quæritur, an Principes statuentes, ne in eorum statu possint ædificari de nouo Monasteria, & Ecclesiæ sine eorum licentia, derogent Immunitati Ecclesiæ? Et an Constantinus Imperator concesserit facultatem, vt Ecclesiæ per totum Orbem possint ædificari? Et an statuta, quibus cauetur, ne quis possessionem apprehendat alicuius Ecclesiæ sine facultate Principis, vel suorum Ministrorum, sit contra libertatem Ecclesiasticam? Et an iudex, & Minister Regius possit cognoscere causam, cum agitur, vt Petrus Clericus recuperet Ecclesiæ possessionem, à qua eiectus est per vim? Et an lex, siue statutum, quod aliquis adiens hæreditatem, non facto inuentario, teneatur vltra vires hæreditatis, comprehendat Ecclesias, & Monasteria? Et an Clericus possit conuenire laicum coram iudice Ecclesiastico pro rebus non solum Ecclesiæ sed etiam pro fructibus? Ex part.7. tract. 10. ex resol.1.& in p.4.tr.1.ex res.75.& in p.3. tract.1.ex res.8.& in p.4.tra.1. ex res.82. & in part.1. tractat.2. ex res.61.62.129.67.& 71. alias 60.61. 128. 66.& 70.& in p.5.tr.1.ex res.7. & in part.4. tract.1. ex res.24. *Quæ hic sunt* infrà in hoc ipsomet tom. 9. tr.2.de Immunitate Ecclesiastica resol.14.50.51. 196. 197.202.203.206.219.180.& 281.

Nota, quod infrà Tractatus tertius de Statuto prohibente, ne bona immobilia alienentur in Ecclesias, & quod Ecclesia infra certum tempus teneatur alienare bona immobilia sibi relicta, plenus est quæstionibus super his difficultatibus ideo ibi require, quidquid occurrere potest circa hoc.

Similiter aduerte, quod in tom.6. tra.7. de Donationibus *sunt multæ Resolutiones pro donationibus factis Ecclesiæ, ideo si ita casus missus occurrerit, require illum ibi in sequentibus Resolutionibus hic assignandis, & non in aliis præcitati tractatus, videlicet* in resol. 55. 94. 95. 105.106. 111. 118.119.120. 121.122. 123.124.131.135. & 147.

An Bona Clericorum, siue mobilia, siue immobilia, quæ ob ipsorum hæresim publicentur, applicari debeant Fisco Regio, vel Fisco Ecclesiæ? Ex part.4.tract.8. ex res.43 *Quæ nunc inuenietur* in tom.5. tr.10. de Potestate Inquisitorum res.128.

An per census solutionem Romana Ecclesia probetur exemptio à iurisdictione Episcoporum? Et docetur prohibitum esse, ne Prælati Ecclesiarum sibi commissarum bona immobilia, aut iura laicis, submittant, aut subiiciant, nec etiam ex ipsis in Patronos, vel Aduocatos Ecclesiarum perpetuo, vel ad tempus non modicum constituant. Ex part.10.tract.7.ex res.4.& 5. *Qua hic sunt* infra in hoc ipsomet tom.9.tract.11.de Iure protectionis res. etiam 4.& 5.

Nota, quod in fine huius tom.9. *sunt aliquæ aliæ difficultates cursim decisæ, & aliquæ etiam aliæ latæ Decisiones Sacræ Rotæ Romanæ pro aliis diuersis casibus, & quæstionibus circa Immunitatem Ecclesiæ.*

An liceat iudicibus laicis in casibus exceptis reponere reos in carceribus secularibus nomine Episcopi, vt ibi tutius custodiantur? Ex quo infertur, quod non potest iudex laicus, qui extrahit reum in casibus exceptis, retinere illum in carceribus suis, dando tamen cautionem de immunitate, sed debet ipse reum Ecclesia restituere. Et an Ministri, qui violenter extrahunt reum ab Ecclesia, si postea ex aliquo delicto ad eam confugiant, priuentur Immunitate? Et an in casibus non exceptis possit Prælatus dare licentiam extrahendi reos ab Ecclesia, & ex illius mandato possit iudex laicus delinquentem capere, & punire? Et notatur, quod quando iudex extrahit reum ab Ecclesia sine licentia Episcopi, licèt postea securitatem tribuat, & cautionem, & iuramentum, non esse corporaliter reum puniturum, non excusatur, si

non

non restituat reum Ecclesia, quæ spoliata fuit. Et an iudex laicus extrahens reum ab Ecclesia teneatur ad restitutionem damnorum, quæ inde passus est? Et an extractus ab Ecclesia restituendus sit, etiam si post extractionem in carceribus v. g. iudicis secularis commiserit delictum pertinens ad forum seculare? Et an reus, qui fuit extractus violenter ab Ecclesia, & deductus ad carceres laicales possit renunciare priuilegio Immunitatis? Et an Vicarius Capituli Sede vacante habeat facultatem, quam habet Episcopus in casibus Immunitatis & iudicare possit, an reus debeat gaudere Immunitate Ecclesiastica, necne? Et an hoc intelligatur, quando delictum commissum fuit in sua diœcesi, non autem in loco exempto, vel nullius Diœcesis? Et an Episcopus, electus, & confirmatus, non autem consecratus possit cognoscere de causis Immunitatis? Et an testes examinati in processu informativo sint postea repetendi, citato Fisco Ecclesiastico, & ipso reo? Et an Ecclesia possit ab ea expellere reum, ipso inuito? Et an reo, & Ecclesiæ sint dilationes assignandæ? Et docetur in similibus casibus, & causis licere etiam reum constituere, & interrogare; & debet etiam fieri publicatio processus, & de delicto plenas probationes habere. Et an iudex Ecclesiasticus, quando est dubium inter Doctores, an Delictum gaudeat Immunitate, nec ne, possit contra reum iudicare, vt priuetur Immunitate? Et aduertitur, quod si Episcopi tradant reos Curiæ seculari in casu, quo debent gaudere Immunitate, præter peccatum, & obligationem damnorum, si reus esset ad mortem damnatus, incurrerent irregularitatem. Ex p.6.tr.1. ex res.32. & 30. Quæ hic sunt suprà in hoc ipsomet principali tr.1. de Immunitate Ecclesiæ res. 117. & 118. legantur textus vbi sunt omnes diffic. huius §.

TRACTATVS II.

De Immunitate Ecclesiastica p.94.

1. AN Clerici sint iure humano, vel Diuino exempti à legibus, & iurisdictione Principum secularium? Et notatur, quod si Principes noluissent in hanc exemptionem consentire Summum Pontificem, & Concilia habere potestatem eam inducendi. Ex part.1.tr.2.res.1.ibid.
2. An exemptio Clericorum, dato & non concesso, quod non sit de iure Diuino, fuerit primario de iure Ciuili, & ortum habuerit ab Imperatoribus, vbi multa alia scitu digna circa suprà dicta inuenies? Et dato & non concesso & c. difficultas est, an possit contra exemptionem Clericorum consuetudo præualere? Idem dicendum est de præscriptione. Et satis late explanatur, quod exemptio Clericorum sit de iure diuino. Ex p.5.tr.1, resol.21. p.95
3. An priuilegium exemptionis à iurisdictione temporali Clericis concessum fuerit, & inceperit tempore Constantini? Ex p.1.tr.2.res.127.aliàs 126.p.99
4. An Principes, vel Summus Pontifex possint renouare hoc priuilegium Ecclesiasticæ Immunitatis, etiam stando in sententia asserentium hanc exemptionem non esse de iure diuino, sed tantum de iure humano? Ex part.1. tr.2.res.2.ibid.
5. An Clerici possint tali exemptioni renunciare non solum quod ad negotia criminalia, sed etiam ciuilia? Et an hoc procedat, etiam si Clericus renunciaret tali priuilegio de licentia Episcopi? Ex part.1.tractat.2. res.3. ibid.
6. An Bulla Cœnæ tollat casus Regni Galliarum, quos priuilegiatos appellant; & quid de priuilegio. Monarchia Regni Siciliæ? Ex part.3.tr.1.res.74.ibid.
7. An per aliquod priuilegium sit in aliquibus Regnis supradicta Ecclesiastica libertati derogatum? Et difficultas est, an supradicta priuilegia, si re vera existant, sint per Bullam Cœnæ renouata? Ex part.1.tr.2. res.6. p.100.
8. An consuetudo immemorialis probet extitisse priuilegium faciendi aliquid contra Immunitatem Ecclesiasticam? Et difficultas est, an consuetudo etiam fundata in priuilegio trahendi causas Ecclesiasticas ad laica Tribunalia sit reuocata per Bullam Cœnæ? Ex part.4.tr. 1. res.62.p.101.
9. An per consuetudinem, maxime si sit immemorabilis, dicta Immunitas reuocari possit? Et an talis consuetudo nihil valeat, aut operetur, eo quod singulis annis per Bullam Cœnæ reprobatur? Et an consuetudo turpis, & exprobrata, etiam immemorabilis non possit inducere priuilegium? Ex part.1.tr.2.res.4.ibid.
10. An adsit tolerantia, & consensus tacitus Summi Pontificis cum dicta consuetudine; ita vt Principes aliquid licitè efficiant aduersus libertatem Ecclesiasticam? Ex part.1.tr.2.res.5.p.102.
11. An consuetudo possit in aliquo casu particulari tribuere iurisdictionem iudici laico? Et an dictæ consuetudines excusentur per tolerantiam Papæ? Ex part.4. tr.1. res. 1.ibid.
12. An concordata Summi Pontificis cum aliquo Rege sint priuilegium; & an sint reuocata per Bullam Cœnæ? Ex part.1.tr.2.res.96.aliàs 95.p.103.
13. An concordata cum Summo Pontifice possint postea reuocari à Principe laico? Et quid è contra? Et an concordata inter Clericos, & seculares, etiam in Concilio Prouinciali facta, nisi confirmentur authoritate Summi Pontificis, nihil operentur contra priuilegium Immunitatis? Ex part.5.tr.1.res.14.ibid.
14. An in Regno Siciliæ possit Rex disponere ad libitum, in quoscumque vsus voluerit, de fructibus Ecclesiarum vacantium? Et quid est sentiendum de consuetudine circa hoc? Ex part.7.tractat.10. & Misc.1. resol. 1. p.104.
15. Quid sentiendum de aliquibus Constitutionibus Iustiniani Imperatoris, præsertim de Constitutione 3. 5. 6. 57. & 58. Ex p.1.tractat.2. resolut. 106. aliàs 105. p.108.
16. Animaduertuntur aliqua in defensionem Immunitatis Ecclesiasticæ. Et inter diuersos casus discussos in textu huius Resolutionis, quæritur, an Episcopus habeat territorium in sua Diœcesi? Ex part.7. tr.10. & Misc.1, res.3.ibid.
17. An Summus Pontifex habeat in toto Orbe Christiano temporalem potestatem? Ex part.1.tract.2.res.122.aliàs 121.p.109.
18. Quomodo sit intelligenda Extrauag. Vnam sanctam Bonifacij VIII? Ex part.1.tract.2.resol.123.aliàs 122. p.110.
19. An Summus Pontifex possit cognoscere, & iudex existere competens, vbi his aliqua, vel discordia oritur inter duos Supremos Principes neminem in temporalibus recognoscentes? Ex part.1.tract.2. resol.124.aliàs 123. ibid.
20. An Reges, & Principes recipiant suam potestatem immediate à Deo? Et quid de potestate Pontificis? Ex part.1.tr.2.res.126.aliàs 125.ibid.
21. An Reges in aliquo casu sint iudices exemptorum? Ex p.4 tra.1.res.73.ibid.
22. An sit licitum Principibus Christianis, & Magistratibus laicis discutere facultates, & potestates alicuius Nuntij, qui in illam Prouinciam à Pontifice mittitur? Ex part.1.tr.2.res.68.aliàs 67..p.111.
23. An liceat Principibus Legatos, & eorum famulos atrociora scelera perpetrantes, sine violatione iuris gentium condigna vltione punire? Et explanatur in hoc casu

casu differentia inter Legatos Principum secularium, & Nuntios, & Legatos Summi Pontificis. Ex part. 6. tr.8.& Misc.3.ref.2.ibid.

24. Virum Episcopi, & Ecclesiastici tanquam inobedientes mandatis Regis, vel ex aliis delictis possint expelli à Regno? Et an in dicto casu tam Principes, quam Consiliary id consulentes incurrant in excommunicationem undecimam Bullæ Cœnæ? Ex part.1.tr.2.ref.18.aliàs 17. p.113.

25. An Episcopi si non expelli à Regno, saltem transmitti possint ad Summum Pontificem pro animaduersione? Ex p.5.tr.1.ref.5.p.114.

26. An Principes habeant ius conuocandi Episcopos propter aliquod Reipublicæ negotium, vel bonum ipsarum Ecclesiarum? Et an possint Reges expellere à Regno Episcopos inobendientes mandatis Regii? Idem est dicendum de Clericis, quamuis perturbantibus Reipublicæ pacem. Ex part.3.tr.1. ref. 27. ibid.

27. An Reges possint detinere Episcopos pro gubernatione alicuius Regni seu Consilij? Et an dicti excusentur à residentia in dicto casu? Et difficultas est, an hoc efficere possint Reges ex priuilegio aliquo à Romano Pontifice obtento? Et an si supra dicta priuilegia vere existant, modo sint reuocata? Et an in hoc non possit Summus Pontifex dispensare, si non adsit necessitas publica, & bonum commune, & an residentia Episcopi sit aliàs de iure Diuino? Ex part.3.tr.1.ref.5.p.115

28. An Reges possint expellere Episcopum ab Episcopatu, si Simoniace electus est? Et an ita facientes incurrant in censuram Bullæ Cœnæ? Ex part.4. tract. 1. ref.76. ibid.

29. An Episcopi feudatarij Regum debeant prius obedire Regi, quam Papæ, seu Metropolitano? Et an Prælati feuda à Rege tenentes teneantur in bello opem ferre, & auxilium præstare secundum feudorum conditionem? Et an Rex possit præcipere Episcopis, & Abbatibus sui Regni, vt cum ipso eant ad bellum? Ex p.3.tr.1.ref.6. p.116.

30. An collatio Episcopatuum & aliorum Beneficiorum possita Principe laico præscriptione acquiri? Et notatur, quod vt consuetudo excuset, & valeat, debet esse legitima, & præscripta? Ex part.3. tract.1. resol.65. ibid.

31. An Reges possint se intromittere, quando ab aliquo Episcopo non seruatur aliquod Decretum Concilij Tridentini? Ex part.tr.2.ref.102.aliàs 101.p.117.

32. An residentia Episcoporum pertineat ad Principes seculares? Ne item Episcopi Ecclesiarum bona dissipent; ne decimas fructuum præter quam consuetas exigant, & alia similia faciant. &c? Ex part. 3. tr.1. ref. 42. ibid.

33. An Principes seu Ministri Regij faciendo literas hortatorias ad Episcopos, vt ab aliqua mala determinatione desistant, vt est in vsu in Regno Neapolitano, faciant contra libertatem Ecclesiasticam, & incidant in censuras Bullæ? Ex part.1. tract.2. resol.55. aliàs 54. ibid.

34. An Ministri Regij possint detinere in Cancellariis Bullas Apostolicas ad examinandum, & executioni mandandum? Ex p.1.tr.2.ref.13.aliàs 12.ibid.

35. An sit contra Immunitatem Ecclesiasticam cognoscere & detinere Bullas Pontificias in Regiis Cancellariis? Ex p.5.tr.1.ref.12.p.118.

36. An Ministri Regij possint cognoscere causas Ecclesiasticas per viam violentiæ, vt vulgo dicitur? Et an si Religiosus per appellationem, vel alia intra Ordinem potest vitare vim sibi iniustè illatam, incidat in censuras Bullæ Cœnæ, vel alterius si ad iudices seculares recurrat? Et quid è contra, si non possit vitare vim, &c. Ex p.1.tr.2.ref.14.aliàs 13.p.119.

37. An sit licitum iudicibus secularibus per viam violentia cognoscere causas Ecclesiasticas? Et an Summus Pontifex, & alij hanc praxim approbent, vel saltem ex consuetudine immemorabili, vel coniuncta cum fama priuilegij? Et notatur, quod si pro facto Prælati, & iudicis Ecclesiastici sit aliqua opinio probabilis inter Doctores, qui cum licitè possit illam sequi, reuera tunc nullam vim, aut iniuriam faciat subdito, si illam sequatur, ac proinde non poterit recurrere tanquam vi oppressus ad iudicem secularem, etiam si opinio pro subdito sit probabilior. Ex p.5.tr.1.ref.13.p.120.

38. An sit licitum pro vi tollenda recurrere ad Regia Tribunalia? Et infertur incurrere in excommunicationem Bullæ Cœnæ Religiosum recurrentem ad Regem, Proregem, vel Gubernatorem vt vim sibi illatam à suo Superiore, tantum allat? Ex p.3.tr.1.ref.53.p.122.

39. An aliquis Princeps habeat à Pontifice priuilegium in causis violentiæ arcendæ? Ex p.3.tr.1.ref.64.

40. An aduocatio causarum spiritualium ad laica Tribunalia vetita sit sub censura Bullæ Cœnæ, si causæ aduocentur à iudicibus Sedis Apostolicæ? Et quid dicendum, si iudices Ecclesiastici negligentes sint in huiusmodi causis cognoscendis? Ex part.3. tract.1.resol.55. p.123.

41. Virum iudices laici aduocantes ad se causas Ecclesiasticas excusentur ex tolerantia Summi Pontificis? Ex p.3. tr.1.ref.56.ibid.

42. An appellationes, quæ dicuntur tuitiuæ, rectè à iudicibus laicis in causis Ecclesiasticis concedantur? Ex p.1. tr.2.ref.103.aliàs 102.ibid.

43. An priuilegium cognoscendi causas Ecclesiasticas concessum Principi laico reuocari possit, etiam si per consuetudinem immemorabilem tali priuilegio innixam obseruatum fuerit? Et an prædicta priuilegia, si fuerint concessa in remunerationem, & in vim contractus, non sint reuocanda sine iusta causa, Et deducitur Imperatores, & alios Principes laicos non posse priuilegia Ecclesiæ concessa reuocare? Ex p.3.tr.1.ref.57.p.124.

44. An index laicus consuetudinem inducens, vel alia introducta vtens contra libertatem Ecclesiasticam incidat in excommunicationem Bullæ Cœnæ? Et an dicti iudices seculares incurrant in supra dictam excommunicationem Bullæ Cœnæ si sciant seruari statutum contra libertatem Ecclesiasticam, & non impediant? Ex part.3.tr.1 ref.58. ibid.

45. An iudex laicus excusetur ab excommunicatione Bullæ Cœnæ contra ipsius transgressores lata, prætextu quod non sit in sua Prouincia acceptata? Et an Episcopi satisfaciant publicando Bullam Cœnæ in Ciuitate, in qua degunt, vel teneantur etiam extra Vrbem in Ecclesia sua iurisdictionis publicare saltem per alios? Et an excusentur à dicta publicatione ob minas, & metum Principum, &c. Ex p.3.tr.1.ref.54.ibid.

46. An Episcopi possint excommunicare Reges, & eorum Consiliarios? Et quid de Inquisitoribus, non solum in Sicilia, sed in aliis Regnis? Ex part.3. tract.1. ref.9. p.125.

47. An possit Princeps prohibere, vt Inhibitoriæ, quæ ad Magistratus Regios mittuntur, ab Ecclesiasticis, promulgentur, priusquam ipsi offerantur, vt de eius facultate publicentur? Ex part.4.tr.1.ref.9.ibid.

48. An index laicus possit incidenter cognoscere nullitatem censurarum, & ordinare, vt seculares, & Ecclesiastici illas non obseruent, & quod tollantur Cedulones à pœnis Ecclesiarum? Et docetur, quod si incidit quæstio spiritualis coram iudice seculari, remittere tenetur Ecclesiastico terminandam; neque potest præcipere, vt infrà certum tempus illam expediat? Et an Princeps laicus possit interdicere, seu inhibere Episcopis, seu eorum Vicariis, ne quemquam excommunicent, nisi prius excommunicationis causa ostendatur? Ex part.4. tr.1. ref.98.p.126.

49. *An Clerici dici possint, & sint re vera vassalli Principis? Et an Principes laici possint priuilegia personis Ecclesiasticis concessa auferre?* Ex p.5.tr.1.res.98.p.127.

50. *An Reges, vt executores Concilij Tridentini, possint compellere Clericos, vt illud obseruent? Et an Reges vt executores Concilij possint compellere Clericos ad reparationem Ecclesiarum?* Ex p.4.tr.1.res.75.ibid.

51. *An laici Magistratus possint compellere Clericos ad reparationem Ecclesiarum?* Ex p.3.tr.1.res.8.p.128.

52. *An iudex laicus possit eiicere à Regno Clericum seditiosum & perturbantem Rempublicam?* Ex p.4. tr.1. res.81.ibid.

53. *An persona Ecclesiastica, quæ commiserunt crimen læsæ Maiestatis per Principes seculares, & eorum iudices puniri possint?* Ex p.1.tr.2.res.20.aliàs 19.p.129.

54. *An Clericus, qui commisit crimen læsæ Maiestatis, sit puniendus à iudice seculari?* Ex p.3.tr.1.res.30. ibid.

55. *An Clericus propter crimen læsæ Maiestatis sit degradandus, & curiæ seculari tradendus?* Ex p.3.tr.1.res.16. ibid.

56. *An Ecclesiasticus vsurpans iurisdictionem secularem, aut alia regalia possit à iudice laico bonis temporalibus priuari? Et late discutitur, quod Clerici in patrimonialibus eisdem priuilegiis, & exemptionibus gaudeant, & contra ea facientes incurrere in censuram Bullæ Cœnæ?* Ex part.4. tr.1.res.77.ibid.

57. *An Clerici in Sacris, vel Beneficiati, qui condigne non puniuntur in foro Ecclesiastico, possint à Rege priuari bonis ab ipso Rege obtentis?* Ex p.4.tr.1.res.4.p.130.

58. *An iudex laicus possit punire Clericum in defectu iustitiæ Ecclesiasticæ?* Ex p.4.tr.1.res.80.ibid.

59. *Quomodo sit explicandus textus in* cap.filiis, & Nepotibus 12.quæst.7 Ex p.1.tract.2.resol.25.aliàs 14. p.131.

60. *An negligentia iudicis Ecclesiastici in administranda iustitia possit suppleri per iudicem secularem vel è contra? Et an iudex Ecclesiasticus possit censuris compellere iudicem secularem, vt suo munere fungatur?* Ex p.3.tr.1. res.25.ibid.

61. *An iudex laicus possit punire Clericum pœna pecuniaria quia reuerentiæ signa illi non exhibuerit? vel quia coram ipso deliquerit?* Ex p.1.tr.2.res.26.aliàs 25.p.132.

62. *An iudex secularis processans occulte Ecclesiasticum in causa criminali cum intentione postea processum præsentandi Prælato faciat contra libertatem Ecclesiasticam, & incidat in excommunicationem Bullæ Cœnæ?* Ex p.1.tr.2. res.53.aliàs 52..ibid.

63. *An iudex laicus incidat in censuram Bullæ Cœnæ si occulte processat Clericum animo præsentandi processum Summo Pontifici, vel iudici Ecclesiastico?* Ex p.3.tr.1. res.52.ibid.

64. *An iudex laicus ex consuetudine possit iudicare in criminalibus Clericos in Minoribus constitutos? Et quid etiam de constitutis in prima Tonsura? Et an in Hispania Clerici Minores non gaudeant exemptione gabellarũ ex consuetudine? Et an Episcopi non possint publicare edictum, vt Clerici in Minoribus debeãt assumere Sacros Ordines sub pœna priuationis habitus? Et an ita declarauerit Sacra Congregatio?* Ex p.4.tr.1.res.10.ibid.

65. *An iudex laicus possit punire Clericum assassinum notorium? Idem est dicendum de Clerico incorrigibili, aut sodomita notorio?* Ex p.1.tr.2.res.52.aliàs 51.p.123.

66. *An Clericus falsum testimonium dicens coram iudice laico abeo puniri possit? Et an vero ad effectum repellendi clericum à testimonio possit iudex laicus per viam exemptionis cognoscere de crimine clerici?* Ex p.1.tr.2. res.110.aliàs 109.ibid.

64. *An laicus deponens falsum coram iudice Ecclesiastico possit ab eo puniri? Et quid è contra, si clericus deponat falsum apud iudicẽ secularem?* Ex p.3.tr.1.r.60.p.134.

63. *An Princeps secularis possit punire clericum delinquentem ratione officij, sibi ab ipsemet Principe concessi? Et explanatur, quod non solum persona Clericorum, sed eorum bona sint exempta à iurisdictione laicali?* Ex p.1. tr.2.res.19.alias 18 ibid.

69. *An iudex laicus possit punire Clericum delinquentem in officio seculari?* Ex p.4.tr.1.res.19.ibid.

70. *An Clericus possit se subiicere iurisdictioni Regali quoad bona patrimonialia?* Ex p.3.tr.1.res.29.p.135

71. *An Clericus possit se subiicere iudici seculari, vt arbitro? Et in dicto casu, si clericus nolit stare sententiæ, an iudex laicus non possit illum per se cognoscere?* Ex p.1. tr.2.res.107.alias 106ibid.

72. *An iudex laicus possit compellere clericum ad restituendum depositum, quoties se obligauit restituere in tribunali iudicis secularis?* Ex p.1.tr.2.res.22.aliàs 21.ibid.

73. *An Clericus possit reconueniri coram iudice laico de re, quæ non habet connexitatem cum petitione? Et notatur in multis aliis casibus clericum coram iudice laico reconueniri non posse. Etiamque docetur, licet quod clericus possit à laico reconueniri, & teneatur stare sententiæ, nihilominus sequuta sententia, non poterit à laico iudice cogi ad soluendum.* Ex p.4.tr.1.res.65.ibid.

74. *An Clericus sit conueniendus in Curia seculari pro debitis Regalibus?* Ex p.4.tr.1.res.66.p.136

75. *An Clericus in feudalibus possit conueniri coram iudice laico?* Ex part.3.tr.1.res.59. ibid.

76. *An Clericus, si conueniatur pro euictione, conueniendus sit coram iudice Ecclesiastico?* Ex p.3.tr.1.res.22.ibid.

77. *An Clericus ab emptore interpellatus, teneatur eum defendere coram iudice seculari?* Ex part.4.tr.1.res.25.ib.

78. *An Clerici ex vi statuti laicalis possint conueniri pro iure congrui, vel laicos conuenire? Et an clerici ligentur statuto laicorum de causis compromittendis inter affines, ita vt ipsi possint alios compellere, & compelli ad compromittendum? Et explanatur, quod statuta laicorum prosunt clericis, licet non æque noceant, vnde clerici possunt vti statutis & consuetudinibus laicorum, quatenus concernunt eorum fauorem, non autem è contra?* Ex p.3.tr.1.res.43.p.137

79. *An iudex laicus possit iudicare causam clericorum, qui hæredes sunt alicuius secularis, & causa ante eius mortem coram se incepta? Et an instantia capta contra clericum coram iudice Ecclesiastico debeat continuari contra laicum hæredem clerici coram eodem iudice?* Ex p.1. tr.2. res.25.aliàs 24.ibid.

80. *An Clericus succedens in bonis laici sit propter illa bona vocandus in iudicium coram iudice laico, ante quem iam incœpta erat? Et an clericus, qui coram iudice laico recepit depositum, possit à iudice laico ad illud reddendum cogi? Et an clericus citatus coram laico si putans sua interesse cõpareat, teneatur stare sententiæ a iudice laico latæ Et an laicus effectus clericus in ciuilibus debeat respõdere in iudicio, vbi prius citatus est?* Ex p.3.tr.1.res.31.ib.

81. *An Ecclesiasticus hæres laici defuncti in seculari iudicio conueniri possit? Et si clericus succedens laico possidet rẽ specialiter hypothecatã, in ratione hypothecæ possit conueniri coram iudice seculari?* Ex part.4.tr.1.res.21.p.138

82. *An iudex laicus possit facere realem executionem sententiæ à se latæ contra clericum in casibus, in quibus sibi à iure cognitio permissa est? Et alia circa hoc inferuntur in corpore huius Resolutionis?* Ex p.3.tr.1.resol.4.ibid.

83. *An iudex laicus possit exequi suam sententiam contra bona clericorum in casibus, de quibus in iudicio seculari actum est?* Ex part.4.tract.1. resol.3. ibid.

84. *An si adsit clausula de non alienando, possit fieri executio per secularem iudicem in prædio specialiter obligato à laico, & si clericus illud possideat?* Ex part.3.tr.1. resol.49.p.139

85. *An iudex laicus possit citare clericum creditorem in confectione alicuius inuentarij?* Ex part.1.tr.2. res.21. aliàs 20. ibid.

86. *An*

86. *An iudex laicus possit citare ad exhibenda iura sua coram eo, quando eius debitor petit dilationem ex consensu maioris partis creditorum, vel si velit beneficium cessionis bonorum obtinere?* Ex part.1.tr.2. res.23.aliàs 22. ibid.

87. *An iudex laicus possit cogere Clericum, qui spoliauit laicum sua possessione ad illam restituendam?* Ex part.4. tract.1.res.74.ibid.

88. *An seculares Magistratus possint cogere Clericos, vt triticum vendant, si necessitas adsit.* Ex part.1.tr.2. res.9.aliàs 8.p.140.

89. *An iudex laicus tempore Caristiæ possit compellere Clericos, vt vendant frumenta, vel ad aliquid faciendum tempore pestis? Et an possit Clericos coniugatos adstringere ad suprà dicta?* Expart.4.tr.1.res.87.ibid.

90. *An Ecclesiastici sint exempti à legibus ciuilibus, quatenus cum libertate Ecclesiastica non pugnant? Et ideo, si Clerici vendunt frumenta vltra pretium à Republica taxatum, an peccent mortaliter sicut laici, & teneantur ad restitutionem? Et in dicto casu, an possit propter transgressionem iudex laicus illos punire?* Ex p.1.tr.2.res.8. p.141.

91 *An Clerici subiiciantur legibus Principum secularium, quæ spectant ad Reipublicæ gubernationem & pacem, nec cum Sacris Canonibus, & statu Clericorum pugnant? Et notatur Clericos non peccare mortaliter, si dictas leges Principum secularium non obseruent, secluso scandalo?* Ex par.1. tract 10. res.12.ibid.

92 *An Clerici subiiciantur vi directiua legibus Principum secularium? Et notatur, quod secluso scandalo Ecclesiastici non peccant mortaliter dictas leges non obseruando?* Ex part.7.tr.10. res.39.& Misc.1.res.2.p.142

93. *An si iudex Ecclesiasticus non condemnet Clericum in pœnam legis laicalis, possit illum iudex laicus condemnare?* Ex part.4.tr.1. res.29.p.143.

94. *An Clerici possint vendere vinum ad minutum, & de aliquibus statutis quoad hanc materiam contra Immunitatem Ecclesiasticam?* Ex part.4.tr.1.res.52.ibid.

95. *An si in aliqua terra Baronis vendantur comestibilia tantum in eius taberna, vulgo dicta Zagato, possint adhuc Clerici aperire tabernas, & vendere vinum, nuces, & alia recollecta in eorum prædijs? Et an possit Baro introducere in quadam terra de nouo à se reædificata tabernam dictam Zagato, vassallis reclamantibus, & an ita faciens incurrat in censuram Canonis quinti Bullæ Cœnæ? Idem dicendum est de Communitatibus, seu Vniuersitatibus Ciuitatum, & locorum, &c.* Ex part.5. tract. 1. res.20.ibid.p.147.

96. *An Clerico vendenti vinum, frumentum, &c. vltra taxam à Principe impositam, possit iustitia secularis dicta victualia ei in pœnam tollere, vt à lege statutum est? Et an Clerici non teneantur ad pœnam, ad quam laici tenentur, si dicta victualia vendant vltra iustum pretium, etiam si Princeps expresserit, vt ea pœna afficiantur etiam Clerici? Et an dicti Clerici in prædictis casibus possint puniri ab Episcopis mitiori tamen pœna?* Ex part.1. tract.2.res.71.ibid.

97. *An iudex laicus possit exigere pœnas impositas à lege, si Clerici illam transgrediantur, & res vendite cecidissent in commissum? Et notatur Clericos pro damno, & noxa data à suis animalibus non posse conueniri coram iudice seculari, neque teneri ad pœnas impositas? Et aduertitur adilem non posse Clericum compellere, vt domum ruinosam destruat, ne vicinis noceat, neque pro plateis mundandis, vbi ipsi degunt, pœnas pecuniarias extorquere?* Ex part.4.tr.1.res.8.p.148.

98. *An Clericus, qui falsa mensura triticum, & vinum, vel oleum vendidit, possit puniri à iudice seculari?* Ex par.1. tr.2.res.77.aliàs 76.ibid.

99. *An Clerici, si fraudem efficiant quoad pondera, & mensuras, vel quoad pretium rerum venalium possint puniri in mulctis pecuniarijs impositis à lege per iudicem laicum? Et an Principes laici authoritate propria non possint statuere, ne ad beneficia aduena assumantur; nec possint præcipere, vt possessio beneficij non apprehendatur sine eorum licentia, & consensu, aut Gubernatoris, vel Præsidis?* Ex part.5. tr.1.res.6.ibid.

100. *An iudex laicus, siue eius minister inueniens Ecclesiasticos exportantes pecuniam, frumentum, & equos, &c. à Regno contra legem, possit talia auferre sine fractione libertatis Ecclesiastica, & timore excommunicationis? Et obseruatur Clericos etiam à iudicibus Ecclesiasticis non esse puniendos pœna legibus Ciuilibus constituta, etiam si cum eorum statu non pugnet?* Expart.1.tr.2.res.16.aliàs 15.p.150.

101. *An clerici transgressores legum possint puniri à iudice laico pœna pecuniaria à lege constituta? Et an si minister laicus auferret annonam, quia Clericus contra legem latam asportaret extra Regnum, incurreret ex excommunicationem, & frangeret libertatem Ecclesiasticam?* Ex p.3.tract.1.res.41.ibid.

102. *An iudex laicus possit procedere contra animalia, & pecora Clericorum, & Religiosorum quæ in alienis possessis reperta fuerunt?* Ex part.1.tract.2. resol.81.aliàs 80. ibid.

103. *An si animalia Clericorum inferant damnum possint per iudicem secularem capi, & damnum factum exigi?* Ex part.4.tr.1.res.72.p.151.

104. *An Notarius effectus Clericus sit puniendus à iudice laico pro falsitate, quando erat laicus? Sed difficultas est, quid faciendum, si talis Clericus conficeret acta, & instrumenta?* Ex part.4.tr.1.res.84.ibid.

105. *An instrumentum incusari possit coram iudice laico contra debitorem, qui post obligationem Clericus effectus est?* Ex part.4.tract.1.res.23.ibid.

106. *An si quis effectus Clericus, postquam lis contra eum coram iudice seculari mota est, possit apponere declinatoriam pro remissione ad iudicem Ecclesiasticum?* Ex part.4.tractat.1.res.38.ibid.

107. *An laicus relegatus per certum tempus, infra quod efficitur Clericus, & rumpit exilium sit à iudice laico pro dicta fractura cognoscendus? Et an si quis fuerit bannitus tempore quo erat laicus, & hanno durante efficitur Clericus, vtique liberatur à iurisdictione laici?* Ex part. 4.tr.1.res.22.p.152.

108. *An Clericus relegatus à iudice Ecclesiastico, si durante relegatione efficitur laicus, & frangat relegationem, possit pro dicta fractura à iudice Ecclesiastico puniri, & duplicari pœna? Idem dicendum est, si Clericus committat delictum tempore Clericatus, & post delictum ducat vxorem?* Ex part. 1.tract.2. res. 119. aliàs 118. ibid.

109. *An iudex laicus possit punire Clericos, qui sine habitu & Tonsura immiscent se in delictis grauissimis? Et notatur, quod ad priuandum Clericum priuilegio fori, ad hoc vt dicatur se in enormitatibus immiscere, requiruntur aliqua, quæ in calce huius Res. explanantur?* Ex p.1. tr.2.res.24.aliàs 23.ibid.

110. *An sint aliqui casus, in quibus Principes seculares possint pœnis coercere clericos? Et an si Papa faceret aliquæ mandata in destructionem Ecclesiæ, possit Princeps secularis facto & vi resistere illis, & impedire executionem talium mandatorum?* Ex part.1.tr.2. res..7.p.153.

111. *An iudices seculares possint capere Ecclesiasticos, & Religiosos impedientes, & resistentes iurisdictioni laicali, nec non illos punire pœna pecuniaria?* Ex p.4.tr.1. res.79.ibid.

112. *An in aliquo casu Clericus possit capi à ministro laico? Et notatur iudicem laicum non posse detinere Clericum de quo supra captum in suis carceribus per spatium viginti horarum, si breuiori tempore possit illum iudici Ecclesiastico remittere?* Ex p.5.tr.1.res.22.ibid.

113. *An iudex laicus possit in aliquibus casibus capere Clericum, & detinere in carceribus vltra viginti horas? Imo, neque eo tempore detinere eum possit, si breuiori illum iudici Ecclesiastico remittere posset? Et in casibus concessis, si laicus officialis capiens Clericum non præsentet statim suo iudici an incidat in excommunicationem, &c.* Ex part.4.tr.1.resol.85.p.154.

114. *An iudex laicus & eius minister possit capere personam Ecclesiasticam in flagranti crimine, & ducere illam sine iniuria ad suum Ecclesiasticum Superiorem?* Ex part.1.tr.2.res.11.aliàs 10.ibid.

115. *Quid sentiendum si non in flagranti crimine, sed noctu cum armis prohibitis, vel mutato habitu, Clericus inuentus? An in tali casu Clericus comprehendi possit? Et an iudex secularis iure defensionis suæ, aut alterius innocentis, licite comprehendat Clericum non solum in actuali aggressione, & crimine patrando, præueniendo illud, sed etiam in crimine patrato, ne fugiat, vt præsentetur suo Superiori? Et an iudices laici possint detinere Clericum in suis carceribus spatium 20. horarum? Imo, si cum possint incontinenti non tradant Clericum iudici Ecclesiastico, an incidant in excommunicationem?* Ex part.1.tract.2.res.12.aliàs 11.ibid.

116. *An minister laicalis possit spoliare Clericum armis prohibitis & priuare absque metu excommunicationis, & maxime tempore noctis? Et an compelli possit à iudice Ecclesiastico arma illa restituere? Et an Clericus ferens arma possit resistere cum armis birruario volenti eum capere? Et an Clericus exercens prohibitam venationem, vel piscationem, possit spoliari à iudice secular, vel suis ministris canibus, vel canibus vel aliis instrumentis?* Ex part.1.tr.2.res.10.aliàs 9. p.155.

117. *An minister laicus possit spoliare Clericum armis prohibitis? Et an iudex laicus possit spoliare Clericum exercentem venationem, aut piscationem prohibitam, canibus, vel canibus, aut aliis instrumentis? Et an minister laicalis possit tollere à Clericis vestes prohibitas deferentibus ex aliqua Pragmatica Regis, vel auferre annonam à Clericis? Et an iudex Ecclesiasticus teneatur punire Clericos pœnis statutis à lege laicorum?* Ex part.1. tract.1.resol.28.ibid.

118. *An valida sit lex, qua permittit Magistratibus secularibus, vt arma horis prohibitis Clericis capiant? Et in tali casu, an iudex secularis possit damnare Clericum ad pœnam pecuniariam à lege impositam?* Ex p.4.tr.1. r.19.p.156.

119. *An ministris laicalis iurisdictionis liceat auferre Clericis arma prohibita?* Ex p.5.tr.1.res.4.ibid.

120. *An ad declinandum forum iudicis secularis sufficiat possessio Clericatus? Et an Clericus, qui in re aliqua in Tridentino sess.23.cap.6.præscripta defecit, ob idque foro laicali subiicitur, non solum à iudice laico, sed à iudice Ecclesiastico possit puniri, atque indicari? Et an prima Tonsura vnius testimonio probetur?* Ex p.3.tr.1.res.48. p.157.

121. *An Clericus, qui aliquando dimittit habitum, & Tonsuram, amittat priuilegium fori, & iudex laicus possit illum punire? Et an vero requiratur trina monitio, vt Clericus incedens sine habitu, & Tonsura perdat priuilegium fori?* Ex part.1.tract.2.resol.34. aliàs 33. ibid.

122. *An Clericus in Minoribus, vt gaudeat priuilegio fori opus sit, vt tempore delicti, vel saltem captura reperiatur in Tonsura, & habitu? Et an si aliquis Clericus dimisisset habitum Clericalem, & illum reassumeret, etiam sine licentia Episcopi, gaudeat priuilegio fori, etiam si in Synodo hoc prohibitum esset fieri? Et an priuilegio fori gaudeat Clericus, incedens in habitu, & Tonsura, & per paucas vices in Choro & processionibus interfuit, quamuis de mandato Episcopi alicui Ecclesiæ non inseruiat, vel beneficium Ecclesiasticum non habeat?* Ex p.4.tr.1.res.18.ibid.

123. *An Clericus gaudeat priuilegio fori, & sit à laica iurisdictione exemptus, si tantum deferat habitum, & non Tonsuram, vel è contra? Et an Clericus gaudeat priuilegio fori, si tempore capturæ inueniatur sine vestibus Clericalibus, dummodo tempore delicti illas gestauerit?* Ex part.1.tr.2.res.33.aliàs 32.p.158

124. *An Clericus incedens in habitu, si omittat portare Tonsuram, perdat priuilegium fori?* Ex p.4.tr.1.res.93. ibid.

125. *An Clericus, vt gaudeat priuilegio fori, debeat portare non solum pallium sed etiam togam vsque ad talos?* Ex part.4.tr.1.res.91.ibid.

126. *Clericus qualem habitum deferre debeat, vt gaudeat priuilegio fori. Et si controuertatur, an habitus, cum quo inuentus est Clericus, sit Clericalis, an inquam, hæc habitus cognitio ad Ecclesiasticum pertineat, & dum hæc coram iudice Ecclesiastico pendent, debeat iudex laicus supersedere, & aliter faciens Immunitatem Ecclesiasticam infringat?* Ex part.3.tractat.1. res.63.p.159.

127. *Vtrum iudex laicus possit in casu contingenti cognoscere de Clericatu, vel de habitu? Et an si Clericus captus incedat in habitu laicali, an tunc possit detineri per iudicem secularem, donec iudex Ecclesiasticus ferat declarationem, & dum pendet talis cognitio, iudex secularis debet supersedere à progressu in causa delicti? Et quid, si in dicto casu fama esset publica & notoria, quod ille esset Clericus, quamuis inuentus sit in habitu laicali, an in tali casu statim remittendus sit ad iudicem Ecclesiasticum, & ante cognitionem Clericatus? Et qua autem vestes censenda sint Clericales in Clericis prima Tonsura, & initiatis Minoribus Ordinibus?* Ex p.1.tr.2.res.28.aliàs 27 ibid.

128. *An iudex laicus possit cognoscere de Clericatu, vel de habitu?* Ex p.3.tr.1.res.15.ibid.

129. *An iudex laicus possit cognoscere, vtrum Clericus veste Clericali amictus sit vt gaudeat priuilegio fori?* Ex p.3.tract.1.res.10.p.160.

130. *An cognitio de habitu Clericali spectet ad iudicem laicum?* Ex p.4.tr.1.res.5.ibid.

131. *An iudex laicus possit punire Clericum, qui assumpsit habitum Clericalem post delictum patratum intentione subtrahendi se à seculari potestate? Et notatur in tali casu non posse iudicem laicum talem Clericum ordinatum in fraude punire quoad pœnam corporalem, sed tantum quoad pœnam pecuniarium, & confiscationem bonorum, quamuis hoc non careat difficultate, quia exempta persona non potest in rebus molestari.* Ex par.1.tr.2. res.27.aliàs 26.ibid.

132. *An qui assumpsit habitum Clericalem post delictum animo subtrahendi se à laica potestate, gaudeat priuilegio fori. Et si quis dicat autem suscepisse habitum Clericalem ex vi voti, an ipsius iuramento standum sit?* Ex p.3.tract.1.res.67.p.161.

133. *In Diœcesi N. volentes ad Ordines promoueri, prius adscribuntur Ecclesiæ Cathedrali, & per annum gestant habitum Clericalem inseruiendo eidem Ecclesiæ, prout faciunt Clerici iam ordinati, quæritur, an in dicto anno gaudeant priuilegio fori. Et an omnes seruientes Ecclesiis gaudeant priuilegio fori & maxime Scholares addiscentes, & seruientes Ecclesiæ.* Ex part.6. tractat.1. resol.36.ibid.

134. *An Clerici inseruientes, & vere adstricti alicui Ecclesiæ, licet primam Tonsuram non habeant, gaudeant priuilegio fori? Et explanatur, quod quamuis Clerici, qui dicuntur Saluatici, non gaudeant priuilegio Canonis, neque exemptione gabellarum, tamen gaudent priuilegio fori?* Ex part.3.tract. 1.res.69.p.162.

315. *An*

135. *An Clericus incedens cum habitu, & Tonsura, sed non deseruiens alicui Ecclesiæ, gaudeat priuilegio fori?* Et notatur, *quod licentia Episcopi deseruiendi in certa Ecclesia sufficit, vt obineatur oretenus, sed non sufficit seruitium in temporalibus, sed in spiritualibus, & sufficit, si seruitum præbeatur alteri Ecclesiæ, quam illi, in qua mandauit Episcopus, etiam si seruiat capella existenti in Ecclesia, quæ ab Episcopo Confraternitati laicorum pro Oratorio esset assignata. Et alia circa hoc in textu huius Resolutionis explanantur, & tandem quæritur obiter an percutiens Clericum non deferentem habitum, & Tonsuram incurrat in excommunicationem Canonis* si quis, *&c?* Ex p.1. tr.2. ref.35. alias 34. ibid.

136. *An Clericus in Minoribus amittat priuilegium fori, si non deseruiat Ecclesiæ ad certum ministerium ex Episcopi mandato? Et an sufficiat, quod Clericus inseruiat in diuinis etiam alteri Ecclesiæ quam illi, cui fuit per Episcopum adscriptus? Et quid, si deseruiat alicui Ecclesiæ, etiam si hoc non faciat de mandato Episcopi?* Ex part.4.tr.1.ref.2.p.163.

137. *An Clericus deseruiens Ecclesiæ ex licentia obtenta à Vicario Episcopi gaudeat priuilegio fori? Et an adscriptio in Ecclesia hodie non sit necessaria de mandato Episcopi, sed sufficiat, quod realiter fiat seruitium in Diuinis? Ex quo infertur Clericum in Minoribus constitutum, & habitum & Tonsuram deferentem gaudere priuilegio fori & Ecclesiæ deseruientem non tamen de mandato Episcopi?* Ex part.9.tract.6. & Misc.1.ref.6. ibid.

138. *An Clerici Minores, vt gaudeant priuilegio fori, debeant in Dominicis diebus cum superpelliceo Diuinis interesse?* Ex p.4.tract.1.resolut.88.p.164.

139. *An Clerici in Minoribus obseruantes requisita Concilij Tridentini, gaudeant omnibus priuilegiis, quibus gaudent Clerici in Sacris constituti? Et docetur omnes consuetudines trahendi Clericos coram iudice laico etiam in ciuilibus esse reprobatas in Concilio Tridentino, & aliis iuribus.* Ex p.4.tr.1.ref.20.ibid.

140. *An iudex laicus possit punire Clericos in Minoribus constitutos? Et aduertuntur & explanantur omnia, quæ determinauit Concilium Tridentinum sess.23.c.6. vt quis gaudeat priuilegio fori. Et tandem quæritur, vtrum clericus habens beneficium, sed non deferens habitum, & Tonsuram, nec alicui Ecclesiæ deseruiens gaudeat priuilegio fori?* Ex p.1.tr.2.ref.29.aliàs 28.p.165.

141. *An Clericus in Minoribus, si habeat beneficium, & non deferat habitum & Tonsuram, gaudeat priuilegio fori?* Ex p.4.tr.1.ref.89.ibid.

142. *An si dictus Clericus habeat tantum titulum, & collationem beneficij, non tamen possessionem, gaudeat priuilegio fori, & sit à iurisdictione laica exemptus? Et an hoc etiam procedat in Clerico possidente beneficium, sed sine redditibus?* Ex part.1. tractatu 2.ref.30.aliàs 29. p.166.

143. *An Clericus, qui habet pensionem tantum super aliquo beneficio, gaudeat tanquam Beneficiatus priuilegio fori, ita vt exemptus sit à iurisdictione seculari? Et quid, si incedit in habitu & Tonsura?* Ex part.1.tract.2. ref.31.aliàs 30.ibid.

144. *An Capellanus, cui Capella in perpetuum, vel in titulum fuerit à Papa, vel Episcopo assignata, gaudeat priuilegio fori? Et quid dicendum, si habeat Capellaniam, seu beneficium, vulgariter dictum seruitium Missarum? Et quid, si Clericus habeat Præstimonium, seu Fratransiam, si dictum Præstimonium possideat in titulum perpetuum, & aliquod spirituale annexum habeat?* Ex part.1.tr.2.ref.32.aliàs 31.ibid.

145. *An habens coadiutoriam à Papa concessam, gaudeat priuilegio fori? Et quid de Clerico, qui beneficium obtinet, quod obtinere non poterat, puta, quia illegitimus, irregularis, vel si ordinatus est cum falsis dimissoriis, vel sine illis? Et quid, si ordinatus fuerit ante legitimam ætatem, vel per simoniam?* Ex part.3.tr.1.ref.62. ibid.

146. *An ordinatus ante legitimam ætatem, vel extra tempora, &c. gaudeat priuilegio fori? Et quid de eo, qui ordinatus fuit sine dimissoriis, aut cum falsis? Et quid est sentiendum de Clerico ordinato per simoniam, vel ab Episcopo impedito ordines faciendi, v.g. excommunicato, suspenso, interdicto, &c. an gaudeat supradicto priuilegio fori?* Ex p.4.tr.1.ref.26.p.167.

147. *An qui beneficium habens delinquit, & postea matrimonium contrahit, sit à iudice laico puniendus? Idem est dicendum de Clerico coniugato, qui post commissum delictum tempore, quo omnia requisita habebat, vt priuilegio fori gauderet, effectus est bigamus iniens aliud matrimonium.* Ex part.4.tractatu 1.ref.6. ibid.

148. *An Clericus coniugatus cum vnica, & virgine, vestes Clericales, & Tonsuram deponens, si postea illas reassumat, gaudeat priuilegio fori?* Ex part. 1. tract. 2. resol.80.aliàs 79.ibid.

149. *An Clericus solutus in Minoribus tempore delicti, si postea viduam ducat, ex bigamia amittat priuilegium fori? Et an sit bigamus; ita vt amittat priuilegium fori, si quis fœminam prius à se cognitam ducat postea in vxorem?* Ex part.4 tract.1. ref.27.ibid.

150. *An iudex laicus possit cognoscere, si Clericus sit bigamus?* Ex part.4.tr.1.ref.71. p.168.

151. *An minister laicalis iurisdictionis possit exercere iurisdictionem circa Clericos coniugatos non in criminalibus, sed in ciuilibus? Et an Clericus negociator, si ter non fuerit monitus, non subiaceat statutis laicorum? Et an omnis negociatio, qua aliis Clericis prohibita est, etiam coniugatis prohibita censeri debeat?* Ex part.1.tr.2.ref. 51.aliàs 50.ibid.

152. *An Clerici coniugati gaudeant priuilegio fori etiam in Ciuilibus? Et Clericus coniugatus post dimissum habitum, & Tonsuram, si pro delicto aliquo in Curia laicali est citatus, & ob contumaciam condemnatus fuerit, si deinde assumpto habitu & Tonsura Ecclesiæ deserviat, an possit à iudice laico propter delictum in carcerem coniici, aut personaliter adstringi? Et quid, si Clericus coniugatus pro crimine capiatur incedens sine habitu, & Tonsura, & deinde è carcere fugiens habitum, & Tonsuram reassumat, &c.* Ex part.4.tract.1.ref.78. ibid.

153. *An Græcus, qui post contractum matrimonium, initiatus est Minoribus ordinibus, gaudeat priuilegio fori? Et docetur Clericos in Minoribus coniugatos Orientales, quos Græcos apellamus, gaudere priuilegio Canonis, & fori, etiam si Ecclesiæ non deseruiant.* Ex part.5.tr.1 ref.26.p.169.

154. *An vxor Clerici Græci, vel Latini in Minoribus constituti gaudeat priuilegio fori in casu, quo eius vir gaudet? Et an supradicta vxor gaudeat hoc priuilegio fori etiam mortuo viro, donec alteri nubat? Et an vxores viduæ Equitum D. Iacobi, Alcantara, &c. etiam gaudeant exemptione gabellarum?* Ex p.3.tr.1.ref.45. p.170.

155. *An vxores Clericorum coniugatorum gaudeant priuilegio fori? Et an non solum viuente viro, sed etiam mortuo, durante viduitate; ita vt vxor Clerici, quæ commisit homicidium viuo marito, vel durante viduitate, debeat conueniri coram Episcopo, non autem coram iudice seculari?* Ex part. 4. tract. 1. resolut. 41. ibid.

156. *An vxores Equitum D. Iacobi, Alcantara, Calatraua, &c. gaudeant priuilegio fori? Et an dicta vxores gaudeant supradicto priuilegio fori, etiam mortuo viro, donec, alteri nubant? Et quid dicendum est, mortuo*

mortuo viro, si in viduitate permaneant, de exemptione gabellarum, quod idem dicendum est de vxore Clerici coniugati, & Sacerdoti Graci ? Et an si in dicto casu gabellas defraudent, non sit illis deneganda absolutio ? Ex part.6. tractatu 8. & Misc.3. resolut.6. p.171

157. *An vxor Clerici coniugati, vel Sacerdotis Graci, vel Equitis D. Iacobi, Alcantara, &c. durante viduitate, gaudeat priuilegio fori, & exemptione gabellarum ? Et explanatur, quod vidua, & pupilli professorum Doctorum, Medicorum, Studiosorum, ipsisque inseruientium, parentum, maritorumque prædefunctorum gaudent Immunitatis commoditate, id est priuilegio fori ?* Ex p.8. tr.7. & Misc.ref.23.ibid.

158. *An filij Clericorum gaudeant priuilegio fori, ita vt iudex laicus illos non possit punire: Et an etiam gaudeant exemptione gabellarum: Et an doctrina huius Resolutionis intelligatur tantum de filiis legitimis, & viuente Patre ?* Ex p.3.tr.1. ref.7.p.173.

159. *An filij Clericorum gaudeant priuilegio fori Ecclesiastici ? Et an Clerici ligentur statuto laicorum, edicto super inre, quod vocant congrui ? Et an Clericus Emphyteuta sit conueniendus coram iudice laico ad solutionem laudemij, vel coram Ecclesiastico ?* Ex p.4. tr.1. ref.111.ibid.

160. *An familia Clericorum gaudeant priuilegio fori ? Et an serui perpetui Clericorum, etiam si sint Mauri, Turca, & à Catholica Ecclesia alieni, gaudeant tamen hoc priuilegio fori ?* Ex p.3.tr.1.ref.47ibid.

161. *An serui Clericorum gaudeant priuilegio fori ? Et an doctrina huius quæstionis debeat etiam accipi de famulis professorum, & studiosorum, quotidianis, necessariis, perpetuis, & propriis; & quid de familia laica Episcoporum ?* Ex part.7. tract. 7. ref.62. aliàs 61. p.174.

162. *An N. Religiosus professus, qui miscuit se in criminibus enormibus, amiserit priuilegium fori, ita vt sine metu censurarum possit illum iudex laicus punire ? Et supponitur Religiosum professum nunquam perdere priuilegium fori, etiam si apostataret à Religione, habitumque dimitteret, &c. Et explanantur, qua sint necessaria, vt Religiosus, & Clericus perdant priuilegium fori. Et an in supradicto casu Religiosus à suo Superiore sit degradandus, & Curiæ seculari tradendus, quod idem dicendum est de Clerico ?* Ex p.1.tract.2.ref.130. aliàs 126.ibid.

163. *An Nouitij in Religione Clericorum Regularium tempore hospitij, gaudeant priuilegio Canonis, & priuilegio fori ? Et an Nouitius cum licentia Patris Generalis acceptatus in nostra Religione ante pubertatis annum, sit proprie Nouitius, ita vt gaudeat priuilegio Canonis, & fori ? Et an impuberes admissi ad Religionem ante annos pubertatis gaudeant priuilegio Canonis, & per consequens etiam priuilegio fori ? Et an supradicti Nouitij hospites gaudere etiam debeant priuilegio exemptionis gabellarum, si aliqua bona possideant ? Et an Clerici coniugati, & laici seruientes Episcopis, licet gaudeant priuilegio fori, non tamen gaudeant priuilegio gabellarum ? Et an illi, qui assumpto aliquo habitu Religioso adhibentur ad seruitia, & obsequia Monialium, & ad petendum pro ipsis eleemosinam, gaudeant priuilegio Canonis ?* Ex part.6.tract.8.& Misc.3.ref.7. p.176.

164. *An Nouitius ob delictum ab eo ante Religionis ingressum commissum, sit à iudice laico puniendus, etiam si hoc in fraudem fecerit ? Et an in hoc euentu ad summum possit prædictus Nouitius puniri à iudice seculari in pecunia & bonis, non autem in corpore ?* Ex part. 3. tractatu 1. resolut. 33. p.177.

165. *An iudex laicus possit punire aliquem, qui post diffamationem, & inquisitionem homicidij ingressus est Religionem ? Et in prædicto casu an talis Nouitius puniri possit tantum in pecunia, & bonis à iudice seculari, non autem in corpore, etiam si cum fraude ingressus sit Religionem ?* Ex parte 4.tractatu 1.resolut.95. ibid.

166. *An Nouitius, habitu Religionis dimisso, possit à iudice seculari puniri ob delictum tempore Nouitiatus commissum ? Idem dicendum est de Religiosis emissis ex Societate Iesu, si vxorem ducant, vel liberi in seculo maneant. Et notatur non posse Nouitium cogi à Prælato Religionis ad luendam pœnam delicto suo condignam, etiam si re integra, id est ante cœptum iudicium discedere velit à Religione. Et quid de delicto cuiusdam Clerici, qui statu Clericali dimisso, vxorem duxerat ?* Ex part.3. tractatu 1. resolut. 34. p.178.

167. *An Equites Nouitij D. Iacobi, Alcantaræ, Calatraua. S. Ioannis, &c. gaudeant priuilegio fori ? Et quid de ipsis Equitibus iam professis D. Iacobi, Alcantaræ, Calatraua, &c. Et an idem dicendum sit de Militibus Montesæ, S. Stephani, & S. Lazari, & secus autem dicendum sit de Equitibus Aurei Velleris, S. Michaëlis, Annunciationis B. Mariæ Virginis, & de Militibus Garreriorum, & illis vulgo dictis* de la Banda *& de omnibus aliis absque Sedis Apostolicæ authoritate erectis ? Et quid de exemptione gabellarum supradictorum Equitum Nouitiorum ?* Ex part .4. tr.1. resul.36. ibid.

168. *An Nouitij D. Iacobi, Calatraua, Alcantaræ, & præsertim D. Ioannis gaudeant priuilegio fori ? Et ex doctrina huius quæstionis infertur, an Prælati Religiosorum ex iusta causa possint differre professionem Nouitij apti ?* Ex p.5.tr.1.ref.18.p.179.

169. *An iudex laicus possit ciuiliter, seu criminaliter cognoscere causas aduersus Equites D. Iacobi, Alcantaræ, & Calatraua ? Et an dicti Equites gaudeant priuilegio Canonis, & fori ?* Ex par.1.tract.2.ref.73.aliàs 72. ibid.

170. *An Fratres D. Ioannis, qui portant mediam crucem albam, gaudeant priuilegio fori, & gabellarum ?* Ex p.3.tr.1.ref.51.ibid.

271. *An Milites D. Ioannis gaudeant priuilegio fori ? Et si dicti Equites D. Ioannis exerceant officia secularia, & in illis delinquant, an possint puniri a iudice laico, Et an vero idem dicendum sit de Equitibus S. Stephani, & S. Lazari ? Et quid, de quibuslibet aliis Religionibus Militaribus tria vota emittentibus in manibus Prælati, & à Sede Apostolicæ approbatis ? Et quid sentiendum est de exemptione gabellarum:* Ex part.4.tr.1.resol.86. p.180.

172. *An Milites S. Stephani, & S. Lazari gaudeant priuilegio fori ? Et an dicti Equites, etiam nouitij gaudeant exemptione gabellarum ?* Ex part. 3. tract.1. resol.61.ibid.

173. *An Rectores Hospitalium gaudeant priuilegio fori ?* Ex p.3.tr.1.r.66.ibid.

174. *An Eremita gaudeant priuilegio fori ? Et quid de Eremitis profugis, qui non subsunt alicui Superiori Ecclesiastico ?* Ex part.4. tractatu 1.resolut.35. p.181.

175. *An Tertiariæ D. Francisci, seu* Bizochæ, *vel* Beatæ, *vt vocant, gaudeant priuilegio fori, & possint consequi legatum pro Monachatu: Et quid de priuilegio Canonis ? Et an viri Tertij ordinis D. Francisci aliique similes, qui collegialiter viuant, seu in Clausuris habitent, gaudeant priuilegio fori ?* Ex part.1.tr.2.ref.81. aliàs 84.ibid.

176. *An oblati viuentes in aliquo Monasterio gaudeant priuilegio fori ? Et an illi homines, qui assumpto habitu Religioso adhibentur ad seruitia, & obsequia*

sequia Monialium, ad petendas pro ipsis eleemosynas; gaudeant priuilegio fori? Et an mulieres Tertiariæ, vulgo dictæ Bizocche, *gaudeant priuilegio fori, & exemptione gabellarum, & cum requisitis conditionibus possint consequi legatum relictum pro Monachatu, non obstante, quod viuant in propriis domibus?* Ex part.4.tr.1.ref.31. ibid.

177. *An Confraternitates laicorum gaudeant priuilegio fori ita vt Episcopis sint subiectæ? Et quid, si in eis opera Charitatis, & pietatis, & exercitia spiritualia exerceant, quod idem dicendum erit à fortiori de Hospitalibus? Et an bona supradictarum Confraternitatum possint alienari sine assensu Apostolico?* Ex p.4.tract.1. resolut.37. p.182.

178. *An iudex laicus possit dirimere controuersias ortas inter Confraternitates in aliqua processione?* Ex p.3.tr.1.x.70. ibid.

179. *An sint exempti ab onere hospitandi Patres, & fratres Clericorum, dum vna simul habitant? Et notatur Magistratus seculares non posse hospitari facere milites in domibus Ecclesiasticarum personarum, quamuis laicis locatis?* Ex p.4.tr.1.ref.32.ibid.

180. *An Episcopus possit cognoscere de delicto admisso à laico officiali suo? Et si aliquis iudex secularis vellet cognoscere delicta supradicti officialis, an possit Episcopus illum excommunicationis nexu vincire? Et an Carcerarij, Fiscales, Commissarij Magistri, Notarij, lictores, &c. Episcopi, etiam si sint laici, gaudeant priuilegio fori?* Ex p.3.tr.1.ref.12.

181. *An Episcopi possint excommunicare iudices laicos, qui volunt cognoscere delicta suorum famulorum? Et an Episcopi post Concilium Tridentinum possint tenere familiam armatam, qua quidem familia, licet laica, gaudeat eo priuilegio, sicut ipsi Clerici gaudeant?* Ex p.1.tr.2.ref.98.aliàs 97.p.183.

182. *An familia laica Episcoporum gaudeat priuilegio fori? Et quid de Notarijs, Fiscali, Actuarijs, scribis, &c. Curiæ Episcoporum in omnibus delictis etiam commissis extra officium, an debeant gaudere priuilegio fori?* Ex p.4. tr.1.ref.30.ibid

183. *An Ministri Curiæ Episcoporum gaudeant priuilegio fori in delictis extra officium commissis? Et explanatur laicos familiares Episcoporum gaudere priuilegio fori, quamuis non habeant requisita Concilij Tridentini sess.23. cap.6.* Ex parte 5.tractatu 1.resolut.1, p.184.

184. *An familia laica Episcopi Titularis, vel aliorum Prælatorum habentium territorium, & iura Episcopalia cum potestate iurisdictionis, vt est in Sicilia Archimandrita Meßanensis gaudeat priuilegio fori? Et in casu occurrenti pro delicto puniendi sunt ab Ordinario loci, & non ab ipso Episcopo titulari, &c.* Ex p.5.tr.1. ref.25.p.186.

185. *An familia Vicarij Episcopi gaudeat priuilegio fori?* Ex p.3.tr.1.ref.46.p.187.

186. *An iudices laici possint præscribere numerum satellitum Episcoporum, vulgo dicti* Alarij? Ex p.4.tr.1.ref. 100.ibid.

187. *An offendens cursorem, seu alium Ministrum Episcopi, non in executione officij, sed ex odio, & inimicitia priuata sit puniendus ab Ecclesiastico, vel à iudice seculari? Et an saltem hic casus sit mixti fori? Et in exemplum adducuntur alij diuersi casus pro praxi?* Ex p.6. tr.8.& Misc.3.ref.3.ibid.

188. *An Episcopi possint visitare Hospitalia, etiam si à Patrono in ipsius fundatione aliter cautum sit, & maxime consentiente ipso Episcopo? Et quid, in casu negligentiæ, si Fundator, aut testator alios executores non substituerit?* Ex part.1.tract.2.ref.84.aliàs 83. p.188.

189 *An Episcopus possit visitare Hospitalia, & Confraternitates quoad decentiam Diuini cultus, etiam si existant sub protectione Regum? Et explanatur, quod licet Episcopus non visitet Capellas particulares, & exemptas, tamen potest inquirere, an decenter ibi Sacra ministrentur.* Ex p.1.tr.2.ref.101.aliàs 100.p.189.

190. *An iurisdictio temporalis Archiepiscopi Montis Regalis sit à Rege Guilielmo II. ita ei concessa, vt omnem Superioritatem à se abdicauerit, & possit ab illo exerceri per Gubernatorem Ecclesiasticum?* Ex part.7.tract.10. & Misc.1.ref.4.p.190.

191. *An quando Clericus instituit hæredem alium Clericum, vel laicus condidit testamentum ad pias causas, possit iudex Ecclesiasticus dicta testamenta publicare?* Ex p.1. tr.2.ref.100.alias 99.p.193.

192. *An mortuo Episcopo inuentarium pro spolio possit fieri à iudice laico?* Ex p.4.tr.1.ref.110.ibid.

193. *An iudex laicus possit cognoscere in casu hæresis, si agatur de quæstione facti? Et an iudices laici non possint cognoscere de crimine Sortilegij quando hæresim continet?* Ex p.3.tr.1.ref.2.ibid.

194. *An iudex laicus possit cognoscere de crimine hæresis; quando agitur de quæstione facti?* Ex part.4.tr.1.ref.58. p.194.

195. *An iudex laicus possit punire Apostatas? Et explanatur, quod in conflictu opinionum illa magis est amplectenda quæ fauet Ecclesiæ.* ? Ex part.4.tr.1.ref.12. ibid.

196. *An Reges possint statuere, vt Familiares S. Inquisitionis non gaudeant priuilegio fori in aliquo delicto sine consensu DD. Inquisitorum? Et ex doctrina huius quæstionis infertur differentia inter priuilegium concessum à Principibus laicis Ecclesiæ, & priuilegium concessum ab Ecclesia Principibus laici, nam hoc reuocari potest tanquam priuilegium concessum subditis, illud autem minime, quod est valde notandum. Et ideo priuilegium cognoscendi causas Clericorum concessum Principibus reuocari posse, etiam si per consuetudinem immemorabilem tali priuilegio innixam obseruatum fuerit. Et è contra non posse principem condere statutum abrogans aliud statutum suum, quod Clericorum priuilegium continebat.* Ex p.4.tr.1.ref.82.ibid.

197. *An si Princeps conderet statutum abrogans aliud statutum, quod Clericorum priuilegium continebat peccet contra Immunitatem Ecclesiasticam, & aliter faciens incurrat excommunicationem Bullæ Cœnæ? Et aduertitur statutum esse contra libertatem Ecclesiæ, quando est contra libertatem vnius Ecclesiæ tantum.* Ex p.1. tr.2. ref.61.alias 60.p.195.

198. *An statuta laicorum etiam fauorabilia Clericis sint valida? Et an statuta, & leges Principum secularium etiam licita, & honesta, & propter commune bonum facta & quæ priuilegia Ecclesiæ non laderent, adhuc non ligent Clericos Et notatur, quod quando Clerici, & Ecclesia in aliquo statuto non nominantur, possint cogi statuentes declarare, quod non comprehenduntur Ecclesia, & persona Ecclesiastica.* Ex part.3. tract.1.ref.13. p.196.

199. *Quid facere debeat Episcopus, dum iudices laici edunt aliquod statutum contra libertatem Ecclesiasticam?* Ex p.3.tr.1.ref.68.ibid.

200. *Quando statuta laicorum sint contra Immunitatem Ecclesiasticam? Et pro praxi explanantur quinque casus præter alios iam discussos in aliis Resolutionibus in hoc ipsomet tractatu & nouo ordine.* Ex p.4. tr.1. ref.55. ibid

201. *Quando sumus in dubijs, an aliquod statutum sit contra Immunitatem Ecclesiasticam, debemus opinionem, quæ fauet Ecclesiæ, amplecti?* Ex p.1. tr.2.ref.66. aliàs 65.p.197.

202. *An*

202. *An Principes statuentes, ne in eorum statu possint edificari de nouo Ecclesia, & Monasteria sine eorum licentia, derogent Immunitati Ecclesiastica? Et an Constantinus Imperator concesserit facultatem, vt Ecclesia per totum Orbem possint edificari?* Ex part. 1. tr. 2. res. 62. aliàs 61. ibid.

203. *An edictum, seu statutum de non edificandis Monasteriis, seu habendis cœtibus Religiosorum sine licentia Principis, sit contra Immunitatem Ecclesiasticam?* Ex part. 1. tract. 2. res. 129. aliàs 128. ibid..

204. *An Principes possint statuere, ne beneficia Ecclesiastica exteris conferantur? Et infertur non esse liberum Magistratibus, & iudicibus secularibus literas Pontificias reiicere, quarum authoritate beneficia exteris conferuntur; & aliqua alia cursim explanantur valdè notanda, & scitu digna? Et an possit Romanus Pontifex iuri Patronatus laicorum derogare, si velit?* Ex p. 3. tr. 1. r. 26. p. 198

205. *An statuta, in quibus cauetur, nequis possessionem apprehendat alicuius Ecclesiæ, vel beneficij sine facultate Principis, vel suorum Ministrorum, sint contra libertatem Ecclesiasticam? Et an hac non procedant in Regibus, qui ex priuilegio Summi Pontificis habent collationem, &c. vt in eorum Regnis nullus externus beneficium possit obtinere?* Ex part. 1. tract. 2. resol. 63. aliàs 62. ibid.

206. *An iudex, & Minister Regius possit cognoscere causam, cum agitur, v. g. Vt Petrus Clericus recuperet Ecclesiæ possessionem, à qua est eiectus per vim, vel retineat beneficij possessionem, in qua ab alio turbatur? Neque ob receptam consuetudinem hac causa ad iudices seculares pertinere potest, neque potest adduci tolerantia Pontificis?* Ex part. 1. tr. 2. res. 67. aliàs 66 ibid.

207. *An iudex laicus, possit cognoscere de causa possessoria beneficij, si agatur inter duos Clericos, vel quando reus est Clericus? Et an iudex laicus, si pro sua iurisdictione habeat opinionem probabilem, sed excommunicatur ab Episcopo, vel declaratur incidisse in excommunicationem latam à iure, stante probabilitate contraria, sit vere excommunicatus, & teneatur ei obedire? Et an in conflictu opinionum illa sequenda est, quæ fauet Ecclesiæ? Et quando est dubium, an statutum sit, vel non sit contra Immunitatem Ecclesiæ, an prius consulendus sit Summus Pontifex? Et tandem docetur, quod quando est controuersia inter iudicem secularem, & Ecclesiasticum, an sua sit iurisdictio, iudex Ecclesiasticus tanquam dignior de hoc debet cognoscere.* Ex part. 5. tr. 1. res. 23. p. 199.

208. *An si Princeps statuat, ne suis priuilegiis potiantur ij, qui subditi non sunt, fiat contra Immunitatem Ecclesiasticam, & Clerici illis non possint vti? Et decidit, quod statutum, per quod tolluntur alicui Clerico ea, quæ de iure communi sibi competunt, est contra libertatem Ecclesiasticam.* Ex part. 1. tract. 2. res. 60. aliàs 59. p. 200.

209. *Quædam Ciuitates habent priuilegium, vt qui ad eas confluant habitationis causa, non possint per quinquennium ab eorum creditoribus constringi, quæritur, an si Princeps in causa particulari statuat per publicam scripturam, ne aliqui debitores inter quos nominat quemdam Sacerdotem, possint dicto priuilegio frui, an inquam, hoc statutum sit contra Immunitatem Ecclesiasticam? Et supponitur primo de iure communi Clericos posse gaudere, & vti beneficio statutorum, & priuilegiorum alicui Vniuersitati, vel certo generi personarum concessorum. Secundo, quod statutum per quod tolluntur Clericis ea, quæ de iure communi illis competunt, est contra libertatem Ecclesiæ. Et pro firmanda doctrina suprà dicta difficultatis, aliæ etiam cursim valde notandæ explanantur.* Ex part. 1. tract. 2. res. 59. alias 58. ibid.

210. *An statutum, quando fundatur in publica vtilitate etiam si faciat mentionem de Clericis, sit inualidum, & lædat Immunitatem Ecclesiasticam? Et an statuta laicorum, etiam si sint Clericis fauorabilia, si de illis mentionem faciunt, sint nulla, & contra libertatem Ecclesiasticam?* Ex part. 4. tr. 1. res. 14. p. 202.

211. *An statutum, si tollat Clericis ea, quæ tanquam ciuibus sibi competunt, sit contra libertatem Ecclesiasticam?* Ex part. 4. tr. 1. res. 15. ibid.

222. *An statuta prohibentia extractionem annonæ, videlicet vini, frumenti, bladæ, leguminum, & huiusmodi extra territorium, deferri, vt conseruetur abundantia in Ciuitate, comprehendant Clericos extrahentes huiusmodi bona, vel fructus à suis prædiis collectos?* Ex par. 1. tr. 2. res. 68. aliàs 68. p. 203.

213. *An statuta prohibentia introduci in ciuitatem vinum recollectum, vel aliud extra territorium, comprehendant Clericos?* Ex part. 1. tr. 2. res. 70. aliàs 69. ibid.

214. *An statutum, ne extrahatur, vel introducatur in ciuitatem vinum, frumentum, &c. comprehendat Clericos? Et doctrina huius Resolutionis est valde notanda, quia ex ea multi casus ex supradictis & sequentibus docte, & late inferuntur, & explanantur circa Immunitatem Ecclesiasticam. Et tandem quæritur, an Clerici peccent mortaliter, si leges Principum secularium non obseruent?* Ex part. 4. tract. 4. & Misc. 3. resol. 4. ibid.

215. *An Principes possint statuere, ne laici vendant Clericis, ne molant, aut coquant panem, vel ne exhibeant aliqua seruitia & obsequia; an ita statuentes incidant in excommunicationem Bullæ Cœnæ?* Ex part. 1. tr. 2 res. 54. aliàs 53. p. 207.

216. *An statutum laicorum prohibens generaliter librorum impressionem absque eorum licentia, comprehendat Clericos? Et an Episcopi possint hoc statuere?* Ex part. 4. tract. 1. res. 60. ibid.

217. *An Pragmatica super Chartam, vulgo dictam* Papel sellado, *violet Immunitatem Ecclesiasticam? Et pro roboranda doctrina huius quæstionis aliqua alia diuersæ difficultates pro Immunitate Ecclesiastica discutiuntur?* Ex part. 6. tractat. 8. & Misc. 3. res. 1. p. 208.

218. *An Principes, si per aliqua statuta disponant, de his, quæ ad funera, & exequias pertinent, efficiant contra libertatem Ecclesiasticam, & sint excommunicati?* Ex p. 1. tract. 2. res. 65. aliàs 64 p. 210.

219. *An lex, siue statutum, quod aliquis adiens hæreditatem, non confecto inuentario, teneatur vltra vires hæreditatis, comprehendat Clericos? Et an idem, quod de Clericis dictum est in supradicto casu dicendum sit de Ecclesia, vel Monasteriis?* Ex p. 1. tr. 2. res. 71. aliàs 70. p. 211.

220. *An statutum, vt quis, qui nondum habet ius in re bonorum, quæ possessurus est, Dominus sit, si non ingrediatur Religionem, sin vero amittat, an inquam, tale statutum sit illicitum, & contra Immunitatem Ecclesiasticam? Et an si legentur ducenta, si nubat, & centum si Religionem ingrediatur, debeantur ducenta Religioni ingredienti?* Ex part. 1. tr. 2. res. 125. aliàs 124. ibid.

221. *An Princeps possit leges condere circa matrimonium? Et quid circa accessoria matrimonij? Et an circa alia accidentalia, vel accessoria possit ferre leges v. g. circa dotem, & lucrum dotis, vel donationes inter virum, & vxorem, & sponsalitiam largitatem, & similia?* Ex part. 1. tr. 2. res. 128. aliàs 127. p. 212.

222. *An Principes laici possint statuere impedimenta dirimentia matrimonium? Et difficultas est, an si Princeps Christianus apponeret de facto aliquod impedimentum dirimens, non obstante hac reseruatione, factum*

teneret, & matrimonium cum tali impedimento contractum validum esse? Et an sola consuetudine possit introduci impedimentum dirimens? Ex par.5.tract.1.ref.16. ibid.

223. *An valeat statutum, in quo cauetur, ne filia, vel filius possit contrahere sine consensu Patris, alias cadat ab hæreditate? Et ex doctrina huius Resolutionis aliqua alia circa hoc inferuntur, explanantur valde notanda, & in mente tenenda. Et etiam quæritur, an Statutum puniens contrahentes matrimonium cum hominibus alterius ciuitatis infringat Ecclesiasticam libertatem? Et an Pater incurrat excommunicationem Concilij, si iniustè impediat matrimonia filiorum? Et an Testator possit disponere, vt eius filia nubat de consilio alicuius?* Ex part.1.tr.2.ref.75.aliàs 74.p.213.

224. *An Princeps secularis possit ferre aliquam legem aduersus filios contra iustam Parentum voluntatem nubentes* Ex p.1.tr.2.ref.105.aliàs 104 p.214.

225. *An Statutum disponens mulierem extra territorium nubentem cum sua familia priuandam fore hæreditate, si ei sit quæsita, sit contra Immunitatem Ecclesiasticam?* Ex p.1.tr.2.ref.57.aliàs 56.ibid.

226. *An Princeps laicus possit imponere pœnas, ne matrimonia inter consanguineos contrahantur, & illas exigere, etiam impetrata à Pontifice dispensatione? Et an circa accessorium matrimonij possit Princeps secularis leges ferre; aut pœnas imponere matrimonium contrahentibus sine Parentum consensu? Et infertur, quod iudices laici possint pœnas imponere contra non obseruantes dies festos, verum si Episcopus dederit licentiam alicui laborandi in die festo, non possunt propter ea iudices laici illum punire, vt transgressorem Festorum, stante dicta licentia Episcopi.* Ex part.5 tract.1.ref.17. ibid.

227. *An laicus sit iudex competens, quando agitur de possessorio matrimonij?* Ex part.1.tract.2.ref.56.aliàs 55. p.215.

228. *An iudex Ecclesiasticus si competens in causis sponsalium? Et quid si iramento firmatæ sint; vel an saltem sint misti fori?* xE part.1.tr.2.ref.131.aliàs 130. p.215.

229. *Ad quem iudicem spectat spiritualem, vel secularem, pendente lite super matrimonio,, vel in sponsalitijs, sequestrare puellam causa explorandi voluntatem?* Ex part.1.tr.2.ref.132.aliàs 131.ibid.

230. *De sequestrando Nouitio à Religione, vel puella pendente lite matrimonij, vt eorum voluntas cognoscatur. Et docetur potestatem secularem non posse cogere Religionem ad ita exponendum Nouitium, deposituandumve nisi illi ex parte Religionis vis fieret manifesta; & extra hunc casum iudices seculares, si id tentarent, grauissime peccarent, & excommunicationem Tridentini sess. 25. cap.18. de Regular. ipso facto impositam incurrerent. Et quid est dicendum, si id ex authoritate Ecclesiastica Summi Pontificis, vel Nuntij Apostolici fiat? Et quid de secundo casu, an iudex secularis possit se intromittere, & sequestrare puellam in loco tuto, ad finem tollendi violentias, &c.* Ex part.11. tract. 3. & Misc.3.ref.20.ibid.

231. *An de causa dotis principaliter, & non incidenter intentata, possit iudex Ecclesiasticus inter laicos cognoscere? Et quid, quando dos in testamento relicta est puellæ pauperi?* Ex part.1. tract.2. ref.117. aliàs 116. p.216.

232. *An Princeps seu ministri laici possint statuere irritando aliqua iuramenta, quæ in certis contractibus apponuntur, vt super matrimonio, decimis, & similibus?* Ex part.1.tr.2. ref.74.aliàs 73.ibid.

233. *An Princeps secularis possit relaxare obligationem iuramenti præstiti? Et an saltem si non possit proprie iuramenta relaxare, possit tamen condonare, & remittere obligationem quam pars ipsa, cui iuratur, concedere potest?* Ex part.1.tract.2. resol. 115.aliàs 114. p.217.

234. *An iudex secularis possit cogere laicos ad condonandam obligationem iuramenti metu, aut iniuria extorti? Et an quando iudex laicus potest hoc efficere, poterit etiam iudex Ecclesiasticus?* Ex part.1.tr.2.ref.116. aliàs 115.ibid.

235. *An Princeps secularis non tantum possit resistere iuramento, ita vt prohibeat, ne fiat, sed etiam possit impedire effectum illius, ita vt si fiat, nullatenus sequatur obligatio? Et quid circa hoc in Regno Cathaloniæ, & de Ordinatione Lusitana prohibente apponi iuramentum in vllo contractu? Et an non solum iudex laicus ad obseruationem iuramenti super contractu, vel simili negotio interpositi laicos suos compellere potest sex etiam iudex Ecclesiasticus, ita vt in tali casu materia iuramenti sit mista? Et an illæ leges irritantes contractum solum propter adiectionem iuramenti sint saltem indirectè contra libertatem Ecclesiasticam?* Ex part.1.tr.2.ref.114. aliàs 113.ibid.

236. *An iudex Ecclesiasticus sit competens non solùm quoad relaxationem iuramenti, sed etiam ad effectum agendi, vt præstita relaxatione annullet & rescindat ipsum contractum? Et quid si causa agatur cum hæredibus iurantis?* Ex part.1.tract.2. ref.120. aliàs 119. p.218.

237. *An Principes imponentes gabellas licèt iustas super bona Ecclesiasticorum incurrant in excommunicationem Bullæ Cœnæ, vel tantum incurrant in aliam excommunicationem Papalem, à qua satisfacta parte per Bullam Cruciatæ absolui possint?* Ex part.1.tract.2.ref.48. aliàs 47.ibid.

238. *An aliqua Ciuitas, vel Principes possint exigere tributa à Clericis, quia per consuetudinem immemorabilem ita semper factum est?* Ex p.1. tract.2. ref.97. aliàs 96. ibid.

239. *An Principes laici consuetudine possint acquirere ius collectandi Ecclesiasticos? Et an colore talis prætextus liberentur à censuris excommunicationis & restitutionis debito?* Ex part.4.tr.1.ref.101.p.219.

240. *An quadam doctrina Syluestri de gabella soluenda à Clericis super pane, vino, &c. sit vera? Et an laici possint aperire tabernas, in quibus sine onere vectigalis confluere possint Clerici?* Ex part.1.tr.2.ref.83.aliàs 82. ibid.

241. *An tributum sit iniustum eo, quod indirectè grauentur Clerici, v. g. super carnibus, pane, vino, oleo, &c.* Ex p.4.tr.4.& Misc.ref.174.p.220.

242. *An emens victualia pro filio Clerico, vel Capellano suæ familiæ teneatur soluere gabellas? Et additur, quod in tali casu Patres possunt donationem facere filiis de tota illa summa, quam expensuri sunt pro illis, & postea eorum nomine illam expendere in eorum seruitium.* Ex part.4 tr.4.& Misc.ref.175.ibid.

243. *An licitè Senatus Panormitanus, & alia Respublica exigant gabellas ab Ecclesiasticis cum animo restituendi eas in fine anni?* Ex part.1.tr.2.ref.45.aliàs 44. ibid.

244. *An si Princeps, vel aliqua Respublica propter aliquam iustam causam auxerit tantillum pretium carnis, vini, olei, &c. vt illud plus conuertatur in illam causam, non quidem in grauamen Clericorum faciens principaliter, sed generaliter in grauamen omnium, incurrant in excommunicationem Bullæ, si talem gabellam à Clericis exigant, vel in tali casu aperienda sit alia tabernas, in quam sine tributo confluere possint Clerici ad emendum vinum, oleum, &c. iusto pretio?* Ex part.1.tr.2. ref.46.aliàs 45.ibid.

245. *An Princeps laicus, si iuste statuendo pretium legitimum vini, vult postea super emptore laico gabellam, quam*

quam extra pretium legale iustum dandum venditori, debeat ipse emptor tribuere pro bono, & necessitate publica, quaritur, an talis gabella sit contra Immunitatem Ecclesiasticam? Ex part. 1 tract. 2. resol. 49. aliàs 48. p. 221.

246. *An Princeps, seu alius Superior laicus sine consensu Clerici possit imponere gabellas super eius bona ex aliqua publica necessitate, vt pestis, &c?* Ex part. 1. tract. 2. res, 41. aliàs 40. p. 222.

247. *An in casu, in quo collecta, seu gabellæ iustæ Clericis imponuntur, possint imponi inconsulto Romano Pontifice? Et an dicta gabellæ, si excedunt octauam partem valoris rei, sint iniustæ?* Ex part. 1. tr. 2. resol. 133. aliàs 132. ibid.

248. *De conditionibus, quas requirit* cap. Non minus, & cap. Aduersus de Immunitate Eccles. *Vt Clerici possint collectari in communibus vtilitatibus, vel necessitatibus.* Ex part. 1. tractat. 1. resol. 11. p. 223.

249. *Quando laicorum facultates non sufficere censendum sit, ad hoc vt Clerici consensu Episcopi, & consulto Romano Pontifice contribuere in aliquibus casibus teneantur? Et supponitur Clericos non teneri ad tributa, quæ imponuntur ad reficiendas vias, pontes, fontes, aut muros ciuitatis, & similia.* Ex part. 1. tr. 2. res. 134. aliàs 133. p. 225.

250. *An clerici teneantur soluere gabellas, si Episcopus, & Clerus consenserunt, inconsulto Summo Pontifice: Et quid dicendum si Princeps impetret Bullam à Summo Pontifice; an tunc necessarium sit seruare formam* Cap. Non minus de Immunitate Eccles. Ex p. 5. tract. 1. res. 15. ibid.

251. *An Ecclesiastici teneantur soluere gabellas positas pro primo introitu Regis in Ciuitatem?* Ex part. 3. tract 1. resol. 11. p. 226.

252. *Vtrum Clerici teneantur ad gabellam, quæ imposita est pro manutenendo exercitu in partibus inimicorum, vt tutius confinia Regni conseruentur?* Ex p. 1. tract. 2. res. 79. aliàs 78. ibid.

253. *An Princeps laicus possit imponere gabellas super bona Ecclesiasticorum propter reparationem pontium, murorum viarum, &c? Et an Clerici teneantur ad contributionem, vt oppidum, quod Rex vendere parat, se redimat?* Ex p. 1. tr. 2. res. 39. aliàs 38. ibid.

254. *An Clerici teneantur, & possint per iudices seculares cogi ad reparandam viam ante domos suas? Et quid, si graculi, aut vermes, vel locustæ, seu bruchi nascantur in vineis, & messibus alicuius Clerici, vel pro reparatione aggerum, ne flumen vicinos agros Clericorum & laicorum inundet?* Ex part. 1. tr. 2. resol. 76. aliàs 75. p. 227.

255. *An Principes possint imponere gabellas super bona patrimonialia Clericorum?* Ex p. 1. tr. 2. res. 40. aliàs 39. ibid.

256. *An Clerici teneantur soluere vectigal in extractione frumenti, vini, & similium, quæ ex bonis patrimonialibus collegerunt, vt alibi conducendo carius vendant? Et infertur illam esse negotiationem Clericis prohibitam tantum, quæ debitum tributi habeat annexum, in qua lucrum intenditur ex emptione priùs facta: secus si lucrum non ex emptione, sed aliunde proueniat. Et late explanatur Principes seculares non posse super bona Clericorum patrimonialia gabellas imponere.* Ex part. 5. tractatu 1. resolution. 27. p. 228.

257. *An Princeps possit imponere gabellas super bona Clericorum, siue patrimonialia sint, siue ipsis donata, aut empta & quouis alio titulo quæsita sint? Et an Clerici teneantur soluere gabellas impositas super bona laicorum ad ipsos postea aliquo titulo superuenientia?* Ex p. 1. tr. 2. res. 43. aliàs 42. p. 229.

258. *An Clerici teneantur soluere collectam certam, & inariabilem impositam per statutum super aliqua bona, prius quam ad eos peruenissent? Et an prædia omnia sint obligata pro tributis Reipublicæ impositis?* Ex part. 3. tract. 1. res. 17. p. 230.

259. *An Princeps possit imponere, & exigere gabellas à Clericis in Minoribus constitutis? Et quid, si adsit consuetudo in contrarium? Et quid de Clericis primæ Tonsuræ?* Ex p. 1. tr. 2. res. 36. aliàs 35. ibid.

260. *An Princeps secularis possit imponere, & exigere gabellas à Clericis non habentibus requisita Concilij Tridentini sess. 23. c. 6. de quibus supradictum est?* Ex p. 1. tr. 2. res. 37. aliàs 36. ibid.

261. *An Princeps possit imponere gabellas super bona Clericorum, qui habitum assumpserunt Clericalem sine intentione Clericandi, sed tantum in fraudem collectarum?* Ex part. 1. tr. 2. res. 44. aliàs 43. p. 231.

262. *An Princeps possit imponere, & exigere gabellam ab Equitibus D. Iacobi, Alcantaræ, Calatraue, &c. & adhuc Nouitiis? Et ex doctrina huius quæstionis infertur dictos Equites esse vere Religiosos, & posse confiteri cum Sacerdote non approbato ab Ordinario, sicut possunt alij Regulares, quod est valde notandum.* Ex part. 1. tr. 2. res. 50. aliàs 49. ibid.

263. *An Princeps possit imponere gabellas super bona Nouitiorum? Et an gaudeant priuilegio Canonis, & fori?* Ex part. 1. tract. 2. res. 38. aliàs 37, p. 232.

264. *An Clericus, vel Religiosus conducens agros alienos teneatur soluere gabellam ex fructibus inde perceptis? Et an possint vti negociatione artificiosa, id est, qua res arte mutatur, & sic venditur, vt emere iumenta, vt nutrita, & meliorata vendant cum lucro, item oues emere, & nutrire, ex quibus vendant caseos, & agnos, vel quodcumque genus rei, quod nouerint sua arte meliorandum, &c?* Ex part. 6. tractat. 7. & Misc. 2. res. 11. ibid.

265. *An Clericus negociator statim ante trinam monitionem teneatur soluere gabellas, & Princeps laicus illas ab illo possit licite exigere?* Ex part. 1. tractat. 2. res. 47. aliàs 46. p. 233.

266. *An Clericus negociator sine trina monitione teneatur soluere gabellam? Et an dicta, vel alia gabella, à Clerico debita possit peti coram iudice laico? Et an post trinam monitionem Clericus negociator non perdat exemptionis Immunitatem quoad bona Ecclesiastica?* Ex p. 3. tr. 1, resol. 44. ibid.

267. *An Clericus negociator, si ter non fuerit monitus, amittat priuilegium non soluendi gabellas? Et explanatur, quod si Clericus in iudicio pulsaretur, plura allegare potest, quæ eum à culpa releuarent, & pro excusatione Clericorum, qui forsitan negociarentur, & aliqua alia in calce huius Resolutionis circa hoc inuenientur.* Ex part. 4. tr. 1. res. 28. ibid.

268. *An Superior laicus quando Clerici tenentur soluere gabellas, possit illos ad soluendum compellere? Et ex doctrina huius difficultatis infertur an iudex secularis possit punire Clericum non in persona quidem, sed in bonis, si falsum deposuerit coram eo?* Ex part. 1. tr. 2. res. 42. aliàs 41 p. 234.

269. *An iudex possit exigere gabellas à Colonis partiariis Religiosorum? Et quid, si prædicti Coloni Religiosorum fructus collectos deferant de loco ad locum, aut alienent? Et an Coloni, seu assectuarij prædiorum Ecclesiasticorum non teneantur soluere gabellam, vulgo dictam* Diuluxium? Ex part. 3. tr. 1. res. 19. ibid.

270. *An Conseruatores Religiosorum possint procedere contra eorum debitores laicos? Et an his Conseruatoribus concedatur posse cognoscere de manifestis iniuriis, & violentiis factis aduersus Religiosos? Et an possint Regulares eligere Conseruatorem, qui defendat sua animalia, seu pecora damnum facientia in agris alienis; & an hæc causa pertineat ad Conseruatorem, & non ad iudicem secularem?* Ex p. 3. tr. 1. r. 20. p. 235.

271. *An iudex laicus possit iudicare in causa decimarum vel sit causa mixti fori?* Ex part.1.tr.2. ref.90.aliàs 89. ibid.

272. *An iudex laicus possit simul cum iudice Ecclesiastico causam decimarum cognoscere saltem titulo compromissi? Et quid quando de possessorio decimandi agitur, an iudex Ecclesiasticus, vel laicus debeat cognoscere?* Ex p.1.tract.2.ref.93.aliàs 92.ibid.

273. *An laicus conductor decimarum sit conueniendus coram iudice laico, vel sit causa mixti fori.* Ex part.1. tract.2.ref.94.aliàs 93. ibid.

274. *An quando decimæ sunt sæcularibus in feudum datæ, cognitio pertineat ad iudicem secularem? Et an hæc cognitio decimarum sit causa mixti fori, ita vt non solum iudex laicus, sed etiam Ecclesiasticus possit causam definire?* Ex part.1.tract.2.resolut.91.aliàs 90.p.236.

275. *An quando decimæ nomine feudi fuerunt Principibus, vel aliis sæcularibus collatæ, earum exactio, & lites pertineant ad iudicem Ecclesiasticum? Et quid circa hoc in aliis quatuor casibus in fine huius Resolutionis decisis?* Ex part.3.tract.1.resol.50.ibid.

276. *An iudex laicus possit cognoscere de causis decimarum, si Clerici illas petant a laicis, qui præscriptione, & consuetudine immemorabili eas nunquam soliti sunt persoluere?* Ex part.1. tractat.2. resolut.92.alias 91. ibid.

277. *An Colonus laicus Religiosorum pro eius portione colonica teneatur soluere decimas? Et quid dicendum est de priuilegio exemptionis decimarum concesso Societati Iesu à Gregorio XIII. de quo gaudet nostra Religio? Et aduertitur, quod si in aliqua Prouincia Moniales, Regulares, & eorum Coloni soluunt decimas, hoc forsitan euenit, quia Episcopi obtinuerunt aliquod Breue Pontificium reuocatorium dictorum priuilegiorum, secus minime tenentur.* Ex p.3.tr.1.ref.23. ibid.

278. *Vtrum Emphyteuta Ecclesia teneatur ad tributa? Et an doctrina de Emphyteuta non procedat in censuario, neque circa Emphyteutam redimibilem?* Ex part. 3. tract. 1.ref.24.p.237.

279. *An iudex Ecclesiasticus sit competens ad cognoscendum laicum pro re, quam in Emphyteusim tenet ab Ecclesia? Et apponuntur quinque conclusiones pro Immunitate Ecclesiastica, quæ in quadam Decisione Sacræ Rotæ Romanæ ex Sacris Canonibus, & Doctoribus firmantur. Et tandem quæritur, an iudex laicus non sit competens ad cognoscendum Clericum pro restitutione pecuniæ illi liberatæ cum cautione de restituendo, dum creditor anterior comparuerit, sed in tali casu adeundum sit ad iudicem Ecclesiasticum?* Ex part. 4. tr. 1. ref.56.ibid.

280. *An Clericus possit conuenire laicum coram iudice Ecclesiastico pro rebus non solum Ecclesiæ, sed etiam pro fructibus? Et discutitur quomodo, & quando actor debeat sequi forum rei, Et quæritur, an possit fieri statutum, vt reus sequatur forum actoris? Et an emphyteuta Ecclesiæ possit conueniri coram Episcopo pro solutione pensionis? Et an laicus possit conueniri coram Episcopo, vt soluat laudemium? Et an contractibus, quibus laici conducunt redditus Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum apponi possit iuramentum?* Ex par. 5. tract. 1. resol.7. p.238.

281. *An laicus ratione fructuum Prebendæ sibi locatæ debeat conueniri coram iudice Ecclesiastico? Et an pro bonis, & fructibus Ecclesiæ possit laicus conueniri coram iudice Ecclesiastico?* Ex part.4. tractat.1.resolut.24. p.240.

282. *An ne laici conductores bonorum Ecclesiasticorum possint conueniri coram iudice Ecclesiastico, licitum sit condere Pragmaticam prohibentem laicis prorogationem iurisdictioni s aliena? Et an, si dictæ leges prohibeant iuramentum apponi in contractibus, ne ratione ipsius prorogetur iurisdictio Ecclesiastica, sit etiam contra Immunitatem Ecclesiasticam, & illas statuentes incurrant in excommunicationem Bullæ Cœnæ? Et notatur, quod de iure communi competit Episcopis ratione iuramenti conuenire laicos, in Curia Ecclesiastica. Et supponitur, quod statuta laicorum, qua tollunt Clericis illa, quæ de iure communi illis competunt, esse contra libertatem Ecclesiasticam, & aliqua alia supponuntur, & explanantur, & tandem quæritur, an Clerici possint conuenire laicos coram Ecclesiastico pro rebus Ecclesiæ, vel suis; siue agatur actione reali, siue personali, siue ex legato, siue ex locato?* Ex part. 5. tract.1. resol.8. ibid.

283. *An iudex Ecclesiasticus sit iudex competens, quando agitur de dando Tutore Clerico minori, aut mente capto? Et notatur, quod si Clericus minor litigat tanquam actor coram iudice sæculari, possit idem iudex sæcularis dare ei Curatorem ad litem. Et an inuentarium bonorum Clerici mortui, qui filios minores reliquit, pertineat ad iudicem laicum illud facere?* Ex part.1.tr.2. ref.95. aliàs 49.p.242.

284. *An iudex Ecclesiasticus possit acquirere iurisdictionem in laicis ex consuetudine vel præscriptione, & non è conuerso? Et an valeat consuetudo, vt laicus possit indistincte coram Ecclesiastic. conueniri?* Ex part.4.tr.1. ref.53.ibid.

285. *An iudex Ecclesiasticus possit cognoscere inter laicos de alimentis filio spurio debitis, vel an cognitio huius causæ sit mixti fori? Et notatur, an sub nomine alimentorum veniant cibaria, vestes, potus, habitatio, medicinæ, lectus, & alia huiusmodi, sine quibus vita transigi non potest? Sed difficultas est, an alimenta præstanda sint filio spurio attentis, & consideratis diuitiis paternis, & eius qualitate, & dignitate? Id etiam, quod dictum est de Parentibus circa filios, dicendum est de filiis circa Parentes.* Ex part.1.tract.2.resolut.86. aliàs 85.p.243

286. *An iudex Ecclesiasticus possit cognoscere laicum simul delinquentem cum Clerico?* Ex p.3. tr.1.resol.1. ibid.

287. *An si laicus delinquat simul cum Clerico possit puniri à iudice Ecclesiastico, maxime si præueniat?* Ex p.4. tr.1.r.7.p.244.

288. *An sæcularis delinquens in Ecclesia possit à iudice Ecclesiastico puniri, quia is, qui in Ecclesia deliquit, Sacrilegium commisit, quod est crimen mixti fori?* Ex part.4.tr. 1.ref.67.ibid.

289. *An iudex Ecclesiasticus possit punire laicum, qui crimen Sacrilegij commisit? Et an hæc causa sit mixti fori, & detur locus præuentioni? Et an hoc etiam conueniat non solum in rebus Ecclesiæ, sed etiam in rebus Clericorum, ita vt laici eorum innasores coram iudice Ecclesiastico debeant conueniri? Et an laicus coram iudice Ecclesiastico possit conueniri, si verba iniuriosa aduersus Clericum emisit?* Ex part.1. tr.2. ref.82. aliàs 81. ibid.

290. *An iudex Ecclesiasticus possit punire adulterum, vel hoc crimen sit mixti fori?* Ex part.4.tractat.1.ref.16. p.245.

291. *Quando iudex laicus, & Ecclesiasticus possint cognoscere de crimine adulterij? Et an de adultero ad pœnam sanguinis imponendam solus iudex sæcularis sit competens, & quod ad alias pœnas sit causa mixti fori, & ideo detur locus præuentioni? Idem dicendum est, si de diuortio, & amissione dotis agatur; vel an in causa diuortij solus iudex Ecclesiasticus sit competens? Et an si de sola separatione coniugum ad tempus ob lepram, vel aliud impedimentum agatur, solus iudex Ecclesiasticus sit competens? Et quid, quando quæstio mota est de alimentis præstandis adultera, a viro separata?* Ex p.1.tr. 2.ref.87.aliàs 86.ibid.

291. *An*

292. *An iudex Ecclesiasticus possit punire laicos concubinarios? Et an concubinatus sit crimen mixti fori?* Ex part. 1. tr. 2. res. 88. aliàs 87. ibid.

293. *An concubinatus sit delictum mixti fori, ita vt si præueniatur, possit puniri à iudice laico? Ex quo infertur, an ministri laici possint prohibere, ne Ministri curiæ Episcopalis visitent loca, & domus meretricum?* Ex p. 5. tr. 1. res. 10. p. 246.

294. *An iudex laicus possit statuere, ne concubinæ teneantur pro furtis ab ipsis concubinis factis, etiamsi hoc extendat ad concubinas Clericorum? Et infertur, quod lex, vel statutum, si tollat Clericis id quod de iure communi eis competit, est contra Immunitatem Ecclesiasticam.* Ex part. 4. tr. 1. res. 11. p. 247.

295. *An consuetudines laicorum & Clericorum mixta sine valida, etiam si sint contra libertatem Ecclesiasticam?* Ex part. 4. tr. 1. res. 69. ibid.

296. *An iudex Ecclesiasticus possit incidenter cognoscere de rebus temporalibus, seu prophanis, & è contra, iudices laici de rebus spiritualibus, & Ecclesiasticis?* Ex part. 1. tract. 2. res. 111. aliàs 110. ibid.

297. *An Ecclesiasticus sit iudex, quando agitur quæstio, cuius iurisdictio sit?* Ex part. 4. tractatu 1. res. 64. p. 248.

298. *Cum tam pro iudice Ecclesiastico, quam pro iudice laico sint rationes probabiles circa eorum iurisdictionem; an definienda sit quæstio per iudicem Ecclesiasticum? Et explanatur, quod quando duo iudices sunt ordinarij vel delegati, & pro vtroque sunt rationes probabiles circa eorum iurisdictionem, an eligere debeant arbitros? Et quid, si vnus sit iudex ordinarius, & alius delegatus?* Ex p. 7. tract. 10. & Misc. 1. resolut. 5. ibid.

299. *An iudex Ecclesiasticus teneatur in causis Ecclesiasticis, aut mixti fori præbere processus iudicibus secularibus, à quibus auxilium petit?* Ex part. 1. tractatu 2. resolut 109. aliàs 108. p. 250.

300. *An Ordinarius, vel iudex delegatus debeat necessario præmittere censuras, antequam imploret pro sua sententia exequenda brachium seculare? Et si iudex secularis non vult brachium suum præstare an possit ad id cogi pœna excommunicationis.* Ex part. 1. tr. 2. res. 121. aliàs 120. ibid.

301. *An iudex Ecclesiasticus in criminibus mixti fori possit laicos sine auxilio brachij secularis in carcere detrudere? Et in tali casu an dicti criminosi non in Regiis carceribus sed in Ecclesiasticis reponendi sunt?* Ex part. 111. 2. res. 89. aliàs 88. ib.

302. *An Episcopi possint capere laicos per propriam familiam sine inuocatione brachij secularis? Et an possit Episcopus habere familiam armatam, Fiscum, carcerem, & proprios executores, &c. & ideo quod Episcopus habeat pro territorio totam suam Diœcesim?* Ex p. 4. tra. 1. resolut. 17. p. 251.

303. *An semel punitus in foro Ecclesiæ, possit iterum pro eadem culpa à iudice seculari puniri, etiam ad excessum pœnæ? Et quid è conuerso, si delictum est mixti fori? an insufficienter à iudice seculari punitum possit iterum à iudice Ecclesiastico puniri?* Ex p. 1. tr. 2. res. 108. aliàs 107. p. 252.

304. *An in criminibus mixti fori, quis in Ecclesiastico punitus mitiori pœna, possit in foro seculari pro excessu pœnæ puniri?* Ex p. 4. tr. 1. res. 61. ibid.

305. *Coram quo facienda sit appellatio, quando causa fuit decisa per duos iudices, vnum laicum, & alium Ecclesiasticum?* Ex p. 4. tr. 1. res. 54. ibid.

306. *An si viduæ, pupilli, vel aliæ personæ pauperes fuerint oppressæ tunc etiam, nulla data negligentia iudicis secularis, possint aduersarios, suos ad iudicem Ecclesiasticum trahere, & in illius foro conuenire?* Ex part. 1. tractat. 2. resol. 118. aliàs 117. ibid.

307. *Virum pauper, & miserabiles personæ possint laicum coram iudice Ecclesiastico conuenire? Et notatur, quod si pupillus, vel viduæ essent diuites, non gaudent priuilegio trahendi laicos ad tribunal Ecclesiasticum.* Ex part. 4. tractatu 1. resol. 90. p. 253.

308. *An iudex Ecclesiasticus possit præcipere iudici seculari sub pœna excommunicationis, quod supersedeat in executione contractus, donec decidatur, an sit vsurarius, nec ne? Et an iudex Ecclesiasticus? ad quem aliqua causa spiritualis remittitur, possit opponere exceptionem illam, & præfigere tempus & terminum peremptorium, intra quem probare teneatur, & quid è conuerso, &c.* Ex part. 3. tractat. 1. resol. 18. ibid.

309. *An iudex laicus possit cognoscere crimen vsuræ, siue de iure, siue de facto queratur, vel sit crimen mixti fori?* Ex part. 1. tr. 2. res. 78. aliàs 77. ibid.

310. *Ad quem forum pertineat crimen vsurarium? Et an hæc causa sit mixti fori?* Ex part. 9 tractat. 9. & Misc. 4. res. 15. p. 254.

311. *An Principes seculares possint ex iusta causa dare Iudæis positiuam licentiam exercendi vsuras absque Pontificis authoritate?* Ex part. 9. tract. 9. & Misc. 4. res. 14. p. 255.

312. *An iudex secularis possit punire laicum sub prætextu eius prohibitionis, etiam si habeat licentiam ab Episcopo in diebus festis laborandi?* Ex part. 4. tract. 1. res. 94. ibid.

313. *An Princeps laicus possit legitimare filium Clerici, si ipse filius sit Clericus? Et quid, si filius Clerici sit laicus?* Ex p. 1. tr. 2. res. 112. aliàs 111. p. 256.

314. *An Prælati Summo Pontifici inferiores delegare possint indistincte laicis causas Ecclesiasticas? Et supponitur posse Summum Pontificem, si viderit expedire, iurisdictionem spiritualem laicis exercendam committere ad tractandas causas non solum ciuiles, & criminales, sed etiam spirituales.* Ex part. 1. tr. 2. resolut. 13. aliàs 112. ibid.

315. *An Legatus natus possit exercere iurisdictionem in Regulares exemptos?* Ex part. 1. tr. 2. res. 17. aliàs 16. ibid.

Sequentes Resolutiones huius tract. videntur mihi diuidi non posse, ideo

---

Sequitur Apologetica Disceptatio de omnimoda Clericorum exceptione eiusque origine contra Patrem Michaëlem Rabardeum.

316. *Summatim exponitur, quid sentiat P. Rabardeus circa Immunitatem Ecclesiasticam?* Ex p. 7. tr. 1. res. 1. ibid.

317. *An Immunitas Ecclesiastica sit de iure diuino? Et affirmatiuè aduersus P. Rabardeum probatur ex locis Sacræ Scripturæ.* Ex p. 7. tr. 1. res. 2. p. 257.

318. *Probatur nostra sententia ex locis Conciliorum, & Sacrorum Canonum.* Ex part. 7. tr. 1. resolut. 3. p. 259.

319. *Probatur nostra sententia rationibus.* Ex p. 7. tr. 1. res. 4. p. 260.

320. *Probatur nostra sententia ex Doctorum authoritate.* Ex part. 7. tr. 1. res. 5. p. 261

321. *Respondetur ad argumenta P. Rabardei.* Ex part. 7. tr. 1. res. 6. p. 262.

322. *Expenditur locus D. Gregorij à P. Rabardeo adductus.* Ex part. 7. tract. 1. res. 7. p. 263.

323. *Explicantur leges Imperatoriæ, quas P. Rabardeus adducit, & quod non sint institutoriæ, sed subsidiariæ, & declaratiuæ, discutitur.* Ex part. 7. tract. 1. res. 8. ibid.

324. *Dato, & non concesso, quod Immunitas Ecclesiastica*

*non sit de iure diuino , quæritur , an primarie ortum habuerit à iure positiuo Imperatorum ? Et explanatur leges Imperatorum largientes Immunitatem Clericis non esse institutorias,& concessorias?sed declaratiuas , subsidiarias,adiutrices,& executiuas.*Ex part.7.tr.1.ref.9. aliàs 7.p.264

325. *An si Immunitas Ecclesiastica esset primario ex concessione Imperatorum possint Principes adhuc illam restringere, & limitare ? Et notatur , quod licèt Principes non possint amplius tollere,vel limitare priuilegium concessum Ecclesiasticis circa eorum exemptionem , tamen Summi Pontifices possunt tollere,seu limitare priuilegium aliquod,si extaret , concessum Principibus iudicandi Clericos,etiam per concordata. Et decidtur , quod priuilegium concessum Ecclesiis est remuneratorium,& ideo non potest reuocari etiam propter ingratitudinem , etiamque cum hoc priuilegium sit concessum non subditis,transiit in contractum , & ideo non est reuocabile.* Ex p.7.tr.1. ref.10. aliàs 8.p.267.

326. *An Immunitas Ecclesiastica extendatur ad omnia delicta?* Ex p.7.tr.1.ref.11.aliàs 9. p.269.

327. *An Clericus propter crimen læsæ Maiestatis subiiciatur sæculari Magistratui ? Et an si Clericus feudum à sæculari teneret,possit ratione delicti etiam criminis læsæ Maiestatis personaliter distringi? Et quid de Clericis perduellibus ?* Ex p. 7. tract.1. ref.12. aliàs 10. p.271.

328. *An Clerici in grauissimis delictis,& criminibus priuentur omni priuilegio fori ante aliam sententiam depositionis,vel degradationis iudicis Ecclesiastici ? Et an Clericus incorrigibilis amittat priuilegium fori ante iudicis Ecclesiastici declaratoriam? Difficultas tamen est, an Clericus pro enormissimo crimine sit degradandus, & Curiæ sæculari tradendus absque eo, quod non sit incorrigibilis? Et quid de Clerico etiam in Sacris constituto, qui dimissis Tonsura, & vestibus Clericalibus , variis & enormibus delictis se immiscuit? Et an Clericus assassinus non possit à iudice laico puniri , nec subiici eius iurisdictioni,nisi prius constet de qualitate assassini , & præcesserit sententia declaratoria iudicis Ecclesiastici? Et in §.nono huius Resolutionis explanatur , quod quando nascitur inter iudicem Ecclesiasticum , & sæcularem dissensio , ad quem ipsorum iurisdictio pertineat , definitio pertinet ad Ecclesiasticum.* Ex part.7.tr.1. resol.13.aliàs 11.p.273.

329. *An Summi Pontifices potuerint exemptionem Clericorum concedere,inuitis Principibus laicis ?* Ex part. 7. tr.1.resolut.14. aliàs 12.p.276.

330. *Respondetur ad exemplum Salomonis cum Aliathar Sacerdote,quod affert P.Rabardeus.* Ex part.7.tract.1. ref.15.aliàs 13. p.278.

331. *Refellitur aliud exemplum Ioæ Regis.* Ex part. 7. tr. 1.ref.16.aliàs 14. p.280.

332. *Reiicitur argumentum P. Rabardei desumptum ex authoritate Boërij,& Curiæ,& ex* ca.1.de Homicidio in 6. *Et deciditur,quod neque Clerici , neque Episcopi in grauissimis criminibus priuantur priuilegio fori. Imo, quod neque propter crimen perduellionis , neque propter hæresim Episcopus possit ab Inquisitoribus citari , vel puniri ,sed hæc causa Papæ reseruatur.* Ex part.7.tr.1. ref.17.aliàs 15.ibid.

333. *Impugnatur argumentum P. Rabardei ex casibus priuilegiatis Galliæ. Et an dicta priuilegia Pontificia Regibus Galliæ , Hispaniæ , vel aliis Principibus concessa iudicandi Clericos in aliquibus delictis sint modo per Bullam Cœnæ reuocata ?* Ex part.7. tractatu 1. resolut.18.aliàs 16.p.282.

334. *Expeduntur exempla Christianorum Principum à P.Rabardeo adducta,& eorum leges.* Ex p.7.tr.1.ref. 19.aliàs 17.p.283.

335. *An consuetudo possit tribuere iurisdictionem iudicibus laicis in Clericos saltem in aliquibus casibus ?* Ex p.7. tr.1.ref.20.aliàs 18.p.285

336. *An Clerici teneantur ad subsidium Patriæ , & ad onera communia ? Et explanatur exemptionem Clericorum quoad eorum bona fluxisse à iure Diuino,vel saltem ex iure Pontificio ante Constitutiones, & leges Imperatorias.* Ex p.7.tra.1.resolut.21.aliàs 19.p.287.

337. *An in aliquo casu teneantur Clerici ferre subsidium pro communi,& mista Reipublicæ vtilitate , inconsulto Summo Pontifice? Nec tenentur Clerici ad solutionem gabellæ impositæ pro Physico,& Chirurgo,& Ludi-Magistro,&c.* Ex part.7.tract.1. resol.22. aliàs 20.p.289,

338. *An Decretum Bonifacij VIII.* in cap. Clericis de Immunitate Eccles. in 6. *hodie persistat ? Sed difficultas est de Regibus Galliæ , stante priuilegio Bonifacij VIII. concesso Philippo pulchro, vt non expectato Episcoporum consensu,possint , vrgente necessitate , imponere onera Ecclesiasticis , & an tale priuilegium sit in vsu?* Ex part.7. tr.1. ref.23.aliàs 21.p.291.

339. *An Principes possint prohibere , ne Annata ex suis Regnis Summo Pontifici soluantur sine eorum consensu?* Ex p.7.tr.1.ref.24.aliàs 22.p.292.

340. *An Principes laici quoad suos subditos possint inducere impedimenta dirimentia matrimonium? Et late discutitur,quomodo intelligenda sit illa quæstio , an authoritas vnius Doctoris viri docti,& pij faciat opinionem probabilem? Et asseritur singularem vnius Doctoris sententiam,si sustineat valorem matrimony esse præferendam communi opinioni?* Ex part.7. tractat. 1. ref.25. aliàs 23.p.293.

341. *Expenditur contra P.Rabardeum locus Concilij Tridentini de cognitione causarum matrimonialium.* Ex part.7.tract.1.ref.26. aliàs 24.p.297.

342. *Respondetur ad alia argumenta P.Rabardei.* Ex p.7. tr.1.ref.27.aliàs 25.p.298.

343. *Confirmantur superius dicta , & matrimonium contractum inter filiosfamiliæ sine consensu Patrum tantum , non obstantibus prohibitionibus Principum , validum esse contra P. Rabardeum probatur. Et quæritur , an Principes possint statuere sub pœna exhæreditationis , ne filij contrahant inuitis Parentibus ?* Ex part.7.tr.1. ref.28. aliàs 26.p.299.

344. *Probatur contra P.Rabardeum matrimonia inter raptores,& matrimonia consanguineorum Principum sine eorum consensu esse valida.* Ex part.7.tract.1.ref. 29. aliàs 27.p.301.

345. *De publicatione,receptatione,& contrario vsu legum Pontificialium,præsertim in materia Immunitatis Ecclesiasticæ Et quæritur , an iudices laici trahentes ad sua tribunalia personas Ecclesiasticas extra casus à iure permissos possint in nostro Sacro Tribunali à Fidei Quæsitoribus examinari,& puniri? Et quid de Scriptoribus id fieri posse docentibus ?* Ex part.7. tract.1. resol.30. aliàs 28.p.302.

Nunc vero sequuntur aliæ paucæ difficultates,quæ dispersæ latent in reliquis tomis, Tr.& Resolutionibus huius totius operis, quæ simul pertinent ad istum *tract.2. huius to.9 de Immunitate Ecclesiastica*, vt ita citius, & promptius reperiantur omnes difficultates,& quæstiones.

AN si Summus Pontifex existeret in aliquo Regno v.g. Hispaniæ teneretur vi directiua obseruare leges illius Regni latas pro bono publico ? Et an Clericus Beneficiarius, vel in Sacris constitutus possit exercere munus Aduocati coram iudice sæculari pro vno negotio tantum

&

& hoc finito pro alio, & sic de singulis? Et an ex iure possint praedicti munus Aduocati exercere, in propria causa, & Ecclesia & in causis viduarum, & pupillorum, & pro coniunctis, & amicis intimis, & si existunt in Curia Romana pro omnibus? Et quid in aliis tribunalibus Ecclesiasticis? Et an in casibus, in quibus interdictum est Clericis Aduocationis officium exercere, possint domi consulere, & confuere iuris allegationes in scriptis? Et an si quis exigat à personis Ecclesiasticis gabellas, quod prohibitum est iure antiquo sub pœna excommunicationis, vt constat ex cap. Quanquam de censibus, *tamen exigentes praedictas gabellas non incurrant duas excommunicationes sed vnam tantum contentam in Bulla Cœnæ?* Ex part.10. tr.14. ex resol.28. aliàs 26.& in tr.11.ex resol.69. & in tr.13. ex ref.14. *Quæ nunc inuenientur* in tom.6. tr.1. de Legibus ref. 51.85.& 33.53.

Notatur, quod S. D. Vrbanus VIII. in Bulla incipiens Romanus Pontifex, *die 5. Iuny 1641. damnat omnia praiudicia contra Immunitatem Ecclesiasticam, sub pratextu quod Bullæ Pontificiæ non fuerint publicatæ, vel vsu receptæ.* Ex p.6.tr.6. ex ref. 39. *Quæ hic est* in tom.6.tr.1.de Legibus ref.13.

An excusetur à peccato Pontifex, qui simulat, vel connuet, quando Princeps secularis vsurpat bona temporalia Ecclesiæ, si absque minori scandalo, & damno potest id impedire? Ex part.5. tr.7. ex ref. 24. *Quæ hic reperietur* in tom.7.tr.5.de Scandalo ref.77.

Virum Episcopi, & Ecclesiastici teneantur vocati accedere ad Parlamentum, ita vt contra venientes possint expelli à Regno, tanquam inobedientes mandatis Regis? Et an in Parlamento huius Regni Siciliæ opus sit, vt ad donatiuum contribuendum concurrat semper brachium Ecclesiasticum? Ex part.1.tr.3.ex ref.23.& 27. *Quæ nunc inuenientur* in tom.7.tr.9.de Parlamento ref.14. & 23.

Explanatur beneficium duorum ducatorum esse sufficiens ad gaudendum priuilegio fori. Et an qui suscipit Tonsuram, aut minores ordines animo non ascendendi ad alios Ordines, sed gaudendi, priuilegio fori, & exemptione gabellarum, peccet mortaliter? Et an in præcepto gestandi Tonsuram Clericalem detur paruitas materiæ? Ex part.4.tract.4.ex ref.51. & in p.8.tr.2. ex ref.20. & in p.2.tr.16.ex r.20.aliàs 22. *Quæ nunc inuenientur* in tom.2.tract.5. de Sacramento Ordinis ref.49.50. 111.& 117

An studiosi, seu Scholares Scholas non visitantes, & lectiones non audientes gaudeant Studiosorum priuilegiis, dum modo in Matricula sint adscripti? Ex p.8.tr.7.ex ref.22. *Quæ hic reperietur* in tom.6. tr.1. de Legibus ref.132.

An Familiares quorundam Abbatum, & Prælatorum iura Episcopalia, & territorium distinctum habentium gaudeant priuilegio fori? Et an familia Episcopi Regularis gaudeat priuilegio fori? Ex p.9.tr.1.ex ref.48. & 47. *Quæ hic est* in tom.4.tr.2.de Oratoriis ref.10. & 9.§.1.

An Clerici sodomitæ per Bullam Pij V. sint priuati priuilegiis clericalibus, post declarationem criminis? Et an hoc extendatur ad patientes prædictum crimen? Et an clericus incorrigibilis amittat priuilegium fori? Et an clerici exercentes Carnificium, Marcellariorum, Tabernariorum officium, modo coniugati non sint, habitumque clericalem retineant, priuilegio fori, quoad personas non priuentur? Et quid est sentiendum de clerico coniugato non seruiente alicui Ecclesiæ, & de vxore, & filiis eius? Et an Fratres Tertij Ordinis D. Francisci, & D. Dominici vitam in Communitate gerentes, & Habitum Religionis gestantes gaudeant priuilegio fori? Ex par. 9. tract. 4. ex resol.41.13.6.& 11. *Quæ nunc inuenientur* in to.5.tr.2.de Percussione Clerici ref.12. 37.43. & 52.

An Clericus, qui contrahit cum illa, quæ antea ab ipso corrupta est, gaudeat priuilegio Canonis, & fori? Ex p.8. tr.6.ex ref.126. *Quæ hic reperietur* in tom.6. tr.7. de Donationibus ref.60.

An Familia laica Nuntiorum gaudeat priuilegio fori? Et discutitur, an Pontifex in temporalibus habeat Dominium rectum, & ideo Summus Pontifex possit eximere laicos à potestate Principis secularis, & per consequens familiam laicam Nuntiorum, & Episcoporum, & Ministros eorum? Quod idem dicendum est de Familia Cardinalium. Ex p.2.tr.2.à ref.1.vsque ad ref.10. inclusiue, *Quæ hic sunt infrà in hoc ipsomet* tom.9. tr.8. de Familia laica Nuntiorum ref.1.& seqq. *Quæ sunt per totum præcitatum tractatum.*

An Regulares possint eligere iudices Conseruatores, Prælatos aliarum Religionum? Et an Moniales Turris Speculatorum Romæ existentium sint Religiosæ & gaudeant priuilegio fori, & exemptione gabellarum? Ex p.9. tr. 9.ex ref.26. & in p.8. tr.7. ex ref.88. *Quæ nunc inuenientur* in tom.7. tr.2. de Regularibus ref.227. & 350.

An mutus surdus, & cœcus, vt persona miserabiles possint forum declinare? Ex part.5.tr.6. ex ref.30. *Quæ hic reperietur* in tom.8.tr.9.de Mutis Surdis, & Cœcis, ref.10.

An bona Ecclesiæ, & Ecclesiasticorum possint in bello diripi, & deuastari? Et an tali priuilegio Immunitatis gaudeant omnia bona quorumcumque sint, si in Ecclesiâ ad custodiam reponantur? Ex part. 6.tr.4.ex ref.12. *Quæ hic est* in tom.7.tr.7.de Bello ref.26.

An quando in Regno defuit prouisio Proreges, & Ministri incurrant in excommunicationem Bullæ Cœnæ, si prohibeant extractionem frumenti, & aliorum victualium ad Romanam Curiam? Et an Ecclesia læsa in contractu cum laico possit petere restitutionem non solum coram iudice ipsius laici, sed etiam coram iudice Ecclesiastico? Ex part. 3.tract.6.ex ref.32.§.2.& 3.& in p.11. tr.3. ex ref.31. *Quæ nunc inuenientur* in tom.3.tr.De Contractibus ref.206.& 165.

An iudex secularis possit cognoscere de nullitate relaxationis iuramenti ab Ecclesiastico iudice concessæ? Ex p.11. tract.2.ex ref.36. *Quæ hic reperietur* in tom.8.tr.4.de Voto, & Iuramento ref.80.

Explanatur personas exemptas in odiosis, & onerosis non venire in appellatione Vniuersitatis, populi, & territorij, venire tamen in fauorabilibus, & hac distinctio adhibenda est quoad Clericos, qui cum sint pars Reipublicæ veniunt in appellatione populi in fauorabilibus, secus autem in odiosis. Ex part.4.tract. 1.ex ref.70. *Quæ hic est infrà in hoc ipsomet* to.9.tr.3.de Statuto prohibente, &c. ref.6.

An statuta laicorum includant testamentum ad pias causas. v.g. Stante Statuto, quod vxor sine consensu viri testamentum facere non possit, an valeat saltem ad pias causas? Et ad quem iudicem pertineat executio testamenti ad pias causas? Et quis sit iudex competens, siue agatur de publicando testamentum Clerici, siue laici? siue de causa pia, siue de non pia? Et an quilibet de populo possit agere, vt testamentum ad ipsas causas, & legata pia executioni mandentur? Ex part.7. tr. 6. ex ref.29. 32.& 33.aliàs 28.31.& 32. *Quæ nunc inuenientur* in tom.6.tr.8.de Testamentis ref.36.39.& 40.

An iudices laici possint se intromittere in executione legati pij? Et an iudex laicus data negligentia hæredum, & executorum, possit se intromittere in adimpletione non solum causarum prophanarum, sed etiam piarum? Et an executores bonorum Clericorum, & Episcoporum possint adire pro confectione inuentarij iudicem laicum? Ex p.4.tr.1.ex ref.99.& in p.8.tr.5. ex ref.55. & 64. *Quæ hic reperiuntur* in tom. 6. tr.9. de Executoribus

Testamen

Testamentorum ref.52.53.& 66.

Nota,quod in prædicto tom 6.& tr.9 de Executoribus testamentorum reperies alios diuersos casus , in quibus signanter dubitatur,an Episcopi, vel iudicibus secularibus competat executio testamentorum vel sit causa misti fori,quos casus inuenies in ref.46.48.49.52.53. 72.73. & 74. & non in aliis ref.dicti tract.

An detur præuentio inter iudicem secularem, & Ecclesiasticum contra procurantes Abortum ? Et quid, si reus sit Ecclesiasticus? Ex part.7.tr.5.ex ref.41. *Quæ hic est* in to.5.tr.6.de Abortu ref.16.

Aduerte , quod in tom.5.tr.10. de Potestate Inquisitorum sunt aliquæ diuersæ quæstiones pro foro iudicum secularium,& Inquisitorum,& circa Notarios, Aduocatos,Cõsultores,Fiscales,Birruarios,& familiares omnes S. Inquisitionis,& circa eorum vxores,&c.Et ideo, quidquid ita mistum occurrerit,require illud ibi à ref. 15. vsque ad ref.22.inclusiue,& in ref.65.66.67.70. 111. & in ref.108.pro cognitione ensalmatorum,& non inaliis ref.præcitati tractatus.

De blasphemantibus hæreticaliter,an debeant cognoscere Inquisitores cumulatiue cum iudice Ecclesiastico,& laico? Et quid de sodomitis,nisi sint incorrigibiles,an non possint tradi Curiæ seculari? Idem est de relapso.Et quid de Hæretico,si in ipso tabulato pœniteat,&c ? Ex part.4. tract.7.ex ref.8.20.24.& 26.*Quæ nunc inuenientur* in to.5.tr.12.de Pœnis S.Inquisitionis ref. etiam.8. 20. 24.& 26.

Nota,quod infra in hoc to.9.tr.11.de Iure protectionis, seu Clientelæ,*omnes fere Resolutiones,& quæstiones supradicti tractatus largo modo pertinent ad istum* tr.2.de Immunitate Ecclesiastic.*quæ sunt valde notandæ , & curiosæ.*

Aduerte etiam,quod in fine huius to.9.*sunt aliquæ Decisiones Sacræ Rotæ Romanæ pertinentes etiam ad hunc tractatum secundum de Immunitate Ecclesiastica.*

TRACTATVS III.

De Statuto prohibente Alienationem bonorum stabilium in Ecclesias,& Ecclesiasticas personas. P.305.

1. *AN Statutum mandans bona Ecclesiæ relicta infra certum tempus vendi sit contra libertatem Ecclesiasticam?* Ex part. 1. tract.2. resol.64.aliàs 63.ibid.

2. *An Statututum,quod infra tantum tempus Ecclesia teneatur vendere res sibi relictas,sit validum?* Ex part.5. tract 1.resol.3.ibid.

3. *An sit licita lex prohibens,ne bona vulgo dicta* Realengo,*transferantur in Ecclesias,vulgo à* Mano morta *sine licentia Regis?* Ex part.1.tr.2. ref.104. aliàs 103. p.308.

4. *An leges* Amortizationis *sint contra Immunitatem Ecclesiasticam?* Ex part. 3.tractat. 1. resol.14.ibid.

5. *An leges* Amortizationis *sint contra Immunitatem Ecclesiasticam?* Ex part. 4.tract.1.ref.57.ibid.

6. *An Statutum prohibens alienationem bonorum in non subditos sit contra Immunitatem Ecclesiasticam? Et explanatur personas exemptas in odiosis,& onerosis non venire in appellatione Vniuersitatis populi,& territorij, venire tamen in fauorabilibus,& hac distinctio adhibenda est quoad Clericos,qui cum sint pars Reipublicæ veniunt in appellatione populi in fauorabilibus , secus autem in odiosis?* Ex part.4.tract.1.ref.70.ibid.

7. *An sit contra libertatem Ecclesiasticam condere Statutum,vt immobilia non alienentur in extraneis,prohibendo expresse nè alienentur in personas Ecclesiasticas? Et notatur Statutum,quod non alienentur immobilia in extraneos,in tali casu posse Episcopos cogere statuentes,vt declarent illud Statutum non debere extendi ad Clericos?* Ex p.1.tr.2.ref.58 aliàs 57.p.309.

8. *An valeat Statutum seculare,quod cauetur,ne bona immobilia transferantur in Ecclesiasticas personas sine Regia facultate?* Ex part.4. tract.1. resol.13.ibid.

9. *An Statutum,seu lex prohibens ne bona stabilia alienentur in Ecclesias,& personas Ecclesiasticas sit licitum ?* Ex part.6. tractat. 3. ref.1. p.310.

10. *Proponuntur fundamenta pro negatiua sententia.Et deducitur,an dictum Statutum sit contra Sacros Canones, & illud promulgantes , & obseruantes sint violatores libertatis Ecclesiasticæ , & incidant in censuram Bullæ Cœnæ?* Expart.6.tract.3.ref.2.p.311.

11. *Fundamentum secundum? Et infertur posse iudices Ecclesiasticos cogere laicos ita statuentes,vt declarent,quod in huiusmodi statutis non comprehenduntur Clerici, neque Ecclesia.Et docetur,quod Statuta laicorum quamuis fauorabilia non ligant Clericos , neque Ecclesiam.* Ex p.6.tr.3.ref.3.ibid.

12. *Fundamentum tertium ? Et cursim docetur , quod ita statuentes sunt ipso iure excommunicati.* Ex p.6. tr.3. ref.4.p.312.

13. *Fundamentum quartum.* Ex p.6.tra.3.resolut.5.p.313.

14. *Fundamentum quintum.* Ex part.6 tract.3. ref.6.ibid.

15. *Proponuntur responsiones ad argumenta contraria. Et deducitur,quod lex Ciuilis, licet in bonum publicum statuatur,non debet de Ecclesia,& de Clericis disponere , etiam si dispositio fauorabilis sit. Et infertur, quod bona Clericorum gaudent priuilegio Immunitatis. Et quod Magistratus Regij non possunt punire Episcopos,& Clericos in temporalibus.* Ex part.6. tr.3. ref.7.p.315.

16. *Responsio ad secundum , & tertium argumentum.* Ex part.6.tr. 3.ref.8. p.316.

17. *Responsio ad quartum argumentum.* Ex part. 6.tr.4. ref.9.p.317.

18. *Responsio ad quintum,& sextum argumentum.* Ex p.6. tractatu 5.resolut.10.ibid.

19. *Continuatur responsio ad sextum argumentum.* Ex p.6. tr.3.ref.11.p.319.

20. *An Statutum,siue lex inualidans donationem omnium bonorum factam à Patre filio Clerico sit contra Immunitatem Ecclesiasticam?* Ex part.3.tr.1. ref.3. p.320.

An in Donatione facta Ecclesiis requiratur insinuatio? Ex p.4.tr.1.ex ref.63.*Sed eam,& alias diuersas Resolutiones,& quæstiones pro donationibus factis Ecclesiis inuenies* in tom.6.tr.7.de Donationibus 65.75.94.95.106. & à ref.118.vsque ad ref.124.inclusiue,& in ref.131. & 135.

Non sunt aliæ difficultates in hoc toto opere pertinentes ad hunc tract.3 huius 9.tom.

TRACTATVS IV.

De Adoratione, qua Summum Pontificem Catholici venerantur. P. 321.

1. *AN sit licita adoratio,quam Christi fideles Summo Pontifici præbent? Et negatiua sententia Hæreticorum affertur.* Ex part. 1.tr.addit 1.resol.etiam 1.ibid.

2. *Ad supradictos errores repellendos supponitur,quænam sit adoratio quomodo distinguatur,& actus, per quos exercetur,explicantur?* Ex p.11.tr.addit 1. ref.2.ibid.

3. *Contra Hæreticos Summum Pontificem semper in Ecclesia fuisse adoratum genuflexione,pedum osculatione,&c. demonstratur.* Ex p.11.tr.addit 1.ref.etiam 3.p.322.

4. *Supra dicta adoratio Pontificis non solum perpetuo vsu,vt visum*

visum est, sed etiam ratione nititur exemplo videlicet Episcoporum. Ex part. 11. tract. addit. 1. resp. etiam 4. p. 423.

5. Idem probatur Imperatorum, & Regum exemplo, quos à populis adoratos fuisse demonstratur. Et de differentia adorationis politicis, & sacra agitur. Ex p. 11. tr. addit. 1. res. etiam 5. p. 324.

6. Probatur etiam adoratio Pontificia ex more apud veteres, qui ad aliquid impetrandum pedibus obuoluebantur, & præsertim filij supplices apud Patres ad eorum pedes procumbebant de offensis veniam petendo. Et notatur Summum Pontificem, sæpius vocari Patrem communem. Ex part. 11. tract. addit. 1. res. etiam 6. p. 325.

7. Aliqua loca sacræ Scripturæ afferuntur, in quibus adorationem Pontificiam indicatam fuisse demonstratur. Ex part. 11. tr. addit. 1. resp. etiam 7. 326

8. An licitum sit præter genuflexionem, & pedum osculationem adorare Pontificem pectoris tonsione? Ex p. 11. addit 1. res. etiam 8. p. 327.

9. Probatur adorationem non solum osculatione pedum, Pontificibus præberi, sed etiam inclinatione capitis, quando eorum nomina in Orationibus publicis audiuntur. Ex part. 11. tract. addit. 1. res. etiam 9. ibid.

10. Quare Eminentissimi Cardinales ordinarie non genuflectunt ad occursum Pontificis, nec eius pedes osculantur. Et de osculatione circa manus Pontificis aliqua curiosa obseruantur. Ex part. 11. tr. addit. 1. res. etiam 10. p. 328.

11. Sub qua adoratione comprehendatur adoratio Pontificis ad Latriam ne, vel ad Dubitam? Et opinio Caramuelis affertur. Ex part. 11. tr. addit. 1. res. eriam 11. p. 329.

22. Refertur circa eandem difficultatem opinio Tanneri, Ex p. 12. tr. ad dit. 1. res. etiam 12. p. 330.

13. Opinio Theophili Raynaudi proponitur, videlicet, quod Pontifex adoratur adoratione Hyperdulia. Ex part. 11. tr. addit. 1. res. etiam 13. ibid.

14. Opinio authoris, & aliorum adducitur, nempe adorationem Pontificis esse reducendam ad adorationem Dulia. Ex part. 11. tr. addit. res. etiam 14. p. 331.

15. Breuis digressio de gestatione Pontificis super humeros, & cum Regno in capite, quod vulgo Chamaurus appellatur. Ex part. 11. tr. addit. 1. res. etiam 15. p. 332.

16. An si aliquis Pontifex, (quod Deus auertat,) esset impius, scandalosus, &c. sit adhuc modo, quo supra à fidelibus adorandus? Ex part. 11. tract. addit. 1. res. 16. p. 335.

17. Respondetur ad argumenta Hæreticorum superius in Resolutione prima appesita, & additur ratio, quare D. Petrus respuit adorationem Cornelij. Ex part. 11. tr. addit. res. etiam. 17. p. 336.

18. Quare Pontifex vocet se seruum seruorum Dei, contra Theodorum Reinglingh demonstratur. Ex part. 11. tr. addit. 1. res. etiam 18. p. 337.

19. Quare Summus Pontifex non solum calceamento Cruce signato, sed etiam coloris rubei vtatur? Ex p. 11. tract. addit. 1. res. etiam 19. p. 338.

20. Respondetur ad scommata Ioannis Fabri qui Pontifices carpit portantes calceos Cruce signatos, & ostenditur humilitatis causa & ad honorem Crucis, ritum hunc à tempore S. Syluestri fuisse introductum. Ex part. 11. tr. addit. 1. res. etiam 20. ibid.

* *

TRACTATVS V.

De Infallibilitate Decretorum Romani Pontificis extra Concilium. p. 340.

1. AN Papa possit errare definiendo aliquid de Fide extra Concilium Generale? Et sententia affirmatiua aliquorum adducitur. Ex part. 11. tr. addit. 2. res. etiam 1. ibid.

2. Opinio negatiua firmatur, nempe Decreta Pontificis esse infallibilia, etiam emanata extra Concilium. Ex part. 11. tract. addit. 2. resolut. etiam 2. p. 341.

3. Respondetur ad argumenta pro affirmatiua sententia ab aduersariis excogitata, ac superius posita. Ex part. 11. tract. addit. 2. resolut. etiam 3. p. 342.

4. Quanam censura Theologica inurenda sit hac propositio. Decreta Papa loquentis ex Cathedra extra Concilium non habent Infallibilitatem, & ideo posse errare? Ex part. 11. tract. addit. 2. res. etiam 4. p. 343.

5. An Decreta Pontificis loquentis ex Cathedra sint infallibilia, etiam non adhibito consilio Cardinalium, vel Theologorum? Ex part. 11. tr. addit. 2. res. etiam 5. p. 344.

6. Ad confirmationem eorum, quæ pro nostra sententia superius adducta sunt, proponitur quæstio. An sit omnino de Fide v.g. hunc numero Innocentium X. esse verum Pontificem, & verum Petri Successorem? Ex part. 11. tract. addit. 2. resolut. etiam 6. p. 346.

7. Respondetur ad argumentum contraria sententia. Ex p. 11. tr. addit. 2. res. etiam 7. p. 437.

8. An stando in opinione, quod non sit de Fide hunc numero Innocentium X. esse verum Pontificem. An inquam, eius Decreta circa res Fidei haberent Infallibilitatem? Ex part. 11. tract. addit. 2. res. etiam 8. p. 348.

9. An omnia contenta in Decretis Pontificum loquentium ex Cathedra habeant Infallibilitatem? Ex p. 11. tr. addit 2. res. etiam 9. p. 349

10. An Pontifex possit errare in assignandis censuris propopositionum præter hæreticas? Ex part. 11. tract. addit. 2. res. etiam 10. p. 350.

11. Exponitur modus, quo Spiritus Sanctus assistat Pontifici, quando aliquid de Fide determinat. Ex p. 11. tr. addit. 2. res. etiam 11. p. 352.

12. Ad ornatum materia inquiritur. An Papa, vt persona priuata possit errare in Fide, & an de facto errauerit? Ex part. 11. tract. addit. 2. res. etiam 12. p. 353.

13. An Pontifex possit errare definiendo aliquid circa mores extra Concilium? Ex part. 11. tract. addit. 2. resol. etiam 13. p. 354.

14. Respondetur ad argumenta in contrarium adducta. Ex p. 11. tr. addit. 2. res. etiam 14. p. 355.

15. An in Canonizatione Sanctorum Papa possit errare? Ex part. 11. tr. addit. 2. res. etiam 15. p. 356.

16. Respondetur ad argumenta contraria. Ex part. 11. tr. addit. 2. res. etiam 16. p. 357.

17. An Papa possit errare in Beatificatione Sanctorum? Ex p. 11. tr. addit. 2. res. etiam 17. ibid.

18. Qua certitudine tenendum est Papam non posse errare in Canonizatione Sanctorum? Et esse de Fide probatur. Ex p. 11. tr. addit. 2. res. etiam 18. p. 358.

19. An eadem certitudo de Fide sit tenendum Papam non posse errare circa Beatificationem Sanctorum?

Sanctorum ? Ex part.11.tract.addit 2. ref. etiam 19. p.359.

20. *An praciſe ex vi ſolius Beatificationis, quod anima Beatificati ſit in gloria, remaneat tantum intra latitudinem probabilitatis, & certitudinis moralis* ? Ex part.11.tractatu addit. 2. reſolution. etiam 20. p.360.

21. *Dubium incidens. An poſito, quod Pontifex concedit aliquibus determinatis perſonis & ſub determinato aliquo ritu venerari Sanctum Beatificatum, poſſint alij omnes licite vti tali conceſſione* ? *Et an licent transferre diem S. Beatificati, qui deſignatur pro celebratione* ? Ex part.11.tract.addit.2. reſol.etiam 21. p.361.

22. *An ſi quis eſſet delatus in S. Officio, quod dixiſſet Papam poſſe errare in Canonizatione, & Beatificatione Sanctorum, ſit ei imponenda abiuratio de formali* ? *Et aduertitur eſſe magnum diſcrimen inter hanc propoſitionem, non eſt de Fide Vrbanum VIII. eſſe verum Pontificem, & illam Vrbanus VIII. non eſt verus Pontifex. Et notatur, quod eſt puniendus in Tribunali S. Inquiſitionis, ſi quis diceret quod Beatus Franciſcus de Borgia, & B. Caietanus non ſunt in cœlo, ſecus ſi diceret, ego non teneor credere B. Borgiam, & B. Caietanum eſſe in gloria. Et quid, ſi diceret, ego non teneor credere B. Ignatium, vel alium quemlibet Sanctum Canonizatum eſſe in gloria*? Ex part.11. tractat. addit.2. reſolution. etiam 21. p.363.

23. *An Papa poſſit errare in approbatione Religionum*? Ex part.11. tractat. addit. 2. reſolution. etiam 23. p.364.

24. *Reſpondetur ad argumenta contraria adducta à Melchiore Cano.* Ex part.11. tractat.addit.2.ref.etiam 24. p.365.

25. *Qua certitudine credendum eſt Papam non poſſe errare in approbatione Religionum*? Ex part.11. tr.addit. 2. ref.etiam 25.p.366.

26. *An Pontifex poſſit errare approbando, vel reprobando aliquem contractum, & agitur de Monte pietatis* ? *Idem poteſt quari de aliquo actu, an ſit Symoniacus, vel non* ? *Et etiam quæritur, an Pontifex habeat infallibile iudicium de propoſitionum philoſophicarum probabilitate*? Ex pa.11.tr.addit.2.ref.etiam 26. ibid.

An clauſis oculis ſtandum ſit Decretis Pontificiis ? In to.6.tr.2.ref.27.

TRACTATVS VI.

De Poteſtate Pontificis eligendi ſibi Succeſſorem. p.368.

1. AN *Pontifex poſſit ſibi eligere Succeſſorem* ? *Et affirmatiua ſententia proponitur.* Ex p.10. tr.5. ref.etiam 1. ibid.

2. *Opinio negatiua affertur, videlicet non Poſſe Papam ſibi Succeſſorem conſtituere.* Ex part.10.tr. 5.ref.etiam 2.p.369.

3. *Sententia media inter affirmatiuam, & negatiuam ſententiam ſuperius adductam proponitur. Et curſim infertur, an ex diſpenſatione poſſit Epiſcopus Succeſſorem ſibi eligere? Et an poſſit Pontifex adhuc renunciare Papatum, & alium Papam loco ſui eligere* ? *Id eſt, exiſtens Papa, an poſſit alium deſignare? Et aduertitur non poſſe Papam prius renunciare Papatui, & deinde alium eligere.* Ex part.10.tractat.5. reſol. etiam 3. p.370.

4. *Authoris ſententia. & de ſupradictis opinionibus iudicium breuiter profertur. Et docetur Pontificem Adiutorem cum futura Succeſſione adſciſcere non poſſe.* Ex part.10.tra.5. ref.etiam 4.p.371.

TRACTATVS VII.

De Poteſtate, & Priuilegiis. S. R. E. Cardinal. Atque de Collocutionibus, & Scriptionibus vetitis tempore Conclauis. p.372.

1. AN *Dignitas Cardinalium ſit prima poſt Pontificatum? Vbi plura de eorum præſtantia enumerantur.* Ex part.5. tr.2.ref.1..ibid.

2. *An Cardinalatus ſit ordo, & Papa poſſit illum extinguere? Ex quo etiam infertur, an Pontifex poſſit extinguere Patriarchas, & Archiepiſcopos? Et an Cardinalatus ſit de iure Diuino, vel tantum de iure Pontificio inconſtitutus*? Ex part.5. tractat.2. ref. 2.p.376

3. *An Pontifex poſſit ardua Eccleſiæ ſine conſilio Cardinalium definire*? Ex part.5.tractat.2. ref. 4. ibid.

4. *De qua natione aſſumendi ſint Cardinales*? Ex part.5. tract.1 ref.18. p.377.

5. *De qua ætate debent eſſe Cardinales? Et an quiſpiam in Diaconum Cardinalem aſſumi non poſſit, niſi ſaltem in 22. ſua ætatis fuerit conſtitutus? Et curſim explanantur, de qua etiam ætate debent eſſe Epiſcopi* Ex p.5. tr.1. ref. 18. ibid.

6. *De numero Cardinalium, & an expediat ſemper eſſe completum?* Ex part.5 tr.2.ref.22.ibid.

7. *An Cardinales, mortua Pontifice, poſſint leges condere, & alia iuriſdictionalia facere* ? *Et Sede vacante Apoſtolica, an tunc ſit prohibitum Sacro Collegio Cardinalium dare Reuerendas* ? Ex part. 5. tr.2. ref.9. ibid.

8. *An Cardinales debeant eligere ad Pontificatum vnum ex Sacro Collegio* ? *Et an ſi Cardinales eligerent in Papam aliquem extra eorum gremium, electio ſit valida*? Ex p.5.tr.2.ref.63.p.378.

9. *An Cardinales poſſint relinquere digniorem, & eligere dignum, quando pars ſufficiens ad electionem vult illum in Papam eligere* ? *Et quid ſi iurauſſent eligere digniorem* ? *Et quid eſt dicendum in ſupradicto caſu, an peccet Cardinalis dignus, ſi acceptet Papatum cognoſcens in electione prætermiſſum eſſe digniorem, quod idem dicendum eſt de Beneficiatis, &c.* Ex part.5.tr.2. ref.85.p.379.

10. *An ſi duo Cardinales remanerent in Conclaui, poſſint adhuc eligere Summum Pontificis* ? *Et quid, ſi remanerent vnus tantum* ? *Et an tunc dictus Cardinalis ſolus poſſit eligere ſeipſum*? Ex part.5.tract.2. reſol.72. ibid.

11. *An Cardinales in electione Pontificis habeant vocem; etiam ſi inſignia Cardinalitia eis tradita non ſint* ? *Et an Canonicus habeat vocem in electione, antequam in Choro poſſeſſionem actus fuerit* ? *Neque ſimile eſt de Epiſcopo, qui ante conſecrationem à multis prohibetur, quia conſecratio alium ordinem de nouo Epiſcopo confert. Et an offendentes, & interficientes Cardinales qui nondum Capellum habuere, incidant in cenſuram Bullæ Cœnæ* ? Ex part.5.tractat.2.reſol.74. p.380.

12. *An Card in alis iuste impeditus possit vices suas in creando Summo Pontifice alteri demandare? Et an absens possit constituere Procuratorem ad eligendum & suffragium ferendum in scrutinio? Et an sit Cardinalibus id in iure concessum?* Ex p.5.tr 2, res. 40. p. 381.

13. *An Cardinales, si non expectent alios intra tempus definitum, quod est per spatium decem dierum, & eligatur Pontifex ex ipsorum omnium, vel duarum partium consensu, electio adhuc sit valida? Et quid, si Cardinales praesentes contra dixissent, an ipsis inuitis, electio consisteret?* Ex p.5. tract. 2. resol. 75. ibid.

14. *An Cardinales, si ita distent à Romana Curia, vt omnino inter decem dies post mortem Pontificis accere non possint, teneantur adhuc praesentes illos expectare?* Ex p. 5. tr.2. res. 76.ibid.

15. *An si Ecclesia vacaret tempore, quo Concilium Generale est congregatum, electio Summi Pontificis adhuc spectet ad Cardinales? Et quid sentiendum est de iure?* Ex p. 5.tr.2.res. 73.ibid.

16. *An Cardinales aliquando possint conuocare Concilium? Et notatur, quod non propterea huiusmodi Concilia imperfecta habenda sint tanquam Conuenticula, &c.* Ex p.5.tr.2.res. 62.p.382.

17. *An Cardinales, qui Episcopi non sunt, habeant ius praesentiae, & indicij in Conciliis Generalibus? Et an Cardinales in Concilio praeferendi sint Patriarchis, & Episcopis?* Ex part. 5. tract. 2. resolut. 3. ibid.

18. *An Cardinalis possit sine scrupulo tacere, quando in Consistorio aliquid non bene determinatur? Et quid, quando maior pars Collegij contrarium approbat? Et an doctrina huius Resolutionis intelligenda sit pro quocunque alio Collegio, Vniuersitate, & Communitate?* Ex part. 5 tract. 2. resolut. 49. ibid.

19. *Vtrum Cardinales teneantur impedire nominatum à Pontifice pro Episcopo, si alium digniorem arbitrentur?* Ex p. 5. tr.2. res. 21.p. 383.

20. *An Eminentissimi Cardinales, reuelando ea, quae in Consistorio tractantur, incidant in censuram Sanctissimo reseruatam? Et quid, si reuelent ea, quae à Pontifice specialiter, & expresè sub silentio fuerint indicta? Et an supradicta censura sit vsu recepta? Et an in hanc excommunicationem non incidas, si ea, quae tibi Cardinalis inique manifestauit, quaque à Pontifice secreto accepit, reueles? Et notatur, quod si aliquis casu, vel dolo audiret ea, quae in Consistorio acta, vel dicta sunt, & aliis narret, non incideret in dictam censuram?* Ex p.9. tract. 8.& Misc.3. res. 41. ibid.

21. *An vt maritus promoueatur ad Cardinalatum, opus sit, vt vxor ingrediatur Religionem, vel sufficiat, vt remaneat in saeculo cum voto Castitatis, siue in iuuenili, siue in senili atate constituta sit? Et cursim infertur, quid dicendum sit in praedicto casu vt maritus ad Sacros Ordines, vel ad Episcopatum promoueatur? Et an dignitas Cardinalatus statim per contractum matrimonij per verba de praesenti expiret?* Ex p.5. tr.2.res.39.p.384.

22. *An Cardinales in sua consecratione teneantur praestare iuramentum Romanae Ecclesiae?* Ex p.5.tr.2.res.95. ibid.

23. *An electus ad Cardinalatum priora beneficia amittat?* Ex p. 5. tr. 2. res. 11. p. 385.

24. *An Cardinales soluantur legibus, quae prohibent duo, aut plura beneficia simul habere, vt patet* in cap. de multa, & Extrauag. de Praebendis *Et an Cardinales habeant priuilegium, quod beneficia suorum familiarium non possint conferri per Papam sine consensu Cardinalis Patroni? Et an pari ratione Cardinalis Legatus quamcumque amplissimam potestatem habens conferendi beneficia, non possit conferre vacantia per obitum familiaris Papae, vel Cardinalis?* Ex part. 5. tractatu 2. resolut. 41. ibid.

25. *An Cardinales possint praesentari ad beneficia iuris Patronatus? Et quid de Episcopis circa hoc?* Ex p.5. tr.2.res.15.ibid.

26. *An Cardinales possint succedere in feudis? Et an tali casu admittantur ad seruiendum per substitutum?* Ex p.5.tr.2.res.70.ibid.

27. *An Cardinales eo ipso soluti sint à patria potestate in his, quae ipsis sunt commoda, non autem vt amittant ius suorum haeredum? Et an filij familias testari non prohibeantur de bonis, quae habebant, priusquam efficerentur Cardinales?* Ex part.5.tract.2.resol.32. p.386.

28. *An Cardinales, si sint in Patrimonialibus diuites, possint adhuc viuere de redditibus Ecclesiasticis?* Ex p.5.tr.2.res.38.ibid.

29. *An Cardinalibus egentibus teneatur Summus Pontifex subuenire. Et curiosum notabile adducitur de sanguinis emissione Cardinalium, id est, Cardinales aegritudine laborantes non posse sanguinis emissionem pati sine speciali licentia Papae.* Ex part.5. tract.2.res.35. ibid.

30. *An Cardinales teneantur soluere decimas pro generali aliquo subsidio à Pontifice imposito. Et an Cardinalis pensionarius teneatur contribuere ad Papalem decimam pro rata pensionis.* Ex part.5. tract.2.resol.68. ibid.

31. *An Cardinales comprehendantur in generali constitutione Pontificia imponente censuras, & poenas. Et praeter generales casus tandem quaeritur, an Cardinales comprehendantur sub censura primi Canonis Bullae Coenae contra legentes libros Haereticorum, & comprehendantur in Paulina Ambitiosa.* Ex p.5.tr.2.res.16. p.387.

32. *An Cardinales includantur in sententia suspensionis, vel interdicti à Summo Pontifice imposita?* Ex p.5. tr.2.res.46.ibid.

33. *An Cardinales comprehendantur in Regulis Cancellariae, quae odiosa sunt,* Ex part. 5. tract.2. resol. 17. ibid.

34. *An Regula octaua Cancellariae excipiens Cardinales, excipiat Cardinales à Curia absentes, & quid de Cardinalibus Titularibus de Vrbe,* Ex part.5.tr.2.res.28. p. 388.

35. *An Cardinales Episcopi excusentur à residentia, si Roma Summo Pontifici assistant, Et an Cardinalis possit à Curia discedere sine licentia Papae?* Ex p.5. tr. 2.res. 8.ibid.

36. *An priuilegia Episcopis concessa extendantur ad Cardinales,* Ex p. 5. tr.2.res.48. p. 389.

37 *An Cardinales in suis titulis gaudeant priuilegio Episcoporum ex Concilio Tridentino* sess. 24. cap. 6. de Reformat. Ex part. 5. tract. 2. res. 59. ibid.

38. *An Cardinales in suis titulis possint dispensare in voto,* Ex p.5.tr.2.res.58.ibi.

39. *An Cardinales possint in suis titulis excommunicare, suspendere, interdicere, & vti Pontificiis insignibus, Et an Vicarij Cardinalium possint etiam fulminare censuras, & reliqua facere, quae sint iurisdictionis Episcopalis?* Ex part. 5. tractatu 2. resolut. 12. ibid.

40. *An Cardinales possint leges ferre in suis titulis ligantes in conscientia,* Ex p.5.tr.2.res.71.p.390.

41. *An Cardinales in suis titulis possint commutare vltimas voluntates, in quibus possunt Episcopi re-*

ſpectu ſuorum ſubditorum? Ex p.5. tract. 2. reſ.57. ibid.

42. *An Cardinales in ſuis titulis poſſint derogare fideicommiſſis ad eas Eccleſias pertinentibus?* Ex p.5.tr.2. reſ.61.ibid.

43. *Quamnam poteſtatem habeant Cardinales in ſuis titulis, quæ ſunt Monaſteria Regularium?* Ex p. 5. tr.2.reſ.60.ibid.

44. *An Cardinales Monaſteria Monialium ingredi valeant? Et an hoc priuilegium intelligendum ſit de Cardinalibus Protectoribus ſolum? Et an hoc poſt Bullam Gregorij XIII. poſſit amplecti?* Ex p.5. tr.2.reſ.20. ibid.

45. *An Cardinales poſſint exigere à ſuis Eccleſiis titularibus Charitatiuum ſubſidium?* Ex p. 5. tr.2. reſ.55. ibid.

45. *An Cardinales poſſint concedere Indulgentias? Et an poteſtas Indulgentiarum in Cardinalibus potius ſit de conſuetudine, quam de iure, cum pro ea nullus extet Canon* Ex p.5.tr.2.reſ.6.p.391.

47. *An Cardinales poſſint eligere ſibi Confeſſarium? Et an etiam ſuæ familiæ poſſint prouidere de Confeſſario? Et an omnes qui ſunt de Cardinalium familia, poſſint de eorum licentia Confeſſarium ſibi eligere? Et an hoc etiam procedat, vbicumque Cardinales inueniantur? Et an contrarium dicendum ſit circa hoc vltimum de familia Epiſcoporum extra propriam Diœceſim?* Ex part.5. tract.2. reſolut.10. ibid.

48. *An Cardinales gaudeat priuilegio in itinere celebrandi vel ſibi faciendi celebrare ante auroram, & poſt meridiem? Et ſuponitur Epiſcopos hoc gaudere priuilegio.* Ex p.5.tr.2.reſ.77.p.392.

49. *Quibus priuilegiis gaudeant Cardinales quoad celebrationem Miſſæ in eorum Capellis? Et hæc diſſertatio in quotuor diuiditur quæſtiunculas, quibus vniuerſa complectitur tractatio. Et ſupponitur priuilegiis quibus Epiſcopi diuerſis in rebus fruuntur, potiri etiam Cardinales, & etiam amplioribus.* Ex p.3.tr.8.& Miſc.3. reſ.40.ibid.

50. *An Cardinales poſſint aſſiſtere in ſuis Eccleſiis, & dare licentiam aſſiſtendi matrimonio?* Ex p.5. tra.2. reſ.35.p.396.

51. *An Cardinales poſſint conferre primam Tonſuram, & minores Ordines in ſuis titulis? Et an Cardinales Presbiteri Tonſuram, cæteroſque Ordines ſuis familiaribus conferre poſſint, quia per Concilium Tridentinum* ſeſſ. 23. cap. 10. *Videtur derogari hanc facultatem?* Ex part.5.tractatu 2. reſolut. 5. ibid.

52. *An Cardinales habeant ius conferendi beneficia in ſuis titularibus Eccleſiis? Et idem dicendum eſt de Canonicatibus, & Prebendis, qua ab ipſo titulo dependent. Et an Cardinales poſſint abſoluere à iuramento in ſuis titulis?* Ex part.5.tract.2.reſolut.13. ibid.

53. *An Cardinales in Eccleſiis ſibi conceſſis poſſint conferre beneficia, & exercere iuriſdictionem ante captam poſſeſſionem, & oſtenſionem literarum?* Ex p.5. tr.2. reſ.47.p.397.

54. *An Cardinalis ad Epiſcopatum aſſumptus, ſi nondum poſſeſſionem fuerit adeptus poſſit adhuc beneficia conferre? Et an Cardinales poſſint conferre beneficia commendata ſiue ad tempus, ſiue ad vitam, diſſoluta commenda; & idem eſt dicendum de vnitis, diſſolutis vnionibus?* Ex part.5. tractatu 2.reſol.45. ibid.

55. *An Cardinalis Epiſcopus poſſit prouidere beneficia reſeruata vacantia tempore ſui Anteceſſoris non Cardinalis? Et quid è conuerſo, vacante beneficio in menſe alias reſeruato tempore, quo Cardinalis erat Epiſcopus, quod durante vita Cardinalio non fuit prouiſum, an poſſit dictum beneficium ab Epiſcopo non Cardinali ſucceſſore prouideri?* Ex part.5. tr. 2. reſ.27.ibid.

56. *An beneficia ſimultanea collationis Epiſcopis, & Capitulo vocanti in menſe Apoſtolico, à Cardinali ſimul cum Capitulo prouideri debeant; & quid in beneficiis alias reſeruatis? Et notatur Cardinalem habentem facultatem conferendi beneficia reſeruata, & in alium ſubſtituendi poſſe ſubſtitutum dicta beneficia conferre, ſicut poteſt Cardinalis.* Ex p.5. tr. 2. reſ.26. ibid.

57. *An Cardinalis poſſit in Curia conferre ſine Concurſu Parochialem Eccleſiam, quæ vacauit in ſua Diœceſi,* Ex part.5.tr.2.reſ.42.p.398.

58. *An Vicarius Cardinalis habens facultatem conferendi beneficia, poſſit illa conferre extra Diœceſim, quin de Cardinalibus non eſt difficultas;* Ex p.5.tr.2. reſ.43.ibid.

59. *An Cardinales poſſint conferre beneficia Epiſcopatuum à ſe reſignatorum, etiam poſt præconizationem reſignatarij, ſi nondum tamen fuerit adeptus poſſeſſionem,* Ex p.5.tr. 2.reſ. 44.ibid.

60. *An Cardinales poſſint recipere reſignationes beneficiorum exiſtentium in ſuis titulis, Et an hoc extendatur ad Cardinales habentes Archiepiſcopatum, Abbatias, vel Prioratus in Commendam ex diſpenſatione Papæ, Et An Cardinales renunciantes Epiſcopatui retineant facultatem conferendi beneficia in menſibus Papæ ex eius indulto,* Ex part. 5. tractat.2. reſ. 14. ibid.

61. *An familiares Cardinalium in abſentia gaudeãt fructibus ſuorum beneficiorum,* Ex p. 5. tr. 2.. reſ. 79. p.399.

62. *An Cardinales, quando Patroni ſunt diſcordes, poſſint prouidere Eccleſiis iuris Patronatus,* Ex p.5.tr.2. reſ. 94. .ibid.

63. *An Cardinales in Eccleſiis titularibus poſſint cognoſcere cauſas Clericorum, præſertim criminales; Et quid eſt dicendum, ſi Clericus aliquis ſit depoſitione dignus, an Cardinalis debeat ſententiam ferre, actum tamen degradationis Epiſcopo committere* Ex part.5. tr. 2. reſ.7.ibid.

64. *An Cardinales poſſint habere priuatum carcerem ad ſuos familiares coërcendas, Et an familiares Cardinalium ex conſuetudine remittantur ad ipſos Cardinales, & ipſi Domini Cardinales ſint eorum iudices competentes. ita vt Vicarius Papæ dictos familiares non iudicat, ſed eos remittit ſuo Cardinali. Et an Cardinales poſſint habere familiam armatam; Et an qui alium capit, ex iuſta cauſa poſſit illum detinere ſpatio 20. horarum, & ipſum captum iudici præſentare, Et quid, ſi illum detinet ex iniuſta cauſa qua pœna puniri debetur* Ex, part 5. tract. 2. reſol. 25. ibid.

65 *An Cardinales, ſi ſint iudices, recuſari poſſint, Et quid, ſi ſit iudex delegatus, & etiam Legatus à latere, Et quid eſt dicendum, ſi ſint iudices alterius Cardinalis,* Ex p. 5. tr. 2. reſ. 30.p. 400.

66. *An liceat à ſententia Cardinalium appellare, Et quid à ſententia vnius Cardinalis, Et an à ſententia Regis, & præfecti non detur appellatio,* Ex p. 5. tr.2. reſ. 36.ibid.

67. *An quando mandatur cauſa Cardinali cum clauſula,* Appellatione remota, *cenſeatur excluſa etiam appellatio iuſta, Et notatur, quod cauſa ſemel commiſſa Cardinali, & abeo non deciſa non committitur alteri inferiori à Cardinali propter eius reuerentiam, &c.* Ex part. 5. tractat. 2. reſolut. 37. ibid.

68. *An Cardinales veniant in appellatione Clericorum,*

& in appellatione Curialium Vrbis Romanæ? Ex p. 5. tr.2.ref.69.p.401.

69. *An credendum sit Cardinali testanti de re aliqua, etiam sine iuramento? Et notatur quod assertioni Cardinalis confirmanti Statutum de speciali mandato Sedis Apostolicæ creditur. Et quid, si dicat factum esse à Papa viuæ vocis oraculo? Et Cardinali se esse Legatum dicenti creditur circa ordinariam potestatem, etiam si literas Legationis non exhibeat?* Ex p.5. tr.2. ref.31. ibid.

70. *Quam fidem faciat Cardinalis deponens de facto proprio, vel ad fauorem sui familiaris?* Ex p.5.tr.2.ref.93. ibid.

71. *A quo lites, & causæ inter Cardinales vertentes sint decidendæ?* Ex p.5.tr.2.ref.23.p.402.

72. *An familiares Cardinalium in eorum causis sint testes idonei? Idem dicendum est de familiaribus Episcoporum.* Ex part.5. tractatu 2. resolut.56. ibid.

63. *An in pari causa sententia sit deferenda in fauorem Cardinalium?* Ex part.5. tractatu 2.resolut.78. ibid.

74. *Quot testes requirantur ad damnandum Cardinalem de crimine? Et quot testes, &c. quando Cardinalis est Episcopus, & quot quando sunt Presbyteri, & quot quando sunt Diaconi? Et an Cardinales possint conuinci, aut damnari de delictis commissis ante Cardinalatum? Et an Papa in puniendo & damnando Cardinali teneatur adhibere Collegium, vt simul cognoscat, & iudicet?* Ex part.5.tract.2.resolut.24. ibid.

75. *An condemnatus, si obuiam habeat Cardinalem, sit liberandus? Et docetur hoc procedere, quando Cardinalis casu, & non data opera in reum incidit, cui sine iuramento in hac re credendum sit.* Ex part.5. tr.2.ref.29. ibid.

76. *An si quis eiiciant Cardinales à terris, in quibus nati sunt, aut domicilium habent, incurrat in excommunicationem Bullæ Cœnæ, si non exerceant Legationem aliquam? Et quid si solis verbis comminatoriis quis eiiciat supradictos Cardinales, si ob minas actu relinquant loca? Idem dicendum est in prædictis casibus de iussa exequentibus, quia huiusmodi censetur vna persona cum mandante. Et an idem dicendum sit de Patriarchis, Archiepiscopis Episcopis Legatis Sedis Apostolicæ, & Nuntiis?* Ex.p.5.tr.2. ref.82. p.301.

77. *An si quis insultum faciat ad domum Cardinalis, vt ex hoc ei verecundiam tantum inferat, incurrat in excommunicationem Bullæ Cœnæ?* Ex p.5. tr.2.ref.82 ibid.

78. *Ad offendentes Cardinales incurrant in crimen læsæ Maiestatis & quid si, contra illos tantum verba iniuriosa protulerint? Et an ipse Imperator offendens Cardinalem aliquo modo expresso sit reus læsæ Maiestatis? Et in textu huius Resolutionis adducuntur 37. pœnæ, quæ supradictis restiguntur, & quod offendentibus familiares Papæ, vel Cardinalis pœna imponitur pro qualitate culpæ.* Ex part.5.tractatu 2.resolut.80. ibid.

79. *An si quis percutiat Cardinalem percussione leuissima, incidat in excommunicationem Bullæ Cœnæ? Et quid, si ictus solummodo vestes tetigit, aut elenauit manum ad percutiendum Cardinalem, quamuis postea non percutiat?* Ex part.5.tract.2.ex resolut.92. p.404.

80. *An qui offensionem in Cardinalem, cum posset, non impedit, incurrat in excommunicationem Bullæ Cœnæ? Et an idem dicendum sit de illo qui sine vitæ periculo clamando poterat eiusmodi Prælatis opem ferre, & non clamauit, aut pecunia eos redimere, & non redemit?* Ex part. 5. tractat. 2. resol. 88: ibid.

81. *An si quis tantum sciens alios contra Cardinalem conspirasse, & illos non denunciet, & patefaciat, incidat in excommunicationem? Et an illos teneatur reuelare, etiam si per fraternam correctionem speratur emendatio?* Ex part. 5. tract.2. resol. 89. p.405.

82. *An Cardinales percutientes se ipsos incurrant in censuram Bullæ Cœnæ? Idem dicendum est de Clericis percutientibus se ipsos quoad censuram* cap. si quis, *&c.* Ex p.5.tr. 2. ref.84.ibid.

83. *An offendentes Clericos familiares Cardinalium eorum inuitu incidant in excommunicationem Bullæ Cœnæ?* Ex p.5. tr.2. ref.83.p.406.

84. *An Cardinales Religiosi statim soluantur à voto paupertatis, & efficiantur Domini redditum Ecclesiasticorum instar Cardinalium secularium, & ideo superuacanee consumpta, & in vsus illicitos, non teneantur restituere ab ipsis recipientes? Idem infertur de Religiosis Episcopis. Et an Cardinales Religiosi recuperent facultatem testandi, & disponendi de rebus suis, quas ex professione Religionis amiserant?* Ex part.5. tractat.2. resolut. 64. ibid.

85. *An Cardinales Religiosi teneantur ad vota, quæ præter tria substantialia emittuntur in Religionibus iuxta eorum statuta?* Ex part. 5. tract. 2. ref. 65. ibid.

86. *An Cardinales Religiosi, si deponant habitum suæ Religionis, incurrant in excommunicationem? Idem infertur de Episcopis Religiosis.* Ex part.5. tr.2. ref. 66.p.407.

87. *An Cardinalis Religiosus possit esse compater in Baptismo, & Confirmatione? Idem dicendum est de Episcopis Religiosis.* Ex p.5.tr.2.ref. 67. ibid.

88. *An Cardinalis ex licentia Summi Pontificis possit testari de bonis perceptis Cardinalitij Galeri?* Ex p.5.tr.2.ref.50.ibi i.

89. *An Cardinales in testamentis gaudeant priuilegio Militum?* Ex p. 5.tract.2.ref.51.ibid.

90. *An Cardinales testantes ex facultate Pontificis teneantur adhibere formam iuris Ciuilis, aut Canonici?* Ex p.5. tract.2.ref.52. p.408.

91. *An facultas concessa Cardinalibus testandi intelligatur pro prima vice?* Ex part.5.tractat.2. resolut. 53. ibid.

92. *An licentia concessa Cardinalibus testandi expiret mortuo Pontifice, qui illam concessit? Et an Pontifex possit concedere facultatem testandi non solum in pios vsus, sed etiam in quoslibet, dummodo liciti sint, & & honesti?* Ex p.5.tr,2.ref.54.ibid.

93. *Notabilia quædam de Cardinalibus ex Sacra Rota Decisionibus, in quibus fuse tractantur collecta.* Ex part. 5. tr. 2. ref.97.p.409.

Prosequuntur omnes Resolutiones de Collocutionibus, & Scriptionibus vetitis tempore Conclauis. Ex duodecima parte R. P. Diana in eius secundo tractatu.

94. *AN Cardinales loquentes cum aliis existentibus extra Conclaue de rebus ad electionem pertinentibus incidant in censuram Papæ reseruatam? Et negatiue respondetur. Et notatur, quod contra colloquentes palam Cardinalibus nulla est pœna lata sen-*

tentia, sed contra secreto loquentes. Ex part.12.tract.2. ref.1.p.410.

95. *Rationes pro affirmatiua sententia adducuntur, sed negatiua firmatur. Et docetur, quod mens legis magis est attendenda, quam verba. Et explanatur legem pœnalem extendendam esse ad alium casum. Et quod in his, quæ per rationem legis comprehenduntur, non dicitur fieri interpretatio extensiua, sed comprehensiua.* Ex part.12. tract.2.resol.2. ibid.

96. *An Cardinales loquentes cum aliis existentibus extra Conclaue de rebus pertinentibus ad electionem peccent saltem mortaliter? Et deducitur, quod si necessitate vrgente Sacerdos absque præuia confessione celebrauerit,* Quam primum confiteatur, *& quia sunt verba imperatiua, non important præceptum ad mortale, sed consilium, & adhortationem. Et docetur, quod consuetudo, & obseruantia subsequens est optima legum interpres.* Ex part.12.tr.2.ref. 3.p.412

97. *An Collocutiones, & Scriptiones, quæ ordinantur ad bonam electionem futuri Pontificis, prohibeantur in Bulla Pij IV. in eligendis, &c. Et opinio negatiua affirtur. Et docetur, quod mens Legislatoris, & finis legis colligitur ex eius proœmio. Et probatur, quod quando cessat finis adæquatus, & fundamentalis legis etiam in particulari, lex non obligat. Et quod lex fundata in præsumptione, ipsa deficiente, non adstringit.* Ex part.12. tr.2.ref.4. ibid.

98. *Opinio affirmatiua firmatur. Et explanatur, quod aliquando lex fundatur in periculo facti, vel delicti, & vtrumque explicatur, quomodo debeat intelligi. Et additur, quod opinio, quæ docet, cessante fine legis, cessare obligationem legis etiam in casu particulari, est contra communem.* Ex part.12. tract.2.ref.5. p.413.

99. *An in prohibitione colloquendi, & scribendi contenta in Bulla Pij IV. detur paruitas materiæ excusans à peccato mortali, & ab incursione censurarum?* Ex p.12.tr.2. ref.6.p.414.

100. *An peccet mortaliter Cardinalis, si in Rota audiat aliquem eum ipso loquentem, ipso tamen nihil respondente, vel è contra? Ex quo deducitur, quid est dicendum de excommunicatione lata contra colloquentes cum Monialibus, si quis cum aliqua loquitur, ipsa vero nihil respondente?* Ex part.12.tr.2. ref.7. p.415.

101. *An ad incurrendam censuram latam* in cap. Cum periculum, *requiratur, quod missio scripturæ vel Nuntij sit secreta, vt requiritur pro loquutione? Et quid quoad Bullam Pij IV.* Ex p.12. tract.2. resol.8. ibid.

102. *An Collocutiones, & Scripturæ præter materiam electionis sint in dicta Bulla Pij IV. interdictæ?* Ex p.12. tr.2.ref.9.p.416.

103. *De deferentibus, literas & loquentibus cum famulis Cardinalium, an incurrant in censuram? Et quid, si sciunt postea famulos omnia referre suo Cardinali? Et notatur, quod dicti famuli Conclauistæ, & Magister cæremoniarum, & alij existentes in Conclaui, licet non incurrant censuram Pij IV. loquendo cum aliis extra Conclaue de rebus pertinentibus ad electionem, peccabunt tamen mortaliter, & qui cum illis loquuntur etiam lethaliter peccabunt. Et aduertitur secretam loquutionem tametsi ad electionem non pertineat, excommunicationi subijci.* Ex part.12. tract. 2. resolut. 10. ibid.

104. *An quis incurrat in censuram, si litera ad Cardinalem scripta, ad illum non perueniant? Et casus nouus apponitur, videlicet, an si quis daret in Rota literam Cardinali, qui tunc non legeret, ne videretur, & postea literam perderet, an inquam, in tali casu vterque incideret in censuram? Ex quo deducitur assassinum, si vulnerauit animo occidendi, & vt occideret, fecit, quantum potuit, non sequuta morte, Ordinaria pœna non esse puniendum.* Ex p.12.tr.2.r.11. p.417.

105. *An si Cardinalis, qui propter infirmitatem egressus est è Conclaui, scribat literas ad alios Cardinales in Conclaui, incurrat excommunicationem? Et aduertitur, quod dictus Cardinalis debet quam primum ad Conclaue redire. Ex quo sequitur Siculum, v. g. posse virtute Cruciatæ edere lacticinia in Regno Neapolitano, si sit in Siciliam statim rediturus. Et notatur Cardinales exeuntes è Conclaui prabere iuramentum acta in Conclaui circa electionem nemini manifestare?* Ex part.11.tractatu.2.resolut.22. ibid.

106. *An Cardinalis, qui propter infirmitatem exiuit ex Conclaui teneatur postea, si conualet, redire? Et an talis Cardinalis, si nolit redire post adeptam salutem intra Conclaue, possit compelli intrare? Et infertur, an in Religione possit in electione aliquis Religiosus suffragium suum negare?* Ex part. 12. tract.2. resol.13. p..418.

107. *An Cardinalis, verbi gratia, qui mandat Clauistæ vt scribat extra Conclaue circa materiam electionis, in censuram Pij IV. incurrat? Ex quo deducitur, quod censura prolata contra aliquid facientes non comprehendit mandantes. Ideo, si quis mandaret famulo, vt legeret librum hæreticum, & ipsum audiret, non incideret in censuram latam contra legentes libros Hæreticorum. Et etiam infertur non incurrere censuram contra colloquentes cum Minialibus, si quis loquatur cum ipsis per intermediam personam. Et notatur in primo casu suprà posito Cardinalem in casu peccare mortaliter propter mandatum, & cooperationem cum peccato famuli.* Ex part.12.tract.2. resol.14. p.419.

108. *Qua diligentia vti debeant Prælati in perscrutandis epulis in Conclaue intrantibus? Et docetur in ipso casu, & aliis, quod iuramenta de obseruandis statutis, legibus, & Constitutionibus secularibus, vel Ecclesiasticis, intelligenda sunt, quatenus sunt in vsu, & obseruantur. Et aduertitur præceptum sub pœna suspensionis non inducere peccatum mortale, nisi expresse, & verbis æquiualentibus id significetur. Et notatur, quod si supradictus Prælatus adhibendo diligentiam moralem in perscrutandis epulis alicuius Cardinalis timeret ab ipso inferendum graue damnum, tunc equidem ad nullam diligentiam teneretur.* Ex part.12.tractatu .2.resol.15. ibid.

109. *An sit prohibitus ingressus per Rotam alicuius infantis non attingentis vsum rationis intra Conclaue? Et exponitur* in cap. Vbi periculum. *Et infertur esse prohibitum ingressum infantium intra septa Monialium. Et quæritur, an si aliquis clam in Conclaue ingrediatur, incidat in censuram? Et notatur, quod si post ingressum intra Conclaue iste talis loqueretur secrete cum aliquo Cardinali, tunc incurreret in excommunicationem. Et quid de priuatione officij, & beneficij, quam* in cap. Vbi periculum, *imponit Pontifex ipso facto, teneturne ante iudicis declarationem? Et an vero intrantes in Conclaui subiiciantur tantum supradictis pœnis, vel etiam peccent mortaliter? Et tandem aduertitur Sacram Congregationem Cardinalium declarasse Decretum ab ipsa editum, quo prohibetur Regularibus accedere ad Monasteria Monialium sub pœna priua-*

tionis

tionis officij, ac vocis activæ & passivæ obligare ad mortale. Ex part. 12. tr. 2. res. 16. p. 420.

110. *Verum Cardinales peccent mortaliter, cum pluribus ferculis in Conclavi vescuntur? Et explanatur hoc verbum* Debent, *quid importet.* Ex p. 12. tr. 2. res. 17. p. 422.

111. *An Eminentissimi Cardinales in Feria sexta Parasceues possint deuenire ad scrutinium, non audito officio fieri solito in illa die, non obstante* §. Similiter *Bullæ Gregorij XV? Et firmatur, quod Feria sexta Parasceues nemini licitum est sacrificare ob prohibitionem factam ab Innocentio I. Et deducitur, an Officium fieri solitum à Sacerdote, extracto Sacramento è sepulchro, sit verè Sacrificium, & Missa, dici possit? Et an populus Christianus teneatur illud officium audire, si in die Parasceues incidat dies, festus de præcepto? Et discutitur an consumptio Sacerdotis pertineat ad essentiam Sacrificii Missæ, vel sit tantum pars illius integralis? Et tandem quæritur an Cardinales inciderent in excommunicationem si aliis diebus omitterent solitam Missam, & procederent ad scrutinium?* Ex p. 12. tr. 2. res. 18. ibid.

112. *An Summus Pœnitentiarius possit absoluere ab excommunicatione lata à Pij IV.* in §. Literas, &c. *Et asseritur, quod si Pontifex in aliquo Iubilæo concederet absolutionem ab omnibus casibus Bullæ Cœnæ, hæresim tamen non excludendo, videretur vtique illam concedere.* Ex p. 12. tr. 2. res. 19. p. 423.

113. *An excommunicatio contracta ex fractione Bullæ Pij IV. & Gregorij XV. si sit occulta, possit absolui ab Episcopo vigore Concilij Tridentini* sess. 24. cap. 6. de Reformat.? *Et quid virtute priuilegiorum Regularium, aut ex vi Bullæ Cruciatæ? Et docetur absolutionem ab hac censura impendi posse, dum Summus Pontifex de nouo creatus dicit aliquibus Conclauistis, de vobis facultatem, qua absolui possitis ab omnibus excommunicationibus contractis occasione Conclauis, seu Creationis Pontificis.* Ex p. 12. tract. 2. res. 20. p. 424.

114. *Proponitur sententia affirmatiua, nempe Episcopos à dicta censura posse absoluere; & noua opinio circa intelligentiam Tridentini affertur, sed non approbatur. Et quæritur, quando vero ista excommunicatio dicenda sit occulta?* Ex part. 12 tr. 2. res. 21. p. 425.

115. *Stante suprà dicta opinione Castri Palai, quæritur, quomodo possint Cardinales Episcopi, vel alij Episcopi absoluere à dicta censura Piana, & Gregoriana? Et difficultas est, quid operetur illa particula Concilij Tridentini* in Diœcesi sua? *Et concluditur non posse Episcopos vigore Concilij absoluere à censuris, & aliis casibus reseruatis extra suam Diœcesim. Et tandem quæritur, an vero possit Cardinalis Episcopus, vel alij Episcopi, si inciderit in censuras, de quibus est quæstio absolui à suo Confessario virtute Concilij Tridentini?* Ex p. 12. tr. 2. res. 22 p. 426.

116. *Iudicium Authoris de supradictis sententiis Bonacinæ & Castri Palai.* Ex p. 12. tract. 2. res. 23. p. 427.

117. *An in aliquo casu possit Episcopus absoluere à censuris Bullarum Pij IV. & Gregorij XV. Et in* §. 1. *huius Resolutionis proponitur curiosus casus pro supradicta quæstione. Et affirmatur Episcopum posse absolute impeditos, siue ad tempus longum absoluere à censuris Pontifici reseruatis. Nec in tali casu impeditus Romanum pontificem adire, tenetur mittere Procuratorem, nec scribere ad Sacram Pœnitentiariam. Ex quo sequitur, an impeditus adire Romanum Pontificem pro absolutione teneatur adire Legatum, aut alium habentem priuilegium absoluendi à casibus Papalibus, vel possit in tali casu absolui ab Episcopo? Et an supradicta procedant etiam in casu hæresis? Sed explanatur, Quod Bulla Cœnæ aufert ab Episcopis potestatem absoluendi circa hæresim illis collatam in Concilio Tridentino. Et tandem quæritur, an impeditus adire Pontificem possit à quocumque Confessario absolui à casibus Papalibus, etiam ab hæresi?* Ex p. 12. tr. 2. res. 24. p. 428.

118. *Iudicium Authoris circa ea, quæ dicta sunt in superiori Resolutione. Et non approbatur impeditum Pontificem adire posse absolui ab Episcopo in casu hæresis. Et docetur, quod in concessione Iubilæi, etiam anni Sancti concedente facultatem absoluendi ab omnibus casibus Bullæ Cœnæ, non comprehenditur casus hæresis. Et asseritur à fortiori impeditum adire Pontificem, & Episcopum non posse absolui præsertim ab hæresi à quocunque Sacerdote. Et quæritur, an stylus Curiæ obliget tantum in foro exteriori? Et tandem docetur ea, quæ inserta sunt in corpore iuris non censeri reuocata, nisi fiat de ipsis expressa mentio.* Ex p. 12. tr. 2. res. 25. p. 430

119. *An censura ex fractione Bullæ Pij IV. & Gregorij XV. possit à Regularibus hodie absolui? Et probatur, quod confirmatio priuilegiorum Regularium ex certa scientia, & sine clausulis restrictiuis operatur, vt priuilegia reuocata restituantur, & reualidentur. Et docetur, quod confirmatio facta vni Religioni valet pro omnibus aliis.* Ex p. 12. tr. 2. res. 26. p. 432.

120. *Infertur Corollarium in ordine ad Eminentissimos Cardinales Regulares. Et discutitur, an Episcopus Regularis amittat, nec possit vti Priuilegiis, quibus antea cum Religiosis vtebatur, quod idem erit de Religioso ad Cardinalatum assumpto?* Ex p. 12. tr. 2. res. 27. ibid.

121. *Iudicium de supradictis opinionibus. Ex quibus sequeretur posse Regulares hodie absoluere à casibus Episcopis reseruatis, non obstantibus Decretis Clem. VIII. & Vrbani VIII. quod non approbatur. Et respondetur ad aliqua argumenta pro priuilegio Societatis Iesu concesso à Gregorio XIII. in Bulla, qua incipit.* Decet Romanum Pontificem. *& adducitur Decretum Sacræ Congregationis ex ordine Vrbani VIII. reuocans tale priuilegium, &c. Et arguitur, quod casus Papales occulti vigore Concilij Tridentini desinunt esse Papales, & efficiuntur Episcopales, ex quibus Regulares possint absoluere toties, quoties.* Ex part. 12. tr. 2. res. 28. p. 433.

122. *An innodatus censura Pij IV. & Gregorij XV. possit absolui virtute Bullæ Cruciatæ? Et asseritur priuilegia Bullæ Cruciatæ nunquam censeri reuocata, etiam per Iubilæum anni Sancti, & etiam per publicationem Bullæ Cœnæ. Et additur Bullam prodesse Siculis, v. g. & Hispanis extra Siciliam, & Hispaniam existentibus, si alius pro ipsis Bullam suscipiat.* Ex part. 12. tr. 2. res. 29. p. 435.

123. *An si aliquis tempore Conclauis irretitus censura Pij IV. & Greg. XV. possit ante obtentam absolutionem ad vitandum scandalum celebrare, & Eucharistiam sumere? Quod à fortiori idem dicendum est de Hæretico, qui non potest obtinere licentiam, vt ab hæresi absoluatur. Idem est etiam de Sacerdote, qui alium Sacerdotem interfecit, & ne se prodat, & crimen eius fiat manifestum, celebrat. Et in supradictis casibus, si tales non possint excitari ad perfectam contritionem, an teneantur alia peccata, & etiam hæc reseruata confiteri, absoluens illum Confessor directe de aliis, & indirectè à reseruatis?*

Ex part. 12. tract. 2. resol. 30. p. 436.

124. *Magis firmatur, & declaratur doctrina superius adducta. Et adducitur aliquos negare etiam excommunicatum occultum posse extra mortis articulum communicare, etiam si vrgeat scandalum, infamia, &c. Sed difficultas est in eo casu, an possit etiam confiteri? Et explanatur, quod Sacerdos celebrans saltem post consecrationem, si recordetur excommunicationis, & non possit ab ea liberari, debet prosequi. Imo in dicto casu etiam ante consecrationem potest pergere, si timeatur grane damnum.* Ex part 12. tractatu. resol. 31. p. 436.

125. *An in casu supradicto Cardinalis, vel Conclauista censuratus possint ad vitandum scandalum confiteri aliqua peccata, non expressa fractione Bullæ Pij IV. & Greg. XV. vel teneantur confiteri inferiori omnia peccata, tam non reseruata, quam hanc censuram reseruatam? Et alius similis casus proponitur in textu, & à linea secunda huius Resolutionis.* Ex part. 12. tract. 2. resol. 32. p. 438.

126. *An excommunicatio lata à Pio IV. & Greg. XV. possit absolui non solum, vt ipsi asserunt in articulo, sed in periculo mortis? Et explanatur, quod necessitas periculi mortis existimatur moraliter tanquam extrema. Et docetur omnibus parturientibus, aut proficiscentibus ad bellum posse tempore interdicti ministrari Eucharistiam, & absolui à quocumque Sacerdote, etiam non approbato ab omnibus casibus, censuris, &c.* Ex part. 12. tr. 2. resol. 33. p. 439.

127. *An qui in periculo, vel articulo mortis fuit absolutus à censura incursa propter violationem Bulla Pij IV. & Greg. XV. teneatur postea, si conualuerit, se præsentare coram Pontifice? Et noua opinio affertur, sed non approbatur, Et quid, si virtute Cruciatæ quis absolutus fuisset in supradicto casu? Et difficultas adhuc superest, si in supradicto primo casu postea conualuerit, intra quod tempus tenetur se præsentare coram Pontifice?* Ex part. 12. tr. 2. resol. 34. ibid.

Appendix ad reliquas alias difficultates pertinentes simul ad hunc, *tract. 7. de Potestate, & Priuilegiis S. R. E. Cardinal.* &c.

AN Pontifex, si non licite saltem valide possit dispensare cum Cardinalibus, vt redditus Ecclesiasticos superfluos non expendant in vsus pios? Ex p. 10. tr. 11. ex resol. 35. *Quæ nunc innenietur* in tom. 4. tr. 7. de Eleemosyna resol. 20.

An in Cardinalibus ea ætas requiratur, in eius electione, vt intra annum possint promoueri ad eum Ordinem, ad quem destinantur? Et an Declarationes Cardinalium sint decisiuæ? Et an Declarationes Illustrissimorum Cardinalium habeant vim legis, si non sint à Pontifice approbata; Ex part. 10. tract. 16. ex resol. 86. & in part. 5. tract. 2. ex resol. 96. & in part. 1. tract 10. ex resol. 29. *Quæ hic reperientur* in tom. 6. tract. 1. de Legibus resol. 128. 22. & 21.

An legitimatus per subsequens matrimonium possit eligi in Cardinalem; Et an Cardinalis non expresse professus sit eligibilis in Generalem alicuius Religionis sine authoritate Pontificis? Et quidam Cardinalis, dum erat Religiosus multa vota emiserat; quæsierunt à me, an postea potuerit irritare illa Prælatus Religionis? Et an Decretum Cardinalium editum contra Religiosos accedentes ad colloquendum cum Monialibus obliget ad mortale? Et an Declarationes Cardinalium approbata à Pontifice habeant vim legis? Et an Cardinales possint licite abesse à Congregatione & Capitulo? Ex part. 10. tract. 9. ex resol. vnica, & in part. 9. tract. 9. ex resol. 63. alias. 62. & in part. 6. tract. 7. ex resol. 26. & in part. 1. tractat. 10. ex resol. 22. & in part. 9. tract. 6. ex resol. 48. alias 49. & in part. 3. tract. 2. ex resol. 6. *Quæ hic sunt* in tom. 7. tract. 1. de Regularibus resolut. 287. 280. 305. 344. & 215.

An Collegium Cardinalium, Sede vacante, gaudeat facultate Concilij Tridentini sess. 24. capite 6. de reformat. *quoad dispensandum, & absoluendum?* Ex part. 7. tractatu 2. ex resolut. 3. *Quæ nunc inuenietur* in tom. 3. tractatu 5. de Capitulo Sede vacante resol. 20.

An Cardinalatus inducat obligationem recitandi Horas Canonicas? Et à quo tempore Cardinalatus inducat supradictam obligationem, an à die, in quo Cardinalis sumit Birretum, vel à die, in quo sumit Pileum rubrum? Et docetur, quod distributiones possunt dari propter laborem, & dispendi possunt à Cardinalibus ad libitum & testari de his, & tamen possunt obligari ad officium Diuinum. Ex part. 8. tractat. 7. resolution. 1. *Quæ nunc inuenietur* in tom. 3. tractatu 6. de Horis Canonicis resol. 2.

Notatur, quod olim Cardinales Presbyteri simul cum Pontifice celebrare consueuerunt. Et quod hodie Cardinalis Diaconus ministrans Summo Pontifici communicat sub vtraque specie. Et quid de aliis Cardinalibus in Missa Papali? Et an Cardinalis sumens Eucharistiam è manu Pontificis in die Natiuitatis Domini possit antea, vel postea dicere saltem duas Missas? Et an singulo quoque anno Pontifex dispenset in ieiunio saltem tacitè cum Cardinali, qui celebrat coram eo in nocte Natiuitatis Domini vel an pro illa nocte in eius Capella Pontifex anticipet diem naturalem? Ex part. 8. tractatu 1. ex resolution. 44. 24. 87. & 89. *Quæ hic reperientur* in tom. 3. tractat. 1. de Potest. Pontificis resol. 48. 49. 54. & 55.

An Missa incœpta, superueniente aliquo Cardinali, possit iterum inchoari post dictum Euangelium, imo vsque ad oblationem exclusiue? Ex p. 10. tr. 12. ex resol. 11. *Quæ hic est,* in tom. 2. tract. 1. de Celebrat. Missarum resol. 95.

An mortuo Cardinali, vel absenti, possint adhuc eius familiares audire Missam in Oratorio priuato eius Palatij? Et an si quis Cardinalis maneret in domo Patris, vel fratris in habitatione separata, vulgo, Apartado, *seu* Quarto, *in quo Oratorium erexisset, an, inquam, si Pater, aut frater obtinuerit licentiam à S. D. N. erigendi in domo sua Oratorium, talis licentia esset innalida, stante clausula apponi solita?* Ex part. 9. tractatu 1. ex resolution. 40. & in part. 11. tractatu 5. ex resolution. 35. *Quæ nunc inuenientur* in tom. 4. tract. 2. de Oratoriis priuatis resol. 7. & 30.

An Cardinales si sint Sacerdotes, & Regulares existentes in Regnis Hispaniarum sumendo Bullam Ordinariam Cruciatæ possint comedere oua, & lacticinia in diebus Dominicis Quadragesimæ, & sumendo aliam Bullam extraordinariam lacticiniorum possint cum illa singulis diebus Quadragesimæ comedere oua, & lacticinia, demptis aliquibus diebus prout habetur in dicta Bulla? Ex part. 11. tr. 2. ex resol. 38. & in tractat. 8. ex resol. 14. *Quæ hic sunt* in tom. 4. tractat. 3. de Bulla Cruciatæ

Cruciatæ resolut.164.& 7.

An Sede Apostolica vacante, possit à Collegio Cardinalium, vel ab illo, cui eorum nomine Ecclesiæ commendata est administratio, facultas consecrandi Episcopos committi? Et docetur Cardinales consecrari à Papa, vel alio de eius nomine. Et an expediat Eminentissimos Cardinales in Episcopos consecrare? Ex part.12.tractat.1.ex resolution.33.35. & 67. *Quæ nunc inuenientur* in tom.4. tractat. 8. de Consecratione Episcoporum resol.etiam 33.35. & 67.

Aduertitur, quod in Clementina 2. de Celebratione Missarum conceditur Clericis secularibus, & Religiosis commensalibus Cardinalium, vt possint se conformare illis in modo recitandi Officium, & non tenentur aliud dicere. Ex part.11. tractat. 1. ex resol.8. *Quæ hic reperietur* in tom.3. tract.6.de Horis Canonis res.106.

An Collegium, Cardinalium, Sede vacante, possit dare licentiam legendi libros Hæreticorum? Ex part. 4. tractatu 8. ex resolution. 99. *Quæ hic est* in tom.5. tractatu 10. de Inquisitoribus resolut.138.

An Cardinales includantur pœnis Bullæ Gregorij XIII. de Datis, & Promissis? Ex p. 7. tractatu 4. ex resol.7. *Quæ nunc inuenietur* in tom.5.tr.7. de Datis, & Promissis,&c.res.55.

An Cardinales possint eligi in executores testamenti tam ad pias causas, quam ad prophanas? Ex part. 8. tract.5.ex resolut.7. *Quæ hic reperietur* in tom. 6. tractatu 9. de Executoribus testamentorum resolut.9.

An sponsiones super electione Cardinalium sint licitæ? Ex part.7.tr.9.ex resol.67. *Quæ hic est* in tom.6. tra.4. de Sponsionibus res.73.

An sit prohibitum Cardinalibus nondum in Sacris præesse Exercitibus? Et quid, si sint in Sacris initiati? Et an quis possit impune occidere, vel vulnerare, & spoliare Cardinalem in bello militantem, ac proinde nullam incurrat pœnam aut excommunicationem, excepta irregularitate si occiderit illum, aut mutilauerit? Et an Pontifex ex iusta causa possit præbere licentiam, vt Cardinales præessent Exercitibus, sine qua, quando, & quo pacto irregularitatem incurrant Cardinales demonstratur? Ex part.10.tract.2.ex resolut.2.3. & 6. *Quæ nunc inuenientur* in tom.7.tractat.7.de Bello resolut.52.53. & 57.

An Cardinalium domus, & Palatia gaudeant priuilegio Immunitatis? Et an offendentes personas Cardinalium gaudeant Immunitate Ecclesiarum, maxime post Bullam Gregorij XIV. Et an non reuelantes læsæ Maiestatis crimen in Cardinales perpetratum gaudeant Ecclesiæ Immunitate? Et an receptatores, & defensores interficientium Cardinales in excommunicationem Bullæ Cœnæ incurrant, & non gaudeant Immunitate Ecclesiæ? Et an mandantes offendi Cardinales, si effectus non sequatur, incidant in excommunicationem Bullæ Cœnæ, & priuentur Immunitate Ecclesiarum? Et an occidentes Cardinalem gaudeant Ecclesiæ Immunitate? Et quid, si Galerum, seu Capellum à Pontifice non acceperint? Ex part.5.tractatu 2. ex resolut. 34. 86.90.91.& 87. & in part.1.tr.2.ex resol.20. *Quæ hic sunt supra in hoc ipsomet* tom. 9. tractatu 1. de Immunitate Ecclesiæ resolut.15. 46.48. 49.47. & 54.

An Cardinales, cum Stemmatibus, verbi gratia Imperatoris, Regis Hispaniæ, Galliæ, &c. appositis in eorum Palatiis demonstrent ipsos sub stricta protectione illorum Regum stare, vel tantum hoc faciant ad ostentandam animi propensionem in talem, & talem Regem, & predicta Stemmata, & Insignia in suis Palatiis habeant? Ex part.10.tract.7. ex res.5. *Quæ hic est infra* in tom.9.tract.11.de iure Protectionis res.etiam 5.

TRACTATVS VIII.

De Familia Laica Nuntiorum Apostolicorum Apologetica Disceptatio. Quod idem intelligitur de Familia laica Episcoporum. pag. 441.

1. *AN Familia laica Nuntij Apostolici gaudeat priuilegio fori? Idem dicendum est de familia laica Episcopi. Et pro negatiua sententia adducuntur septem diuersæ assertiones.* Ex part.6.tract.2.res.1. ibid.

2. *Proponuntur fundamenta affirmatiuæ sententiæ. Et docetur, quod quidquid potest Episcopus in sua Diœcesi respectu iurisdictionis, potest Legatus in sua Prouincia. Imo Legatus est supra omnes Ordinarios tanquam Summi Pontificis vices gerens. Et explanatur ex authoritate plurimorum Doctorum Familiam laicam Episcoporum gaudere priuilegio fori, & nullatenus posse à iudice seculari iudicari tam in Ciuilibus, quam in criminalibus.* Ex part.6.tr.2. res.etiam 2.ibid.

3. *Confirmatur ex aliis rationibus affirmatiua sententia. Et etiam in fauorem Familiæ laicæ Episcoporum. Ex quo infertur, quid est sentiendum de famulis Clericorum, & Scholasticorum, qui ad tempus seruiunt, & de priuilegio concesso Domino, marito pro illorum seruis, vxoribus, &c.* Ex part.6.tr.2.res. etiam 3.p.442.

4. *Ex Declarationibus Sacræ Congregationis approbatis à S. D. Vrbano VIII. etiam affirmatiua sententia confirmatur. Et hoc etiam non solum pro Familia laica Episcoporum Diœcesanorum, sed etiam pro Familia Episcopi Titularis. Et in §. vlt. huius Resolutionis deciditur, quod in conflictu opinionum iudices illam amplecti debent, quæ fauet Ecclesiæ. Et docetur, quod in dubiis opinionibus Summus Pontifex decernere potest, quæ sit verior, & sequenda.* Ex part. 6. tract.2. resol.4.p.443.

5. *Proponuntur responsiones ad argumenta, quæ adducit Moscosus, in quibus late explanatur Episcopos, etiam si in loco non habeant Dominium temporale, posse tamen tenere Familiam armatam, & proprios habere Ministros, & executores ad carcerandum, &c.* Ex part.6. tractatu 2. resolut. etiam 5. p.445.

6. *Responsio ad secundum argumentum. Vbi late etiam discutitur, quod non solum Familia laica Episcoporum, sed etiam Ministri Curiæ Episcopalis gaudent priuilegio fori in delictis extra officium commissis, sed etiam in communibus. Et tandem quæritur, an necessario sit standum Declarationibus Cardinalium?* Ex part.6. tract. 2. resol. etiam 6. p.446.

7. *Responsio ad tertium argumentum. In quo etiam*

etiam docetur, an Pontifex in temporalibus habeat Dominium directum, & ideo Summus Pontifex possit eximere laicos à potestate Principis secularis, & per consequens Familiam laicam Episcopi, & Ministros eius curiæ? Et explanatur, quod non pauci eximuntur à iurisdictione ordinaria, & subduntur Superiori sui Officij, & non solum hoc concedebatur ipsis Officialibus, sed etiam eorum vxoribus, filiis, & matribus, & etiam seruis, & colonis. Et asseritur laicos posse prorogare iurisdictionem iudicis Ecclesiastici, non solum de iure Canonico, sed de iure ciuili. Ex part. 6. tr. 2. res. etiam 7. p. 447.

8. *Responsio ad quartum argumentum. Vbi aduertitur, quod Familia laica Episcopi ratione personæ Episcopalis gaudet priuilegio fori, quamuis non habeat requisita Concilij, id est Habitum & Tonsuram. Et additur, quod priuilegium clausum in corpore iuris nunquam censetur derogatum, nisi de illo specifica fiat mentio.* Ex part. 6. tract. 2. resol. etiam 8. p. 448.

9. *Responsio ad quintum, & sextum argumentum. Vbi confirmantur supradicta, & explanatur, quod quando inter iudicem secularem, & Ecclesiasticum lis adest, ad quem spectet iurisdictio, tunc definitio ad iudicem Ecclesiasticum spectat?* Ex part. 6. tr. 2. res. etiam 9. p. 449.

10. *Responsio ad septimum argumentum. Vbi confirmantur supradicta in præcritis Resolutionibus, & concluditur Familiam Laicam Nuntij Apostolici gaudere priuilegio fori, sicut gaudet familia laica Episcopi. Et cursim explanatur, quod Palatia DD. Cardinalium vbique debent gaudere Immunitate, & quod Episcopi habent priuilegium, vt in suis ædibus celebretur singulis diebus, sed tamen dum Romæ morantur, hoc priuilegio vti non possunt.* Ex part. 6. tr. 2. res. etiam 10. ibid.

† *Nota, quod supra in hoc ipsomet* tom. 9. tract. 2. de Immunitate Ecclesiastica in resolut. 22. & 23. *aliquid inuenies pertinens ad istum* tract. 8. de Familia laica Nuntiorum, & pro ipsismet Nuntiis. *& non sunt alia difficultates in hoc toto opere pro isto* tract. 8.

TRACTATVS IX.

Historico - Theologicus de Prisco more eligendi Episcopos contra quosdam Pseudo-Sorbonistas. P. 451.

1. *DE iure Diuino Electionem Episcoporum ad Summum Pontificem pertinere probatur.* Ex p. 10 tr. 1. res. etiam 1. ibid.

2. *De modo olim eligendi Episcopos.* Ex p. 10. tr. 1. res. 2. ibid.

3. *An populus in electione Episcoporum, olim aliquando habuerit ius eligendi, & suffragandi? Et secundum aliquos affirmatiue respondetur.* Ex part. 10. tr. 1. res. etiam 3. p. 452.

4. *Opinio affirmatiua affertur, probans populum in electionibus Episcoporum non habuisse ius suffragandi, & eligendi, sed tantum postulandi, & testimonium ferendi.* Ex part. 10. tr. 1. res. etiam 4. p. 453.

5. *An etiam Principes aliquando in electione Episcoporum partem habuerint? Et notatur tantam olim fuisse violentiam circa electionem Episcoporum vt Principes etiam nouos Episcopos instituere consueuerint in locis, in quibus antea non fuerunt, & etiam Abbatissas, & Abbates eligebant.* Ex part. 10. tract. 1. res. etiam 4. p. 454.

6. *Fuisse olim à Summis Pontificibus interdictum, ne populi, & Principes in electione Episcoporum se immiscerent, demonstratur.* Ex p. 10. tr. 1. res. etiam 6. p. 455.

7. *Circa superius dicta quoad Episcoporum electionem authoris iudicium ex Sacris Canonibus desumptum breuiter exponitur. Et notatur, quod hodie solum in Germania Ecclesiis vetus consuetudo seruatur, in quibus Canonicorum Collegium Episcopum nominat, designat, & eligit, electus verò à Pontifice confirmatur. Et aduertitur, quod lex, & consuetudo, antiqua in modum eligendi Episcopos, Romanorum Pontificum authoritate est abrogata, & ius nominandi, designandi, offerendi, & præsentandi Episcopos datum est multis Regibus, eorumdem Romanorum Pontificum nutu, & assensu.* Ex part. 10. tract. 1. res. etiam 7. p. 456.

8. *Breuis digressio contra responsum falso, vt puto adscriptum aliquibus Doctoribus Sorbonistis, in qua describuntur sex diuersa tempora, in quibus concessa sunt diuersis personis, & statibus electiones Episcoporum, Abbatum, Et Priorum.* Ex part. 10. tract. 1. res. etiam 8. p. 457.

† *An ex dispensatione Episcopus possit eligere sibi Successorem?* Ex part. 10. tr. 5. ex res. 3. *Quæ hic est supra* in tr. 6. res. etiam 3.

TRACTATVS X.

Historico - Theologicus de Numero Electorum Imperatoris non augendo, vel minuendo inconsulto Summo Pontifice. pag. 459.

1. *AN absque assensu Summi Pontificis septem Germaniæ Electoribus possit octauus addi? Ex quo infertur, an potestas eligendi Imperatorem sit largita septem Electoribus Germaniæ à Summo Pontifice?* Ex part. 10. tractat. 3. resol. etiam 1. ibid.

2. *Opinio negatiua proponitur, & probatur tum ex iure Canonico, tum etiam authoritate Historicorum, & Diplomatum ipsorum Electorum, septem Electores Germaniæ potestatem eligendi Imperatorem à Sancta Romana Sede accepisse.* Ex part. 10. tra. 4. res. etiam 2. p. 460.

3. *Confirmatur eadem opinio negatiua auctoritate Theologorum, & Iurisconsultorum, & ipsorum Hæreticorum.* Ex part. 10. tractat. 4. resol. etiam 3. p. 461.

4. *Respondetur ad argumenta, quæ pro affirmatiua sententia adduci possunt.* Ex part. 10. tra. 4. res. etiam 4. p. 462.

TRACTA

TRACTATVS XI.

De Iure Protectionis seu Clientelæ, Pag. 463.

1. *AN subditus, irrequisito Domino, possit se subiicere alterius protectioni? Et sententia affirmatiua proponitur.* Ex part. 10. tract. 7. resolut. etiam ibid.
2. *Opinio negatiua authoris, & aliorum affertur asserentium esse licitum subditos, inconsulto Domino, protectorem aliquem sibi adscisc ere. Sed deducitur, quod subditis in præiudicium Superiorum nullatenus liceat contrahere, aut moliri quippiam, ex quo iis præiudicium aliquod oriatur. Item nec Ciuitas, aut Populus quidem vniuersus facere aliquid, aut statuere potest in his, quæ tangunt ius Superioris in graue eius præiudicium. Nec inferior potest saltem imponere in ius, vel interesse Superioris.* Ex part. 10. tract. 7. resl. etiam 2. p. 464.
3. *Adducuntur aliquæ limitationes supradictæ negatiuæ sententiæ.* Ex part. 10. tr. 7. resl. etiam 3. p. 465.
4. *Respondetur ad argumenta adducta pro affirmatiua sententia. Et quæritur, an pro solutione, quæ fit Romanæ Ecclesiæ probetur exemptio à iurisdictione Episcoporum?* Ex p. 10. tractatu 7. resolut. etiam 4. p. 466.
5. *An opinio superior obstet Eminentissimis Cardinalibus, vel Romanis Baronibus, qui cum stemmatibus Imperatoris, Regis Hispaniæ, Galliæ, &c. appositis, in eorum Palatiis, videntur profiteri stare se sub protectione dictorum Principum? Et quid, si in rigore hæc insignium appositio in Palatiis Cardinalium, & Baronum demonstret ipsos sub stricta protectione illorum Regum stare, & non tantum ad ostendendum animi propensionem in talem, vel talem Regem? Et docetur prohibitum esse, ne Prælati Ecclesiarum sibi commissarum bona immobilia, aut iura Laicis submittant, aut subiiciant, nec etiam ex ipsis in Patronos, vel Aduocatos perpetuo, vel ad tempus non modicum constituant.* Ex part. 10. tract. 7. resol. etiam 5. ibid.

TRACTATVS XII.

De Potestate Pontificis ordinandi Principes Laicos titulo Regio. p. 468.

AN Pontifices Principibus de Ecclesia bene meritis possint Titulum, & Insignia Regia concedere? Ex quo infertur, an Pontifices habeant potestatem indirectam in temporalibus? Ex part. 10. tract. 6. res. vnica ibid.

TRACTATVS XIII.

De Principum Christianorum Fœderibus cum Turcis, & Hæreticis. P. 471.

1. *AN supposita iustitia belli, licitum sit Principibus Christianis inire fœdus cum Infidelibus, vel Hæreticis pro mutuo auxilio exhibendo? Et opinio affirmatiua proponitur.* Ex part. 10. tr. addit. 2. ref. etiam 1. ibid.
2. *Proponitur secunda opinio negatiua, videlicet non posse Principes Christianos inire fœdus cum Turcis, vel Hæreticis.* Ex part. 10. tr. addit. 2. res. etiam 2. p. 472.
3. *Tertia opinio affertur concedens Principibus Christianis fœdera cum Turcis, vel Hæreticis in summa necessitate.* Ex p. 10. tract. addit. 2. res. etiam 3. ibid.
4. *Authoris, & Theologorum opinio firmatur, nempe ex sui natura non esse illicitum inire fœdera cum Turcis, & Hæreticis; tamen ratione circumstantiarum in praxi vix vnquam talia fœdera esse ineunda.* Ex p. 10. tra. addit. 2. resolut. etiam 4. p. 473.
5. *Magis explicatur nostra sententia, & Doctorum authoritate fulcitur.* Ex part. 10. tract. addit. 2. res. etiam 5. p. 474.
6. *An Principes ineundo fœdera cum Turcis, vel Hæreticis incidant in censuram Bullæ Cœnæ, vel saltem peccent mortaliter?* Ex part. 10. tr. addit. 2. res. etiam 6. p. 475.
7. *An Summus Pontifex possit prohibere sub censuris Principibus Christianis, ne bellando supradicta fœdera cum Turcis, vel Hæreticis contrahant? Idem est, si bono spirituali Ecclesia expediat Principes desistere ab aliquo bello.* Ex part. 10. tract. addit. 2. res. etiam 7. p. 476.
8. *An dicta in superioribus Resolutionibus obstent, ne possint licite Principes inire fœdera, vt vocant, Ciuilia cum Turcis, vel aliis Infidelibus circa Inducias, & Treugas, aut commerciorum causa, vel propter securitatem nauigantium, itinerum, &c? Et an talia fœdera possint iniri à Principibus laicis, incensulto Summo Pontifice? Et an Principes laici non possint inire fœdera cum Turcis, vel Hæreticis permittendo eis libertatem conscientiæ, vel exercitium falsæ sectæ, etiam in causis vrgentissimis absque licentia Pontificis?* Ex part. 10. tract. addit. 2. res. etiam 8. p. 477.
9. *An quæ in superiori Resolutione dicta sunt de fœderibus politicis cum Turcis, vel aliis Infidelibus, procedant etiam cum Hæreticis? Et deducitur Catholicos non peccare contra leges excommunicationis in conuictu Ciuili cum Hæreticis, aut in mercatura, bello, aut in aliis negotiis politicis, maxime quando excommunicatio est generalis aduersus Hæreticos, vt est in Bulla Cœnæ, quamuis in ea excommunicentur nominatim quidam Hæretici. Et quid, si adest periculum peruersionis, scandalum, aut alia huiusmodi? Et notatur, quod vt Catholicus possit habitare in terris Hæreticorum, aliqua requiruntur. Et an cum Hæreticis damnatis in Tribunali S. Inquisitionis non sit illicitum communicare?* Ex part. 10. tractat. addit. 2. ref. etiam 9. p. 479.

TRACTATVS XIV.

De Libertate Conscientiæ. An possint illam Principes Christiani inconsulto Pontifice Hæreticis concedere. P. 481.

1. *AN liceat Principibus concedere libertatem conscientiæ sine consensu Summi Pontificis? Et affirmatiua*

affirmatiua sententia affertur. Et infertur non posse Principes, inconsulto Pontifice ex causa necessitatis publicæ dare licentiam Iudæis exercendi vsuras, & possunt in hac re per Ecclesiam impediri. Ex p. 10.tr. 3. res.etiam 1. ibid.

2. *Opinio negatiua authoris proponitur, negans Principibus laicis hanc potestatem independenter à Summo Pontifice, & rationibus stabilitur.* Ex part. 10. tr. 3. res.etiam 2.p.482.

3. *Probatur etiam opinio negatiua ex pactis, quæ in dictis fœderibus cum Hæreticis apponuntur circa res, & bona Ecclesia. Et infertur Principes non habere potestatem extinguendi beneficia, sed hoc spectare ad Summum Pontificem, neque ineundi fœdera cum Hæreticis, maxime perpetua, quia in nullo casu possunt esse licita, nec valida.* Ex p. 10.tr.3.res.etiam 3. ibid.

4. *Authoritate Doctorum opinio negatiua fulcitur. Et deducitur Principem laicum non posse præstare saluum conductum Hæretico cum damno Ecclesiasticæ iurisdictionis. Et firmatur libertatem conscientia Hæreticis concessam. inconsulto Pontifice, non solum esse illicitam, sed inualidam.* Ex part. 10. tract.3.res. etiam.4. 0, 484.

5. *Respondetur ad argumenta superiùs adducta pro sententia affirmatiua.* Ex p. 10. tract.3. res.etiam 4.p.485.

Declarationes Sacrarum Congregationum, Rotæque Decisiones, in quibus casibus plures in materia Immunitatis deciduntur. p.486. & seqq.

ADMONITIO R. P. DIANÆ AD LECTOREM.

CVm à Sacra Congregatione Romanæ & Vniuersalis Inquisitionis licentiam quosvis libros prohibitos legendi, obtinuissem, peruenit ad manus meas liber Petri Sarpi de Iure Asylorum, qui primo Italicè conscriptus, postea Latinitate donatus fuit ab Augerio Frikel Burgio, & editus Lugduni Batavorum in Officina Elzeviriana, anno 1622. Ego existimo nomen eius Auctoris fictitium esse, & verum ex validissimis præsumptionibus propalarem, sed ex dignis rationibus nolo. Hic Auctor in tota serie dicti Libri procaciter & irreuerenter nihil aliud intendit, nisi prorsus euertere sacrorum templorum Immunitatem. Pro qua stabilienda licet ego ipse *in part.1.tract.1.per tot.& in tract.1.part.3,4.& 5.* non sine communi vtilitate, vt reor, multa congessi, tamen necessarium esse existimaui aduersus ea, quæ dictus Sarpus eructat, me opponere, & sigillatim refellere. Sed quia ipse totam hanc materiam ad tria Capita reducit. Primum. Quænam sint sacra loca, quæ ad se confugientes tueantur. Secundum. Quænam personarum conditio, & quodnam delicti genus loco sacro protegi, aut non protegi possit. Tertium. Quanam ratione à sacris locis extrahi debeant ij, qui eisdem tegi aduersus iustitiam non possunt. Ideo de his ego secundum hunc ordinem pertractabo, addendo etiam aliqua dacomplementum huius materiæ.

Aduertendum tamen est, quod licet Sarpus pro confirmatione suarum opinionum soleat aliquando adducere aliquos Doctores, hi non sunt audiendi, quia scripserunt ante Bullam Greg.XIV. vel stando in jure communi antiquo veniunt etiam refellendi, ex rationibus & Doctoribus à nobis inferiùs adducendis. Et Farinacius sæpe à Sarpo adductus se retractauit in Appendice de Immunitate, vt infrà patebit.

Nec desinam hic adnotare obiter aliquos graui censura dignos esse, qui fauorem Principum aucupantes, asserunt sacram Congregationem his temporibus Libros iurisdictionem Regiam defendentes statim prohibere: hoc enim falsum est, nam nullus liber in Indice apponitur, quia defendit iurisdictionem sæcularem ubi licite defendi potest, hoc enim Summi Pontifices nequaquam voluerunt, nec volunt, vt patet *ex cap. Causam quæ, qui filij sint legit. cap.Quoniam, distinct. 10. cap.Cum ad verum, dist.96. cap.Solitæ de maiorit. & obed. cap.Nouit. de iudic. & cap.Si duobus. §.Denique de appellat.* Sed prohibentur, quia propter iurisdictionem Regiam ampliandam docent aliquas opiniones falsas, quæ expurgandæ sunt, quod videtur *in tit. de Correct. libror.§.1. Reg.14.*

TRACTA

TRACTATVS PRIMVS
DE
IMMVNITATE ECCLESIARVM.

Et in calce hujus Tractatus agitur de earum consecratione, pollutione, atque reconciliatione.

Super Bullam Gregorij XIV.

OLIM inter me, & N. magna agitata fuit quæstio, an Bulla Gregor. XIV. *de Immunitate Ecclesiarum*, corrigeret ius commune, ità vt tantùm casus in illa exceptuati non gauderent immunitate? Iste prorsus negabat cum Petro Gambacurta, & paucis aliis. Ego mordicùs aiebam cum communi Theologorum, ac Iurisperitorum sententia: ideò tunc aduersùs hanc sententiam multa collegi, quæ modo in gratiam Confessariorum in hoc tractatu resolutoriè, & breuiter, more nostro pertractabimus, examinando aliquas opiniones Gambacurtæ, Villadiego, & Bobadillæ.

RESOLVTIO PRIMA.

An Immunitas Ecclesiæ sit ex iure Diuino?

Et ex doctrina huius quæstionis infertur, quod sint reprobandæ consuetudines contra Immunitatem Ecclesiarum, cum sint non solum contra ius Canonicum, sed etiam contra ius Diuinum. Ex part. 4. tract. 1. Resol. 44.

Super hoc in Res. seq. signanter in §. Verum Respondeo, & infra in resolut. 116. §. Quartò immunitas.

§. 1. NEgatiuè respondet Pereira *de manu Regia part. 2. cap. 50. num. 1.* Peguera *in pract. crimin. cap. 16. num. 1.* Gambacurta *de immunit. lib. 3. c. 15. num. 8.* Suarez *de Relig. tom. 1. lib. 3. cap. 8. num. 21.* Couarr. *lib. 2. var. cap. 20. num. 2.* Fagundez *prec. 2. lib 4. cap. 4. num. 59.* Bobadilla *in politic. tom. 1. lib. 2. cap. 14. num. 3.* & alij penes ipsos asserentes esse tantùm de iure positiuo, quia in lege Euangelica non inuenitur hæc immunitas concessa Ecclesiis: ergo dicendum est eam non esse iuris diuini, sed tantùm Canonici & positiui: vide etiam Decianum *lib. 6. c. 25. num. 2.* & Ambrosinum *de immunit. Eccles. cap. 1. n. 3.*

2. His tamen non obstantibus contrariam sententiam ego teneo, quam tuentur Cenedus *in quæst. canon. q. 42. à n. 6.* Addit. *ad Capellam. Tholos. dist. 423. num. 5.* Tuschus *tom. 4. litt. I. conclus. 59. num. 1.* Ioannes Lupus *tract. de libertate Eccles. part. 2. quæst. 2.* Decius *in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ, num. 14. & seq. de constit.* Rebuffus *tom. 2. super constitut. in tract. de immunit. in princip. num. 2.* Simon Rao *in respons. ad dub. super immunit. Eccles.* Guttierrez *practic. quæst. lib. 1. quæst. 1. num. 8.* Germonius *de sacr. immunit. lib. 3. c. 56. num. 3.* Marius Italia *de immunitate, lib. 1. cap. 2. per totum.* Pechius *tract. de Arest. cap. 6. num. 5.* Remigius de Gonni *tract. de immunitate Eccles. suppos. 2. num. 5.* Igneus *in l. 1. num. 26. ff. ad Syllan.* Cardinalis Tusch. *tom. 3. conclus. 8. num. 4.* & Farinacius *in append. de immunit. Eccles. cap. 1. num. 9.* vbi plures alios citat, & docet immunitatem Ecclesiarum non solùm esse de iure Ciuili & Canonico, sed etiam Diuino, & ad rationem in contrarium, & ad alias, quas adducit Couarruuias *vbi suprà*, latè respondet Germonius & Cenedus *locis citatis*. Vnde ex hoc sequitur, reprobandas esse consuetudines contra immunitatem Ecclesiarum, cùm sint non solùm contra ius Canonicum, sed etiam contra ius Diuinum; & maximè hodie, cùm in specie, vt dictum est *suprà*, Gregorius XIV. illas reprobet & annullet; & ideo Simon Rao *vbi suprà in respons. ad dub. super immunit. Eccles. fol. mihi* 45. rectè has firmat conclusiones. Prima, quòd quando consuetudo est contra Ecclesiasticam libertatem, vt esset, si Curia sæcularis reos ab Ecclesia extrahere, & eius carceribus mancipare ex consuetudine prætenderet, non valet. Secunda, quòd talis consuetudo nulla temporis longitudine defendi potest. Tertia, quòd supradicta consuetudo est irrationabilis, & sic non potest rationabiliter præscribi: vnde etiam si vera esset à parte rei talis consuetudo, nullius esset momenti: nam corruptela potius, quàm consuetudo dici deberet; quæ quidem omnia communiter defenduntur à Theologis & Canonistis, quos ego adduxi *in 1. part. tract. 2.* * *resol. 3.* & tandem non desinam hîc apponere verba Petri de Cenedo *in qq. can. quæst. 42.* vbi postquam probauit immunitatem Ecclesiarum esse de iure diuino, tandem sic *num. 11.* asserit. Quamuis à iure diuino non sit instituta Ecclesiarum immunitas, canonicis sanctionibus, Pontificúmque & Conciliorum decretis stabilitam esse, satis docet Concilium Tridentinum *sess. 25. cap. 20.* quo quidem decreto renouatur obser-

Supr. in Res. quæ hic est infra Resol. 114. signatèr in §. 2. & ex res. 1. post seq. Vide §. Ex his, & aliâ res. 188. & vers. eius not.

* Quæ hic est infra in tr. 2. Res. 5. Sed videtur non facere ad rem, sed melius à Theologis & Canonistis hic citatis ibi in Res. 2.

*Sup. in Resol. quæ hic est in Resol. 114. & pro consuetudine contenta in hoc textu infr. in Resol. 1. post seq. lege, §. Ex his & aliâ Resol. §§. & vers. eius not.

uantia immunitatis Ecclesiasticæ, & consuetudo, si qua est introducta contra talem immunitatem, prorsus est sublata & abolita; quod postea fecit Gregorius XIV. *in Bulla*, &c. *Ita* Cenedus & ego *supra in hoc tract.* optimè Antonius de Ballis *in tract. var. lib. 9. tit. 42. n. 12. in fine, & num. 13.* cum Cardinale Tusco *tom. 4. consil. 59. num. 19.*

RESOL. II.

Refelluntur aliqua argumenta à Sarpo adducta contra Ecclesiarum immunitatem; quam non habuisse originem ab Imperatoribus demonstratur.

Et quæritur, an violantes illam possint ab Episcopo absolui?

Et discutitur, an Iudices violantes illam incidant in Bullæ Cœnæ censuram?

Et an excommunicatio contra ladentes Immunitatem Ecclesiarum non sit lata, sed ferenda, explanatur? Ex part. 6. tract. 1. Resol. 34.

§. 1. PRo coronide huius tractatus sciant Lectores in tota serie sui libri Sarpum impetere sacrorum templorum immunitatem, & illam contra iuris Regulas restringere, & ad nihilum redigere ex quatuor præcipuè rationibus.

2. Primò: quia asserit, quòd ad bonum publicum interest, ne crimina, & præcipuè atrociora remaneant impunita. Secundò: quia Ecclesia non debet dare occasionem delinquendi. Tertiò: quia Deus & ipsa Ecclesia delicta abhorrent. Quartò: quia apud veteres nationes pauca erant Asyla, in quibus rei immunitate gaudebant; Ecclesiæ verò nostris temporibus sunt infinitæ.

3. Verùm ad primum respondeo, quod licet Reipublicæ intersit crimina impunita non remanere, publicè etiam & magis interest, quòd Ecclesiæ sint refugium ad ipsas confugentibus propter honorem & reuerentiam Deo debitam; & sic maius bonum non euitabitur. Neque inde sequitur crimina remanere impunita; quia pro delictis exceptuatis rei consignantur Curiæ sæculari: de aliis verò criminibus adhuc pœna delinquentibus imponitur, quamuis non sit mortis, aut membrorum abscissionis.

4. Ad secundum respondeo, Ecclesiam non dare occasionem deliquendi ex eo, quòd ad ipsam confugiant rei, (ex iusta enim causa hoc conceditur) sed vsurpari ab hominum malitia: vnde cum sit dispositio facta propter melius bonum, quod ipsa intendit, non debet ei prædicta occasio imputari.

5. Ad tertium respondeo, quòd licèt Deus & Ecclesia delicta abhorreant; est tamen Deus peccatorum scelestissimorum misericordia & refugium: ac proinde licèt crimina detestetur, amplectitur tamen Ecclesia illos, qui ipsum Dei implorant auxilium.

6. Ad quartum respondeo, maiorem honorem & reuerentiam deberi Deo vero, quam Ioui, Dianæ, Herculi, &c. Adde quod licet hodie sint plura templa, quàm in illis temporibus fuerunt asyla? dictis asylis indistinctè propter omnia crimina eorum immunitate gaudebant, & ab omni pœna liberabantur; quod non accidit hodie in nostris templis: nam multi delinquentes ab ipsis extrahuntur, & qui gaudent immunitate, omnes pœnas non euadunt. Vnde apparet Sarpum ex suprà dictis argumentis templorum immunitatem restringere minimè debuisse.

7. Sed superest respondere ad id, quod ipse *fol. 7. & sequent.* pro certo videtur supponere, nempe dictam immunitatem esse de iure positiuo, & primariò originem habuisse ab Imperatoribus: nam totis quingentis annis post Christum natum nullus extat Canon Ecclesiasticus, qui de hac immunitate decernat: ideò Arcadius & Honorius primi de hac materia statuerunt; & postea alij Imperatores, & deinde Summi Pontifices: vnde *fol. 19.* docuit etiam post inclinatum Occidentis Imperium vsque ad annum D C C C L. Ecclesiarum immunitatem nullibi, nisi Laïcorum Principum legibus fuisse innixam.

8. Verùm respondeo communiter Doctores asserere dictam immunitatem esse de iure diuino. Ita illi, quos ego ipse adduxi *in part. 4. tract. 1. resolut. 44.* & plena manu adducit Chartarius *decis. crim. 46. num. 34.* Sed dato & non concesso, quòd non sit de iure diuino; nego planè originem duxisse ab Imperatoribus: sed puto à Summis Pontificibus, quando templa ædificari cœperunt, fuisse eis hanc immunitatem concessam, licet ipsi post multa tempora de dicta immunitate statuta & decreta fecissent. Quod probatur à casu simili, quoad immunitatem Clericorum, quæ dato & non concesso, quòd non sit de iure diuino; tamen certum est ipsos in primitiua Ecclesia iudicatos fuisse ab Episcopis, vt patet ex Diuo Paulo *Epist. 1. cap. 5.* ad Timotheum, ibi *Aduersùs Presbyterum noli accusationem recipere, nisi sub duobus vel tribus testibus?* & docet Valboa de Magroueio *in lectionibus Salmaticensibus tom. 2. super cap. 2. de iudiciis, num. 39.* & Suarez contra Regem Angliæ *lib. 4. cap. 13. num. 10.* Et tamen hoc non obstante Pontifices, post multa tempora cœperunt aliquid statuere circa prædictorum Clericorum immunitatem, vt ex sacris canonibus patet. Ergo, &c.

Quæ hic est Resol. antecedens & infra in Resol. 116. §. Quartò Immunitas.

Sup. hoc infra in tr. 2. Resol. 1. & in Resol. 2. à §. Nõ desinam. & latissimè à Resol. 316. vsque ad Resol. 323. inclusivè.

9. Confirmatur hæc opinio. Primò ex text. *in cap. Pater 17. q. 4.* vbi Epiphanij Episcopi sententia contra Benenatum & Maurum, qui hominem de Ecclesia per vim extraxerant, laudatur: & subditur, hoc ne potestatibus quidem ac Principibus vnquam licuisse perpetrare. Sed nota quòd conditor huius Canonis fuit Gelasius primus; qui etiam primus inter omnes alios Pontifices cœpit de Ecclesiarum immunitate statuere, ante cuius tempora nullæ extabant Canonicæ de hac immunitate leges. Hoc suppositio.

10. Quæro cui iuri fuit innixa Epiphanij sententia contra illos violatores immunitatis lata, vt Gelasium necesse fuerit illam approbare. Dices ex legibus Imperialibus, quas Sarpus adducit. Respondeo minimè; quia ibi Pontifex hanc violationem immunitatis vocat sacrilegium, quod ratione solius iuris ciuilis esse non poterat; ergo aliquid aliud assignandum est, vnde sacrilegij rationem haberet; aut tu ergo id assigna, aut mecum sentire te necesse est, nempe accepisse sacrilegij rationem, quia Summi Pontifices, vt dixi, eo ipso quòd sacra templa ædificata fuere, eis immunitatem concesserunt; & ideò rectè Gelasius violationem Ecclesiæ factam à Benenato & Mauro vocauit sacrilegium.

11. Deinde in dicto textu asserit Gelasius Pontifex, quòd Principibus sæculi nunquam licuit extrahere confugas de Ecclesia. Quæro, quonam iure fuerit prohibitum Principibus Laïcis extrahere reos ab Ecclesia. Dices ex Legibus Imperialibus, quas affert Sarpus. Respondeo minimè. Et ideò suppone Gelasium primum gessisse Pontificatum circa annum Domini 495. Leges autem Imperatoriæ à Sarpo adductæ fuerunt latæ ab Honorio & Theodosio octoginta ferè annos ante Gelasij Pontificatum, vt patet ex historiis. Quo supposito manifestè apparet verba Gelasij non posse referri ad ius ciuile: ait enim nunquam licuisse. Quòd si iure ciuili non licuit,

licuit, solùm per illos octoginta annos non licuit, qui interceſſerunt ab Honorio ad Gelaſium: ergo dum dicit Gelaſius nunquam licuiſſe Principibus extrahere reos ab Eccleſia, dicendum eſt ſemper à primordio quo templa erecta fuerunt à Summis Pontificibus hanc eis immunitatem largitam fuiſſe; Vnde principes Laïci delinquentes ab ipſis extrahere non poterant.

12. Nec obſtat huic textui Gelaſij Papæ Canon Concilij Arauſicani *cap.* 4. qui refertur *in cap. eos qui, diſt.* 87. & duos Canones Diui Auguſtini, qui habentur *in cap. miror & cap. reum* 17. *q.* 4. in quibus immunitas Eccleſiarum ſtatuitur: & ideò potuit Gelaſius dicere Benenatum, & Maurum extrahendo reum ab Eccleſia commiſiſſe ſacrilegium, & non licuiſſe Principibus Laicis delinquentes ab Eccleſiis extrahere. Nam reſpondeo hoc non obſtare, cùm enim pauciores anni interceſſerint inter hos Canones & Canonem Gelaſij quàm inter Gelaſium, & primum ius ciuile; adhuc minùs dici poſſe nunquam licuiſſe Principibus Laicis reos extrahere. Adde quòd tempore Gelaſij Papæ Concilium Arauſicanum non erat confirmatum, neque inter Canones relatum. Ergo, &c.

13. Confirmantur ſupradicta. Quòd ſi immunitas Eccleſiarum originem habuiſſet eo modo, quo vult Sarpus *in cap.* 1. ſequeretur per ſpatium multorum annorum ſacra templa Chriſtianorum immunitatem non habuiſſe; vnde fuiſſent peioris conditionis, quàm fuerunt olim Aſyla Gentilium. Sequeretur etiam, quòd Pontifices hanc reuerentiam Eccleſiis & Deo debitam non dediſſent, & in hoc ſuperati & præuenti fuiſſent, ab Imperatoribus Laicis: ſed hæc omnia videntur abſurda. Ergo, &c.

14. Neque obſtat id, quod adducit pro ſua firmanda ſententia Sarpus *in dicto cap.* 1. quòd anno 399. Concilium Generale Africanum miſit Epigonium & Vincentium Epiſcopos ad Honorium Cæſarem, qui ſimpliciter peterent, vt iis, qui ad Eccleſias Africanas confugerent; licèt delicta perpetraſſent ab iis non extraherentur. Hoc, inquam, non obſtat: nam reſpondeo Patres illos Concilij id feciſſe non ex neceſſitate; ſed ex ſuaui Eccleſiæ prouidentia: & ad maiorem immunitatis obſeruantiam voluerunt authoritate Principis iuuari, vt notat Suarez *de Relig. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 13. feciſſe Patres in Concilio Toletano 12. *c.* 10. quod etiã Sarpus pro ſe adducit, vbi ſic habetur. Pro his qui quolibet metu, vel terrore Eccleſiam appetunt, conſentiente pariter Glorioſiſſimo D. N. Neringio Rege, hoc ſanctum Concilium definiuit, vt nullus audeat confugientes ad Eccleſiam vel reſidentes, inde vi extrahere. Sic *ibi*. Vnde Innocent. III. *in cap. inter alia, de immunitat. Eccleſ.* allegat pro hac materia ſtatuta Canonum, & vt ipſe loquitur, traditiones Regum: Famulantur igitur ſupradictæ leges Imperiales Decretis Summorum Pontificum; & contra Sarpum dicendum eſt eſſe leges ſubſidiarias, & non inſtitutorias: vt loquens de quibuſdam aliis legibus Imperialibus circa perſonas Eccleſiaſticas rectè docuit ſacra Rota in vna Albanenſi Gabellæ die 28. Iunij 1630. coram nunquam ſatis laudato Doctiſſimo Merlino, & docet Surd. *conſ.* 396. *num.* 14. *vol.* 3. Alexander de Neuo *conſ.* 50. *num.* 2. Abbas *in cap. ſi quis num.* 1. *de maiorit. & obedient. & ibidem* Felinus etiam *num.* 1. cum aliis quos citat, & ſequitur Belletus *de fauor. Cler. perſon.* §. 1. *num.* 26. *p.* 1.

Sup. hoc infra in tr. 2. Reſ. 2. §. 2. curſum prope finem, & magis latè in Reſ. 323. §. 2. & ſeq. & in Reſol. 324. §. vlt. per totam.

15. Et tandem pro Coronide huius tractatus non deſinam hic Lectores admonere, aliquos, qui typis ſcripta ſua mandarunt poſt editas reſolutiones meas, annumerare me inter Doctores aſſerentes excommunicationem latam contra violantes immunitatem Eccleſiarum non eſſe Summo Pontifici reſeruatam, ſed poſſe ab illa Epiſcopos abſoluere: ſed Reſolutio vltima primæ meæ partis *tract. 1. de immunit. Eccleſiaſt.* ſi attentè legatur, hoc non dixit. Ibi enim ego tantùm refero pugnantes ſententias in hac quæſtione & opinionem meam non profero, quam nunc promam. Quæ hic et infra Reſ. 5.

16. Dico igitur contra Caſtrum Palaum *tom.* 2. *tract.* 11. *diſp. vnic. punct.* 12. *num.* 7. ſupradictos iudices incurrere ipſo facto excommunicationem Bullæ Gregorij XIV. à qua abſolui ab Epiſcopis minimè poſſunt, ſed à ſolo Summo Pontifice. Et ita præter Doctores, quos in citata reſolutione congeſſi tenent hanc ſententiam non benè me pro contraria adducens Ioan. Baptiſta Ciarlinius *in contr. forenſib. cap.* 10. *num.* 38. Barboſa *de iur. Eccleſiaſt. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 167. & Maranta *in controuerſ. iur. part.* 2. *reſponſ.* 36. *num.* 14. vbi obſeruat in vna Neapolitana de Sanfeliciis in anno 1626. contra Curiam Archiepiſcopalem, quæ abſoluerat extractores, malè illos abſolutos fuiſſe S. Congregationem enunciaſſe. Vnde non grauabor hic apponere per extenſum literam Cardinalis Galli ad Epiſcopum Liparen. tenoris ſequentis.

ILL. ET M. R. MONSIG.
Come Fratello.

LA Sacra Congregatione hà veduto quanto V. S. hà ſcritto con la ſua delli 16. di Gennaro proſſimo paſſato. E quanto all' hortatoria mandatali dal Sig. Vice-Rè de Sicilia, per occaſione d'hauer eſſa ſcommunicato il Capitano & altri Sbirri di coteſta Città, ch' eſtraſſero vn delinquente dalla Chieſa, doue s'era retirato. Se bene vide ch' in queſto ceſſa ogni moleſtia già che ella auuiſa eſſere ſtato conſegnato à lei il detto carcerato: nondimeno perche in detta Hortatoria è quella clauſula coſi pregiudiciale, nella quale ſi dichiara eſpreſſamente che gli Officiali & famigliari di V. S. che ſono Laici, non deuono godere dell' Immunità del foro nelli deliti communi; ma ſolo in quelli che commetto no ſoto preteſto dell' officio: ne meno deuono godere de l'eſſentione delle gabelle, hanno queſti miei Ill. Signore ordinato, che ſi ſcriua, come sè fatto, al Signore Vice-Rè, che reuochi la ditta Hortatoria, del che è parſo bene fare conſapeuole à V. S. acciò anuiſi poi quanto ſeguirà: è tràtanto dourà ſpedire quanto prima la cauſa de l Prigione conſegnatoli conforme á i termini della Bolla di Gregorio XIV. auuertendola però, ch'hella non douena aſſoluere il detto Capitano & Sbirri dalle cenſure incorſe per la detta eſtrattione: percio che queſto toccaua à queſta Santa Sede; però ſe n'aſtenera per l'auuenire, & Iddio la conſerui. Da Roma il 2. di Marzo 1611.

Di V. S.

Come Fratello

Il Cardinalle Gallo.

17. Hinc ſtantibus; ſupradictis, & aliis multis declarationibus emanatis à Sacra Congregatione, quam, vt par eſt, venerari oportet; & ex rationibus à Maranta, vbi ſuprà, & aliis Doctoribus adductis, puto, vt diximus, non poſſe Epiſcopos abſoluere ab excommunicatione Gregoriana incurſa propter violationem immunitatis Eccleſiaſticæ: ſed in caſu contingenti

contingenti ad Summum Pontificem recurrendum esse existimo.

18. Nec desinam hîc adnotare non defuisse Doctores asserentes iudices violantes immunitatem Ecclesiarum incidere in censuras Bullæ Cœnæ, & ita docet ex Societate Iesv Ioannes Baptista Scortia *in Bullar. Pontif. Epit.* 152 *theorem.* 38. licèt contrarium ex Hugolino & Gratiano teneat Fontanella *tom.* 1. *decis.* 201. *num.* 38.

19. Et nota etiam refellendum esse Zambellum *in Reportorio Moral. verb. Ecclesia quoad eius immunitatem, n.* 23. docentem excommunicationem contra lædentes immunitatem Ecclesiarum non esse latam, sed ferendam: & ideò non sunt statim excommunicati: sed debent excommunicari. Verùm contrarium declarauit Clemens VIII. & Paulus V. Vide Castrum Palaum *to.* 2. *tract.* 11. *disp. vnic. punct.* 12 *num.* 3. & alios penes ipsum: quibus adde Larream *de immunit. part.* 4 *num.* 8.

20. Sed & tandem in gratiam curiosorum non desinam hîc difficilem proponere quæstionem, quam non ita diligenter Doctores pertractaverunt: Ideò quæro.

RESOL. III.

An Constitutio Greg. XIV. de Immunitate Ecclesiarum deroget iuri communi & consuetudinibus ? Ex part. 1. tract. 1. Resol. 1.

§. 1. NEgatiuè respondet Gambac. *lib.* 5. *cap.* 8. & *seq.* Zerola *in praxi Episc. part.* 1. *verb. Immunitas, num.* 7. & aliqui Ministri laicalis iurisdictionis cum Guttierrez *pract. qq. lib.* 3 *quæst.* 1. *num.* 36. vide etiam Layman. *in Theolog. mor. lib* 4. *tract.* 9. *cap.* 9. *num.* 2. & Venerum *in Exam. Episcop. lib.* 9. *cap.* 37. *num* 32.

Sup. hoc infra in Resol. 26. §. Sed hęc. & seq. Sed lege eâ per totam, & aliam §. eius annot.

2. Sed prorsus hæc opinio est reiicienda. Probatur 1. Nam Pontifex, in ista Bulla, cum particula taxatiua reduxit omnia ad vnicam formã, vt patet in illis verbis: *Ita ad vnam tantùm formã reducimus, & moderamur.* Ergo reuocat ius commune, & consuetudines, diuersam aliam formam ab ista introducentes.

3. Ita expressè determinatur in literis arbitrij concessis per Sedem apostolicam anno 1605. Prælatis huius Regni, & præsertim Archiepiscopo Parnomitano ibi: [Per la qual cosa fu mosso Greg. XIV. di fel. mem. à publicare la sua Constitutione, e dare certa forma, come s'haueſſe à praticare la permissione, che veniua concessa da medesimi Canoni à Magistrati laici nelli casi eccettuati.]

Sup. contento in hoc §. infra in Resol. 58. §. Sed tu. & in Resol. 71. §. vlt. & in Resol. 81. §. 1. à lin. 9. à vers. Et clarè. & in Resol. 90. §. Sed ego. per totum, & signanter in fine.

4. Hoc ipsum etiam determinauit Clem. VIII. in quodam Breui ad Archiepiscop. Panormit. tunc Didacum de Haëdo, datum Romæ. 6. Febr. anno 1597. vbi asserit, aliquos delinquentes, qui per industriam, & insidias homicidium commiserant, debuisse gaudere immunitate Ecclesiæ, vigore Constitutionis Gregor. XIV. ergo dicta constitutio corrigit ius commune, quia tale delictum *ex cap.* 1. *de homicidio*, non gaudet immunitate. Bullam autem Clementis VIII. inuenies per extensum apud M. Annium Genuensem *in praxi. c.* 76. *n.* 2. & alios.

5. In dicta Constitutione Summus Pontifex pluries facit mentionem iuris communis: & quando, voluit, quòd in aliquo casu illibatum permaneret, hoc expressit: vt patet, quando loquitur de Clericis, Monachis, Militibus, eorúmque priuilegiis.

6. Ponderanda sunt illa verba Constitutionis. *Quod si quis, quacunque dignitate, & authoritate præditus, præmissorum* (nempe, indultorũ per alios Pontifices concessorum) *aut alio quouis prætextu, quidquam præter, aut contra huius nostræ Constitutionis tenorem attentare præsumpserit; eum ipso facto censuras etiam incurrisse declaramus.* Ex quibus verbis clarè apparet, intentionem Pontificis non solùm fuisse, reuocare priuilegia Principibus concessa; sed etiam omnes consuetudines, & abusus, aliâque contraria omnia, præter, vel contra formam traditam in præsenti Constitutione, introducta; & ideò posuit illa verba: *Aut alio quouis prætextu.* post factam mentionem de priuilegiis.

7. Summus Pontifex promulgauit illam Constitutionem per modum legis vniuersalis, & statuti: ergo abstulit, & correxit ius commune.

8. In dicta Bulla Pontifex, reducendo omnia ad vnam formam, tollit facultatem aliter interpretandi: ergo. Cæteras rationes vide apud Doctores citandos.

9. Ex his omnibus apparet manifestè, Constitutionem Gregorianam reuocare, non solum priuilegia, sed etiam ius commune & consuetudines. Et primò, quoad reuocationem consuetudinum, vide Marium Anton. Maceratens. *lib.* 2. *resol.* 15 *n.* 5. Giurb. *cons.* 50. *num.* 14 & *cons.* 70. *n.* 9. Ambrosinum *tract. de immunit. Eccles. c.* 14. *n.* 3. & *seq.* Farin. *in Append. c.* 22. *num.* 159. *iuncto cum c.* 2. *n.* 14 & 15. Ioan. Franc. Leon. *in Thes. fori eccles. part.* 1. *num* 27 & nouissimè Martin. Bonacin *tract. de legib. disp.* 3. *q.* 7 § 6. *n.* 4. & ex nostra Religione P. Peregrinum *tract. de immunit. Eccles. c.* 2. *a n.* 6. *vsque ad* 21. Hi omnes aduersùs Gambacurtam docent, Constitutionem Gregorij reuocare omnes consuetudines, quidquid in contrarium videatur docere Tannerus *in* 2. 2. *disp.* 3 *q.* 5. *dub.* 1. *n.* 17. *in fin.*

Sup. hoc infra in Resol. 57. §. Sed an. & in Resol. 116. per totã, & in Resol. 119. §. 2. ad medium, à vers. nam dicta. & infra in tr. 2. Resol. 335. per totam, & signanter §. 10.

10. Et quòd reuocet, & corrigat ius commune, quod mordicus negat Gambacurta, docent etiam citati DD. & præter illos ex ipsamet Societate P. Filliucius *in quæst. moral. tom.* 1. *tract.* 15. *cap.* 6. *num.* 153. & P. Scortia *in Bulla Pont. epit.* 152. *Theor.* 385. ex nostra Religione P. Duardus *in Expos. Bullæ Cœnæ, lib.* 2. *Can.* 15. *quæst.* 16. *num.* 27. & P. Megala *in* 3. *part. lib.* 4. *cap.* 2. *q.* 1. *n.* 15. Cum Aponte *decis.* 14. *in fine.* Idem asserit Villabob. *in sum. tom.* 2. *tract.* 39 *dub.* 7. *num.* 22. & 23. Capobl. *de Baronib. prag.* 8. *part.* 2. *n.* 105. Genuens. *in praxi Archiepiscop. cap.* 17. *n.* 11. Gratian *in discept. forens. tom.* 2. *c.* 180. *num.* 29. Card. Tusch. *tom.* 3. *verb. Ecclesia, concl.* 11. *n.* 9. & ex nostris Regnicolis vir doctus, & pius Franc. del Castil. *in suis decis. tom.* 2. *decis.* 156. *n.* 32. Giurb. *cons* 20. *n.* 3. 4. & 5. *cons.* 70. *n.* & 13 & *cons.* 100. *num.* 18. & *cons.* 30. *num.* 5. Ioan. Franc. Leo *in Thes. fori eccles. part.* 1. *cap.* 15. *n.* 27. Lazarius *tract. de Blasph. q.* 5 *n.* 20. Riccius *part.* 1. *decis.* 140. *n.* 1. 2. & 5. *Collect.* 1792. Homobonus *de Examine Eccles. part.* 2. *tract.* 11. *cap.* 12. *q.* 26. *suppos.* 3. Rainer. *in Catal. cens. cap.* 9. *excom.* 31. vide etiam Confert. *in Priuil. Mendicant. tit.* 5. *cap.* 6. Ex quibus omnibus videant aliqui, me his diebus rectè consuluisse, Iudices laïcos incurrere in excommunicationem Gregorianam, abstrahendo reos ab Ecclesia vigore cuiusdam assertæ consuetudinis. Et ex his etiam apparet à fortiori, non benè Gambacurt. virum alioquin doctissimum. *lib.* 5. *cap.* 9. *num.* 4. asserere, etiam ampliationes factas per Doctores, non esse per hanc Bullam reuocatas. Et quia ex istis principiis deducuntur resolutiones multorum casuum contra immunitatem sacrorum locorum, & mentem Pontificis; ideò illas breuiter tangendo, quæritur.

His DD. adde alios adductos infra in Resol. 25. §. 1. in fine, & in Resol. 58. §. Sed tu.

RESOL. IV.

An ad incurrendam excommunicationem huius Bullæ sufficiat actus attentatus ?

Et

Et an ad hoc non sufficiat sola cogitatio extrahendi, sed requiratur, quod sit deventum ad aliquem actum exteriorem? Ex part. 1. tract. 1. Resol. 15.

Sup. hæc infra ex doctrina Res. 110. §. 2. ad fin. 12. lege vers. Deinde.

§. 1. NEgatiuè respondet Gambac. *lib. 8. cap. 13.* putat enim, quòd si aliquis attentàret extrahere per vim reum ab Ecclesia, & reuerà non extraheret, non incurreret in pœnas huius Constitutionis: quia talis actus non fuit completus, sed attentatus.

2. Sed tales in excommunicationem Bullæ dicendum est, omninò incidere: & ita docent Peregrin. *de immunit. Ecclesiæ, cap. 14. num. 7.* & Marius Italia *de immunit. Eccl. lib. 1. cap. 6. §. 2. num. 60.* & patet ex verbis Bullæ, ibi: *Quicquam præter, aut contra huius nostræ Constitutionis tenorem attentare præsumpserit, declaramus etiam.* Et gratis Gambacurta asserit, supradicta verba intelligenda esse de attentato cum effectu subsequuto. Vnde nostram sententiam docet etiam Farinac. *in tract. de immunit. Eccles. cap. 20. num. 322. ex authoritate leg. 2.* Cod. de, his qui ad Ecclesiam confugerunt in illis verbis: *Si quisquam contra hanc legem venire tentauerit.* ex quibus manifestè apparet, quòd sola attentatio ponitur. Et hoc ibidem notauit Gloss. *in verb. tentauerit.* & Megala *in 3 part. lib. 4. cap. 2. quæst. 1. num. 30. in fine.* Notandum est tamen cum Peregrin. & Farin. non sufficere solam cogitationem extrahendi; sed requiritur, quod fuerit deuentum ad aliquem actum exteriorem; vt etiam notauit Ambrosin. *tract. de immunit. cap. 15. num. 6.* & alij.

RESOL. V.

An Judices, vel alij contrauenientes huic Constitutioni sint ab Episcopo absoluendi: Vel talis excommunicatio sit Summo Pontifici reseruata?

Et an hæc excommunicatio reseruetur in Bulla Cœnæ, vel solum excommunicentur statuentes aliquid contra libertatem Ecclesiasticam? Ex part. 1. tract. 1. Resol. 41.

Sup. hoc supra in Res. 2. §. Et tandem, & seq.

§. 1. ESse reseruatam Summo Pontifici, docet Italia *de immunit. Eccles. cap. 6. §. 2. nu. 3.* Duard. *in Bull. Can. lib. 2. can. 15. quæst. 16. num. 19.* Farinac. *de immunit. c. 20. num. 315.* vbi acriter inuehitur contra aliter sentientes. Idem docet Filliucius *tom. 1. tra. 15. cap. 6. n. 155.* & nouissimè noster P. Peregrin. *de immunit. cap. 15. num. 16.* qui post multa sic asserit: [Pro conclusionis confirmatione addo, quòd cùm hoc dubium discuteretur in Prætorio Sacræ Pœnitentiariæ, fuit conclusum, censuras prædictas esse reseruatas Sedi Apostolicæ, nec posse Ordinarios [illegible] ab illis absoluere. Et facto verbo Summo Pontifici Paulo V. annuit. Ita mihi retulit Reuerendiss. Coccina, Romanæ Rotæ Decanus, & ad præsens Regens Prætorij Sacræ Pœnitentiariæ.] Sic Peregrinus. Et ratio est: quia in quodam Decreto Clem. VIII. edito anno 1601. & 1602. hæc censura Summo Pontifici reseruatur. Secundò, est etiam reseruata in Bulla Cœnæ, in qua reseruatur absolutio excommunicationis latæ contra violantes libertatem Ecclesiasticam.

2. Sed hac opinione non obstante, contrarium sentiunt multi, & asserunt, posse Episcopos, supradictos criminosos absoluere: quia talis censura non est Summo Pontifici reseruata. Et ita docet Barbos. *de potest. Episcop. part. 3. alleg. 51. cas. 3. n. 72.* cuius liber fuit impressus Romæ; & ita etiam docet Genuensis *c. 17. n. 4.* in Romana impressione apud Mascardum anno 1619. quem posteà sequuti sunt noster P. Megala *in 3. part. lib. 4. c. 2. quæst. 1. n. 34.* Gratianus *in disc. pr. tom. 3. c. 414. n. 12.* Raynerus *in catal. cens. c. 9. excomm. 31.* Homobon. *de exam. Eccles. p. 2. tract. 11. c. 12. quæst. 26. suppos. 3.* Bellettus *in disquis. cler. tit. de fauore Cleric. reali. §. 4. num. 39.* Marius Antonius *variæ resol. lib. 3. resol. 15.* Zipæus *in suo iure nouo Canon. lib. 3. tit. de immun. Eccl. num. 13.* Bonacina *de leg. disp. 3. quæst. 7. §. 6. n. 8.* Riccius *in praxi p. 2. resol. 333. num. 1.* & tandem Graffius *tom. 1. lib. 3. cons. vnico, n. 29. in fine, de immun. Eccl.* cum aliis. Et respondent ad argumenta contraria. Ad primum asserunt decreta Clementis VIII, loqui de Confessariis, qui prætextu facultatis absoluebant, & non de Episcopis: imò in illis decretis reseruatur, & corroboratur potestas Episcoporum, ergo. Item in dictis decretis tollitur priuilegium absoluendi ab excommunicatione incursa propter percussionem Clerici; & tamen Episcopi absoluunt à dicta excommunicatione: ergo patet, Clementem VIII. in illis decretis non fuisse loquutum de Episcopis, sed de priuatis Sacerdotibus, vt dictum est, qui virtute priuilegiorum absoluebant. Ad secundum respondent, in Bulla Cœnæ solùm excommunicari statuentes contra libertatem Ecclesiasticam; non verò omnes facientes contra Ecclesiasticam libertatem, & immunitatem. Et hæc circa præsentem Bullam satis dixisse sufficiat; monendo ministros laicalis iurisdictionis; vt in dubiis, semper pro Ecclesia teneant: præsertim, cùm in aliquo speciali, & atroci casu, possint consulere Summum Pontificem, & reum ab ipso petere, quomodo factum est hîc Panormi tempore Excellentissimi Marchionis Hieracis Præsidis, & illustrissimi Hahedi Archiepiscopi. Sup. hæc supra in Res. 3. §. Hocipsu.

RESOL VI.

Quænam Ecclesia tribuat confugientibus Immunitatem.

Et an Ecclesia non perfectè constructa, porticus Ecclesiæ, scala ipsius, Turris eymbalorum, Hortus, & & similia, & omnis habitatio quoad totam suam fabricam coniunctam gaudeat Immunitate, quamuis sit polluta, vel interdicta, aut destructa, si adsit spes readificationis?

Et an domus Seminarij. Domus pnellarum, & Orphanorum authoritate Episcopi fundatæ, Domus Clericorum in communi viuentium, & Oratoria Confraternitatum gaudeant supradicta Immunitate? Ex part. 6. tract. 1. resol. 1.

§. 1. SArpus *in dicto libro de Iure Asylorum, cap. 4. fol. 39.* sic ait: Ecclesiæ nomine statuunt vnanimiter Doctores omnes Oratoria non comprehendi, quanquam in eis aliquando res sacra fiat: vt ea, quæ in priuatorum domibus, & in Collegiis Laicorum, quas vulgò Confraternitates vocant, ædificantur. Neque omitti debet, immò attenta cuta animaduerti, quòd Episcopus Couarruuias *lib. 2. var. c. 20.* hac de re disserit, hisce videlicet temporibus occurrendum maximè esse eorum temeritati, qui Ecclesiarum immunitate confisi quodcumque delictum perpetrare audent. Et ob id, in quibusdam ciuitatibus nolunt Ecclesiastici Præsules quamcũque Ecclesiam ius immunitatis obtinere, sed eas tantummodo, quæ continuis temporibus sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum habent. Ita ille.

2. Sed non est verum asserere ita absolutè Oratoria Confraternitatum non gaudere immunitate: nam si sunt affixa alicui Ecclesiæ, vel Monasterio,

immunitate gaudebunt. Ita Peregrinus *de immunit. cap.4.num.68.* Adde quòd si auctoritate Episcopi erecta sunt, sunt loca sacra & religiosa; & ideo Episcopus habet ius illa visitandi. Et quando dicta oratoria habent cymbalum super tectum, & publicè pulsatur, est omnino præsumendum auctoritate Episcopi esse erecta; quia priuatis oratoriis hæc publica cymbali pulsatio non conceditur; ergo gaudebunt immunitate. Vide *cap. præsentibus, de priuileg.* Sanchez *de Matrimonio,lib.9. disput. 15. n.39.* Mascardum *de probation. conclus. 869. num. 1. & 2.* Decianum *lib.6. cap 25. num.16.* & alios.

3. Ad id verò,quod Sarpus ex Couarruuia asserit, illas Ecclesias debere priuilegio immunitatis gaudere, quæ retinent sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, & ita obseruare aliquos Episcopos : assero hoc non esse verum; quia *in cap. Ecclesia, de immunitat. Eccles.* & in aliis textibus hoc non expostulatur. Et ratio concedendi hanc immunitatem non est continua Christi Sacramentalis præsentia, sed quòd talis locus destinatus sit auctoritate Episcopi ad diuina ibi celebranda. Et ita docet Peregrinus *de immunitat. cap. 4. nu.1.* Italia *lib.1. cap. 4. §.3.num.5.* Farinacius *cap.17. cum. 254.* Bonacina *disput. 3. quæst.7. punct. 4 num.2.* Castrus Palaus *tom.2.tract.11.punct.6. num. 2.* Et hanc sententiam Episcopos in fauorem Ecclesiæ sequi debere omnis recta ratio expostulat; nec aliter ab ipsis puto fieri posse : nam restringere immunitatem Ecclesiarum quoad delicta, & quoad loca, non ad ipsos, sed ad summum Pontificem spectat : vnde consuetudinem, quam approbat Sarpus ex Couarruuia, reprobat Gambacurta vir quidem doctus, sed parum fauens immunitati Ecclesiarum *lib. 3. cap.4. & 5.* vbi probat multitudinem Ecclesiarum non obesse Christianæ Reipublicæ ad impunitatem delictorum, & omnibus Ecclesiis hanc immunitatem competere docet.

4. Verùm ad confirmationem supradictorum. Nota primò contra Ambrosinum *de immunit. cap.10. n.2. vers.quod præcipuè,* Decianum *lib.6. cap.24.n.24.* Glossam *in cap. inter alia, de immunit. Eccles. vers. celebratur*, & *ibi* Zabarellam, & Butrium *num. 2. & 3.* & alios, vt Ecclesia gaudeat priuilegio immunitatis, non egere, vt in ea diuina celebrentur : sed eo ipso quòd auctoritate Episcopi fuerit constructa, immunitate gaudebit, quia talis locus est religiosus, & diuinis obsequiis dicatus: quòd autem in ipso diuina non celebrentur, est per accidens, & sufficit quòd celebrari possint. Ita Ludouicus Correa *in Relect. de immunitat. part. 2. num. 8.* Peregrinus *cap.4. num.7.* Raphaël de la Torre *tom.2.in 1.2. quæst. 99.art.3.disput. 7. gradu 8.* Germonius *de Sacrament. lib. 3. cap. 16.num. 23. & seq.* Bonacina *disp. 3. quæst. 7. punct.4. num. 2.* & Farinacius *de immunit. cap.17.num. 258.* qui optimè *num.261.* hanc opinionem extendit ad Ecclesiam non perfectè constructam : nam eo ipso quòd authoritate Episcopi cœpit construi, dicitur locus diuinis obsequiis dicatus,& immunitate gaudet. Nec admittenda est limitatio Italiæ *lib. 1. cap.14. §.3.num. 15.& seq.* nempe hoc procedere quãdo Ecclesia continuò & perseueranter construitur; secus si constructio intermittatur : quia tunc, ait ipse, potiùs est locus desertus quam domus orationis. Sed optimè obseruat Farinacius *de immunitat.cap.17.num.261.* & Palaus *tom.2.tractat. 11. disput. 1. punct. 6. num. 4.* hanc rationem esse inefficacem, cùm ob cessationem ab ædificio deputatio Ecclesiæ ad diuina celebranda non tollatur.

Sup. hoc infra in §.1. post seq. huius Ref.

Sup. hoc infra in Ref. 8. §. Nota etia.

5. Nota secundò, Ecclesiam pollutam & interdictam gaudere priuilegio immunitatis : quia ratione pollutionis non aufertur sanctitas loci; & Ecclesia non perdit esse sacram ob interdictum : & sicut Clericus interdictus retinet sua priuilegia, ergo à simili Ecclesia interdicta. Ita Suarez *de Relig. tom.21. lib.3.cap. 9.num 6.* Azorius *part.2.lib.9. cap.8.quæst. 4.* Bonacina *disput.3.quæst.7. punct.4. num.3.* Ludouicus Correa *in Relect. de immunitat. part. 2.num.9.* Panormitanus *in cap. Ecclesia,num.8.de immunit.* Hostiensis *in summa,tit. de immunit. §. in quantum, vers. sed nunquid hoc priuilegium.* Marsilius *in l. vnica, C.de rapt. virg. num.116.* Clarus *in pract. lib.5. quæst. 30.num 5.* Farinacius *cap. 57. num.29.* Tuschus *verb. Ecclesia, conclus. 9.num. 9.* Layman *lib. 4. tract. 9.cap.3.num.2.* Fagundez *part.2. lib. 4. cap.4. num.62.* Raphaël de la Torre *tom. 2. in 2.2. quæst. 99. art. 3. dist. 7. grad.8.* Villalobos *in summa, tom. 2.tract. 30. diffic.5. num.1.* Vnde ego puto non esse adimittendam limitationem Deciani *tom. 2. lib.6. cap.25. num. 20.* asserentis hanc sententiam non procedere quoad homines de populo,propter quorum delictum interdicta fuit Ecclesia sed benè procedere quoad peregrinos. Sed tu contrarium absolutè quoad omnes tene cum Peregrino *de immunit. cap. 4. num. 14.* qui citat Tuschum.

6. Nec obstat aduersùs supradicta *cap. Ecclesiæ, de immunit. Eccles.* vbi dicitur : in qua diuina officia celebrentur, sed in Ecclesia interdicta non possunt diuina officia celebrari : ergo &c. Nam respondetur, quòd vt Ecclesia gaudeat immunitate, non est opus, vt in ea diuina officia celebrentur actu; sed sufficit esse locum ad hoc destinatum. Vide Italiam *lib. 1. cap. 4. §.3. num.8.* Peregrinum *cap. 4. num.15.* Gambacurtam *lib.4.cap.2.num.6.* & alios penes ipsos? & nos etiam suprà probauimus.

Sup hoc supra in §.Verum, ad hoc ius Ref.

7. Nota tertiò, Aliquos docuisse Ecclesiam destructam non gaudere immunitate, quia Ecclesia destructa, si iterum reædificetur, de nouo censetur facta, iuxta textum sic intelligendum *in l. si ita, §. vlt.in fin.ff.de legat. 1.* Ergo si de nouo erigitur, noua debet habere priuilegia; ac subinde vetera euanuerunt; & facit textus *in l.si is,qui quadraginta, §. quædam*, ibi, *qui & propriam formam. ff. ad leg. falcid.* Deinde non assignatur maior ratio, cur vasa sacra post fractionem amittant suam consecrationem, quàm Ecclesiæ post destructionem. Et tandem si ab Altari lapis amoueatur,iterum debet consecrari, vt docet *cap. in cap. 1.de consecrat.Eccles. vel Altar.* Ergo, &c. Et ita hanc sententiam, si Ecclesia ita corruat, vt in ea celebrari nequeat, tenet Ludouicus Correa *in Relect. de immunit. Eccles. part.2. num. 10.*

8. Verùm affirmatiuæ sententiæ ego adhæreo, quia Ecclesia diruta ratione loci, in quo ædificata erat, non desinit esse sacra, vt patet ex *l.ade sacra, ff. de contrahend. empt.* & ex *l.in tantum, §. sacra, in fin. ff. de rer.diuis.* Quod tamen intellige, si auctoritate superioris destructa non sit, & si adsit spes reædificationis! Et ita tenet Farinacius *de immunitate, cap. 17.num.260.* Scortia *in Bull.Pontif.Epit.152.theorem. 385.* Sanchez *in opusc. tom.1.lib. 6.cap. 1. dub.7. num.2.* Ambrosinus *de immunitat.c. 10. num.3.* Palaus *tom.2.tract. 11.disp.6. punct.6.num.7.* Bonacina *tom.2. disp.3.quæst. 7. punct.4.num.4.* Tuschus *tom.3.litera E, conclus. 9.n. 10.* Italia *de immunit. lib.1.cap.4. §.3. n.13.* & alij, quos ad satietatem adducit Carolus Maranta *part. 2. respons. 35. num.2.* Vnde ego olim consului quosdam reos confugientes ad Ecclesiam dirutam, magnæ tamen deuotionis, & in qua ostia erant lignis, & aliquibus lapidibus penè clausa, gaudere eius immunitate: & adduxi pro mea sententia vt gratum Ministris Laicalibus, Petrum Gambacurtam *de immunit.lib.4.cap.2. num.11.* Patet igitur ex supradictis contra Sarpum omnes Ecclesias modo suprà explicato,

Sup. hoc infra tom.4.tr. 5. Ref. 23. ante medium Vers. omnibus priuilegiis & cursum in alia Ref. cius not.

plicato, etiam quæ non retinent sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, gaudere Ecclesiarum immunitate.

Sup. hoc infra in Resol. 8. §. Et hæc ad medium, & in Resolut. 10.

9. Sed quæro hîc obiter, An Porticus Ecclesiæ gaudeat eius immunitate? & videtur negatiuè respondendum: quia illud quod Ecclesiæ conceditur, non est in porticu concessum; quemadmodum etiam illud, quod in Ecclesia prohibetur, in porticu admittitur, iuxta textum *in cap.1. de Decimis*, & *ibi* Abbas *num.4.* Facit etiam, quòd appellarione domus porticus non contineatur, vt tradit Bartolus *in l.catera*, § *hoc Senatus ff.de legat.1.num.1.*

Sup. hoc infra in Resol. 7.2.&c.

10. Sed his non obstantibus contrarium tenendum est ex textu expresso *in cap.si quis contumax 17. quæst.4.ibi*, *vel de porticibus Ecclesiæ*: & ita tenent communiter Doctores, qui hoc priuilegium etiam extendunt ad scalas ipsius Ecclesiæ vt probat Sperellus *decis.60.n.14.* & alij plures penes ipsum; & me citato Nouarius *in summa Bullar.tit. de immunit. num.56.* Vnde vt vno me expediam verbo, non solùm Ecclesia gaudet hoc priuilegio, quoad eius ambitum internum, sed etiam quoad totam suam fabricam, vel habitationem coniunctam, vt Turres cymbalorum, claustrum, hortos & similia.

Sup. hoc infra in Resol. 12. §. vlt. figuranter ad medium.

11. Nec obstat dicere, quòd sanguinis, vel seminis effusio supradicta loca non contaminat: quia ad effectum pollutionis, cùm sit pœnalis, solus internus ambitus Ecclesiæ spectandus est: secus quoad priuilegium immunitatis, quod est fauorabile, & ideò latè interpretandum per Doctores, quos citat & sequitur Decianus *lib.3.consil.70.n.19.* & 22. Sperellus *decis.63.num.10.* & plures alij.

Pro domo Seminarij magis latè infra in Resol.12 § 1. paulo post initium.

12. Et tandem nota, Domus Seminarij, Domus Puellarum, vel Orphanorum auctoritate Episcopi fundatas; Domus Clericorum in communi viuentium, vt sunt Religiosissimi Patres Oratorij D. Philippi Nerij gaudere etiam hac immunitate.

RESOL. VII.

An fines Ecclesiæ per aliquem circuitum gaudeant immunitate?

Et an domus Clericorum iuncta Ecclesiæ, vel intra triginta, vel quadraginta passus constructa; gaudeat Immunitate?

Et an domus Ecclesia intra eius confines existens non obstante, quod sit laicis locata, gaudeat immunitate?

Et quod si concessa sit tamen laicis in Emphyteusim, an gaudeat dicta immunitate. Ex part. 6. tract.1. Resol.2.

§. 1. SIc respondet Sarpus *cap.4. fol.39.* De situ, qui adhæret Ecclesiæ quadraginta aut triginta passuum spatio, eiusdem immunitatem Ecclesiis iis, quæ sunt intra ciuitatis, vel Castrorum mœnia, haud conuenire certissimum est. Hac enim de re Canon expressè statuit, & Doctores consentientes loquuntur, nec vlla potest exoriri dubitatio: immò verò non desunt, qui id etiam extra Vrbes omninò negent, cùm dicunt eiusmodi ius vel nunquam vsu obtinuisse, vel certè consuetudini ei, quà fuit, derogatum esse. Causa verò cur in ciuitate concludant omnes spatium illud nullam prorsùs habere immunitatem, licèt aliquis existimet ob iustitiam fieri, cùm tot in ciuitatibus Ecclesiæ, adeóque frequentes, vt vniuersa ciuitas immunis esset, iustitiæque vis ipsa irrita, longè tamen alia videtur extitisse nonnullis, qui affirmant eam fuisse causam, quòd cùm alio Canone statutum sit, vt qui sacro in loco peccat, cùm sacri cuiuslibet loci immunitate defendere se non posse: ideóque si quadraginta passuum spatium sacrum esset, qui facinus aliquod in eo perpetrarent, iidem nullibi ob Ecclesiarum frequentiam sese immunitate tueri possent. Sed quæcumque ea fuerit causa, parui refert; cùm illud exploratum omninò sit in ciuitatibus & Castris nullam huiuscemodi spatiis concedi immunitatem. Ita Sarpus.

2. Sed hæc opinio de iure non est admittenda, cùm sit contra sacros Canones: nam *cap.sicut antiquitus 17.quæst.4.* & *cap. definiuit*, & *cap. quisquis 17. quæst. 4.* indistinctè loquuntur de Ecclesiis, & dum lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, ex *l.de pretio*, *ff.de public.in rem act.* & *l.Præses*, *ff. de offic. Præsid.* Deinde supradicti Canones asserunt non solùm Ecclesiam matricem, sed etiam alias Ecclesias non matrices gaudere hac immunitate passuum: sed Ecclesia Matrix semper est intra muros & parietes ciuitatis, vel Terræ: ergo dum eadem iura loquuntur de vtriusque Ecclesiis, & Ecclesia Matrix semper sit intra muros ciuitatis, sequitur quòd intelligant etiam de aliis Ecclesiis non matricibus, quæ sunt intra muros ciuitatis, & tantò magis, quia vt dictum est, nullam mentionem faciunt de muris & parietibus. Et ita hanc sententiam prorsùs tenendam esse docet Peregrinus *de immunit. cap. 4. num. 33.* Qui tamen optimè addit hanc sententiam limitandam esse in Ecclesiis, quæ sunt intra ambitum murorum Castelli, in quo propter loci angustiam non potest dicta opinio seruari: vt habetur in *cap.quisquis inuentus 17.quæst. 4.* quod etiam cum pluribus Doctoribus obseruat Farinacius *de immunit. cap. 17. num.290.* Non est igitur de iure verum id, quod tanquam certum supponit Sarpus, hac immunitate triginta passuum non gaudere Ecclesias intra muros ciuitatis constructas: quod etiam præter Peregrinum refellit Farinacius *in praxi*, *quæst. 28. num. 12.* Ambrosinus *de immunitate*, *cap.10.num.4.* & Doctores communiter. Et Marius Italia *lib.1.cap.4.§.6 num.3.* dicit somniasse, qui docuerunt Ecclesias constructas intra muros ciuitatis non gaudere passuum immunitate, & *num.15.* asserit talem opinionem, quam immeritò Sarpus tanquam certam & communem supponit, esse ridiculosam & fabulosam.

3. Sed videamus modò, An sit verum id, quod pro certo asserit Sarpus, saltem ratione consuetudinis, Ecclesias amplius non gaudere dicta triginta passuum immunitate. Et affirmatiuam sententiam ex multis tenet Villalobos *in summa, tom.2.tract.39. difficult.5.num.3.* vbi sic asserit. [Haze de auertir que segun derecho esta concedida esta immunidad no solo a las Yglesias Matrix, y trienta passos al derredor de las demas. Mas, dize Couarruvias, que ya por la costumbre ha cassado esto quanto a las Yglesias, que estan edificadas en las Ciudades. Iulio Claro da la razon, porque antiquamente auia pocas Yglesias, y el dia de oy en cada calle ay su Yglesia, y assi no ay donde poder prender a los delinquentes; que a penas ay lugar que no este dentro de los trienta passos. Però si en alguna parte no se hallasse esta costumbre, deuese guardar el derecho] Ita ille, qui licèt faciat pro Sarpo quoad consuetudinem: tamen docet apertissimè contra illum de iure communi Ecclesias non solùm extra ciuitates, sed etiam intra gaudere triginta passuum immunitate: quod ipse Sarpus tam petulanter negauit. Verùm dictam opinionem Villalobos quoad consuetudinem sequitur etiam Vulpellus *consil.230.num.4.* Nauarrus *in Manuali*, *cap.25.num.18.* Fagundez *part.2. lib.4. cap.4. num.61.* Ambrosinus *de immunit.cap.10. num. 4.* Castrus Palaus *tom.2.tract.11.disp.vnica, punct.6 n. 15.*

Suarez *de Relig. tom.1. lib. 3. cap. 9. num. 9.* Layman *lib.4.tract. 9.c.3.n.2.* & Gavantus *in addit. ad Manual. Episc. verf. immunitas Ecclesiastica,num.1.*

4. At his non obstantibus, non esse verum hanc Ecclesiæ immunitatem quoad passus triginta vel quadraginta de consuetudine esse sublatam; & quatenus adesset, quòd seruanda non sit, docet Peregrinus *de immunitat. cap.4. num.33. in fine,* & ante illum Cardinalis Tuschus *verf. immunitas, concluf. 59.* vbi *num.1.& seq.* affirmat immunitatem Ecclesiarum esse de iure diuino, vt confugientes ad Ecclesias, & ad triginta, vel quadraginta passus destinatos non possint capi,vel extrahi aut offendi : & *num.18. & seq.* probat Doctoribus testantibus de tali consuetudine non esse credendum, nisi intelligendi essent de Ecclesiis Castrorum. Et insuper addit tria valde notabilia circa hanc materiam.

5. Primum. Quod fortè admittenda esset hæc consuetudo, si Ecclesiæ non haberent hoc spatium: quia in quantum essent prope Ecclesias ædificatæ domus Laicorum, posset tolerari, quòd solùm extenditur istud spatium immunitatis ad loca libera,prout sunt plateolæ, & viæ, & ad domus contiguas quæ sunt Ecclesiæ infra spatium: & non est perdita iurisdictio Ecclesiastica in totum per ædificium aliquarum domorum prope Ecclesias : sed solùm. pro illa parte, pro qua est factum tale ædificium.

6. Secundum. Hæc immunitas habet locum, etiamsi loca, quæ sunt infra triginta, vel quadraginta passus, sint loca non sacra:quia sufficit,quòd sint Ecclesiæ, & Deo loca dicata; & ideò non est verum quòd immunitas quadraginta, vel triginta passuum sit concessa propter cœmeteria sacra; quia immò concessa est etiam Ecclesiis non consecratis, quibus non potest applicari cœmeterium sacrum. Vltra quod notissimum est, quòd immunitas passuum conceditur omnibus Ecclesiis,& tamen non omnes Ecclesiæ habent cœmeteria, sed solùm Ecclesiæ parochiales.

7. Tertium. Hæc immunitas concessæ confugientibus ad Ecclesiam, habet locum etiamsi confugiant ad loca existentia infra triginta, vel quadraginta passus,ex *cap.quisquis,& cap.definiuit 17.quæst.4.* & ita obseruatur : quicquid dixerit in contrarium Ioannes de Vichis, qui credidit esse necessarium primò confugere ad Ecclesiam; & postea posse stare intra triginta vel quadraginta passus : sed reprobatur, & bene, per Remigium, quia confugiens ad loca immunitatis dicitur confugere ad Ecclesiam. Et hæc omnia docet Tuschus *vbi suprà* : vnde ex his tribus refellendus venit Castrus Palaus *tom.2. tract. 11.disp.vnica, punct.6.*

8. Primò. Quatenus *num. 13.* asserit immunitatem triginta passuum competere Ecclesiis ædificatis extra ciuitatem.

9. Secundò. Quatenus *num. 14.* notat dictam immunitatem habere eos,qui iam ad Ecclesiam confugerunt, & ex illa progrediuntur per triginta, vel quadraginta passus.

10. Tertiò. Quatenus *num.15.* testatur absolutè hoc priuilegium hodie amplius non procedere ratione consuetudinis.

11. Rectè etiam contra Oldradum *conf. 55.* dicendum est ex his cum Doctoribus, quos plena manu adducit & sequitur Chartarius *decis.criminal.46.* *num.20.* Domus Clericorum iunctas Ecclesiæ, vel intra trigiuta, vel quadraginta passus constructas gaudere immunitate Ecclesiæ. Et idem dicendum est à fortiori de domo ipsius Ecclesiæ coniuncta, vel existente intra dictos passus. Immò chartarius *vbi suprà, num.21.*& alij,quos ego ipse citaui *in part.3. tract.1.resolut.71.* cum Giurba *consil.10. post num. 11.* & Villagut *de extens. leg. Titul. de extensione immunitatis Ecclesiarum, num.86.* etiam docet ædes supradictas ; dummodò sint intra fines triginta vel quadraginta passuum, gaudere immunitate Ecclesiæ, non obstante, quòd fuerint Laicis locatæ. Et ita in facti contingentia accidisse Mediolani anno 1593.testatur Chartarius, *loco citato* : nam restitutus fuit Ecclesiæ Reus captus in ædibus dictæ Ecclesiæ Laicis locatis. Vnde non est audiendus Naldus *in summa verf.Ecclesia, num. 7.* contrarium docens.Hæc autem omnia non procedunt in viis publicis, & Laicorum domibus; etiamsi sint proximæ Ecclesiis, cum non pertineant ad Ecclesiam ipsam : igitur neque gaudebunt ipsius immunitate.

Sup. hoc in Resol. not. seq.

Quæ hic est infra Resol. 21.

12. Sed ex his oritur noua & difficilis quæstio; An domus Ecclesiæ intra eius confines existens,concessa tamen Laicis ad Emphyteusim, gaudeat immunitate. Et negatiuè respondet Ioannes Maria Nouarius *in suum Bullar.tit. de immunitate, num. 25.* vbi sic ait. Ad hoc autem propositum fuit à me quæsitum: si quædam domus, quæ existebat intus Venerabilem Ecclesiam Sanctæ Mariæ ad Capellam, verùm concessa ad Emphyteusim cuidam Laico, gauderet immunitate Ecclesiastica;ex quo ab ea fuerat extractus quidem reus. Et pro negatiua opinione respondi: nam licèt captus in domo Ecclesiæ gaudeat immunitate, si ipsi cohæreat : tamen debet esse in dominio directo & vtili, & non liuellaria, vel emphyteutica per sæculares possessa. Ita ille.

13. Sed pro affirmatiua sententia (attendas,quæso, amice Lector) posset quis dicere. Certum est per Canones domum Ecclesiæ sitam intra eius confines gaudere immunitate:sed dicta domus,licèt Laicis ad Emphyteusim concessa, est sita intra confines Ecclesiæ,& est domus ipsius Ecclesiæ : ergo eius immunitate gaudebit.

14. Dices cum Nouario, quòd dicta domus dicitur Ecclesiæ quoad dominium directum, non quoad dominium vtile : ergo non debet gaudere immunitate. Respondere quis potest, certum esse quòd loca sacra immunitate gaudent exceptis casibus in iure expressis,vt docet Bonacina *tom.2. disp.3.quæst.7. punct.4. num.7.* & alij communiter : sed casus de quo loquimur nullibi exceptus & expressus reperitur: ergo, &c. Confirmatur, quia omnia iura, quando tribuunt immunitatem domibus adhærentibus Ecclesiæ, vel sistentibus intra eius confines, absolutè loquuntur, & non distinguunt, si Ecclesia habeat in dictas domus dominium directum, vel vtile : ergo dicendum est absolutè gaudere immunitate; cùm lex generaliter loquens generaliter sit intelligenda, ex text. *in l.in fraudem. §. vltim. de testament. milit.* & docet Surdus *consil. 271. num.28.* & alij : & cùm lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, ex textu *in l. Præses, de offic. Præsid.* vt docet idem Surdus *consil. 301. num.50.* & alij : maximè cùm priuilegium immunitatis sit fauorabile, atque adeò potiùs ampliandum, quàm restringendum, vt firmant Decianus, & Farinacius se retractantes : ille *consil. 80. num. 19. & 22. lib.3.* hic *in Appendice de immunitate, cap. 2. num. 21.* quibus adde Ambrosinum *cap. 10. num. 7.*

15. Vel respondere quis posset magis ad hominem contra Nouarium, parui faciendam esse in casu, de quo loquimur, eius distinctionem de dominio directo & vtili : nam, vt obseruat sacra Rota in vna Romana domus Scapucij die 19. Ianuarij 1611.coram Domino meo Coccino Decano, connexitas, quam habent ista dominia inter se, non efficit, quin dominium vtile dicatur proprium Laici, non autem Ecclesiæ.

clesiæ. Et ideò in vna Veneta Censurarum anno 1607. omnes Sacræ Rotæ Auditores *in Assertione Ecclesiasticæ libertatis, cap. vltimo, fol.* 196. 197. & 198. statuerunt rem Ecclesiæ, concessam Laicis ad Emphyteusim remanere Ecclesiasticam ratione illius inseparabilis connexitatis dominij vtilis & directi. immò Berous *in cap. quæ in Ecclesiarum, de constitut. num* 13. docet maiorem connexionem esse inter directum & vtile dominium, quam inter possessionem & proprietatem: quia possessio penes aliquem sine proprietate consistere potest, & vice versa, vt patet ex *l. 1. ff. vti possidetis*, & maximè cùm possessio & proprietas nihil inter se commune habeant, ex *l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquir. possess.* at dominium vtile non potest à dominio directo separari.

16. Vnde ex hoc principio eadem Sacra Rota die 28. Maij 1631. coram Domino meo Merlino, ratione connexitatis dominij vtilis cum directo statuit cum multis Doctoribus bona Ecclesiæ cõcessa Laicis ad Emphyteusim gaudere priuilegio fori, nec posse collectari: ergo & in casu nostro domus Ecclesiæ concessæ ad Emphyteusim debent etiam gaudere priuilegio immunitatis ipsius Ecclesiæ, cùm eis non obstet Ecclesiam habere tantùm dominium directum, & non vtile; quia, vt dictum est ex Sacra Rota, dicta domus licèt ad Emphyteusim Laicis concessa, dici potest, & est verè domus Ecclesiæ; cuius quidem dominium vtile, licèt quantum ad vsum & administrationẽ pertineat ad Emphyteutam, quantũ verò ad naturam & essentiam est Ecclesiæ, & ab ea recognoscitur. Ita ex Campezio firmat Sacra Rota *in citata assertione Ecclesiasticæ libertatis*. Ergo, &c.

17. Adde quod omnes rationes, quas ego *suprà in part. 3. tract. 1.* * *resol. 71.* adduxi ad probandum, quòd domus Ecclesiæ sita intra eius confines, etiamsi sit locata laicis, gaudeat immunitate, procedunt etiam si dicta domus sit concessa ad Emphyteusim: locatio enim ab Emphyteusi non differt nisi solo tempore, vt obseruat Layman *lib. 3. tract. 4. cap. 22. n. 1.* & Doctores communiter: & in vtroque contractu dominium vtile stat penes conductorem & Emphyteutam: ergo vt domus locata Laicis in probabiliori & communiori sententia gaudet immunitate, ita etiam eadem immunitate Ecclesiæ gaudere debet, si fuerit concessa in Emphyteusim. Et hæc viris doctis maturanda relinquo, nolo enim esse huius sententiæ primus Auctor.

* Quæ hic est infra Resol. 21.

RESOL. VIII.

An Cœmeteria, Hospitalia, Monasteria, & Grangiæ Religiosorum secundum illud, quod septum est, gaudeant Ecclesiarum immunitate, quamuis cœmeteria sint polluta, vel interdicta, atque ab Ecclesia separata, & quid de eius ostio, & portica?

Et an delinquens, si capiatur per aliquam pallij partem, vel per pedem extra locum sacrum existentem, alium vero pedem, & caput in Ecclesia habens gaudeat Immunitate?

Et quid de illo, qui manibus apprehendit ferrum, vel valuam Ecclesiæ? Ex part. 6. tract. 1. Resol. 6.

§. 1. SIc respondet Sarpus *cap. 4. fol.* 42. De cœmeteriis verò, Hospitalibus, & Conclauibus, vbi fratres dormiunt, nec verbum quidem lex vlla fecit. Canonistæ tantummodo, quos ignorantia sæpè, aut ambitio transuersos rapit, Ecclesiarum nomen amplificare, atque ad hæc etiam protrahere voluerunt, plurimis tamen conditionibus, iisdémque adeò variis, ac inter se repugnantibus, vt vix duo conueniant. Ex eorum autem sententiis consuetudo diuersa inducta est, prout illi plus minúsve auctoritatis habuerunt, & huiuscemodi locorum, aut etiam delictorum numerus exigere videbatur. Quò fit; vt sicuti de iis locis nihil omninò legibus sanctum est, sed consuetudine tantùm, atque interpretatione eorum immunitas introducta est: ita vbi est contraria consuetudo, eadem à quocunque iudice seruari debeat citra vllam errandi formidinem. Hæc Sarpus parum modestè, & falsò procaciter.

2. Et incipiendo quoad cœmeteria; assero contra Sarpum adesse textum expressum de eorum immunitate *in cap. final. de immunitate Eccles.* vt patet ex illis verbis, *vel earum cœmeteriis*. Et ibi adnotarunt Ancharanus, Ioannes Andreas, Turrecremata, Archidiaconus, Imola (vide Lector, quos homines ambitiosos vocauerit Sarpus) penes Farinacium *de immunit. cap. 17. num. 262.* Quibus ex Theologis adde Armillam *verb. Cœmeterium, numer. 1.* Villalobos *in summ. tom 2. tract. 39. difficult. 5. num. 5.* Sanchez *in opusc. tom. 2. lib. 6. cap. 1. dub. 7. numer. 2.* Castrum Palaum *tom. 2. tract. 11. disput. vnica, punct. 6. num. 16.* Suarez *de Relig. tom. 1. lib. 3. cap. 9. n. 8.* Azorium *part. 2. lib. 9. cap. 8. quæs. 6.* Perficum *de offic. Sacerd. lib. 1. cap. 9. dub. 11. num. 97.* Fagundez *part. 2. lib. 4. cap. 4. numer. 6.* Diuum Antoninum *in summ. p. 3. tit. 12. in princip. ver. Et cœmeteria earum.* cum aliis. Ex Iuristis Valascum *tom. 1. consult. 81. numer. 1.* Bobadillam *in Polit. tom. 1. lib. 2. cap. 14. num. 80.* Decianum *lib. 4. cap. 24. numer. 21.* Manticam *consil. 60. numer. 8.* Ambrosinum *de immunitate, cap. 10. num. 5.* Italiam *lib. 1. cap. 4. §. 7. per totum.* Tuschum *ver. Ecclesia conclus. 10. numer. 3.* Germonium *de Sacr. immunit. lib. 3. cap. 16. nu. 30.* Peregrinum *cap. 4. n. 58.* Ludouicum Correa *in Relect. immunit. part. 2. n. 12.* & alios penes ipsos.

Sup. hoc lege §. not. seq.

3. Et hæc opinio procedit non solùm quoad cœmeterium contiguum & coniunctum cum Ecclesia; sed etiam quoad separatum, vt contra Decianum *lib. 6. c. 24. numer. 20. & 30.* docuerunt Germonius, Italia, Nauarrus, & Villagut apud Farinacium *numer. 264.* quibus adde Castrum Palaum *tom. 2. tract. 11. disp. vnic. punct. 6. num. 16.* & Bertachinum in Repertorio; *verb. Cœmeterium, n. 2.* quia eo ipso quod fidelium sepulturæ destinatum est, præsumitur benedictum esse, & auctoritate Episcopi sacratum. Et quod dictum est de cœmeterio, dicendum est etiam de eius ostio & porticu; vt inter cæteros obseruat Correa *in Relect. de immunit. part. 2. num. 16.* & Peregrinus *cap. 2. numer. 55. & 56.* qui etiam in sequentibus numeris docet cœmeterium benedictum non ab Episcopo, sed à simplici sacerdote, gaudere immunitate Ecclesiæ, & etiamsi à nemine benedictum fuerit, si aliquis Christianus mortuus cum Ecclesiasticis officiis cum licentia Episcopi, & voluntate Domini, ibi sepultus sit.

supr. hoc in Resol. seq §. vlt.

Sup. his sup. in Resol. 6. §. Sed quæro, hîc obiter, & infra in Resol. 10.

4. Nota etiam, quòd Peregrinus, *vbi suprà*, optimè addit, cœmererium pollutum, vel interdictum gaudere etiam immunitate, sicut suprà firmatum est de Ecclesia. Et ratio horum omnium erit, quia non solùm immunitas cœmeterij fundatur in consuetudine, vt perperam voluit Sarpus: sed de ea adest textus expressus in iure, vt visum est suprà. Et licèt iura expressa non darent priuilegium cœmeteriis, nihilominus tamen quæ de Ecclesiis loquuntur, in cœmeteriis locum haberent, cùm Ecclesia & cœmeterium ex eadem causa æquiparentur, & est in consequentia ipsius Ecclesiæ, iuxta ea quæ tradit Palaus de Castro *consil. 441.* Et ideò quoad sacrilegium, interdictum, & pollutionem, Ecclesia & cœmeterium pari passu procedunt, vt docet Tuschus *de de visitat. lib. 1. c. 12. n. 7. &* 8. cum aliis communiter.

Supra in Resol. quæ hîc supra est Resol. 6. §. Nota secundo.

5. Sed

5. Sed transeamus ad immunitatem hospitalium. Dico igitur quòd si non fuerint priuata, sed publica & Episcopi auctoritate erecta, gaudebunt vtique Ecclesiarum immunitate, *ex cap. ad hæc de relig. domib. & cap. definiuit 17. quæst. 4. & ex leg. omnia priuilegia, Cod. de Episcop. & Cler.* vbi omnia priuilegia Ecclesiis concessa, hospitalibus concedunt: nam cùm sit Episcopi auctoritate constructum hospitale, factus est locus religiosus, & ad prophanos vsus conuerti non debet: ergo, &c. Et ita hanc sententiam ex pluribus docet Farinacius *de immunitat. c. 17. num. 265.* quibus adde Raphaëlem de la Torre *tom. 2. num. 2. quæst. 99. art. 3. grad. 8.* Specellum *decis. 55. n. 19.* Scortiam *in Bull. Pontif. Epit. 152. theorem. 285.* Sanchez *in opuscul. tom. 2. lib. 6. cap. 1. dub. 7. num. 2.* Ciarlinium *Disceptat. forens. cap. 116. num. 7.* Castrum Palaum *tom. 2. tract. 11. disput. vnic. punct. 6. num. 17.* Persicum *de offic. Sacerdot. lib. 1. cap. 9. dub. 11. n. 97.* Suarez *de Relig. tom. 1. lib. 3. cap. 9. num. 9.* Sanchez *de Matrim. lib. 9. disput. 15. num. 17.* Megalium *in 3. part. lib. 4. consil. 2. quæst. 2. num. 37.* Fagundez *part. 2. lib. 4. cap. 4. num. 60.* Villalobos *in Summ. tom. 2. tr. 39. difficult. 5. num. 2.* Layman. *lib. 4. tract. 9. cap. 3. num. 3.* Peregrinum *de immunitat. cap. 4. num. 69.* vbi ex Cardinale Tuscho obseruat hanc sententiam procedere, etiamsi in hospitali ab Episcopo constructo sacrificium Missæ non celebretur: quod etiam docuit Paulus de Castro *consil. 438. lib. 2.*

6. Dicendum est igitur, quòd licèt in Hospitali non sit campanile, altare, neque Ecclesia, si ex aliis signis comprehendatur esse fundatum Episcopi auctoritate; vt si sit institutum sub nomine alicuius Sancti, & visitetur ab Episcopo gaudebit priuilegio immunitatis. Vide in casu contingenti Ciarlinium *in controu. forens. cap. 116. per totum.*

7. Et tandem idem dicendum est de Monasteriis Religiosorum, secundùm totum illud quod septum est, id est, clausttrum, dormitorium, hortus, domus familiarium, & animalium & similia: hæc enim pro locis sacris & Religiosis habentur quoad priuilegium immunitatis, quia Ecclesiæ adhærent. Vide *cap. si quis contumax, cap. frater, cap. si quis in atrio, cap. minor. 17. quæst. 4. cap. 2. consuetud.* & habetur expressè *in leg. pateant, Cod. de his qui ad Eccl. confug.* in illis verbis. Quidquid fuerit intraiacens sive in cellulis, siue in domibus, hortulis, balneis, atque porticibus confugas interioris templi iure tueantur. Et ideò hanc sententiam Doctores, quos citant & sequuntur Sanch. *de Matrim. lib. 9. disp. 15. num. 42.* & Farinacius *de immunit. cap. 17. num. 268.* quibus adde Bonacinam *tom. 2. disp. 3. quæst. 7. punct. 4. num. 10.* Palaum *to. mo secundo, tract. 1. disp. vnic. punct. 6. numero 18.* Ludouicum Correa *in Relect. de immunit. part. 2. num. 2. & sequent.* Raphaëlem de la Torre *tom. 2. in 2. 2. Diui Thomæ quæst. 99. art. 3. disput. 7. grad. 8.* & Villalobos *in Summ. tom. 2. tract. 39. difficult. 5. num. 6.* vbi sic ait. [Gozan d'esta immunidad todos los Monasterios pues no solo estan fundados con autoridad del Obispo, si no tambien del Papa, y entiendese quanto à toda la clausura, huerto, y atrio, y aun las granjas de los Religiosos por vna concession hecha à los Padres de Cistel.] Ita ille. Et hoc quod ipse asserit de Grangiis, docet etiam Rodriquez *in Quæst. Regul. tom. 2. quæst. 75. artic. 2.* & Peregrinus *de immunit. c. 4. num. 58.* vbi firmat Grangias Religiosorum gaudere Ecclesiarum immunitate, & Grangiæ sunt quædam paruæ domus Religiosorum, quæ sunt veluti hospitia ipsorum & membra Monasterij quæ sunt sub potestate & iurisdictione Prælati Monasterij, cuius sunt Grangiæ. Et ideo refellendus venit Ægidius Trullench. *in Decalog. tom. 1. lib. 1. cap. 11. dub. 1. num. 6.* Vbi docet Grangias Religiosorum non gaudere immunitate; & amicissimus Barbosa *de iur. Eccles. lib. 2. cap. 3. num. 73.* asserens priuilegium immunitatis non extendi ad cellulas, domos, hortulos, balneas, ac septa Ecclesiæ, & Monasterij.

Sup. his Grangiis in tom. 4. tract. 2. Resol. 18 §. Verum ad medium, & in Resol. 62. §. Vlt. & ad fulciendam hanc doctrinam lege hic infrà, Vlt. Resol. 22.

8. Vnde ex his omnibus valde miror, qua fronte Sarpus ausus sit dicere immunitatem Cœmeteriorum, Hospitalium, & Monasteriorum non esse in iure fundatam; sed ex arbitrio Canonistarum variam, vt vix duo quoad ipsius conditiones conueniant: cùm visum sit sacros Canones de talium immunitate apertè loqui, & non solùm omnes Canonistas, sed etiam Legistas & Theologos quoad illam stabiliendam vnanimiter conuenire. Et ideò Georgius Ritthershusius *de iure Asylorum, c. 12.* stomachatur in Sarpum asserentem leges nihil disposuisse de immunitate Cœmeteriorum, Hospitalium, &c.

9. Sed pro complemento huius materiæ, non desinam vnum hîc adnotare: nempe delinquentem gaudere immunitate, si capiatur per aliquam pallij partem quæ prominet extra tectum, aut valuas, aut extra alium locum immunem ex superiùs dictis. Et ideò Villalobos *in summa tom. 2. tract. 39. difficult. 5. num. 4.* Sic ait. [Lo mismo es, quando el delinquente esta dentro de la Yglesia, y lo prenderon por la ropa, que estaua estendida azia fuera, que tan poco lo pueden sacar.] Ita ille. Vbi citat Couarruuiam, & Paz, & Bobadillam. Imò ego consului in facti contingentia incidisse in excommunicationem satellites qui extraxerunt reum per pedem extra locum sacrum existentem; alium verò pedem & caput in Ecclesia iam habentem: & tunc in mei fauorem adduxi Peregrinum *cap. 4. n. 61.* Suarez *de Relig. tom. 1. lib. 3. cap. 12. num. 4.* & Bonacinam *tom. 2. disput. 3. quæst. 7. punct. 4. num. 20.* qui tamen secùs asserit dicendum de illo, qui ambobus pedibus in via publica existebat, & humeris solùm attingebat parietes Ecclesiæ, non autem si manibus apprehenderat ferrum, seu valuam Ecclesiæ, vt suprà dictum est. Sed ego contrarium consului in alio casu, dum quidam reus fugiens è manibus satellitum cecidit super liminare portæ Ecclesiæ, & cum humeris & capite eam tangeret, licèt tibias & pedes extra haberet, fuit per illos extractus extra Ecclesiam: tunc inquam consului talem reum fuisse restituendum: nam præcipuam corporis partem, vt caput & humeros habebat in loco sacro, quando fuit captus, ergo eius immunitate gaudere debebat, & post hæc scripta inueni nostram sententiam docere Trullench. *in Decalog. to. 1. lib. 1. cap. 11. dub. 1. n. 12.* Sed cùm actum sit de locis, quæ præstare possunt immunitatem, transeamus ad ea, quæ Sarpus docet de reis in dictis locis immunitate gaudentibus.

Suprà in Resol. quæ hîc est infrà Resol. 10. §. 2. & 3. & in Resol. 11. & in alio §. eius primæ not.

RESOL. IX.

An campanile Ecclesiæ, etiam si sit ab ea disiunctum, gaudeat eius Immunitate?

Et an cœmeterium disiunctum ab Ecclesia gaudeat eius Immunitate?

Et docetur Oratoria priuata domorum non gaudere Immunitate. Ex part. 4. tract. 1. Resol. 108.

§. 1. AFfirmatiuè respondet nouissimè Antonius Nouarius *in summa Bullarum, tit. de immunit. Eccles. num. 26.* vbi sic ait. Sed quid dicendum de campanili Ecclesiæ? Prima facie dicerem quòd si esset adiunctum Ecclesiæ, nec pateretur diuisionem, gaudere eius immunitate. Imò quamuis esset diuisum ab Ecclesia, adhuc censerem gaudere debere immuni-

tate,

tate, cùm videamus palatium Episcopi, licèt diuisum sit ab Ecclesia, gaudere dicta immunitate, & campanile habet plus spiritualitatis, quàm palatium Episcopale, dum ibi adsunt campanæ Oleo sanctissimo consecratæ, & exercentur opera pia, quando pulsantur in Dei honorem, & vulgò appellatur *Turris sacra*. Ita ille.

2. Sed hæc opinio mihi non placet, & ad exemplum palatij Episcopi respondeo quòd ad illud extenditur immunitas, non ratione loci, sed ratione personæ & dignitatis Episcopalis, & ideo quamuis distet longissimè ab Ecclesia, gaudet immunitate, & quamuis in eo non adsit Oratorium, in quo sacrificium Missæ celebretur, vt *suprà* satis probatum est. Ad id verò quod asseritur quòd in campanili exercentur opera pia quando pulsantur campanæ in Dei honorem; respondeo quòd non omnia loca in quibus exercentur opera pia, gaudent immunitate; nam in Oratoriis priuatis domorum celebratur sacrificium Missæ, & in illis sæculares confitentur, & Eucharistiã accipiunt, & tamen, vt patet, non gaudent immunitate, vt determinauit sacra Congregatio Episcop. *die 17. Nouembris 1617.* & Congregatio immunitatis *die 9. Decembris 1631.* Igitur solùm in vno casu sententiam Nouarij admitterem, videlicet quando campanile disiunctum ab Ecclesia, esset tamen intra triginta passus. Moueor ad hanc opinionem tenendam ex simili casu determinato à sacra Congregatione immunitatis *die 7. Decembris 1632.* sub his verbis, Immunitate gaudet arriga, siue campana Ecclesiæ, ab ea tamen distans, sed intra triginta passus, quæ solummodo inseruit pro seruitio Ecclesiæ.

Sup. hoc in Resolutionibus, quæ hic sint infra Resol. 22. &c.

Sup. his Oratoriis in tom. 4. tr. Resol. 5. Verum. & in Resol. 61. per totam.

3. Notandum est tamen hic obiter contra Doctores quos citat Decianus *lib. 2. cap. 24. num. 28. & 30.* Cœmeterium disiunctum & separatum ab Ecclesia, hoc non obstante, gaudere eius immunitate, quia eo ipso quòd sepulturæ fidelium destinatum est, præsumitur benedictum esse, & auctoritati Episcopali sacratum. Ita DD. quos citat, & sequitur Castrus Palaus *tom. 2. disp. vnica, de immunit. Eccles. punct. 6. num. 16.*

Sup. hoc in Resol. præcedenti §. Et inciendo, & superiori §. Et hanc.

RESOL. X.

An qui adhæsit ostio clauso Ecclesiæ, gaudeat eius Immunitate?

Idem dicendum est de tangentibus parietes Ecclesiæ.

Et quid dicendum, si aliquis confugiat supra tectum Ecclesiæ?

Idem dicendum est de tecto Palatij Episcopalis, domorum Canonicorum, Monasteriorum, Hospitalium, & aliorum locorum huiusmodi. Ex part. 6. tract. 1 Resol. 3.

Sup. hinc sitpra in Resol. 6. §. Sed quæro hic obiter. & in Resol. §. Et hæc, ad medium.

§. 1. NEgatiuè respondet Sarpus *cap. 4. fol. 41.* vbi sic ait: Hinc etiam constituitur; quòd solet sæpius accidere. An scilicet Lictores possint eum, qui ad Ecclesiam confugerit, & clausis iam ostiis adhæserit ab iisdem diuellere. Cùm enim quæ Ecclesiæ in Ciuitatibus & Castris finitima sunt, nihil habeant immunitatis, reliquum est, vt ea tantùm quæ interiùs sunt, immunitate reos protegant. Quamobrem qui parietibus aut valuis, aut etiam tecto innitur, nulla defenditur sacrarum ædium immunitate, nihilque interest inter parietes & ostium clausum, cùm pariter vtraque sint extra Ecclesiam; imò propior est Aræ, proximus eidem paries, quàm Ecclesiæ ianua: quare si quando de ostio facta sit mentio, dum de Ecclesiarum immunitate agitur, de iis Ecclesiis tantùm sermo est, quæ extra ciuitatis & Castrorum mœnia posita immunitatem ad quadraginta passuum spatium porrigunt. Ita Sarpus.

2. Sed iste Auctor nimis audacter in hac quæstione se opponit, vt infra videbimus, torrenti Doctorum; imò eius opinio est contra ius Canonicum & Ciuile, nam portas Ecclesiæ gaudere eius immunitate patet ex textu ex presso *in cap. si quis contumax. 17. quæst. 4.* vbi declarantur spatia immunitatis, & dicitur vsque ad extremas fores: nota verbum extremas. Quæ iura contra Sarpum absolutè loquuntur de omnibus Ecclesiis, & non de illis, vt perperam vult ipse, quæ extra muros ciuitatis sunt extructæ. Adde quòd suprà iam satis est labefactata eius opinio distinguens inter Ecclesias extra vel intra mœnia ciuitatis extructas, & ideò affirmatiuam sententiam docent communiter Doctores asserentes, quòd si quis ad Ecclesiam confugiat, eàmque clausam reperiens manu portas ipsas, seu portarum vectes apprehendat, immunitate gaudebit. Et ita tenet Ludouicus Correa *in Relect. de immunitat. part. 2. n. 16.* Megalius *in 3. part. lib. 4. cap. 2. quæst. 2. num. 37.* Decianus *lib. 6. cap. 25. num. 17.* Bobadilla *in Politic. tom. 1. lib. 2. cap. 14. num. 81.* Sanchez *in opusc. tom. 2. lib. 6. cap. 1. dub. 7. num. 2.* Chartarius *decis. crimin. 7. num. 1. & 11.* Villabolos *in summa, tom. 2. tractat. 39. difficult. 5. num. 4.* Suarez *tom. 1. lib. 3. cap. 9. num. 8.* Bonacina *tom. 2. disput. 3. quæst. 3. punct. 3. num. 19.* Castrus Palaus *tom. 2. tract. 11. disput. vnic. punct. 6. num. 9.* Nauarrus *in Manuali, cap. 25. num. 17. in fine*, Locatellius *in Breuiar. de Tortura, inspect. 5. numer. 163.* Farinacius *de immunitat. cap. 17. n. 279.* Igneus *in l. 1. num. 17. ff. ad Senatusconsut. Sill.* cum aliis penes ipsos, quibus adde duos, non multum faueutes Ecclesiarum immunitati, videlicet Gambacurtam *lib. 4. cap. 1. num. 9.* & Couarruuiam *variar. resolut. lib. 2. cap. 20. num. 18.* Et præter Canones adductos potest etiam pro tali sententia aliquis rationem adducere, quia appellatione Ecclesiæ continetur etiam eius ostium, sicut appellatione domus ostia etiam continentur, *ex l. si aquæductum, C. de contrahen. nupt.* maximè in fauorabilibus, vt notat Vincentius de Franchis *decisione 402. num 11.* & Sperellus *decis. 60. num. 38.*

Sup. in Resol. quæ hic est etiam suprà 7. §. 1. & 2.

3. Ad argumentum verò, quod adducit pro sua opinione Sarpus, nempe non gaudere immunitate Ecclesiæ, si quis confugiat, & tangat eius parietes; ergo neque tangentes portam. Responderent aliqui esse disparem rationem inter vtrumque casum: sed ego assero in vtroque casu Ecclesiæ immunitate gaudere, & tangentem ostia Ecclesiæ, & tangentem eius parietes; vt ego iam alibi satis probaui *in part. 3. tract. 1.* * *resolut. 73.* & videtur etiam me citato idem tenere Nouarius *in summ. Bullar. de immunitate, num. 16.* & nouissimè Trullench *in Decalog. tom. 1. lib. 1. c. 11. dub. 1. num. 4.* docet partes parietum Ecclesiæ exteriores gaudere eius immunitate, quod etiam docet Scipio de Rubeis *in Aphor. Episcop. vers. immunitas, num. 3.*

* Quæ nunc hanc sequetur & infra in Resol. 22. §. Vlt.

4. Quod autem dictum est de ostio Ecclesiæ, dicendum est etiam contra Sarpum de eius * tecto; vnde Villalobos *vbi suprà num. 5.* sic ait. [Gozara de la immunidad el que esta sobra el texado de la Yglesia.] Idem docent Correa, Bonacina, & Palaus *locis citatis*, Suarez *num. 8.* Farinacius *num. 282.* Marius Italia. *lib. 1. cap. 4. §. 9. n. 24. & seq.* Acugna *de Iubileo cap. 7. dub. 13. num. 20. ad fin.* Persicus *de offic. Sacerd. lib. 1. cap. 9. dub. 11. num. 98.* Sperellus *decis. 63. num. 9.* Fagundez *part. 2. lib. 4. cap. 4. num. 63.* Peregrinus *cap. 4. num. 40.* & alij penes ipsos. Et probatur hæc opinio validissimis quidem rationibus. Primò, quia domus nedum ex solo, sed etiam ex superficie constat

Sup. hoc prope finē Resol. seq. & infra in Resol. §. Vlt. cursim prope fin. & in tom. 7. tr. 1. Resol. 340. recitatiuè in fine.

ſtat, vt patet ex *l.eum qui, in princip.* & *ibi* gloſſa *ff. de vſucapionib.* Secundò quia tectum cum ſit intra ſitum Eccleſiæ, dicitur eſſe in Eccleſia: nam ibi dicitur aliquis eſſe propriè, vbi pedes habet, licèt à tali corpore non circundetur: vnde corpus Chriſti eſt in cœlo, quia pedibus calcat ſuperficiem conuexam cœli, licèt à corpore cœleſti non circundetur, vt docet omnium Magiſter D. Thomas *in 3. p.q.57.art.4.ad 2.*

5. Dicendum eſt igitur exiſtentem ſupra tectum Eccleſiæ, eius immunitate gaudere: quia verè eſt in Eccleſia, etſi ab Eccleſia non circundetur; & ideo verum eſt Eccleſiæ adhærere, & in Eccleſiæ ſitu exiſtere. Quod idem & optimè aſſerit Sperellus *deciſ.63. num.* 9. de tecto Palatii Epiſcopalis, domorum Canonicorum; & tu adde Monaſteriorum, Hoſpitalium, & aliorum locorum huiuſmodi immunitate gaudentium.

6. Sed aduersùs ſupradicta adeſt non infirmum argumentum: nam dicitur *in cap. propoſuiſti, de conſecrat. Eccleſ.* & *cap. Eccleſiis, diſt.* 68. quod Eccleſiæ polluuntur, ſi in eis ſanguinis vel ſeminis effuſio accidat: ſed ſi ſupra tectum ſemen vel ſanguis effundatur, Eccleſia non remanet polluta; vt docet Gloſſ. *in cap. vnico, verb. ſanguis, de conſecrat. Eccleſ.* & notant Doctores quos ad ſatietatem adducit Perſicus *de offic. Sacerd. lib.1.cap.7.dub.9. num.* 86. Ergo dicendum eſt, quòd ſtans ſuper rectum Eccleſiæ, non dicitur ſtare in Eccleſia, alioquin Eccleſia per ſeminis, vel ſanguinis effuſionem polluetetur: ideò qui inuentus eſt ſuper tectum Eccleſiæ, non debet eius immunitate gaudere.

7. Reſpondeo priuilegia eſſe amplianda, odia autem reſtringenda: & ſic in caſu ſimili, qui manibus apprehendit valuas oſtii Monaſterij Monialium, non dicitur reus violationis clauſuræ: & tamen, vt dictum *ſuprà* apprehendens manibus valvas Eccleſiæ, eius immunitate gaudebit: quia illa eſt materia pœnalis, iſta fauorabilis; & ideò illa reſtringenda, hæc autem amplianda. Ita Fagundez *part. 2. lib. 4. cap. 4. num.* 63. Bonacina *tom. 2. diſp. 3. quæſt.7. punct. 4. n.20.*

RESOL. XI.

An fugiens à Birruariis, ſi parietes Eccleſiæ partis exterioris tangat, vel fuerit amplexus, gaudeat Immunitate?

Et an ſi quis confugiat ſupra tectum Eccleſiæ, gaudeat eius Immunitate? Ex part. 3. tract.1.Reſ.73.

Sup. hoc in Reſ. præterita, §. Ad argumentum, & infra in Reſ.22.§. vlt. in principio.

§.1. NEgatiuè reſpondet Archidiaconus *in c.vnico, de reliq. & vener.Sanct. in 6.* quia appellatione Eccleſiæ non venit pars exterior muri Eccleſiæ, quæ viam publicam ſpectat. Secundò ſupradictus reus in tali caſu non dicitur eſſe in Eccleſia, & ita hanc ſententiam tenent mordicus miniſtri laicalis iuriſdictionis.

2. Sed pro affirmatiua ſententia aliqui has rationes adducunt. Primò, quia priuilegia immunitatis Eccleſiæ amplianda ſunt. Secundò *in l.quæ religioſis, ff. de rei vendicatione*, habetur, quæ Religioſis adhærent, religioſa cenſentur; ergo quæ adhærent loco ſacro, cenſentur ſacra & conſequenter gaudent immunitate loci ſacri. Tertiò acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, *c.ſi ſuper gratia, de officio delegat. in 6.* Quartò priuilegium conceſſum Eccleſiæ, dicitur, etiam concedi per triginta paſſus in circuitu eius, vt ex ſacris Canonibus docent communiter Doctores & nos* *ſuprà* probauimus. Ergo multo magis hoc dicendum eſt in caſu noſtro de pariete, qui eſt annexus, & acceſſorius, & incorporatus ipſi Eccleſiæ, & ita hanc ſententiam docet Epiſcopus Viciaquenſis Aloyſius Riccius *in praxi tom.3.reſol. 560. n.8.* Martinus Bonacina *de legibus tom.2.diſp.3.q.7.punct.4.n.5.* Vnde ex his à fortiori apparet, quòd ſi quis confugiat ſupra tectum Eccleſiæ, gaudebit vtique immunitate, vt notat Villalobos *in ſum.tom.2.tract. 39. difficult. 5.n.3.* Fagundez *part.2.lib.4. cap.4.n.* 63. Suarez *de Relig.tom. 1. lib. 3. cap.9. num.8.* & alij ſcribentes ſuper Bullam Gregorij XIV. vide etiam Bonacinam *tom.3.in Bull.Cœn. diſ.2.q. 3.punct.16.§...n. 19. & 20.*

* Sup. in Reſ. quæ hic eſt infra 21.

Sup. his in Reſ. præterita §. Quod autem & in alia Reſ. & §. eius not.

RESOL. XII.

An ſi quis à ſatellitibus fugiens intraret in cubiculum ægrotantis, vbi ad ipſum communicandum Sacerdos cū SS. Sacramento veniſſet, & ibi à dictis Birruariis comprehenſus fuiſſet, antequam Sacerdotem tangeret, an is, inquam Immunitate gaudeat?

Et ſupponitur reum tangentem Sacerdotem, qui Euchariſtiam deferret, gaudere Immunitate Eccleſiæ neque capi poſſe, & ſi capiatur, reſtituendus erit.

Et quid, ſi ſe commiſceret inter illas perſonas, quæ per plateas aſſociant Venerabile Euchariſtiæ Sacramentū?

Et notatur quod confugiens ad Sacerdotem portantem oleum ſanctum infirmis, non gaudet Immunitate Eccleſiæ. Ex part. 1.tract. 1. Reſ.28.

§.1. SVppono contra Gloſſ. *in cap. quæſitum. 13.q.2.* Couarr. *lib.2.var. cap.20. num.6.* & Bonacinam *vbi infrà*, reum tangentem Sacerdotem, qui Euchariſtiam defert gaudere immunitate Eccleſiæ, neque capi poſſe; & ſi capiatur, reſtituendum eſſe. Ita Bobadilla *in Polit. tom. 1.lib. 2. c. 14. n.86.* qui *in Gloſſ. lit.G*, citat pro hac ſententia triginta Doctores, quibus ego addo Raph. de le Torre *tom.2.in 2.2. q.99.art.3. diſp.7.* Ioan. de Heuia *in Curia Philip. p.3. §. 12. num.* 8. Mirandam *de ordine iud. tom. 1. quæſt.15.art.5.concl. 2.* Tanner. *in 2.2.diſp.5.q.8.dub.1. num.14.* Megalam *in 3.p.lib.4.c.2.quæſt.1.num.38.* Ceuallos *in tract. de cognitione per viam violen.p. 2.quæſt. 42.per tot.* Petr. de Cenedo *in qq. canon. quæſt.32.n.13.* Graffium *in deciſ. p.2.lib.1.cap. 1.num.32.* Rodriquez *in ſumm. tom.1.c. 155.num.1.* Ambroſinum *de immun. cap. 20.n.9.* Gambacur. *de immun. lib. 4. c.6. num.4.* Syluester. *ver. immunitas, 3. n.1.* Angelum *eodem ver. quæſt. 28.* cum aliis. Et ratio eſt: quia hoc digniſſimum Sacramentum potiſſima cauſa eſt, vt Eccleſiis hæc immunitas conceſſa ſit: ergo multò magis debet ipſum eandem habere immunitatem. At præcipua ratio huius aſſertionis, eſt concors omnium Doctorum ſententia.

2. Sed cùm hæc omnia vera ſint, difficultas eſt in noſtro caſu, in quo reus non potuit tangere Sacerdotem, ſed ſolùm intrare in cubiculum, vbi Sacerdos cum SS. Sacramento extabat pro communicando infirmo. Sed ego, quidquid in contrarium aſſerat Bonacina *de leg. diſp. 3.q.7. §.2.n.11.* puto, dictum reum in illo cubiculo gaudere immunitate; & ſatellites illum comprehendendo, in cenſuras Bullæ incidere; & Iudicem debere illum Eccleſiæ reſtituere: nam locus, in quo actu eſt Corpus Chriſti, quamuis in tranſitu, vt erat in noſtro, gaudet immunitate, & illam alteri præbet. Et docet P. Suarez *de Relig. tom.1.tract.2.lib.3.c.9.n.10.in fin.* Et non ſolùm in hoc caſu, puto reum immunitate gaudere; ſed etiam per plateas ciuitatis, quando fugiens à ſatellitibus, ſe immiſceret inter illas perſonas, quæ aſſociant Venerabile Sacramentum Euchariſtiæ; etiamſi

non

non tangeret Sacerdotem, vel hastam Baldachini. Quia omnes illæ personæ, vnà cùm Sacerdote gestante SS. Sacramentum, repræsentant vnam Ecclesiam. Et ita iisdem verbis docet noster P. Peregr. *de immun. Eccl. c. 4. n. 19.* cum Mario Italia etiã *de immun. lib. 1. c. 4. §. 10. n. 8.* Quod est valdè notandum: nam talis casus potest de facili in praxi contingere. Notandum est verò, quòd confugiens ad Sacerdotem portantem Oleum sanctum infirmis, non gaudet Ecclesiæ immunitate, vt notat Riccius *p. 3. dec. 88. n. 5.*

RESOL. XIII.

An reus confugiens ad Reliquias Sanctorum, vel ad eorum Imagines, quæ per plures processionaliter circunferuntur, gaudeat Immunitate?

Et quid, si apprehendat Sacerdotem ambulantem? Ex part. 4. tract. 1. Resol. 48.

§. 1. HIc casus frequenter potest accidere, & de illo non inuenio qui tractent, solus nouissimè Ludou. Correa *in relect. ad c. inter alia, de immun. Eccl. part. 2. num. 25.* illum ponit, & affirmatiuam sententiam docet, quia, ait ille, ratio ob quam seruatur immunitas Ecclesiæ, est propter honorem & reuerentiam debitam Deo: atqui eadem reuerentia & honor consideratur in reliquiis Sanctorum, & eorum imaginibus, nec non B. Virginis, quando illis conceditur hæc immunitas. Ergo non est dubium illam habere. Minor probatur, quia honor & reuerentia præstita Sanctis pertinet ad Religionem cultúmque Dei. Deus enim in Sanctis suis honoratur & colitur, quemadmodum enim ipsi sunt propter Deum honorati, ita Deus honoratur & colitur in ipsis, honorantur namque Sancti tanquã chari & amici Dei. Vnde sicut honor qui domesticis, Consiliariis, filiis, amicis, ac ministris Principũ defertur, ita similiter honor exhibitus Sanctis, & Deo exhibetur. Probatur præterea ex Gambacurta *lib. 3. de immun. c. 4. n. 15.* vbi latè probat Ecclesiam fundatam sub nomine alicuius Sancti, vel B. Virginis parem habere immunitatem ac si dicata fuisset nomine Christi. Ita Correa, qui etiam quod dixit de reliquiis & imaginibus, dicendum putat de persona Sacerdotis, ita vt qui illam apprehenderit, immunis exeat; quia cùm Sacerdotes ministri sint Christi, & eius vicem in terris gerant, seruato illis honore, idem & Deo seruatur. Sed verum est dicere seruari honorem immunitatem præstando. Ergo eam habebunt. Deinde, quia si Ecclesia ex eo habet immunitatem quòd cultui diuino deputata est, & ad hoc vt in illa diuina Officia celebrentur, potiori iure Sacerdotes eamdem debent habere, si quidem non solùm Dei ministerio dicantur vt Ecclesiæ, sed ipsum Deum manibus suis tractant, & sunt Dei sacrarium; ergo non est cur dicatur illos immunitatem præstare non posse, & hæc omnia dicta sunt secundùm mentem Correæ *loco cit.* Nam, vt verum fatear, iura loquuntur tantùm de Ecclesiis, & Doctores tantùm de Sacerdote Eucharistiam deferente.

RESOL. XIV.

An Palatia Illustrissimorum Cardinalium gaudeant Immunitate? Ex part. 1. tract. 1. Resol. 37.

Sup. hoc in Res. seq. & in aliis eius annot.

§. 1. NEgatiuè respondet noster Duard. *commen. Bull. Cœn. lib. 2. can. 15. q. 15. num. 12.* putat enim, hoc priuilegium illis reuocatum fuisse à Greg. XIII. & Sixto V.

2. Sed contrariam sententiam amplectendam esse puto in locis extra vrbem Romæ, quia tale priuilegium non fuit illis simpliciter sublatum; sed tantùm pro vrbe Romana: & cùm causæ aliquæ non militent extra dictam vrbem, dicendum est, in aliis locis, vel saltem extra statum ecclesiasticum reos ad supradicta Palatia confugientes gaudere. Et ita docet ex nostris P. Peregrin. *de immun. Eccl. c. 4. n. 75. in fin.*

RESOL. XV.

An Cardinalium domus gaudeat priuilegio Immunitatis? Ex part. 5. tract. 2. Res. 34.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam sæpiùs docui, & nunc iterum doceo: & hanc sententiam, præter Doctores alibi à me relatos, tenet nouissimè, me citato, Barbosa *de iure Eccl. lib. 2. cap. 4. num. 80.* cui nunc addo Iacobatium *de Concilio lib. 1. fol. 38. col. 1. lit. A.* Tuschum *tom. 1. concl. 100. n. 53.* Cucchum *in inst. can. lib. 2. tit. 4. n. 91.* Sanch. *in opusc. tom. 2. lib. 6. c. 1. dub. 7. n. 2.* Manfredum *tr. de Cardinal. decis. 147.* & *cap. 8. priuileg. 14.* vbi sic ait: Domus Cardinalis vbicumque fuerit, immunitate potitur Ecclesiæ, omnesque ibi confugientes tuti & illæsi esse debent, neque iure vllo extrahi possunt; sicuti neque ab Ecclesia. Ita ille, & licèt Zecchius *de Repub. Christ. tit. 3. de Card. num. 9. priuileg. 9.* asserat hoc priuilegium sæpè à Pontificibus reuocari, hoc intelligendum in Vrbe, non autem extra.

Sup. hoc in Res. præterita; & in Res. seq. leg. §. Secundo Palatia. & infrà in Res. 20 §. Vlt. & infer. tius in tr. 3. Res. 10. §. Ad id. à lin. 6.

RESOL. XVI.

An Palatium Episcopi Titularis gaudeat Immunitate? Et infertur Palatium Episcopi commorantis extra Diœcesim, & Palatia Cardinalium, vbicumque ipsi extra Romam existant gaudere priuilegio Immunitatis. Ex part. 6. tract. 1. Res. 5.

§. 1. CAsus est curiosus & nouus, & ad illum negatiuè respondet Ciarlinius *controuers. forens. lib. 1. c. 10. num. 10.* vbi sic ait: Sentio Palatium Episcopi Titularis non gaudere immunitate, nisi sit positum in loco exempto quia tale priuilegium conceditur Palatio Episcopali habita relatione ad Ecclesiam eius sponsam: me domus sponsi sit minus priuilegiata, quam domus sponsæ. Ita elicitur *ex cap. id constituimus*, & Peregrino *in tract. de immunitat. c. 4. nu. 69.* Propter quod si Episcopus extra suam Ecclesiam habeat Palatium, vbi Pontificalia exercere non potest, in eo non gaudet hac immunitate. Italia *cap. 4. §. 9. num. 19. & 80.* & Peregrinus *cap. 4. num. 73.* in quibus concludi potest Palatium Episcopi Titularis non tribuere Ecclesiæ immunitatem. Hucusque Ciarlinius.

2. Sed pro affirmatiua sententia aliqua mihi occurrunt non infirma argumenta. Primo quia *in cap. id constituimus 17. quæst. 4.* absolutè dicitur domum Episcopi gaudere priuilegio immunitatis. Sed lex vbi non distinguit, nec nos distinguere debemus, vt patet *ex leg. de pretio, ff. de public. in rem action. ex leg. distinguemus ff. de recept. arbitr. ex leg. preces, ff. de offic. Præsid.* & aliis vulgatis iuribus: Ergo dicendum est Palatium etiã Episcopi Titularis immunitate gaudere: cùm iura absolutè, & sine vlla distinctione loquantur. Et cùm priuilegium immunitatis sit fauorabile, non est restringendum: sed potiùs extendendum; vt docet Bonacina *tom. 1. disput. 3. q. 7. punct. 4. num. 7.* Gratianus *tom. 2. c. 340. num. 21.* Decianus *consil. 80. num. 19.*

num. 19. & 21. *lib.* 3. Ambrosinus *de immunitate, cap.* 10.*num.*7. Gambacurta de *immunitate, lib.* 3. *capite* 4.*num.* 7. & alij quos citat, & sequitur Prosper Farinacius *in Appendice de immunitate, cap.* 2. *numero* 21.

3. Secundò Priuilegium immunitatis concessum Palatio Episcopi non est concessum habita relatione ad Ecclesiam vel oratorium in eo existens : nam vt ego docui *in part.*1.*tract.*1. *resol* 27. & *part.*4. *tract.*1. *resol.* 96. & me citato docet ipse Ciarlinius *cap.*116. *num.* 14. Palatium Episcopi etiamsi sit remotum ab Ecclesia, & non habeat in se Capellam, adhuc gaudebit immunitate : sed tale priuilegium est concessum ratione personæ in reuerentiam, & decorem dignitatis Episcopalis, vt rectè obseruat Castrus Palaus *tom.*2.*tract.* 11. *disputat. vnic. punct.*6.*num.*22.& alij. Ergo hoc priuilegium debet etiam competere Episcopis Titularibus ; cùm non minus eis debeatur honor ac reuerentia : nam licet Iacobatius *de Conciliis,lib.* 1. illos vocet Episcopos nulla tenentes, & nimis liberè dicat Melchior Canus *de locis Thelogicis, lib.* 5. *cap.* 7. illos sine causa esse in Ecclesia Dei : tamen eorum necessitatem optimè explicat Petrus Bellus in œconomia Canonica *class.* 3. *cap.*2.§. 4. Et dictus Episcopos dignitatem Episcopalem retinere habetur *in cap. legimus, verb. vbicumque. distinct.* 93. & docet Cellotius *de Hierarchia, lib.*4. *cap.* 18.§.3. Gratianus *disceptat. forens. tom.* 2.*cap.*29. *num.* 65. Menochius *de arbitrariis quæstionibus, lib.* 2. *centur.* 1. *cas.* 68. *num.*5. & alij. Vnde quidem manifestè patet, quod satis indecorum esset, si Satellites Laïci cubicula, & secretiores recessus Palatij Episcopi Titularis ad quærendos reos lustrare possent. Ergo, &c.

Quæ nunc hanc sequetur,& in aliis earum annotationum.

Sup. hoc infra in tr. 2. Ref. 184. & inferius in tr.8.Ref.4.ad lin. 4. Vers. quam etiam.

4. Tertiò, & hoc, ni fallor, validissimum est argumentum. Sacra Congregatio immunitatis decreuit,sæpius interrogata,familiam Laïcam Episcopi Titularis gaudere priuilegio fori, vt patet in Epistola Cardinalis Bandini ad Episcopum Rhegiensem die 17. mensis Iunij anno 1628. & in Epistola Cardinalis Gesse ad Eminentissimum Cardinalem Columnam die 21. mensis Augusti anni 1638. & nouissimè ex litteris Auditoris Cameræ ex ordine Sanctissimi Domini Nostri Vrbani VIII. directis ad Comitem Nouellare in causa Archiepiscopi Rhodiensis impressis an. 1639. Romæ.Ergo Palatium Episcopi Titularis debet etiam priuilegio immunitatis gaudere. Probo consequentiam ex doctrina Petri Gambacurta Authoris parum fauentis Ecclesiarum immunitati. Is enim *lib.*4. *cap.*3.*num.* 7. docet ex eadem ratione, qua competit Episcopo priuilegium suæ familiæ, competere etiam priuilegium sui Palatij : sed familiam Laïcam Episcopi Titularis,certum est gaudere priuilegio fori; ergo etiam eius Palatium gaudere priuilegio immunitatis dicendum est : cùm hæc duo priuilegia familiæ & Palatij Episcopalis ex eodem motiuo & ratione, vt asserit Gambacurta, concessa sint : nempe propter dignitatem, & reuerentiam Episcopo debitam. Vnde si ex hoc sacra Congregatio declarauit familiam Laïcam Episcopi Titularis priuilegio fori gaudere,consequenter dicendum est etiam Palatium Episcopi Titularis immunitatis priuilegio frui : nam sicut indecens pro Episcopo, & indecorum esset eius familiam à Satellitibus capi, sic & eius Palatium à Lictoribus perquiri, atque reos ab ipso abstrahi.

5. Restat modò respondere ad argumenta Ciarlinij superius adducta. Et ad primum respondeo priuilegium concessum Palatio Episcopi esse concessum ratione eius personæ, & propter reuerentiam & decorem dignitatis Episcopalis. Nec ex Peregrino, nec ex textu *in cap. id constituimus* à Ciarlinio adductis deduci potest id quod ipse perperam dicit, vt legentibus patebit : immò contrarium patet ex superiùs adductis in primo argumento pro firmanda nostra sententia. Et ideò Pater Suarez *de Religione,tom.* 1.*lib.*3.*cap* 9.*num.*9. rectè obseruat fauorem priuilegij *in dict. cap. id constituimus* concessum Palatio Episcopi non esse limitandum sine fundamento in textu:sed in textu dicti.cap.absolutè, & simpliciter dicitur Domum Episcopi gaudere immunitate : Ergo gratis à Ciarlinio limitatur quoad Episcopum Titularem.

6. Ad secundum argumentum. Quod Palatium Episcopi commorantis extra suam Diœcesim non gaudet priuilegio immunitatis. Fateor aliquos Doctores ita sensisse.Sed hæc opinio non placet.Primò quia textus *in dicto cap.id constituimus* loquitur indistinctè de Domo Episcopi vt rectè obseruat Canisius *in lib.*3.*Decretal.titul.*49. Sylue ster *verb. immunitas* 3. *num.*1.& alij. Ergo gratis dictus textus limitatur:& gratis ab aliquibus distinguitur inter domum Episcopi commorantis, vel non commorantis in propria Diœcesi:lex enim generaliter lata, est generaliter intelligenda, vt habetur *in l.in fraudem*, §. *vlt.de testament.milit.& in l.*1.§.*generaliter, de Aleat.*

Sup. hoc infra in Ref. 20.signanter à §. 2.

7. Secundò Palatia Cardinalium, vbicunque ipsi extra Romam existant gaudent priuilegio immunitatis, vt ego probaui *in part.*1.*tract.** 1.*resol.*37. & *part.*5.*tract.*2.*resol.*34. & me citato tenet Barbosa *de iure Ecclesiastico, lib.*2.*cap.*3.*n.*71. Ergo dicendum est Palatia Episcoporum vbicunque commorantium, etiam immunitate gaudere. Probo consequentiam. Nam Castrus Palaus *tom.*2.*tract.*11.*disp.vnic.punct.*6. *num.*23.Larrea *de immunit.Ecclesiast.part.* 2. *num.* 19. & alij obseruant & docent Palatia Cardinalium gaudere immunitate ex similitudine quam habent cum palatiis ipsorum Episcoporum.

* Quæ hic sũt Ref.15.& 20. §.Vlt.& inferiùs in tr.8. Ref.10 §. Ad id.à lin.6.

8. Tertiò cùm Sacra Congregatio decreuerit familiam Laïcam Episcopi Titularis gaudere priuilegio fori : id est concedendum familiæ Episcoporum extra Diœcesim commorantium:ergo etiam eorum Palatia, non obstante, quòd extra Diœcesim existant, priuilegio immunitatis gaudere dicendum erit, ex rationibus adductis in fauorem Domorum Episcoporum Titularium : & ex doctrina Gambacurtæ adducta in tertio argumento pro firmanda nostra sententia.

9. Quartò probatur hæc opinio respondendo ad argumenta : quæ pro contraria sententia adducunt Italia & Peregrinus.Et primò asserunt Palatium Episcopi extra Diœcesim commorantis non gaudere priuilegio immunitatis : quia Episcopus tenetur in sua Ecclesia residere.Secundò quia Episcopus in aliena Diœcesi non potest exercere Pontificalia,nec vllam iurisdictionem. Respondeo ad primum argumentum, dato & non concesso,& ad summum procedere quoad Episcopos commorantes extra suam Diœcesim peccaminosè, & sine causa, secus autem si commorentur cum causa, puta per tres menses Concilij, vel ex aëris intemperie, vel ex alia dispensatione Pontificia, quando potest fieri:nam in his casibus Episcopus licitè à sua Diœcesi abest.Vnde cessat ratio,quam adducit Italia. Sed meliùs respondendum est absolutè, negando argumentum : dato enim quòd Episcopus absens à sua Diœcesi peccaret, non tamen ex hoc sequitur amittere priuilegium : peccatum enim non aufert ab eo dignitatem Episcopalem pro cuius reuerentia & honore, vt probatum est suprà, tale priuilegium largitum fuit.

10. Ad secundum argumentum quòd Episcopus extra suam Diœcesim non potest exercere iurisdictionem.

ctionem. Respondeo quòd non valet consequentia: Ergo eius Palatium non potest gaudere priuilegio immunitatis. Nam Cardinales extra Ecclesias Titulares non possunt exercere iurisdictionem, & tamen eorum Palatia, vbicumque ipsi existant, vt dictum est suprà *, fruuntur immunitate. Vtrisque enim hoc priuilegium concessum fuit propter eorum dignitatem, quam vbique commorantes repræsentant. Ergo, &c.

* Sup. in hac ipsamet Resol. §. Secundo Palatia, & in aliis eius not.

11. Dicendum est itaque Palatia Episcoporum Titularium, vel extra Diœcesim existentium gaudere immunitate. Est notandum, quòd cùm ipsi in tali casu non habeant Tribunal, neque iurisdictionem in actu, ad Ordinarios Ecclesiasticos, in quorum Diœcesi existunt, controuersias circa hæc priuilegia adducendas esse: & dicti Episcopi Diœcesani iudicabunt de delictis familiæ dictorum Episcoporum Titularium, & extra Diœcesim commorantium, & de reis in eorum domos confugientibus. Verùm his non obstantibus hæc omnia disputationis causa esse volo. Vnde illa Sacræ Congregationis immunitatis oraculo humiliter maturanda relinquo.

RESOL. XVII.

An reus confugiens ad Palatium Episcopi, quod non sit intra confines, & quadraginta passus, sed longè ab Ecclesia distet, gaudeat Immunitate?

Et quid, si in illo non adsit Oratorium, in quo Diuinum celebretur Sacrificium?

Et notatur, quod hæc immunitas extenditur à las casas de algunos Embaxadores de la Corte. Ex part. 1. tract. 1. Resol. 27.

Sup. hoc in Resol. præterita §. Secundo priuilegium, & in Resol. seq. in Resol. 1. post seq. signanter in §. Tertio, quia, & in Resol. 20. §. 1. & suprà in Resol. 9. ex consequentia doctrinæ §. 1 & 2.

§. 1. NEgatiuè respondet Bobadill. *in Polit. to. 1. lib. 2. c. 14. n. 85.* qui *in gloss. lit. C.* ex Couarruuia *lib. 2. var c. 20. n. 5.* testatur de communi praxi & idem docet Ambrosin. *de immun. c. 10. n. 7.* & maximè non procederet, si in tali Palatio non adesset Oratorium, in quo diuinum celebretur Sacrificium. Et nouissimè docet hanc sententiam Martinus Bonacina *de leg. disp. 3. q. 7. §. 2. num. 8.* & Piasecius *in praxi Episc. part. 2. cap. 4. art. 8. n. 2.*

2. Sed contrariam opinionem amplexi sunt non ignobiles Authores, & inter illos noster P. Peregrinus *tract. de immun. cap. 4. num. 69.* vbi citat plures DD. quibus ego addo Megalam *in 2. p. lib. 4. cap. 2. quæst. 1. num. 36.* Franc. Leon. *in thesaur. fori eccles. p. 1. cap. 13. num. 14.* Gambacur. *de immun. libro 4. cap. 3. num. 7.* Azorium *part. 2. lib. 9. cap. 8. quæst. 5.* Marium Italiam *tractat. de immun. lib. 1. cap. 4. §. 9. num. 1. & seq.* Anastasium Germonium *de immun. sac. templ. lib. 3. cap. 16. num. 45. & seq.* Giurb. *cons. 10. num. 13.* & alios. Et ratio est: quia hæc immunitas concessa est ratione dignitatis personæ episcopalis, propter sanctitatem muneris, & dignitatis: sicut tota familia Episcopi, licèt laïca, gaudet intuitu eius priuilegio fori. Itaque dicendum absolutè, Palatium Episcopi, siue cum Capella, siue sine Capella, siue intra quadraginta passus, siue extra, gaudere ea immunitate, qua gaudet sponsa eius, Ecclesia: vnde Doctores contrarium sentientes non sunt audiendi; quia, cum causa immunitatis sit fauorabilis, non solùm delinquenti, sed etiam Ecclesiæ, minimè restringenda erit, sed potiùs ampliãda: & licèt res dubia sit, sciunt iam omnes, quòd in dubiis pro reo, & pro Ecclesia standum sit, per ea, quæ pulchrè notat Riccius *in Praxi. p. 2. resol. 42. num. 2.* Igitur nostra sententia omnino tenenda erit, & in praxi obseruanda. Notandum est etiam, quòd Villadiego *in Polit. cap. 3. num. 201.* extendit hanc immunitatem à las casas de algunos Ambaxadores de la Corte.

RESOL. XVIII.

An Palatia Episcopi vltra quadraginta passus ab Ecclesia distantia gaudeant immunitate, si non habeant Oratorium, in quo Missa celebretur?

Et an hæc Immunitas extendatur ad Palatia Episcopi, ipso mortuo, vel absente, dummodo non fuissent alteri locata? Ex part. 4. tract. 1. Resol. 96.

§. 1. PRo negatiua sententia *in p. 1. tract. 1. resol.* * 27. adduxi aliquos, quibus nunc addo Ambrosium *de immunit. Eccles. cap. 10. n. 7.* & nouissimè Elisæum Danza *in pugna Doctorum cap. 2. de immunit. Eccles. num. 1.* vbi sic ait: Cauti debent esse Episcopi, qui in eorũ palatio Episcopali vltra quadraginta passus ab Ecclesia habent Oratorium, siue Capellam, in qua Missa celebretur, hoc enim casu huiusmodi palatium Ecclesiæ immunitate gaudet, ita vt ad illud confugientes tuti sint. Ita ille.

* Quæ hic est Resol. antecedens, & in Resol. 1. post præteritam, cursim in §. Secundo priuilegium, & infra in Resol. seq. §. Tertio quia, & in Resol. 1. post seq §. 1. & suprà in Resol. 9. ex consequentia doctrinæ §. 1. & 2.

2. Sed non esse discedendum à sententia affirmatiua *vbi suprà* ego docui cum multis Doctoribus, & nunc iterum doceo cum Ludouico Correa *in select. de immunit. Eccles. part. 2. quæst. 8. n. 19.* Bellettto *in disquis. Cleric. part. 1. tit. de fauore Clericorum reali. §. 4. num. 35.* Alzedo *in praxi Episcop. part. 2. cap. 22. n. 77.* Gauanto *in enchir. Episc. ver. immunitas Ecclesiastica, num...* & me citato, tenet etiam hanc sententiam Io. Domin. Tassonus *in pragmat. de Antifato, ver. 13. obser. 3. num. 31.* & ratio est clara, quia iura & canones indistinctè domui Episcopi immunitatem concedunt, ergo non est restringenda ad palatia Oratorij habentia, quæ omnia Antonius Nouarius *in summa Bullarum, tit. de immunitate Eccles. nu. 10.* & alij, extendunt ad palatia Episcopi, etiam ipso mortuo, * vel absente, dummodo non fuissent alteri locata.

* Sup. his etiam cursim in Resol. seq. in fine §. Tertio quia & in aliis eius not.

RESOL. XIX.

An palatia Episcoporum gaudeant Ecclesia immunitate?

Et quid dicendum, si Palatium Episcopi non habeat Oratorium pro celebratione Missæ?

Et an hoc priuilegio gaudeant Palatia Episcopi, etiam si Episcopus sit absens, vel mortuus?

Et an domus Episcopi, quando in Visitatione per suam Diœcesim transcurrit, gaudeat hac Immunitate? Ex part. 6. tr. 4. Resol. 4.

§. 1. PRorsus negatiuam sententiam tenet Sarpus *cap. 4. fol. 41.* vbi ita asserit: Quod verò attinet ad Episcopi domum, non conueniunt inter se Doctores: multi namque ex eorum numero animaduertunt alio Canone statutum esse, vt Episcopus domũ suam Ecclesiæ proximam & adhærentem habeat: quare necessariò intra quadraginta passuum spatium esse debet. Et pro certo constituunt, Episcopi domum, si longiùs ab Ecclesia distat, nullam omninò immunitatem obtinere: cùm verò quadraginta passuum spatium in ciuitatibus & Castris non habeat locum; consequens est, vt Episcopi domus nullam pariter immunitatem habere possit. Ita ille.

2. Sed hæc opinio est contra Sacros Canones: nam *in cap. id constituimus 17. quæst. 4.* apertè dicitur, quòd ab Ecclesiæ atriis, vel domo Episcopi reos abstrahere omninò non liceat: & hic Canon fuit desumptus ex Concilio Aurelianensi sub Hormisda Papa

celebrato anno 1515. & absolutè loquitur; nec distinguit, si Palatium Episcopi situm sit intra spatium quadraginta passuum, necne. Ergo absolutè dicendum domos Episcoporum, in quocumque loco sitæ sint, gaudere Ecclesiarum immunitate.

3. Primò; quia, vt dictum est, expresè & sine vlla limitatione *in suprà citato cap. id constituimus*, conceditur domui Episcopali hoc priuilegium, igitur non est limitandum, cùm fauorabile sit & pium.

4. Secundò; quia si intra quadraginta passus deberet domus Episcopalis existere, vt hoc priuilegio gaudere, nulla ei specialis prærogatiua conceditur, quæ non concedatur cuilibet alteri domui Ecclesiæ, vel Cononicorum ibi existenti, vt suprà dictum est, cùm iis omnibus in probabilissima sententia hoc priuilegium concessum sit.

Supra quæ hic est Res. 7. Signanter §. Rectè. & in Res. 1. post seq.

5. Tertiò: quia tale priuilegium non conceditur, quia ipsa domus Episcopi deputata sit diuinis officiis; nulla enim talis est: neque quia Ecclesiæ adhæret, tanquam aliquid illius, aliàs cæteris domibus hoc esset priuilegium concedendum: sed conceditur in reuerentiam & decorem dignitatis Episcopalis, quæ est maxima dignitas in Ecclesia. Et ita tenent hanc sententiam Abbas, Archidiaconus, Ioannes Andreas, Zabarella, & alij quos citat, & sequitur Farinacius *de immunit. cap.* 17. *num.* 273. quibus adde Persicum *de offic. Sacerd. lib.* 1. *cap.* 9. *dub.* 11. *num.* 97. Fagundez *part.* 2 *lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 60. Quæ quidem sententia procedit, etiamsi palatium Episcopi non habeat oratorium pro celebratione Missæ, vt inter alios obseruat Gambacurta *lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 7. & ex Archidiacono Farinacius *vbi supra*, & alij penes me ipsum *in part.* 1. *tract.* 1. *resol.* 27. & me citato Ciarlinus *controuers. Forens. cap.* 116. *num.* 14. Giurba *consil.* 10. *num.* 13. Quod euidenter patet ex rationibus superiùs adductis: & hoc priuilegio gaudere domum Episcopi; etiam si sit absens vel mortuus, optimè docet Italia *lib.* 1. *cap.* 4. §. 9. *num.* 4. & 13. vbi ampliat etiam in domo Episcopi, quando in visitatione per suam Diœcesim transcurrit. Quod etiam docet & sequitur Farinacius *vbi supra*, *num.* 270. quicquid malè in contrarium asserat Peregrinus *de immunitat. cap.* 4. *n.* 79.

Quæ hic est suprà Res. 17. & in aliis eius not.

Sup. his in fine præced. tis Res. & infrà in tract. 7. Res. 49. §. Tum à simili. & in tom. 4. tra. 2. Res. 7. in tribus eius primis lin. & ad medium §. Vlt.

6. Restat modò respondere ad ea, quæ pro sua sententia adducit Sarpus; nempe à Sacris Canonibus impositum esse Episcopo habere domum proximam, & adhærentem Ecclesiæ. Respondeo primò his temporibus hoc non esse verum, vt patet in Cæremoniali Romano edito à Clemente VIII. *cap.* 2. vbi supponitur Episcopum posse habere domum in loco distanti ab Ecclesia. Adde quia illa iura priscis temporibus fuerunt publicata, quando Clerici habitabant vnà cum ipsomet Episcopo: & ideò illa iura præcipiunt, quod domus Episcopi non debet abesse ab Ecclesia maiori: sed quia nostris temporibus Clerici dispersim habitant quisque per se ipsum; ideò nihil refert, an domus Episcopi absit ab ipsa Ecclesia. Ita Italia *lib.* 1. *cap.* 4. §. 9. *n.* 1.

7. Vel etiam secundò respondeo hoc argumentum non conuincere: quia non quicquid fit contra ius, tollit immunitatem à iure concessam. Ita Bonacina *tom.* 2. *disp.* 3. *quæst.* 7. *punct.* 4 *num.* 11. & Castrus Palaus *tom.* 2. *tract* 11. *disputat. vnic. punct.* 6. *n.* 12. *in fine*. Sed quia post hæc scripta quæstio incidit inter viros doctos, quid dicendum sit de Palatio Episcopi Titularis, & quid de Palatio Episcopi extra suam Diœcesim commorantis, non grauabor hîc ea, quæ nunc meditatus sum apponere. Ideo quæro.

RESOL XX.

An palatia Episcoporum extra eorum Diœcesim gaudeant Immunitate?

Et an palatia Cardinalium extra Vrbem existentium dicta Immunitate gaudeant?

Et an Palatia Episcoporum etiam sine capella, & distantia ab Ecclesia extra 40. *passus gaudeant Immunitate.* Ex part. 4. tract. 1. Resol. 40.

§. 1. SAtis firmatum est *in part.* 1. *tract.* 1. *resol.* 27 palatia Episcoporum etiam sine Capella, & distantia ab Ecclesiis extra 40. passus gaudere immunitate, quod etiam docet Acugna *in decret. Gratiani part.* 1. *dist.* 87. *cap.* 2. *num.* 2. Correa *relect. de immun. part.* 2. *num.* 19. & Alzedus *in prax. Episc. part.* 1. *cap.* 12. *num.* 77. vt meliùs patebit *infrà*.

Quæ hic est suprà Res. 17. & in aliis eius not.

2. Sed difficultas est, an dicta immunitate gaudeant palatia Episcopi extra diœcesim? & negatiuè respondet Peregrinus *de immunit. cap.* 4. *num.* 73. Marius Italia *lib.* 1. *cap.* 4. §. 9. *num.* 19. & Antonius de Marinis *quotidian. resolut. cap.* 180. *num.* 12. Ratio est, quia Episcopus extra suam diœcesim nullam habet authoritatem, nec Pontificalia exercere potest.

Sup. hoc suprà in Res. 16. §. Ad secundum argumentum. quod Palatium.

3. Verùm contraria sententia potest suaderi, quia Concilium Aurelianense *in cap. id constituimus*, 17. *quæst.* 4. indistinctè asserit palatium Episcopi gaudere immunitate, neque hoc coarctat in eius diœcesi; & vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. Adde quòd cùm agatur de re fauorabili; vt in simili casu notat Germonius *de sacror. immunit. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 49. fauor extendi debet. Deinde, vt obseruat Gambacurta *lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 7. hæc immunitas concessa est loco, ratione personæ Episcopalis, propter sanctitatem muneris, & dignitatis; & ideo, vt diximus, palatium Episcopi gaudet immunitate, etiam sine Capella, & etiam extra quadraginta passus Ecclesiæ. Ergo in quacumque parte fuerit Episcopus, ratione eius personæ, cuius intuitu concessum fuit hoc priuilegium, gaudere debet immunitate eius palatium. Nec valet argumentum Peregrini; nam licèt Episcopus in aliena diœcesi non possit exercere Pontificalia, attamen dignitas eius personæ, etiam in tali loco, magnam habet reuerentiam & authoritatem. Vnde Episcopus alium Episcopum in sua diœcesi debet valde honorare, & particularem reuerentiam exhibere, & in loco eminentiori, & in propria sede collocare, etiamsi qui suscipit, Cardinalis sit, & qui suscipitur, non: vt habetur *in cap. Episcopi* 7. *quæst.* 1. & docet Mauricius Alzedus *in praxi Episcop. part.* 1. *cap.* 6. *num.* 11. vbi citat Chassaneum, & Zerolam.

4. Sed his non obstantibus, an hæc opinio sit probabilis, aliis iudicandum relinquo; certum tamen apud me est, palatia Cardinalium extra Vrbem existentium dicta immunitate gaudere, vt tenet Antonius de Marinis *loco cit.* Marius Italius *lib.* 1. *cap.* 4. §. 9. *num.* 22. & 23. quicquid in contrarium asserat nouissimè Castrus Palaus *tom.* 2. *disp. vnica de immun. Eccles. punct.* 6. *num.* 23.

Sup. hoc suprà in Res. 14. 15. & 16. §. Secundo Palatia. & infrà in tr. 3. Res. 10. §. Ad id. alin. 6.

RESOL. XXI.

An domus Parochorum, Canonicorum, & aliorum Ecclesiasticorum existentes prope triginta passus Ecclesiæ gaudeant eius Immunitate, etiam si habitentur à laicis?

Et

Et notatur, quod nomine Passus intelligitur mensura quinque pedum; pes autem amplectitur mensuram quindecim digitorum. Ex part. 3. tract. 1. Resolut. 71.

Sup. contenta non hac Resol. sup. in Resol. 7. §. Recte. & segg.

§. 1. NEgatiuè respondent Peregrinus *de immun. c. 4. n. 27.* Farinac. *in appen. cap. 16. n. 260.* & Marius Italia *lib. 1. cap. 4. §. 6.* quia hæc consuetudo est in contrarium, & ideo asserit Villalobos *in summa tom. 2. tract. 39. difficul. 5. n. 3.* quòd licet secundùm iura [Esta concedida esta immunidad no solo à las Yglesias sino tambien quarẽta passos rededor de la Yglesia Matriz, y treynta passos al alrededor de las demas, mas dize Couarruuias, quæ y a por la costumbre hà cassado esto quanto à las Yglesias que estan edificadas en las Ciudades, y que solo lo queda en las que estan edificadas dentro de los muros de los castillos.] Ita ille.

2. His tamen non obstantibus aliqui affirmatiuè respondent ad propositum dubium, & asserunt supradictas domus gaudere immunitate, quamuis eas inhabitent laici, & ita hanc sententiam tenet Decianus *in tract. crimin. lib. 6. cap. 25. num. 16.* Ambrosinus *de immun. cap. 10. n. 8.* & nouissimè Bonacina *tom. 3. disp. 2. q. 3. punct. 16. §. 4. num. 7.* quia immunitas est veluti accidens morale loco affixa, locatio autem est actio extrinseca loco; tum quia sequeretur in potestate locatoris esse auferre, vel concedere loco immunitatis priuilegium; tum quia immunitas concessa est loco sacro, & existentibus in tali loco: per accidens autem est, vt in tali loco habiter potius conductor, quàm dominus directus, vel vtilis, tum quia loca sacrà immunitate gaudent, exceptis casibus expressis; hic autem casus nullibi expressus, & exceptus reperitur; ergo, &c. hæc omnia docet doctus Bonacina, *vbi suprà*, qui etiam optimè notat, quod nomine *passus* intelligitur mensura quinque pedum, pes autem complectitur mensuram quindecim digitorum, & hoc etiam notauit Farinacius *vbi suprà n. 186* & Tuschus *tom. 4. littera I. concl. 59. num. 2.* & alij, ad consuetudinem verò quam in contrarium asserunt aliqui, respondeo Gregorium XIV. damnare supradictas consuetudines; ergo, &c.

RESOL. XXII.

An Collegium de propaganda Fide, & similia gaudeant Ecclesiæ Immunitate?

Et an Seminaria gaudeant priuilegio Immunitatis?

Et an rei confugientes ad Ecclesiam, & tangentes tantum eius parietes exteriores gaudeant Immunitate Ecclesiæ?

Idem est de tangentibus murum extrinsecum dictarum domorum, hortorum, Seminariorum, &c.

Et cursim docetur tectum Ecclesiæ Monasteriorum Immunitate gaudere.

Et an sub nomine Grangiæ Religiosorum intelligatur Villa etiam illa cum Capella, in qua Religiosi recreationis causa, & gratia adeuntes, vel ibi commorantes celebrant, vnde reus confugiens ad dictam Capellam gaudeat Immunitate Ecclesiæ. Ex part. 10. tract. 15. & Misc. 5. Resol. 38.

Sup. hinc cursim & recitatiuè in Resol. 6. §. Vlt.

§. 1. INterrogatus de hoc casu affirmatiuè respondi, quia si Seminaria gaudent hoc priuilegio: ergo & hoc Collegium. Probo consequentiam, quia si Seminarium est erectum auctoritate Episcopi, hoc est erectum auctoritate Papæ. Si in Seminariis exercentur opera pietatis, similiter & in hoc, imò maiora: nam omnes in illo commorantes studeant ad propagandam catholicam Religionem in vniuerso orbe. Adde, quòd in dicto Collegio adest Ecclesia cum ianua in platea publica, in qua commorantes in diebus festis canunt Missam solemnem; & Vesperas. Quod autem seminaria gaudeant priuilegio Ecclesiæ tradit in terminis Guazzinus, *vbi infra*; *num. 70.* Sperellus, *tom. 1. decis. 63. num. 9.* Bonacina, *tom. 2. d. 3. quæst. 7. puncto 4. num. 20.* Riccius *in praxi, tom. 3. resol. 412.* Nouarius *in praxi Elect. fori. sect. 1. quæst. 42. num. 13.* Leone *de censuris Recollect. 4. verb. extrahentes*; *fol. 319. col. 1.* Paz Iordanus *in var. Elucubrat. tom. 2. l. 11. tit. 3. num. 212.* Trullench *in Decal. tom. 1. l. 1. cap. 11. dub. 1. num. 7.* Peregrinus *de immunit. cap. 4. num. 67.* Genuensis *in praxi Archiep. cap. 17. num. 10.* vbi testatur, quod fuit anno 1601. restitutus domui furni Seminarij Neapolitani, quidam homicida qui confugerat ad eam, & propriè ad furtum se contulerat ingrediens per ianuam magnam dictæ domus, quæ est à parte viæ publicæ, non à parte Seminarij, quia negari non poterat quin dicta domus esset Seminarij; & sic loci pij. Sic ille.

Sup. hoc suprà in Resol. 10. §. Ad argumentum. & in Resol. 11

2. Nota hic obiter me olim docuisse reos confugientes ad Ecclesiam tangentes tantum eius parietes exteriores gaudere immunitate, & præter Doctores à me alibi adductos hanc sententiam me citato tenet Barbosa *in Votis, tom. 2. lib. 3. voto 127. num. 42.* Trullench. *in Decal. lib. 1. cap. 11. dub. 1. num. 4.* Escobar Iesuita *in Theol. Mor. tract. 6. exem. cap. 2. num. 34.* Thomasius *Decade 4. tract. 1. de Immunit. Eccles. num. 182.* Ciarlinus, *tom. 2. cap. 97. num. 2. & 23.* & me citato Pellizzarius *in Man. Regul. tom. 2. tract. 8. cap. 5. sect. 1. num. 5.* Leone *de Cens. Recollect. 4. verb. extrahentes fol. 318. col... circa finem.* Franciscus Zipæus *de Iurisdict. Eccles. lib. 1. cap. 34. num. 3.* Iordanus *in Var. Elucubrat. tom. 2. lib. 11. tit. 3. num. 188.* & nouissimè me citato Paulus Guazzius *in tract. de defensione animarum, lib. 2. defens. 1. cap. 13. num. 71.* vbi sic ait; Quæres an muri extrinseci dictarum domorũ, hortorum, Seminariorum, &c. gaudeant immunitate? Vnde qui ad eos confugeret tangendo, & toto corpore adhærendo, sit immunis? & respondeo affirmatiuè: domus enim tota fabrica, tam extrinsecus, quàm intrinsecus dicitur; vnde adhærere domo dicitur qui muris eiusdem, licet extrinsecus adhæret, sicuti à simili dicitur de illo qui amplectitur muros extrinsecos Ecclesiæ. Ita ille. Et quidem id communiter asserunt Doctores, quod tectum Ecclesiæ Monasteriorum immunitate gaudet, quia vna, & eadem res censetur cum tota domo, ergo si tectum, etiam muros dicendum est gaudere dicta immunitate: domus enim nedum ex solo, sed ex superficie etiam constat, vt dicit text. *in l. eum qui in princ.* & ibi *glossa, ff. de vsurpat.* Nota hic obiter, nouissimè Eminentissimum Cardinalem de Lugo, *in responsionibus mor. lib. 3. d. 16. per totum*, docere ad effectum gaudendi immunitate sub nomine Grangiæ intelligi Villam etiam illam cum Capella in qua Religiosi recreationis gratia adeuntes, vel ibi commorantes celebrant. Vnde reus confugiens ad dictam Capellam gauderet immunitate. Et sic testatur accidisse in praxi; Vide etiam Quintanaduenam *in Theol. Mor. tom. 1. in Repert. tract. 1. dub. 7.*

Sup. hoc suprà in Resol. 6. §. Sed de his breuiter, post medium.

Sup. hoc suprà in Resol. 10. §. Quod aurẽ. & prope finẽ, Resol. 11. & in tom. 7. tract. 1. Resol. 340. recitatiuè in fine. Ad sufciendã hanc doctrinam lege suprà ex Resol. 8. §. Et tandem, post mediũ, & alias Resol. eius annot.

RESOL. XXIII.

De aliquibus Ioannis Sancij opinionibus circa Immunitatem Ecclesiarum. Ex part. 1. tract. 1. Resolut. 39.

Supr. quatuor primis casib. huius textus, infra in Resol. 24. 29. 77 & 206, & in aliis earũ annotationum.

§. 1. NOuissimè hic Authore edidit suas *Selectas disputationes*, vbi *in disp. 44. n. 52.* docuit, posse Iudicem sequi has opiniones probabiles, & extrahere reum ab Ecclesia, in his casibus. Primò, si sit blasphemus. Secundò, si occidat Clericum. Tertiò, si é manibus satellitum eripiatur, & ad Ecclesiam confugiat. Quartò, si committat delictum in Ecclesia; nam in hoc casu putat non gaudere, etiam in aliis delictis, extra Ecclesiam peractis. Quintò, si exiret ab Ecclesia, committendi criminis causa; putat etiam non gaudere Ecclesiæ immunitate. Sed Confessarij cautè legant hæc omnia: nã loquitur in terminis iuris communis, & in Hispania, vbi, vt *suprà* notauimus, Bulla Gregoriana non est vsu recepta; & ideò, quidquid sit de probabilitate dictorum casuum, stante supradicta Bulla, reus, *vt suprà*, immunitate Ecclesiarum gaudebit.

Sup. in Resol. quæ hic est infra 60. §. Sed ego, & in alia Resol. eius not.

RESOL. XXIV.

An qui commisit grauia delicta extra homicidium, & multilationem in Ecclesijs, vel cœmeterijs gaudeat hac Immunitate? Ex part. 1. tract. 1. Resol. 2.

Sup. hoc in Resol. præterita, & in Resol. seq. §. Vnde. prope finem, & in Resol. 1. post seq. & signanter infra in Resol. 28. per totam. & in fine Resol. 32. Sed lege eam per totam.

§. 1. NEgatiuè respondet Gambacurta *lib. 5. cap.* 18. & Villadiego *in Polit. cap. 3. num. 206.* Tannerus *in 2. 2. disp. 5. q. 8. dub. 1. num. 16.* & ante Bullam Gregorij, quod non miror, hoc etiam docuerat Suarez *de Relig. tom. 1. tract. 2. lib. 3. cap. 11. num. 6.* Raphaël de la Torre *in 2. 2. tom. 2. q. 99. art. 3. disp. 7.* Barbos. *in Collect. tom. 1. lib. 3. tit. 49. cap. 10. num. 4.* Ioan. de Heuia *in Curia Philip. p. 3. §. 12. num. 20.* Graff. *tom. 1. lib. 3. conf. vnico, num. 10. & 18. de immunit. Eccles.* & Portel. *in dubijs regul. verb. Eccles. immunitas num. 15.*

2. Sed contrariam sententiam, post dictam Bullam, amplectendam esse censeo: & ita, committentes in Ecclesijs stupra, sodomias, monetam falsam, & similia, gaudent immunitate Ecclesiæ, licèt tales delinquẽtes sint à Iudice ecclesiastico puniendi ratione loci & delicti; seu cõsulto priùs Romano Põtifice, poterũt etiã tradi Curiæ sæculari, si delictũ esset atrocissimum. Ita docet P. Peregrinus *in tract. de immunit. Eccles. cap. 6. num. 23.* Riccius *part. 5. collect. 1792.* vbi asserit, per nostrã Bullam correctum esse *cap. fin. de immunit. Eccles.* Bonacina *de legibus, disp. 3. q. 7. §. 4. num. 12.* Farinac. *de immunit. Eccles. cap. 16. num. 208. & 209.* P. Megala *in 3. part. lib. 4. cap. 2. q. 1. num. 15.* & nouissimè ex Societate Iesv P. Scortia *in Bull. Pont. epit. 153. Theor. 385.* Vnde non est audiendus Reginald. *in prax. tom. 1. lib 9. cap. 16. num. 38. in fine.* Et ratio est: quia, vt suprà diximus, priuatio immunitatis non est extendenda ad casus in Bulla non expressos, sed in dicta Bulla excipitur tantùm homicidium, & membrorum mutilatio, ergo non est trahenda ad alia, licèt enormia delicta. Hanc etiam sententiam docuit Iurisconsultus Gratianus *in discept. forens. tom. 2. c. 380. num. 28.* & alij communiter; quidquid in contrarium asserat Zipæus *in Iure nouo can. lib. 3. de immunit. Eccles. num. 10.*

Sup. in Resol. quæ hic est sup. Resol. 3.

RESOL. XXV.

An post Bullam Gregorij XIV. gaudeat quis Immunitate Ecclesiarum, si committat aliquod delictum enorme non exceptuatum in dicta Bulla?

Et in textu huius Resolutionis adducuntur aliqui diuersi casus pro praxi supradictæ quæstionis. Ex part. 5. tit. 1. Resol. 2.

Sup. hæc in Resol. seq. & lege Resol. præteritam, & alias eius primæ not.

§. 1. NEgatiuam sententia m docet Cutellius *in leg. Martini, cap 17. num 5.* vbi sic ait: Citra casus in Gregoriana contentos, semper in re graui, quæve eximiam habere facinoris atrocitatem, existimem rescribendum esse Summo Pontifici, ne protectione Ecclesiæ releuentur, ac interim custodiendos supplices, nisi fortè atrociora essent expressis ac iure communi excepta, tunc enim cum Gambacurta, & aliis quamplurimis negandam fore supplicibus immunitatem putarem, nam quæ Diana speciali tractatu aduersùs hæc comminiscitur, grauioribus Interpretibus increpatis, decreta illa vt pœnalia amplianda non esse, cùm maximè per illa ius commune corrigatur, ex iuris ignoratione procedit. Sic ille. Sed in his verbis Cutellius non solùm mihi, sed etiam sacræ Eminentissimorum Cardinalium Congregationi notam ignorantiæ inurit: nam Petrus Gambacurta, vir alioqui doctus, quia docuit hanc opinionem, quam contra me docet Cutellius, fuit à sacra Congregatione inter authores prohibitos annumeratus, vt patet ex Decreto tenoris seq. Decretum sacræ Congregationis Illustr. S. R. E. Cardin. à SS. D. N. Gregorio Papa XV. sanctáque Sede Apostolica, libros omnes infra scriptos sacra Congregatio S. R. E. Cardin. ad Indicem deputatorum, vt damnatos, ac prohibitos omnibus, & singulis publicari censuit, sicuti præsenti Decreto eos penitus damnat, ac prohibet vbicumque, & quouis idiomate impressos, aut imprimendos, mandans sub singulis, & quibuscumque ordinariis pœnis in Indice librorum prohibitorum contentis, ne eos aliquo modo in posterum vel imprimere, vel legere, vel apud se etiam retinere audeant; sed vt statim si quos illorum habuerint, Inquisitoribus, seu locorum Ordinariis à presenti Decreti notitia exhibeant: libri autem sunt, videlicet *Achmetis Oniroeritica cum Notis Nicolai Regalij. &c. Petri Gambacurta Commentar. de immunitate in constitutionem Greg XIV. libri octo, &c.* In quorum fidem manu & sigillo Illustris. & Reuer. Cardin. Barberini præsens Decretũ, signatũ, & munitum fuit. Romæ sub die 17. Iulij 1634. *M. Card. Barberin.* locus sigilli. †. *Fr. Franciscus Magdalenus* Ord. Præd. Secret. Romæ ex Typographia Rom. Cam. A. post. M. DC. XXXIII. Videat modò Cutellius stante hoc Decreto, si cõtra me opiniones Gambacurtæ tutò defendere possit. Dicendum est igitur Bullam Gregor. XIV. de immunitate Ecclesiarum corrigere jus commune: vnde omnia alia delicta, licet enormia in dicta Bulla non exceptuata gaudebunt dicta immunitate, neque ego docui hanc sententiam ex ratione, quam adducit Cutellius, sed ex verbis luce meridiana clarioribus appositis à Summo Põtifice Gregorio in dicta Bulla, & ex alia Bulla Clem. VIII. *die 6. Februar.* 1597. directa ad Archiepiscopum Panormitanum Didacum de Haëdo, & ex aliis rationibus à me adductis *in 1. part. tract. 1.* * *resol. 1.* ad quas ne verbo quidem respondit Cutellius, & ideò nostram sententiam præter 18. Doctores quos in dicta resolutione citaui, tenet etiam Elisæus Danza *in pugna Doctorum, tom. 1. tit. de immunit. Eccles. c. 7. num. 15.* Marcellus Vulpe *in praxi fori Eccles. cap. 3. num. 3.* & Ioannes Anton. Nouarius *in summ. Bullar. tit. de immunit. Eccles. num. 3.*

Sup. hoc in Resol. not. seq.

* Quæ hic est sup. Resol. 3. & signanter §. vlt. & infra in Resolut. 58, §. Sed tu, &c.

2. Vnde ex dictis patet decisio illius quæstionis, an Sodomita gaudeat immunitate Ecclesiastica? & negatiuam sententiam contra me docet Cutellius *vbi suprà*, & contrarium, quod ego asserto, putat absurdum esse, ac oculis legentium deforme: sed more suo excedit in his verbis: Dico igitur nefandi crimen atrocissimum esse; ramen quia non est de exceptuatis in Bulla Gregoriana, gaudet Ecclesiæ immunitate; &

Alibi in Res. quæ hic est infra 59. & in Resol. 27. Quarto quæro.

& ita hanc sententiam præter Doctores quos alibi contra Reginaldum citaui, non solùm in terminis Bullæ Gregorianæ, sed etiam in terminis iuris communis, docet Sanchez *in opusc. tom. 2. lib. 6. cap. 1. dub. 10. num. 2.* Quia, ait ille, *in cap. inter alia, de immunitate Eccles.* quantumcumque grauia delicta perpetrauerit, non est reus ab Ecclesia arcendus, nisi in casibus duobus, ibi exceptis. Et sic Panormit. *ibi num. 17.* dicit decisionem illius capitis non esse extendendam ad alios casus. Idem Antonius Gomez *tom 3. var. cap. 10. num. 2.* & Bossius *tit. de captura, n. 32.* dicitur conclusum esse in Senatu, quòd nec etiam pro crimine læsæ Maiestatis potest extrahi; & sic quantumvis crimen graue sit vltra ibi excepta, non est extrahendus: & Montalvus *part. 1. tit. 21. lib. 4.* dicit, in nullis aliis casibus vltra ibi exceptos debere extrahi, quia immunitas, & fauor Ecclesiæ debet amplè intelligi; & Marianus Zozinus *tr. de citationibus, art. 17. num. 39.* dicit quòd secundùm Doctores, illi tres casus excepti non extenduntur ad similes, & Faber *§. fin. Instit. de his qui sunt sui, vel alieni iuris, n. 2.* dicit quod iure Canonico omnes gaudent immunitate Ecclesiæ, exceptis casibus dicto capite inter alia positis. Huc vsque Sanchez, quem ego citaui *in part. 4. tra. 1.** *resol. 45.* cum Castro Palao, & aliis, quibus nunc addo Elisæum Danza *in pugna Dominorum. tom. 2. tit. de immunit. Eccles. c. 4. n. 10. & seq.* qui hanc sententiam non solùm in laico, sed etiam extendit in Clerico sodomita, & sequitur Ioannes Maria Nauarrus *in sum. Bullar. tit. de immun. Eccl. n. 4.* etiamsi crimen sodomiæ commissum esset in Ecclesia, quia in dicta Bulla Gregoriana excipiuntur tantùm crimen homicidij, & mutilationis, si committantur in Ecclesia: ergo, &c. Credit tamen Farinac. *de immun. c. 6. n. 98.* quòd si huiusmodi Clericus deliquisset iuxta terminos constitutionis Pij V. quod indubitanter Papa, si fuisset requisitus, illam concederet, sicut potest & solet aliquando concedere in delictis grauioribus, licet non exceptuatis in Bulla Gregorij XIV. vt per eundem Farinacium *vbi supra n 346. & seq. patet.*

* Quæ hic est inf. Res. 59. & in alio huius annot.

Sup. hoc supra in Res. 21. & 24. & in aliis eius annotationum, & infra in Res. 28. pertotam.

3. Notandum etiam est hîc Cutellium *ad legem Federici, cap. 72. not. 81. num. 1.* contra me docere, infideles non gaudere immunitate Ecclesiarum, asseritque meam sententiam nullo fundamento posse tueri. Sed tu ne deseras videre me ipsum; non solùm in loco à Cutellio citato, sed etiam *in part. 4. tract. 5. resolut. 50.* vbi solida inuenies fundamenta pro hac stabilienda sententia, quam nouissimè cum 12. Doctoribus tenet etiam Barbosa *de iure Eccles. lib. 2. cap. 3 num. 44.* vbi testatur ita declarasse mense Februario anno 1631. sacram Congregationem Immunitatis, quam tanquam oraculum in his materiis iurisdictionalibus. SS. D. N. Vrbanus Papa VIII. toti Christianitati constituit. Ab hoc puro fonte, mi Cutelli, haurienda est aqua, & tu tamen sententias, quas ego ex sacris Cardinalium Congregationibus doceo, nunc vocas reprobas, modò ais procedere ex iuris ignoratione, nunc asseris nullo fundamento posse tueri. Terribilis quidem opinionum qualificator esses, si in nostro sacro Tribunali ob in illud benè merita, vt moris est, ad id munus admittereris.

Sup. hoc infra in Res. 41. 44. 45. & 46. & Vlt. & in alijs eius annotationum.

4. Notandum est tamen hic obiter Barbosam *loco citato* inter authores, tenentes infideles non gaudere immunitate Ecclesiastica, me etiam annumerare, sed, vt visum est, ego contrarium docui, voluit credo, doctus & amicissimus vir me inter auctores affirmantes ponere, sed posuit inter negantes, quod non semel accidit ex abstractione speculationis in componendo.

RESOL. XXVI.

An Immunitas Ecclesiarum neganda sit aliquibus reis, etiamsi non commiserint delicta in iure exceptuata?

Et an Clerici gaudeant Immunitate Ecclesiarum vt tales?

Et an Sacerdos. v.g. indutus cottâ, & stola extra Ecclesiam, præcedente cruce ad efferendum defunctum, vel Sacramentum Extremæ Vnctionis vel Eucharistiæ ad infirmum, possit capi à satellitibus de licentia Episcopi? Ex part. 6. tract. 1. Res. 25.

Sup. hoc in Res. præterita & vide etiam Res. primam post præteritam, & alias eius primæ not.

§. 1. EX pluribus resolutionibus supra positis clarè apparet Sarpum affirmatiuam tenere sententiam, & ideò *fol. 55* sic tandem asserit. Multa retuli; quæ sigillatim solent frequenter accidere, vt ex iis generatim colligi possit sacrorum se locorum immunitate eos defendere non posse, qui quæuis alia grauia, atque enormia delicta commiserint: etenim aut iisdem, aut maioribus etiam de causis, quas suprà recensuimus, quodcùmque aliud graue delictum complectuntur. Et ex Farinacio, & Nauarro, testatur Romæ immunitatem Ecclesiarum vsu receptam non esse, nisi in leuioribus delictis; quod à Pontifice permittitur, ne iustitia opprimatur; & publica quies & tranquillitas perturbetur. Et addit, quòd nemo sanæ mentis credere poterit Summos Pontifices id iuris cæteris Principibus non concedere, quod publicè cõuenit tranquillitati, & ab ipsis in eorum ditione necessarium iudicatur. Quare tandem subdit Ecclesiarum immunitatem, cùm statuta fuerit ob delicta, quæ nullo consilio, sed impetu quodam fiunt, & ad refugium miserorum; non debere Ecclesias ipsas Latronum speluncas efficere, & eorum receptaculum, qui atrociora facinora perpetrauerint: ideóque satis superque esse, si iudices inferioris subsellij, qui leuiora delicta iudicant, eam obseruant; sed Maiores iudices in atrocioribus ea non teneri. Huc vsque Sarpus.

2. Sed contrariam sententiam tenendam esse puto, etiam in terminis iuris communis, vt nos suprà in discussis quæstionibus probauimus: & ratio est clara, quia *cap. inter alia*, priùs dicit. Quantumcumque grauia maleficia, perpetrauerint; & postea addit in particulari duas illas exceptiones, nisi publicus Latro fuerit vel nocturnus depopulator agrorum, &c. Ergo non licèt contra Sarpum ad alia omnia crimina æquè grauia illas extendere; aliàs non esset exceptio, sed destructio Regulæ. Cùm ergo ius commune in aliquibus locis constituat vniuersalè Regulam, & quasdam exceptiones addat, sequitur confirmare Regulam quoad omnia crimina non excepta, ex illo Axiomate communi, quòd Exceptio firmat Regulam in contrarium quoad casus non exceptos, satis patet ex *l. nam quod liquidè, §. final. ff. de Procurat. legit.* & ex *l. quæsitum, §. denique, ff. de fund. instruct.* & ex *cap. domus 32. quæst. 7.* & notat Surdus *in consil. 430. num. 7. lib. 3.* Bartolus *in dict. l. quæsitum. §. denique, ff. de fund. instruct.* Romanus *singul. 337. num. 8.* Gratus *resp. 155. n. 6. lib. 2.* Giurba *cons. 110. n. 18.* Gratianus *disceptat. forens. cap. 598. num. 17. &* 18. & determinauit sacra Rota coram Ludouisio *decis. 259. num. 4.* & alij. Vnde à regula generali posita *in d. cap. inter alia*, non est discedendum: nam à regula non est discedendum, vbi exceptio minimè posita est; vt patet ex *l. prauaricationis ibi*: quia neque lege aliqua de hac re actum est, neque Senatusconsulto. *de prauaricat.* & docuit Sacra Rota penes Farinacium *part. 4. decis. 688. n. 3.* Caputaquens. *part. 2. decis. 367. num. 2. & 3.* & ideò dicit Bartolus *in l. in*

fraudem, §. *bonorum*, *ff. de testament. militari*, quem sequitur Monaldus *consil.* 96. *num.* 3. *volum.* 2. quod exceptio, quæ à lege non fit, neque ab homine fieri debet. Cùm igitur ius commune constituat regulam generalem, quòd delinquentes pro quibuscumque delictis debeant gaudere Ecclesiarum immunitate, & excipiat aliquos casus, in non exceptuatis standum est regulæ: quia qui habet regulam pro se, fundatam habet suam intentionem in casibus non exceptis, per gloss. *notab. in cap.* 1. *de regul. iur. in* 6. *circa finem*, & ex gloss. *in l. omnis definitio*, *ff. de regul. iur.* Et ita hanc nostram sententiam in terminis iuris communis tradit Guttierrez *in part. quæst. lib.* 3. *quæst.* 4. *num.* 12. & 13. Cartarius *decis. criminal.* 9. *n.* 14. & 15. Castrus Palaus *tom.* 2. *tract.* 11. *disp. vnic. punct.* 10. *num.* 4. Farinacius *de immunit. cap.* 22. *num.* 353. & alij penes ipsos.

3. Nec valet dicere in fauorem Sarpi, Decianum *lib.* 2. *cap.* 28. *n.* 20. & alios docere, quòd ex identitate rationis constitutio pœnalis potest extendi ad alios casus similes. Nam respondeo, quòd hoc non procedit, vbi agitur de præiudicio causæ fauorabilis, prout est immunitas Ecclesiarum, & ita docet ex Alexandro, & Romano, Farinacius *de immunit. cap. vlt. n.* 355. & post illum Castrus Palaus *loco citato*, & alij.

4. Sed hæc quæstio non habet difficultatem post constitutionem Gregorianam, vt patet primò ex illis verbis. Ita ad vnam tantùm formam reducimus, &c quia dicta dictio taxatiua, *tantùm*, de sui natura impedit extensionem ad non expressa, ex *l. properandum*, §. 1. *C. de iudic.* & ex *l. si cum exceptio*, §. *quod si homo*, *ff. quod met. caus.* Et quando adiecta est orationi affirmatiuæ, vt in dicta constitutione, affirmat illud quod ponit, & excludit ac negat omne illud, quod est extra modum & formam eius quod ponitur, ex *l. Iulianus, & l. non tantùm*, *ff. de petit. hæredit.* & ex *l. qui aliena*, §. *libertos. ff. de negot. gest.* vt obseruat Viuius *decis.* 380. *nu.* 11. *lib.* 2. Francus *decis.* 123. *num.* 4. Surdus *decis.* 192. *num.* 10. Seraphinus *decis.* 257. *num.* 2. & alij. Deinde aliquorum casuum exceptio in dicta constitutione efficitur per modum formæ, vt constat ex illis verbis. Ad vnam tantùm formam reducimus: sed certum est, quòd formæ nihil addi, vel minui potest, sed esse ad vnguem obseruandam, *ex l.* 1. §. *opus nouum. ff. de nou. oper. nunciat.* Baldus *in l. quoties*, *C. de fuis, & legitim.* cum aliis Doctoribus communiter. Ergo, &c.

Sup. hoc supra in Res. 3. per totam, & signanter §. Sed prorsus. & infra ex doctrina Res. 59. §. 2. alias 4. Vers. nam.

5. Secundò probatur: quia in dicta Bulla apponitur, sublata eis & eorum cuilibet, &c. quæ quidem omnem prorsùs extraneam interpretationem & extensionem resecat atque repellit, vt notat Decius *consil.* 16. *num.* 2. *lib.* 1. Aymon *consil.* 201. *num.* 43. Puteus *decis.* 50. *num.* 5. *lib.* 1. Farinacius *consil.* 76. *num.* 14. Peregrinus *de immunitat. cap.* 16. *num.* 44. Et ideò ex supradictis rationibus, & multis aliis post constitutionem Gregorianam omnia crimina præter exceptuata in dicta Bulla, gaudere immunitate docent communiter Doctores, Maranta *in controuers. iur. p.* 2. *resp.* 36. *num.* 29. Giurba *consil.* 110. *num.* 15. & *consil.* 6. *num* 17. Ambrosinus *de immunitat. cap.* 1. *num.* 5. & 6. Farinacius *cap.* 22. *num.* 355. Nouarius *in summa Bullarum. tit. de immunit. num.* 55. Castrus Palaus *tom.* 2. *tract.* 11. *disp. vnic. punct.* 10. *num.* 2. Cartarius *decis. crimin.* 46. *num.* 3. & *seq.* Sperellus *in decisionib. fori Ecclesiast. decis.* 22. *num.* 8. Peregrinus *de immunitat. cap.* 6. *num.* 3. & *seq.* Cæsar Loccatellius *in Breuiar. de Tortura*, *inspect.* 5. *num.* 159. Antonius de Marinis *in quæst. resolut. cap.* 170. *num.* 10. Ciarlinus *in controuers. forensibus capit.* 4. *num.* 23. Bonacina *tom.* 2. *disput.* 3. *quæst.* 7. *punct.* 5. *num.* 1. & alij penes ipsos. Ex qua communi doctrina patet corruere ea, quæ contra me nominatim docet Marius Cutellius *in suo Cod. Legum Sicularum, ad leges Martini Regis, cap.* 17. *num.* 5.

6. Restat igitur satis probatum contra Sarpum, reos pro quibuscumque delictis etiam enormibus, & attrocissimis gaudere Ecclesiarum immunitate; si non sint inter crimina à iure exceptuata, quæ quidem etiam non sũt vllo modo ad casus similes extendenda.

7. Nec obstat id, quod asserit Sarpus ex Farinacio, & Nauarro, Romæ solùm in delictis leuioribus reos gaudere Ecclesiarum immunitate: nam hoc est falsum, spurcúmque mendacium. Et ideò adducam hîc ipsum Farinacium se retractantem, & contra Nauarrum insurgentem *in Appendice, de immunit. cap.* 2. *num.* 17. vbi sic ait. Et in vrbe, quòd Ecclesiastica immunitas non habeat locũ aduersùs iudices sæculares Papæ, testatus fuit Nauarrus *in Manuali. cap.* 25. *num.* 16. Quod & idem testatus fui *quæst.* 26. *num.* 24. quam testificationem typis mandaui, fidem Nauarri sequutus, & longè antequam Officialis in Vrbe extitissem: sed postquam locumtenentis Cardinalis Sanctissimi D. N. & successiuè Procuratoris fiscalis generalis officiis functus fui, hanc corruptelam in Alma vrbe non vigere reipsa comperi: quia reos ad Ecclesiam propter gratia delicta confugientes officiales nunquam extrahunt, nisi de licentia Summi Pontificis, & ita ego sæpiùs expertus sum, & practicaui. Nec mirum est si Nauarrus in hoc allucinatus est, quia huiusmodi licentiæ per Summum Pontificem ore tenus officialibus conceduntur. Ita Farinacius. Et ideò cessat argumentum à simili, quod faciebat Sarpus, nempe quòd sicut ratione boni reiminis Pontifex in vrbe non obseruat iura circa immunitatem Ecclesiarum; sic etiam id concedere Principibus Laicis dicendum erit.

8. Sed dato & non concesso, quòd Pontifex in vrbe dictam immunitatẽ nõ nisi pro leuioribus delictis obseruaret; non exinde inferri potest licere hoc etiam alios Prineipes efficere; nam speciali ratione id Papæ licitum esset propter Principis, qui legem tulit, præsentiam; qui propterea secundum contingentiam, & diuersitatem casuum potest ore tenus prouidere, concedere & non concedere immunitatem: quæ quidem ratio fundatur *in l. præsenti*, *C. de his qui ad Eccles. confug.* dum Imperator facta generali prohibitione, quòd nullus de Ecclesia extrahi, aut expelli possit, declarat hanc prohibitionem vbique seruandam, præterquam in Ciuitate Constantinopolitana, in qua ipse Imperator regebat; sed lex ista nulla fuit ex defectu potestatis. Igitur dicendum est omnino contra Sarpum in Vrbe Romana punctualiter obseruari constitutionem Gregorij XIV. circa immunitatem Ecclesiarum. Et tandem ad id, quod idem Sarpus hoc loco asserit, & alibi exaggerat; si enormia delicta gauderẽt immunitate, Ecclesias ipsas Latronum spelucas efficiendas esse, & eorum receptaculum, qui atrocia facinora perpetrauerint. Respondet Guttierrez *in pract. quæstionib. lib.* 3. *quæst.* 3. *n.* 9. & adducit auctoritatem D. Chrisostomi defendentis Eutropium sæuissimum Tyrannum & deprædatorem, ac Christianorum persecutorem, qui ob manifestas eius rapinas ab Honorio & Arcadio Imperatoribus ad supplicium vltimum damnatus confugerat ad Ecclesiam: & ideò ne ab ipsa Ecclesia extraheretur, sic asserit. *Et maximè propter hoc tuendus est Eutropius, quòd scelestorum princeps fuit: in his enim oportet glorificari Deum, qui permisit in id nece ssitatis eum adduci, vt per ipsum & virtus, qua inest Ecclesia, noscere tur. Ista enim vera sunt ornamenta altaris Ecclesiæ; ista sunt vera Christiana pietatis insignia.* Et Paulò post *Quid enim agendum est Christianis; auellendúsne quisquam ab Ecclesia, ad quam paulò post, omnibus accedendum*

dendum est, offerendáque Dominica oratio, qua hoc potissimum orabimus. Et dimitte nobis debita nostra; sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. *Non ergo patiendum est, vt is qui in Ecclesiam sperauit, frustra sperauerit.* Huc vsque os aureum Chrysostomi. Qui quidem acriori stylo nunc in Sarpum insurgeret docentem vt visum est, Ecclesiam leuiora tantùm delicta protegere debere. Et tamen etiam apud gentes, vt docet Tacitus *lib.3. Annalium*, Capitalium criminum rei in Asylo tuti erant; & ad statuam Beli rei quorumcumque criminum impunitatem inueniebant, vt obseruat D. Antonius *lib.1. histor. tit. 1, c.3. §.7.* & alij.

9. Norandum est hîc obiter contra Abbatem & alios: Clericos gaudere immunitate Ecclesiarum, vt Laïcos. Ita ego ipse *in 3.part.tract.1.resol 35.* & latiùs infrà. Vnde ex his oritur pulchra quæstio. An Sacerdos, verbi gratia, indutus cotta & stola extra Ecclesiam præcedente Cruce ad efferendum defunctum, possit capi à Satellitibus de licentia Episcopi: & negatiuam sententiam docet Cæsar Locatellius *in Breuiario de Tortura, inspect.5.num.164.* Et ita fuisse decisum coram Eminentissimo Vicario Vrbis anno 1614. testatur in personam Parochi Sanctæ Dorotheæ trans Tyberim. Et ratio est, quia eadem reuerentia, quæ debetur Ecclesiæ, quæ domus Dei est, debetur multò magis Sacerdoti, dum in habitu Sacerdotali diuina ministrando; & Ecclesiastica officia exequendo Christũ Dominum repræsentat, illiùsque vices gerit. Et hæc opinio Locatellij à fortiore procederet, si Sacerdos indutus cotta & stola deferret Sactamentũ Extremę Vnctionis, vel Eucharistiã ad infirmũ. Et ideò his casib. Sacerdos interrogatus ab Episcopo de aliquo delicto, ex quo captus fuerat, non teneretur respondere, sed posset obiicere nullitatem capturæ.

Quæ hîc est infra Resl.34. & in Resl. 35.

RESOL. XXVII.

Enumerantur aliqua delicta, qua contra opinionem Sarpi, gaudere debent Ecclesiarum Immunitate?

Notantur aliqui ex quatuordecim casibus qui in corpore huius Resolutionis explanantur, quia sæpius contingere possunt in praxi. Ex part.6. tract.1. Resol.26.

§. 1. PRæter crimina, quæ contra Sarpum suprà satis firmauimus gaudere Ecclesiarum immunitate, non ingratum Lectoribus fore existimaui hîc alia multa adducere. Et ideò,

2. Quæro primò, an filius occidens patrem, gaudeat immunitate. Negatiuè respondet Parisius *lib.1. cons.96.* & alij, quorum tamen resolutio secundùm aliquos non procedit in quouis patricidio, sed in insidioso & incauto: alioquin si simul Pater & filius digladiarentur, & vnus alterum in rixa occideret; non ex qualitate sola parricidij filius immunitatẽ amitteret, nullibi enim id iure cautum reperitur. Ita Barbosa *de iur. Eccles. lib.2. c.3. n.95.* Sed si secundùm Barbosam sola qualitas parricidij non priuat reum immunitate Ecclesiarum; neque ego puto illa priuari, si occiderit Patrem insidiosè, & incautè: nam, vt suprà probatum est satis, homicidium insidiosum gaudet immunitate: secus autem, si inter Patrem & filium nulla intercessisset inimicitia: nam tunc esset homicidium proditorium, & non gauderet priuilegio immunitatis.

Sup. in Resl. quæ hic est infra 90.

3. Quæro secundò, An suspensus, vel interdictus ab ingressu Ecclesiæ gaudeat eius immunitate. Negat Felinus *in cap.2. de exceptionib. num.6.* & adducit textum *in cap. quia frustrà, de vsur.* nam interdictus ingrediens Ecclesiam aduersùs eius prohibitionem delinquit, cuius aditus est illi interdictus: ergo frustra eius auxilium implorat. Secundò, suspensis & interdictis, si in his censuris moriantur, denegatur sepultura Ecclesiastica: ergo similiter dum viuunt, debet eisdem denegari aditus ad Ecclesiam. Sed contraria sententia est vera, quam tuetur Suarez *de Religione, tom.1.lib. 3. cap. 10. num.4.* Ambrosinus *de immunit. cap. 8. num. 12.* Farinacius *cap.2. num.44.* & alij. Quia censura interdicti non inducit priuationẽ huius priuilegij, nec priuat ab ingressu materialis Ecclesiæ, sed formalis: videlicet ab ingressu in ordine ad audienda diuina officia. Nec pro Felino facit textus, quem adducit, quia suspensus ab ingressu Ecclesiæ non delinquit contra Ecclesiam, quæ est notabilis decisio illius textus. Et ad secundum argumentum respondeo, in his quæ sunt iuris meri positiui, non attendi, nisi ad prohibitionem; ita vt si prohibeantur, non fiant, si non prohibeantur, conficiantur: atqui ideò suspensi & interdicti non sepeliuntur in Ecclesia, quia hoc ipsis prohibetur, & cùm non prohibeatur immunitate gaudere, rectè fit vt illa fruantur: ergo non possumus benè argumentari de vno casu ad alium.

4. Quæro tertiò, An excommunicatus declaratus gaudeat immunitate. Negat Felinus *vbi suprà*: quia sunt Ecclesiæ rebelles, & excluſi ab Ecclesia, & fidelium participatione: ergo erunt excluſi ab hoc priuilegio: ita tenet Franciscus Motinus, quem citat Chartarius *decis. crimin.95.n.* 17. Sed ibi meritò contrariam docet ipse sententiam. Primò, quia excommunicati nullo iure excluduntur ab hac immunitate, ergo eis competit. Secundò, quia non assignabitur maior ratio, quare Clerici excommunicati non perdant priuilegium Canonis, vel fori, quàm Laïci excommunicati perdant hanc immunitatem. Tertiò, quia Ecclesia interdicta non perdit hoc priuilegium, neque homo excommunicatus illud amitteret. Quartò, quia excõmunicatus nullo iure excluditur ab hac immunitate. Ergo, &c. Et ita tenent Couarruuias *lib.2 variar. cap.20. nn.11.* Sylueſter *verb. immunitas 3. num.2.* Nauarrus *in Manuali, cap.25. n.19.* Peregrinus *de immunit. c.12. n.2.* & alij penes Chartarium *vbi suprà*, & penes me ipsum *in part.1 tr.1. resol.34.* Ad argumentum verò in contrarium adductum fateor excommunicatum esse Ecclesiæ rebellem; sed Ecclesia maiorem ostendit pietatem, dum illum tuetur; Et in hac materia immunitatis non respicitur delictum sed loci sanctitas.

Sup. hoc in Resl. not. seq. in §. Vlt. & ad lin. 3. §. 1. & hic infra in fine § Quæro decimo tertio, huius Resl. in fine.

Quæ hîc est infra Resl. 77. & in §§. & ill. annot. præceritæ.

5. Quæro quartò, An Sodomita gaudeat immunitate. Respondent negatiuè Doctores, quos ego citaui *in 3.part.tract.1.resol.2.* Sed ibi meritò affirmatiuam sententiam tenui. Nec te terreat decisio 155. Franciscí de Castillo *part.2.* in qua habetur in Curia nostra Archiepiscopali Panormitana fuisse declaratum quemdam, qui Sodomiam perpetrauit in dormitorio cuiusdam sui Monasterij, non gaudere eius immunitate: quia illa decisio fuit fundata in literis arbitrariis concessis à Pontifice illi Archiepiscopo: sed stando in terminis iuris dictam decisionem Castilli merito nouissimè reprobat Carolus Maranta *in contron. iur. part.2. respons.36. n.22. & seq.* vbi ex validissimis rationibus probat crimen pessimum, atque nefandum immunitate Ecclesiæ gaudere. Et ita ego olim consului quemdam, qui actum Sodomiticum in Ecclesia commiserat, non fuisse eius immunitate priuandum: solùm enim ab illa excluduntur occidentes, vel mutilantes membra: Ergo, &c. Vnde refellendus venit Barbosa *de iur. Ecclesiast. lib.3. cap.9. num.127.* Correa *in select. de immunit. part.3. num.4.* & Phœbus *tomo 1. decis.85. num.7.* & alij multi penes ipsos:

Quæ hic est supra Resl. 25. §. Vnde. & infra in Resl. 59.

6. Quæro

6. Quæro quintò, An frangentes carceres, & ad Ecclesiam confugientes gaudeant eius immunitate. Negat Petrus de Gregorio *in syntagmate iuris lib. 33. cap. 22. num. 21. verb. Effractores Carcerum*, sed immeritò: & ideò affirmatiuam sententiam tenet Correa *in relect. de immunitat. part. 2. num. 13.* & me citato Nouarius *in Bullar. summa. tit. de immunitat. cap. 10. numer. 11.* Tuschus *verb. Ecclesia, conclus. 10. num. 30.* & alij. Sed difficultas est, si fide data custodi carceris redeundi, reus confugiat ad Ecclesiam. Et quidem si carceratio erat iusta, multi tenent reum non gaudere Ecclesiæ immunitate. Ita Decianus *lib. 6. cap. 28. num. 21.* Azorius *part. 2. lib. 9. cap. 9. verb. quid dicendum.* Et alij, quos affert Farinacius *de immunit. cap. 15. num. 199.* Sed ipse *ibi, num. 200.* contrarium docet: quod etiam nouissimè docet Suarez *de religione, tom. 1. lib. 3. c. 11. num. 20.* Fagundez *part. 2. lib. 4. cap. 4. num. 58.* Et ratio est, quia fides data non tollit priuilegium immunitatis: & ex altera parte reus non commiserat crimen exceptuatum: ergo, &c. Neque approbo in tali casu doctrinam, quam docet Fagundez, & Suarez *locis citatis*: nempe posse in tali casu Episcopum dare facultatem iudici Laïco extrahendi reum ab Ecclesia habita prius cautione de impunitate corporalis pœnæ; quia hæc traditio destrueret priuilegium concessum reo confugienti ad Ecclesiam. Ita Castrus Palaus *tom. 2. tract. 11. disp. unic. punct. 7. num. 13.*

Sup. contento in hoc §. infra in Res. 65. & in Res. 68. §. Vlt. ad medium, & in Res. 95. §. 1.

Sup. hac fide data in Res. 1. not. præteritæ.

7. Quæro sextò, An sacrilegus & periurus gaudeant immunitate. Mihi placet affirmatiua sententia, quam tuetur Peregrinus *de immunitat. cap. 12. num. 15.* Bonacina *tom. 2. disp. 3. quæst. 7. punct. 5. num. 11.* & alij: licèt de sacrilego neget Boërius *decis. 109 num. 3.* Godofredus à Bano *in praxi crimin. lib. 2. § Sacrilegium, num. 23.* Guttierrez *in quæst. pract. lib. 393. num. 33.* & de periuro Igneus *in l. 1. num. 20. ff. ad Syllan.* quia ait ille, periurus æquiparatur homicidæ voluntario *in cap. fin. 12. quæst. 1.* Sed in iure ego non video exclusum ab immunitate homicidium voluntarium: sed proditorium: Ergo, &c. Et in illo textu æquiparatur periurium homicidio, quoad numerum annorum, quibus pœnitentiam agere debet periurus; sed non quoad immunitatem. Rigidè igitur Igneus pro sua sententia Canonem illum adduxit. Vide etiam Chartarium *decis. crimin. 7. num. 60.* vbi probat hodie omnes sacrilegos gaudere immunitate præter occidentes & mutilantes in Ecclesiis, & ex his etiam ego infero contra plures notoriè percutientes, imò & occidentes Clericos vel Religiosos, licet committant sacrilegium, non esse tamen ab immunitate Ecclesiarum excludendos. Ita Suarez *de relig. tom. 1. tract. 2. lib. 3. cap. 10. num. 3.* Altherius *de censur. tom. 1. lib. 2. cap. 6.* & alij: quos plena manu citat Sperellus *decis. 22. num. 10.* & ante illum ego ipse *in part. 1. tract. 1. resol. 39. & in part. 4. tract. 1. resol. 68.*

Pro Sacrilego lege Resolutiones annot. seq. & infra ex Res. 77. §. 2. prope finem.

Res. 1. citata in hoc textu hic est supra Res. 13. Secunda verò hic est infra Res. 78. Sed lege etiam alias Res. eius annot.

8. Quæro septimò, An adulter gaudeat immunitate. Videtur negatiuè respondendum: nam in Authentica *de mandatis Principum*, §. *Deinde competens est, verb. homicidia autem, & §. Sed neque.* excipitur adulterium, vt non gaudeat Ecclesiæ immunitate: quod etiam fatetur Anchararus *in cap. inter alia de immunitat. Eccles.* Sed contraria sententia prorsùs tenenda erit, quam tuentur Doctores communiter: quia non est crimen exceptuatum in iure Canonico: & in materia immunitatis standum est iuri Canonico, & non Ciuili, quia immunitas ad honorem & reuerentiam rebus sacris exhibendum pertinet, vt patet ex *l. præsentis, C. de his qui ad Eccles. confug.* ibi, *vt honor Ecclesiarum conseruetur.* Sed rerum sacrarum honor & cura ad superiores Ecclesiasticos pertinet, & non ad sæculares: Ergo, &c. Maior iam liquet: Minor verò probatur ex textu *num. cap. decernimus, de iudiciis*, & ex *Gloss. vltim.* quod totum probat assumptum *in p. sicut antiquitus 17. quæst. 4.* & ita docent Doctores, quos plena manu congerit Chartarius *decis. criminal. 46. numer. 84.* Guazzinus *tom. 1. defens. 1. cap. 29. num. 9.* Sperellus *decis. 59. numer. 32.* Ludouicus Correa *in relect. immunit. part. 4. num. 1.* asserentes in materia immunitatis Ecclesiarum attendendas esse leges Canonicas, & non Ciuiles: sed lex Ciuilis & non Canonica excludit adulterium ab immunitate Ecclesiæ: Ergo, &c.

Sup. & sequentibus in hoc §. infra in Res. 33. per totam, & in Res. 45. §. Ad legem 1. & in Res. 76 §. Nec Valet.

9. Quæro octauò, An blasphemia non hæreticalis priuilegio Ecclesiarum immunitatis potiatur. Negatiuè respondent aliqui; quia non par est, vt qui deliquit in caput Ecclesiæ Christum Iesum ab Ecclesia defendatur. Et ita docet Oldrad. *consil. 154.* Boërius *decis. 110.* Bardus *ad Clarum, quæst. 30. num. 15.* Decianus *lib. 6. cap. 26. num. 6.* Villalobos *in summa, tom. 2. tract. 39. diffic. 7. num. 20.* & Martha *de iurisd. part. 2. cap. 51. num. 30.* Ludouicus Correa *in relect. de immunit. part. 3. num. 35.* Verùm non est discedendum ab affirmatiua sententia, quam tuetur Nauarrus *cap. 25. num. 20.* Nouarius *in summa Bullar. tit. de immunit. num. 4.* Farinacius *de immunit. cap. 13. num. 174.* Bonacina *tom. 2. disp. 3. quæst. 7. punct. 5. num. 13.* Ambrosinus *de immunit. cap. 8. num. 11.* Peregrinus *cap. 12. nu. 12.* & alij. Et ratio est, quia iura non excludunt blasphemos ab immunitate, ergo standum est regulæ generali, quòd gaudeant. Nec valet argumentum pro contraria sententia adductum: nam respondeo non conuincere; alioquin dicendum esset immunitatem Ecclesiæ nunquam prodesse, cùm omnia peccata sint contra Deum.

Sup. hoc infra in Res. 29. & supra cursim in Res. 23.

10. Quærò nonò, An Simoniacus pro delicto Simoniæ confugiens ad Ecclesiam sit iuuus. Negat Decianus *lib. 6. cap. 26. nu. 5.* quia Simoniaci æquiparantur hæreticis, vt patet *in cap. Petrus, & cap. cùm omnes 1. quæst. 1.* Sed affirmatiuè respondendum est; quia Simoniaci propriè & formaliter non sunt hæretici, sed sacrilegi: nisi fortè credant licitum esse spiritualia emere & vendere, nec excipiuntur à regula generali; ergo non debent priuari hac immunitate. Et ita tenet Farinacius *de immunitat. cap. 13. n. 177.* Peregrinus *cap. 12. n. 17.* Barbosa *de iur. Eccles. lib. 2. cap. 3. n. 126.*

11. Quæro decimò, An Apostata à Religione, gaudeat eius immunitate. Negatiuè respondet Peregrinus *de immunitat. cap. 12. n. 16.* quia, vt ipse probat *eod. cap. num. 2.* Clerici & personæ Ecclesiasticæ non gaudent Ecclesiarum immunitate; quod etiam tuetur Castrus Palaus *tom. 2. tract. 11. disp. unic. punct. 7. num. 17.* Sed hoc principium est falsum; & ita Sacra Congregatio Episcoporum in vna Tropiensi die 29. Ianuarij 1617. declarauit, quòd Clerici gaudere debent immunitate, qui post delicta patrata ad Ecclesias confugiunt extra casus in Bulla Gregorij XIV. comprehensos; cùm in hoc opinio Abbatis sit approbata. Ita Sacra Congegatio, & die 17. Augusti 1618. decreuit non posse Clericos ab Ecclesia extrahi, præterquam in casibus degradatione dignis; si secus fiat: restituantur. Et ita ex pluribus aliis tenet hanc sententiam Barbosa *vbi infra.* Vnde ad quæsitum respondeo contra Peregrinum, quòd Apostata à Religione non gaudebit immunitate in Ecclesiis eiusdem Religionis, à qua apostatauit, secus verò in aliis. Ita me citato Barbosa *de iur. Eccles. lib. 2. cap. 3. n. 45.* & etiam me citato Trullench. *in Decal. tom. 1. lib. 1. cap. 11. dub. 2. & 3.* Rebuffus *tom. 3. de immunitat. Eccles. art. 1. gloss. 1. num. 24.* Decianus *tom. 2. lib. 6. cap. 26. num. 13. & 14.* Farinacius *de immunitat. cap. 13. num. 169.* & Italia *lib. 1. cap. 3. §. 1. num. 17.* Et

Sup. hoc infra in Res. 39. & 97. §. Vlt. & lege etiam Resolutiones not. seq.

pro

pro hac opinione faciunt ea, quæ ego scripsi *in part. 1. tract. 1.* * *resol. 24. & 25.*

* Quæ hic sunt infra Resol. 34. & 36.

12. Quæro vndecimò, An falsus testis, qui causa fuit, vt aliquis ad mortem damnatus fuerit, gaudeat immunitate. Pro negatiua sententia *in part. 1. tract. 1.* * *resol. 19.* adduxi Italiam; sed in tali casu consulendũ esse Summum Pontificem adnotaui docuisse Farinacium: nunc verò absolutè assero supradictum reum gaudere Ecclesiarum immunitate: quia talis nõ potest dici homicida proditorius, quia moraliter tantùm dicitur occidisse, & non physicè: at ab immunitate excluditur qui propriè, & non qui impropriè occidit, & ad priuationem immunitatis non sufficit æquiparatio, sed identitas: Ergo, &c. Et ita hanc sententiam tenet Castrus Palaus *tom. 2. tract. 11. disp. vnic. punct. 10. n. 8.* & cum Bonacina ego suprà etiam docui. Vnde non est audiendus nouissimè Zambellus *in reper. Mor. ver. Ecclesia quoad eius immunitatem, n. 10.* contrarium docens.

* Quæ hic est infra Resol. 95. & in alio §. eius secundæ annot.

13. Quæro duodecimò, An qui occidit, vel vulnerat aliquem actu, & re ipsa confitentem Sacerdoti gaudeat Ecclesiarum immunitate. Negatiuè respondet Barbosa *de iur. Eccles. lib. 1. cap. 3. num. 98.* & post illum Trullench *in Decalog. tom. 1. libr. 1. cap. 11. dub. 3. num. 21.* nam qui in Sacramenti Confessionis vilipendium tantum admittunt facinus, Ecclesiam & Deum Sacramentorum Auctorem contemnunt & lædunt, & veluti impudici hæretici existimantur qui digni non sunt, vt ab Ecclesia recipiantur, ex *cap. final. de immunitat. Eccles.* Quòd si insidiosa & proditoria homicidia, & qui in Ecclesia occidunt, vel extra Ecclesiam spe ad eã confugiendi, & immunitate priuantur: maiori hercle ratione, qui in dedecus tanti Sacramenti interimunt, & de sumentibus reliqua Sacramenta id ipsum censeo. Huc vsque Barbosa.

14. Sed si supradicti talia homicidia perpetrarent, quia malè sentiunt de Sacramentis: hi non gauderent immunitate, quia sunt hæretici; non autem vt homicidæ. Si autem non animo hæretico aliquem occideret qui confessionem faceret, hic non gauderet immunitate; quia occideret in Ecclesia; secùs si vulneraret, vel si etiam vulneraret aliquem, qui Sacramentũ Ordinis vel chrisma reciperet, quia vulnerantes in Ecclesia gaudent eius immunitate: vel etiamsi occideret, vel vulneraret infirmum oleo sancto se vngentem: nam in his casibus contra Barbosam alioquin virum doctum & amicissimum, puto supradictos reos gaudere Ecclesiarum immunitate, vel saltem in tali casu consulendum esse Summum Pontificem: quia hæc crimina, licèt sint grauissima, non tamen inueniuntur inter delicta exceptuata; ergo debent immunitate gaudere: nam clarum est reos gaudere immunitate, nisi in casibus exceptis; vt patet ex *cap. inter alia, & cap. penult. & final. de immunit. Eccles.* & ex *cap. constituimus, & cap. sicut antiquitus 17. q. 4.* & ex *cap. raptoribus 36. quæst. 1. & ex Bulla Gregoriana*, vt nos satis probauimus: & docet nouissimè Chartarius *decis. crimin. 46. num. 19.* Ad id verò quòd Barbosa asserit homicidium proditorium, factum sub spe Ecclesiæ, non gaudere immunitate, iam suprà satis superque à nobis refutatum est.

15. Quæro decimotertiò. An qui occidit aliquem in duello gaudeat immunitate. Negatiuè respondet Barbosa *de iur. Eccles. lib. 2. cap. 3. n. 101.* quia ex Concilio Tridentino *sess. 25. ca. 19.* duellantes sunt excommunicati & priuantur sepultura. Sed hanc sententiam satis alibi refutaui *in part. 1. resol. 46.* & nunc etiam improbo; quia duellum non est inter casus exceptuatos à iure, qui non gaudent immunitate. Et si ratio, quam adducit Barbosa, esset admittenda sequeretur excommunicatos non gaudere Ecclesiarum immunitate; quia priuati sunt Ecclesiastica sepultura: sed hoc non est verum; vt supra probatum est, & latè probat Ambrosinus *de immunit. cap. 8. n. 12.* & alij penes ipsum. Ergo &c.

Quæ hic est infra Resol. 92.

Sup. in hac ipsamet Resol. §. Quæro tertio. & in aliis eius annot.

16. Quæro decimoquartò. An reus, qui priuatus est ob aliquod delictũ Ecclesiæ immunitate, possit ab illa extrahi propter alia etiam delicta, quæ gaudent immunitate. Et affirmatiuè respondet Ambrosinus *de immunitat. cap. 5. num. 10.* & Peregrinus *cap. 6. n. 20.* vbi sic ait, Ille qui semel deliquit in Ecclesias occidendo, vel mutilando membrum, si ante vel post aliud commiserit delictum extra Ecclesiam, non est tutus in Ecclesia: sed in ea potest capi etiam pro delictis commissis extra Ecclesiam. Et ratio est, quia ob iniuriam semel illatam dignus est generali priuatione illius immunitatis. Ita ille.

17. At ego contrariam teneo cum Castra Palao *tom. 2. tract. 11. disp. vnic. punct. 10. num. 12.* Bonacina *tom. 2. disput. 3. quæst. 7. punct. 6. num. 13.* & aliis Quia concedo Peregrino tales reos dignos esse, vt immunitate priuentur, sed non apparet ex iure antiquo vel ex nouo Gregorianæ constitutionis esse de facto talem pœnam in illos statutam: ergo dicendum est pro illis stare Regulam generalem, vt debeant immunitate gaudere: quia iura antiqua, & maximè constitutio Gregoriana omnino veruit extrahi ab Ecclesia delinquentes, nisi pro delictis exceptuatis; sublata facultate aliter interpretandi: vnde miror quidem Ambrosinum, & Peregrinum aliter sensisse.

RESOL. XXVIII.

Quænam personarum conditio, & quodnam delicti genus loco sacro protegi, aut non protegi possint? Ex part. 6. tract. 1. Resol. 7.

§. 1. GEneraliter ad hoc quæsitum sic primò *in cap. 5.* respondet Sarpus *fol. 43.* Est omnium certissima sententia, qui in loco sacro deliquerit, licèt leue delictum, nec atrox facinus fuerit, eum tamen sacro eodem loco non defendi: imò verò & ibidem, & quocumque alio sacro loco sisti à Lictoribus, & in carcerem trudi posse; cùm æquum nullo modo sit, vt Ecclesia eos tueatur, qui in ea peccantes iniurias eidem intulerunt, nec Ecclesiæ cæteræ defendant eiusmodi reum, cùm omnes vnum idémque sint ob earum in Christum Iesum coniunctionem. Quod ita clarum atque certum est, vt superuacaneum omninò fuerit pluribus confirmare. Ita ille.

2. Sed contrariam sententiam tenendam esse puto: dico igitur omnia crimina in Ecclesia commissa gaudere eius immunitate: nisi fuerit homicidium, aut membri mutilatio, cùm de istis delictis, iura tantùm loquantur, vt legentibus patebit *in cap. inter cætera, de immunit. Eccles.*

3. Neque obstat rationem decidendi dicti textus æquè in aliis delictis & casibus procedere: hoc enim solùm probat iure in aliis idem constitui posse, non tamen probat de facto esse constitutum. Neque credendum est homicidium & vulnerationem exempli graria tantùm appositas esse in dicto capite: sed verè appositas esse vt materiam integrè prohibitam. Adde quòd alia crimina in Ecclesia commissa sacrilegium continent, vt regulariter omnia crimina ibi commissa hanc qualitatem habent, ergo poterit delinquens à iudice Ecclesiastico puniri; vel si aliter placet, poterit impetrare à Pontifice, vt non obstante immunitate delinquentes tradantur iudici sæculari. Et ita hanc sententiam, maximè post Bullam Gregorij, XIV. tenent communiter Doctores, quos ego ipse citaui

Quæ hic est supra Resol. 24. & in aliis eius primæ not.

citaui & sequutus sum *in part. 1. tract. 1. resol. 2.* Et stando in contraria sententia in terminis iuris communis, refellendus est etiam Sarpus, asserens esse intelligendum in quocunque delicto nam quoad delicta leuia, reus committens illa in Ecclesia eius immunitate gaudebit. Et ideò Villalobos *in summa tom. 2. tract. 39. difficult. 5. num. 6.* sic ait, [Ha se aduertir que para que el que commettio el delitto en la Yglesia, ne gozede la immunidad; es necessariò que el delitto sea graue, que si es ligero, no si podra sacar della.] Ita ille, qui citat Panormitanum, & Suarez de Paz, quibus adde Fagundez *part. 2. lib. 4. num. 58.* Sanchez *in opusc. tom. 2. lib. 6. cap. 1. dub. 8. num. 15.* Persicum *de offic. Sacerd. lib. 1. cap. 9. dub. 15. num. 108.* Suarez *de Relig. tom. 1. lib. 3. c. 11. n. 6.* Couarruuiam *lib. 2. variar. cap. 20. num. 15.* Fatinacium *de Carceribus quæst. 28. n. 63.* Raphaelem de la Torre *to. 2. in 2. 2. Diui Thomæ. q. 99. art. 3. disput. 7. gradu 8.* Chartarium *decis. crimin. 74. n. 6.* Peregrinum *de immunit. cap. 6. num. 29.* cum Paulo Castrensi *lib. 2. consil. 459.* vbi testatur hanc opinionem esse communem, vt reuera est: & tamen Sarpus, vbi suprà, non veretur dicere contrariam sententiam certissimam esse.

His Doctoribus adde quos Author addit infra in Resol. 100. in §. 2. ad medium.

4. Vnde ex his sequitur vulnerantem in Ecclesia, si ex tali vulnere mors non sequatur, non esse priuatum immunitate; quia vulnerare non est mutilare vel occidere: sed per *cap. final. de immunit.* & maximè Bullam Gregorij XIV. soli mutilanti vel vulneranti priuatio immunitatis est imposita: Ergo, &c. Et ita præter alios à me alibi citatos tenet Chartarius *decis. crimin. 74.* & Castrus Palaus *tom. 2. tract. 11. disput. vnic. punct. 6. n. 10.* Vnde sacra Congregatio Episcoporum die 16. Nouembris 1618. teste Barbosa *de iur. Ecclesiast. lib. 1. c. 3. n. 13.* declarauit inferentes sfrigia in faciem alicuius intra Ecclesiam, gaudere ipsius immunitate: non obstante quòd sit atrox & graue crimen, vt obseruat Menochius *de arbitr. iudic. cas. 263. n. 27.* Pacianus *cons. 92. n. 2.* & alij, infligere sfrigium, seu vulnus alicui in faciem.

Alibi in Resol. quæ hic est infra 74. in fine & etiam in fine Resol. 75.

5. Sed quid dicendum, si quis occiderit aliquem in Ecclesia, vel cœmeterio, in rixa orta per accidens, & maximè prouocatus, an gaudeat immunitate. Respondeo affirmatiuè; & ita decisum fuit Romæ hoc anno 1639. occasione cuiusdam homicidij facti in Ecclesia Sancti Ioannis Lateranensis. Et ita etiam docent Doctores, quos citaui *in part. 1. tract. 1. resol. 11.* & me citato Nouarius *in sum. Bullar. tit. de immunit. n. 58.* & Auctor casuum conscientiæ Bononiæ discussorum anno 1637. Mense Nouembri *cas. 2. fol. 94.* & Zambellus *in Repert. Mor. verf. Ecclesia quoad eius immunitatem, num. 13.* Quibus adde alios, quos citat & sequitur Sperellus *decis. 59. num. 36.* vbi ait, hanc opinionem esse veram, etiam circunscripta constitutione Gregorij XIV. Igitur occidentes, vel mutilantes in Ecclesiis, vel cœmeteriis, non appensatè & ex proposito, sed de pura rixa, gaudebunt immunitate. Vnde refellendus prorsùs venit Barbosa *de iur. Pontif. lib. 2. cap. 3. n. 104.* per ea, quæ adducit Chartarius *dec. crim. 74. n. 12.*

Quæ hic est infra Resol. 75. & in alia Resol. & §. eius primæ an-

6. Oritur etiam ex his pulchra & practicabilis quæstio. An occidens, vel vulnerans aliquem in scalis, atrio, seu porticu, vel tecto Ecclesiæ, gaudeat eius immunitate. Et videtur negatiuè respondendum, quia supradicta loco comprehenduntur sub nomine Ecclesiæ vt suprà visum est: & ideò ad illa confugientes, non gaudent eius immunitate. Sed contrarium * alibi docui, & nunc iterum doceo: quia nomen Ecclesiæ sumitur aliquando strictè, & quandoque largè; & ideò quando tractatur de pollutione Ecclesiæ, sumitur strictè: vnde Campanile & Atrium, & similia loca non veniunt nomine Ecclesiæ in dicto casu, quia non sunt principaliter Deo dedicata, sed in quadam consequentiam. Et etiamsi sanguis humanus effundatur in dictis locis, non polluitur Ecclesia. Sed verò quando tractatur de priuilegio immunitatis, tunc supradicta loca veniunt nomine Ecclesiæ. Dicendum est igitur, quòd scala, porticus, tectum, &c. Ecclesiæ, in odiosis non includuntur sub eius nomine; secùs in fauorabilibus.

Sup. contentis in hoc vers. in Resolutionibus. not. seq. * Alibi infra in Resol. 72. & 71. § Ex quibus supra in Resol. 6. §. Sed his. à lin. 4. pro scalis Ecclesiæ.

7 Et idem dicendum est de Palatio Episcopi, domibus Canonicorum & Clericorum, & Monasteriis Religiosorum. Vnde ego olim in facti contingentia consului occidentem super tecta dictorum locorum immunitate Ecclesiæ gaudere. Et ita docet nouissimè Alexander Sperellus in suis doctis decisionibus fori Ecclesiastici *decis. 60. & 63.* Carolus Maranta *in controuers. iur. part. 2. respons. 36. per tot.* Antonius de Marinis *variarum resolutionum, cap. 170. num. 12.* Barbosa *de iur. Ecclesiast. lib. 2. cap. 3. num. 64. 65. & 66.* cum aliis penes ipsos.

8. Et tandem hic obiter inquirendum est. An extrahens aliquem ab Ecclesia violenter, & illum extra Ecclesiam occidens vel mutilans gaudeat immunitate. Negatiuè respondet Barbosa *de iur. Ecclesiast. lib. 2. cap. 3. num. 114.* Scortia *in Bull. Pontif. Epit. 152. theor. 385.* Peregrinus *de immunit. cap. 6. num. 16.* vbi citat Abbatem, Syluestrum & Remigium de Gonni; quibus adde etiam Azorium *part. 2. lib. 9. cap. 9. quæst. 14.* & Farinacium *de immunitate, cap. 16. num. 139.* Et ratio est, quia per talem extractionem violatur Ecclesia, & in ipsa datur causa occisionis,

Sup. hoc in Resol. not. seq.

9. His tamen non obstantibus affirmatiuam sententiam tenet Bonacina *tom. 2. disput. 3. quæst. 7. punct. 6. §. 2. num. 4.* Quam ego olim consului, & mordicus contra aliquos Iurisconsultos, & Theologos tenui; & nunc iterum teneo: pro qua *in part. 4. tract. 4. resol. 107.* adduxi Castrum Palaum *tom. 2. tract. 11. disp. vnic. punct. 9. nu. 18.* Nec obstat ratio adducta pro sententia Barbosæ, Peregrini, & aliorum, quia illa causa mortis data in Ecclesia non fuit causa necessaria; cum liberè postea occisio facta est: ergo reus non est immunitate priuandus. Adde quod in Bulla excipitur homicidium & mutilatio in Ecclesia. Ergo.

Quæ hic est infra Resol. 76. prope finem, à vers. qui tamen.

10. Vnum etiam valde notandum mihi accidit olim acerrimè altercari cum viris doctis & præcipuè cum Ioanne Baptista de Blachis iustitiæ Præsidi in Regno Siciliæ, viro integerrimo, quod non desinam hic adnotare, & fuit. An mandans aliquem occidere in Ecclesia, morte sequuta gaudeat immunitate; mandatarius fuit captus à Birruariis, & vocauit mandantem, qui in Ecclesiam aufugerat: & ideò tunc casus iste fuit agitatus. Et quòd non debeat gaudere docet. Peregrinus *de immunitat. c. 6. n. 36.* vbi citat Decianum & Remigium de Gonni, quibus ego addo Suarem *tom. 1. lib. 3. cap. 11. n. 7.* Farinacium *de immunit. c. 16. n. 230.* Azorium *part. 2. lib. 9. quæst. 14.* & Italiam *lib. 1. c. 6. §. 3. n. 48.* quia sic mandans occidi in Ecclesia, verè committit crimen homicidij & sacrilegij. Ergo, &c.

Sup. hoc infra in Resol. 73.

11. Sed mihi contraria sententia magis placet: quia illi casus non gaudent immunitate, qui expressi sunt in iure, præsertim in constitutione Gregoriana. Sed expressum in iure, vt occidentes in Ecclesia non gaudeant immunitate, non autem mandantes occidere: neque sub nomine occidentis mandans etiam comprehenditur, nisi latè & extensa significatione, quod in pœnalibus faciendum negamus. Ergo propriè mandans occidere non dicitur occidere in Ecclesia, sed mandare homicidium; & sequitur non esse immunitate priuandum. Et ideò si censura fulminetur contra facientes aliquid, non ligat mandantes, nisi exprimatur.

12. N-

12. Nec obstat dicere, quòd qui per alium facit, per se ipsum facere videtur : nam respondeo censeri per alium facere fictione iuris, non autem realiter; & pœna priuationis immunitatis in iure imposita est propter realem occisionem & mutilationem, vt patet in illis verbis. Quive homicidia & mutilationem membrorum in ipsis Ecclesiis, earúve cœmeteriis committere non verentur. Quæ quidem verba ex determinatione Pontificis omnem extraneam interpretationem reiicjunt, cùm ibi tollat facultatem aliter interpretandi, & extendendi casus in Bulla expressos ad non expressos. Ergo, &c. Et ita pro hac sententia tunc adduxi Bonacinam *tom. 2. disp.3.quæst.7.punct.6.§.2. num.* 10. quem postea sequitur Castrus Palaus *tom.2.tract. 11.disputat. vnic. punct.4.num.17.& seq.*

Sup. hoc infra in Resol. 7. 13. Sed quid dicendum, si existens in Ecclesia mandet occidere aliquem extra Ecclesiam. Et talem non gaudere immunitate docet ex Syluestro Suarez *de Relig.tom.1.lib.3.cap.11. num.* 7. quia, ait ille, hic peccat grauiter in Ecclesia : & de illo dici potest debere puniri in eo, in quo deliquit. Idem etiam tenet Barbosa *de iur. Eccles.lib.2.cap.3.n.116.* Ioannes Guttierrez *in pract.quæstionib.lib.3.quæst. 2. per totam.* Azorius *part.2.lib.9.cap. 9.quæst.* 14. & alij penes ipsos.

14. Verùm ego puto existentem in Ecclesia, si mandet occidi alium extra Ecclesiam, non esse priuandum immunitate : & ita docet Castrus Palaus & Bonacina *vbi suprà*, quibus adde Decianum *tom. 2. lib.6.cap.24. num.*17. Farinacium *de immunitat.cap.16. numer.*231. Ambrosinum *cap.5.num.* 9. Ioannem de Vischis *tract.de immunit. Ecclesiast. num.* 6. & Peregrinum *c.6 num.*3. Quia ille, mandans committi homicidium extra Ecclesiam, videtur habere reuerentiam Ecclesiæ; vt intra eam non committatur. Sed melius dico supradictum reum debere immunitate gaudere, quia in iure hic casus non est exceptuatus, & præsertim in Bulla Gregorij XIV. & licèt mandatum occidendi fuerit datum in Ecclesia, homicidium non fuit factum in Ecclesia : & Bulja excludit ab immunitate homicidia facta in Ecclesia physicè, & non moraliter. Ergo, &c. Vnde ex his refellendus venit Sarpus *fol.*44. vbi docet non differre, an delictum totum in Ecclesia perpetratum sit; an quòd extra Ecclesiam initium habuerit, & in ipsa finem vel etiam è contra.

RESOL. XXIX.

An blasphemantes Deum, & B.Virginem gaudeant Immunitate Ecclesiarum :

Et quid de Hæretico, vel de quocumque alio de hæresi suspecto? Ex part.4. tract.1.Res.51.

Sup.hoc fusius in Resol. 21. Quæro etiam. & curium in Resp. §.1. Negatiuè respondet Ludouicus Correa *in relect.de immunit.Eccles.part.3.num.35.* Bobadilla *in polit.tract.1.lib.2. cap.* 14.*nu.*53. Boërius *decis.* 110. Decianus *lib.6.cap.26.num.5. & 6.* & nouissimè Marta *de iurisdict.part.2.cap.51.n.30.& 31.*

2. Sed ego omnino affirmatiuam sententiam tenendam esse puto, non solùm in terminis Constitut. Gregorij XIV. sed etiam de iure communi; & ita docet Ambrosinus *de immun.Eccles.cap.8.num.11.* Peregrinus *cap.12.num.12.* Megalius *in 3.part.lib.4.cap.2. num.6.* & Farinacius *in append.cap.13.num.* 175. qui, & optimè limitant hanc sententiam, si blasphemia sit hæreticalis, tunc enim talis blasphemus Ecclesiæ immunitate non gaudebit; non quia blasphemus, sed quia hæreticus, quod de quocumque alio de hæresi suspecto omnino affirmandum est, si ad Ecclesiam confugiat, nam ab ea à ministris sancti Officij indifferenter abstrahi potest. Ratio verò, quare blasphemus gaudeat immunitate, est, quia inter delicta exceptuata in Constitutione Gregorij, & in sacris Canonibus non adest delictum blasphemiæ : ergo, &c.

Sup. hoc late infra in Resol. 40. & 41.

RESOL. XXX.

An violantes Ecclesias, frangentes fores vel comburentes eas, gaudeant Immunitate? Ex part.1. tract. 1. Res.21.

Sup. hoc in Res. seq. §. vlt. §.1. Non gaudere respondet Villadieg. *in Polit. c.3.n.213.* Bobadilla *in polit.tom.1.lib.2.c.14. num.49.* qui citat Remigium : & idem docet Faber *in leg.1.Cod.de his qui ad Ecclesiam confugiunt.*

2. Sed contrarium docet Peregrin. *de immun. cap. 12.n.15.* Et ratio est manifesta : nam Summus Pontifex in ista Bulla excipit aliquos casus cum dictione taxatiua *tantùm*, quæ dictio tollit extensionem ad non expressa : sed dicta Bulla excipit tantùm violantes Ecclesiam per homicidium, aut mutilationem membrorum : ergo non est extendenda ad alios violatores per quodlibet delictum.

RESOL. XXXI.

An incendiarij priuandi sint Ecclesiarum Immunitate? Et qui comburit fores Ecclesiæ ad eam depræadandam, an gaudeat dicta Immunitate? Ex part.6. tract. 1. Res.16.

§.1. Affirmatiuè respondet Sarpus *c.5.fol.*50. vbi sic ait : Canon etiam eos excipit; qui nocturno tempore agros deuastant, licèt ex eo mors alicuius non sequeretur : qua de re sicut nemo ambigit; ita incendiarios ex eadem causa Doctores adiungunt. Ita ille.

2. Sed hæc opinio mihi non placet, quia *in cap. inter alia de immun.* & in Bulla Gregoriana omnibus delinquentibus conceditur immunitas, nisi in casibus exceptis, vt obseruant Doctores, quos citat Ioannes Guttierrez *in pract. quæst.lib.3. quæst.1.num.3. & quæst.4. num.*12. Germonius *de sacr. immunit.lib.3. cap.*16. *num.*53. Azeuedus *lib.1. tit.2. l.3. num.*18. & alij penes ipsos : sed incendiarij in dictis iuribus non excipiuntur : ergo dicendum est quod gaudeant immunitate.

3 Neque obstat hoc crimen simile esse depopulationi agrorum; quia cùm non sit idem, sed diuersum, exceptio firmat regulã in casibus non exceptis. Et ita hanc sententiam tenet Castrus Palaus *tom.2. tract.11.disp.vnic.punct.10.num.9.* Farinacius *de immunit, cap.60.num.105.* & Bonacina *to.2. disp.3. quæst.7. punct. 6.§.1. num.6.* neque aliter tenendum esse puto maximè post Bullam Gregorij : vnde valdè miror; quomodo contrarium docuerit Peregrinus *de immunit. cap. 12.num 6.* Guallinus *tom.1. defens. 1.cap.38. num.* 44. & Marius Italia *lib.1. cap.5. §.3. num. 56. & 57.*

4 Nec obstat dicere in fauorem Sarpi, & aliorum, quòd *in cap.pessimam 25.quæst.8.* dum, postquam incendiarij & depopulatores agrorum æquè detestati fuerunt & interdicti, subsequuntur verba infra scripta. Hanc Regibus & Principibus faciendæ iustitiæ facultatem consultis Episcopis & Archiepiscopis non negamus : quæ quidem verba supponunt incendiarios, ad Ecclesiam confugisse : nam frustra dare tur

Principibus sæcularibus facultas administrandæ iustitiæ, cùm id de se possint.

5. Respondeo ex supradicto textu non colligi incendiarios ad Ecclesiam confugisse: & de consilio Episcoporum Pontifex facit ibi mentionem, non quia ad Ecclesiam confugerint; sed vt cordatè Reges & Principes procederent in assignandis pœnis delinquentibus, cùm secundùm ius antiquum essent variæ. Ita Gloss. *ibi*. Adde quòd constitutio Gregoriana derogavit iuri communi, & omnia reduxit ad vnicam formam cum particulis taxatiuis, & clausulis prohibentibus.

Sup. hoc in Resl. præterita.

6. Vnde ex his ego olim consului comburentes fores Ecclesiæ ad eam prædandam, gaudere eius immunitate: & tunc adduxi Peregrinum *de immunit. cap. 12. num. 15.* quem postea inuenio sequi Nouarium *in summ. Bullar. tit. de immunit. num. 9.* quia solùm violantes Ecclesiam per homicidium & mutilationem in ea commissam, excludantur ab eius immunitate. Ergo omnes alij illa gaudebunt.

RESOL. XXXII.

An defloræntes Moniales, & raptores Virginum gaudeant Immunitate Ecclesiæ:

Et quid etiam, si reus defloraßet Monialem in ipsa Ecclesia Monasterij. Ex part. 4. tract. 1. Resol. 43.

Sup. his in Resol. seq. per totam.

§. 1. NEgatiuam sententiam docet Ludouicus Correa *in select. ad cap. inter alia, de immun. Eccles. part. 3. num. 16.* vbi sic ait: Ampliatur etiam resolutio hæc, vt procedat etiam in defloratæ Monialem, vt non gaudeat immunitate, si ad Ecclesiam confugiat. Ita ille, & ante illum Barbosa *ad ordin. Lusitan. tom. 2. lib. 2. tit. 5. §. 2. num. 3.*

2. Tamen ego contrariam sententiam teneo, stando etiam in iure communi: nam Correa ideo affirmatiuam sententiam tenet, quia putat raptores virginum non gaudere immunitate Ecclesiarum: vnde hoc ampliat ad defloratas Monialem. Verùm raptores virginum gaudere Ecclesiæ immunitate ex iure Canonico, firmant Hostiensis, Archidiaconus, Bellamera, Abbas & omnes Canonistæ, & casuistæ, quos adducit & sequitur Peregrin. *de immunit. Eccles. cap. 12. num. 14.* Fagundez *part. 2. lib. 4. cap. 4. n. 47.* Layman *in Theol. moral. lib. 4. tract. 9. cap. 2. num. 8.* Farinacius *in append. de immun. cap. 6. num. 88.* Tuschus *ver. Ecclesia, concl. 11. num. 35. & 36.* Guttierez *pract. qq. lib. 3. quæst. 5.* & alij.

3. Sed quidquid sit de iure communi, hodie stante constitutione Gregorij XIV. puto raptores virginum & defloratas Moniales gaudere immunitate Ecclesiarum, quia supradicti casus non sunt inter exceptuatos à Pontifice *in dicta Bulla* ergo gaudent immunitate. Et hæc opinio, procedit, etiamsi reus defloraßet Monialem in ipsa Ecclesia monasterij. nam in Bulla excepta tantùm homicidium, & mutilatio membrorum facta in Ecclesiis. Ergo alia delicta in illis perpetrata, licet enormissima, gaudebunt earum immunitate, vt satis ego ipse cum multis aliis firmani *in part. 1. tract 1. resolut. 2.* quicquid asserat Portel, *in dub. regul. ver. Ecclesia immunitas, num. 15.*

Quæ hic est suprà Resol. 24. & in aliis eius annot.

RESOL. XXXIII.

Sup. difficultatibus huius tituli in Resol. prætericta.

An raptores virginum sint excludendi ab Immunitate Ecclesiæ?

Et deducitur defloratem Monialem gaudere priuilegio Immunitatis. Ex part. 6. tract. 1. Resol. 14.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Sarpus *cap. 6. fol. 49.* sic asserens. Præter homicidas lex ciuilis raptores etiam Virginum ab Ecclesiarum immunitate excludit: delictum enim est, in quo necessariò insunt artes, vis, iniuria, non minùs Reipublicæ, quam priuatæ familiæ; præcipuéque ipsi mulieri illatæ. Hæc ille.

Ad fulciendā doctrinam huius Resolutionis ge supra ex Resol. 27. §. Quæro septimo. & infra ex Resol. 45. §. Ad legem 1. & ex Resol. 56. §. Nec Valet.

2. Sed negatiuam sententiam prorsùs tenendam esse puto ex ratione sæpe superius allata, nempè quia raptus huiusmodi Virginum, non est inter crimina exceptuata à Gregorio in sua Bulla. Verùm difficultas est, quid dicendum de iure communi? & etiam negatiuè respondendum esse puto; quia casus hic non inuenitur exceptus; immò *in cap. de raptoribus 30. quæst. 1.* conceditur immunitas. Et ita hanc sententiam docet Guttierrez *in tract. quæst. lib. 3. quæst. 5. per. tot.* Germonius *de sacr. immunitate, lib. 3. cap. 16. num. 57.* Bonacina *tom. 3. disput. 3. quæst. 7. punct. 5. num. 8.* Fagundez *part. 2. lib. 4. cap. 4. num. 48.* Farinacius mutans sententiam *de immunitat. cap. 6. num. 88.* Guallinus *tom. 1. defens. 1. cap. 37. num. 72.* Layman *lib. 4. tract. 9. cap. 3. num. 9.* Castrus Palaus *tom. 2. tract. 11. disp. vnic. punct. 10. num. 5.* Persicus *de offic. Sacerd. lib. 1. cap. 9. dub. 11. num. 113.* Azorius *p. 2. lib. 9. cap. 9. quæst. 9. §. quid verò*, & alij penes ipsos.

3. Vnde aduersùs Sarpum, qui pro sua sententia adducit legem ciuilem *Authent. de mandatis Principum, §. neque autem*, negantem Raptoribus Virginum immunitatem. Respondeo fuisse correctā per ius Canonicum, quod seruandum esse in materia immunitatis sine errore negari non potest. Et ideò Villalobos *in summa to. 2. tr. 39. difficult. 7. num. 15.* sic asserit. [Quanto à los Raptores de las Virgines se hà de dezir, que de derecho ciuil no les vale la Yglesia, como consta de vn texto mas esto esta corregido por el derecho Canonico, y assi el dia de oy les vale, como tienen Angelo, y Sylvestro, y dize Iuan Fabro, que apprenua esto la costumbre, y refiere la Alessandro, que aconseja esto, y dize que es opinion comun, y lo mismo dize Henrico Boych, y dize Julio Claro, que assi lo vio practicar muchas vezes.]

4. Nec valet aliud argumentum Sarpi, quòd hoc crimen sit pernicioſum non solùm personæ, cui infertur iniuria; sed Reipublicæ: nam respondeo, quòd *in cap. inter alia, de immunit.* dicitur sic, quantumcumque grauia delicta perpetrauerit, non est reus ab Ecclesia educendus, nisi in casibus ibi expressis. Et sic Panormitanus *ibid. num. 17.* dicit decisionem illius capitis non esse extendendam ad alios casus, quod etiam docuit Gomez *tom. 3. var. cap. 10. num. 2.* & Bossius *tit. de captura, num. 32.* cum aliis.

5. Dicendum est igitur ex identitate, vel maioritate rationis textum illum non esse extendendum ad alios casus. Primò, quia facienda non est extensio ex identitate rationis, quando talis extensio præiudicat causæ fauorabili, qualis est Ecclesiastica immunitas. Secundò quia si vltra casus exceptos liceret alios ob identitatem, vel maioritatem rationis excipere, regula assignata *in dicto cap. inter alia* destrueretur; quia nihil firmum & stabile esset constitutum: illud autem est absurdum. Tertiò quia pœnæ locum non habent, nisi in casibus expressis. Ergo, &c. Vnde ex his omnibus refellendus venit Raphaël de la Torre *tom. 2. in 2. 2. Diui Thomæ quæstio 99. artic. 3. disputatio 7. gradu 8.* vbi sic ait. Quarta exceptio de Raptoribus Virginum ab aliquibus reprobatur, & ab aliquibus admittitur, vnusquisque

in

in suo sensu abundet; non enim video clara iura Canonica hanc exceptionem firmantia. Ita ille. Sed pace viri docti, iura in hac re sunt clara, & ita communiter à veteribus, atque recentioribus Canonistis atque Theologis intelliguntur.

6. Nec valet dicere in fauorem Raphaëlis de la Torre Decretum *cap. de Raptoribus 36. quæst. 1. superiùs adducti*, non esse Concilij vniuersalis, sed Prouincialis, & ideò non ligare omnes: nam respondeo, quòd cùm ab Ecclesia sit receptum, ab omnibus seruari debet. Deinde per ius Canonicum Regula est constituta, vt delinquentes propter nullum crimen, quantumcumque graue sit, possint ab Ecclesia extrahi, nisi in casibus exceptis. Sed hic casus per ius Canonicum antiquum non excipitur, vt patet *in dicto cap. inter alia*; ergo gaudere debet immunitate; & iura sunt clara in eius fauorem.

7. Ad id verò, quòd pro probabilitate contrariæ sententiæ adducit Suarez *de Relig. tom. 1. lib. 3. cap. 11. num. 17.* nempe Raptores Virginum inclusos esse sub nomine publicorum Latronum *in dicto cap. inter alia*: iam ex superiùs dictis patet responsio. Adde quòd vt sit publicus Latro, qui per cap. *inter alias* gaudere non debet immunitate Ecclesiarum ex communi sententia Doctorum, vt suprà visum est, debet sæpiùs in itineribus publicis cum armis & violentia furari; aliter non priuabitur immunitate; quo pacto Deus bone, semel rapiens Virginem includi potest sub nomine publici Latronis? non est igitur in hoc audiendus Suarez, qui etiam non debebat pro hac sententia consuetudinem in contrarium adducere: nam, vt suprà probatum est, non admittitur consuetudo contra immunitatem Ecclesiasticam.

Sup. hoc infra in Resol. 58. à num. 7.

Sup. in Resol. quæ hic est infra 37. * Quæ hic est Resol. antecedens.

8. Notandum est hîc etiam obiter ex supradictis contra aliquos deflorantem Monialem gaudere priuilegio immunitatis. Vide me ipsum *in p. 4. tr. 1.* * *res. 43.*

RESOL. XXXIV.

An Clerici gaudeant Immunitate Ecclesiarum, ita vt ad Ecclesiam confugientes pro criminibus non exceptis in Bulla, ab earundem iudicibus Ecclesiasticis inuiti extrahi non possint ab ea? Ex part. 1. tract. 1. Res. 24.

Sup. hoc in Resol. seq. & sup. in Resol. 36. & vlt. cur. fin in principio.

§. 1. DIfficilis est ista quæstio, & inter veteres, & recentiores Theologos, & Canonistas non parum agitata. Prima opinio asserit non gaudere. Ita Villadieg. *in polit. c. 3. num. 213.* Heuia *in Curia Phil. p. 3. §. 12. n. 17.* Abb. *in c. inter alia. num. 13. de immun. Eccl.* & alij Iurisperiti, quos citat Guttier. *pract. qq. lib. 3. n. 1.* & Authores infrà citandi, Idem ex neotericis docet Bellet. *in disq. cler. p. 1. tit. 3. §. 15. n. 1.* Geneuens. *in prax. cap. 17. num. 11.* Tanner. *in 2. 2. disp. 5. quæst. 8. dub. 1. n. 16.* Peregr. *de immun. c. 12. n. 3.* Megal. *in 3. p. lib. 4. cap. 2. n. 34* Bonacina *de legib. disp. 3. p. 7. §. 3. n. 7.* Fagundez *de Præcep. Eccl. tr. 2. lib. 4. cap. 4. n. 52.* Suarez *de Relig. tom. 1. tract. 2. lib. 3. c. 10. n. 6.* Lopez *in instruct. p. 2. c. 285.* Azor. *p. 2. lib. 9. c. 9. q. 9.* Portel, *in dub. regul. ver. Eccl. immun. n. 13.* Homobon. *de Exam. Eccl. p. 2. tract. 11. c. 12. q. 26. suppos. 3.* & alij. Probatur hæc opinio: quia, vt ait Fagũdez, cùm hæc immunitas nõ sit de iure diuino, sed de iure, canonico, & positiuo; ideò nõ ligat Iudices Ecclesiasticos, vt patet ex praxi, & consuetudine. Abbas *vbi sup.* prosequitur ex fundamẽto in confirmationẽ huius opinionis. Deinde argumentatur Peregrin. ex verbis Bullæ Gregorij: nam ibi solùm de laïcis Summus Pontifex facit mentionẽ: ergo excludit Clericos ab ista immunitate; & ita seruari per consuetudinẽ testatur. At his minimè obstantibus,

2. Secunda sententia docet Clericos gaudere hac immunitate. Et ita docet nouissimè Salgado *de protectione regia, tom. 2. p. 2. c. 4. num. 115.* & Roman. *cons. 226.* quod incipit: *Spectabilis Domine, & in cons. 234.* probat, non solùm Clericos de iure Canonico habere immunitatem; sed tenet, majorem esse rationem, cur Clericus in Ecclesia capi nequeat, quàm laïcus. Idem docet Episcopus Diaz *in Pract. crim. cap. 123. in fine.* Iulius Clar. *in Pract. §. fin. q. 90. num. 16.* & Zerola *in Praxi Episc. part. 1. §. Immunitas Ecclesiastica. ver.* 8. Decian. *tom. 2. lib. 6. cap. 26. num. 1.* Ioan. Maria Monticellus *in sua Tract. crimin. regul. 12. n. 18.* Couarruuias *lib. 2. var. cap. 20. num. 16.* Et hanc sententiam citans, alios, veriorem, & communiorem putat Bobadilla *in Polit. tom. 1. lib. 2. cap. 14. num. 57. in Glossa lit. P.* & nouissimè docet hanc sententiam Farinac. *tit. de carcer. quæst. 28. num. 7.* & in terminis nostræ Bullæ, Ambrosinus *de immunit. cap. 12. per totum.* Duardus *in Bulla Cœn. lib. 2. can. 15. quæst. 16. num. 13.* & magis amplè Petrus Cenedo *in suis quæstionibus Canonicis, quæst. 42. per totam.* vbi asserit, Iudices Ecclesiasticos, extrahendo Clericos ab Ecclesia sine licentia Summi Pontificis, in casibus non expressis, incurrere in pœnas, & censuras latas contra violantes immunitatem Ecclesiarum. Et probatur hæc sententia: quia iura Canonica, & ciuilia indistinctè loquuntur, & indefinitè, ac generaliter: ergo tam laïci, quam Clerici complectuntur ex authoritate *leg. de pretio. ff. de publicat.* Cæteras rationes adducit Ambrosin. & alij. Restat modo respondere ad argumenta in contrarium: sed, quia in his laboribus breuitati studeo; solutionem argumenti Fagundez inuenies apud Pet. Cened. *in Can. 42. n. 11.* Argumenta verò Abbatis satis soluta sunt à Decian. *vbi sup. tom. 2. lib. 6. cap. 26. n. 1.* & à Cardinali *in cap. inter alia. de immun. q. 6.* Ad argumentum verò Peregrini respondet Gambac. *de Immunit lib. 4. c. 11. n. 8.* vbi probat, in Constitutione Greg. XIV. adesse mentionem de Clericis, & Ecclesiasticis.

RESOL. XXXV.

An Clerici confugientes ad Ecclesiam gaudeant Immunitate? Ex part. 3. tract. 1. Res. 35.

§. 1. COntra aliquos affirmantium sententiam docui *in tract. de immunit. Eccles. part. 1.* * *res. 24.* cum multis DD. quibus nunc addo Layman. *in Theolog. mor. lib. 4. tract. 9. c. 3. num. 13.* Barbosam *in collect. tom. 1. lib. 3. tit. 49. cap. 6. num. 14.* & Lotterium *de benef. tom. 1. lib. 1. quæst. 13. n. 113.* & ita determinatum fuisse à sacra Cardinalium Congregatione tam Concilij Tridentini interpretum, quàm Episcoporum, & Regularium inuenio; fuit enim Neocastri quidam Clericus in minoribus constitutus, qui in an. 1618. ob patratum homicidium ad Ecclesiam confugerat, & cùm fuerit à Vicario Generali inde extractus, fuit dubitatum, an hoc legitimè fecerit? Vicarius asserebat quòd sic, fultus authoritate Abbatis, & aliorum, sed Episcopus Petrus Franciscus Montorius de hac re sacram Cardinalium Congregationem consuluit, quæ sic consulta respondit per Illustrissimum Cardinalem Iustinianum.

* Quæ hic est Res. antecedens, & cursim in alio, §. eius annot.

2. [Molto Illustre, è Reuerendissimo Signore come fratello. Hò riceuuto vna lettera di V.S. delli xi. del passato, é per risposta gli dico che nella Congregatione del Concilio è stata seguitata l'opinione contro l'Abbate, che Ecclesiastici godano l'Immunita delle Chiese, perche il priuilegio è dato alla Cheiesa, è cosi sequita à tenere la Congregatione d'ei Vescoui. Io poi sono ad solito suo, è le prego ogni vero

contento, di Roma li 10. di Agosto 1618. come frà-
tello affectionatissimo il Cardinal Giustiniano.]Non
est igitur amplius de hac quæstione dubitandum.

RESOL. XXXVI.

An Religiosi gaudeant dicta Immunitate, ita vt eorum Superiores non possint extrahere illos ab Ecclesiis, & quid, si delinquant in propriis Monasteriis? Ex part.1.tract.1.Resol.25.

§.1. NEgat in specie Riccius *part.3.decis.*172.*n.*6. & ita fuisse decisum in Curia Archiepiscop. Neapolitana asserit: & ita docent etiam Doctores citati * superiori quæstione in prima opinione, qui pro confirmanda eorum sententia sic argumentabantur: Si Clerici gaudere debent immunitate Ecclesiarum, sequitur, quòd Religiosi nunquam possint in carcerem detrudi à suis Prælatis, cùm semper sint in Monasterio, quod gaudet hac immunitate: sed hoc asserere est absurdum: ergo, neque Clerici, neque Religiosi immunitate Ecclesiarum gaudebũt. Et ita in particulari arguebant Sylvester *verb. Immunitas.* 3.§.3.*num.*2. Fagundez *de Præcept.Eccles. tract.*2. *lib.*4.*cap.*4.*n.*12. Suarez *de Relig. tom.*1. *tr.* 2. *lib.*3.*c.*10. *n.*6. & noster Peregrinus *de immunit. c.*12. *n.*3.*dub.*3.*opin.*2.*arg.*3.cum aliis.

* Quæ hic est sup. Res. 34. & infra in Res. seq. in quatuor eius primis lin. & si placet lege supra ex Res. 27 §. Quæro decimo. & Res. & §. eius not.

2. At hoc inconueniente non obstante, multi DD. vt *supra* visum est in secunda opinione, docuerunt, Clericos, & per consequens Religiosos, gaudere Ecclesiæ immunitate; & præcipuè inter illos Petrus Cenedo *in quæst.can.quæst.*42. & Petrus Gambac.*lib.*4.*cap.*11.*num.*10. vbi asserit: [Eadem est ratio de Clericis,ac Religiosis; & ideò licet illis, ad euadendas delictorum suorum iudiciales pœnas, ad Ecclesias, & Monasteria confugere, & sunt ab Ecclesia defendendi.Nec existimo satis esse consuetudinem,qua probetur eos non solere ad Ecclesias confugere,vt propterea immunitate careant;sicut nil valeret,si probaretur idem de laicis; non enim propterea quòd nullus laicus per multos annos ad Ecclesiã confugit; ideò mihi non proderit, si voluero confugere.Sed probare necesse est consuetudinem, qua Clerici, seu Regulares, ad Ecclesiam confugientes, nunquam in ea ad immunitatem admissi sunt. } Ita Gambacurt. vbi addit,Regulares in vrbe ad mortem damnatos per Iudicem ab Apostolica Sede delegatum,si commisissent aliquod delictum, non exceptũ, posse ad Ecclesiam confugere, & eius immunitate gaudere.Hæc opinio mihi placet, & ita sentio cum supradictis citatis Doctoribus, Regulares gaudere, sicut Clericos,immunitate Ecclesiarum.Sed difficultas est,quando delinquunt in propriis Monasteriis. Idem dicendum videtur, stando in dicta opinione, quòd Clerici,& Regulares immunitate gaudeant. Et ita in terminis docet Gambac.*sup.n.*12.vbi ait:[Difficultas non leuis superest de Regularibus delinquẽtibus in propriis Ecclesiis,seu Monasteriis, de quibus valde dubium est,an teneantur lege *cap. fin. de immun.Eccles.*nisi textum illius cap.amplè intelligamus,vt delinquens in ipso loco immunitatis, careat priuilegio,quam ratissimè Religiosi ad immunitatem admittentur; quia rarò exeunt: sed cùm textus sit odiosus, vt latè ab immunitate excludens,& se restringat ad Ecclesias,& Cœmeteria,ad quæ etiam se restringit constitutio Greg.XIV.probabile mihi est, in illis solis delictis grauibus, quæ in Ecclesiis, vel Cœmeteriis committuntur, ablatam esse illis immunitatem.Si quis verò hæc ipsa,seu alia grauia delicta committat in aliis immunibus locis, Monasteriis, Domibus, etiam non carebit immunitate; quoniam in dictis Canonibus non est expressum.]Ita ille,quæ omnia limitat *num.*14.ad eos casus, in quibus Superior procederet contra Regulares in foro iudiciali ad vltrices pœnas Canonum;non autem quando procederet in foro paterno ad pœnitentias salutares.

Sup. in Res. quæ hic est 34.

3. Hæc opinio Gambacurtæ est probabilis stando in rigore Canonum,& præcipuè in terminis nostræ Bullæ Greg.XIV. vbi vt *supra* diximus,excluduntur ab immunitate tantùm illi, qui membra mutilarent,vel occiderent in Ecclesiis,& ideò cõmittentes alia delicta enormia in Ecclesiis,vel Cœmetariis, gaudebunt immunitate; sicut etiam gaudebunt immunitate committentes homicidia, & mutilationes membrorum,& alia delicta extra Ecclesias, & Cœmeteria in Monasteriis, & aliis locis,quæ præbent immunitatem Ecclesiasticam. Ex qua doctrina, Regularis,qui committeret quodlibet graue delictum in Monasterio,gaudebit vtique supradicta immunitate, & Superiores incurrerent in pœnas, & censuras violatæ immunitatis, si aduersùs talem criminosum, volentem gaudere hac immunitate, in iudicio procederent;& ipse in tali casu non teneretur ad interrogationes respondere.Hæc omnia, vt dixi, probabilia mihi videntur,stando in rigore Canonum,& Constitutionis Gregorianæ.

4. Sed contrarium tenendum videtur, ex recepta consuetudine à Summis Pontificibus approbata.Dixi, *approbata à Summis Pontificibus*: nam sola consuetudo, vt sæpiùs diximus, & doctè notat Cened. *q.*2.*n.*10.non præualet aduersùs hanc immunitatem; nisi Pontificum interueniat consensus, quem in nostro casu interuenire patet:nam Summi Pontifices quotidie ex appellatione causarum ad Sacram Congregationem, vel ad ipsos, de causis Regularium; videut eorum Superiores aduersùs illos processus formare, & sententiam ferre de delictis, intra Monasterium commissis,de quibus stante contraria opinione gauderent dicti Regulares criminosi Ecclesiæ immunitate; & tamen de hoc non reclamant, neque supradictos Superiores,tanquam violatores immunitatis Ecclesiarum seuerè,vt deberent facere,puniunt; imò tales processus,& sententias confirmant. Ergo præbent illis, in huiusmodi casibus, iurisdictionem, non obstante aliquo canone, & Bulla Gregoriana contrarium determinante;& certè, si opinio Gambacurtæ in praxi fuisset admittenda, nullus Religiosus punitetur; & obseruantia, & disciplina regularis corrueret; & ideò nullo pacto admittendam esse puto.

RESOL. XXXVII.

Dum Quidam Religiosus effregit carcerẽ Monasterij, & confugit in alienam Ecclesiam,seu Monasterium, Quæritur,quid faciendum?

Et an cognitio pro dicta Immunitate in quocumque casu, & euentu semper pertineat ad Episcopum?

Et supponitur Religiosos gaudere immunitate Ecclesiæ, siue proprij,siue alieni Monasterij.

Idem, quod dictum est de Religiosis.dicendum est de Monialibus, & puellis, quæ in earum Monasteriis educantur, quæ gaudent Immunitate in propria Ecclesia,& Monasteriis aliorum ordinum,sed non item intra suum Monasterium,sicuti omnes Religiosi gaudent dicta Immunitate. Ex par.10. tr.14. & Misc.4. Res.32.alias 30.

§.1.* SVppono Religiosos gaudere Ecclesiarum Immunitate, vt me citato tenet Rocafull. in

* Sup. hoc, quod hic supponitur in R, præter in

in Praxi Theol. Mor. tom. 2. lib. 3. in præcept. 1. Decalogi, capit. 24. num. 291. & me citato Bordonus *in Miscellaneis decis. 143.* Ideò ad casum propositum respondeo, quod Superior Monasterij debet recurrere ad Episcopum, ad quem, vigore Bullæ Gregorij XIV. spectat hoc iudicium huius causæ, qui, si Reus delicta exceptuata non fecerit, debet declarare gaudere Immunitate, & Superiores debent illum recipere in Monasterio, nec ampliùs possunt de crimine patrato illum punire, stante quod ad Ecclesiam, vel aliud Monasterium aufugerit. Et quod hoc efficere debeat Episcopus tradit Bordonus *vbi supr. decis. 134.* vbi sic ait: Religiosus Ordinis Minimorum, e.g. aufugit à proprio Monasterio ad alienum, e.g. Ordinis Capucinorum prætextu Immunitatis; nam, & Religiosos illa gaudere dictum fuit præcedenti Decisione; dubitatur, quis teneatur concedere extractionem, Vicarius Generalis, an Guardianus Capucinorum? Spectat ad Vicarium Generalem, quia cùm in isto casu procedendum sit, sicut in præcedenti, iuxtà nimirum formam Bullæ Gregorianæ, quæ modum extrahendi præscribit communem Laicis & personis Ecclesiasticis ex ibidem probatis, quorum nullus extrahi potest, nisi cognita causa per Vicarium, quod Reus non gaudet Immunitate, & licentia per eundem concessa extrahendi, cum interuentu personæ Ecclesiasticæ, clarè constat nulli alteri competere hoc ius. Quare Guardianus, quando sibi constiterit per Vicarium, illum Religiosum non gaudere Immunitate, debuit consignare illum interuenientе ea persona Ecclesiastica. Hucvsque Bordonus; qui postea *decis. 145.* subdit, hoc munus cognoscendi, an Reus gaudeat Immunitate Ecclesiæ seu Monasterij, ad quæ confugit, respectu cuiuscumque rei, siuè sit Laicus, siuè Clericus, siuè Religiosus, ad effectum vt possit, vel non possit extrahi, ita spectat ad Episcopum, vel eius Vicarium Generalem, vt nullus alius in hoc casu cognitionis, & indè sequentis extractionis ius, & facultatem habeat, etiam Superior Regularis, vt apertè dicitur in Bulla Gregoriana illis verbis. Ad quos solos, id est ad Episcopum, & Vicarium, & non ad alios Episcopi inferiores, etsi aliàs Ordinarij, aut Diœcesis, tunc ad Episcopum viciniorem deuoluatur hæc cognitio, & non ad alios, capere, extrahere, aut incarcerare non possint. Res igitur est clara, disposita in ea Bulla quoad cognitionem, & extractionem pertinere ad prædictos, & nullo modo ad Superiores Regulares, qui solùm requisiti, velint, nolint, tenentur consignare Vicario petenti Reum, qui confugit apud ipsos. Ità Bordouus, qui citat Gambacurtam, Correa & Barbosam.

2. Nota hîc etiam, id quod dictum est de Regularibus in ordine ad Monasteria, dicendum est de Monialibus, & Puellis, quæ in earum Monasteriis educantur: Vnde sic asserit Pellizzarius *tract. de Mon. cap. 9. quæst. 6. num. 11.* Vt ingenuè fatear quod sentio in hoc, mihi non displicet sententia Bordoni, *resol. 1. num. 18.* sustinentis Religiosos gaudere Immunitate, tàm intra proprias Ecclesias, quàm in Monasteriis aliorum Regularium, non autem intrà proprium Conuentum: idque ne aliàs impunita remaneant delicta Religiosorum: quod regulariter eueniret, cùm ij semper habitent in proprio monasterio. Et quidem quod gaudeant Immunitate in propria Ecclesia, immò & in monasteriis aliorum Ordinum patet, tùm quia sic cessat absurdum modò adductum; tum quia Indultum Immunitatis concessum fuit locis Ecclesiasticis, vt debitus honor Dei in iis conseruetur, abstrahendo ab hoc, vel illo genere personarum: locus autem Ecclesiasticus iniuria afficitur, siue extrahatur Religiosus, siuè sæcularis. Vndè inferri potest etiam Moniales, & Puellas, quæ apud ipsas educantur, gaudere Immunitate in propria Ecclesia, non item intrà suum Monasterium. Ità ill.

RESOL. XXXVIII.

An Regularis occidens suum Generalem gaudeat Immunitate Ecclesiarum. Ex part. 7. tract. 11. & Misc. 2. Resol. 37.

§. 1. NOuissimè negatiuam sententiam docet Ioannes Antonius Nouarius *in summa Bullarum, part. 2. tit. de Immunit. Eccles. num. 67.* quia in Religione Generalis dicitur Princeps & habet merum & mixtum imperium, & omnem potestatem vtriusque fori & personæ. Ergo.

2. Sed hæc opinio mihi non placet, nam vt optimè Castrus Palaus *tom. 2. tractat. 11. disp. vnica, punct. 9. num. 43.* Trullench *in Decal. tom. 1. libro primo, cap. 11. dub. 3. numero 24.* in Bulla Gregoriana nomine Principis intelligitur, qui supremam habet iurisdictionem, neminique est subiectus, quia hic per antonomasiam dicitur Princeps, qualis est Pontifex, Imperator, Rex, & similes. Sed Generales Religionum non sunt tales, nam non solùm subiiciuntur Summo Pontifici, sed etiam in multis Casibus eorum Capitulis Generalibus. Ergo non includuntur in Bulla Gregoriana sub nomine Principis; Nec argumenta quæ adducit Nouarius sunt magni ponderis; nam multi Principes, Duces, Marchiones habent merum & mixtum imperium & omnem potestatem vtriusque fori, & tamen, quia verbi gratia subiiciuntur Regi Hispano, vel Gallo, si aliquis subditus illos occideret, non vtique, vt perperam vult Nouarius priuabitur Ecclesiæ immunitate; quia supradicti non includuntur sub nomine Principis, cum sint Regi subiecti. Sic & in casu nostro Principis appellatione non veniunt Generales cùm & ipsi superiorem agnoscant; Ergo Regularis subditus, eos occidens, priuilegio immunitatis gaudebit.

RESOL. XXXIX.

An Apostata à Religione gaudeat Immunitate Ecclesiæ?

Non autem in Ecclesiis, & Monasteriis eiusdem Religionis, à qua apostatauit, sed in aliis. Ex part. 1. tract. 1. Res. 23.

§. 1. NEgatiuè respondet Peregr. *de immun. c. 12. n. 16.* Sed contrariam sententiam tenendam esse existimo. Dico igitur, dictum Apostatam gaudere immunitate: non autem in Ecclesiis, & Monasteriis eiusdé Religionis, à qua apostatauit; sed in aliis; vt dictum est. Et ita docet Duard. *in Bull. Cœn. lib. 2. can. 15. quæst. 16. num. 15.* Bobadill. *in polit. tom. 1. lib. 2. cap. 14. num. 57.* qui citat Rebuff. & Decian. Et ita docet in terminis nostræ Bullæ, Farinac. *de immun. c. 13. n. 169.* & Italia *de immun. lib. 1. cap. 3. §. 1. num. 1. ver. Ex his ergo apparet.* Vbi testatur, quendam Apostatam à Religione fuisse restitutum Ecclesiæ, ex qua fuerat extractus.

Sup. hoc supra in Res. 27. §. Quæro decimo. & lege alias Res. citatas in fine dicti §. & infrà ex Res. 97. §. vlt.

RESOL XL.

An qui vehementer suspectus est de hær esi, gaudeat Immunitate Ecclesiæ? Ex part.1. tract.1.Res.38.

Sup. hoc supra in Res. 29.§.2. ad medium.

§.1. CVm quadam limitatione affirmatiuè respondet Gambacurta.*lib.5.c.38.n.4.*

2. Sed omnes scribentes super dictam Bullam, absolutè negatiuam sententiam docent, vt noster P. Peregrin.*cap.8.num.8.* Marius Italia *lib.1. cap.5.§.6. num.59.& n.140.* & Ambros. *cap.8. num.10.* Idem etiam docet Penna *in suis Annot.ad 2.p.Directorij Inquis.schol.9. §.qui autem.* Et post hæc scripta hanc sententiam inueni apud Farinac. *de immunit. Eccles.*

Sup. hoc in Resol. & §. nor. præteritæ.

c.13.num.175. vbi sic asserit : [Non solùm blasphemus hæreticalis, sed etiam quicunque alius de hæresi quouis modo suspectus,si ad Ecclesiam confugiat,ab ea à ministris sancti Officij indifferenter extrahitur.Et ratio est : quia, cùm error hæresis consistat in intellectu, qui nisi per ipsiusmet rei confessionem declarari non potest, formalitásque hæresis ab hoc dependeat ; vtique pro fidei orthodoxæ conseruatione , ne pestifera hæc lues latenter serpat, si rei huiusmodi ad Ecclesiam confugiant,ab ea extrahendi sunt , iuxtáque intentionis declarationem ad abiurationis gradum admittuntur.Et ita in antiquissimo illius sacri Tribunalis stylo semper seruatum est,& seruatur in præsens.] Hæc Farinac. Vnde apparet , me his diebus respondisse contra opinionem Gambacurt.quæ omninò reiicienda est.

RESOL. XLI.

An hæreticus non solùm ob hæresim, verum etiam ob alia delicta distincta ab hæresi , careat Immunitate Ecclesiarum? Ex part.1.tract.1.Res.29.

Sup. hoc in Res. seq.

§.1. AFfirmatiuè respondet Gambacurt.*lib.7.c.3. num.6.*P.Peregrin. *de immunit. cap.8. n.13.* Bobadill. *tom.1.lib.2.cap.14.num.54.* Tanner. *in 2.2. disput.5.quæst.8.n.16.* si tamen de hæresi non fuisset punitus. Et ratio est : quia est indignus tali fauore, & vt Ecclesia illum defendat. Verùm contrariam sententiam tenendam esse iudico cum Portell. *in dubiis regul.ver.Ecclesia immunitat,num.10.* Azorio *p.2. lib.9.cap.9.quæst.9.* Syluestro *verb.immunitas , 3. q.3.* Suarez *de Relig.tom.1.tract.2.lib.3. cap.10.n.13.* Bonacin.*de legib.disp.3.q.7.§.3.num.3.* & aliis. Et ratio est : quia non habemus fundamentum ad excipiendam personam , vbi crimen non est exceptum.Vnde in illis locis, vbi Hæretici impunè habitare permittuntur , nec propter hæresim puniuntur ; dicendum est,in crimibus non exceptis , gaudere, vt cæteri, immunitate Ecclesiarum.Vide circa præsentem quæstionem Farin.*de immunit.cap.13.n.170.*

RESOL. XLII.

An Hæreticus quoad alia delicta gaudeat Ecclesiarum Immunitate ?

Idem dicendum est de Schismaticis, Apostatis,& fautoribus Hæreticorum,&c. Ex p.6.11.1.Res.24.

Sup. in Res. quæ hic est infra 45. & 11 aliis eius primæ not.

§.1. NEgatiuè respondet Sarpus *c.5. fol.60.* vbi cùm intendat probare,vt supra visum est, infideles non gaudere Ecclesiarum immunitate ; hoc probat exemplo Hæreticorum , & ideò sic asserit. Quodcunque verò de Iudæis dicitur,infideles omnes amplectitur , cuiusvis sectæ fuerint. Id autem facile probari potest ex Constitutione Ioannis XXII. quam superiùs retulimus , qui constituit Hæreticos Ecclesiarum immunitate defendi minimè posse : ex eo namque consequens est multò minùs infidelibus hoc licere. Etenim hæretici licèt prauas opiniones habeant, Baptismatis tamen charactere insigniti Christum Iesum aliqua saltem ratione venerantur , quem infideles auersantur , atque execrantur.

2. Sed hoc argumentum Sarpi à maiori ad minus, videlicet infideles esse excludendos ab immunitate Ecclesiarum;quia ab illa excluduntur hæretici; negandum est : nam hæretici secluso crimine hæresis , quoad alia delicta gaudent Ecclesiæ immunitate. Et ita ego docui *in part. 1. tract.1. resol.29.* cum multis Doctoribus , quibus nunc addo Ludouicum Corream *relect. de immunit. part.3. num.3.* Castrum Palaum *tom.2.tract.11.disp.vnic.punct.7.num.4.* Trullench *in Decalog. tom.1.lib.1. cap.11. dub.2.n.2.* Villalobos *in summa, tom.2.tract.39. diffic.7.n.20.* Farinacium *de immunit.cap.13. num.170.* & Marium Italiam *lib.1.cap.5.§.6.num.7.* Et ratio est, primò, quia non habemus fundamentum ad excipiendam personam , vbi crimen non est exceptum. Secundo excipitur in iure crimen hæresis, consequenter hæreticus tantùm ratione hæresis : verba enim formaliter accipienda sunt, & cùm immunitatis priuilegium sit fauorabile, restringi non debet absque fundamento & ratione. Tertiò immunitatem debet exercere Ecclesia erga omne genus personarum,cum instituta sit à Christo Domino , qui inimicos iubet diligere : aliter enim aliud iuberet, aliud autem exerceret. Deinde non videtur dicendum quoad hanc immunitatem Christianum esse melioris conditionis quàm infidelem vel hæreticum; cum æqualitas sit seruanda erga omnes, vt ipsi agnoscant ingratitudinem suam. Quartò respectu aliorum delictorum crimen hæresis se habet per accidens ; ergo non potest impedire immunitatem, quam reus obtinet,ne ob alia delicta ab Ecclesia extrahatur.Quintò iura priuantia Hæreticum immunitate , formaliter intelligenda sunt , videlicet vt priuent Hæreticũ,quatenus hæreticus est,non quatenus homicida, &c.aliàs,qui delinqueret in Ecclesia, priuatus esset immunitate,non solùm quoad illud delictum,sed quoad alia quælibet, quod est contra communem.Et tandem sextò hoc priuilegium immunitatis concessum est loco & non personis : Ergo,&c.Et hanc opinionem esse probabilem concedunt ipsimet aduersarij,vt Facundez *part.2.lib.4. cap.4. n.49.*ergo est amplectenda : quia inter duas opiniones illa debet amplecti,quæ fauet Ecclesiæ;vt ego * alibi satis probaui;& probat Gratianus *in disceptatione,cap.88. num.6.& cap.131.n.2.* Pacianus *respons.7.n.123.*Hondedeus *consil.3. num.24. lib.1.* & post illos Sperellus *decis. 91. n. 29.* Vnde ex his sequitur quid dicendum de Schismaticis,Apostatis,fautoribus Hæreticorum: isti enim sunt excludendi à priuilegio immunitatis , quando ipsorum crimina coniuncta essent cum hæresi,secùs autem si eorum delicta cum hæresi aut fauore hæresis coniuncta non sint.

Quæ hic est Res. antecedens.

3. Nec valet dicere in fauorem opinionis Sarpi id quod asserit Peregrinus *de immunit.c.8.n.13.*& alij, nempe hæreticum esse indignum hoc beneficio & priuilegio;cum sit Ecclesiæ hostis & proditor. Nam respondeo hæreticum esse quidem indignum hoc priuilegio;sed Ecclesia ex tertio argumento superiùs adducto ob ostensionem suæ pietatis illum ab hoc priuilegio non vult excludere.

* Alibi infra in Res. 118. §. vlt. & in Res. 128. §. Sed ne. in fine, & inferius in tr.2. Res.162.§.Ad priuilegium. cursim in fine,& in Res. 190. §. Sed respondeo. prope finẽ. & in Res.195 in fine, & in Res. 201. & 207.§.Igitur & in Resol. 214.§. 1.post medium , & infra in tr.3. Res.11.§.1.ad med. & inferius in tr. 7.Res.4. §. Sed silere.& in tom.6. tr. 7. Resol.119, §. Igitur post med.

RESOL.

RESOL. XLIII.

An Iudæus, Paganus, Sarracenus, & quilibet Infidelis gaudeat Immunitate Ecclesiæ? Ex part. 1. tract. 1. Resol. 22.

§. 1. REspondeo affirmatiuè cum D. Antonino *p. 3. tit. 12. p. 3. §. 1. ver. His ergo exceptis.* Sylvest. *in Summa, ver. immunit. 3. n. 12. vers. secundò, de Paganis.* & Azorio *p. 2. lib. 9. c. 9. q. 9.* Nec desunt pro firmanda mea opinione docti Iurisconsulti: nam ita docet Riccius *de iure person. lib. 2. c. 1. & 2. per tot.* cum aliis, quos citat & sequitur Barbos. *in Collect. tom. 1. lib. 5. tit. 49. c. 6. n. 50.* Faber *in leg. 2. C. de his, qui ad Ecclesiam confugiunt, & in §. sed & hoc n. 3. Instit. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris*, & Glossa, Hostiensis, Innoc. & Cardinalis apud Bobadil. *tom. 1. lib. 2. c. 14. n. 51.* qui probabilem vocat hanc opinionem: & absolutè etiam tenet illam in terminis nostræ Bullæ, Italia *de immun. lib. 1. c. 3. per tot.* Et ratio est: quia tale priuilegium non conceditur à Summo Pontifice intuitu personarum, sed loci. Sed priuilegia locis concessa, ad quaslibet personas ibi stantes extenduntur, vt notat Bartol. *in leg. cunctos populos*, & Bald. *in leg. si non speciali. C. de testam.* Ergo, dùm infideles tali priuilegio frui volunt, non est illis denegandum: quidquid in contrarium asserant Megala *in 3. p. lib. 4. c. 2. n. 3. & 16.* Doctores apud Farinac. *de imm. c. 6. n. 79.* qui *n. 83.* cum Pegr. *tr. de immun. c. 12. n. 1.* & Suar. *de Relig. tom. 1. tr. 2. lib. 3. c. 10. n. 11.* distinguit: si enim infidelis confugiens ad Ecclesiam, non petit Baptismum; putat, contra nostram sententiam, non gaudere; quia sua infidelitate indignum se facit eius beneficio: sed vt diximus, hoc priuilegium non conceditur ratione personarum, sed locorum. Vel petit Baptismum verè & realiter, & non simulando, & tunc asserit gaudere. Sed tu tene nostram sententiam, quam valdè miror vocari parum tutam à Gambac. *lib. 5. c. 7. n. 5.* cùm sit probabilis, & tam magnos Theologos, & Iurisperitos habeat patronos; & ex ipsamet Societate probabilem vocauit Facund. *de Præcep. Eccl. lib. 4. c. 4. n. 49.* & Portell. *in dubiis regul. ver. Eccles. immun. num. 10.*

Sup. hoc in duabus Resol. seqq. & in Resol. præcedenti §. 1. & supra in Resol. 25. §. pen. & infra in Resol. 69. §. Vlt.

Sup. hoc in Resol. seq. §. Vlt. & in Resol. 1. post seq. etiam §. Vlt.

RESOL. XLIV.

An Infideles, Iudæi, &c. gaudeant Immunitate Ecclesiarum? Ex part. 4. tract. 1. Resol. 50.

§. 1. HIc casus frequenter potest accidere, & negatiuam sententiam tenet Megala, Peregrinus & alij, quos citaui *in part. 1. tract. 1.* * *resol. 22.* quibus nunc addo Layman *in Theol. moral. lib. 4. tract. 9. cap. 3. n. 21.* Aluares de Paz *in praxi tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 3. n. 106.* Pereira *de manu Regia part. 2. cap. 51. num. 5.*

* Quæ hic est Resol. præcedenti, & in aliis eius primæ not.

2. Sed ego *ibi*, & meritò, affirmatiuam sententiam docui cum multis Doctoribus, quibus nunc addo Tiraquell. *de iure primogenitur. q. 66. num. 9.* Remigium *de immunit. fallent. 18. n. 3.* Felinum *in c. Iudæi, de Iudæis, n. 2.* Hippolytum *in l. unic. C. de raptu virginum. n. 114.* nouissimè citat & sequitur Ludou. Correa *relect. de immun. Eccl. part. 2. c. 3.* quia ait ille, immunitas non delinquentibus, sed Ecclesiæ ob Dei reuerentiam & honorem concessa est: vnde qualiscumque proponatur delinquens, non respicitur ad illum, & ita locum habet immunitas, dummodo tamen excipiantur excepti. Deinde pessimis hominibus confugientibus ad Ecclesiam immunitas conceditur, qui quidem etiam non causa fidei, sed tantùm propter pœnæ timorem ad Ecclesiam confugiunt; ac proinde licèt infideles ita se habeant, nequaquam ab Ecclesia sunt extrahendi, cùm malitia illorum immunitati Ecclesiasticæ nocere non debeat. Ita Correa, quam quidem sententiam non solum in terminis Bullæ Gregorij XIV. veram esse existimo, sed etiam de iure communi, nam *in cap. inter alia, de immunit. Eccles.* neque in alio Canone, non restringitur immunitas ad Iudæos & Sarracenos: ergo, &c. Et hanc sententiam etiam nouissimè tenet Gauantus *in enchir. Episc. verb. immunitas Ecclesiastica n. 9.*

3.* Notandum est hìc, etiam stando in prima sententia infideles confugientes ad Ecclesiam, si non simulatè petant Baptismum, gaudere immunitate. Verumtamen si infidelis post delictum commissum ad Ecclesiam confugiens Baptismum petat, cùm antea conuersionis nulla signa dedisset, præsumptio est contra illum, quòd simulatè, & solùm pœnæ vitandæ causa petat, ideóque nisi contrarium appareat, extrahi potest. Non tamen puto quicquid asserant Castrus Palaus *in opere morali tom. 2. disp. unica, de immunitate Eccles. punct. 7. num. 8.* Megala *in 3 part. lib. 4. cap. 2.* & Marta *de iurisdict. part. 3. cap. 51. num. 3.* præsumptionem hanc iuris esse, ac de iure, contra quam non admittitur probatio in contrarium, quin potiùs dicendum ad Episcopum pertinere, vt in hoc casu examinet voluntatem infidelis Baptismum petentis, & si iudicarit veram esse atque à Deo inspiratam, immunitatem ipsi concedat, quominus à iudice laico extrahi possit. Et hæc omnia docet Layman *in Theolog. moral. lib. 4. tract. 9. cap. 3. num. 12.* & Suarez *de Relig. tom. 1. tract. 2. lib. 3. cap. 10. num. 11.* Verùm ego, vt dixi, absolutè teneo, omnes infideles, etiamsi non petant Baptismum, confugientes ad Ecclesiam gaudere eius immunitate; ad textum verò *in l. 1. C. de his qui ad Ecclesiam confugiunt*, ex quo contraria sententia firmatur, respondeo cum Correa *loco citato*, esse textum iuris ciuilis, & Pontificio contrarium & ideo non esse obseruandum. Quòd autem infideles non sint subditi Ecclesiæ, ac proinde ab illa tutari non debeant, responderi potest non debere attendi quòd, Iudæi, v. g. careant fide, vel illam habeant ad hoc, vt ipsi hac immunitate gaudeant, quia hoc priuilegium non conceditur intuitu personæ, sed loci.

* Sup. hoc prope finem præcedentis Resol. & in Resol. seq. §. Vlt.

RESOL. XLV.

An Iudæi, & alij infideles, si confugiant ad Ecclesiam, gaudeant Immunitate?

Et docetur, quod super Immunitate Ecclesiastica sæculares Principes nihil statuere possunt, vnde in materia Immunitatis ius Canonicum, & non Ciuile seruandum est. Ex part. 6. tract. 1. Resol. 23.

§. 1. NEgatiuam sententiam tuetur Sarpus *cap. 5. fol. 58.* ita asserens. Iudæi supersunt, qui vt delictorum pœnam, aut debitorum solutionem effugiant, ad Ecclesias confugere solent; quorum causa lex prima lata fuit ab Ecclesiarum immunitate. Hæc statuit Iudæos, qui simulant se Christi legi velle coniungi vt ad Ecclesias confugientes euitare possint crimina, arceri debere. Quare Doctores omnes constituunt, si Iudæus ad Ecclesiam confugiens velit in Iudaica perfidia permanere, eumdem nulla omnino immunitate vti posse. Nonnulli, pauci tamen existimarunt, si Iudæus reus, aut debitor ad Ecclesiam confugeret eo nomine, vt Christianus fieri vellet, non ficta aut simulata, sed vera atque syncera intentione, ex animo, ac certa pietate, eo casu sacro baptismate

Sup. hoc in duabus præcedentibus Resol. & in tertia §. 1. & supra in Resol. 25. §. penult. & infra in Resol. 69. §. Vlt.

ptiſmate inſigniri ; atque protegi debere. At quoniam credi nequit velle aliquem ex animo Chriſtianam fidem ſuſcipere, eumque à delictis & facinoribus initium ducere, quæ Chriſtiana Religio omnino prohibet & auerſatur ; fieri non poteſt, vt voluntas illa, quæ tunc ſolummodò ſeſe det in omnium conſpect[illegible]tia hominem quærit ſupplicio afficiendum, recta ſit & ſyncera, ſed ficta potiùs & ſimulata: quocumque verò de Iudæis dicitur, infideles omnes amplectitur, cuiuſvis ſectæ fuerint. Hucuſque Sarpus.

2. Sed falſum dicit ; dum aſſerit omnes Doctores aſſerere Iudæum perſiſtentem in ſuo Iudaïſmo non eſſe ab Eccleſia protegendum : nam non ignobiles, nec pauci Doctores, quibus ego adhæſi ; *in 4. part. tract. 1. reſol. 50. & in part. 5. tract. 1. reſol. 2.* ex declaratione Sacræ Congregationis immunitatis contrarium aſſerunt, & Couar. *var. lib. 2. c. 20. n. 11.* cum Ludouico Correa *in relect. de immunit. part. 3. num. 3.* obſeruat hanc ſententiam eſſe receptam frequentiori Authorum calculo, & eam probat nouiſſimè Anton. Roeciullus *de iur. perſ. lib. 2. cap. 12. per tot.* Zambellus *in reper. Mor. verb. Eccleſia quoad ius immunitatum, num. 2.* & me citato Carolus Maranta *in controuerſ. iur. part. 2. reſponſ. 51. n. 3.* Et ratio eſt manifeſta, quia *in cap. inter alia, cap. minor, cap. frater, cap. ſi quis inuentus, cap. ſi quis contumax, de immunit.* omnibus indiſtinctè conceditur hoc priuilegium: quia non propter perſonas, ſed perſonis propter locum conceditur: ſed infideles capaces ſunt huius cõceſſionis: ergo ſiue velint conuerti, ſiue renuant, hoc priuilegio gaudere debent. Adde quòd priuilegium immunitatis eſt fauorabile; ergo eſt largè interpretandum.

Prima Reſ. hic citata nunc eſt antecedens. Secunda verò ſupra eſt Reſ. 25.

3. Ad *l. 1. C. de his, qui ad Eccleſ. confug.* quam pro ſua ſententia adducit Sarpus. Reſpondeo legem illam Imperialem eſſe, & ſuper immunitate Eccleſiaſtica ſæculares Principes nihil ſtatuere poſſunt, vt docet Alexander *lib. 7. conſil. 145. num. 4.* Decianus *lib. 3. conſil. 80. n. 27.* Sperellus *deciſ. 59. num. 33.* & alij. Vnde in materia immunitatis ius Canonicum & non ciuile ſeruandum eſt, vt tradit Germonius *de Sacr. immunit. lib. 3. cap. 16. num. 21.* Tuſchus *verb. Eccleſiæ, concluſ. 10. num. 19. & verb. immunitas, concluſ. 59. n. 13.* Peguera *in pract. crimin. cap. 26. num. 6.* & alij. Et ita ad hanc legem Cod. à Sarpo adductam reſpondet Italia *de immunit. lib. 2. c. 3. §. 3. n. 1.* & Correa *de immunit. part. 3. n. 3. in fin.* & ante illos Abbas *in cap. inter alia, de immunit. num. 6.* cum pluribus aliis.

Ad fulciendã doctrinam huius §. lege ſupra ex Reſol. 27. §. Quæro ſeptimo. & Reſ. 33. per totam & infra ex Reſ. 56. §. Nec valeat.

4. Nec valet dicere in fauorem Sarpi, quòd Iudæi careant fide, & ideò ſunt indigni, qui hoc priuilegio gaudeant : nam, vt dictum eſt, reſpondeo quòd immunitas non delinquentibus, ſed Eccleſiæ ob Dei reuerentiam conceſſa eſt. Vnde qualiſcumque proponatur delinquens, non reſpicitur ad illum, & ita locum habet immunitas dummodo excipiantur excepti. Et ideò peſſimis hominibus confugientibus ad Eccleſiam huiuſmodi immunitas conceditur ; qui quidem etiam non cauſa fidei, ſed tantùm propter pœnæ timorem ad Eccleſiam confugiunt : ac proinde licèt Iudæi & alij infideles ita ſe habeant, nequaquam ab Eccleſia ſunt extrahendi, cùm malitia illorum immunitati Eccleſiaſticæ nocere non debeat. iuxta *reg. delictum, de regul. iur. in 6.* Nec deſinam hic aduotare apud Gentes nullam in Aſylis habitam fuiſſe rationem Religionis ; ita vt ij tantùm, qui eos Deos colerent, ad illorum Aſyla admitterentur, ſed cuiuſcumque religionis rei eſſent, in quouis Aſylo confugiendo, ad impunitatem admittebantur.

* Sup. hoc in Reſ. præterita, §. vlt. & in alia eius not.

5.* Ad id verò, quod Sarpus aſſerit Iudæum, vel infidelem ad Eccleſiam confugientem, & Baptiſmum petentem non eſſe credendum, id recta & ſyncera intentione efficere. Reſpondeo quòd licèt quando infidelis petit baptiſmum poſt commiſſum delictum, & fugam in Eccleſiam, ſit magna præſumptio aduersùs eum, quòd ſimulatè petat: tamen non eſt abſolutè, vt malè vult Sarpus, excludendus ab immunitate: ſed Eccleſia poteſt huiuſmodi hominem ad ſe confugientem, & petentem baptiſmum proregere; donec examinet, an verè, an ſimulatè petat, & admittere probationem contra præſumptionem, quia iſta non eſt præſumptio iuris & de iure, aduersùs quam probatio non admittitur, & ita tenet Suarez *de Religione, tom. 1. lib. 3. cap. 10. n. 12.* Peregrinus *de immunit. capit. 12. num 1.* Farinacius *cap. 6. num. 84.* & alij. Et ideò quando Eccleſia iudicauerit petitionem Baptiſmi non eſſe ſimulatam, ſed veram ex occaſione illius delicti, vel ex alio capite à Deo inſpiratam, ſicut poteſt illum hominem baptizare, ita etiam poterit declarare, vt immunitate gaudeat. Sed ſupradicta procedunt in illorum opinione, qui aſſerunt non eſſe excludendos ab immunitate infideles, ſi petant baptiſmum: verùm ego, vt dixi, abſolutè puto Iudæum, vel alium infidelem confugientem ad Eccleſiam, etiamſi non petat baptiſmum, non eſſe immunitate priuandum.

RESOL. XLVI.

An offendentes perſonas Cardinalium gaudeant Immunitate Eccleſiarum, maximè poſt Bullam Greg XIV. Ex quo inferitur, an offendentes quoſcumque Conſiliarios, licèt intimos Principum ſæcularium gaudeant Eccleſiarum Immunitate ? Ex part. 5. tractat. 2. Reſ. 86.

§. 1. Affirmatiuam ſententiam tenet Farinacius *in app. d. de immun. c. 14. n. 185.* quia Conſtitutio Greg. XIV. videtur reſtricta ad eos, qui fuerint rei læſæ Majeſtatis in perſonam ipſiuſmet Principis : offendentes autem Cardinales non dicuntur offendere perſonam Pontificis. ergo, &c. Et licèt Cardinales Principes poſſint nuncupari, non tamen propriè Principes ſunt, illi præſertim, qui Superiorem non habent, & de quibus propriè Bulla Pontificia loquitur, vt inter alios obſeruat nouiſſimè Caſtr. Palaus *tom. 2. tract. 11. diſp. vn. punct. 9. n. 43.*

2. Sed his non obſtantibus Gambacurta *de immun. lib. 5. cap. 44 n. 5.* Marius Italia *lib. 1. cap. 5. n. 16. & §. 7. num. 21.* cum noſtro Peregrino *cap. 11. per totum*, docent talem reum minimè gaudere Eccleſiæ immunitate, non tantùm quia Cardinales ſunt Conſiliarij Papæ, & faciunt vnum corpus cum ipſo, ex *cap felicis, de pœnis, in 6.* ſed quia ſunt Romanæ Eccleſiæ Principes, vnde & in iure Regibus æquiparantur, & ideo maieſtatem habent, & qui eos lædit, maieſtatem lædit, lædit autem eam in perſona Principis, ergo caret immunitatis priuilegio, & includitur in verbis Bullæ Gregorianæ. Quæ doctrina minimè applicari poteſt quibuſcumque Conſiliariis, licèt intimis Principum ſecularium, nam illos offendens gaudebit vtique, vt alibi diximus, Eccleſiarum immunitate, & tradit Palaus *loco cit.* & nouiſſimè Marcellus Vulpe *in Praxi iudiciali, cap. 3. num. 15.* Verùm quia opinio Farinacij habet aliquam probabilitatem, quando caſus (quem Deus auertat) in facti contingentia accideret, Epiſcopi, vel alij Prælati Eccleſiarum talem reum ad Eccleſiam confugientem ſecurè cuſtodiant, & illicò Summum Pontificem ne deſinant certificare, qui delinquentem brachio ſeculari tradendum eſſe iuſtè determinabit.

Alibi in Reſ. quæ hic eſt infra 54. & in Reſ. 50. §. Sed ceſſat. & in Reſ. 51. & 108. in fine.

RESOL.

RESOL. XLVII.

An mandantes offendi Cardinales, si effectus non sequatur, incurrant in excommunicationem Bullæ Cœnæ, & priventur Immunitate Ecclesiarum?

Et notatur, eum, qui offensionem nomine suo factam Cardinali ratam habet, Immunitate Ecclesiarum non gaudere, præter incursionem excommunicationis latæ contra eum in Bulla Cœnæ. Ex part. 5. tract. 2. Resol. 87.

§. 1. NOn priuari immunitate Ecclesiarum videtur respondendum, quia ex mandato mandans non obligatur nisi mandato executo, & §. *is qui exequitur, Instit. de mandat.* & ex *l. 3. ff. eod.* quod magis confirmatur, quia mandans offendi Cardinalem non incidit in censuram Bullæ Cœnæ, si effectus sequutus non fuerit, vt docet Vgolinus *in Bulla Cœn. part. 2. cap. 11. ver. nec non ea mandantes, §. 2. n. 1.* Alterius *de cens. tom. 1. lib. 5. disp. 12. cap. 6. col. 4.* Graffius *lib. 4. decis. part. 1. cap. 18. num. 117.* Sayrus *de cens. lib. 3. cap. 15. num. 9.* Sousa *in Bulla Cœnæ, cap. 12. disp. 63. concl. 1. num. 2.* Barbosa *in Collect. Doct. tom. 3. lib. 3. tit. 9. cap. 5. num. 9.* Bonacina *in Bulla Cœnæ, diff. 1. q. 12. punct. 3. num. 8. & 9.* cum aliis. ergo, &c. Vide etiam Scortiam *in Bulla Pont. epit. 109. theorem. 297. & epit. 166. theorem. 420.*

2. Sed ego affirmatiuam sententiam tenendam esse puto, quam tuetur Peregrinus *tract. de immun. cap. 11. num. 1.* & ratio est, quia *in cap. felicis, de pœnis, in 6.* punitur etiam mandatum, vt obseruat Monachus *ibi num. 1. in verbo mandauerit, & num. 2.* Archidiac. *ibi num. 11. in eod. ver. mandauerit.* Io. Andreas *ibidem, ante num. 1. in verbo facientes.* Afflictus *in tit. quæ sint regalia. in verbo, & bonâ committentium n. 105.* Gigas *de crimine læsæ Maiest. lib. 1 rubr. qualiter, & à quibus crimen læsæ Maiestatis committatur. q. 5. n. 13* quos refert, & sequitur Farinacius *in sua pract. crimin. p. 2. tom. 2. tit. de crimine læsæ Maiest. q. 112. n. 91.*

3. Quod autem mandans effectu non sequuto nõ incidat in excommunicationem Bullæ Cœnæ, non est mirum, quia in dicta Bulla principaliter excommunicatur faciens, & secundariò mandans, & proinde non est mirum si mandans non excommunicetur nisi effectu sequuto per mandatarium, sed *in c. felicis*, ita principaliter excommunicatur mandans & punitur, sicut faciens, & ideo non est mirum si mandans immunitate Ecclesiastica non gaudeat etiam effectu non sequuto per mandatarium. Adde quod noster doctus & amicissimus P. Duardus *in Bulla Cœnæ lib. 2. cap. 11. q. 12. num. 1. & 4. & q. 14. num. 2.* satis probabiliter docet, ex vi Canonis Bullæ Cœnæ excommunicari mandantes offendi Dominos Cardinales æquè principaliter, ac facientes, & ideo incidere in excommunicationem, etiam effectu non sequuto. Quod probatur ex dictione *nec non*, in textu posita nam Romanus Pontifex post excommunicationem latam contra dicta crimina committentes, extendens illam ad mandantes, rata habentes, ac auxilium, consilium, fauorem præstantes, &c. sic ait Nec non ea mandantes, vel rata habentes, &c. At dictio illa, *nec non*, cùm ex duabus negatiuis constet, proculdubio affirmat, & copulat æquè principaliter, vt habetur ex text. *in §. cumque hoc, in proœm. Inst.* & nos suprà diximus *can. 2. q. 6.* Confirmatur, quoniam dictio illa, *nec non*, æquipollet copulæ, &, quæ quidem facit venire copulatum principaliter, non autem accessoriè, vt per Abb. *in c. sæpe n. 7. de verb. sign. & in c. querelam n. 5.* ac latè Iasonius cum aliis, quos allegat *in l. 1. n. 5. ff. de iust. & iur.* Nec mirum si ex solo mandato quis ligetur, quoniam hoc ipsum mandare est delictum consummatum; vt habetur ex Ioanne Andrea *in add. ad text. in c. 1. in ver. mandauerit, de hom. lib. 6.* & hanc sententiam tenet glossa *in Clem. 1. ver. mandauerit. de pœn.* Ergo etiamsi non sequatur effectus, mandans insequi & offendi Cardinales incurrit in excommunicationem Bullæ, & ita hanc sententiam præter Duardum docet Sebastianus Acosta *in Bull. Cruciat. q. 65.* Notandum est etiam hic cum Peregrino *vbi suprà num. 2.* eum, qui offensionem nomine suo factam Cardinali ratam habuit, immunitate Ecclesiarum non gaudere, præter incursionem excommunicationis latæ contra eum in Bulla Cœnæ, de qua vide citatos Doctores.

RESOL. XLVIII.

An non reuelantes læsa Maiestatis crimen in Cardinales perpetratum, gaudeant Immunitate Ecclesiæ?

Idem dicendum est de non reuelantibus crimen læsæ Maiestatis in personam Principis. Ex part. 5. tract. 2. Resol. 90.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet Peregrinus *de immunit. Eccles. cap. 11. num. 5.* vbi sic ait. Limitatur primò, non procedere in eo, qui non reuelat coniurantes, vel conspirantes vel machinantes in personam Cardinalis, ante vel post delictum commissum, & eorum fautores, receptatores. Nam licèt per non reuelationem non incidat in crimen læsæ Maiestatis, vt patet ex Bulla Pij V. quæ incipit, *Infelicis seculi, vers. quicumque* tamen non priuatur Ecclesiastica immunitate, quia crimen est omissionis, & non commissionis contra personam Principis, & in præsenti Constitut. Greg. XIV. excipiuntur ab hac immunitate delinquentes committendo (non autem omittendo) contra personam Principis, vt dictum est *suprà cap. 10. n. 11.* Ita Peregrinus.

2. Verùm hanc rationem, quam pro sua firmanda sententia adducit Peregrinus, non admittit Farinacius *in Append. de immun. Eccles. cap. 41. n. 186.* & Marius Italia *de immun. lib. 1. cap. 5. §. 7. n. 52.* asserentes læsæ Maiestatis crimen in * personam Principis non reuelantes, si ad Ecclesiam confugiant illius immunitate non gaudere; sed crimen læsæ Maiestatis in personam Principis cõmittit, qui offendit Cardinales, vt suprà probatum est, & docet ipsemet Peregrinus; ergo talem reum non reuelantem immunitate Ecclesiarum non gaudere dicendum erit. Vnde si casus acciderit, puto debere Episcopum statim Summum Pontificem certiorare, & delinquentem interim cautè custodire.

Sup. hoc infra in Resol. 50. §. Vlt.

RESOL. XLIX.

An receptatores, & defensores interficientium Cardinales incurrant in excommunicationem Bullæ Cœnæ & non gaudeant Immunitate Ecclesiæ?

Sed difficultas est, an dicti receptatores, &c. incidant in censuram latam in cap. Felicis de pœnis in 6.

Et an licèt excusetur ab excommunicatione, qui Clericum turpiter inuentum in cõtinenti percuteret, id tamen non satis videtur in percutiente Cardinalem, Episcopum, & alios Prælatos expressos, &c? Ex part. 5. tract. 2. Resol. 91.

§. 1. QVoad censuram Bullæ Cœnæ, qui post commissum crimen receptat, vel defendit tales reos, siue vt amicos, siue formalitei vt criminosos, non incidere in dictam excommunicationem; secus autem

autem si illos ante commissum crimen receptet, & defendat, tradit Sousa *in Bulla Cœnæ,cap.12.disp.65. num.3.* & 4.Duardus *lib.2.concl.11.q.17.n.6.* Filliucius *tom.1.tract.16.cap.9.punct.6. n.243.* Alterius *de Cens. tom.1.lib.5. disp.12.c.6.* Suarez *de Censuris disp.21. sect.2.n.72.* Reginaldus *tom.1.lib.9,c.20.n.314.* & ratio est, quia post crimen patratum prædictos receptat,& defendit ad ipsum patrandum auxilium,consilium,vel fauorem non impendit, est enim hoc casu crimen iam perfectè commissum, nec in fieri perseuerat, ergo huiusmodi receptatores & defensores ex vi huius Canonis non excommunicantur. Probatur consequentia, quia postquam Summus Pontifex quas prohibet actiones numerauit, addit, *præstantes in eis auxilium*,&c.quæ verba non obscurè ostendunt in prædictis actionibus præstandum esse auxilium,atque adeò illud debere antecedere : qui autem post actiones iam factas receptant, non in illis, sed in re alia hoc loco non prohibita fauent,ad vitandum scilicet amicorum supplicium;quòd autem receptatores approbantes sic factum,non excommunicentur, ex disp.præced.patet.Cùm enim illorum nomine crimen commissum non sit,non dicũtur ratum habere in ordine ad excommunicationem incurrendam.

2. Sed difficultas est, an dicti receptatores, vt suprà,incidant in censuram latam *in c.felicis,de pœnis in 6.* videtur etiam sub distinctione supradicta respondere Barbosa *in Collect. Doct.tom.3.lib.5.tit.9.c.5. num.14.*qui citat Sousam *vbi supr.* nam Sousa negat quidem supradictos reos incurrere excommunicationem Bullæ Cœnæ recipientes post delictum commissum interfectorem Cardinalis,sed docet incurrere in excommunicationem latam *in d.c.felicis.*& ita etiam docet Bonacina *in Bulla Cœnæ.disp.1.q.12.p.3.n.12.*

3. Verùm an in tali casu receptatores interficientium Cardinales gaudeant immunitate Ecclesiarum,distinguit Peregrinus *de immun.cap. 11.n.4.* nam vel receptio redundat in fauorem delicti commissi contra Cardinalem, vt quia receptatio est facta, ne à satellitibus comprehendatur,vel ne à iudice puniatur, & in hoc casu non excusatur à pœna,nec immunitas Ecclesiastica ei suffragatur: vel receptatio non redundat in fauorem delicti, sed tantùm hospitij gratia facta est, & in hoc casu mitiori pœna puniri debet, & immunitatem Ecclesiasticam non amitteret,cui adde Megalium *in 3.p.lib.3.c.9. q.1.n.3.*

4. Sed hanc sententiam tunc probabilem esse putat Duardus *in Bulla Cœnæ, lib. 2. can.11.q.11.n.7.* quando aliquis Cardinalis,vel ex dictis Prælatis turpiter inueniretur (quod absit)eo modo,quo exemplificat Vgolinus *loco citato*; secus autem si solus cum sola in loco suspecto comprehendatur,nam licèt excusaretur ab excommunicatione,qui Clericum sic inuentũ incontinenti percuteret, iuxta sententiam Nauar.quam communẽ esse testatur ipse *in Manuali cap. 27.n.84.* & Suarez *de cens. disp.22.sect.1.sub.n.37.*id tamen satis non videtur in percutiente aliquem ex enumeratis in hoc Canone, quoniam propter dignitatem personæ, & munus quo fungitur, non redditur adeò suspectus, sicut simplex Clericus,maximè si de huiusmodi genere criminis non sit aliàs diffamatus.

* Sup.hoc.in tom.5. tr. 2. Resol.16.17. & 18.& in aliis earum annotationũ pro hac quæst.

5. Verùm, his non obstantibus, ego teneo absolutè contrariam sententiam, nempe supradictos occidentes, vel percutientes Cardinales incurrere censuram Bullæ Cœnæ,& ita docet Alterius *de cens. tom.1.lib.5.disp.12.c.5.dub 3.*& Bonacina *de cens.disp. 1.q.22.punct.3.n.5.*& ratio est, tum quia hic Canon absolutè excommunicat offendentes Cardinales, & alios Prælatos hìc expressos absque exceptione causarum *in cap.si verò 1.& 2.de sent. excomm.*contentarum;ergo frustrà nos excipimus huiusmodi causas: verba enim generaliter prolata, generaliter intelligenda sunt iuxta propriam verborum significationem, etiam in materia pœnali, & odiosa.*l.de pretio, ff.de public.in rem action. & cap. solita,in fine,de maior. & obed.*tum quia percutientes Clericum turpiter inuentum cum filia ligarentur excommunicatione Canonis *si quis suadente diabolo 17.q.4* nisi exciperetur *in c. si verò 1.& 2.de sent. excomm.*ergo etiam excommunicatione Bullæ ligatur percutiens Episcopum in huiusmodi crimine inuentum, cùm is nullibi exceptus reperiatur, & exceptio in vno casu non sit ad alium trahenda. Vnde ex his contra Peregrinum non audeo dicere supradictum reum gaudere immunitate Ecclesiastica; * sed in casu occurrente puto consulendum esse ab Episcopo Summum Pontificem.

* Sup hoc infra in Resol.54. §.Vlt. post medium.

RESOL. L.

An Reus criminis læsæ Maiestatis humanæ debeat gaudere Ecclesiarum Immunitate?

Et quid dicendum, si vxorem, filios, fratres Regis, Consiliarios, Proreges, &c. quis offendit?

Et quid, quando coniuratio, conspiratio, machinatio, conuenticula, seditiones, & similia, &c. non essent facta circa personam Principis, licèt talia crimina reducerentur ad læsam Maiestatem?

Et an sciens, & non reuelans crimen læsæ Maiestatis in ipsam personam Principis gaudeat Immunitate? Ex part. 6. tract.1.Resol. 18.

§. 1. NEgatiuè respondet Sarpus *c.5.fol.51.*vbi sic asserit.At præter hæc delicta,quæ priuatos respiciunt, perduellionis etiam rei à sacro loco defendi non possunt. Quod Doctores omnes vnanimes non sentire demiror: multi certè iidemque summi Iurisperiti probant,qui optima sanè de causa decernunt, maximam fore iniquitatem, si quò tot errata leuiora puniri possint, liceret reos ab Ecclesiis extrahere : ob maiora verò, imò si mentis acies intendatur, omnium maxima, dum Respublica læditur, & regimen optimum peruertitur, non liceret. Sic ait Sarpus.

Sup. hoc infra in Resol. 52.& 53.

2. Verùm hæc quæstio potest tractari dupliciter, vel in terminis iuris communis, vel in terminis constitutionis Gregorianæ. Et in vtroque casu existimo reum læsæ Maiestatis humanæ modo infrà explicando, gaudere Ecclesiarum immunitate. Et ita de iure communi tenet Ioannes Guttierrez *in pract. quæst. lib. 4.n. 3. immo n.9. &* 17. vbi reprobat Bossium, & Clarum adductos à Sarpo.Idem tenet Villagut.*de extens.leg.cap. fin. num.5.* Et post illos Castrus Palaus *tom.2.tract. 11.disp.vnic.pun.10.num.42.*Et ratio,est,quia *in can.inter alia, de immunit. Eccles.*conceditur immunitas omnibus delinquentibus, quantumcumque grauia crimina perpetrauerint : nisi in aliquibus casibus ibi exceptis:ergo de iure communi crimen læsæ Maiestatis debet gaudere immunitate, quia non excipitur in dicto textu.

3. Sed cessat hæc difficultas post constitutionem Gregorianam, cùm in illa excludantur tantùm ab immunitate Rei læsæ Maiestatis in personam ipsiusmet Principis : secus autem dicendum est, quando, coniuratio, conspiratio, machinatio, conuenticula seditiones, vel similia non essent facta circa personam Principis ; licèt talia crimina reducerentur ad læsam Maiestatem.Et ideò statuas,vel Principis imagines offendens, qui se regem facit, cùm non sit; qui offendit eum, qui à Principe saluum habet conductum, qui rebellionem committit contra suum Principem.

Sup. hoc in Resolutionibus not.præteritæ.

Sup. hoc in Resol. 46. cursim prope finem & infra in Resol. 54. & 108. in fine.

Principem, contra statum, seu Prouinciam: qui occidit filios, vxorem & fratres Principis: item suos Proreges, Consiliarios, Oratores, & alia similia faciens, dicitur vtique crimina læsæ Maiestatis cõmittere, sed quia non sunt commissa in personam ipsius Principis, gaudebit vtique Ecclesiæ immunitate; & omnes scribentes post Bullam Gregorianam tenent, & præcipuè inter illos Alexander Peregrinus *de immunit. cap. 9. per totum*, & Bonacina *tom. 2. disp. 3. quæst. 7. punct. 6. §. 6. num. 3.* nouissimè Doctus Franciscus Syluius *in resolutionibus variis, verb. immunitas, fol.* 108. Nec desinam hîc pro curiosis adnotare, quòd apud Lacedæmonios Pausanias criminis læsæ Maiestatis accusatus totum ad Asylum Palladis Chalcicæ perfugium expertus est & impunitus euasit.

4. Ad rationem verò, quam pro sua sententia adducit Sarpus: scilicet si pro minoribus criminibus rei extrahantur ab Ecclesia; quantò magis extrahendi erunt pro perduellionis crimine tam præiudiciali communi bono & Reipublicæ. Respondeo, in materia immunitatis, de qua loquimur, ex identitate vel maioritate rationis nullum casum excipiendum esse præter exceptos in iure.

5. Notandum est hic obiter docere Bonacinam *tom. 2. disput. 3. quæst. 7. punct. 7. n.* 11. Scientem, & non reuelantem crimen læsæ Maiestatis in ipsam personam Principis gaudere immunitate; cùm dictio, *In*, apposita in Bulla Gregoriana importet actionem positiuam, non verò negatiuam, licèt contrarium asserat Marius Italia *lib. 1. cap. 5. §. 7. num. 52.* & Farinacius *de immunitate, cap. 14. num. 186.* Sed sententia Bonacinæ, mihi magis placet, quàm etiam tuetur Peregrinus *de immunitate, cap. 10. num. 11.* & Ghilinus *in summa, verb. crimen læsæ Maiestatis, numer. 1. litera C.*

Sup. hoc supra in Resol. 48. §. Vlt.

RESOL. LI.

An committentes crimen læsæ Maiestatis in personam Principis Superiorem recognoscentis gaudeant hac Immunitate? Ex part. 1. tr. 1. Resol. 6.

Sup. hoc supra in Resol. 46. cursim prope finem, & in Resol. 50. §. Sed cessat. ad medium. & infra in Resol. 54. & 108. in fine.

§. 1. NOn gaudere respondet Gambacurta *lib. 5. cap. 44.* & ponit exemplum in Principibus nostræ Siciliæ, vt Princeps Buteræ, Petrapertiæ, Castri veterani: & hoc extendit etiam ad Duces, Marchiones, Comites, Viccomites, & Barones vassallorum: & ita ex parte docet Megala *in 3. part. lib. 4. cap. 2. q. 1. num.* 22.

2. Sed tu contrarium tene cum Barbos. *in Collect. tom. 1. lib. 3. tit. 49. cap. 6. num.* 10. Peregrino *in tract. de immunit. Eccles. cap. 9. n.* 8. & nouissimè cum Farinac. *de immunit. cap. 13. num.* 187. & Italia *de immunit. lib. 1. cap. 6. §. 7. n.* 29. *& seq. & num.* 36. *ver. hoc autem.* Et ratio est: quia dato, quòd crimen læsæ Maiestatis committerent, illos offendendo, gauderent tamen Ecclesiæ immunitate: quia præsens Bulla Gregoriana intelligitur de offendentibus personam supremi Principis: nam, cùm versemur in materia odiosa, & pœnali, ita nomen Principis in Bulla accipiendum est.

RESOL. LII.

An rebellis, vel qui offendit statuas, vel imagines Principi dicatas, gaudeat Immunitate?

Et an cudentes falsam monetam; offendentes eum qui habet saluum conductum; tractantes de faciendo Rege, ipso viuente, expoliantes nuncios Regis. vel alicuius Principis, vt arcana Regis sciant; & similia perpetrantes gaudeant Immunitate?

Et quid dicendum, si alteruis, crimen læsæ Maiestatis committeret in personam Principis, si non est ei subditus ratione originis aut domicilij?

Et an qui sciunt machinationem contra personam Principis & non reuelant gaudeant Ecclesiarum Immunitate? Ex part. 1. tract. 1. Resol. 7.

§. 1. VBi *suprà lib. 5. c.* 44. Gambacurta negat, & Villadiego *in Polit. c. 3. n.* 267. quia reus Maiestatis videtur: sed licèt talis crimen læsæ Maiestatis committat, attamen immunitate Ecclesiæ gaudebit: quia tale crimen non est in personam Principis, vt Constitutio Gregoriana requirit, & ita docet Peregr. *de immunit. cap. 10. n.* 8. Supra in Resol. præterita.

2. Vnde notandum est hic, quod, licèt multis modis committatur crimen læsæ Maiestatis, hodie tamen per dictam Constitut. Gregor. XIV. statutum est reum criminis læsæ Maiestatis tunc non gaudere immunitate Ecclesiæ, si in personam Principis aliquid machinatus fuerit: ergo secùs, si non in personam Principis: & ideò Peregrin. *vbi suprà, n.* 9. probat, gaudere hac immunitate Ecclesiæ offendentes, vt diximus, statuas vel imagines Principum: * cudentes falsam monetam; offendentes eum qui habet salutum conductum; tractantes de faciendo Rege, ipso viuente; expoliantes Nuncios Regis, vel alterius Principis, vt arcana Regni sciant; & similia perpetrantes: nam, licèt hi omnes in his delictis committant crimen læsæ Maiestatis: non tamen personam Principis offendunt. Et ita asserit Farinac. *de immunit. c. 13. n.* 190. cum Peregrin. *n.* 13. & Rebel. Delinquentes ergo contra statuam Principis, licèt crimen læsæ Maiestatis committant, gaudebunt tamen hac immunitate: nam per rebellionem licèt resistant, & non obediant suo Principi; non tamen offendunt personam Principis. * Sup. his seqq. supra in Resol. 50. & pro parte in Resol. 53. & 55.

3. Notandum est etiam cum Megala *in 3. part. lib. 4. c. 2. q. 1. n.* 23. Ambrosino *de immunitate, c. 9. n.* 6. Farinac. *vbi supra num.* 191. quòd si aliquis crimen læsæ Maiestatis committeret in personam Principis, si non est ei subditus ratione originis, seu domicilij, hanc immunitatem non amitteret: quia talis non dicitur committere crimen læsæ Maiestatis & est communis opinio, teste Rol. *lib. 1. cons. 4. num.* 5.

4. An verò, qui sciunt machinationem contra personam Principis, & non reuelant, gaudeant immunitate Ecclesiarum; negatiuè respondet Farin. *de immunit. cap. 13. num.* 186. Sed contrariam sententiam docet Peregrin. *tract. de immunit. cap. 10. num.* 11. quia, licèt tale crimen puniri debeat pœna mortis, tamen immunitatem Ecclesiæ non amittit, quia crimen est omissionis, & non commissionis contra personam Principis: & in hac Constitutione Summus Pontifex punit delinquentes in committendo & non in omittendo, contra personam Principis: nam illa dictio, *in*, posita in Bulla, denotat, *contra*, & per consequens actionem, & non omissionem.

RESOL. LIII.

An gaudeat Immunitate Ecclesiæ coniurans seu machinans, vt tradat inimicis Regnum, Ciuitatem, &c? Ex part. 4. tract. 1. Resol. 183.

Sup. hoc in Resol. præterita, & supra in Resol. 50. §. 3.

§. 1 NEgatiuè respondet Gambacurta *de immunit. lib. 1. cap. 44. dub. 5.* quia talis est reus criminis læsæ maiestatis: ergo non debet gaudere immunitate.

2. Sed ego contrariam sententiam teneo cum Peregrino

Peregrino *de immu. c.10.n.7.* Farinacio *in appen.c.14. num.190.* Mario Italia *de immunit. lib.1. cap.5.§.7. num.45.* & aliis; quia Gregor. XIV. in sua constitutione excipiendo crimen læsæ Maiestatis taxauit dictam exceptionem in personam ipsiusmet Principis, & paulo antè posuit dictionem taxatiuam *tantum*, quæ de sui natura est impedire extensionem ad non expressa. Et in dicta constitutione exceptio casuum fit per modum formæ: ergo nihil addi, vel minui potest, sed ad vnguem seruari debet. Ita Peregr. *vbi suprà*, & post hæc scripta inueni hanc sententiam docere etiam Martinum Bonacinam *in Decalog. disp.3. quæst.7. punct.6. §.6. num.5.* quia, ait ille, in tali casu delinquens non dicitur coniurare in personam Principis, nec facere actionem, in offensionem personæ, sed dignitatis, quæ tali personæ competit: ergo, &c. Et tandem hanc sententiam docet Castrus Palaus hoc anno Lugduni impressus *tom.2. de reuerentia debita locis sacris, disp. vnica, punct.9.n.42. in fine.* Vide meipsum *in part.1. tract.1.* resol.7.*

*Quę hic est Res. antecedens.

RESOL. LIV.

An, si quis occidat Fiscalem Regium, vel Præsidem iustitiæ, gaudeat Immunitate Ecclesiæ?

Et quid, si aliquis occidat Episcopum, vel Cardinalem. Ex part. 1. tract. 1. Resol. 20.

Quæ hic est supra 52. & pro diffic. talis huius Res. supra in Res. 46. prope finem & in Res. 50. §. Sed. ad medium, & in Res. 51. & in fine Res. 108.

§.1. HÆc opinio ex supradictis *in Res.7.* resoluta est: sed in particulari illam posui; quia his diebus à quodam Iurisconsulto agitata fuit, qui dicebat, dictum reum committere, ita facientem crimen læsæ Maiestatis; & ideò non gaudere immunitate Ecclesiæ.

2. Sed prorsus, vt ego illi satisfeci, contrarium dicendum est: quia in Bulla excipitur tantùm crimen læsæ Maiestatis contra personam Principis: sed dictus criminosus commisit quidem crimen læsæ Maiestatis; sed non in personam Principis: ergo gaudebit Ecclesiæ immunitate. Et ita in terminis docet Bonacin. *de leg. disp.3. quæst.7. punct.4. num.22.* & Ambrosin. *de imm. cap.9. num.7.* cum Farinac. *de imm. cap.13. num.192.* qui *num.185.* aduertit, etiam occisores Cardinalium, & Episcoporum gaudere dicta immunitate, licèt in tali casu, putet reum à Iudice Ecclesiastico custodiendum esse, vt postea Summus Pontifex informetur: sed absolutè occidentes Cardinales non gaudere docet Peregr. *de imm.cap.9.n.5.* etiamsi dicti Cardinales galerum, seu capellum Pontifice, non acceperint.

Sup. hoc supra ex doctrina Res. 49.§.Vlt.

RESOL. LV.

An Monetarij gaudeant Immunitate?

Et an idem dicendum sit de tonsoribus Monetarum, quod de cudentibus. Ex part. 6. tract. 1. Res. 19.

§.1. NEgatiuè respondet Sarpus *cap.5. fol.52.* Neque verò, ait, sacris proteguntur locis, qui Monetarij vulgò dicuntur: tum quia perduellionis est species; tum etiam quia sunt publici fures, qui quoad in eis est, humanam societatem destruunt, cunctósque sine discrimine expilant. Hæc ille.

Sup. hoc suprà in Res. 52. §.2. cursim ad medium.

2. Videtur hîc Sarpus loqui absolutè tam de illis qui cudunt falsam monetam, quàm de illis, qui bonam tondent: sed ego vtrosque immunitate gaudere existimo. Et licèt cudens falsam monetam, crimen læsæ Maiestatis dicatur committere, ex *l.2. Cod. de fal. moner.* ibi, *Cuius obnoxij Maiestatis crimen committunt*, & docet Decianus *lib.7. cap.23. num.1.* cum aliis quos refert Farinacius *quæst.115. num.1.* Tamen cudentes monetam falsam adhuc puto non esse priuandos priuilegio immunitatis, tam de iure communi, quàm de iure nouo constitutionis Gregorianæ: quia in nullo Canone, antiquo excluduntur ab immunitate, & quia non committunt delictum in personam ipsam Principis, quod solum excusum est in Bulla Gregoriana, & ita in terminis docet Peregrinus *de immunit. cap.10. num.10.* Ioannes Guttierez *in pract. quæst. lib.4. quæst.4. num.10.* & Villalobos *in summ. tom.2. tract.39. difficil.7. num.19.* vbi sic asserit. [Del que haze moneda falsa se ha de dezir, que aunque el delito es muy graue, le vale la Yglesia, porque no esta espresso in derecho lo contrario, y aunque se cuente por crimen læsæ Maiestatis, es por extension y largo modo, y no propriamente.] Ita ille, & me citato Trullench *in Decalog. tom.1. lib.1. c.11. dub.3. num.28.*

3. Et idem dicendum esse puto de Tonsoribus Monetarum, qui gaudebunt vtique hac immunitate; vt in specie docet Peregrinus *cap.6. num.11.* Marius Italia *lib.1. cap.5. §.1. num.15.* Nouarius *in summa Bullar. tit. de immunit. num.4.* & Bonacina *tom.2. disp.3. quæst.7. punct.6. §.1. num.4.* & me citato Barbosa *de iur. Ecclesiast. lib.1. cap.3. num.122.* qui testatur, quòd cùm in Ecclesia Sancti Antonij extra mœnia Ciuitatis Neapolis quidam monetarij confugissent: tunc Prorex Paulo V. supplicauit, quatenus eius Nuncio mandaret, vt eosdem Monetarios ad Regiam Curiam consignare dignaretur. Et Sanctissimus sub die 19. Iulij 1619. mandauit dari litteras Nuncio vt cõstito sibi summariè & ex processibus Laicorum, quòd isti erant Monetarij, eos consignari mandet.

4. Vnde ex his patet responsio ad argumenta Sarpi. Dico igitur ad primum supradictos reos non esse propriè perduellionis reos; sed largo modo: & etiamsi essent verè & propriè, asserit Guttierrez etiam gaudere immunitate, cùm nullus Canon excludat ab illa reum læsæ Maiestatis humanæ, vt suprà probatum est. Quòd hi autem dici possent, vt perperam vult Sarpus, publici latrones, negandum est: quia clam & sine violentia furantur, & non in viis publicis: ergo non sunt publici latrones, atque immunitate gaudere debent: & ideò secundùm supradictam nostram sententiam fuisse iudicatum in crimine falsæ monetæ in Regali Cancellaria Pinciana, testatur Guttierrez *loco citato.*

RESOL. LVI.

An fraudantes Regia tributa gaudeant Ecclesiarum Immunitate?

Et an gaudeat Immunitate obligatus ad reddendum rationia ratione alicuius administrationis, & tutelæ?

Idem est dicendum de Officiali Regio debitore ex causa Syndicatus. Ex part.6. tract.1. Res.20.

§.1. NEgatiuè respondet Sarpus *cap.5. fol.52.* vbi sic ait. Neque porro ij qui fraudant fiscum. & Reipublicæ pecunias in suos vsus conuertunt; sicuti lex Imperialis decreuit, Ecclesiarum immunitate muniuntur.

2. Verùm prorsùs affirmatiuè sententiæ est adhærendum. Et ita docet Villalobos *in summa, tom.2. tract.39. difficult.7. num.17.* vbi sic ait. [Quanto à lo que deue, tributos reales, segun que de derecho ciuil, non le vale la Yglesia; mas haze de dezir, que le vale attento el derecho Canonico, come tiene Abad, Gregorio Lopez, y Bobadilla.] Quibus ego addo

addo Sylvestrum *verb. immunitas 3.num. 8.* Angelum *eod.verb.num.15.* Tabienam *num.8.* Armillam *num.11.* Fagundez *part.2.lib.4.cap.4.num.53.* Suarez *de Relig. tom.1.lib.3.cap.11.num. 3.* Ambrosinum *de immunit. cap.13.n.2.* Farinacium *cap. 3. num. 61.* Germonium *de sacr. immunit. lib.3. cap. 16. num. 110.* Castrum Palaum *tom. 2. tractat. 11. disput. vnic. punct.8. num.5.*

Sup. comento in hoc §. supra in Resol. 2. & Quarto dicitur. ad medium, & in Resol. 15. per totum, & in Resol. 45. & Ad hæc.

3. Nec valet pro sententia Sarpi lex Imperialis videlicet *Authent.de mandatis Principum, §.publicanorum*, quam ipse adducit: nam, vt in simili casu respondet Guttierrez *in pract. quæst.lib.4.quæst.4.n.4.* in materia immunitatis, quando ius ciuile discordat à iure Canonico, ius Canonicum seruandum erit etiam in foro Ciuili. Quod etiam docet ex pluribus Sperellus *decis.52.num.32.* Vnde omnes leges iuris Cæsarei sub Titul. *de sacrosanct. Eccles. & de Episcop. & Clerit.* hodie nullæ sunt ex iurisdictionis defectu, ergo Sarpus in nostro casu non debebat attendere quid diceret lex Imperialis: sed quid statueret ius Canonicum *in cap. inter alia, de immunit. Eccles.* vbi statuitur omnes delinquentes pro quocumque delicto gaudere Ecclesiarum immunitate aliquibus delinquentibus exceptis, inter quos non numerantur fraudentes Regia tributa.

Sup. seqq. in hac 6. infra in Resol. 60. §. Vltimo fine.

4. Vnde ex supradictis à fortiori dicendum est gaudere immunitate obligatum ad reddendum rationis cimia ratione alicuius administrationis, vel tutelæ. Nec obstat textus *in cap. vxor 17. quæst.4.* vbi quidam seruus nomine Fœlix obligatus ad ratiocinia confugit ad Ecclesiam, & Gelasius Papa mandat præstito iuramento impunitatis illum extrahere. Nam respondeo, quòd ille textus loquitur in seruo, & non in homine libero, vt aduertit Decianus *lib. 6. cap. 28. num.26.* & alij. * Et certum est seruos esse domi-

* Sup. hoc loco infra in Resol. 68. §. Ad secundum, & in Resol. 69.

nis reddendos præstito impunitatis iuramento. * Et idem dicendum est de officiali Regio debitore ex causa Syndicatus; vt obseruat Farinacius *de immunit. cap. 3. num. 66.* nam si confugiat ad Ecclesiam, eius immunitate gaudebit.

RESOL. LVII.

An fures debeant Immunitate Ecclesiarum gaudere, etiam in Ecclesia furantes Pixidem SS. Eucharistiæ Sacramenti?

Et an saltem ex consuetudine licitum sit extrahere fures simplices ab Ecclesia?

Et an saltem fures, qui cum furto ad Ecclesiam confugiunt, & intra Ecclesiam illud contrectauerint, gaudeant eius Immunitate?

Et notatur quod reus non potest in Ecclesia spoliari à iudice laico re furata, quam secum traxit, sed recurrendum est ad iudicem Ecclesiasticum.

Et an furantes, & alij delinquentes in Ecclesia capi possint ab Ecclesiasticis ministris, etiam extra Ecclesiam?

Et docetur consensum Clericorum in aliquam consuetudinem, quando adest libertatis præiudicium, nihil operari? Ex part.6.tract.1.Resol.9.

Ad elucidãdam doctrinam huius Resol. lege Resol. seq.

§. 1. MInimè, respondet Sarpus *cap.5.fol.44.* sic enim ait. Fures etiam, qui aut in Ecclesia furtum, aut cum re ablata ad ipsam confugerint, ex eo quòd in Ecclesia peccant, ab eadem diuelli queunt.

Sup. hoc infra in Resol. 99. §. vlt. ad medium.

2. Sed affirmatiuam sententiam tenendam esse puto; etiamsi furtum commissum fuerit in Ecclesia; vel si Latro pluries furatus fuerit, & sit famosus; dummodo non sit publicus, quia Canones & consti-

tutio Gregoriana excipiunt tantùm homicidia, & mutilationes factas in Ecclesiis. Et ita docet Farinacius *de immunit.cap.6. num.93. & seq.* Castrus Palaus *tom.2.tract.11.disp.vnic.punct.9.num.3.* Chartarius *de cis.crimin.9. numer.7.* Tuschus *de iur. Eccles. conclus. 10.numer.23.* & Peregrinus *cap.12.num. 9.* Sperellus *decis.59.num.21.* Ambrosinus *de immunit.cap. 5. num.6.* Nouarius *in summ. Bull.tit.de immunit.num. 4.* & Riccius *p.1.dec.110.*

3. Sed non indigemus contra Sarpum auctoritate Doctorum; vbi adest expressa determinatio sacræ Congregationis immunitatis in vna Squillacensi *18. Martij 1632.* vbi decretum est immunitate Ecclesiastica gaudere furantes in Ecclesia. Et nota, quòd reus non potest in Ecclesia spoliari à iudice Laico re furata, quam secum traxerit: sed recurrendum est ad iudicem Ecclesiasticum, vt ego alibi adnotaui, & docet nouissimè Sperellus *decis. 49.num. 25. & 26.* cum aliis penes ipsum. Et supra dicta doctrina est ita vera, vt Barbosa ex Farinacio *de iure Ecclesiast.lib. 2. cap.3.num. 123.* & Gauantus *addit. ad Man. Episc. ver. immunitas Ecclesiastica, n. 8.* dixerint furantes etiam in Ecclesia Pyxidé sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti gaudere eius immunitate: quia homicidia & mutilationes factæ in Ecclesia tantùm exceptuantur, non autem alia crimina: & in nostra materia casus excepti non extenduntur ex maioritate rationis. Et ideò omnes sacrilegos docet Chartarius *decisione criminal.7.num. 6.* gaudere Ecclesiæ immunitate. Vnde refellendus venit Decianus *tom. 2. lib.6. cap.26.n.7.* Castro *consil.458.num.1.lib. 2.* & alij apud Farinacium *de carcer.quæst.28.num.47.* asserentes furantes in Ecclesia non gaudere eius immunitate; & Naldus *in summa ver. Ecclesia, num. 5.* sentiens furantem Pyxidem non gaudere immunitate.

Alibi in Resol. quæ hic est infra 101. §. vlt. in principio, & in Resol. 100. §. Neque, cursim in fine. Et pro furantibus Pyxidem infra in Resol. 99. §. vlt. ad medium.

Sup. hoc infra in Resol. 99. §. vlt.

4. Sed an saltem ex consuetudine licitum sit extrahere fures simplices ab Ecclesia, ita vt eius immunitate non gaudeant. Affirmatiuè respondet Sarpus *fol.51.* ita asserens. Quàm plurimis etiam locis, vbi furum est maxima copia, consuetudo viget, vt eorum nemini, cuiusuis notæ aut conditionis existat, ad Ecclesiam confugere liceat: quæ tamen consuetudo ab Ecclesiasticis videtur inducta, qui fures perosi obstare noluerunt, quin etiam in ipsis Ecclesiis comprehenderentur. Quare quod est vsu iam receptum, omni contentione retinendum. Ita ille. Et ideò Villalobos *in summa tom. 2. tract. 39. difficult.5.num.2.* sic ait. [Tampoco vale la Yglesia à los Ladrones simples, que cada dia los sacan della, y esto es por la costumbre, como dizen Couarruuias, Iulio Claro, y Paz, que de derecho bien les vale.] Hæc ille & alij.

Sup. hoc supra in Resol. 3. §. Ex his. & infra in Resol. 116. & in aliis earum annotationum.

5. Verùm ego non possum huic sententiæ adhærere: immunitas enim Ecclesiarum contraria consuetudine tolli non potest. Primò, quia populus nihil statuere potest super immunitate Ecclesiarum: ideò nec consuetudinem inducere valet. Secundò, quia talis consuetudo est irrationabilis. Tertiò, quia nec etiam introduci potest Pontifice ignorante. Quartò, quia nunquam talis asserta consuetudo in contradictorio iudicio obtenta fuit. Quæ omnia infrà latiùs à nobis probanda erunt: & probat indiuiduatim loquens de hac consuetudine extrahendi fures simplices ab Ecclesia omninò videndus Iulius Chartarius *decis.crimin.46 n.24. & seq.*

6. Vnde ex his non approbo consuetudinem quam alicubi, vigere testatur Sarpus, vbi suprà nempè fures in furtis grauibus Ecclesiarum immunitate minimè gaudere: nec valet pro confirmatione dictæ consuetudinis simile statutum, quòd ipse adducit factum in cuiusdam Principis statu; nam super

immunitate Ecclesiarum ; Principes sæculares nihil in eius præiudicium statuere possunt;vt tradit in hoc casu de immunitate Ecclesiarum Farinacius *de immunitate , cap.6.num.25.*& alij.

Sup. contento in hoc & seq.§.infra ex Resol.117. lege doctrinam §. Quæro secundo. & §. Sed stante.

7. Sed non desinam hîc refellere doctrinam , quam suprà docuit Sarpus ,quam doleo approbasse Suarez *de Relig.1.lib.3.cap.11.n.4.* & Raphaëlem de la Torre *tom.2.in 2.2.D.Thomæ,quæst.99.num.4.disp.7. gradu 8.* asserentes supradictam consuetudinem extrahendi fures ab Ecclesia iustificandam esse : quia fuit introducta videntibus Clericis & Episcopis in odium delicti , ac perinde quasi renunciantibus tali immunitati quoad fures. Sed , vt dixi , displicet mihi viros Theologos & doctos hæc dixisse:nam prorsùs refellenda esse puto. Immunitas hæc enim concessa est locis sacris, & non personis, vt rectè obseruat Mastrillus *decis. 169. lib. 2.* Adde quòd quæ in honorem Dei sunt introducta,etiamsi quis inde fauor ad partes deriuetur , non possunt partes renunciare, vt docet Panormitanus *in cap.conquestus, de feriis post glossam, n.9.*& probatur clarè per text. *in cap.si diligenti, de for. compet.* vbi Innocentius III. primùm probat per leges dicentes pacto priuatorũ non posse iuri publico derogari : deinde probat Clericum non posse renunciare priuilegio fori , quia hoc non est concessum fauore personæ particularis ; sed fauore totius Collegij Clericalis, cui priuatorum pacto derogari non potest. Ergo etiam totus ordo Clericalis & Laicalis non potest renunciare beneficio concesso in honorem Dei : cui non est illi integrum præiudicare. Et idò Castrus Palaus *tom.2.tract. 11. disp.vnic. punct. 11.num.5.* sic ait. Hoc priuilegium non delinquentibus ob ipsos, sed ob reuerentiam loci sacri est concessum : quapropter renunciari à nullo potest; sicuti neque renunciari potest priuilegium fori Clericis concessum , quia non ipsis ob ipsos, sed ob dignitatem Clericalem concedirur. Ita Castrus Palaus.

Sup.hoc melius,& magis latè infra in tr.2. Resol.5.

8. Et tandem quæro à Sarpo ; quo pacto Ecclesiastici potuerunt inducere hanc consuetudinem extrahendi fures ab Ecclesia;cùm sit consuetudo contra Canones non excipientes hoc crimen & ideò irrationabilis & reiicienda. Vnde insignis ille Canonista inclytæ Academiæ Salmăticensis Valboa de Mogroneio *in cap.1.de for. compet. num.6.*rectè docuit,quod consensus Clericorum in aliquam consuetudinem, quando adest libertatis Ecclesiasticæ præiudicium, nihil operatur:quod etiam docet nouissimè Sperellus *decis. 37. num.63.*Sed hoc accidit in casu, de quo iam loquimur. Ergo, &c.

Sup. hoc cũ eodem Valboa infra in tr.2.Resol. 2. §. Sed dicet ante medium Vers. hanc opinionem refellit. & si placet lege alias Resol. annot. dicti §. ad medium. Et pro contento in §. Verùm pro huius textus infra in Resol. 99.§ Vlt prope finem.

9. Verùm pro Coronide huius resolutionis,quærendum est. An sententia Sarpi saltem admittenda sit in furibus, qui cum furto ad Ecclesiam confugiunt, & intra Ecclesiam illud contractauerint? Et contra Sarpum negatiuè respondendum est; quia illa contrectatio, seu vsus rei subreptæ non potest esse regulariter loquendo res magni momenti ; & idcò cùm sit delictum leue , etiam in opinione Doctorum, qui admittunt extensionem quoad delicta exceptuata,non debent amittere priuilegium immunitatis.Adde quòd illa contrectatio est per accidens,cùm non deferatur in Ecclesia,vt iniuria ei inferatur. Ergo, &c. Et ita tenet Peregrinus *de immunitat. cap. 12. num. 10.* & alij communiter cum Bonacina *tom. 2. disputat. 3. quæst.7. punct.5.num.7.* Vnde prorsùs reiicienda est in opinione omnium Doctorum sententia Sarpi, quam *suprà* retulimus : nempe fures non gaudere immunitate Ecclesiarum.

Sup. hoc infra in tr. 2. Resol.285.& 89.

10. Notandum est tamen hîc obiter furantem in Ecclesia, & alios in Ecclesia delinquentes capi posse ab Ecclesiasticis Ministris qui etiam extra Ecclesiam commiserunt sacrilegium , quod est crimen mixti fori. Ergo, &c. Ita Bonacina *loco cit.*& ne deseras videre *decis. 3. &. 4.*Alexandri Sperelli.

RESOL. LVIII.

An publici latrones , & grassatores viarum gaudeant Immunitate?

Et quid,si semel, vel bis in via publica, & cum violentia quis deprædatur?

Et quid est dicendum de diurnis agrorum depopulatoribus , quia de diuturnis non est difficultas , & de captiuantibus personas, & eas componentibus in quocumque loco, an gaudeant dicta Immunitate? Ex part. 6. tract. 1.Resol.15.

Sup.hoc lege §.nor.seq.

§.1. NEgatiuam sententiam absolutè & sine vlla distinctione docet Sarpus *fol.50.*Sed aduertant Lectores, quòd licet supradicti casus excipiantur in iure, & in constitutione Gregoriana ; tamen habent multas limitationes, quas videbis, præcipuè penes citandos Doctores : sed hîc tantùm tangenda est pulchra quæstio * An qui semel , vel bis in via publica, & cum violentia deprædatur, priuetur immunitate. Et affirmatiuam sententiam docet Megalius *in 3.part. lib.4.cap. 2. quæst. 1.num. 10.*quia nomina verbalia in vno solo actu verificantur *ex leg. Athletam, §.calumniata ,ff. de his,qui notant. infam.* Et ita etiam tenet Marta *de iurisdictionp. art. 2. capit. 55.numer.22.* qui testatur de praxi : & quamuis frequentia esset necessaria, putat Megalius duos actus sufficere, quia duo actus sufficiunt ad consuetudinem inducendam *ex gloss.in Authent. de testibus, §. quia verò multi, ex l. 2.in fin.Cod. de Episcop.audient.*Graffius *de cas. reser. lib. 1.capite 10.num. 14.* Floronus *part.2.cas.3. num. 10.* & alij.

* Sup.hoc quamuis remitanter lege supra §. Ad id.Resol.33.

Sup.hoc in tom.6 tr. 2. Resol.13. & 14. & in aliis earum notationum.

2. Sed hanc Megalij opinionem prorsùs refellendam esse puto à Tribunalibus Ecclesiasticis: non enim dicendus est publicus latro, qui publicè & cum violentia semel vel bis deprædatus est, vt exinde Ecclesiarum immunitate priuandus sit;quòd clarè patet *ex leg. Capitulum, §. & vt generaliter, ff. de pœn.* & ideò mulier ex vnico actu fornicationis non dicitur publica meretrix, nec publicus vsurarius , qui semel tantùm commisit vsuram *ex text. in leg.quis sit fugitiuus, §.errorem, & in leg. sciendum,§.illud.ff. de ædilit.* & docet Panormitanus *in cap.1.num. 24.de indic.*& alij.Ergo, &c. Et ita hanc sententiam contra Megalium tenet tota caterua Canonistarum, vt loquitur Igneus *in l.3.§. subuertitur , num. 107. ff. ad Syllan.* quibus adde Pegueram *decis.40. num.4* Castrum Palaum *tom. 2.tractat. 11. disput. vnic. punct. 6.num. 3.* Carolum Maranram *in controuers. iur. part. 2.respons. 46.numer.7.* Giurbam *consil.50.numer.27.*Barbosam *de iur. Ecclesiast. lib.2.cap 3. num. 84* Mastrillum *de indulto, cap. 37. num.7.* Ambrosinum *de immunit.c. 21. num. 4.* Peregrinum *cap. 6. num 8.* Farinacium *cap. 10. nnm. 154.*Horatium Persium *consil. crim.39.num. 2. & 3.* Nouarium *in summ. Bullar.titul. de immunit. num. 45.*qui etiam ex Suarez & Giurba *num. 46.* docet, Grassatores viarum , si sæpius tentauerint delicta, sed illa non perfecerint, non esse excludendos ab immunitate , quia delictum exceptuarum debet esse actu consummatum, vt amittat immunnitatis priuilegium.

3. Aduertendum tamen est hic obiter pro nostro Siciliæ Regno, quòd licet vigore regiæ pragmaticæ, *sub Rubric. de furt. & rapin. titul.47. pragmat.* 1. puniatur pœna mortis etiam , qui semel spoliasset viatores in via publica, vt ibi exponitur. Tamen

quoad

quoad priuilegium immunitatis Ecclesiarum nihil operatur dicta pragmatica; vt in specie casus nostri tradit Ambrosinus *de immunit. cap. 3. num. 6.* & Peregrinus *cap. 6. num. 9* vnde caueant Episcopi Siciliæ à Mario Italia *lib. 1. cap. 5. §. 1. num. 20. & 40.* vbi videtur approbare etiam in ordine ad immunitatem Ecclesiarum supradictam Pragmaticam. Et aduersùs illum præter Doctores citatos insurgunt ipsimet Consiliarij Regij, vt Peguera *decis. 410.* & Mastrillus *de indult. cap. 33. num. 7.* Et ratio est, quia statuta Principis Laici non possunt tollere, neque aliquid determinare circa Ecclesiarum immunitatem: sed hoc ad summum Pontificem spectat.

4. Notandum, est etiam hîc obiter contra Innocent. *in cap. inter alia, & ibi* Hostiensem *num. 4.* & Ioannem Andream *num. 6.* & alios, non dici Latrones publicos & grassatores viarum, nisi qui deprædantur in viis publicis, & itineribus frequentatis: at non sufficit, quòd per insidias furentur, etiamsi non fuerint in loco publico. Et ratio est, quia textus expressè loquitur ibi. Itinera frequentata, & publicas stratas obsident: tum quia nomen, via, publicum iter denotat: & quia illa verba ad declarationem delicti fuerunt apposita, & ita docet Nouarius *summa Bullar. tit. de immunitate, num. 47.* Ambrosinus *cap. 3. num. 5.* Farinacius *cap. 12. num. 165.* Vide etiam Mastrillum *de indul. cap. 32. num. 8.* & Riccium *part. 4. decis. 144.* & alios penes ipsos.

5. Verùm publicis latronibus & grassatoribus viarum adiecit summus Pontifex agrorum depopulatores; circa quos nihil aliud dignum adnotatione occurrit, nisi illud curiosum quidem & difficile, An stante constitutione Gregoriana diurnus agrorũ depopulator gaudeat immunitate. Dixi, *diurnus*; quia de nocturno non est difficultas: & negatiuam sententiam docet Barbosa *de iur. Eccles. lib. 2. cap. 3. num. 87.* quia verbum, *nocturnus*, appositùm *in cap. inter alia, de immunit. Eccles.* fuit à Gregorio XIV. in sua Bulla ademptum, & absolutè excludit ab immunitate agrorum depopulatores. Et ita hanc sententiam tenet Farinacius *de immunit. cap. 11. num. 161.* Ambrosinus *de immunitate, cap. 4 n. 5.* Bonacina *tom. 2. disput. 3. quæst. 7. punct. 6. §. 1. num. 5.* & alii.

6. Sed his non obstantibus diurnos agrorum depopulatores gaudere Ecclesiarum immunitate, docet Castrus Paulaus *tom. 2. tract. 11. disp. vnic. punct. 9. nu. 5.* quia, ait ille, constitutio Gregoriana ad firmandum ius commune, & reuocanda priuilegia illi contraria expedita fuit: ergo cùm solùm dixit, depopulatores agrorum, intelligenda est iuxta ius commune, quod solùm nocturnos excludit: nam si Pontifex intendebat depopulatores tam nocturnos, quàm diurnos comprehendere, debebat exprimere: quia ius commune non debet censeri correctum, nisi claris verbis constet. Præterea hæc exclusio derogat immunitati, & constitutio est odiosa & pœnalis: ergo de solo nocturno, & non diurno debet intelligi. Ita Castrus Palaus.

7. Sed tu caue huic adhærere opinioni: nam licèt videtur fauere Ecclesiarum immunitati, maximè illam lædit; nam ex dictis rationibus, quas Palaus adducit, videtur confirmare sententiam Gambacurtæ, & aliorum aduersariorum asserentium constitutionem Gregorianam tollere tantùm priuilegia, sed non derogare iuri communi, quod quidem falsum esse dicendum est cum Chartario *decis. crimin. 95. num. 4.* & aliis Doctoribus, quos ego citaui *in part. 1. tract. 1. resol. 1.* & determinauit Sanctissimus Pontifex Clemens VIII. in Breui ad Archiepiscopum Hahedum Panormitanum sub die 6. Februarii anno 1597. vt ego *suprà* obseruaui, & obseruat nouissimè Nouarius *in Sũma Bullar. tit. de immun. n. 2.* Vnde venit refellendus Peregrinus *de immunit. cap. 2. num. 11.* quatenus dicit constitutionem Gregorianam non corrigere ius commune.

Et pro supra contento in hoc textu infra in Resol. 71. §. Vlt. & in Resol. 81. a Iu. 9. Vers. Et clare. & Resol. 90. & in §. Sed ego per totum, signanter in fine.

8. Sed hîc obiter non est omittendus casus, qui frequenter solet accidere. An videlicet captiuantes personas, & eas componentes in quocunque loco, gaudeant immunitate Ecclesiarum: & negatiuè respondet Ioannes Maria Nouarius *in summa Bullar. tit. de immunitate, num. 44. in fine*, qui citat Mastrillum.

9. Sed hæc opinio ita absolutè prolata mihi non placet: nam tunc puto supradictos non gaudere immunitate; quando vt publici latrones in stratis ac viis publicis vel in campis, siue vt grassatores etiam intra vrbium vias huiusmodi personarum captiones & compositiones, vulgò *Ricati*, admiserint; & hoc pluries non semel tantùm, aut iterum fecerint: secus autem si priuatim, ac secretò captiuarent personas, vel missis aliquibus nunciis (vt olim pluries per multos menses Panormi accidit) aliquas composuerint personas etiam minis per nuncios vel litteras comminatis: nam vtique in tali casu ab immunitate non erunt excludendi; quia sic captiuantes, neque publici latrones, neque grassatores dici possunt; ergo gaudere debent immunitate. Et ideò hanc sententiam nominatim aduersùs Nouarium, tenet Carolus Maranta *in controuers. iur. par. 2. respons. 46. num. 10. & seq.* Neque Mastrillus à Nouario adductus facit contra nostram sententiam; nam loquitur in terminis indulti à Rege concessi, & non in terminis constitutionis Gregorianæ, quæ excludit omnem extensionem de casu ad casum: & ego puto etiam in terminis iuris communis supradictos Reos Ecclesiarum immunitate gaudere.

RESOL. LIX.

An qui commisit peccatum nefandi, gaudeat Immunitate Ecclesiarum? Ex part. 4. tract. 1. Resol. 45.

§. 1. NEgatiuè respondet Ludouicus Correa *in select. ad cap. inter alia, de immunit. Eccles. part. 3. num. 40. quæst. 17.* quia in grauissimis delictis, & in quibus includitur atrocitas & abominatio, Ecclesia non debet patrocinari, & ideo etiam alia peccata contra naturam immunitate non gaudebunt. Ita ille, qui citat Rodriquez *in qq. regul. tom. 2. quæst. 51. art. 4.* Auendagnum *de exequen. mandatis, part. 1. cap. 229.* Phœbum *tom. 1. decis. 81. num. 7.* Barbosam *ad ordin. tom. 2. lib. 2. §. 1. num. 5.* quibus adde Marium Italiam *de immunit. Eccles. lib. 1. cap. 5. § 3.*

Sup. hoc supra in Resol. 25. §. Vnde. & in Resol. 27. §. Quæro quarto.

2. Sed hæc opinio, stante Bulla Gregorij XIV. non est tenenda, quia in illa crimen nefandi non exceptuatur, & dictam constitutionem non esse ad alios casus extendendam, satis ex eius lectura patet. Nam, vt * alibi probaui, Summus Pontifex in illa, dum excipit aliquos casus, apponit dictionem taxatiuam *tantùm*, cuius natura est impedire extensionem, vt notat inter alios Ambrosinus *de immunit. cap. 1. num. 14.* Peregrinus *cap. 6. num. 24.* & alij scribentes super dictam Bullam; & ideo committentes crimen nefandi gaudere immunitate Ecclesiarum, in terminis docet Farinacius *in appen. de immum. Ecclesiar. cap. 6. num. 98.* Castrus Palaus *in opere morali, tom. 2. disp. vnica, de immum. Eccles. punct. 10. num. 6.* & Marius Giurba *cons. 100. num. 4.* quod ego etiam puto, stando in iure communi, nam Canones absolutè asserunt Ecclesiæ immunitate gaudere omnes ad eam confugientes pro quantum-

* Alibi supra in Resol. 3. §. Sed prorsus. & in Resol. 26. §. Sed hæc. & seq.

Quæ hic est tertia Resol. 3. §. Igitur. Hoc & alio ius. nec.

usſ grauiſſimo, & atrociſſimo crimine: vt patet *in cap. inter alia, de immun. Eccleſ.* vbi expreſsè cauetur liberum hominem non eſſe violenter ab Eccleſia extrahendum, quantumcumque grauia malefi-cia perpetrauerit, *ibi* Hoſtienſis *num.* 1. Ancharanus *num.* 2, & 6. & alij, cum Farinacio *vbi ſuprà iuncto num.* 85. Sed quidquid ſit de iure communi, in terminis Bullæ Gregor. de hoc caſu ampliùs non eſt dubitandum, quidquid dicat Marius Italia ſine fundamento *vbi ſuprà*, & ideo hanc ſententiam tenet nouiſſimè Sanchez *in opuſc. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 1 *dub.* 10. *num.* 2. & ante illum Bonacina *in Decalogum diſp.* 3. *quæſt.* 7. *punct.* 5. *num.* 24.

RESOL. LX.

An Mercator, qui fraudulenter decoxit, gaudeat Immunitate?

Et an ſimplices debitores, qui ſine cauſa criminis confugiunt ad Eccleſiam, gaudeant Immunitate,

Idem dicendum eſt de debitore publico, & exactore tributorum. & debitore ex cauſa adminiſtrationis, & redditionis rationum, & de obligato ad ratiocinia publica, vel de officiali debitore ex cauſa Syndicatus. Ex part. 1. tr. 1. Reſ. 32.

§. 1.* NEgatiuè reſpondet Gambac. *lib.* 4. *c.* 15. *n.* 7. in terminis noſtræ Bullæ, & ita etiam docuerunt ex Theologis, Ioan. de la Cruz *in direct. conſcient. p.* 1. *præc.* 8. *q.* 3. *art.* 1. *dub.* 1. *concl.* 1. Fagundez *de Præcept. Eccl. tract.* 2. *lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 53. Rodriguez *in ſum. tom.* 7. *c.* 154. *num.* 1. & ex Iuriſperitis Bobadill. *tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 14. *num.* 67 & 71. Villadiego *in Polit. c.* 3. *num.* 216. Azeuedus *tom.* 3. *lib.* 5. *tit.* 20. *leg.* 6. *n.* 2. Guttierrez *pract. qq. lib.* 1. *q.* 1. *per tot.* & alij: quia Pius V. in Conſtitutione edita anno 1570. eos furibus aſſimilauit, & in illos vltimam pœnã ſupplicij inflixit. Deinde aſſerunt multi, illos incluſos eſſe in noſtra Bulla Gregoriana ſub nomine publicorum latronum: & in hanc ſententiam tandem inclinat Tanner. *in* 2. 2. *D. Thomæ diſp.* 5. *q.* 8. *dub.* 1. *num.* 17. & noſter P. Peregrin. *de immun. cap.* 12. *num.* 4. *in fine.*

2. Sed ego his diebus in caſu N. contrarium conſului: & ita poſteà Romæ in Sacra Cardinalium Congregatione fuit deciſum; nempe, decoctorem etiam fraudulentum, immunitate gaudere. Et reſpondebam ad Doctores citatos pro Gambacurta, & Peregrino, ipſos non loqui in terminis Bullæ Gregorij XIV. quia * in Hiſpania dicta Cõſtitutio non eſt vſu recepta, vt notauit Portel. *in dub. regul. ver. Eccleſ. immunitas, num.* 9. Et ratio eſt: quia, vt ſæpiùs diximus, in dicta Bullã non priuantur dicti decoctores immunitate: nam inter caſus exceptos, caſus decoctorum non inuenitur, & dicta Bulla non eſt extendenda ad alios caſus ibi non expreſſos. Deinde, hoc apparet ex verbis Bullæ: nam ibi Pontifex reuocat omnia indulta, & priuilegia data Principibus, vt poſſint ad Eccleſiam confugientes extrahere, & præſertim fraudulentos decoctores. Vnde, cùm in iſta narratiua talium decoctorum efficiatur mentio; de quibus poſteà, quando Summus Pontifex diſponit, ne verbum quidem de illis; apparet manifeſtè Pontificem voluiſſe huiuſmodi decoctores gaudere: & ita in terminis huius Conſtitut. docet Farinac. *de immunit. cap.* 3 *num* 64. retractans ſe de contraria opinione, quam docuerat anteà *in tract. de carcer. q.* 28. *n.* 33. Idem docet Gratian *in diſcep. forenſ. tom.* 2. *c.* 380. *n.* 29. Gironda *tract. de Priuil. c.* 23. *num.* 1035. Ambroſin. *de immun. c.* 13. *num.* 4. Flauius Cherubinus *in Compend. Bull. tom.* 2. *conſt.* 117. *Pij V.* *ſchol.* cum aliis Iuriſperitis: & ex Theologis Nauar. *in Man. c.* 25. *n.* 19. Duard. *in Bull. Cœn. lib.* 2. *can.* 5. *q.* 16. *n.* 6. Bonacin. *de leg. diſp.* 3. *q.* 7. §. 4. *n.* 2. Fernandez *in Exam. Theol. mor. p.* 4. *c.* 10. §. 1. *n.* 10. & alij. Ad id verò, quod dicebatur in contrarium, quòd ſub nomine publici latronis includitur decoctor, negatur; & vt dixi, ex verbis ipſius Bullæ contrarium apparet. Adde, quòd ſi dicta ſententia eſſet vera, ratiõ in praxi occurreret: quia difficile admodum eſt, vt notat ipſemet Peregrinus, concurrere in aliquo decoctore ea, quæ neceſſaria ſunt ad publicum latronem conſtituendum, & maximè actuum frequentia. Ex his apparet; quàm cautè legendi ſunt aliqui Iuriſperiti, & præſertim Hiſpani, aſſerentes, etiam ſimplices debitores, qui ſine cauſa criminis confugiunt ad Eccleſiam, non gaudere illius immunitate. Et ita docet, citans alios, Hieronym. Ceuall. *in tr. de cognit. per viam violentia. p.* 2. *q.* 5 *n.* 6. nam hæc opinio eſt contra immunitatem Eccleſiæ, & Conſtitutionem Gregor. vt notauit Farinac. *vbi ſup. tr. de imm. c.* 3. *num.* 57. & 62. vbi citat multos alios, quibus ego addo Graff. *tom.* 1. *lib.* 3. *conſ.* 1. *per tot. de immun. Eccleſ.* Portel. *in dub reg. verb. Eccl. immunitas, n.* 14. Peregr. *de immun. c.* 12. *n.* 10. Bonac. *de leg. diſp.* 3. *q.* 7. §. 4. *n.* 2. Megal. *in* 3. *p. lib.* 3. *c.* 2. *q.* 2. *n.* 33. qui teſtatur de communi Doctorum ſententia. Et hæc doctrina procedit, etiam ſtante ſtatuto, quod debitor carcerari poſſit & quòd ſit ſuſpectus de fuga: & etiam in debitore publico, vt eſt exactor tributorum. Idem dicendum eſt de debitore ex cauſa adminiſtrationis, & redditionis rationum, & de obligato ad ratiocinia publica: vel de Officiali debitore ex cauſa ſyndicatus. Ita ſuprà citati DD.

* Sup. hoc in Reſ. ſeq. & infra in Reſ. 67, curſim in §. vlt. & in Reſ. 97. §. penult.

* Sup. hoc ſupra in Reſ. 23. in fine & infra in Reſ. 81. etiam in fine.

Sup. hoc, & ſeqq. ſupra in Reſ. 56. §. Vlt.

RESOL. LXI.

An decoctores vulgo dicti Falliti, gaudeant Immunitate?

Et an debitores fraudulenti ad Eccleſiam cum bonis confugientes non debeant ibi multo tempore tolerari, ſed ab Eccleſia ſint eiiciendi? Ex p. 6. tr. 1 Reſ. 17.

§. 1. NEgatiuè reſpondet Sarpus *cap.* 5 *fol.* 50. Qui verò (ait) per fraudem decoxit, cumque ſit ei ſoluendo creditores fraudat, vt iniuſtè ditari poſſit, immunitatis priuilegio non debet vti: quod re ipſa id publicorum Latronum ſit ſpecies quædam, & eiuſmodi etiam Pij V. conſtitutione declaratur. Sic ille.

2. Sed ego etiam contra alios affirmatiuam ſententiam docui *in* 1. *p. tr.* 1. *reſol.* 32. quam poſt conſtitutionem Gregorianam exiſtimo certa m: quia Decoctores tales nec ratione debiti, nec ratione delicti immunitate priuandi: non ratione debiti, aliàs omnes debitores eſſent excluſi à priuilegio immunitatis: non ratione delicti, quia hi non ſunt depopulatores agrorum, & latrones publici, qui ſolùm ſunt ab immunitate excluſi: & licet à Summo Pontifice Pio V. publicis latronibus æquiparentur: non ſequitur ex hoc quòd in priuatione immunitatis debent æquiparari, quia pœnæ non ſunt extendendæ ad delicta ſimilia, vt in ſpecie de hac conſtitutione loquens, firmat Chartarius *deciſ. crimin.* 46. *num.* 72. Farinacius *tom.* 1. *conſil.* 76. *num.* 13. Ambroſinus *de immunitate, cap.* 1. *num.* 14. Loccatellus *de tortura, inſpect.* 5. *num.* 158. & alij. Ergo, &c. Et ideò noſtram ſententiam præter Doctores à me *vbi ſupra* notatos tenet Caſtrus Palaus *tom.* 2. *tract.* 11. *diſp. vnic. punct.* 8. *num.* 6. & Sanchez *in opuſc. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 1. *dub.* 8. *numer.* 24.

Quæ hic eſt Reſ. antecedens, & infra in Reſ. 67. §. vlt. & in Reſ. 97. § penult.

3. Notandum

Sup. hoc in Resseq.

3. Notandum est tamen hîc obiter: quòd debitores fraudulenti ad Ecclesiam cum bonis confugientes nó debent ibi multo tempore tolerari, sed ab Ecclesia sunt eiiciendi. Ita sacra Congregatio Episcoporum in vna Barensi die 12. Martij anno 1600. Et eadem sacra Congregatio die 1. Decembris 1617. decreuit, quòd Decoctores res & bona in creditorum præiudicium ad Ecclesias transportare non debent, sed iudici sæculari consignanda sunt vt illas & illa, cui de iure, adiudicet.

RESOL. LXII.

De quibusdam Epistolis Clem. VIII. circa debitores, fugitiuos, bannitos, fures, &c. circa Immunitatem Ecclesiarum, & existentes in Monasteriis. Ex part. 3. tract. 1. Resol. 40.

Sup. hoc in Resol. præterita §. Vlt. pro pene debitis.

§. 1. HAs epistolas inuenies apud Farinacium, & Peregrinum *vbi infrà*, & circa illarum intelligentiam magna dissensio olim orta fuit inter Regulares cuiusdam Monasterij: dico igitur Marium Italiam *de immun. Eccl. lib. 1. c. 5. §. 8. num. 1. & seq.* docere Pontificem per dictas epistolas in casibus *ibidem* numeratis derogare constitutioni Gregorij XIV.

2. Sed hæc opinio est falsa, & illam refellunt Farinacius *de immun. c. 22. n. 250.* & Peregrinus *etiam de immun. c. 11. n. 14.* nam Summus Pontifex in dictis epistolis prohibuit tantùm Prælatis, ne illas personas facinorosas diu in eorum Ecclesiis, & Monasteriis detinerent, non autè quòd non gauderent immunitate; & ideo licèt supradictis reis receptaculũ prohibeatur, non tamen priuantur ecclesiastica immunitate, si de facto receptentur; nam, vt dictum est, Clem. VIII. in dictis epistolis non excepit alios casus, vltra exceptuatos per Gregor. XIV.

3. Adde; & est valde notandum, quòd dictæ epistolæ missæ fuerunt ad Archiepiscopum Bononiensem, & Archiepisc. Neapolitanum; ergo solùm ibi obligant; vnde etiamsi publicatæ sint in aliis locis, & Prouinciis, minimè obligabunt, quia non obligant vltra intentionem legislatoris; si enim Summus Pontifex habuisset intentionem per illas, omnes obligare, Romæ publicare fecisset. Vnde Prælati Ecclesiarum, qui data opera in suis Monasteriis detinent personas facinorosas, numeratas in dictis epistolis puniri possunt tantùm Bononiæ, & Neapoli, secus autem in Sicilia, vel in aliis locis; & sic olim ego interrogatus respondi cum Peregrino *vbi supra n. 12. & 20.* & aliis.

RESOL LXIII.

An bannitus, si steterit in Ecclesia suæ patria, intelligatur exilium fregisse?

Ex quo deducitur, an Episcopi habeant territorium? Ex part. 4. tract. 1. Resol. 92.

Sup. hoc in Resseq.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet 1o. Capiblanco *de officio Baronum tom. 2. pragm. 8. cap. 34. num. 4.* quia licèt Ecclesiæ sint exemptæ à iurisdictione temporali, & subiaceant Ecclesiasticis, tamen stant in territorio Principis sæcularis in quo fundatæ sunt, & inde est quod Doctores asserunt, Episcopum non habere territorium; cùm ergo locus stat in territorio, vbi exiliatus commorari non debet, ideo videtur, inquiri, & puniri posse de sententiæ inobseruantia.

2. Sed ego negatiuam sententiam tenendam esse puto, quam nouissimè tuetur Anton. de Marinis *quotid. resol. cap. 116. per totum*, lege illud, & non pigebit. Vnde ad rationes Capiblanco dico, Ecclesiam ratione situs verè dici in territorio ciuitatis vbi sita est, attamen quoad iuris effectus, & præcipuè ad ligandum ordine, aut statuto Principis territorii, id quod fit intus Ecclesiam, vel in loco exempto, verè non dicitur de territorio; imò duo hæc æquiparari, esse in loco exempto, vel esse extra territorium, docent Legistæ *in l. fin. ff. de iurisdict. omnium iudicum.* Paulus de Castro *consil.* 187. Alexander *consil.* 151. *vol.* 2. Natta *consil.* 643. *per totum*, Rolandus *consil.* 33. *volum.* 3. & alij. Id verò quod asserit Capiblancus, Episcopum non habere territorium, negatur, quod *supra* in hoc tractatu satis probatum est, & probat Barbosa *de officio & potestate Episcopi, part. 3. allegat. 107. num. 1.*

Sup. hoc in Resseq. §. Ad doctrinã & infra in Resol. 115. §. Probatur. & in aliis eius not.

Sup. in Resol. quæ hic est infra in tr. 2. Resol. 302. & in §. Vlt. not. præteritæ & in aliis eius not.

RESOL. LXIV.

An exules, seu banniti confugientes ad Ecclesiam, gaudeant eius Immunitate, si non commiserint delicta in iure exceptuata?

Et an non solum capi, atque extrahi ab Ecclesia non possit bannitus, sed nec etiam possit occidi, non obstante quod ex forma statuti, aut ex alio capite possit impunè occidi?

Et an in tali casu occidens bannitum in Ecclesia incurrat in excommunicationem Greg. XIV. contra extrahentes ab Ecclesia?

Et cursim explanatur exulem nec humari quidem posse in Ecclesiis, à quibus arcetur exilij sententia.

Et discutitur, quod licèt Ecclesia dicatur esse in territorio Principis sæcularis, non tamen propriè dicitur esse de eius territorio? Ex part. 6. tract. 1. Resol. 21.

Sup. hoc in Resol. præterita.

§. 1. NEgatiuè respondet Sarpus *cap. 5. fol. 53.* sic asserens. Etiamsi exilij pœna ob leue delictũ iniuncta esset, æquum videri non potest, vt Ecclesia eos tueatur, qui iam exules sunt, & hostes Reipublicæ: cùm nulla omnino lex Ciuilis, nulla Canonica sacrorum locorum immunitate defendat quos iudicum sententia damnauit; sed eos tantummodo, quos iustitia insequitur, antequam sententiam ferat. Exul verò iam damnatus est, & dedita opera & malitiosè sibi vetitos fines ingreditur. Immò præter id, cuius causa exilio mulctatus est, grauius etiam delictum consultò, cogitatò, malitiosáque temeritate committit; contumaciæ scilicet, atque voluntatiæ, studioſæque perduellionis, quod omnium grauissimum atque atrocissimum facinus est. Huc etiam accedit, quòd in Ecclesia permanens in eadem peccatum committit, dũ in sacro loco interdicto sibi stare confidenter audet. Ita ille; qui etiam ex Bartolo postea sentit exulem ne humari quidem posse in Ecclesiis locisve sacris à quibus arceatur exilij sententia; vnde si sepultus fuerit extrahendum etiam censet.

2. Verùm affirmatiua sententia est tenenda. Dico igitur etiam capitaliter bannitos gaudere Ecclesiarum immunitate; dummodo delictum, quo sunt banniti, non sit de exceptuatis. Ita docet Sanchez *in opuscul. tom. 2. lib. 6. cap. 1. dub. 8. num. 24.* Barbosa *de iur. Eccles. lib. 2. cap. 3. num. 130.* Ludouicus Corre. 2 *in relect. de immun. part. 3. num. 40.* Cocher *de iurisd. part. 4. quæst. 65. num. 2.* Peregrinus *de immunit. cap. 5. num. 11.* Iulius Clarus *in pract. §. fin. quæst. 30. n. 21.* Farinacius *quæst. 28. num. 47.* Castrus Palaus *tom. 2. tract. 11.*

disp. vnic. punct. 7. n. 9. Marius Antonius Macratensis *var. resol. lib. 3. resol. 5. num. 9* Baiardus *ad Iulium Clarum, quæst. 30. num. 28.* Guallinus *tom. 1. defens. 1. cap. 38. n. 55.* Bonacina *tom. 2. disp. 3. q. 7. punct. 5. num. 15.* Et ratio est, quia eo quòd delictum Bannitorum non sit de exceptuatis, non apparet ratio, cur sint excludendi ab immunitate; cùm stet regula generalis pro eis, nempe omnes delinquentes confugientes ad Ecclesiam non esse ab Altari auellendos, ex *cap. 2. de immunit.* Ergo, &c. Adde quòd Bannitus in alieno Territorio extrahi non potest, vt inter alios notat Azeuedus *lib. 1. tit. 2. cap. 3. num. 7.* Sed Ecclesia est de territorio Episcopi, ergo, &c. Et ideò ego docui *in part. 4. tract. 1. resolut. 92.** Bannitum, si steterit in Ecclesia

* Quæ hic est Resolut. antecedens, & in alio §. eius secundæ annot.

suæ patriæ, non fregisse exilium.

3. Restat modo respondere ad argumenta, quæ Sarpus adducit pro sua confirmanda sententia. Et quoad primum: nempe Ecclesiam eos defendere, antequam perueniant in manus iudicis, non autem post latam contra eos ab ipso sententiam: Respondeo hoc esse gratis dictum, nam iura non faciunt hanc nouam, & chimæricam Sarpi distinctionem; & lex vbi non distinguit, nec nos distinguere debemus, ex *l. Præses, ff. de offic. Præsid.* & notat Surdus *consil. 51. num. 7.* & lex generaliter loquens generaliter est intelligenda, ex *cap. in fraudem, §. vlt. de testam. militar.* & docet idem Surdus *consil. 27. n. 28.* & alij.

4. Deinde contra Sarpum assero; quòd quando Bannitus non vult obseruare sententiam, & pœnam contra illum latam à iudice, efficitur eo ipso delinquens, & reus; ergo erit ab Ecclesia defendendus. Adde quòd sententia iudicis, & pœna in Bannitos lata non efficit, vt ipsi amplius non sint rei, & quòd possint ab Ecclesia defendi: & vt gratis hoc dicit Sarpus, ita gratis est ei negandum.

5. Ad secundum argumentum, quòd talis Bannitus meditatò committit crimen perduellionis, hoc gratis concedendo, Respondeo iam satis probatum esse tale crimen non esse inter exceptuata à iure: & illud ideò committentes non amittere priuilegium immunitatis.

6. Ad tertium argumentum. Quod Bannitus in Ecclesia permanens, in eadem committit peccatum. Respondeo solùm committentes in Ecclesia homicidium & mutilationem membrorum non gaudere eius immunitate: secùs autem committentes in ea alia etiam grauia delicta.

7. Ad doctrinam verò Bartoli à Sarpo adductam, quam etiam refert Lauorius *in var. elucubrat. tit. 2. c. 12. n. 74.* Bannitum non esse sepeliendum in Ecclesiis locorum, de quibus arcetur. Respondeo, quòd non rectè argumentatur de priuatione sepulturæ ad priuilegium immunitatis: nam excommunicatus non potest in Ecclesia sepeliri, & tamen gaudet immunitate,* vt infra probabitur. Item Iudæi & alij

* Infra in Resol. quæ hic est supra 45. & in aliis eius primæ not.

infideles non possunt in Ecclesia sepeliri; & tamen vt infrà videbimus, plures Classici Doctores tenent gaudere eius immunitate. Adde quòd illa sententia Bartoli est omninò neganda, & ideò à nullo Casuista, vel Theologo video illam approbatam, & ego prorsùs falsam esse puto; quia vt obseruat Castrus Palaus *tom. 2. tract. 11. disp. vnic. punct. 11. n. 6.* & alij,

* Sup. hoc in Resol. not. 1. huius Resol. & infra in Resol. 115 §. Probatur secundo. &c.

* Ecclesia est extra Territorium & iurisdictionem Principis Laici; vel, vt alij asserunt: Licèt Ecclesia dicatur esse in territorio Principis sæcularis, non tamen propriè dicitur esse de eius territorio, vt docet Aymon *consil. 908. n. 6. lib. 5.* Chassan. *in consuetud. Burgund. rub. 1. §. 5 n. 127.* Tuschus *verb. Ecclesia, concl. 5. n. 10.* Farinacius *de immunit. c. 22. n. 396.* Sperellus *decis. 3. n. 11. & 16.* Ant. de Marinis *quotid. resol. c. 116. per totum.* Et alij. Ergo, &c.

8. Notandum est, etiam hìc, vt non solùm non possit capi, atque extrahi ab Ecclesia Bannitus; sed nec etiam posse in ea occidi: non obstante quòd ex forma statuti, aut ex alio capite posset impunè occidi; nam taliter occidentes, licèt puniri non possint tanquam homicidæ, debent tamen seuerè puniri, vt violatores Ecclesiæ, & Ecclesiasticæ immunitatis. Ita ex Remigio de Gomis, Alexander Peregrinus *de immunit. c. 5. n. 11.* Vide etiam Farinacium *quæst. 103. num. 323. de immunit. cap. 2. num. 39.* Sed an in tali casu occidens Bannitum in Ecclesia incurrat in excommunicationem Gregorij XIV. contra extrahentes ab Ecclesia, vide Doctores affirmatiuam sententiam tenentes *vbi infrà*, * *in resol. pen.*

* Quæ hic est infra Resol. 128.

RESOL. LXV.

An frangentes carceres, & inde ad Ecclesias confugientes, gaudeant Immunitate?

Et an carceratus à custode relaxatus sub fide, seu iuramento de redeundo, si non rediens ad Ecclesiam confugerit, gaudeat Immunitate, etiamsi, carceratio sit iusta?

Idem dicendum est de damnato ad triremes, & inde ad Ecclesiam confugiente. Ex part. 3. tractat. 1. Resol. 37.

§. 1. NEgatiuè respondent Petrus de Gregorio *in syntagm. iuris lib. 33. c. 22. num. 2.* & alij. Sed quia hoc delictum non est in Bulla exceptuatum, affirmatiuam sententiam tenendam esse existimo, quam tuentur Doctores, quos citat, & sequitur Barbosa *collect. tom. 1. lib. 3. tit. 49. cap. 6. num. 11.* & ita dicendum esse puto contra Megalam *in 2 p. lib. 4. c. 2. q. 1. n. 33.* de condemnato ad triremes, & inde ad Ecclesiam confugiente; nam, vt dixi *in tract. 1. de immun. p. 1. resol. 40.** supradictus reus gaudebit immunitate.

Sup. hoc supra in Resol. 27. §. Quæro quinto. & in aliis eius not.

* Quæ nunc hanc sequetur, &c. Et pro contento in hoc §. Vlt. in Resol. præteritæ not. & in eodem §.

2. Notandum est etiam hìc obiter, carceratum à custode relaxatum sub fide, seu iuramento de redeundo, si non rediens ad Ecclesiam confugerit, gaudere eius immunitate, etiamsi carceratio sit iusta; Ita Farinacius *de immu. c. 14. n. 200.* contra aliquos sentientes gaudere, quando carceratio esset iniusta, secus autem si iusta, & non adesset mortis periculum, sed tu absolutè tene affirmatiuam sententiam, quidquid in contrarium asserat Peregrinus *tr. de immun. cap. 3. n. 10.* & alij penes ipsum.

RESOL. LXVI.

An damnatus ad triemes in vita, vel ad tempus, si confugiat ad Ecclesiam, gaudeat eius Immunitate? Ex part. 1. tract. 1. Res. 40.

§. 1. NOn gaudere docet Villadieg. *in Polit. cap. 3. n. 215.* vbi asserit: [No vale la Yglesia al galeote, que esta condenado à seruicio de galeras.] Idem etiam docet Martha *de iur. p. 2. c. 51. n. 17.* & alij.

Sup. hoc in Resol. præterita cursim in fine §. 1. & infra in duabus Resol. seqq.

2. Sed meritò contrariam sententiam docet ex nostris Regnicolis vir doctus Giurb. *in consiliis criminalib. consil. 30. num. 21.* nam Ecclesia non tantùm à pœna infligenda reddit delinquentem, ad tam confugientem, secutum, sed etiam à pœna imposita: & sic damnatum ad Castrum Milatij per septennium, ad Ecclesiam confugientem, gaudere eius immunitate, declarauit Curia Archepisc. Messanensis ann. 1619. in causa cuiusdam de Barresio. Et anno 1618. in causa cuiusdam

cuiusdam Bonavoglia, qui ex trimeribus Neapolitanis ad Ecclesiã confugerat, idem Archiep. Messinensis ita etiam declarauit. Et hanc sententiam in fauorem Ecclesiæ omninò tenendam esse existimo.

RESOL. LXVII.

An damnatus ad triremes fugiens ad Ecclesiam gaudeat eius Immunitate?

Idem dicendum est de condemnato ad verbera.

Et an ductus ad vltimum supplicium, licet seruus pœnæ efficiatur, si tamen ad Ecclesiam confugerit, illius gaudeat Immunitate?

Et an Mercatores dolosè fracti, vulgò que se hazen quebrados, *si ad Ecclesiam confugerint, sint ab illa extrahendi?* Ex part. 4. tract. 1. Resol. 47.

§. 1. CONtra Marram & Villadiego, quibus nunc addo Megalium *in 3. part. lib. 4. c. 2. quæst. 1. n. 33.* affirmatiuam sententiam docui *in part 1. tract. 1. resol. 40.* &, me citato, hanc etiam opinionem tenet Anton. de Marinis *quotid. resol. c. 177. num. 2. & 3.* Aliqui verò, vt obseruat idem de Marinis *num. 5.* approbant hanc sententiam distinguendo, vt si ille, qui à triremibus aufugit, sit loco depositi condemnatus, vel certam habet condemnationem, sed est reclamatum, & pendet reclamatio, vel compleuit tempus, sed detinetur, generalem expectando libertatem, & in his casibus gaudere debet immunitate, nec aliter extractio permittitur; si verò aufugiens certam habeat condemnationem, de qua non pendet appellatio, vel se pro delictis per eum patratis seruire concordauit, & adhuc tempus completum non est, eo casu, ex quo seruus pœnæ est effectus, debet complere, & index Ecclesiasticus præstat extractionem, & hanc sententiam in praxi obseruatam fuisse à multis Nuntiis testatur Ioseph Imperat. penes de Marinis *vbi supra.*

Quæ hic est Resol. antecedens, & in Resol. seq. & supra in Resol. cursim in fin §.

2. Sed ego iterum puto absolutè & sine vlla distinctione omnes remiges confugientes ad Ecclesiam gaudere eius immunitate, & ita hanc sententiam, præter Giurbam & Antonium de Marinis, tenet etiam nouissimè Pereira *de manu Regia part. 2. cap. 50. nu. 17.* Antonius Nouarius *in summa Bullar. tit. de immun. Eccl. num. 27.* & Ludouic. Correa *in relect. ad cap. inter alia, de immun. Eccl. part. 3. num. 9. quæst. 4.* Quia asserit ipse, si aliqua ratio esset, quare condemnatus ad triremes non gauderet immunitate Ecclesiæ ea foret, quia per talem condemnationẽ seruus pœnæ efficeretur, atque hodie per condemnationem huiusmodi, vel ad aliquod opus publicum, etiam in perpetuum, seruus pœnæ non efficitur, iuxta textum *in Authent sed hodie, C. de donat. inter vir. & vxor.* excepto casu quoad mortem condemnatur, vt patet *in l. qui vltimo, ff. de pœnis.* Ergo, &c. Facit etiam, quia ductus ad vltimum supplicium, licèt seruus pœnæ efficiatur, si tamen ad Ecclesiam confugerit, illius gaudebit immunitate, vt communiter tradunt DD. & hæc omnia docet Correus *vbi suprà*, qui optimè limitat hanc opinionem, vt procedat quando condemnatus non sit ad remigandum propter crimen, ratione cuius immunitate priuaretur. Vnde ex his à fortiori patet condemnatum ad verbera gaudere priuilegio Ecclesiarum, vt docet Pereira & Correa *locis cit.* Igitur Episcopi inuigilent, ne remiges ad Ecclesiam effugientes tradant curiæ sæculari, nam Ecclesiæ immunitate omnino gaudere debent, quidquid asserat Megalius & alij *vbi supra* & ad rationes patet responsio, ex his, quæ notauit Correa *loc. cit.*

Sup. hoc in Resol. seq. §. 2. cursim ad medium.

3. Notandum est etiam hîc obiter, Ludouic. Correa *loc. cit. num. 12.* Nouarium *num. 28.* Castrum Palaum *tom. 2. disp. vnica, de immunit. punct. 8. num. 6.* docere id quod ego olim docui, nempe Mercatores dolosè fractos, vulgò *que se hazen quebrados*, si ad Ecclesiam confugerint, non esse ab illa extrahendos; quia tales neque in iure, neque in constitutione Gregoriana excipiuntur. Quidquid in contrarium asserat Pereira *de manu Regia part. 2. cap. 50. num. 16.* Vide meipsum *part. 1. tract. 1.* resol. 32.*

Sup. hoc supra in Resol. 60. & 61. & infrà in Resol. 97. §. pen.

*Quæ hîc est supra Resol. 60.

RESOL. LXVIII.

An damnati ad triremes gaudeant Immunitate?

Et an reus è carcere confugiens ad Ecclesiam gaudeat eius Immunitate?

Et cursim infertur damnatum ad mortem, si cum ad supplicium deduceretur, & se eximens è manibus satellitum ad Ecclesiam confugeret, eius gaudere Immunitate? Ex part. 6. tract. 1. Resol. 22.

§. 1. NEgatiuè respondet Sarpus *cap. 5. fol. 54.* vbi sic ait: Damnati verò ad Triremes si fugerint, non possunt patiter Ecclesiarum immunitate defendi, quominùs prehendantur, atque redeant ad pœnam: ob ea, quæ diximus, cùm iam damnati fuerint, Ecclesia verò non damnatos quidem: sed eos tantummodo, qui iudicis sententia nondum damnati sint, tueri possit; tum etiam quia damnatis ad transtra pro publicis seruis habentur; & legibus atque Canonibus serui ad Ecclesiam confugientes non possunt Domini imperium excutere, sed solùm pœnam aliquam iniustam vitare; & redire ad seruitia.

Sup. hoc in duabus præcedentibus Resol. & in tertia cursim in fine §. 1.

2. Sed cum multis Doctoribus meritò affirmatiuam sententiam ego docui *in part. 1. tract. 1. resol. 40. & in part. 4. tract. 1. resol. 47.* quibus adde Trullench *in Decal. tom. 1. lib. 1. cap. 11. dub. 3. num. 29.* Restat igitur solùm respondere ad argumenta Sarpi, quæ pro sua confirmanda sententia adducit. Et ad primum, quod Ecclesia non defendit reos postquam iudicis sententia damnati sunt. Respondeo esse falsum, vt in superiori resolutione probatum est; & ex tali falsa doctrina sequeretur reum lata sententia, & damnatum ad mortem, si cùm ad supplicium duceretur, & se eximens è manibus Satellitum ad Ecclesiam confugeret, eius non gaudere immunitate. Sed hoc dicere est contra praxim, & Doctorum sententiam, vt patet apud Cotream *in relect. de immunit. part. 2. num. 9.* Guttierez *in quæstionib. pract. l. 4. quæst. 4. num. 10.* Decianum *lib. 6. cap. 28. num 19.* Tuschum *verb. Ecclesia. conclus. 10. num. 22.* Farinacium *de immun. cap. 15. num. 197.* Castrum Palaum *tom. 2. tract. 11. disp. vnic. punct. 7. num. 12.* & alij. Ergo &c.

Quæ hîc sunt præcedentes Resol.

Quæ hîc est supra Resol. 64.

Sup. hoc in Resol. præterita §. Sed, cursim ad medium.

3. Ad secundum argumentum quod asserit dictos reos esse seruos publicos, & serui nequeunt confugiendo ad Ecclesiam à potestate Domini se liberare, Respondeo esse disparem rationem inter vtrumque casum; nam seruus qui aufugit à domino, non est reus alicuius criminis vt suppono: & ideò si ad Ecclesiam confugiat, non defenditur ab ea, cùm eius possessio & dominium sit penes dominum; vt patet ex *cap. inter alia, § si verò seruus, de immun.* & ex *l. præsenti, §. fin. C. de his qui ad Eccles. confug.* Sed hoc non accidit in casu, de quo loquimur, cùm damnati ad Triremes sint verè rei, vt patet; nec sententia contra eos lata, & pœna illis inflicta facit, vt ipsi delinquentes non sint: ergo ex *d. cap. inter alia, de immunit.* debent Ecclesiæ gaudere immunitate.

Sup. hoc in Resol. seq & supra in Resol. 56. cursim in §. vlt.

4. Neque dicendum est, quòd tales rei per sententiam serui pœnæ efficiantur: nam vt obseruat Ludouicus Correa *in relect. de immunit. part. 2. num. 9.*

hodie per condamnationem ad aliquod opus publicum etiam in perpetuum reus seruus pœnæ non efficitur,ex *Auth.sed hodie,C.de donation.*Ergo,&c.

5. Vnde ad confirmandam nostram sententiam contra Sarpum , adde iam hîc opinionem Mastrilli *de indulto, cap.42.num.5.* vbi docet , quòd fugientes à Tiremibus , gaudent indulto , quando non fuissent damnati pro aliquo crimine excepto in ipso indulto: ergo quantò magis æquum est vt gaudeant Ecclesiarum immunitate.Ex his igitur apparet refellendam esse sententiam quam nouissimè docet Iustus Oldelfob.*in pract. crim.tit.3. caut.17.numer.7.* è carceribus vel aliter detentos, ad Ecclesiam confugientes, esse ab Ecclesia à iudicibus laicis abstrahendos. Et omnino reiiciendus est noster Naldus *in summa, verb. Reus , num. 13.* asserens reum confugientem à carceribus ad Ecclesiam non gaudere eius immunitate.

Sup. hoc supra in Res. 27. §. Quæro quinto , & in Res. 65. & infrà in Res. 95. §.1.

RESOL. LXIX.

An serui , si fugiant ad Ecclesiam propter sæuitiam Dominorum,gaudeant eius Immunitate?

Et an in aliquo casu Ecclesia possit compellere Dominum, seruum vendere?

Et quid dicendum de seruis infidelibus non solùm quo ad gaudendum Immunitate , sed etiam in ordine ad iudicem? Ex part.7.tract.7.Resol.60.alias 59.

Sup. hoc in Res. præterita cursim in §. Ad secundum. & breuiter in alio §. eius not.

§.1. AD hoc dubium respondet Innocent. III. *in cap.inter alia §. si verò seruus de immunit. Ecclesiar.* vt in casu de quo loquimur,postquam de immunitate sua dominus eius Clericis iuramentum præstiterit, ad seruitium domini sui redire compellitur, etiam inuitus ; alioquin à domino poterit occupari. Idem habetur *leg. præsenti. §. fin. Cod. de his qui ad Ecclesiam confug.* Quæ decisio procedit , cùm delictum serui paruum aut nullum fuit ; tunc enim iuramento præstito videtur sufficiens securitas seruo dari , & periculum immoderatæ castigationis tolli. At si delictum graue sit,regulariter iuramentum non sufficiet, sed securitatem aliam debet dare dominus; aliàs non obligabitur Prælatus Ecclesiasticus seruum tradere:sic tradit Glossa *in dicta leg.præsenti vers.aut propter delictum.* & *in authent. de mandatis principum in §. publicorum vers. vel propter maleficium,* & pluribus firmat Farinac. *in append. de immunit. cap. 4. num.76.* Franc. Suar. *lib.3. cap.10 .num.2.* Guttierr. *pract. quæst.ciuil.quæst.1. num.1.* & 18. Azor. *2. part. lib.9.cap.9. quæst.9. in fine* , Anastas. Germ.*de sacrorum immunit. libe. cap.16. num.55.* & alij. Quòd si Dominus hanc securitatem noluerit, vel non potuerit concedere, credo compellendum esse dominum , seruum vendere, neque debere illi tradi , ex §. *fin. instit.quibus alienare licet , vel non.* & Glossa *in dicta leg.præsenti & in authent. de mandatis* , & tradit.Abbas *cap.inter alia,num.23.* Anton. de Butrio *num.17.* Decian. *lib.6.cap.26. num.9.* & alij relati à Farinac. *in appen. de Immunitat. cap.4.num.69.* quibus etiam adde Peregrinum *de immunit. cap.5. num.13.* & hæc procedunt de seruis fidelibus.

Sup. hoc in tom. 7. tr. 8. lege doctrinam, Res. 43.

Pro gaudenda Immunitate late suprà in Res. 15. §. vlt. 43. 44.& 45. & in alio §. earum notationum.

2. Sed quid dicendum de seruis Infidelibus non solùm quò ad gaudendum Immunitate Ecclesiæ in ordine ad dominum,sed etiam in ordine ad Iudicem, Vide Peregrinum , *vbi suprà & cap. 12. numer.1.* cui adde Castrum Palaum *tom.2. tract.11. disput. vnica, punct.7. num.5.* & Trullench *in Decalogum , tom.2. lib.5.cap.2. dub.6.num.2.* Sed de hac quæstione ego alibi.

RESOL. LXX.

An qui deliquit prope Ecclesiam sub spe confugiendi ad eam gaudeat postea ipsius Ecclesiæ Immunitate? Ex part.1.tract.1.Resol.3.

Sup. hoc in Res.seq.

§.1. NOn gaudere docet Gambacurta *lib.5.cap.19.* Illadiego *in Polit. cap. 3. num. 206.* & post Constitutionem Gregorij, Farinac. *de immunit. cap.16.num.214.* Ambrosinus *de immunitate Ecclesiæ, c.5.num.4.* non ex principio Gambacurtæ , sed,quia putauit,post dictam Bullam Gregorianam ita declarasse Clem.VIII, in vna Panormitana. Idem docet Tannerus *in 2.2. disput.5. quæst.8. dub.1.numer.17.*ex mente aliquorum Zauard. *in direct. Confess. part. 1. de Sacram.Pœn. cap.18.cas.5.* Ioan. de Hcuia *in Curia Philip.p.5.§.12.num.21.*Barbosa *in Collect. lib.3.tit.49. cap.10.num.5.*

2. Sed contrarium docet Fagundez *de Præcep. Eccles.tract.2.lib.4. cap.8.num.45.* Ioan. de la Cruz *in direct.conf.part.1.præcep. 8.quæst.3.art.2. dub.1. concl.1.* Peregrin. *de immunit. cap. 6. num. 30.* & ante Bullam docuerat Suarez *tom.1. de Relig.tract.2. lib.3. cap.11. num.4.* Et ratio desumitur ex verbis Bullæ, quæ excludit ab immunitate homicidia, & mutilationes factas in Ecclesiis, & Cœmeteriis. Ergo, cùm distinctè dicit : *In Ecclesiis, & Cœmeteriis,* virtute ponitur exclusiua , extra Ecclesiam , & Cœmeterium.Et ita ante hanc Bullam Gregor.docuit Decian.*tom.2.lib.6. cap.28.num.5.*qui respondet ad omnia argumenta adducta in contrarium per Alciat.*de præsumpt.33.num.2. & seq.* docuerat hoc etiam Tabiena , *verb. immunit. num.10.*Sylvester *eodem verb. l. 3. num.5.* Angelus *eodem verb. num.17.* & Armilla *eodem verb.num.12.*Vnde valdè miror , Gambacurtâ relinquere Theologos doctissimos,& sequi velle Iurisconsultorum vestigia: Restat modò respondere ad argumentum Ambrosini, Dico igitur, quòd resolutio Clem. VIII, in aliquo casu particulari non tollit legem vniuersalem : nam ex aliquibus circunstantiis particularibus , mouentibus animum suum , potuit ita in illo casu determinare,quæ quidem non militant in vniuersali.

RESOL. LXXI.

An , qui deliquit prope Ecclesiam sub spe confugiendi ad eam,gaudeat eius Immunitate?

Idem dicendum est de illo , qui sub dicta spe occidit aliquem in scalis , porticu , & sacristia Ecclesiæ. Ex part.6.tract.1.Res.10.

§.1. NEgatiuè respondet Sarpus *cap.5.fol.45.*vbi docet eos immunitatis priuilegio protegi minimè posse qui delicta commiserint ea spe atque consilio, vt facto se loco tueantur.Siquidem Ecclesiarum auxilio vti debemus , vt peccatorum veniam consequamur, quæ iam admisimus : non vt noua facinora perpetrare tunc valeamus. Verùm enim verò cùm hominum mentes atque consilia sint ab oculis omnium remota , atque penitus abdita, non possumus nisi coniecturis decernere, an reus delictum admiserit, spe excitatus ad Ecclesiam confugiendi.Doctores verò dicunt , qui statim vt facinus perpetrauit , ad Ecclesiam fugit , eumdem eo consilio perpetrasse, vt eò confugeret statuendum esse. Et certè qui iam statutum,atque decretum habet , vt facinus committat , necessariò statuendum videtur eundem etiam cogitasse , non solùm quanam ratione illud possit admittere ; sed multò magis quonam fugere debeat,

debeat, vt se tueatur. Sicut etiam qui de improuiso in errorem incidit; sic vt nunquam antea de facinore cogitarit; ita quoque affirmandum est ne de refugio quidem cogitasse. Quare quotiescunque consilium, atque deliberatio delictum præuenerit, & reus ad Ecclesiam confugerit, id consultò factum; ideoque loci sacri immunitate defendi non posse certissimi iuris est. Hucusque Sarpus.

2. Sed hanc sententiam maximè post constitutionem Gregorianam ego reprobaui *in part. 1. tract. 1. * resol. 3.* cum multis Doctoribus: quibus nunc addo Castrum Palaum *tom. 2. tract. at. 11. disput. vnic. punct. 9. numer. 21.* Layman *lib. 4. tractat. 9. cap. 3. numer. 7.* & Bonacinam *tom. 2. disputat. 3. quæst. 7. punct. 6. §. 2. n. 12.* Quia qui tempore Iubilæi spe absolutionis virtute Iubilæi obtinendæ patrat delicta reseruata, vel annexam excommunicationem habentia, potest absolui, quandiu priuilegium absoluendi perseuerat. Ergo, &c. Secundò qui propè Ecclesiam sine spe immunitatis patrat delicta, gaudet immunitate, si ad Ecclesiam confugiat; ergo eadem gaudere potest, etiamsi patret delicta spe immunitatis, summus enim Pontifex respexit delicti qualitatem, & iniuriam Ecclesiæ, non verò spem. Tertiò, quia in eo loco quis puniri debet, in quo deliquit; sed hic non deliquit in Ecclesia, sed extra; ergo puniri debet extra; ergo non debet priuari immunitate Ecclesiæ. Quartò, quia non est facienda extensio ad casus in Bulla non expressos, sed in Bulla exprimuntur solùm patrantes homicidia, vel mutilationes membrorum in Ecclesiis, vel eorum cœmeteriis: ergò, &c. Et ideo hanc sententiam etiam in terminis iuris communis docet P. Suar. *de Relig. tom. 2. lib. 3. c. 11. n. 9.* vbi sic ait: Couarruuias hanc exceptionem extendit ad eum qui deliquit propè Ecclesiam spe confugiendi ad illam, quando de tali spe per coniecturas constare potest: vult enim illũ nõ gaudere immunitate Ecclesiastica. Verùm hæc non videntur mihi sufficere ad extendendam legem prædictam, & quodãmodo coarctãtem immunitatem Ecclesiasticam: præsertim quia textus distinctè loquitur de Ecclesia & cœmeteriis eius: ergo in virtute ponit exclusiuam, vt tantùm de illis locis loqui videatur. Item qui propè Ecclesiam peccat absque spe immunitatis, non priuatur illa, vt apertè Couarruuias supponit; sed peccare cum spe, vel sine illa non variat in præsenti effectum illius legis: vt ipse etiam fatetur: ergo neque in præsenti refert. Et hæc omnia docet Suarez.

* Quæ hic est Resolutio antecedentes.

3. Ex quibus corruunt ea, quæ suprà adducit Sarpus: & ideò nostram sententiam ex supra dictis, & aliis rationibus firmat nouissimè Nouarius *in summa Bullar. tit. de immunitat. numer. 5.* Alexander Sperellus *in decisionibus for. Ecclesiastic. decis. 60. & 61.* vbi docet occidentem in scalis, porticu, & Sacristia Ecclesiæ, etiam sub spe ad illam confugiendi, immunitate gaudere; & me citato hanc sententiam amplectuntur alij quatuor Doctores recentiores, Ciarlinius *controuers. forens. cap. 10. numer. 95.* & Maranta *in controuers. iur. part. 2. respons. 45. num. 10. & seq.* & nouissimè Trullench. *in Decal. tom. 1. lib. 1. c. 11. dub. 3. numer. 13.* & Zambellus *in Reper. Moral. ver. Ecclesia quoad eius immunitatem. numer. 6.*

Sup. his in Resol. seq. & sup. in Resol. 28. §. Oritur. & in Resol. 6. §. Sed his, à lin. 4.

4. Nec valet dicere cum Sarpo, quòd qui deliquit sub spe immunitatis, indignus est tali priuilegio, *ex cap. fin. de immunitat. & ex c. quando. de consecrat. distinct. 4. & cap. illud, de Cler. excommu.* aliàs Ecclesia Dei fieret spelunca latronum: nam eiusdem immunitas occasionem præberet perditis hominibus liberiùs viuendi & delicta perpetrandi, contra textum *in cap. est. iniusta 24. quæst. 4.* Nam respondeo assumptum Sarpi non esse tutum, neque immunitatis fiduciam *in dicto cap. fin.* apponi pro causa finali, sed in verbis narratiuis facti; ex quibus non desumitur dispositio, nec inducitur mysterium iuris. Adde, & hoc est valde notandum, quòd indignus est immunitate sub spe peccans, si eius delictum & persona spectetur: vt immmunitas non ipsi propter ipsum, sed ipsi propter sacrum locum concedatur, qui est omni priuilegio dignissimus. Neque inde sit fieri Ecclesiam speluncam & asylum latronum, tum quia ibi non perpetrantur delicta; tum quia ibi existentes corrigi & frænari à iudice Ecclesiastico possunt: tum denique quia, vt ego olim asserebam Excellentissimo Duci Alcalensi, non est Ecclesiæ imputandus abusus illuc confugientium: cùm ipsa solùm prætendat fauere miseris eos à pœna liberando, non autem fouere eorum malitiam & facinora.

5. Nec ad ea, quæ superiùs diximus, terreata, Amice Lector, Decretum Clementis VIII. ad Archiepiscopum Panormitanum, nam nihil facit aduersùs nostram sententiam, vt latè apparet per ea, quæ nouissimè adducit Ciarlinius *in controuers. forens. c. 10. num. 93. & sequent.* omninò viuendus. In cuius Decreti intelligentia deceptus est nouissimè Danza *in Pugna. Doctorum, tom. 1. titul. de immunitate, cap. 2. num. 6.* Vnde ex supradictis venit refellendus Barbosa *de iur. Eccles. lib. 2. cap. 3. num. 109.* vbi me citato pro sententia, quam suprà firmauimus, ipse adhuc tenet delinquentem spe confugiendi ad Ecclesiam eius non gaudere immunitate; quod etiam nouissimè docuit alter Lusitanus Fragoso *in Regim. Republ. Christ. part. 1. lib. 4. disput. 11. §. 2. num. 274.* Sed non bene.

Sup. hoc supra in Resol. 58. §. Sed tu. ad med. & in aliis eius annotationum.

RESOL. LXXII.

Si quis homicidium commisit in scalis Ecclesiæ & postea inuentus est in Ecclesia; quæritur, an gaudeat Immunitate?

Idem dicendum est, si quis occiderit aliquem in atrio, seu porticu, & super tectum, vel ostium Ecclesiæ. Ex part. 3. tract. 1. Resol. 39.

§. 1. Hic casus olim accidit, & de illo interrogatus affirmatiuam sententiam docui, quam tuetur Megala *in 3. part. cap. 2. q. 1. num. 17.* Peregrin. *tract. de immunit. Eccles. cap. 6. num. 32.* & vir doctus Aloysius Riccius *part. 3. decis. 250. per tot.* quidquid in contrarium ante Bullam Gregorianã dixerint Angelus de Castro, & Decianus, quos citat & reprobat Peregrinus *vbi suprà*; & ratio est manifesta, in illis verbis Bullæ ibi, *Mutilantes, vel occidentes in Ecclesiis, seu Cœmeteriis.* Ergo qui mutilat, vel occidit extra Ecclesiam, vel Cœmeteria, gaudebit immunitate.

Sup. contento in hac Resol. supra in Resolut. 28. §. Oritur. & pro parte scalæ & porticu Ecclesiæ, in Resol. præterita, §. Ex quib, & in Resol. 6. § Sed his, à lin. 4.

2. Dicendum est igitur, quòd occidentes, vel mutilantes in aliis locis, qui hac immunitate gaudent, ab illa non excipiuntur, sicut excipiuntur occidentes, vel mutilantes in Ecclesiis, vel Cœmeteriis. Ex quibus patet, quòd si quis occideret aliquem in atrio, seu porticu, & super tectum, vel ostium Ecclesiæ, gauderet immunitate, si post delictum in aliqua Ecclesia se abscõderet, quia sic aliquem occidens, non occidit in Ecclesia; sed in locis extra Ecclesiam, licèt vt obseruat Villalobos *in summa tom. 2. tract. 39. diffic. 3.* Fagundez *præcept. 2. lib. 2. cap. 4.* & alij communiter, eadem immunitate gaudeant.

RESOL.

RESOL. LXXIII.

An existens in Ecclesia mandans homicidium extra illam committi, vel existens extra Ecclesiam mandans intra illam homicidium committi, gaudeat hac Immunitate? Ex part.1.tract.1.Resol.10.

§.1. MInimè gaudere respondet Gambac. *lib.5. n.25.*Ioan. de Heuia *in Curia Philip. p.3. §.12.num.23.*cum Duardo *in Bulla Cœnæ,lib.2.can.15. quæst.16.num.23.*& ante Bullam Gregorij Suarez *de Relig.tom.1.tract.2.lib.3.c.11.num.7.* Idem docet Portell. *in dubiis regul.verb. Ecclesiæ immunitas,num.15.* Sed, vt notat ipse ibid. Bulla Gregoriana in Portugallia non est vsu recepta.

Supra difficultatibus positis in titulo huius Resol.supra in Resol. 28. à §. Vnum. vsque in finem.

2. Sed contrariam sententiam post Bullam Gregor. XIV. docent omnes scribentes. Ita Megala *in 3.part.lib.4.cap.1. quæst.1. num.13.* Farinac.*de immunit.Eccles.cap.16.num.231.*cum Martino Bonacina *de leg. disp.3.q.7.§.4.nu.11.* & aliis. Et ratio est: quia tales non dicuntur verè, & propriè loquendo occidere;sed mandare occisionem: & cùm simus in pœnalibus,& in materia odiosa, vtpote libertati delinquentium,& immunitati Ecclesiasticæ contraria;verba Bullæ contra occidentem, non sunt extendenda ad mandantem occidere:sicut censura lata contra aliquid facientem,non est extendenda ad mandantem id facere; vt nos latè probauimus *in tract.de denunciationib.q.23.* & probat in casibus huius Bullæ,Homobon *de Exam.Eccles.p.2.tract.11.c.5.q.5.relect.4.*

3. Nec valet dicere, quòd, qui per alium facit, per se ipsum facere videtur: nam respondeo, hoc axioma, vt benè aduertit Avil.*de cens.p.1.c.5.disp.3. dub.2.*& alij,intelligendum esse quoad culpam, non autem quoad pœnam;& omnia suprà dicta sunt intelligenda etiam, vt in titulo quæstionis diximus, de illo, qui existens extra Ecclesiam mandaret committi homicidium intra Ecclesiam: nam militat eadem ratio, licèt Peregrinus, quoad hoc, contrarium sentiat,*c.6.n.36.*Sed tu tene nostram sententiam.

RESOL. LXXIV.

An existens in Ecclesia, vel aliquo Monasterio, & ex fenestra pilam tormentariam iecit in alium extra Ecclesiam existentem, & illum occidit, gaudeat Immunitate?

Et è contra, an ille, qui existens extra Ecclesiam occideret existentem in Ecclesia, gaudeat eius Immunitate?

Et an gaudeat etiam Immunitate ille, qui vulneraret aliquem in Ecclesia, etiam cum sanguinis effusione, sine tamen alicuius membri mutilatione? Ex part. 1. tract.1.Resol.9.

Sup. hoc infra in Resol.76. cursim post medium. vers. qui etiam.& in Resol. 1. not. seq. in fin. §. Secundo. quamuis ibi sit quæstio pro sacrilegio, & pollutione Ecclesiæ.

§.1. NOn gaudere affirmat Gambacur. *lib.5.c.24. num.21.*Villadiego *in Polit.cap.3. num.206.* Ioan. de Heuia *in Curia Philipp.part.3. §.12. num.23.* & in hoc socios multos habent:nam ita tenuerunt, ex nostris, P.Megala *in 3.part.lib.4.cap.2.q.1.num.12.* Graff.*tom.1.lib.3. cons.unico, num.10.de immunit. Eccles.* Duard.*in Bulla Cœnæ,lib.2. can.15. quæst.16.n.23.* Farinac. *tract.de immunit. cap.16.num.223.*Portel. *in dubiis regul.verb.Ecclesiæ immunitas,num.12.* Ambrosinus *tract.de immunit.cap.5.num.8.* Et ratio est:quia tale homicidium commissum videtur in Ecclesia,cùm, in illa initium habuerit.

2. Sed mihi placet opinio Bonacin.*tract.de legib. disp.3.quæst.7.§.4.n.8.* vbi asserit, supra dictum criminosum gaudere immunitate. Et ratio est: quia Gregorius in ista Constitutione ait, illos non gaudere immunitate, qui mutilant, & occidunt in Ecclesia: quæ quidem verba, vt patet, denotant actum completum, & perfectum in Ecclesia: ergo, cùm simus in materia odiosa, & in pœnalibus, non sunt dicta verba extendenda ad homicidium inchoatum in Ecclesia. Et hoc patet manifestè à simili:nam vt docet ipsemet Bonacina *de cens.disp.1.q.1.punct.11.n.11.*ille, qui, dum existit in Ecclesia,iacit sagittam,& occidit hominem existentem extra Ecclesiam, non incurrit censuram latá contra occidentem in Ecclesia;nam illa occisio facta fuit extra Ecclesiam,licèt in Ecclesia fuerit inchoata: ergo etiam verum est, quòd,secundùm sententiam Bonacinæ, dictus criminosus non potest capi à ministris ob sacrilegam vulnerationem in Ecclesia inchoatam.

3. Notandum est verò, è contrà,quòd immunitate non gauderet ille,qui existens extra Ecclesiam, occideret existentem in Ecclesia:nam talis dicitur delictum occisionis commisisse in Ecclesia.Et in his casibus puto, non esse attendendum locum inchoati, sed locum consummati delicti,vt *suprà* dixi:& ita docet Riccius *p.5.Collect.1792.* Portel.*loco tit.*Bonacin. *n.7.*Farin.*n.224.*Peregrin.*num 16.* Megala *num.13.* & alij:gauderet tamen hac immunitate ille, qui vulneraret aliquem in Ecclesia etiam cum sanguinis effusione; sine tamen alicuius membri mutilatione, vt docet Farinac.*vbi suprà,n.227.*& alij.

Super hoc in tom. 1. tr. 7. ex doctrina Resol. 90. §. 2. ad medium. vers. Secus dicendum.

Supra hoc magis latè supr. in Resol. 28. §. Vnde. & infra in fin.Resol. seq.

RESOL. LXXV.

An qui in Ecclesia commisit homicidium, vel membrum mutilauit non deliberatè, sed accidentaliter & ex calore iracundiæ, & prouocationis, gaudeat Immunitate?

Et quid,si vulnerauit aliquem in Ecclesia extra membrorum mutilationem, an gaudeat Immunitate? Ex part.1.tract.1.Resol.11.

§.1. NEgatiuè respondet Gambacur. *lib.5.c.23.*& ex nostris Peregrin.*de immunit.c.6.n.15.*qui adducit rationem ex verbis Bullæ,vbi Summus Pontifex indistinctè excipit membrorum mutilationes, homicidia in ipsis Ecclesiis,vel Cœmeteriis:ergo indistinctè debet intelligi,tam de illis, qui ex proposito & deliberatè;quàm de illis,qui in rixa accidentaliter,& ex calore iracundiæ occidunt,vel mutilant.

Sup. hoc in Resol. seq. & supr. in Resol. 28. §. Sed quid dicendum si quis. & in tom. 5. tr. 5. Resol. 89. §. Probari potest. & in tom. 3. tr. 3. Resol. 34. §. Probari potest.

2. At his minimè suffragantibus, contrariam sententiam docet Farinac.*tract.de immun.Eccles.c.16. n.240.* & ante bullam id docuerat Guttier. *pract. qq. lib.3.q.1.n.3.5. & seq.* cum Sess. *decis.141.n.8.* & aliis. Et hoc maximè procederet, si tale homicidium fuisset in Ecclesia perpetratum,non solùm ex rixa subitanea, sed & ad alterius prouocationem: & multò magis ad se defendendum: nam in præfatis casibus occidens, vel mutilans non videtur habere animum irreuerentem offendendi,& violandi ipsam Ecclesiam. Vide Tabienam *vers.Immunitas,n.10.* Armillam *eod. verb.n.12.*Rosellam *eod.verb.n.2.* & alios.Notandum est tamen,vulnerantem in Ecclesia gaudere omninò immunitate;extra membrorum tamen mutilationem; & ita nouissimè in terminis nostræ Bullæ docet Barbosa *in Collect.tom.1.lib.3.tit.4.c.10.n.10.*

Supr. hoc in fine Resolut. præteritæ.& magis latè supr. in Resol 28.§.vnde,

RESOL. LXXVI.

An qui ex subita rixa,& occasione occidit, vel mutilauit aliquem in Ecclesia,gaudeat eius Immunitate?

Et

Et an qui vi, dolo & fraude aliquem ex Ecclesia extraxerit, & extractum eum occidat, gaudeat Immunitate?

Et an existens in Ecclesia, & mutilans, vel occidens existentem extra Ecclesiam, gaudeat eius Immunitate? Ex part. 4. tract. 1. Resol. 107.

§. 1. NEgatiuè respondet Castrus Palaus *tom. 2. disp. vnica, de immunit. Eccles. punct. 9. n. 12.* qui citat Suarez, Bonacinam, Nauarrum, Clarum, Germonium & alios, quia quis puniri debet in eo, in quo deliquit, & Pontifex in Bulla sine vlla distinctione asserit, absolutè mutilantes & occidentes in Ecclesia, non gaudere eius immunitate. Verùm non desunt Doctores affirmatiuam sententiam docentes, quam ego docui *in part. 1. tr. 1. * resol. 11.* vide etiam Marium Italiam *de immunit. lib. 1. cap. 5. num. 24. & seq.* Cardinalem Tuschum *ver. Ecclesia, concl. 11. num. 13.* & 14. Azorium *part. 2. lib. 9. cap. 9. sub quæs. 9.* Vnde nouissimè, me citato, Antonius Nouarius *in summa Bullarum tit. de immunit. Ecclesia, num. 58.* docet quòd committens homicidium, vel membrum mutilans accidentaliter calore iracundiæ prouocatus, non autem deliberatè, gaudebit Ecclesiæ immunitate. Sic ille, qui etiam *num. 51.* tenet existentem in Ecclesia & mutilantem & occidentem existentem extra Ecclesiam, gaudere eius immunitate; quod à nobis alibi tactum est, licèt Castrus Palaus *vbi suprà num. 14.* contrarium doceat; qui tamen *num. 18.* rectiùs docet, quòd si vi, dolo, & fraude aliquem ex Ecclesia extraxeris, & extractum occidas, immunitate minimè prieueris, quicquid in contrarium asserat Farinacius *in append. c. 16. n. 232.* & Azorius *part. 2. lib. 9. cap. 9. quæs. 14.* quia licèt in Ecclesia dedisti causam occisionis, non dedisti tamen causam occisionis necessariam, cùm liberè postea occideris: ergo non eris priuandus immunitate.

* Quæ hic est Resol. antecedens, & in aliis eius primæ not.

Sup. hoc supra in Resol. 74. &c.

Suprà hoc magis latè dispu. in Resol. 8. §. Et tandem.

RESOL. LXXVII.

An occidens Clericum gaudeat Immunitate?

Et an qui commisit sacrilegium, vel sit excommunicatus gaudeat Ecclesiæ Immunitate? Ex part. 1. tract. 1. Resol. 34.

Sup. hoc sup. in Resol. 22. & 27. §. Quæro primo. & infra in Resol. seq.

§. 1. NEgatiuè respondet Villal. *in Polit. cap. 3. num. 212.* Riccius *in Praxi, part. 2. resol. 309. per totam.* Primò, quia occidens est excommunicatus: ergo non gaudet immunitate. Secundò, quia hæc immunitas non conceditur committentibus crimen læsæ maiestatis: sed offendens Clericum, committit crimen læsæ maiestatis diuinæ: ergo. Tertiò, delinquentes in Ecclesia non fruuntur hac immunitate. Hanc sententiam docet etiam Bobadilla *tom. 1. lib. 2. cap. 14. num. 47.* qui citat Vasquium, Remigium, & Suarez de Paz. *in Praxi, tom. 1. cap. 3. §. 3. num. 169.* & tanquam probabilem illam admittit Ioan. Sancius *in suis practicis disputationibus, disp. 44. n. 52.*

2. Sed post Constitutionem Gregorianam contrarium tenendum est. Et ita docet Peregrin. *de immunit. Eccles. cap. 12. num. 13.* Ceuall. *tract. de cognit. per viam violent. p. 2. q. 101.* Cum Farinac. *de immunit. cap. 7. num. 114.* retractante se de contraria sententia, quam docuerat anteà *in tract. de carcer. q. 29. num. 19.* & Mario Italia *de immunit. lib. 1. cap. 2. §. vnico, num. 6. & cap. 6. §. 3. num. 79.* Et ratio est: quia inter homicidia excepta non ponuntur, nisi homicidia proditoria, aut per assassinium peracta: ergo verba Bullæ, vt sæpè dictum est, non sunt extendenda ad alia homicidia. Nec obstat, quòd Clericus repræsentat Ecclesiam, & illum offendens Ecclesiam offendit: ergo. nam respondetur, quòd Ecclesia diligit inimicos, & benefacit persequentibus illam. Nec etiam obstat, quòd qui committit sacrilegium, non gaudet immunitate, vt notat Guttier. *pract. qq. lib. 3. quæst. 1. num. 33.* & alij: sed occidens Clericum, sacrilegium committit: ergo: nam respondetur, sententiam Guttierrez, & aliorum, post Constitutionem Gregor. non esse sustinendam, quia in Bulla crimen sacrilegij non reperitur exceptum, ergo debet gaudere: & ita docet Ambrosin. *de immunit. cap. 4. num. 6.* reprobans Decian. *tom. 1. lib. 6. c. 28. num. 7.* & Duar. *in Bull. Cœn. lib. 2. canon. 15. q. 16. n. 27.*

Super hoc in §. not. præteritæ.

3. Ex quibus patet responsio ad argumenta Riccij superiùs posita. Ad primum, nego, excommunicatum non gaudere immunitate Ecclesiarum: quia talis casus non est exceptus in Bulla. Secundò, hoc priuilegium non est datum fauore personarum, sed propter reuerentiam sacrorum locorum. Tertiò excommunicatio non habet alios effectus, nisi quos iura declarauerunt: sed nullum ius statuit, vt excommunicatus immunitate non gaudeat: ergo. Et ita contra Felinum *in cap. 2. except. num. 5.* docent omnes Doctores, tam ante Bullam, quàm post Bullam Gregor. XIV. Ita Ioann. de la Cruz *in Direct. conscient. part. 1. præcep. 8. quæst. 3. art. 1. dub. 1. concluf. 2.* Suarez *de Relig. tom. 1. tract. 2. lib. 3. cap. 10. num. 3.* Fagundez *de Præcep. Eccl. tract. 2. lib. 4. cap. 4. num. 50.* Altherius *de conf. tom. 1. lib. 2. cap. 6. col. 3. vers. Hoc idem sentiendum est.* Nauarr. *cap. 25. num. 20.* Syluest. *verb. immunitas, 3. quæst. 3.* Angelus *eodem verb. num. 11.* Rosella etiam *verb. immunit. 2. num. 7.* Armilla *eod. verb. num. 7.* Ad secundum argumentum respondetur ex dictis, quòd in Constitutione Greg. non excipiuntur ab immunitate omnes delinquentes in crimine læsæ maiestatis, sed tantùm excipitur crimen læsæ maiestatis in personam Principis commissum. Ad tertium respondetur, ex dicta Bulla Greg. omnes delinquentes in Ecclesia gaudere immunitate, præter ibi committentes homicidia, & membrorum mutilationem, vt docet Riccius *p. 5. collect. 1792.* & communiter. Vnde patet, occidentem Clericum gaudere omninò Ecclesiæ immunitate: quod est valdè notandum: quia casus potest de facili in praxi contingere. Neque circa præsentem quæstionem admittenda est doctrina Petri Gambacurtæ, contra quem, & meritò, insurgit Giurb. *cons. 70. n. 9.*

Sup. hoc supra in Resol. 27. §. Quæro tertio. & ad 3. §. 1. huius Resol.

RESOL. LXXVIII.

An occidens, vel percutiens Clericum, aut Religiosum, & commisit sacrilegij crimen, gaudeat Immunitate Ecclesiarum? Ex part. 4. tract. 1. Resol. 68.

§. 1. NOuissimè negatiuam sententiam docet Ludouicus Correa *de select. de Immunit. Eccles. part. 3. num. 37.* quia, ait ille, crimen hoc grauissimum videtur, & Reipublicæ admodum pernicioſum, ac similium, quia *in cap. inter alia, de immun. Eccles.* excipiuntur. Ergo etiam immunitas tale crimen facientibus denegabitur. Deinde, quia qui occidit vel percussit Clericum, commisit sacrilegium ex specie illius commissi in Ecclesia, vtpote personam sacram offendens, sed committens huiusmodi sacrilegium immunitate non gaudet: ergo, &c. Ita ille: ante illum Boërius *decis. 109. n. 3.*

Sup. hoc in Resol. præterita, & in aliis eius primæ not.

2. Sed ego contrariam sententiam satis firmaui *in part. 1. tract. 1. * resol. 34.* quia neque per sacros Canones, neque per Constit. Gregorij excipitur hoc delictum; ergo gaudere debet immunitate: vnde, me citato,

* Quæ hic est Resol. antecedens, &c.

citato, nouissimè renet etiam hanc opinionem Antonius de Marinis *quotid.resolut.cap.170.num.14.* & de hoc non est dubitandum,stando in terminis Constit. Gregor. XIV. vide me ipsum *suprà*, vbi respondeo ad omnia argumenta contraria.

RESOL. LXXIX.

An si quis occidat aliquem Appensate, *& animo præmeditato sit priuandus Immunitate?*
Et quid dicendum, stando in terminis iuris communis?
Ex part.6.tract.1. Resol.13.

Sup. hoc inf. in Resol. 98. cursim prope finem, sed addito Pere. gr. no.

§.1. Affirmatiuam sententium docet Sarpus *c.5. fol.48.*vbi sic ait:Non adeò communis est omnium opinio, homicidas quoscumque, qui cogitatò facinus perpetrauerint sine insidiis,sed consultò; immunitate Ecclesiarum vti non posse. Est tamen multorum Doctorum sententia : quamobrem ob eorum & numerum & conditionem amplecti eam possumus absque vllo erroris timore. Ita ille.

2. Sed hoc non est verum stante Constitutione Gregoriana, in qua septem tantùm casus excipiuntur, quibus tantummodo delinquentes ad Ecclesiam confugientes immunitate priuantur,inter quos non annumeratur homicidium consultò & deliberatè perpetratum; sed homicidium proditorium ; sed qui occidit de industria, & animo pensato, non occidit proditoriè.Ergo,&c. Et ideò Caballus *tract. de homicidio, num.*388. asserit frustrà de hac re disputandum; cùm extet Bulla Pontificia Gregorij ita disponentis.Et Tuschus *tom.3.littera E, conclus.11. num.9.* asserit, quòd iste casus, & multi alij similes erant controuersi inter Doctores iuris Canonici & Ciuilis; & quia istud ius dubium declaratum fuit per Gregorium XIV.in dicta constitutione,omnino seruari debet ; & illud vbique attendi debet, & ampliùs non est locus opinionibus Doctorum adhærere. Vide hanc opinionem latè comprobantem Chartarium *in decisionibus crimin.decis.95. per tot.* Vnde prorsus refellendus est noster Naldus *in summa verb.Ecclesia, num.5.*asserens homicidam ex proposito non gaudere immunitate.

3. Sed difficultas est. Quid dicendum stando in terminis iuris communis. Sarpus, vt visum est, & aliqui docent animo deliberato,& appensatè occidentem non gaudere Ecclesiæ immunitate. Et ita tenet Ludouicus Correa *in sua docta relectione de immun. Ecclesiast part.2.n.19.* Sanchez *in opusc. tom.2. lib.6. cap.1.dub.8.num.27.* Peguera *decis.crimin.54.num.10.* Ioseph.Ludouicus *decis.Lucens.16.num.3.* Franciscus Marcus *decis.268.num.2.* Vulpellus *tract.de immunit. Eccles.part.1.num.27.& sequent.* Guttierrez *in practic. quæst. lib.1.quæst.2. num.17.* Fachinus *in controuers. lib.9.cap.83.per totum.* Germonius *de sacrament. immunitat. lib.3. cap.16. num.59.* Marta *de iurisdict. part.2.cap.55. num.4. & sequent.* & Barbosa *de iur. Ecclesiast.lib.2.cap.3. num.99.* cum aliis penes ipsos. Et ratio est, quia *in cap.1. de homicidio,* dicitur euellendum esse ab altari, & immunitate priuandum, qui per industriam occiderit & per insidias:Ergo occidentem per industriam,etsi non occiderit per insidias, non gaudebit immunitate quia copulatiua in qualibet illius parte debet verificari & quidem superflue apponeretur in dicto textu verbum illud,per industriam:nam sufficiebat dicere per insidias,etenim qui occidit, per insidias, dicendus est occidere per industriam.

4. Verùm his non obstantibus aliqui putant etiam in terminis iuris ante Constitutionem Gregorianam occidentem animo deliberato non fuisse immunitate priuandum,nisi proditoriè occidisset.Ita tenet Suar. *de Relig.tom.1.lib.3.cap.11.num.13.* Boërius *decis.109. num.19.*& alij,quos citat Farinacius *cons.76.num.17.* quibus adde nouissimè Layman *lib.4.tract.9.cap.3. num.8.*& Castrum Palaum *tom.2. tract.11. disp.vnic. punct.9. num.29.* Quia, ait ille, in pœnis non est facienda extensio : neque immunitas Ecclesiastica minuenda : tum quia constitutio Gregoriana, quæ, vt diximus suprà ex Cardinale Tuscho, decidere intendebat appositi verbum, proditoriè, vt sic insinuaret in illis verbis textus *per industriam & insidias,* idem esse significatum ; vnus enim terminus alterius est declaratio : neque ibi est propositio copulatiua, sed simplex ; facit enim hunc sensum : Qui per industriam insidiosam occiderit proximum, ab altari euellatur : quod manifestè constat, nam locus ille Exodi ex quo textus desumptus est, concedit locum refugij ei, qui proximo insidiatus non fuerit. Neque inde fit superfluere verbum illud, per industriam,quia apponitur ad maiorem subsequentis declarationem;tum quia idem inferri posset esse superfluum verbum per insidias,si omne homicidium per industriam ab immunitate excluſum ; quia inde excluſum erat homicidium per insidias,quod esse non potest, nisi per industriam. Et ideò supremum Concilium Castellæ, quod Emporium doctorum hominum semper esse solet,hanc sententiam in facti contingentia determinasse testatur ex Paz Villalobos *in summa tom.2. tractat.39. difficult.7. num.12.* vbi, [ad essa opinione ; que vale la immunidad al que mata otro de proposito y deliberamente sin traycion: y dize Paz,que lo vio practicar en vna sentencia que dio el Consejo en tiempo del Rey Don Felipe segundo en fauore de un noble, que matò à otro en vn desafio,y se acogio à la Yglesia,y le sacaron, y mando el Consejo boluerle a ella.]

5. Vnde ex his omnibus statuendum est contra Sarpum,non solùm qui occidit aliquem consultò,& cogitato gaudere immunitate Ecclesiarum, stante constitutione Gregorij XIV.Sed etiam secundum aliquos stante iure communi antiquo.

6. Ad statuta verò, quæ Sarpus adducit aliquorum Regnorum, respondeo nihil valere ; Principes enim Laici nullam habent potestatem determinandi aliquid circa immunitatem Ecclesiarum; sed hoc spectat ad Summum Pontificem. Vnde refellendus venit Gambacurta *lib.3. cap.13. num.11.* vbi defendit *cap.71.* ius Regni Siciliæ sub Rege Alponso, in quo datur facultas Officialibus Laicis, vt extrahant reum ab Ecclesia,qui homicidium ex proposito commisit. Nec valet dicere cum ipso dictum Decretum fuisse factum in Parlamento, vbi adsunt Prælati totius Regni, nam Episcopi non possunt, neque augere, neque restringere immunitatem Ecclesiarum cum hoc ad summum tantummodo Pontificem spectet.

RESOL. LXXX.

An qui occidit inimicum ex præmeditata animi deliberatione, Apostadamente, *vulgo dicitur, atque ex industria, non autem proditorie, seu per insidias, gaudeat Immunitate?* Ex part. 1. tract. 1. Resolut. 33.

§.1. Dixi, non proditoriè, neque per insidias,* quia de hoc *suprà* diximus. Igitur ad casum propositum respondendo,dico,negatiuam sententiam docere

*Sup. in Resolutionib. quæ hic sunt infra Resol. 81.& 89.

docere Gambacur. *lib. 5. cap. 4. num. 19. & seq.* Probat hanc opinionem *ex cap. 1. de homicidio*, & ex consuetudine multorum locorum.

2. Sed post nostram Constitutionem hæc opinio est prorsus reprobanda, sicut illam reprobat Riccius *part. 5. collect. 1792.* Peregrinus *de immun. cap. 7. n. 15.* & alij: nam Summus Pontifex in ista Constitutione excipit tantùm homicidium proditorium, vbi nullus præcedebat rancor, sed potiùs simulabatur amicitia: ergo non est dicta exceptio extendenda ad homicidium non proditorium; dato, quòd deliberatè, & ex industria sit commissum, quia dicta Bulla non sustinet extensiones ad alios casus, ibi non expressos, cùm reducat omnia ad vnam formam, vt sæpè diximus, cum particula taxatiua, *tantùm*; & excipiendo aliquos casus, exceptio firmat regulam in casibus non exceptuatis. Ex quibus patet responsio ad argumenta Gambacurt. nam, vt probauimus *supra q. 1.* hæc Bulla Gregor. XIV. derogat ius commune, & consuetudines contra eius formam: ergo in nostro casu non valet argumentum *ex c. 1. de homicidio*, neque ex consuetudine; stante derogatione iuris communis & consuetudinum supradictæ Bullæ.

RESOL. LXXXI.

An qui occidit inimicum non proditoriè, sed per insidias, gaudeat Immunitate?

Et notatur, quod per homicidium proditorium intelligitur illud, vbi nullus cum occiso præcedebat rancor, sed potius simulabatur amicitia, vnde non dicitur, proditor, qui occidit inimicum suum à tergo, vel è fenestra eum archibusio. Ex part. 1. tract. 1. Res. 5.

§. 1. NEgatiuè respondet Gambacurt. *lib. 5. cap. 4. & 31.* & Villadieg. *in Polit. cap. 3. num. 208.* vbi docet, non obstante Consti tutione Gregoriana, homicidium insidiosum non gaudere hac immunitate. Vide etiam Suarez *de Relig. tom. 1. tract. 2. lib. 3. cap. 11. num. 10.* Fagund. *de Præcept. Eccles. tractat. 1. lib. 4. num. 46.* & Portel. *in dubiis regularib. verb. Ecclesia immunitas, num. 15.*

2. Sed isti scripserunt ante Bullam, & in loco, vbi non est recepta, & ideò omnes scribentes post dictam Bullam, contrarium docent. Ita tenet Peregrin. *in tract. de immun. cap. 7. num. 5. & 20.* Ambrosinus *de immun. cap. 16. num. 142.* & Bonacina *de legib. disp. 3. q. 7. §. 4. num. 14.* Et ratio est: quia est differentia inter homicidium proditoriè commissum, & non proditoriè: sed Bulla ex immunitate solùm excipit homicidium proditorium, ergo non excludit non proditorium. Et clarè hoc determinauit Clemens VIII. referente Cardinali Burghesio, & Platta: nam in quodam Breui Archiepiscopo Panormitano directo, vt *supra* visum est determinat quosdam occisores, qui ex insidiis inimicum occiderunt, gaudere immunitate Ecclesiastica, stante Bulla Gregor. XIV. quidquid in contrarium sentiat de mente Clem. VIII. Marius Italia *de immunit. lib. 1. c. 5. §. 4. n. 1.* qui vt Farinarius benè obseruat, diuinat, & minimè audiendus est. Nota verò, quòd nos per homicidium proditorium intelligimus illud, vbi nullus cum occiso præcedebat rancor; sed potiùs simulabatur amicitia. Vnde contra Gambacurtum & Megalam *in 3. p. lib. 4. c. 2. quæst. 1. nu. 18.* & Bobadillam *in Polit. tom. 1. lib. 2. c. 14. n. 38.* & non dicitur proditor, qui occidit inimicum suum à tergo, vel ex fenestra cum archibusiis. Ita docet Bartol. *in leg. respicientiã. §. delinquunt, n. 1. ff. de pœnis.* Et ita præter Ambrosinum, Farin. & Peregrin. docet in terminis huius Bullæ, Ricc. *part. 5. collat. 1792. & part. 1. decis. 168. num. 1.* Genuens. *in praxi, cap. 94.* & ita etiam ante dictam Bullam fuisse decisum in Regno Neapolitano testatur Vincent. de Franch. *in decis. 713.* Cùm igitur immunitas Ecclesiæ sit fauorabilis propter reuerentiam sacrorum locorum, & exceptio sit odiosa, verbum, *proditoriè*, strictè interpretandum est, licèt nouissimè contrarium asserat Fagundez *de Præcept. Eccles. tract. 2. lib. 4. cap. 4. num. 46.* cum Portel. *in dubiis Regul. verb. Ecclesiæ immunitas; num. 15.* Sed isti scripserunt in Hispania, vbi Bulla Gregor. non est vsu recepta.

90. §. vlt. & in Res. 82. §. 1. ad medium.

Sup. hoc supra in fine Res. 23 & 60. §. Sed ego.

RESOL. LXXXII.

An qui occidit amicum reconciliatum, tanquam proditor, careat Immunitate. Ex part. 1. tract. 1. Res. 35.

Sup. diffic. huius tituli in Res. seq. §. 2. cursim ad medium.

§. 1. SVppono, inter inimicos non esse homicidium proditorium: nam tunc dicitur quis proditoriè occidere aliquem, quando inter illum, & occisum nullus præcedebat rancor, sed potiùs simulabatur amicitia vt putà, quia insimul comedebant, vel simul erant in itinere. Et ita docet Ambros. *de immun. cap. 6. num. 1.* Peregr. etiam *de immun. c. 7. n. 2.* & alij. & ideò, vt *supra* diximus, etiam occidens inimicum retrò, non dicitur committere homicidium proditorium: quia debebat præcauere ab inimico suo, vt ex doctrina Bartoli sequuntur scribentes omnes post Bullam Greg. licèt illos carpat, & irrideat, sed immeritò, Gambac. *lib. 5. cap. 28. num. 3.*

Sup. in Res quæ hic est antecedens §. 2. post medium.

2. Hoc supposito, respondeo, occidentem amicum reconciliatum gaudere immunitate: quia talis non dicitur proditor, & Bulla excipit tantùm homicidium proditorium. Et ita fuisse decisum in Curia Archiepiscopali Neapolitana testatur Riccius *p. 1. decis. 168. num. 2.* vbi ait: [Cùm dubitaretur in Curia Archiepiscopali, si occidens amicum reconciliatum dicatur proditor, fuit communi omnium voto conclusum, minimè potuisse dici proditorem: amicus enim reconciliatus æquipollet inimico.] Ita ille, & adducit multas alias rationes, & DD. Adi illum, & non pigebit.

RESOL. LXXXIII.

An qui occidit inimicum, cui fideiussionem dederat de non offendendo, gaudeat Immunitate Ecclesiarum?

Et an iudex sæcularis teneatur delinquentem restituere Ecclesia ab illa cum licentia Episcopi abstractum, si constet postea reum non commisisse delictum in Bulla exceptuatum?

Idem dicendum est, si suasionibus, vel blanditiis reus fuit inductus, vt ab Ecclesia exiret.

Et an delinquens ab Ecclesia extractus, si à carceribus aufugit, & iterum captus est in loco non immuni, adhuc Ecclesia restituendus sit? Ex part. 4. tract. 1. Res. 34.

§. 1. NEgatiuè respondet Peregrinus *tract. de immun. Ecclesiast. cap. 7. num. 10.* quia proditoriè dicitur in tali casu occidisse proditio enim nihil aliud est quàm deceptio contra fidem. Ita ille, qui pro hac sententia citat aliquos.

2. Sed ab affirmatiua sententia contra Peregrinum non est recedendum, quam tuetur nouissimè doctus Iurisconsaltus amicus noster Anton. de Mari-

nis *resolut. quotid. cap.*174.*nu.*3.quia propriè homicidium proditorium dicitur, cùm ab amico, nullo præcedente rancore, patratur, simul comedendo, vel deambulando. Sed in casu de quo loquimur, hoc non adest, imò contrarium, quia propter inimicitiam præcedentem præsumi debet odium adhuc durare: ergo, &c. & ideò asserit idem de Marinis, me citato, Occidens amicum reconciliatum non dicitur homicidium proditorium commisisse, quòd autem in nostro casu adsit fideiussio de non offendendo, nihil efficit, non enim ex illa dici potest proditoriè occidisse, quia adhuc stante fideiussione præsumi poterat odium durare, & suppono inter occisorem & occisum post dictam fideiussionem strictam amicitiam minimè extitisse, v. g. simul comedendo, alloquendo, commorando, &c. Ergo, &c.

Sup. hoc in Ref. præterita.

3. Notandum est etiam hîc obiter cum dicto de Marinis *vbi suprà cap.*175. *num.*4.*& seq.* quòd iudex sæcularis tenetur delinquentem restituere Ecclesiæ, ab illa cum licentia Episcopi abstractum, si constat postea reum non commisisse delictum in Bulla excepruatum, *infrà* latiùs dicendum est. Et hoc etiam *in cap.* 78. docet, me citato, si suasionibus, vel blanditiis reus fuit inductus, vt ab Ecclesia exiret. nam in tali casu etiam Ecclesiæ restituendus erit. & *cap.*80. tenet, quòd delinquens ab Ecclesia extractus, si à carceribus aufugit, & iterum captus est in loco non immuni, adhuc Ecclesiæ restituendus erit.

Sup. hoc cum eodem Marino infra in Ref.121.

Sup. his inf. Ref.111.

RESOL. LXXXIV.

An qui pròditoriè occidit Infidelem, gaudeat Immunitate?

Et an occidens Infidelem pretio conductus non sit assassinus, & gaudeat Immunitate Ecclesia? Ex part.4. tract. 1.Ref. 105.

§.1. NEgatiuè respondet Castrus Palaus *tom.*2.*disput. vnica, de immunit.punct.*9.*num.*31. Peregrinus *de immunit. cap.*7.*num.* 15. Farinacius *in append.cap.* 8.*num.* 20. & Marius Italia *lib.*1.*cap.* 3.§. 3. *num.*7. *& seq.* quia Gregor. XIV. in constitutione excipit proditorem proximum suum occidentem; sed proximi appellatione comprehunduntur omnes homines cuiuscunque fuerint conditionis, vel cultus, seu Religionis, vt latè probant supradi Doctores ergo, &c.

Sup. hoc inf. Ref. 87. §. 2. & 3.

2. Verùm his non obstantibus contrariam sententiam docet Ambrosinus *de immunitate, cap.*7.*n.*12. vbi sic ait. Infertur quòd etiamsi quis proditoriè occiderit infidelem, non propterea est priuandus immunitate ista, quia si assassinus debet gaudere ea, si assassinat infidelem, multo magis proditor, cum maius sit assassinium proditione. Ita Ambrosinus, quem sequitur Martinus Bonacina *in Decalogum disp.* 3:*q.*7. *punct.* 6.§. 3.*num.* 6. qui ait. Ille infidelis, strictè loquendo, non videtur noster proximus, cùm nobiscum non communicet in fide, in Sacramentis, & in Ecclesia. ergo non includitur in Bulla Gregor. & ideo hanc opinionem tanquam probabilem & fauorabilem immunitati Ecclesiæ in praxi amplectendam esse puto.

Sup. hoc ibidem.

3. Notandum est etiam hîc obiter, occidentem infidelem pretio conductum non esse assassinum, & gaudere immunitate Ecclesiæ. Ita Ambrosinus vt visum est cum Castro Palao *loco citato, num.* 35. & aliis penes ipsum, contra Farinacium *in append. cap.* 8. *numero* 120. Decianum *lib.* 6. *cap.* 28. *numero* 18. & alios.

RESOL. LXXXV.

An, qui conductus pecunia occidit inimicum mandantis, præsente ipso mandante, gaudeat Immunitate Ecclesiarum?

Et quid de mediatore assassinij? Ex part. 4. tract.1.Resol. 109.

§.1.* AFfirmatiuè respondet Hieronymus Gabriel. *lib.* 1. *consil.*170. & Castrus Palaus *tom.*2. *disp. vnica, de immun. Eccles. punct.* 9.*n.*36.quia tunc occisor; auxilium videtur præstare mandanti, ipsique mandans videtur ibi esse præcipuus occisor; cùm autem ab eo se debebat occisus præcauere, nō censetur illa occisio proditoriè facta; ac proinde nec digna immunitatis priuatione. Ita Castrus, & ego *in part.* 1. *tract.*1. * *resol* 33.

* Sup. hoc inf. in Ref. 88.§.vlt. circa in post medium, & in alio §. eius annot.

2. Notandum est etiam hîc obiter, mediatorem, seu proxenetam assassinij gaudere immunitate Ecclesiarum, quia non dicitur verus assassinus. Ita nouissimè Ant. Nouar. *in summ. Bullar. tit. de immunit Eccles. num.*72. qui citat alterum Nouarium, Rouitum, & Gambacurtam.

* Quæ hic est sup. Ref. 80. Et sup. contento in hoc §. vlt. in Resol. seq. & in §. alio eius not.

RESOL. LXXXVI.

An mediator assassinij, gaudeat Immunitate Ecclesiarum Ex part.4.tract.1. Ref.33.

§. 1.* NEgatiuam sententiam docet Peregrinus *tr. de immunitate Ecclesiastica cap.*7. *num.* 37. vbi sic ait. Præterea socij, & complices huius criminis assassinij, qui habuerint scientiam qualitatis assassinij, non gaudent immunitate. Ita ille, qui citat Caballum *in tract. de omni genere homicidij, num.* 412. & Tusch. *tom.*3 *lit. E. conclus.*10.*n.*10. *& conclus.*11.*n.*7. sed in hoc casu mediator huius criminis est complex & particeps: ergo, &c.

* Supr. hoc in Ref. præterita, §. vlt. & in Ref. seq. §. etiam vlt.

2. Sed his non obstantibus, & meritò, affirmatiuam sententiam tenet Antonius de Marinis *in solut. quotidian. cap.* 171. *num.* 5. Gambacurta *de immunitate Eccles. lib.*5. *cap.*34. *num.*14. Masullus *in addit. ad Capic. decis.* 112. Ratio est, quia Doctores *in cap. pro humanis, de homicid. in* 6. asserunt sub nomine assassinij non venire medicorem, & sic fuisse decisum in sacro Concil. *anno* 1615. refert Rouitus *in pragm.* 1.*de assassinio, num.*29. Sed in Bulla Gregor. excipiuntur, ne gaudeant immunitate Ecclesiarum tantùm assassini: ergo mediatores debent immunitate gaudere.

RESOL. LXXXVII.

An assassinus, gaudeat Immunitate, etiam homicidio non secuto?

Et an in occisione Infidelis detur assassinus, vel necessarium sit, vt occisus sit Christianus?

Et notatur mandantem non dici assassinum.

Et an sit assassinus, qui promisit occidenti aliquod se ab eius patre pro ipso officium obtinere?

Et an dicatur assassinus, qui animo complacendi tantum alicui homini homicidium perpetrauit?

Et an non sit assassinus, qui accepta ab aliquo pecunia occidit communem inimicum, vel si recepta pecunia aliquem interfecisset præsente ipso mandante: aut qui promissionem, vel oblationem pro homicidio non acceptauit; vel si accepit paruam quantitatem pecuniæ;

aut

aut quando promissio pretij, vel mercedis non fuit certa, & specifica?

Et an sit assassinus qui promisit dare sicario aliquam in vxorem?

Et an mediator assassini gaudeat Immunitate. Ex part. 6. tract. 1. Resol. 11.

§. 1. NEgatiuè respondet Sarpus *cap. 5. fol. 45* vbi ita asserit. Assassinorum nomine designantur hodie, quicumque pacto, pretio, & mercede ad necandum hominem immittuntur: quod vsu ipso receptum est, non modò cùm homicidium perfectum fuit, sed etiam quando tentatum est, licèt minimè successerit. Sic ait ille.

Sup. hoc supra in Resol. 84. & 7. Vlt.

2. Sed quoad priora verba, cùm sint absoluta videtur docere Sarpus etiam in occisione hominis infidelis adesse assassinium: & hanc opinionem licèt admittat Henricus Bocerus *tractat. de homicido, lib. 1. cap. 3. num. 14.* Marius Italia *lib. 1. cap. 5. §. 4. num. 2. & 21.* Decianus *lib. 6. cap. 28. num. 18.* Peregrinus *cap. 7. num. 39.* Bonacina *tom. 2. disp. 3. quæst. 7. punct. 6. §. 5. num. 9.* Farinacius *cap. 8. num. 120.* & alij. Et ratio illorum est, quia infidelis est etiam proximus.

3. Tamen ego contrariæ sententiæ adhæreo, quia textus *in cap. 1. de homicidio in 6.* expresè dicit, quempiam Christianum, ergo tacitè infidelem excludit. Neque obstat infidelem verè esse proximum, quia non pro cuiuslibet proximi occisione hæc assassinij pœna incurritur, sed pro occisione proximi Christiani. Et ita post antiquiores docet Couarruuias *variar. lib. 2. cap. 20. num. 10.* Iulius Clarus *in practic. §. Assassinium vers. benè verum est, & quæst. 85. vers. vbi agitur.* Ioannes Guttierrez *practic. quæst. lib. 3. quæst. 7. num. 8.* & alij. Et post Gregorianam constitutionem Sebastianus Guazinus *defens. 1. cap. 38. num. 42.* omninò videndus, Castrus Palaus *tom. 1. tractat. 11. disput. vnic. punct. 9. num. 35.* & Ambrosinus *de immunit. cap. 7. num. 12.* vbi citat Corneum *lib. 1. consil. 249. num. 21.* asserentem, quòd euasit quidam Prælatus, qui fuerat accusatus de crimine assassinatus; & non fuerat deductum in processu vel in libello, quòd ille qui fuerat assassinatus fuerit Christianus, & admonet Aduocatos, vt id probent. Et hanc sententiam docet etiam Nouarius *in conclusionibus noui iuris Pontificis conclusione 43. num. 22.* qui etiam *num. 25.* tenet, quòd in dubio occisus non censetur Christianus, nisi pro tali fuerit probatus; quod antea docuerat Paeianus *de probationibus, part. 2. cap. 14. num. 7.* Ambrosinus *de immunit. cap. 7. num. 12. & 13.* & alij. Verùm nouissimè Iustus Osdefob, *in cautelis crimin. tit. 2. cas. 10. n. 7.* putat onus probandi occisum non esse Christianum, non ad fiscum, sed ad reum reiciendum esse.

4. Sed deueniendo ad quæsitum dubitationis, an scilicet contra mandatarium, morte non sequuta intret pœna assassinij, ita vt non gaudeat reus immunitate. Fateor quidem sententiam Sarpi à pluribus doceri: & ita tenet Peregrinus *loco citat. num. 31.* Guttierrez *num. 59.* Bonacina *num. 6.* & alij. Et ratio est, quia in tali casu non stetit per reum, quin Christianum per assassinium occiderit, cùm deuenerit ad actum morti proximum: & in atrocissimis delictis punitur affectus etiam non sequuto effectu; & ideò cùm in tali casu assassinium puniatur pœna ordinaria, ideò reus non gaudebit Ecclesiæ immunitate, vt etiam obseruat Megalius *in 3. part. lib. 4. cap. 2. quæst. 1. num. 20.*

5. Verùm licèt ego huic sententiæ adhæserim *in part. 1. tract. 1.* * *resolut. 18.* Vnde me citato nouissime illam tenet doctus P. Thesaurus *in pract. Eccles. & fiasci de pœnis, part. 2. vers. Assassinium, cap. 2. fol. 164.*

* Quæ nunc hanc sequetur & Non nisi cebo.

tamen re meliùs considerata modò affirmatiuam sententiam teneo, quia immunitas reganda non est nisi propriè committentibus crimen assassinij: sed qui accepta pecunia alium vulnerauit, si tamen non occidit, verè & propriè crimen assassinii non committit. Ergo, &c. Minor probatur, quia textus *in capite 1. de homicid. in 6.* vbi hoc crimen declarans solùm de mandante, dicit puniendum esse iisdem pœnis, siue mors sequatur, siue non, & nihil de mandatario dicit. Ergo mandatarius; qui mortem non intulit, relinquitur in hac parte dispositioni iuris communis disponentis neminem ob vulnerationem non gaudere immunitate. Vnde ex his patet responsio ad ea, quæ posset quis adducere ex Mastrillo *de indulto, cap. 31. num. 14.* Adde contra Doctores, quos citat & sequitur Malgalius *loco citato*, quòd etiam in crimine assassinij ordinaria pœna non intrat, morte non sequuta: etiamsi sit deuentum ad actum proximum, vt tradunt non contemnendi Doctores, quos citat Farinacius *quæst. 123. inspect. 4. num. 115.* Et in genere, quòd non puniatur pœna ordinaria affectus, seu conatus non sequuto delicto, tradiderunt etiam plures Doctores penes eundem *quæst. 124. num. 84.* Ergo cùm hæc opinio sit mitior, & fauorabilis immunitati Ecclesiarum, ego illam tenendam esse puto.

infra in tr. 7. Resol. 104. §. vlt. inter principium & medium, à vers. at in isto. Et pro Vulneratione contenta in hoc textu, si tamen non occidit, in §. 1. huius not. ante medium.

6. Dico igitur reum tentantem assassinium, etiamsi deuenerit ad actum proximum morti, si sequuta non fuerit, gaudere Ecclesiæ immunitate. Et ne auctore careat nostra sententia, scias illam docere Layman. *lib. 4. tractat. 9. cap. 3, num. 9.* vbi sic ait: Assassinus dicitur, qui pretio conductus hominem incautè occidit: dummodo effectus, siue cædes re ipsa sequatur; nam solus conatus, siue aggressio, aut etiam vulneratio non videtur sufficiens. Ita ille: cui etiam adde Castrum Palaum *tom. 2. tract. 11. disput. vnic. punct. 9. num. 38.* qui *num. 39.* secùs asserit de mandante. Sed non desinam hîc pro curiosis etiam adnotare Henricum Bocerum nouissimè *in tract. de homicidio, lib. 1. cap. 3. num. 4.* docere mandantem non dici assassinum, sic enim ait. Non desunt qui assassinum appellant eum etiam, qui pecunia mediante aliquem occidi mandat, atque ita vtrumque locatorem, & conductorem, mandatorem, & mandatarium assassinum vocitant. Sed cùm hanc appellationem contextus *cap. 1 de homicidio in 6.* tribuat tantum ei qui ex mandato alterius cædem alicui molitur ac adfert, certè hoc nomen etiam mandatori cædis non temerè imponendum erit. Ita Bocerus; sed alij communiter contrarium sentiunt.

7. Notandum est etiam hîc propositionem, quam Sarpus supra posuit: nempe quod assassinorum nomine designantur, quicumque pacto pretio, aut mercede ad necandum hominem immittuntur, admittere plures limitationes, & ideò in multis casibus non esse veram.

8. Vnde primò limitatur, & non procedit in eo qui accepta ab aliquo pecunia occidit communem inimicum: qui assassinium committere non dicitur, nec qui pecuniam dedit, assassinus dici potest; sed potiùs instigator, vel inflammator, vt docet Grammaticus *consil. 52. num. 59.* Vulpellus *consil. 143. n. 10.* Hondedeus *cons. 87. num. 4. lib. 2.* alij.

Sup. hoc sitpra in Resol. 85. & infrà in Resol. seq. §. vlt. post medium.

9. Secundò limitatur non procedere in eo, qui recepta pecunia aliquem interfecisset præsente ipso mandante: ita Bertazolus *consil. 143. num. 15. vol. 1.* Gabriel. *consil. 188. num. 11. lib. 1.* & alij.

Sup. hoc in §. not. præteritæ, prope fi nē, Vers. Vel qui.

10. Tertiò limitatur non procedere in eo, qui promissionem vel oblationem pro homicidio non acceptauit, licèt postea sequutum fuerit: quia requiritur, vt interueniat conuentio ac contractus mutuæ voluntatis inter mandantem & mandatarium,

vt obseruat Grammaticus *vot. 11. num. 19.* Riminaldus Iunior *consil.685.numer.12. volum.6.* qui *sub numer.14.* docet non sufficere illam præsumptionem, quòd præsumatur acceptasse promissionem sibi fauorabilem.

11. Quartò limitatur contra Castrum Palaum *tom.2 tract.11.disput.vnic.punct.9.num. 34.* non procedere in eo, qui accepit paruam quantitatem pecuniæ, quæ animum mouere non potuit ad tale crimen perpetrandum. Ita Vulpellus *vbi suprà numer.9.* Ambrosinus *de immunitat.cap.7.num. 9.* Gabriel *consil. 170. num.21.lib.1.* Eugenius *consil.76.num. 139.* Masollus *ad Capiccium decis.155.num.4.*

12. Quintò limitatur non procedere, quando promissio pretij vel mercedis non fuerit certa & specifica; sed generalis & incerta: vt si dicas mandatario te nunquam defuturũ in suis necessitatibus. Ita Vulpellus *loco citato, num.5.* Valdus. *consil.385.* Vnde venit refellendus Iustus Osdefob. *in practic.criminal.titul.2.consil.10.num.9.* Vincentius de Franchis *decision.170.* & Mastrillus *de indulto, cap.31. num. 11.* asserentes fuisse iudicatum in sacro Concilio Neapolitano, ad constituendum assassinum sufficere promissionem generalem & incertæ rei. Sed nostra sententia est tenenda; & ita tenet Bursatus *consil.20.n.4.lib.1.* Bertazolus *consil.341.numer.38.volum.2.* Hondedeus *consil.93.num.66.lib.2.* Ruinus Iunior. *consil.685.n.12. lib.6.* & in terminis Bullæ Gregorianæ Peregrinus *de immunit.cap.7.num.40.* Ambrosinus *cap.7.num.9.* & Castrus Palaus *tom.2.tract.11.disput. vnic. punct. 9. num.34.* Vide etiam Grammaticum *vot.11. n.9.* Corneum *consi..249.lib.1.* Eugenium *consil.76.num. 138.* & ideò non est audiendus Villagut. *de extens.leg.tit. de crimine assassinij, num.8.*

13. Sed non desinam hîc apponere dubium non incuriosum, quod mihi in facti contingentia accidit, filius cuiusdam Baronis inimicitias capitales gerebat cum Titio; & de hoc loquens cum quodam eius vasallo, statim obtulit se illum occisurum, cum conditione, vt ab eius patre quoddam officium pro ipso obtineret: annuit adolescens & homicidium factum fuit; tunc à me quæsierunt, an hoc fuerit assassinium. Et affirmatiuè videtur respondendum cum Decian. *lib.9.cap.3.num.16.in fine*, vbi asserit, quòd si promisisset aliquis dare sicario aliquam in vxorem, committunt assassinium, quia talis promissio est pretio æstimabilis: & siccarius ex illa promissione homicidium perpetrauit. Ergo &c.

14. Verùm tunc ego negatiuæ sententiæ adhæsi, & adduxi in mei fauorem Bossium *tit.de mandatis ad homicidium, num.35.* quem sequi videtur Farinacius *quæst.123. num.44.* asserentem in casu proposito promissionis vxoris tale homicidium non esse assassiniũ, contra Decianum. Et ratio vtriusque casus est, quia exequutiones harum promissionum non sunt in potentia promittentis: ergo talis promissio reputatur ac si facta non fuisset, & de facto in casu de quo ego interrogatus fui, accidit; nam homicidium fuit quidem commissum, sed pater ad instantiam filij noluit illud officium homicidiario conferre.

15. Nota etiam hîc obiter, quòd mediator assassinij gaudet immunitate Ecclesiarum; ita ego ipse contra Peregrinum & alios *in part.4.tract.1.resol.33.* Et quòd ille non dicitur assassinus, qui animo complacendi tantùm alicui homicidium perpetrauit. Ita contra Doctores, quos citat Giurba *consil.70. n.27.* & Graffius *de affect.Cleric. affect. 1.numer.701.* docet Hondedeus *consil.93.num.68.lib. 2.* Grilenzonius *consil.45.num.7.* Ambrosinus *de immunit.cap.7.num.9.* & alij.

Quæ hic est supra Resol. 86. &c. Et pro animo complacendi contento in hoc textu in Resol. seq. §. vlt. cursim in fine.

RESOL. LXXXVIII.

An reus, qui attentauit occidere aliquem proditoriè, effectu, & morte non sequuta, gaudeat Immunitate?
Et quid de illo qui tentauit assassinium, etiam non sequuto effectu?
Et notatur, quod vt quis tanquam assassinus non possit vti priuilegio Immunitatis opus est, vt interueniat mandatum ad occidendum nam ex mandato ad vulnerandum tantum, etiam mediante pecunia non committitur assassinium.
Et an gaudeat Immunitate, qui ex mandato alterius, pecunia mediante, occidit communem inimicum; vel qui, præsente ipso mandante, occidit aliquem?
Et an sit assassinus, qui per preces, & alios respectus occidit aliquem? Ex part.1.tract.1.Resol.18.

§.1. GAudere docet Bonacina *de legib.disp.3.q.7. §.5.n.16.* cum nostro Peregrino *de immunit. cap.7.n.13.* & alij: quia Constitutio Gregor. loquitur expressè de occidente: vnde requiritur actus consummatus cum effectu subsequuto. Et ita docet Farinac. *de immunit.cap.8.n.145.* retractans se de contraria opinione, quam docuerat anteà *in tit.de carcer. q.28. n.45.* licèt aliqui contrarium asserant cũ Ioan. de Heuia *in Curia Philipp.3.§.12.n.36.* & Nauarr. *in man.c. 25.n.21.* Sed isti scripserunt ante Bullam Gregor. & post Bullam Tanner. *in 2.2.disp.5.q.8.dub.1.n.16.* Dices eum, qui tentauit assassinium non gaudere immunitate, etiam non sequuto effectu, dummodo deuentum sit ad actum aliquem proximum consummationi, nempe, insultus, vel vulnerum: ergo neque debet gaudere huiusmodi immunitate, qui attentauit homicidium proditorium. Respondeo, esse disparem rationem: nam in Bulla Summus Pontifex excipit occidentes proditoriè, & assassinos: sed sine morte subsequuta quis non potest dici occisor proditorius, sicuti potest dici assassinus: ergo. Sup. hoc in duabus sequentibus Resol. & infra lege doctrinam Resol. 97

2. Non reticebo tamen Farin. *de immun.Eccl.c.8. n.125.in fin.* inclinare in sententiam asserentem, assassinium attentatum, non sequuta morte, gaudere immunitate, licèt contrarium aserat Peregr. *vbi supr. de immun.c.7.n.37.* Nota verò, quod vt quis, tanquam assassinus, nõ possit vti priuilegio immunitatis Ecclesiæ opus est, quòd interueniat mandatum ad occidendũ: nam ex mandato ad vulnerandum tantùm, etiam mediante pecunia, non committitur assassinium. Ita Ricc. *in p.1.decis.112.n.1.* Ambrosin *tr.de imm.c.7.n.11.* Bon. *de leg.disp.3.q.7.§.4.n.20.* & alij. Item gaudebit immunitate, qui ex mandato alterius, pecunia mediante occidit communem inimicum; vel qui præsente ipso mandante, occidit aliquem: nã in his casibus, quis ita occidens aliquem, non dicitur assassinus, vt ex multis affirmat Far. *de imm.c.8.n.132. & 133.* Notandum est etiam; non esse assassinum, illũ, qui per preces, vel per alios respectus occidit aliquem; contra Villad. *in Polit. c.3.n.215.* quia in assassinio opus est, vt adsit pecunia, vel loco pecuniæ, aliqua res pretio æstimabilis. Sup hoc in Resol. præterita §. Sed deueniendo. & seqq. &c. Sup. hoc ibidem, §. verũ licet. Sup. hoc supra in Resol. 85. & 87. §. Vnde. & seq. Sup. hoc in Resol. præterita etiam in fin.

RESOL LXXXIX.

An qui voluit occidere aliquem proditoriè & deuenit ad actum proximum, sed casu non occidit, gaudeat Immunitate? Ex part.1.tract.1.Resol.4.

§.1. NEgatiuè respondet Gambacurta *lib. 5. c.30. n.6.* Sed post Constitutionem Gregor. reiicienda est hæc opinio: nam in verbis dictæ Bullæ expressè Pontifex loquitur de occidére proditoriè: vnde Sup. hoc in Resol. præterita & in Resol. seq & infra in Resol. 97.

ex

ex vi verborum requirit actum consummatum cum effectu subsequuto, ad hoc; vt immunitatem amittat: & ita post dictam Bullam docet Peregrin. *de immunit. Eccles. cap. 7. num. 12.* Bonacina *de legib. disput. 3. quæst. 7. §. 5. num. 16.* & Farinac. *de immunit. cap. 9. num. 145. & 146.* vbi asserit, quòd hæc opinio hodie secundùm Bullam Gregor. omni difficultate caret in illis verbis: *Aut qui proditoriè proximum suum occiderit.* vbi clarè requiritur mors sequuta, & ideò se retractat à contraria sententia, quam docuerat *in tit. de carcer. quæst. 28. num. 45.*

RESOL. XC.

An qui proditoriè conatur aliquem occidere, si mors non sequatur, gaudeat Immunitate?

Et quid dicendum de illo qui veneno aliquem occiderit, cum quo nulla præcessit inimicitia, secus autem si inimicitia præcessit?

Et quid de illo, qui sclopo à tergo, dormientem, vel per insidias inimicum occiderit, an gaudeat Immunitate?

Et an gaudeat Immunitate, qui aliquem per insidias deducit, vt ab alio occidatur, & ille deductus occisus est?

Et explanatur, quid sit homicidium proditorium? Ex part. 6. tit. 1. Resol. 12.

Sup. hoc in dubius præcedenti vus Resol. & infra lege doctrinam Resol. 97

§. 1. AD hoc dubium negatiuè respondet Sarpus *cap. 5. fol. 47.* vbi sic ait. Is quoque qui insidiis & proditoriè hominem interimit, non potest à loco sacro defendi. Insidiæ verò vocantur quæcunque artes, quibus hominem ita aggredimur, vt incautus & incogitans opprimatur; suiquemet defendendi ratio quomodolibet impediatur: qua de re cùm Canon *in cap. 1. de homicidio* clarè decernat, nullus est qui ambigat: quare qui venenum tribuerit, cùm homicidij genus insidiosum existat immunitate Ecclesiarum vti non potest; & cuncta ferè homicidia, quæ consultò fiunt, qui rectè animaduerterit, insidiis quibusdam innexa reperiet: id verò non solùm in homicidio perfecto, sed etiam in tentato locum habebit. Hæc ille.

2. Sed contrariam sententiam tenendam esse puto, maximè in terminis constitutionis Gregorianæ: ibi: *Aut qui proditoriè proximum suum occiderit?* in quibus clarè patet mortem sequutam requiri. Et licèt stando in iure communi Mastrillus *decis. 293. num. 10.* Peguera *decis. criminal. 49. num. 11.* Nauarrus *in Manual. cap. 21. numer. 21.* & alij quos citat Farinacius *de immunitate, cap. 9. numer. 14.* dixerint vulnerantes proditoriè & per insidias animo occidendi, immunitate Ecclesiastica non gaudere, etiam quod vulnerati mors non sequatur.

3. Tamen contrarium dicendum est, vt firmant Doctores, quos ibi citat & sequitur Farinacius *numer. 145.* Quibus adde nouissimè Alexandrum Sperellum *in decisionibus fori Ecclesiastici decis. 22. n. 4.* & Ciarlinium *in controuersiis forensibus, cap. 14. numer. 19.* & Barbosam *de iur. Ecclesiast. lib. 2. cap. 3. numer. 90.* Peregrinum *de immunitat. cap. 17. numer. 13.* & alios penes ipsos. Et ratio est quia *dicto cap. 1.* quod Sarpus pro se citat, loquitur de illo, qui occidit: vnde ex vi verborum respicit actum consummatum cum effectu subsequuto: non enim dicitur occidisse quantum ad homines, & quantum ad factum ipsum qui tentauit occidere, sed frustrà.

4. Verùm instabis pro Sarpo, & dices *dicto cap. 1.* de homicidio, quod ipse citat; licèt solùm dixerit. Si quis per industriam & insidias occiderit proximum suum ab altari esse auellendum, huiusmodi tamen textus relationem habet ad locum Exodi, vbi in eius principio dicitur, *Qui percusserit hominem volens occidere, morte moriatur*, &c. Et deinde subdit quasi hoc distinguens. *Qui autem non est insidiatus; sed Deus tradidit illum in manus eius, habebit locum, ad quem fugere possit: si autem per industriam*, &c. ab altari est auellendus. Quasi diceret Pontifex. Si quis in percussione hominis insidiis vsus non fuerit, locum habet refugij: at qui percusserit insidiosè volens occidere, vel non obstare, neque pro Sarpo facere quia *in dicto cap. 1.* solùm determinatur excludendum esse ab altari, hoc est Ecclesiæ immunitate priuandum, qui per industriam insidiosam aliquem occiderit: ergo non est extendendum ad vulnerantem insidiosè hac immunitate priuari, cùm ex nullo textu iuris Canonici hoc constet; & ideò hac de causa in textu illo non est inserta tota lex Exodi, sed solummodo vltima eius pars.

5. Nec, vt suprà dixi, aliter dicendum erit post constitutionem Gregorij XIV. vt etiam in terminis iuris communis: nam verba præteriti perfecti in dicta constitutione, *& in cap. 1. de homicidio*, apposita actum demonstrant perfectum & consummatum, vt patet *ex l. 1. §. hac verba, ff. quod quisque iuris*, & notat Alciatus *in l. verbum erit, n. 1. de verb. signific.* & Menochius *cons. 97. n. 60. lib. 1.* Ergo, &c.

6. Nota etiam, quòd in iure communi, Suarez *de Relig. tom. 1. lib. 3. cap. 11. num. 14.* & alij etiam docent, tentantem aliquem occidere per insidias & proditoriè, si mors non fuerit secuta, gaudere immunitate Ecclesiarum: quia ius expressè loquitur de illo qui occidit; vnde ex vi verborum respicit actum consummatum, non enim dicitur occidisse quantum ad homines, & quantum ad factum ipsum, qui tentauit occidere, sed frustra. Et ideò hanc sententiam quia fauet Ecclesiæ immunitati, puto tenendam esse, etiam vt dixi stando in terminis iuris communis. Sup hoc in Resp. seq.

7. Sed quod asserit Sarpus, occidentem aliquem veneno, non gaudere immunitate; fateor esse communem opinionem: & ita docet Baldus *in l. nemo, Cod. de sum. Trinit.* Felinus *cap. 1. de homicidio. num. 1.* Decianus *tom. 2. lib. 6. cap. 28. num. 19.* Couarruuias *lib. 2. variar. resolut. capite. 20. num. 7.* Mastrillus *de indulto, cap. 35. num. 5.* Suarez *de Relig. tom. 1. lib. 3 capite 11. num. 12.* Megalinus *in 3. part. lib. 4. cap. 2. quæst. 1. num. 18.* Gauantus *in addit. ad Man. Episc. ver. immunitas Ecclesiastica, num. 10.* Bucerus *tractat. de homicidio, lib. 1. cap. 4. num. 95.* Peregrinus *de immunitat. cap. 7. num. 6.* Bobadilla *tom. 1. lib. 2. capite... num. 74.* Castrus Palaus *tom. 2. tract. 12. disput. vnic. punct. 9. num. 26* Germonius *de Sacr. immunitat. lib. 3. cap. 16. num. 63.* Farinacius *de immutat. cap. 9. num. 142.* Villalobos *in summa tom. 2. tractat. 36. difficult. 7. num. 14.* Castillo *decis. 154. num. 2.* Boërius *dec. 109. num. 5.* Ludouicus Correa *relect de immunit. part. 2. num. 19.* Sanchez *in opusc. tom. 2. lib. 6. cap. 1. dub. 7. num. 26.* & alij penes ipsos. Sed non egemus testibus, vbi adest declaratio Sacræ Congregationis Concilij, quæ decreuit die 3. Decembris anno 1632. immunitate Ecclesiastica non gaudere, qui committunt homicidium veneno.

8. Sed ego puto (attendas quæso Amice Lector) hanc declarationem Sacræ Congregationis, Concilij intelligendam esse in casu, quo occiditur veneno aliquis, cum quo nulla præcessit inimicitia: quia tunc tale homicidium dicitur & cum ratione proditorium, cum interficiatur homo nihil tale præcauens cùm nulla esset præcauendi causa: verùm cum quis veneno occidit inimicum, non militat hæc ratio; & ideò puto Ecclesiastica immunitate gaudere; nam tali casu homicidium dici non potest proditorium; quia proditorium tunc dicitur homicidium,

vbi nullus præcedebat rancor, sed potiùs simulabatur amicitia ; vnum gerendo in corde & aliud in verbis: vt rectè obseruat Henricus Bucerus *tract. de homicidio. lib.1.capite 3.numer.16.* & me citato Ciarlinus *in controuers.forens.lib.1.cap.116.numer.31.* Bartolus *in l.re ipiendum, §.delinquunt, numer.1 ff.de pœnis.* Bardus *capite 1.quibus modis feudum amittatur, de vsibus feudorum.* Gerardus *in suis singularibus, singulari 14.* Angelus Aretinus *§.interdum, numer.6. Institut.de hæreditatibus quæ ab intestato deferuntur.* Lucas de Penna *in l.senium , in fin.item nota mors proditoris delatoribus, lib.10.* & alij quos citat amicissimus Giurba *consil.20.numer.13.* Ambrosinus *de immunitat. cap.16. num.3.* Peregrinus *cap. 7.num.2.* Guazzinus *defens.1. cap.38. num.40.* Afflict. *decis.265.num.68. & sequent.* Ergo in nostro casu occidens veneno inimicum, gaudebit immunitate , quia non dicitur illum occidere proditorie : nam stante inimicitia habebat causam præcauendi , & poterat & debebat sibi præcauere. Quod confirmatur : nam si quis occidat inimicum dormiendo, non priuatur immunitate , vt docet Castrus Palaus *tom.2. tractat.11. disputat. vnic. punct.9. num.28.* & alij, quare ergo priuandus erit si occidat veneno, cùm in vtroque casu quis occidat hominem incautum. Et ideo maximè post constitutionem Gregorianam , quantumcumque per insidias inimicum occidas, gaudebis immunitate siue occidas veneno , siue dum dormit ; siue cum sclopo è fenestra, siue à tergo, &c. Quia non quæcunque insidiæ priuant immunitate; sed insidiæ, quæ proditionem constituunt: etenim constitutio Gregoriana solùm excludit ab immunitate occidentes proditorie: sed stante inimicitia insidiæ non constituunt proditionem ; nam inimicus semper habet fundamentum se præcauendi , atque adeò sibi imputare debet, si veneno, vel dormiendo, vel quocumque modo incautus occidatur : & ideò post constitutionem Gregorij, illud dumtaxat dicitur homicidium proditorium, quod sub colore amicitiæ committitur ; secus si ab inimico etiam cum quibuscumque insidiis. Et ita definiuit Clemens VIII. per Breue ad Archiepiscopum Panormitanum die sexta Februarij anno 1597. & docēt Ambrosinus, Peregrinus , Farinacius , quos ego ipse citaui *in part.1. tract.1.resolut.5.* quibus nunc addo Castrum Palaum *vbi suprà* , Castillo *decis. 156. numer. 38. & sequent* Gratianum *disceptat.forens.tom.3.capite 78.numer.4. & sequent.* Giurbam *consi..20.numer.13. & consil. 60.n.4* & alij penes ipsos.

Quæ hic est sup. Ref. 81. & ex Ref. 3. lege §. Hoc ipsum. & ex Ref. 58. §. Sed tu. & ex Ref. 71. §. vlt.

9. Ad auctoritatem verò Doctorum asserentium occidentem veneno non gaudere immunitate. Respondeo primò intelligendos esse in occidente non inimicum: vel secundò respondeo illos loqui in terminis iuris communis ante Gregorianam constitutionem: vel tertiò dicendum est, vbi adest ratio, relinquendos esse Doctores. Et ita nostram sententiam præter Doctores citatos inuenio etiam docuisse in terminis post hæc scripta visum Alexandrum Sperellum *decis.23.per totam*, & Nouarium *in summa Bullar.tit. de immunitat. numer.76.* vbi firmat , quòd licèt aliquem occidens veneno dicatur proditor, per tradita à Riccio *part.2.decis.261.* tamen asserit hoc intelligendum esse nulla existente inimicitia, & sic colore amicitiæ iuxta terminos definitionis homicidij proditorij & in hoc casu, vt diximus, puto loquutam esse Sacram Congregationem. Et nota etiam hîc ex eodem Nouario *n.80.* salutationes ordinarias non constituere effectum amicitiæ , vt si quis occidat aliquem , in tali casu dicendus sit proditor, cùm salutationes sint signa communia.

Sup. hoc sup. in Ref. 81. §. vlt. post medium &c.

10. Notandum est tamen hîc obiter , quod Peregrinus *de immunitat.cap.7.numer.9.* putat non gaudere Ecclesiarum immunitate, qui aliquem per insidias deducit, vt ab alio occidatur: & ille deductus est occisus. Sed, vt verùm fatear , verba constitutionis Gregorianæ videntur loqui de illis , vt per se ipsos homicidium proditorie committunt: nam Pontifex sic asserit. Qui proditorie occiderint , & ideò qui aliquem per insidias deducit, vt ab alio occidatur, non priuabitur immunitate: & talis non propriè & physicè, sed moraliter occidit. Ergo, &c.

11. Notandum est etiam hîc obiter à fortiori occidenté inimicum à tergo cum sclopo gaudere immunitate : & ita ex sacra Congregatione Episcoporum in vna Meleuitana die 2. Augusti anno 1619. obseruat Barbosa *de iur. Eccles.lib.1.capite 3.num.62.* me citato. Vide etiam Nouarium *in summ.Bullar.titul. de immunitat.num.79.& 82.* Ibidem.

RESOL. XCI.

Vtrùm, si quis veneno occideret aliquem gaudeat Immunitate? Ex part.1.tract.1.Ref.36.

§.1. NOn gaudere, docent ferè omnes Doctores: sic ita tenet Homobonus *de exam.Eccl.p.2. tract.11.cap.5.quæst.5. resol.5.* Mogala *in 3. part. lib.4. cap.1.quæst.1.num.18.* Peregrin *de immunit. cap.7.n.6.* Marius Italia *de immunit.lib.1.cap.5.§.5.num.36.* Ioan. de la Cruz *in direct. conf. part.1.præcep.8. quæst.3.art. 2.dub.1.conclus.1.* Graff. *tom.1. lib.3.conf. vnico de immunit.Eccles.num.16.* Villadieg. *in polit.cap.3. num.28.* & Bobaldill. *in polit.tom.1.lib.2.cap.14.num.75.* vbi sic ait: [Duda es, si el que mata con veneno le valdra la Yglesia: y digo que nò, pues el derecho tanto considera las insidias, y traycion por indignas de la immunidad ecclesiastica, y el que recibe el veneno, està seguro, y es mas prodicion matar con veneno, que con hierro, y assi aunque muchos Canonistas tuuieren lo contrario, pero Boërio, Gigante, y Deciano tienen esta parte, y con mayores fundamentos, y yo lo mismo.]

Sup. hoc in Ref. præterita. §. Sed quod. & seqq.

2. His tamen non obstantibus Farinac. *de immunit.c.9.num.142.* putat, in tali casu debere Episcopum consulere Summ.Pontif. & iuxta illius responsum se regulare, & exequi. Vide etiam Ioan.de Hevia *in Curia Philip.part.3.§.12. num.6.* Barbos. *in Collect. tom.1.lib.3.tit.49.cap.9.num.13.*

RESOL. XCII.

An qui in duello inimicum occiderunt, gaudeant Ecclesia Immunitate? Ex part.4.tract.1. Ref.46.

§. 1. NEgatiuam sententiam docet Ludouicus Correa *in relect.ad cap.inter alia, de immunit.Eccles. part.3. num.19.* licèt mors non sequatur, & Marius Italia *de immunit. Eccles. lib.1. cap.5. §.4. num.42.& 43.* qui hanc rationem adducit , quia qui duellum permittunt, vel faciunt, dant causam vt loca, in quibus duellatur interdicto supponantur , vt patet in quadam constit. Clementis VIII. Sed qui dat causam interdicendi Ecclesiam, eius immunitate non gaudet : ergo, &c.

Sup. hoc sup. in Ref. 27. §. Quæro decimotertio.

2. Sed hæc opinio non est tenenda, stante Bulla Gregorij XIV. vbi excluduntur tantùm ab immunitate Ecclesiarum qui homicidia , vel membri mutilationem in Ecclesiis perpetrarunt, & videtur mihi impertinens velle duellantes cum mutilantibus & occidentibus in Ecclesiis comparare; & cùm, vt dictū est, tale crimen non excipiatur in Bulla , necessario sequitur

sequitur vt debeat gaudere Ecclesiæ immunitate, & ita hanc sententiam docet Farinacius *in append. de immun. Eccles. cap. 7. num. 117.*

RESOL. XCIII.

An occidens fœtum animatum cum aliqua potione, gaudeat Immunitate Ecclesiæ?

Et an concubinarius potionem concubinæ, vel adulteræ tradendo ad effectum faciendi abortum fœtus animati gaudeat Immunitate? Ex part. 3. tract. 1. Resol. 72.

Sup. hoc in Resp.

§.1. Negatiuam sententiam docet Peregrin. *de immun. Eccl. cap. 3. num. 8.* Farin. *in appen. cap 8. num. 138.* & alij penes ipsos, & ratio est, quia talis occidit proditorie illum, qui nullo pacto præuidit, nec præcauere potuit talem mortem.

2. Verùm ego contrariam sententiam teneo cum Martino Bonacina *tom. 3. disput. 2. q. 3. punct. 16. §. 8. num. 8.* quia ait ille huiusmodi delinquens iuxta communem vsum loquendi non vocatur proditorie occidere; is enim, dicitur proditorie occidere qui per insidias, seu per dolum aliquem id non præuidentem occidit, infans autem non dicitur in hoc casu per insidias, & dolose occidi, cùm ipse nullius rationis capax sit, nec dolus in ipsum committatur, dolus autem est fraus ad aliquem decipiendum adhibita, infans autem decipi non videtur. ergo, &c. & ita hanc sententiam tenet etiam Franciscus Leo *in thes. fori Eccl. p. 1. cap. 13. vers. dubitari etiam potest*; ex his igitur dicendum est concubinarium potionem concubinæ, vel adulteræ tradendo gaudere Ecclesiæ immunitate.

RESOL. XCIV.

An qui procurauit abortum fœtus animati, sequuto effectu, gaudeat Immunitate. Ex part. 7. tract. 5. Resol. 42.

Docuit in Resp. præterita.

§.1. Affirmatiuam sententiam contra Peregrinum, & Farinacium ego olim docui cum Bonac. & Leone, vnde me citato nouissimè P. Thes. *in pravi p. 1. cap. 1. num. 3.* sic ait: Immunitatis Ecclesiasticæ ius, seu sacri asyli, ipso iure amittunt procurantes abortum fœtus animati, secundum aliquorum sententiam, ex Bulla Greg. XIV. incip. *Cùm alias nonnulli*, vbi proditorium homicidium perpetrantes sunt priuati tali refugio: ita Farin. *de immun. Eccl. cap. 8. num. 138.* Peregr. *de imm. Eccl. c. 3. n. 8.* quia dicunt occisionem fœtus animati esse proditorium homicid. Alij negant, vt Franc. Leon. *Thes. fori Eccl. p. 1. c. 13.* Bonac. *de cens. part. & disp. 2. q. pu. 39.*

Quæ hic est Resp. antecedens.

§.8. *num. 8.* Diana *resol. 72. tr. 1. tom. 3.* Sed admissa etiam priori sententia, aduerte quòd illa pœna non ligat ante sententiam Iudicis Ecclesiastici declaratoriam, vt patet in eadem Bulla. Hucvsque P. Thesaurus: non est igitur recedendum ab affirmatiua sententia.

RESOL. CXV.

An testis, quia sua falsa depositione fuit causa, cur quis morti traderetur, fugiens effracto carcere in Ecclesiam, Immunitate gaudeat?

Et quid, si in dicto casu mediante pecunia corruptus falsum deposuerit, propter quam falsitatem reus condemnatus est ad mortem, nam talis in hoc casu dicetur assassinus, ideo an talis gaudeat Immunitate? Ex part. 1. tract. 1. Resol. 19.

§.1. Duas difficultates tangit hæc quæstio. Prima, an rei, qui effracto carcere ad Ecclesiam confugiunt, gaudeant immunitate? Secunda, an testes falsi, vt *suprà*, tali etiam priuilegio fruantur? Ad primum respondeo affirmatiuè cum Ambrosin. *tr. de immun. cap. 30. num. 11.* Peregr. *de imm. cap. 5. num. 9.* & aliis, quidquid in contrarium asserat Gambac. *lib. 4. c. 18. n. 9. in fin.* vbi adest consuetudo, tales reos non gaudere. Sed hoc falsum est: nam, vt *suprà* diximus, & notat in casu simili Farinac. *de immun. cap. 6. num. 95.* Bulla Gregor. XIV. derogat, & tollit omnes consuetudines, & reducit omnia ad vnam formam, cum particula taxatiua, excludendo omnes alios casus.

Sup. hoc primo suprà in Resp. 27. §. Quæro quinto. & in Resp. 68. §. Vlt. ad medium, & in Resp. 65.

2. Ad secundam dubitationem principalem respondet negatiuè Ital. *de imm. Eccl. lib. 2. cap. 5. §. 4.* & latiùs *§. 5. num. 145. & seq.* vbi docet, testem falsum, ob quem morti aliquis traditus fuit, non gaudere immunitate Ecclesiæ: quia talis diceretur proditorius homicida. Sed obseruat optimè Farinac. *de imm. cap. 9. num. 141.* stante Bulla Greg. in hoc casu, debere Episcopum consulere Summum Pontificem, & iuxta illius responsum se regulare. Sed hanc doctrinam noster Peregr. *vbi sup. cap. 7. num. 43.* putat non procedere, si testis mediante pecunia corruptus, falsum deposuerit, propter quam falsitatem reus est cõdemnatus ad mortem; nam talis in hoc casu dicitur assassinus, & ideò non gaudebit immunitate. Limitatio igitur, & consilium Farinacij procederet in casu, quo testis deposuisset falsum; non tamen pecunia mediante: & in tali casu, ita faciendum ab Episcopo etiam ego existimo.

Sup. hoc secundò in Resp. seq. §. Vlt. & suprà in Resp. 27. §. Quæro Vndecimo.

Sup. hoc teste in Resp. seq. à principio.

RESOL. XCVI.

An testis, qui pretio falsum deposuit, vnde innocens damnatus fuit ad mortem, gaudeat Immunitate?

Idem dicendum est de iudice, qui pecunia corruptus innocentem ad mortem damnauit.

Et quid dicendum, si in supra dicto casu testis falsus deponat sine pecunia mediante; an priuetur Immunitate tanquam occidens aliquem proditoriè? Ex part. 4. tract. 1. Resol. 104.

§.1. Negatiuam sententiam docet Marius Italia *lib. 1. cap. 5. §. 5. num. 144. & seq.* quem citat & sequitur Peregrinus *cap. 7. num. 42.* quia talis dicitur assassinus; cui enim competit definitio assassinij, competit etiam definitum. Et idem dicendum est de iudice, qui pecunia corruptus innocentem ad mortem damnauit.

2. Verùm oppositam sententiam obseruat Martinus Bonacina *in Decalogum disp. 3. quæst. 7. punct. 6. §. 3. num. 8.* esse probabilem & fauorabilem immunitati Ecclesiæ: nam testis, seu iudex in tali casu propriè, & physicè loquendo, non occidit, ergo, & ideò si casus aliquando acciderit, saltem ego puto consulendum esse Summum Pontificem, licèt olim *in part. 1. tract. 1. resol. 19.* docuerim absolutè talem reum non gaudere immunitate.

Quæ hic est Resp. antecedens.

Sup. hoc in Resp. præterita §. Ad secundum. & suprà in Resp. 27. §. Quæro vndecimo.

3. Sed quid si testis falsus deponat sine pecunia mediante contra aliquem, & ob id morti à iudice adiudicetur, priuetúrque immunitate tanquam occidens aliquem proditoriè? Affirmatiuè respondet Italia *loco citato.* Farinacius *in append. c. 7. n. 141.* putat, dum casus acciderit, consulendum esse Summum Pontificem. Bonacina verò *in §. 1. n. 4.* & Peregrinus, asserunt supradictum non priuari immunitate, & ego hanc sententiam amplectendam esse puto, vel saltem consulendum esse Summum Pontificem.

RESOL. XCVII.

An qui proditoriè vulnerauit, si mors sequuta non fuerit, gaudeat Immunitate?

Et an Mercatores decocti, gaudeant Immunitate Ecclesiarum?

Et an Apostata à Religione, gaudeant Immunitate Ecclesiæ? Ex part. 4. tract. 1. Resol. 83.

Sup. hoc ne prætermittas legere sup. doctrinam Resol. 88. 89. & 90.

§. 1. NEgatiuam sententiam docet nouissimè Ludouicus Correa *in relect. de Immunitate Eccles. part. 3 quæst. 6. num. 19.* & Ioan. Dominicus Tassonus *in pragmat. de antifato. vers. 13. obseru. 3. num. 35.* qui citat Fontanellam *de pact. nupt. tom. 1. clausul. 4. gloss. 14. num. 117.* asserentem dictum reum non gaudere immunitate, & in Bulla tale delictum comprehendi.

2. Sed affirmatiuam sententiam prorsus tenendam esse puto, quam tuetur Peregrinus *de immunit. Eccles. cap. 7. num. 13.* Farinacius *in append. de immun. Eccles. cap. 9. num. 146.* retractans se *in quæst. 28. n. 45.* Tuschus *verb. Ecclesia, conclus. 11. num. 7.* Italia *de immunitate Eccles. lib. 1. cap. 5. §. 4. à num. 22.* Villagut. *tract. de extens. leg. tit. de immunitate Ecclesiæ num. 54. & 58.* Antonius Nouarius *in summa Bullarum tit. de immunit. Eccles. nu. 75.* & alij: quia constitutio Gregor. XIV. loquitur expresè de occidente proditoriè, ergo requirit actum consummatum cum effectu subsequuto, ex *l. 1. §. hæc verba, ff. quod quisque iuris.* & hanc opinionem non solum in terminis Bullæ Gregorianæ, sed etiam de iure communi veram esse puto, & ita docet Suarez *de Religione tom. 1. libr. 3. cap. 11. num. 14.* Decianus *tom. 2. lib. 6. cap. 28. num. 17. & consil. 80. lib. 3.* Germonius *de sacra immunit. lib. 3. cap. 16 num. 60.* Boërius *decis. 109.* & alij. Vnde non est audiendus Couarruuias *lib. 2. variar. cap. 20. nu. 7.* Guttierrez *pract. quæst. lib. 3. quæst. 7. n. 55.* & alij relati à Tuscho *loc. cit. n. 8.*

Quæ hic est sup. Resol. 60. & in aliis eius primæ not.

3. Notandum est etiam hîc obiter mercatores decoctos gaudere immunitate Ecclesiarum, vt ego ostendi cum multis DD. *in 1. part. tract. 1. resolut. 32.* quibus nunc addo Corream *vbi suprà quæst. 12. n. 12.* & hanc sententiam etiam docet, me citato, Dominicus Tassonus *vbi suprà num. 33.*

Quæ hic est sup. Resol. 39. & in alio §. eius not.

4. Notandum est etiam contra Megalium *in 3. p. lib. 4. cap. 2. n. 6.* Apostatas à Religione gaudere immunitate Ecclesiarum, eo modo, quo firmaui *in dict. tract. 1. Resol. 23.*

RESOL XCVIII.

An qui ex proposito, & sub spe amicitiæ proditoriè alapam alicui viro Nobili inferret, vel cum fustibus eum percuteret, gaudeat Immunitate Ecclesiæ?

Et ex doctrina huius quæstionis cursim inferuntur alij Casus, qui latius, & specialiter in hoc nouo ordine supra sunt in suis propriis Resolutionibus discussi; ideo tantum quæritur, an simoniaci, absque tamen errore in intellectu, nam isti essent Hæretici, gaudeant Immunitate? Ex part. 1. tract. 1. Resol. 31.

§. 1 HOc dubium à nemine tactum notat Bobadill. *in Polit. tom. 1. lib. 2. cap. 14. num. 44.* & putat in tali casu percutientem non gaudere Ecclesiæ immunitate. [Los palos, (hæc sunt eius verba,) y el bofeton, se reputa en derecho por grauissima injuria, por la qual se podria dezir, que el tal aleuoso no gozasse de la immunidad ecclesiastica, y assi se determinò en el Conseio supremo, el año de setanta y seys.] Et post Bobadill. hanc sententiam docet etiã Villadiego *in Polit. cap. 3. num. 211.* & Ioan. de Heuia *in Curia Philipp. p. 3. §. 12. n. 37.*

2. Sed hæc opinio post Bullam Greg. XIV. non est tenenda: quia Summus Pontifex, vt *suprà* dictum est, in ista Constitutione excipit aliquos casus ab immunitate ecclesiastica: sed exceptio firmat regulam in contrarium in casibus non exceptis, *ex l. Tribunus. §. vlt. ff. de militari testam.* vt notat Suar. *de legib. lib. 8. cap. 19. num. 6. in fin.* ergo, cùm excipiatur tantùm in Bulla homicidium proditorium, non est extendenda hæc exceptio ad alapas, & fustes proditoriè alicui inflictos. Confirmatur: quia Summus Pontifex, vt excludat omnes alios casus, in dicta Constitutione apposuit dictionem taxatiuam, *tantùm* ibi: *Ita ad vnam tantùm formam reducimus*, quæ dictio de sui natura impedit extensionem ad non expressa, ex *l. properandum. §. 1. C. de iud.* vt notat Dec. *lib. 1. conf. 54. n. 1.* & alij: ergo, &c. Ex hac doctrina valdè notanda, vt contra Gambac. *q. 1.* notauimus, pendet decisio multorum casuum. Et ideò raptores virginũ gaudent immunitate hac: ita Fagundez *de Præcept. Eccles. tract. 2. lib. 4. num. 47.* Item, simeniaci, absque tamen errore in intellectu: nam ita essent Hæretici, & per consequens exceptuati per Bullam. Item, blasphemi, si blasphemias hæreticales non proferant: ita Ambrosin. *de immun. cap. 8. num. 12.* Item, adulteri, contra Ancharanum *in cap. inter alia de immunit. Eccles.* Ita Suarez *de Relig. tom. 1. tract. 2. lib. 3. cap. 8. num. 11.* Item, homicida, qui ex proposito, & deliberatè, & data opera aliquem occidit: ita Peregrin. *c. 7. n. 16* Item, capitaliter banniti: ita idem Peregrin. *cap. 5. num. 11.* Item, tonsores monetarum: Ita Marius Italia *de immunit. lib. 1. cap. 5. §. 1. n. 15.* Hi omnes, sicut etiam multi alij, gaudent immunitate Ecclesiarum: quia supradicta crimina non sunt in Constitutione Gregor. excepta; & dicta Bulla, quæ, vt diximus, reducit omnia ad vnicam formam cum particula taxatiua, non est extendenda ad alios casus similes.

Sup. in Resol. quæ hic est supra 3.

Sup. his seq. casibus cum eisdem DD. magis latè in suis propriis & specialibus Resolutionibus sup. adductis.

Sup. hoc homicida ex proposito supr. in Resol. 79. addito vno tantum Doctore.

RESOL. XCIX.

An confugientes ad Ecclesiam, gestando secum sclopetones, seu archibuletos, gaudeant Immunitate?

Et quid dicendum, si alicubi consuetudo esset in contrarium?

Et an furantes in Ecclesia res alienas; imò furantes etiam res sacras, etiam in templo, gaudeant dicta Immunitate?

Et quid, si rem furto sublatam postea intra Ecclesiam contrectaverint?

Et an satellites possint auferre arma prohibita ab illo, qui in Ecclesia confugit, & se abscondit? Ex part. 1. tract. 1. Resol. 17.

Supr. hoc in Resol. seq.

§. 1. NOn gaudere putauit Villadiego *in Polit. c. 2. num. 244.* Farin. *tit. de carcer. q. 28. num. 66.* & ante illum Rebuff. *in constit. Gall. tom. 2. tit. de immunit. Eccles. gloss. 1. num. 28.* & alij: quia delatio supradictorum armorum meretur capitalem pœnam, & vt delictum graue, non gaudet Ecclesiæ immunitate.

2. Sed contrarium docet Peregr. *de immunit. c. 12. n. 11.* nam, licèt talis delinquat in Ecclesia, gestando arma illa prohibita; tamen, vt *suprà* diximus gaudebit immunitate: quia solùm delicta homicidij, & mutilationis membrorum excluduntur ab immunitate in Constitutione Gregor. XIV. non autem alia grauia delicta, etiam in Ecclesiâ perpetrata. Putat tamen Gambac. *lib. 4. cap. 17. num. 13. in fin.* quòd si alicubi

cubi consuetudo esset in contrarium, talis criminosus, non gauderet. Sed nos hanc limitationem non admittimus: nam, vt *suprà* contra ipsum probauimus, Constitutio Gregor. tollit omnem consuetudinem, & reducit omnia ad vnicam formam, cum particula taxatiua: & ita in simili casu cuiusdam assertæ consuetudinis, Peregrin. respondet *vbi suprà, n.* 8. Et supradictis infertur, * furãtes in Ecclesia res alienas, quos hodie vocamus, *Tagliabursi*, imò furantes res sacras, etiam in templo; gaudere dicta immunitate: quidquid in contrarium dicat Decian. *tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 26. *num.* 7. Bobadill. *in Polit. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 48. & alij penes Farinac. *tract. de immunit. c.* 16. *num.* 215. quos ipse meritò *in num.* 217. reprobat, & refellit: & hac etiam immunitate gauderet fur, si confugiens ad Ecclesiam, rem furto sublatam, postea intra Ecclesiam contrectauerit, cáque vsus fuerit, vt notat Farin. *num.* 218. & Peregrin. *num.* 10. Et ratio potissima est, quam sæpiùs adduximus; nempe, tale delictum non esse per præsentem Constitutionem exceptum. Notandum est etiam contra Ioan. de Hevia *in Curia Philip. p.* 3. §. 12. *num.* 26. & alios, arma prohibita non posse satellites auferre ab illo, qui in Ecclesia confugit, & se abscondit.

* Sup. tr. his primis dist. fec. seq. in hoc §. supra in Resf. 17. §. 1. 2. & 3. & in §. Verum pro.

Sup. hoc notanda, in Resf. seq. §. Neque. ad medium, à verb. inde. & in Resf. post seq.

RESOL. C.

An qui confugit ad Ecclesiam armatus, gaudeat eius Immunitate?

Et an possit reus in Ecclesia spoliari armis prohibitis, vel bonis furatis per ministrum, vel Iudicem laicum?

Ex part. 6. tract. 1. Resf. 8.

§. 1. NEgatiuè respondet Sarpus *c.* 5. *fol.* 43. vbi ita asserit. Hinc illud consequitur, vt eadem Ecclesiarum immunitas nullo modo protegat eum, qui vetita legibus arma in Ecclesiam detulerit, ea namque deferre peccatum est: quique ea in Ecclesiam defert, in Ecclesia peccat; quò fit vt in ea à Lictoribus vinciri possit, & in quolibet etiam alio sacro loco. Sic ille.

Sup. hoc in Resf. præterita.

2. Sed contrariam sententiam prorsùs tenendam esse puto: nam licet armorum vsus etiam de iure cõmuni prohibitus sit tam Laicis, quàm Clericis, ac tam intra, quàm extra Ecclesiam *ex leg.* 1. *Cod. vt armorum vsus inscio Principe interdictus sit, lib.* 11. *& ex c. Clerici arma, de vit. & honest. Cler.* & docet Corneus *cons.* 20. *lib.* 3. & alij. Tamen delatio armorum inspecto iure communi est leue delictum, vt notat Bartolus *in leg. Ieuia, ff. de accusation. num.* 8. Decianus *lib.* 8. *cap.* 4. *num.* 21. & alij, quos citat Farinacius *quæst.* 28. *post. nu.* 66. Sed satis * suprà firmatum est delinquentes in Ecclesia illius immunitatem consequi maximè si delictum leue fuerit, quod in Ecclesia commiserunt: & tradunt Hostiensis & Panormitanus *in cap. fin.* idem Abbas *in cap. inter alia.* Henricus Boychus *in cap. Ecclesia de immunic Eccles.* & alij quos citat Farinacius *quæst.* 28. *num.* 63. Adde quòd licèt rei confugientes ad Ecclesiam armati ipsam offendant, non tamen ob quamlibet offensionem in Ecclesia factam, priuatur quis immunitate: sed solùm propter occisionem & mutilationem. Ergo deferentes arma in Ecclesia eius immunitate gaudebunt.

* Sup. in Resf. quæ hic est 21. quæ nter in §. Neque obstat, cum multis aliis DD.

3. Neque admitto id, quod ex Farinacio videtur de iure communi admittere Castrus Palaus *to.* 2. *tract.* 11. *disput. vnic. punct.* 9. *num.* 10. Sed malè: priuationem immunitatis Ecclesiarum quoad armatos cõfugientes ad Ecclesiam sumẽdam esse ex capitali pœna, quæ infertur ferentibus supradicta arma prohibita, nam clarum est Principes Laicos nullam habere potestatem expresè statuendi, quænam crimina in Ecclesiis commissa, grauia iudicentur, vt delinquens in Ecclesia illius immunitate priuetur, cùm huiusmodi declaratio ad summum Pontificem pertineat, vel ex natura & substantia illius delicti, aut ex iure communi desumenda sit. Quo pro certo supposito, vt negari non potest sine temeritate, sequitur clarè contra Palaum & alios ex grauitate pœnæ deferentibus arma prohibita lege Principis irrogatæ, non esse arguendam grauitatem delicti ad effectum, vt committens delictum illud asportandi arma prohibita in Ecclesia, inde eius immunitate non gaudeat; vt inuitus, vt docet Sarpus, auelli possit: ne quod vna via prohibetur alia permittatur, contra vulgarem regulam tradit Bonifacius *in cap. cùm quid vna via, de regul. in* 6. *& gloss. in cap. tua, de procurat.* Ergo, &c. Et ideò nostram sententiam, nempè reos cum armis prohibitis confugientes ad Ecclesiam gaudere immunitate, tradit Peregrinus *de immunitate, c.* 12. *num.* 11. Ambrosinus *cap.* 5. *num.* 5. Guazinus *tom.* 1. *defens.* 1. *cap.* 29. *num.* 7. Sperellus *decisione* 59. *num.* 11. Chartarius *decis. crimin.* 74. *num.* 8. *& decis.* 46. *num.* 15. *& seq.* & alij penes ipsos. Vnde sic confugiens ad Ecclesiam non potest à Ministris armis prohibitis spoliari: quicquid asserat Sanchez *in opusc. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 1. *dub.* 14. & Villalobos *in summa tom.* 2. *tract.* 34. *diffic.* 5. *n.* 11. vbi sic ait. [Tan poco vale a el que tiene armas prohibidas en la Yglesia quanto a las armas que se las pueden quitar, porque teniendo armas prohibidas, cometese delito en la misma Yglesia.] ita ille. Et ante illum Doctores, quos ego citaui *in part.* 1. *tract.* 1. *resol.* 8. Sed ibi & meritò contrariam sententiam tenui: & me citato tenent nouissimè Ciarlinius *controuers. forens. cap.* 10. *num.* 16. & Maranta *in controuers. iur. part.* 2. *resp. fons.* 37. *n.* 1. Zambell. *in Reper. Mor. ver. Ecclesia quo ad eius immunitatem, num.* 9. Nouarius *in summ. Bullar. titul. de immunitat. num.* 6. cum Castro Palao *tom.* 2. *tract.* 11. *disput. vnic. punct.* 9. *num.* 10. Et ratio est, quia *in cap.* 1. *extra de immunitat. Eccles. & cap.* 2. *eod. tit. in* 6. expresè prohibetur iudicibus Laicis aliquam iurisdictionem in Ecclesia exercere: cùm Ecclesia sit de territorio Episcopi, & extra territorium ius dicenti etiam à subditis non paretur *in* 6. *ex c.* 2 *de constitutione & leg. vltim.* cum gloss. *ff. de iurisdict. omn. iudic.* Et ideò nostram sententiam contra Sarpum determinauit sacra Congregatio Episcoporum in vna Salernitana die 30. Septembris 1616. decernens immunitate Ecclesiarum gaudere eos qui cum armis prohibitis in Ecclesiam se recipiunt. Vnde ex his non est audiendus noster P. Naldus *in summa vers. Eccles. num.* 1. asserens posse reum in Ecclesia expoliari armis vetitis, vel bonis furatis per iudicem laicũ; quod malè etiam docet Sanch. *in opusc. tom.* 2. *lib.* 6. *c.* 1. *dub.* 14.

Quæ, nunc hanc sequetur, & in fine Resf. præteritæ.

Sup. his bonis furatis in Resf. seq. §. Vlt. in principio, & magis late supra in Resf. 17. §. Sed non indigemus.

4. Restat modò respondere ad argumentum Sarpi, videlicet, quòd delatio armorum est à lege prohibita; & qui illa in Ecclesiam detulit, in illam peccat: ergo non debet eius immunitate gaudere. Respondeo, quòd ratio quare delinquentes in Ecclesia non gaudent eius immunitate, est propter irreuerentiam factam loco sacro: nam decisio textus *cap. fin. de immunit.* non respicit qualitatem delictorum; sed tantùm locum sacrum, in quo delicta committuntur: sed propter delationem armorum prohibitorum parua fit irreuerentia loco sacro; ergo licèt sit delictum in se illa deferre contra leges prohibentes, non est dicendum ita facientem delinquere in Ecclesiam, itaut perdat eius immunitatem: & dato quòd talis reus delinqueret in Ecclesia, delatio tamen armorum est leue delictum, vt docet Farinacius *q.* 28. *num.* 66. Et licèt ipse asserat, quòd quando delatio armorum

meretur

meretur pœnam capitalem, est graue delictum: tamen grauitas, vel leuitas huius delicti, vt suprà dixi, non est consideranda in casu nostro respectu pœnæ à lege impositæ; sed respectu irreuerentiæ loco sacro factæ: ergo non erit talis delatio atmorum delictum graue respectu Ecclesiæ. Adde quòd cùm hoc delictum non sit per Canones exceptum, debet gaudere Ecclesiastica immunitate, iuxta à nobis superiùs dicta.

RESOL. CI.

An ministri laicæ iurisdictionis possint in Ecclesia auferre reo arma prohibita?

Et an satellites possint per vim auferre rem furatam è manibus furum, etiam in Ecclesia existentium, si tradere recusent?

Et an satellites Curiæ laicalis, quando reus est intra Ecclesiam, ne inde fugiat, possint brachio apprehensum tenere, donec licentia Episcopi veniat?

Et an in tali casu concedatur, quod Ecclesia obsideatur à satellitibus, ne reus libere effugiat? Ex part. 1. tract. 1. Resol. 8.

Sup. hoc supra cursim in fine Res. 99. & magis latè in Res. 100. §. Neque, ad medium vers. Vnde.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Gambacurta *lib. 4. c. 10. n. 11.* Villadiego *in Polit. cap. 3. n. 214. &* citat Couarr. *lib. 2. var. c. 20. n. 12.* Idem docuit nouissimè Ioann. de la Cruz *in direct. conscient. p. 1. pracept. 8. q. 3. a. 1. dub. 1. concluf. 3.* Graff. *tom. 1. lib. 3. conf. vnico, n. 19. de immunit. Eccles.* Suarez *de Relig. tom. 1. tract. 2. lib. 3. c. 12. sub n. 3.* Facundez *de Pracept. Eccles. part. 2. lib. 4. c. 4. num. 55.* & Laurentius Portell. *in dubiis regularibus verb. Ecclesia immunitas. num. 15.*

2. Sed negatiuam sententiam, & meritò docet Farinac. *tract. de immunit. Eccles. cap. 16. num. 248.* vbi asserit, contrariam sententiam procedere de iure ciuili, non autem de iure canonico: nam *ex cap. 1. extra, de immunit. Eccles. & in cap. 2. eodem titulo, in 6.* expressè prohibetur Iudicibus sæcularibus, aliquam iurisdictionem in Ecclesia exercere. Hanc sententiam docuit P. Peregrin. *de immunit. Ecclesiæ, cap. 13. n. 5.* Et rationem aliam adducit: quia, sicut reus non potest extrahi per Iudicem laïcum ab Ecclesia, etiam in casibus exceptis, sine licentia Episcopi, vel eius Officialis, vt determinat Gregor. XIV. in hac Constitutione: ita quoque non potest Iudex laicum illum armis expoliare in Ecclesia, absque licentia Episcopi, vel eius Officialis: nam accessorium sequitur naturam sui principalis.

Sup. hoc supra in Res. 57. §. Sed non. indigemus & in Res. 100. §. Neque. cursim in fine.

3. Nec mihi placet opinio Gambacurt. *loco citato*, qui asserit, satellites posse per vim auferre rem furtiuam, è manibus furum, etiam in Ecclesia existentium, si tradere recusent, vt eam suo domino restituant: sed hoc, ex rationibus allatis, negat Peregrin. *ex loco citato, & cap. 12. numer. 8.* Nec approbo aliam opinionem Gambacur. *vbi suprà num. 14. 15. & 18.* vbi asserit, posse satellites Curiæ, quando reus est intra Ecclesiam ne inde fugiat, brachio apprehensum tenere, donec licentia Episcopi veniat: vel, si personæ ecclesiasticæ quærunt dimittere illum, non expectata licentia Episcopi, reum capere, & extrahere ab Ecclesia, & ad Episcopum postea ducere: non, inquam, approbo hanc opinionem, propter multa inconuenientia, quæ ex illa possunt procedere ex insolentia ministrorum laicalis iurisdictionis, & propter irreuerentiam ex talibus actionibus contra Ecclesiam prouenientem. Adde, quòd in casibus similibus, ad euitanda suprà dicta incommoda, & propter securitatem Iudicum sæcularium, concedunt DD. quòd Ecclesia obsideatur, à satellitibus, ne reus liberè fugiat; vel, vt si extra fines Ecclesiæ exeat, capiatur: quia in tali casu nulla vis efficitur existenti in loco sacro; vt efficeretur, si esset sequenda opinio Gabacurtæ: sed solus locus nõ facer custoditur, vt si voluntariè illinc exeat criminosus, ibi teneatur, & vis inferatur, vbi licitè inferri potest. Et ita docet Peregrin. *loco cit. n. 10.* qui citat Suarez, Ambrosinum, & Italiam, cui ego addo Farinac. *tract. de immun. Eccles. cap. 19. n. 299.* & Megalam *in 3. part. lib. 4. c. 2. quæst. 1. num. 29.*

Sup. hoc infra in Res. 116. lege doctrinam §. Hinc obiter, & in alio §. eius not.

RESOL. CII.

An qui iam vicinus Ecclesiæ cum ipso satellite per vim intrat in Ecclesiam, & vt se de manibus illius eximat, vulnerat illum cum magna sanguinis effusione, gaudeat Immunitate? Ex part. 1. tract. 1. Res. 13.

§. 1. NOn gaudere docet Gambacurt. *lib. 6. c. 18. num. 6.* cùm ratione grauis delicti in Ecclesia perpetrati immunitate priuetur: & idem docet Villadiego *in Polit. cap. 3. num. 206.*

Quæ hic est supra Res. 24. & in alia eius not.

2. Sed *suprà* hanc opinionem probauimus Resol. 2. nam delicta, etiam grauia, & enormia in Ecclesia comissa, non excluduntur ab immunitate Ecclesiarum, extra homicidium, & mutilationem membrorum: & ideò in particulari ad propositum casum respondendo, assero supradictum criminosum gaudere immunitate: quia post Bullam Gregor. XIV. vt rectè notat Farinac. *tract. de immunit. Eccles. cap. 16. n. 227.* vulnerans in Ecclesia, etiam cum effusione sanguinis gaudet illius immunitate: quia in dicta Constitutione excipitur solùm vulnus cum mutilatione membri, quidquid in contrarium asserant aliqui: sed in dicto casu reus non mutilauit membrum aliquod: sed solùm satellitem grauiter vulnerauit, ergo gaudebit Ecclesiæ immunitate.

RESOL. CIII.

An qui cum ipso satellite per vim intrat Ecclesiam, gaudeat eius Immunitate? Ex part. 3. tract. 1. Resol. 36.

Quæ hic est Res. antecedens. quamuis sit dissimilis in aliquo casu, vt patet. Sed sup. dissimiliudi huius Res. signanter in Res. seq. & in aliis eius not.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docui *in tract. 1. de immunit. resol. 13.* sed aliqui Iurisconsulti in surrexerunt aduersum me dicentes, supradictum reum non gaudere prorsus immunitate, quia Ecclesia non recipit cum liberum, sed captum; ergo. Respondeo, quòd Canones loquuntur absolutè, nempe confugientes ad Ecclesiam debere immunitate gaudere, & vbi lex non distingnit, nec nos distinguere debemus. Et ita in terminis determinat hunc casum Marius Italia *de immun. Eccles. 1. lib. 1. c. 6. §. 2. n. 70.* & ita etiam fuisse determinatum his diebus elapsis in Curia Episcopali Aggrigentina stante voto à me subscripto: & à RR. PP. Iosepho de Augustino, Francisco del Bene, & Francisco Bardi Societatis Iesv, viris doctissimis, & amicissimis, vnde non sunt audiendi in hoc Peguera *dec. 251.* Gamma *decis. 141.* Ambrosinus *de immun. cap. 10. num. 10.* cum aliis Iurisconsultis penes ipsos.

RESOL. CIV

An qui detentus à Birruariis adhuc intrat in Ecclesiam, gaudeat eius immunitate? Ex part. 4. tract. 1. Resol. 106.

§. 1. Nega

§.1. NEgatiuam sententiam docet Nouissimè Antonius Nouarius *in summa Bullarum, tit. de de immunitate Ecclesiast. num.* 14. vbi sic ait: Detentus à Birruariis, si ita detentus vim faciendo traxisset secum Birruarios intus Ecclesiam, non gaudebit immunitate, nisi liber, & solutus euasisset manus familiæ. Ita ille.

Alibi in Resol. præterita & infra in Resol. 106. §. Nec. à Vers. Vnde, & in Resol. 108. §. Ad alium.

2. Sed ego alibi bis affirmatiuam sententiam docui, cum Mario Italia, & Farinacio, & nunc iterum docco cum Castro Palao *in opere moralium. 2. de immunitate disp. vnica, punct. 7. num.* 11. vbi ita asserit. Infertur, si captus à ministris, ex eorum manibus in locum sacrum te recipias, immunitate gaudere; quod credo extendendum esse, etiam si per vim tecum ferres ministros iustitiæ, semper enim verum est te ad Ecclesiam confugere, ac proinde illius debes immunitate gaudere. Sic ille.

RESOL. CV.

An comprehensus extra locum sacrum, si per illum tamen ad carcerem ducatur, vel ab supplicium, aut ad mortem trahatur per aliquam Ecclesiam gaudeat Immunitate? Ex part. 1. tract. 1. Resol. 30.

Sup. hoc addito Canisio infra in Resol. 108. §. Confirmatur. ante medium, cursim à vers. Etsi vna desup.

§.1. PRima opinio negat. Ita Bobadilla *in Politic. l. lib. 2. c. 14. n. 61.* qui *in gloss. lit. A*, pluscùam viginti Doctores pro hac sententia adducit. Idem docet in casu simili Tanner. *in 2. 2. disp. 5. q. 8. dub. 1. n. 17.* Et ratio est: quia talis reus liber in Ecclesia non fuit ingressus: ergo immunitate non gaudebit.

2. Secunda opinio affirmat, quàm tuetur noster Megal. *cons. 46. per tot.* Nauar. *in Manuali, cap. 25. n.* 19. Boer. *decis.* 100. Germon. *de immun. lib. 3. c. 16. n. 35.* & alij citati à Bobadilla *vbi sup. in glossa, lit. B.*

3. Tertia opinio distinguit: vel carceratus ducitur per Ecclesiam ex necessitate, quia ex alio loco transire non potest; & in hoc casu procederet prima opinio: vel voluntariè, & sine necessitate per Ecclesiam ductus fuit; & in hoc casu secunda opinio sequenda erit. Ita docet noster P. Peregr. *de immun. c. 5. n.* 8. Alteram distinctionem pro concordia dictarum opinionum affert etiam Farin. *de immun. c. 15. n. 205.*

4. Quid ego sentiam, dicam breuiter. Non obstantibus dictis distinctionibus, quas ingeniosas esse arbitror; puto cum Facundez *de Præcep. Eccles. tract. 2. lib. 4. c. 4. nnm. 57.* vtramque opinionem esse probabilem; priorem tamen in rigore iuris veriorem; posteriorem autem magis piam, & idcò in praxi amplectendam.

RESOL. CVI.

An qui ab aliis violenter extractus fuit è manibus satellitum, si confugerit ad Ecclesiam, sit protegendus, vt eius Immunitate gaudeat?

Et an si quis confugeret ad Ecclesiam, & secum ferret violenter satellites in illam, gaudeat vtique eius Immunitate?

Et deducitur, an sicut laicus tenetur restituere reum Ecclesiæ spoliatæ sic & Ecclesia tenetur iudici laico reum extractum ab aliis è manibus satellitum restituere? Ex part. 6. tract. 8. & Misc. 3. resol. 5.

Sup. hoc in Resol. seq. & in Resol. 1. post seq. §. Sed hanc, & sup. in Resol. totam

§.1. SVpra *in tract. 1. de immunit. Ecclesiarum*, hanc quæstionem per tractaui, sed post illa scripta, & iam impressa peruenerunt ad manus meas Decisiones Morales nostri P. Pasqualigi, qui *decis. 486. per* inuchitur acriter contra me refellentem vbi supra opinionem negatiuam Nouarij, quam ipse mordicus tenet: quia reus quo Curia iniustè spoliatur, ab alio per vim, potest illum repetere apud quoscumque sit, & non potest à quocumque impediri ne repetat, vnde Ecclesia illum habens apud se tenetur restituere, alioquin faceret contra iustitiam, & foueret iniustam spoliationem, non secus ac qui haberet apud se rem furatam, & nollet restituere proprio domino foueret furtum. Ita ille. 23. cursim in vers. Tertio.

2. Sed prorsus hæc omnia reiicienda esse puto, nec discedo à sententia quam docui; nam eo ipso quod reus non est amplius in manibus Curiæ etiam si fuerit extractus violenter ab aliis, habet ius confugiendi ad Ecclesiam, nam extractio illa violenta non potuit priuare illum iure suo, quod habet ad vitam libertatémque tenendam, quod apertè probatur, nam alioquin si adhuc in isto casu remaneret, sub dominio Curiæ, teneretur minimè fugam arripere, sed iterum se capi permittere à satellitibus, quod ridiculum est dicere; ergo in tali casu reus in sua libertate constitutus licitè, & iusto titulo ad Ecclesiam pro sua tuitione confugit. Si ergo licitè, vt patet, reus ad Ecclesiam confugit, tunc ipsa tenetur illum excipere & defendere, & sic faciendo non dicitur vt vult Pasqualigus detinere rem alienam, sed præbere suum patrocinium reo iam in pristina libertate reposito, & libero in ea intranti, quicquid extrahentes in extractione violenta peccauerint, quorum malitia non potest tollere quin reus sic extractus non efficiatur sui iuris vt probatum est, & quod liber non intret in Ecclesiã & quod Ecclesia illum non teneatur defendere, & suum patrocinium præbere. Itaque dicendum est in casu nostro extractionem rei ex brachiis Curiæ fuisse quidem iniustam, & peccaminosam ex parte extrahentium, sed non abstulisse reo in libertate posito ius se tuendi & confugiendi ad Ecclesiam: nam si reus habet ius pro sua tuitione violenter se extrahendi è manibus Curiæ, & ad Ecclesiam confugere, quanto magis extractus ab aliis, & in sua libertate repositus. Et ideo Ecclesia in isto casu præbet tantum auxilium reo libero, & licitè ad eam confugienti, neque fouet vt vult Pasqualigus iniustam spoliationem factam iudici Laico; sicuti si carceratus exiens sub iuramento redeundi ad carcerem, confugiat ad Ecclesiam, gaudebit eius immunitate; & tamen in tali casu non dicitur Ecclesia fouere sacrilegium Rei, & damnum quod reus affert carcerario, sed tãtùm tuetur ius quod habet reus confugiendi pro sua tuitione ad Ecclesiã. Et si opinio Nouarij, & Pasqualigi esset vera sequeretur, quod si v. g. aliquis Romæ eximeretur è manibus satellitum, & postea in Florentiam confugeret; sequeretur, inquam quod Dux Florentiæ teneretur illum reddere iudici Romano spoliato & aliter faciendo detineret rem alienam & foueret spoliationem iniustam, quod quidẽ negandũ est, & patet ex praxi, nã in tali casu Dux Florentiæ sicut & Ecclesia in nostro casu, licitè defendit illum reum qui liber intrauit in suo territorio, nec potest iudex Romanus illum extrahere de territorio Florentiæ, nec Dux requisitus teneretur illũ reddere. Et ideo non desinam hîc apponere verba Lud. Correa *in relect. ad c. inter alias, de immun. Eccl. p. 3. n. 21.* vbi sic ait: licèt delinquens antea esset in manibus Curiæ, nihilominus tamen modò existit in Ecclesiæ territorio, cui fit præiudicium in suo priuilegio si ab illa extrahatur. Sic aliàs in alienum territorium fugiens, ab illo non erit extrahendus, quia aliena offenderetur iurisdictio. Ita Correa.

3. Nec valet dicere quòd in nostro casu reus non est in casu quòd possit protegi ab Ecclesia, quia non est liber moraliter, sed physicè, etenim super illum Curia

Curia secularis adhuc retinet dominium morale, quia violenter extractus fuit. Nam respondeo, negando hoc dominium morale excogitatum à P. Pasqualigo, nam eo ipso quod reus non est amplius in brachiis Curiæ, efficitur absolutè sui iuris: & ideo si ipse ad Ecclesiam confugiat tanquam liber ab ipsa recipitur, & protegitur. Adde à fortiori contra opinionem Pasqualigi, quod Ecclesiæ pro suo priuilegio largiendo respicit tantùm ad ius quod habet reus ad ipsam pro sua tuitione confugiendi, neque tenetur respicere si reus sit sub dominio Curiæ, necne, sed si ad illam confugerit, statim est protegendus: nam Canones sine vlla distinctione concedunt priuilegium confugientibus ad Ecclesiam, nec distinguunt si sint sub dominio Curiæ nec non. Vnde si quis confugeret ad Ecclesiam, & secum ferret violenter satellites in illam, gauderet vtique eius immunitate, vt præter Doctores vbi suprà à me citatos tenet nouissimè Ægidius Trullench. *in Decalogum tom.1.lib.1.cap.11. dub. 1. n. 11.* Et quidem Pater Pasqualigus rem gratam faceret Ministris Laïcis, si eorum causam defenderet in casu quo haberent dominium physicum in reum, nam hoc dominium morale metaphysicum est: & in praxi minimè admittendum, & omnino negandum. Igitur in omni euentu sibi imputet Curia secularis, quod non tutè & securè reum in carcerem traduxerit. Et ad confirmationem supradictorum addenda est doctrina Ægidij Borsij insignis criminalistæ, *tit.de captura, num.23.* vbi docet, reum captum antequam ducatur ad carcerem non intelligi ita perfectè captum vt sit in tuto sub dominio, & potestate iustitiæ. Ita ille. Ergo, &c.

Sup. hoc. sup. in Resol. 103. & 104. & infra in Resol. 108. §. Ad alium.

4. Ad id verò quod Pasqualigus asserit iudicem Laïcum si capiat extractum ab alio ab Ecclesia teneri illum restituere Ecclesiæ spoliatæ: sic & Ecclesia tenebitur restituere iudici Laïco extractum ab aliis è manibus satellitum. Respondeo non procedere argumentum de casu priuilegiato ad non priuilegiatum, & de fauoribus ad odia, vnde optimè obseruat Castrus Palaus *tom.1.tract.11.disp.vnic.punct.11.n.2.* quod violenter extractus ab Ecclesia non amittit priuilegium eius immunitate gaudendi. Vel Respondeo cum Bonacina *tom.2.disp.4.quæst.8.punct.9.num.10.* & aliis: in Bulla Gregorij XIV. prohiberi alternatiuè per dictionem *vel*, has actiones extrahere, capere, aut incarcerare: sed propositio alternatiua prohibetur adimpleta altera parte. Ergo licèt in nostro casu Ecclesia possit tueri reum extractum, quia habet ius ad illam confugiendi; at in casu quàdo reus fuit extractus ab Ecclesia, iudex Laïcus non potest illum capere vel incarcerare, quia hoc à Pontifice in Bulla ei prohibetur, & interdictum fuit. Ergo est dispar ratio inter vtrumque casum; vnde ex his omnibus patet responsio ad omnia argumenta P. Pasqualigi; & ideo secundum nostram sententiam olim in Hispania fuit decisum; nam cum in facti contingentia in vrbe Ciuitatensi quidam Monetarius fuisset vi & auxilio Monachorum extractus è manibus Curiæ secularis, & in Ecclesiam viciniorem confugisset, tunc per Episcopum conuocatis Theologis, & Canonistis decisum fuit supradictum reū Ecclesiæ immunitate non fuisse priuandum, & ita testatur Guttierez *in QQ. pract.lib.3.q.4.n.10.* qui fuit vnus ex vocatis & consultis à dicto Episcopo. Et tandem his omnibus adiungam, quod non obstantibus supradictis consulere volui de hoc casu doctissimos, & amantissimos Dominos meos Clementem Merlinum Sacræ Rotæ Decanum, & Franciscum Albici Sancti Officij Assessorem, qui ita nostræ sententiæ mordicus adhæserunt, vt omnino contrariam reiiciendam esse putauerint.

Sup. sequentibus in hoc §. infra in Resol. 108. §. Verum pro coronide.

RESOL. CVII.

An extractus ab aliquibus violenter è manibus satellitum, si confugiat ad Ecclesiam, debeat gaudere eius Immunitate?

Ex quo infertur omnes, qui ex publicis carceribus extracti fuerint violenter, si in Ecclesia reperti fuerint, gaudere eius Immunitate.

Et obiter notatur, an Hospites nostræ Religionis, & Nouitij laici antequam annum Nouitiatus incipiant, gaudeant priuilegio Canonis?

Et an parentes castrando filios pro voce conseruanda peccent mortaliter?

Et obiter etiam quæritur, an Christianus fingens se infidelem, & petens baptizari, vt certam pecuniarum summam accipiat, debeat abiurare? Ex part.9.tr.8. & Misc.3.Resol.45.

§.1. Affirmatiuam sententiam olim docui, sed illam impugnauit Pasqualigus. Deinde Ego eam tutatus sum, sed ipse illam iterum nouissimè impugnat in suis Decis. Canon. *Cent.1.quæst.98.* Et licèt pro mea sententia starent omnes fere Ministri huius Almæ Curiæ Romanæ, de hoc casu à me consulti; recurrere tamen volui ad Oraculum Sacræ Congregationis, quæ nostram sententiam Decreto firmauit tenoris sequentis. Quæritur an Titius, qui cùm ex mãdato Iudicis Laïci ducebatur captus à satellitibus in carcerem, & illius parentes violenter è manibus eorundem satellitum extraxerant, statim ad Ecclesiam confugit, sit Iudici Laïco spoliato restituendus, an potius gaudere debeat Immunitate Ecclesiastica? Die 11. Februarij, 1648. Sacra Congregat. Eminentissimorum Cardinalium controuersiis Iurisdictionalibus Præpositorum, vnanimi Eminentissimorum Patrum consensu, censuit supradictum Titium gaudere debere priuilegio Immunitatis Ecclesiasticæ. Martius Cardinalis Ginettus. Franciscus Pauluccius I.C. Secretarius. Locus Sigilli. Et hanc declarationem penès me authenticam habeo. Vnde Episcopi caueant à Sententia Pasqualigi negatiua; nam alioquin Decretum Purpuratorum Patrum infringerent, à quibus seuerè punirentur; sed in facti contingentia Sacram Templorum Immunitatem intrepidè tueantur.

Docui in Resol. præterita & in Resol. seq. §. Sed, hanc. & sup. in Resol. 23. cursim in vers. Tertio.

2. Ex his infertur, secluso Indulto generali, omnes illos, qui Panormi, & Neapoli in his nouissimis seditionibus extracti fuerunt ex publicis carceribus violèter à Populo, si in Ecclesia reperti fuerint, gaudere eius Immunitate, nec posse à Iudice Laico sine incursione Censuræ inde extrahi.

Sup. hoc infra in tr. 2. Resol. 116. & cursim in aliis lin. eius primæ not.

3. Sed hîc obiter nota, quòd vbi suprà Pasqualigus *decis.96.* contra me asserit, Hospites nostræ Religionis, & Nouitios Laïcos, antequam annum Nouitiatus incipiant, non gaudere priuilegio Canonis; sed hanc opinionem refellunt ferè omnes Patres nostræ Religionis, & præcipuè inter illos Alphonsus de Leone *tract.de Censur.Recollect.5.num.25.* & ex exteris nominatim contra Pasqualigum refellit nouissimè doctus Pater Bordonus *in Consiliis Regul.tom.2.resolut.54.num.112.* nam vt ipse, ait, & satis Ego firmaui, supradicti sunt personæ Ecclesiasticæ, & experiuntur modum viuendi Religionis. Ergo. &c.

4. Deinde *in decis.* 100. impugnat nostram sententiam asserentem, Parentes castrando filios pro voce conseruanda, peccare mortaliter quod ipse negat. Sed nostra sententia est communis inter Theologos, quos alibi adduxi, & præsertim eam docet Eminentissimus Dominus meus Cardinalis de Lugo, qui vnus penès me instar multorum est, cui adde me citato Gesualdum *in Theol. mor. tom.2.tract. 23. sess.4. de*

Sup. hoc in tom. 8. tr. 5. Resol. 58. & 59. & in tom. 1. tr. 7. Resol. 130. & in aliis earum notationũ.

de Irregul. cap. 1. num. 21. & eruditissimum ac amicissimum Ioann. Baptistam Casalium *de veteribus Sacr. Christ. Rit. cap. 44.*

5. Et tandem idem Pasqualigus ibidem *decis. 99.* asserit contra me, Christianum fingentē se infidelem, & petentē baptizari, vt certam pecuniarum summam accipiat, non debere abiurare. Sed hæc opinio est contra stylum, & praxim nostræ Inquisitionis Hispaniæ, & scio ab omnibus Fidei Quæsitoribus non esse in facti contingentia admittendam. Itaque in difficultatibus suprādictis coactus sum magis adhærere, Declarationi Sacræ Congregationis, stylo, & Praxi Tribunalis Inquisitionis, ac communioribus Doctorum sententiis, quàm Patris Pasqualigi, licèt Viri amicissimi, opinionibus.

Sup. hoc cū eadem Pasqualigo in tom. 1. tract. 20. Relig.

RESOL. CVIII.

An reus sit necessario restituendus Ecclesiæ, à qua fuit violenter extractus, vel sufficiat restitutionem facere alteri Ecclesiæ, vel Episcopo?

Et an sicut Ecclesia spoliata reo est restituenda, sic etiam sit restituendus Regius Fiscus, si fuerit reo spoliatus, qui detinebatur à suis satellitibus?

Et an fugiens è carceribus, vel è manibus familiæ laicæ ad Ecclesiam gaudeat Immunitate?

Et quid dicendum de illo, qui vim faciendo traxit secum Birruarios ad Ecclesiam?

Et an extrahentes reum è manibus satellitum, tam ipsi, quam reus, si ad Ecclesiam confugiant, gaudeant Immunitate? Ex part. 6. tract. 1. Resol. 27.

§. 1. PRima opinio negat. Ita Castrus Palaus *tom. 2. tract. 11. disp. vnic. punct. 11. num. 13.* vbi sic ait, Non est opus restituere reum eidem Ecclesiæ materiali; sed sufficit si illi, vel alteri, modò æquè tuta sit, & in illa æquè commodè securus habitare possit reus: quia hoc priuilegium vnicum est omnibus Ecclesiis, & iniuria vni facta omnibus fit: ac proinde satisfactione vni præstita omnibus præstatur. Ex alia parte reo, vt suppono, nullum inde aduenit detrimentum: ergo sufficienter hac restitutione satisfit. Ita Palaus, Qui etiam addit satisfacere iudicem Laicum, si reum Episcopo, vel eius vicario restituat, quia perinde est, ac si Ecclesiæ facta fuisset restitutio: quia Episcopus Ecclesiam repræsentat, vt patet ex *cap. scire debes 7. quæst. 1.* & hanc sententiam docet etiam Bonacina *tom. 1. disp. 3. q. 7. punct. 3. num. 14.*

2. Secunda opinio affirmat; & docet quòd extractus ab Ecclesia contra formam Bullæ Gregorij XIV. eidem Ecclesiæ est restituendus: nec sufficit restitutio alteri Ecclesiæ, vel Episcopo facta. Ita Barbosa *de iur. Eccles. lib. 2. cap. 3. num. 54.* vbi notat ita declarasse Sacram Congregationem immunitatis, anno Domini 1632.

3. Tertia opinio distinguit. Aut reus petit se restitui ad Ecclesiam, ex qua fuit extractus; vel non: si non petit, procedit prima opinio, vt possit restitui alteri Ecclesiæ, vel Episcopo, aut eius vicario. Si autem petit, est restituendus propriæ Ecclesiæ, ex qua fuit extractus. Ita Farinacius *tom. 2. consil. 168. num. 49. in fine.* Vnde malè adductus fuit pro sua sententia à Barbosa; nam, vt visum est, illam tenet distinguendo: & malè etiam adductus fuit à Castro Palao: nam *in cap. 2. num. 48. de immunit.* loquitur ex mente Genuensis.

4. Ego autem secundæ opinioni adhæreo propter declarationem Sacræ Congregationis immunitatis. Sed occasione huius quæstionis non desinam hìc apponere Consilium quod habui ab Eminentissimo bonæ memoriæ Cardinali Scalia tenoris sequentis.

CONSILIVM.

5. Illustrissimi & Reuerendissimi Domini Priuilegium, quo confugientes ad Ecclesias gaudent immunitate, adeò vt rei non possint ab illis regularitet extrahi, nec in illis carcerari, notissimis iuribus diuino & positiuo, tam Canonico, quàm Cæsareo, est locale, & non personale, diffluens tamen à loco in personas, vt benè probat post Romanum *consil. 137.* & alios Mar. Ital. *lib. 1. de immunit. cap. 2.* Ecclesiisque proinde competit actio spolij pro extractis ab ipsis: & extrahentes à censuris pro violata immunitate contentis *in cap. si quis cent. & c. quisquis 17. q. 4. & cap. 4. de immunit. Eccles.* non debent absolui, nisi priùs & ante omnia restituerint Ecclesiis, quos extraxerunt, refectis damnis & interesse, vt obseruauit D. Augustinus in persona Bonifacij Regis *cap. minor, d. cauſ. & quæſt.* & dicunt Sylvester *verb. immunitas 3. in fin.* Ioan. de Vinchis *de immunitate, num. 651.* Ambros. *cap. 15. num. 7.* Mar. Ital. *lib. citato, cap. 6. §. 11. n. 23.* Capell. Tholos. *decis. 423. num. 3. in addit.* & Deciar. *lib. 6. sui tract. criminal. cap. 27. in princip.* arg. *cap. conquerente de restit. spoliat.* & aliorum iurium.

Sup. his dāmis infra in Resol. 117. §. Quæro tertio. & seq.

6. Cùm igitur (Illustrissimi Domini) rei principales extracti per violentiam ab æde Sacra D. Francisci, & post longam & crudelissimam carcerationem quindecim mensium in fortiis Laicalis Curiæ extrahentis detenti fuerint, tandem aliquando restitui Nuntio Neapolitano, apud quem nihilominus per alios tres menses carcerati postmodum Romam se contulerint ad audiendum ordinem V. S. Congregationis sunt ad eamdem Ecclesiam, vnde fuerant extracti, incolumes remittendi: vt secundùm prædicta iura, & Doctores, & iuxta præcitatas auctoritates Ecclesia spoliata in primis, & ante omnia restituatur.

7. Nec datur primò Ecclesiam restitutam fuisse, cùm carcerati restituti fuerunt Nuntio Apostolico Neapolitano, & hoc sufficere: vt decisum fuisse testatur Episcopus Montis Marani in Curia Archiepiscopali *in sua praxi, cap. 22. num. 8.* arg. *cap. scire debes 7. quæst. 4. cap. 1. de restitut. in integr. Clement. 1. de foro compet. cap. nouit. de iudic. cap. de catero, de Cleric. non resid.* & fortiùs *cap. si quis contum. 17. q. 4.* & ex notatis per Archidiaconum *ibidem*, quòd pœna pecuniaria, propter violatam immunitatem Ecclesiasticam sit soluenda Episcopo: ex quibus dicit Ioan. Andream concludere *in cap. quamquam, de censib.* sufficere, quando iniuria facta est Ecclesiæ, quòd satisfactio fiat Episcopo, referens etiam Marian. Socin. *de visitat. lib. 11. in fin.* asserere in vim *c. exigit, de censib. in 6.* restitutionem fieri posse similiter Episcopo; quia Episcopus repræsentat Ecclesiā, & est in Ecclesia sicut Ecclesia in Episcopo *d. c. scire debes*: ad effectum huius restitutionis debet reus relaxari in libertatem, & non solùm in libertatem, sed securus reduci ad locum tutum per extrahentes debet vt in suam pristinam, & omnimodam libertatem & securitatem se recipiat, quemadmodum post Igneū *in l. 1. n. 25.* Hond. Silan. & alios quos citat, tenet Decianus *de lib. 6. c. 29.* aliàs *30. n. 7.* Quæ quidem regula an obseruata fuerit cum meis Clericis Aquilanis suppliciter Illustrissimorum DD. relinquitur pientissimæ discretioni; & iura in oppositum allegata non concludunt aliquid pro singularissima opinione contra certissimam veritatem.

8. Non primum, videlicet *cap. scire debes 7. q. 4.* In quo dicitur Episcopum esse in Ecclesia, sicut

Ecclesia est in Episcopo: quia Glossa ibi datur Brocardica: & ipsius dispositio non potest accommodari Ecclesiæ materiali cuius est priuilegium immunitatis vt suprà præmissum est, nemo enim dixerit Episcopum esse Ecclesiam materialem, ne cogatur ad mouendum risum auditori, & quæ disponuntur in iure circa reparationem, ornatum, reconciliationem & alia huius generis disponi circa personam Episcopi.

9. Non secundum, scilicet *cap.1.in integr. restit.* quod immo facit pro nobis: quia distinguit Episcopum ab Ecclesia, sicut distinguitur minor à tutore; & sic Episcopus debet restituere extractum ab Ecclesia, vt illæsa conseruet illius iura: sicut tutor debet conseruare illæsa iura minoris secundum dispositionem cap....

10. Non tertium, scilcèt Clement. *de for.compet.* in qua disponitur iniuriam irrogatam Episcopo esse irrogatam Ecclesiæ: quia etsi verum sit, quòd iniuria irrogata Episcopo censeatur irrogata Ecclesiæ, cuius est caput; non tamen hinc benè inferretur aliquod ablatum, puta Calicem; ab Ecclesia materiali & restitutum Episcopo non esse restituendum ab Episcopo dictæ Ecclesiæ, ea ratione quia iniuria fuit facta Episcopo, & sic homo extractus ab Ecclesia cum iniurja Episcopi, & Ecclesiæ; restitutus Episcopo, debet postmodum restitui Ecclesiæ; cum restitutio sit in pristinum statum rei positio, *l.quod si minor. §. restitut. ff. de minor.*

11. Non quartum, videlicet *cap. nouit. de iudic.* quoad præceptum correctionis, Dic Ecclesiæ, impletur, si dicatur Episcopo: quia etsi præceptum correctionis, Dic Ecclesiæ, impleatur, si dicatur Episcopo, qui est caput Ecclesiæ: non tamen inde sequitur, quòd Episcopus non debeat vlterius satisfacere Ecclesiæ, vel reducendo ouem errantem, vel eam tanquam morbidam ab illa expellendo, vt habeatur tanquam Ethnicus & Publicanus: & sic pari ratione restitutum sibi reum antea extractum ab Ecclesia, vel illum debet Ecclesiæ restituere, vel illum consignare Curiæ sæculari in exequutionem, *cap. final. de immunit. Eccles.* & Bullæ Gregorianæ.

12. Non quintum, scilicet *c. de catero, de Cleric. non resid.* quòd qui seruit Ecclesiæ, seruit Episcopo: tum, quia dispositio huius cap. habet fallentiam respectu Ecclesiæ; seruitij, vt per Doctores in eo: tum quia si est bona hæc consequentia, qui seruit Episcopo seruit Ecclesiæ; ergo extractus restitutus Episcopo, est restitutus, Ecclesiæ, sicut completo seruitio Episcopi debent Canonici remitti ad seruitiũ Ecclesiæ: sic extractus ab Ecclesia post ipsius restitutionem factam Episcopo liber debet remitti ad Ecclesiam, seruata forma sacrarum constitutionum: ni si exceptuata crimina commiserit, vt *suprà.*

13. Non sextum, videlicet *cap. si quis contumax* 17.q.4. quòd pœna pecuniaria propter Ecclesiæ violationem sit soluenda Episcopo; tum quia *in c. si quis* in atrio eiusdem causæ & quæstionis statuitur oppositum, vt nempe quicquid soluendum est pro violata immunitate Altario illius Ecclesiæ, à qua aliquis fuit extractus debeat solui, tum quia Glossa *in d.c.si quis contumax*, conciliando dicit pecuniam esse soluendam Episcopo; si extractio fuit facta ab Ecclesia Cathedrali, quod non implicat in casu nostro, cùm extracti fuerint rei principales ab Ecclesia Conuentualium fratrum S. Francisci: tum fortius ad propositum, quia quidquid sit de pœna soluenda, restitutio extracti debet fieri illi Ecclesiæ, quæ fuit violata, cùm sit diuersa ratio restitutionis, & satisfactionis, argumento *cap. si Canonici, & de offic. ordinarij in 6.* in quo statuitur restitutio damnorum & interesse Canonicis, & pœna pro iniuria ipsi Ecclesiæ, quæ fuit frustrata diuinis officiis: restitutio enim pertinet ad iustitiam commutatiuam, & sic debet fieri illi, à quo res ablata est, vt Summistæ docent communiter, *in verb. Restitutio*: atque ex hac distinctione ruunt authoritates in oppositum allegatorum Doctorum: pœna enim & satisfactio pro illicita exactione pædagiorum ab Ecclesiasticis, vt *in l.d. cap. quamquam*, & in visitatione vt *in d.cap. exigit, de censibus*, applicanda benè est fisco Episcopali: quod autem fuit exactum, debet restitui personæ, vel loco grauato sicut extractus Ecclesiæ violatæ: alias priuilegium immunitatis Ecclesiasticæ seruiret de vento.

14. Ad summum tamen præfata decisio dictæ Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ potest aliis rationibus sustineri ad hunc effectum tantùm, vt videlicet intelligatur Ecclesia restituta propter consignationem extracti factã Episcopo, ad hoc vt extrahens aliis adimpletis, ad quæ ipse tenetur, possit ab excommunicatione incursa absolui; non autem quod facta dicta consignatione, reóque posito in Carceribus Episcopi, si delicta non commiserit exceptuata per Bullam Gregorianam; non sit restituendus loco sacro, vnde fuit abductus, eò magis, quod vt idem Auctor paulò ante fatetur *loco cit. n.6.* ex mente Bartoli, & Abbatis, Ecclesiæ spoliatæ competit interdictum de libero homine exhibendo pro restitutione hominis ab ea extracti: dictùmque interdictum licèt personale est in rem conceptum, sicut cætera interdicta *l.1.§. penult. ff. de interdict.* Vnde si ita est, datur contra quoscumque detinentes, etiam quòd sint Episcopi, vel alij superiores Ecclesiastici, qui retinent carceratos extractos ab Ecclesiis ipsis restitutos, nisi delicta commiserint exceptuata.

15. Nec dicatur secundò ad effectum cognitionis, an dicti Clerici commiserint delicta exceptuata, retinendos esse carceratos in terminis Bullæ Gregorianæ: nam Respondeo primò dictos Clericos esse imputatos tãtùm verbo tenus à parte aduersa, & forsan per processus formatos à Laicis de homicidiis cum qualitate sacrilegij, quæ non sunt crimina exceptuata, neque de iure in corpore, neque per Bullam prædictam nouissimè. Respondeo secundò cùm simus in materia spolij, probatio delictorũ ad effectum impediendi restitutionẽ debet deduci incontinenti: alioquin non venit impedienda restitutio, ex his, quæ ita in terminis nostris tradit Remigius *in tract. de immun. Ecclesiarum, quæst. 17. ad finem*, & Cardinalis Tuschus *in verb. Ecclesia, concl. vers. secus si dubium sit.* Hæc tamen probatio incontinenti contra dictos Clericos deduci non potest, cùm aduersùs ipsos alij processus fabricati non fuerint, quàm laicorum, quorum acta non sunt attendenda cõtra Clericos tanquam nulla ex defectu iurisdictionis qua penitus carent, & cuius omnino sunt incapaces quoad illos, præsertim quòd ipsi de sua iurisdictione contendunt per Canonistas communiter *in cap. at si Clerici, de iudiciis*, & non possunt facere plenam probationem ad hunc effectum requisitam secundùm doctrinam Prosperi Farinacij *in consil. 76. num.3.* & Ambrosin. *cap.21.nu. 4.* Immò adeò incontinenti est deducenda probatio delictorum exceptuatorum ad effectum prædictum impediendi restitutionem extractorum ab Ecclesiis, vt nec sit dandus terminus fisco ad probandum reum commisisse delicta exceptuata, etiamsi aliàs illis constiterit per confessionem ipsius extracti, vt benè probat cum aliis, quos citat Marius Italia *loco citato numer. 3.* ad hoc omnino videndus. Respondeo tertiò fortiùs & circa periculum instantiæ, & hæsitationis in contrarium, Bullam Gregorianam concedere facultatẽ carcerandi laicos ab Ecclesiis extractos ad effectum

ctum cognitionis, an commiserint delicta exceptuata, cum expressa prohibitione facta Laicis officialibus *vel sicuti etiam prohibemus*, ne se ingerant in extractione, & carceratione Clericorum ab & in Ecclesiis etiam sub prætextu criminum exceptuatorum, cum decreto irritante & clausula. Vnde retinere carceratos ad effectum cognoscendi, vel puniendi Clericos extractos à Laicis, vt præfertur, esset manifestè probare, & ratum habere factum contra dictam Bullam Gregorianam, in qua feruntur omnes censuræ, & pœnæ, quæ sunt contra violatores liberratis, iurisdictionis, & immunitatis Ecclesiasticæ inflictæ per sacros Canones, Concilia, & constitutiones prædecessorum Gregorij XIV. aduersùs facientes contra vel præter dispositionem suæ in contrarium allegatæ constitutionis.

16. Atque ex hac vltima responsione cessant omnes difficultates, & supereſt tantummodo supplicandum provt genibus flexis supplicamus Clericos nostros post iniustissimas, diras, & longissimas carcerationes, & per ciuitates ignominiosissimas distractiones pro reparatione honoris immunitatis, libertatis, & iurisdictionis Ecclesiasticæ apud insignem Ciuitatem in ianuis residentiæ Christi Vicarij ad pristinam libertatem restitui, iusto & misericordissimo iudicio, & imperio Vestrarum Illustrissimarum & Reuerendissimarum DD. Quas Deus, &c.

17. Dicendum est igitur ex supradictis reum esse à iudicibus Laicis restituendum Ecclesiæ, à qua fuit extractus.

18. Verùm pro Coronide huius resolutionis mihi videtur ex his non esse relinquendam curiosam & practicabilem quæstionẽ. An sicut Ecclesia, vt dictum est spoliata reo est restituenda; sic etiam sit restituendus Regius Fiscus, si fuerit reo spoliatus, qui detinebatur à suis Satellitibus. Et affirmatiuam sententiam docet Ioannes Maria Nouarius *in summa Bullar. tit. de immunit. num.* 14. vbi sic ait: Ampliatur duodecimò in fugientibus è carceribus, vel è manibus familiæ: quod intelligas, quando ipse se eximeret; secus verò si fuisset ab aliis exemptus à manibus familiæ: provt accidit casus iste in Ciuitate Castellanatensi, vbi Vicariatus officium gerebam, & fuit restitutus carceratus familiæ. Et ratio est, quia sicut Ecclesia, quæ fuit spoliata, habet interdictum de libero homine restituendo; ita etiam familia habet interdictum restitutionis: quia Ecclesia dicitur cultrix iustitiæ, vel semper fuisset detentus per Birruarios, nam non obstante quod ita detentus vim faciendo traxisset secum Birruarios, intus Ecclesiam, non gaudebit immunitate nisi liber & solutus euasisset manus familiæ. Ita Nouarius. Qui pro sua opinione adducit Francum *decis.* 709 *num.* 3.

Sup. hoc supra in Res. 106 §. Ad id.

19. Sed hanc sententiam prorsùs esse reiiciendam existimo. Et ideò dicendum est extrahentes reum è manibus Satellitum, malè facere & dignos esse maxima pœna: puto tamen tam ipsos, quàm reum, si in Ecclesiam confugiant gaudere eius immunitate, nec reum restituendum esse Curiæ sæculari. Et ratio est clara: nam in tali casu reus liber ingreditur in Ecclesiam, & verum est, quod ad eam confugiat: ergo eius immunitate non est priuandus; cùm omnia iura absolutè asserant reos confugientes ad Ecclesiam eius immunitate gaudere, vt patet ex *cap. inter alia, de immunitat. cap. definiuit* 17. *quæst.* 4. ex *l.* 2. *C. de his, qui ad Eccles. confug.* vbi absolutè dicitur; Sancimus nemini licere ad sacrosanctas Ecclesias confugientes abducere. Cùm igitur supradicti Canones absolutè loquantur, & non distinguant, sequitur neque nos distinguere debere ex vulgatis testibus, quos adducit Surdus *consil.* 51. *num.* 7. & Iason *in l. non dubium*, *num.* 58 *ff. de legibus*, & alij communiter. Et tradit in simili casu Henricus Canisius Professor Sacrorum Canonum in inclita Academia Ingolstadiensi *lib.* 3. *Decret. tit.* 12 *de immunit. Eccles. fol. mihi* 241.

Sup. hoc in duobus præcedentibus Res. & supra in Res. 103. circa in vers. Tertio.

20. Confirmantur supradicta: quia omnes, & ipse Nouarius asserunt reum, qui se ipsum exemit è manibus Satellitum gaudere immunitate, ergo debet etiam gaudere si exemptus fuit adiutorio alterius. Probo consequentiam, quia in vtroque casu reus, dum confugit ad Ecclesiam, liber & non captiuus ad eam confugit, ergo debet eius immunitate gaudere. Etsi non desint Auctores tam veteres, quàm recentiores non ignobiles, quos ego congessi *in part.* 1. *tract.* 1. *resol.* 30. & tenet nouissimè Canisius *loco citato*, asserentes reum, etiamsi captus & in manibus Curiæ intret in Ecclesiam, eius gaudere immunitate: ergo quantò magis reus, de quo loquimur, debet illa gaudere: qui liber vt diximus, & non captiuus ad eam confugit. Adde quòd in Bulla Gregoriana nominatim excluduntur rei, qui ad Ecclesiam confugientes non possunt eius immunitate gaudere; inter quos non numerantur rei è Satellitum manibus extracti: ergo non sunt ab immunitate excludendi: quia, vt ipsemet Nouar. *num.* 47. fatetur, verba Bullæ non sunt amplianda, nec extendenda, neque limitanda, seu declaranda, sed intelligenda, provt sonant.

Quæ hîc est supra Resol. 105.

21. Restat modo respondere ad argumentum, quod pro se adducit Nouarius: nempe quia sicut Ecsia spoliata debet restitui; ita & Curia sæcularis. Et respondeo disparem esse rationem: nam in casu Ecclesiæ iudex sæcularis illam spoliauit, ahstrahendo ab ipsa reum violenter, & ideò meritò est delinquens ei restituendus: sed in nostro casu non ipsa Ecclesia spoliauit Curiam sæcularem, sed alij: & ipsa recepit reum liberum & non captiuum: ergo nulla ei adest obligatio restituendi illum. Caueant igitur Episcopi ab hac Nouarij opinione, nam si illam in praxi deducerent, essent seuerè puniendi.

22. Ad alium verò casum, quem affert Nouarius. Respondeo primò disparem esse rationem cum isto, de quo locuti sumus: nam reus non confugit liber ad Ecclesiam sed adhuc in brachiis Curiæ sæcularis. Vel respondeo secundò in hoc etiam casu reum gaudere immunitate; vt ego nominatim contra Nouarium cum multis Doctoribus probaui *in part.* 4. *tr.* 1. *resol.* 106. *& in part.* 3. *tract.* 1. *resol.* 36. *& in part.* 1. *tract.* 1. *resol.* 13. Et nunc pro probabilitate dictæ sententiæ adducam auctoritatem Mariani Socini viri in legali literatura celeberrimi *tract. de citat. art.* 17. *in* 2. *membr.* vbi docet, Quod si familia capit aliquem extra domum, & captus trahens capientem ingressus fuerit domum, vel intra clausuram domus partem corporis immiserit, non debet inde inuitus extrahi: ita & reus, qui secum rapit Satellitem, & confugit ad Ecclesiam, debet eius immunitate gaudere. Cæteras verò rationes pro hac sententia videbis penes me ipsum in locis citatis. Et ita hanc sententiam post hæc scripta inueni docere Ghilinum *in summa ver. Ecclesia*, *num.* 2. & me citato Glianes *de censuris ver. extrahens*, *num.* 18. Trullench *in Decalog. tom.* 1. *c.* 11. *dub.* 1. *num.* 11. & Cæsarem Loccatellium *in Breuiario de Tortura*, *inspect.* 5. *num.* 162. vbi affirmant reum, qui ligatus cum Satellite fugit in Ecclesiam, debere eius immunitate gaudere.

Quæ omnes hîc sunt supra Res. 102. 103. & 104. & in Res. 106. §. Nec à vers. Vnde.

Sup. hoc in Resolutionibus nor. præteritæ.

23. Sed cùm satis probatum sit reum exemptum è manibus Satellitum, & ad Ecclesiam confugientem gaudere eius immunitate. Quæritur an eadem etiam gaudeant immunitate illi, qui exemerunt: maximè si reus ibat iam damnatus ad Triremes, vel exemerunt è carceribus. Et negatiuè quidem

respondet Sarpus, quia qui eximunt condemnatos è manibus familiæ sæcularis incidunt in crimen læsæ Maiestatis, *ex textu in leg. cuiusque verb. item qui confessum, ff. ad leg. Iul. Maiest.* & docet Alexander *consil. 35. num. 4. vol. 2.* Bursatus *consil. 216. num. 1. & 5. vol. 2.* Viuius *decis. 92. num. 4.* & alij; quos plena manu citat Mastrillus *in indulto c. 59. n. 1. & 2.*

24. Verùm contrarium tenendum est, maximè in terminis Bullæ Gregorianæ, in qua solùm excluduntur ab immunitate Rei læsæ maiestatis tantùm in personam Principis. Vnde ex his etiamsi eximentes in ipso actu eximendi vulnerarent, immò occiderent Satellites Regios vel fiscum; si postea ad Ecclesiam confugerent; eius vtique immunitate gauderent: nam licèt occidentes Officiales Regios committant crimen perduellionis *ex leg. 1. ff. ad leg. Iul. Maiest.* & notant Doctores, quos citat Farinacius *quæst. 112. num. 136.* Antonius de Amatis *decis. 1. & 4.* cum aliis. Tamen, vt dictum est, solum crimen læsæ maiestatis in ipsam personam Principis excluditur ab immunitate. Ergo &c.

Sup. hoc supra in Res. 54 sed lege etiã alias eius primæ not.

RESOL. CIX.

An extractus violenter ab Ecclesia à parentibus occisi, si superueniat curia secularis, & capiatur debeat adhuc gaudere Immunitate?

Idem est, si metu iniustè illato, quod à iudice seculari capiendus sis in Ecclesia, & fugias ab ea, adhuc non potes capi, quia tunc non diceris egredi sed extrahi per violentiam. Ex part. 9. tr. 7. & Misc. 2. Res. 6.

§. 1. NEgatiuè respondet nouissimè, nixus authoritate Patris Suarez, Regens Sanfelicius *tom. 2. decis. 286. n. 5.* & distinguendum putat: nam, si Iudex misit alterum, qui tanquam priuatus amicus falsus, illum deciperet, vel inimicus vim inferret; tunc sine dubio non potest capere illum: quia actio principaliter est Iudicis, & ideò ipse tenetur Ecclesiæ restituere: si verò ipse nihil cogitando de priori iniuria, reum inuenit extra Ecclesiam; potest sine dubio illum capere & contra illum procedere; quia extra locum sacrum illum inuenit, & ibi incipit exercere iurisdictionem suam, & ideò non violat immunitatem, neque ipse tenetur hominem restituere Ecclesiæ; alter verò, qui illum extraxit, tenebitur restituere: quòd si iam non potest, est per accidens, & satisfacit restituendo expensas, & damna, provt poterit.

2. Nec obstat id, quòd dicitur, quòd persona extracta sit priuata libertate, & venit restituenda, tanquam res affecta, quæ ad quemcunque transit, cum vitio transit: nam respondetur; nullo iure id esse fundatum, & iura adducta loquuntur in casu diuerso, quando videlicet, cohæret vitium. Et ita loquitur textus in l. *Si abducta, C. de furt.* In casu nostro etsi priuilegium prædictum competit personæ, attamen competit ratione loci; & donec est in loco: vnde, si sponte exierit ab Ecclesia, non gaudet immunitate. Remig. *in tract. de immunit. in princip. 3. præsuppos. n. 12. & seq. & fall. 12.* Clar. *in §. fin. q. 30. n. 1. vers. Sed certè.* At cùm in Ecclesia nulla per familiam Curiæ sæcularis illata fuerit violentia; sed extra locum sacrũ captus, in quo persona erat priuilegiata, sequitur, non esse restituendum. Nec à Iudice potest dici spoliata persona immunitate, cùm non adfuit consensus, & authoritas ipsius in extractione ab Ecclesia; sed eam familia ceperit, postquam ad locum non immunem traxerunt, & interdictum: vnde vis non competit contra illum; qui non spoliauit, cap. *Cum ad Sedem. de restit. spoliat.*

3. Sed contrariam sententiam prorsus sustinendam esse puto quam cum Peregrino, Megala, & Genuensi firmani *in part. 1. tract. 1. resol. 16.* & nunc contra Sanfelicum iterum firmo cum Gregorio de Valentia *tom. 3. disp. 6. q. 15. punct. 1. ad resp. ad 2.* Bonac. *tom. 2. disp. 3. q. 7. §. 2. n. 10.* & Castr. Pal. *tom. 2. tr. 11. disp. vnic. punct. 11. n. 2.* qui nominatim refellit Suarez. Ratio est: quia illa extractio est violenta: sed omnis extractio violenta, est nulla, & reo præiudicare non potest; aliàs facilè possent Iudices confugientes ad Ecclesiam capere, & punire si per vim ab aliis extractos licitè capere, & punire possent: ergo. Dices: Iudex, qui non fuit particeps huius violentæ extractionis, dici non potest extrahere delinquentem à loco sacro, sed ex profano: ergo non violat immunitatem. Sed respondeo, Iudicem violare immunitatem: quia primam extractionem continuat: delinquens enim, etsi extra locum sacrum existat corporaliter: moraliter tamen reputandus est, ac si in loco sacro adesset: tum quia extractio nulla fuit: tum, quia immunitatis priuilegium non amisit; si quidem Ecclesiæ est restituendus. At idem est, si, metu iniustè illato, quòd à Iudice sæculari capiendus sis, fugias ex Ecclesia, adhuc non potes capi: quia tunc non tam diceris egredi, quàm extrahi per violentiam. Sic plurimus comprobat Farinacius *in Append. de immun. c. 2. n. 55.* Et hanc sententiam, præter Doctores citatos, tenet etiam, me citato, Trullench *in Decal. to. 1. lib. 1. c. 11. dub. 1. n. 14.* Non est igitur recedendum ab affirmatiua sententia, quam contra Suarez communiter tenẽt omnes vt visum est, qui post ipsum scripserunt.

Quæ nunc hanc sequetur. & infrà in Res. 112.

Sup. hoc lege doctrinam Res. not. præteritæ, & infrà ex Res. 127. §. Ad id

RESOL. CX.

An iudex, qui non mandauit extrahere reum ab Ecclesia, sed satellites, vel alij extraxerunt vi, vel dolo, teneatur restituere eum in Ecclesia, vel possit contra illum agere? Ex part. 1. tract. 1. Res. 16.

§. 1. IN tali casu posse aduersùs talem procedere, quia illum inuenit extra locum sacrum, putauit Suarez *de Relig. tom. 1. tract. 2. lib. 13. cap. 3. num. 17* & ideò illum non esse Ecclesiæ restituendum, nec pœnas violatæ immunitatis incurrere docet.

Sup. hoc in Res. præcedenti, & infra Res. 112. & ne deferas videre etiam doctrinam Res. 111. & signãter §. Ad id. Res. 127

2. At ego semper contrariam sententiam tenui, quam postea docuit noster Megala *in 3. p. lib. 4. c. 2. q. 1. n. 32.* Peregrin. *tract. de immunit. Ecclesia, c. 20. n. 324.* Et ratio est: quia talis reus est affectus pro restitutione Ecclesiæ, quæ fuit dolo, seu vi spoliata: ergo ad quemcunque transierit, cum tali onere transit: sicut res furtiua transit ad omnes cum onere restitutionis cui de iure competit, scilicet; domino suo: adde, quod in Bulla dicitur. *Extrahunt. capiunt, & incarcerant.* Vt igitur dicta verba operentur effectum suum, *iuxta cap. Pastoralis, de apellat.* sunt intelligenda, *capiunt, & incarcerant*, scilicet, extractum. Ita Peregrinus. Deinde Summus Põtifex in ista Bulla punit attentantes aliquid præter, vel contra eius formam: sed Iudex, qui, si non mandauit, tamen extractum non restituit; contra Bullam attentare dicitur: ergo illius pœnam incurrit. Sed, quia talis casus accidit in vrbe Neapolitana, & vt *suprà* diximus, fuit decisum: ponam verba Episcopi Gennens. *in praxi, c. 17. n. 5.* vbi sic ait: [Anno 1598. quidam assassinus interfecit quandam personã, & posteà confugit ad Ecclesiam, à qua fuit per vim extractus à consanguineis occisi, & aliquibus satellitibus Curiæ seculatis, & eodem die coram Iudice sæculari confessus fuit commisisse dictum homicidium per assassinum. Fuerunt per Curiam Archiepiscopalem citati omnes Iudices M. C. Vicariæ, Aduocatus, & Procurator Fiscalis, & etiam

Supra in Res. quæ nunc est infrà 113. & pro particula *attentare*, contenta in hoc textu lege suprà Res. 4.

etiam Carcerarij, quatenus deberent restituere dictum exttactum Ecclesiæ prædictæ, vel procurare eius restitutionem, & non impedire respectiue ad finem, quòd si constiterit Curiæ Archiepiscopali à dicto delinquente fuisse commissum delictum exceptũ in Bulla, posset eidem Curiæ sæculari consignari: qui nõ aliter procurauerunt; sed post breue tempus laqueo suspendi fecerunt: & sic per Curiam Archiepiscopalem fuerunt declarati excommunicati omnes prædicti Iudices, Fiscales, Carceratij, satellites, & consanguinei occisi, qui extraxerant dictum iuuenem à dicta Ecclesia.] Ita Genuensis. Vnde apparet, omnes reos extractos ab Ecclesia vi, vel dolo per quascunque personas, esse à iudice laico Ecclesiæ restituendos: & si aliter fecerint, in excommunicationem, & pœnas Bullæ Gregorianæ incident.

RESOL. CXI.

An reus amittat Immunitatem, qui deceptus fuit subdolis verbis, & fallaciis ad egrediendum ab Ecclesia, & index possit illum punire? Ex part. 1. tract. 1. Resol. 26.

Sup. hoc sup. in Resol. 8. §. vlt. circa medium, & lege doctrinam Resol. præteritæ, & si placet etiã alia eius not.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Bonacin. *de leg. disp. 3. q. 7. §. 2. n. 10.* Filliucius *tom. 1. tract. 15. cap. 6. n. 154.* Duard. *in Bulla Cœn. lib. 2. can. 15. q. 16. n. 34.* Fagundez *de Præcep. Eccl. tract. 2. lib. 4. cap. 4. num. 56.* qui citat Suarez, & Nauarrum; quamobrem asserit: [Videant delinquentes, ne se falli sinant: vbi primùm enim à loco sacro sponte egrediuntur, hanc immunitatem amittunt: Fallit tamen hoc, iuxta Syluest. *verb. immun. 3. n. 34.* nisi exeant ad requisita naturæ, cui libenter adhæreo: indecens enim est: vt Ecclesia Dei: & locus sacer, qui omni odorum suffimento olere debet, his immunditiis sordescat.] Ita Fagundez.

2. Non reticebo tamen, contrarium docere Bobadil. *in Polit. tom. 1. lib. 2. cap. 14. n. 80.* ibi. [Aunque por palabras blandas: ò engañosas, ò promessa, &c.] Idem docet Villadiego *in Polit. cap. 3. num. 222.* & noster P. Megal. *in 3. p. lib. 4. cap. 2. quæst. 1. num. 32.* vbi asserit. Et prædicta procedunt, etiamsi blandis verbis, vel fallaciis à ministris Iustitiæ, vel Iudice inductus delinquens sponte exiret. Vnde hæc sententia in fauorem Ecclesiæ amplectenda videtur, & illam etiam docet Mastrill. heu quondam noster *lib. 2. decis. 169. num. 12.*

RESOL. CXII.

An iudex laicus violet immunitatem Ecclesiæ, si carceret aliquem à personis priuatis per vim extractum ab Ecclesia?

Et notetur, quod priuata persona, quæ extraxit aliquem ab Ecclesia, afficitur censura. Ex part. 4. tract. 1. Resol. 102.

Sup. hoc supra in Resol. 109. & 110.

§. 1. NEgatiuam sententiam docet Suarez *de Religione tom. 1. tract. 2. lib. 3. cap. 13. num. 17. & 19. in fine*, quia talis iudex, vt suppono, non fuit particeps extractionis: ergo non incurrit pœnas.

2. Sed ego affirmatiuam sententiam prorsus tenendam esse puto, quia illa extractio irrita fuit & nulla, ergo extractus illicitè, nec iuridicè potuit à iudice laico incarcerari, quamdiu per extractum non stetit, ne in loco sacro reponeretur. Adde quòd Gregorius XIV. in sua Constitutione interdixit illas actiones per paticulam *vel*, quæ est alternatiua, ibi capere, extrahere, aut carcerare, & ita docet Bonacina *in Decalog. disp. 3. quæst. 7. punct. 9. num. 10.* Valentia *tom. 3. disp. 6. quæst. 15. punct. 1. ad 2.* & Genuens. *in praxi c. 17 num. 6.* vbi etiam rectè notat cum Peregrino *de immunitate cap. 14. num. 10.* & aliis contra Gambacurtam *lib. 8. cap. 7. num. 4. & 5.* quòd priuata persona quæ extrahit aliquem ab Ecclesia afficitur censura.

RESOL. CXIII.

An si constaret notorie reum non gaudere Immunitate Ecclesiæ, posset illum iudex secularis extraxere ab Ecclesia sine licentia Episcopi? Ex part. 1. tr. 1. Resol. 14.

Sup. hoc in duabus Resi. seqq.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet Gambacurt. *lib. 6. cap. 14. & lib. 8 cap. 10.* Villadiego *in Polit. cap. 3. num. 238* & ante Bullam Gregor. probabiliter docuerat Suarez *de Relig. tom. 1. tr. 2. lib. 3. c. 11.*

2. Sed hodie post Constitutionem Gregor. XIV. vt notat Filliucius *tom. 1. tract. 15. cap. 6. num. 154.* & Durandus *in Bulla Cœnæ, lib. 2. can. 15. quæst. 16. num. 31.* hæc opinio est prorsus refellenda, & non audeant Iudices illam in praxi obseruare, nam sine dubio excommunicationem incurrerent, & contra sacram immunitatem efficerent. Et ita fuisse decisum in Curia Archiepiscopali Neapolitana, testatur Genuensis *in praxi, cap. 17. num. 5.* & Riccius. *p. 5. collect. 1792.* & idem docet Lazarius *tract. de Blasphem. quæst. 5. n. 71.* vbi sic ait: [Forma huius Constitutionis seruanda est etiamsi confugientem ad Ecclesiam, notorium sit, commisisse delictum exceptuatum in ea: adhuc enim Episcopus debet priùs cognoscere, an hoc sit verum; & posteà cõsignare reum Curiæ sæculari: aliàs extrahentes incurrent censuram & reus est Ecclesiæ restituendus] Hoc etiam docet Farinac. *in Append immunit. cap. 22. numer. 359.* Raynerius *in Catal. censur. capite 9. excom. 31. notab. 3.* & nouissimè Franc. Zipæus *in sua Anal. Iur. can. lib. 3. de immun. Eccles. n. 12.* cum nostro P. Megala *in 3. part. lib. 4. c. 2. q. 1. num. 31.* vbi asserit, formam huius Constitutionis esse seruandam, licet notoriè cõstet reum commisisse delictum in hac Extrauaganti exceptum, nam etiam si notorium releuet ab onere probandi *cap. vestra: de cohabit. Cler. & mul.* tamen non releuat, quando probatio requiritur pro forma. Hæc ille, & alij. Ex quibus constat, me his diebus elapsis in quodam supremo Ministro Regio rectè opinionem Gambacurtæ reprobasse, illum à tali sententia amouendo.

RESOL. CXIV.

An in casibus exceptis liceat iudicibus secularibus sine licentia Episcopi reos ab Ecclesia extrahere? Ex part. 4. tract. 1. Resol. 42.

Sup. hoc in Resol. præterita, & in Resol. seq.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet Ludouicus Cortea *in relect. ad cap. inter alia, de immunitate Eccles. part. 4. num. 10.* Acugna *in Decret. Gratian. part. 1. dist. 87. cap. 6. num. 7.* Iulius Clarus *lib. 5. quæst. 30. §. fin. num. 20.* Couarr. *lib. 2. variar. cap. 20. n. 18.* Guido Papa *decis. 121. num. 1.* Boerius *decis. 109. n. 2.* Guillielmus de Benedictis *in repet. cap. Raynutius ver. & vxorem, num. 444.* & alij testantes ita obseruari in praxi.

2. Sed hodie hæc sententia non potest sustineri, stante Bulla Gregor. XIV. vt ego ipse satis firmaui *in part. 1. * resolut. 14.* cum multis Doctoribus, quibus nunc addo Ambrosinum *de immunitate cap. 11. num. 1.* Simonem Rao *in respons. ad dubia super immunit. Eccles. fol. mihi 27.* vbi citat Aufrerium, Vulpellum, Cynum & Syluestrum, & nouissimè Peregrinum

* Quæ hic est Resi. antecedens.

Peregrinum *de immunit. cap. 14. num. 6.* vbi sic ait. In casibus exceptis, si iudex, vel alius minister iustitiæ, absque licentia Episcopi, vel eius Officialis, & interuentu personæ Ecclesiasticæ à dicto Episcopo, vel eius officiali auctoritatem habente, per vim extrahat reum qui confugit ad Ecclesiam, graue sacrilegium committit, & incurrit in excommunicationem, & pœnas contra sacrilegos prædictos statutas. Patet hæc conclusio ex præsenti constitutione Gregorij Papæ XIV. in illis verbis. [Volumus dictâque auctoritate decernimus & declaramus, vt curia sæcularis eiúsque Iudices & Officiales ab Ecclesiis, Monasteriis, locisque sacris prædictis laïcum aliquem vt præfertur, delinquentem, in nullo ex casibus supradictis (exceptis,) sine expressa licentia Episcopi, vel eius officialis, & cum interuentu personæ Ecclesiasticæ ab eo authoritatem habentis, ad quos solos, & non alios Episcopis inferiores, etiamsi aliis Ordinarij sint, aut nullius diœcesis, aut Conseruatores ab hac Sede specialiter, vel generaliter deputati, prædictam licentiam dandi facultas pertineat. Occurrente autem casu in loco exempto, & nullius diœcesis, tunc ad Episcopum viciniorem deuoluatur hæc cognitio, & non ad alios capere, extrahere, aut incarcerare, nisi eo casu, quo ipse Episcopus & dictæ personæ Ecclesiasticæ requisitæ illos in delictis (exceptis) superiùs expressis culpabiles tradere, aut capturæ & carcerationi interuenire & assistere recusauerint, tùncque reuerentiæ Ecclesiæ & locis sacris debitæ memores prædictos delinquentes minori quo id fieri poterit cum scandalo & tumultu extrahere curent.] Hodie tamen cessat per supradictam constitutionem Pontificiam. Ita Peregrinus, & ego.

RESOL. CXV.

An iudices laici possint sine licentia Episcopi extrahere reos, qui commiserunt crimina exceptuata, quæ non gaudent Immunitate? Ex part. 6. tract. 1. Resol. 28.

Sup. hoc in duabus præcedentibus Resol.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docet Sarpus *cap. 6. fol. 61.* vbi sic ait. Vidimus hactenus, quibusnam sacris locis immunitas tributa fuerit: & quænam reorum conditio nequeat ab iis diuelli. Reliquum modò est, vt videamus; cùm reus aliquis ad Ecclesiam confugit, à qua iure abstrahi possit, quanam auctoritate id efficiendum fuerit. Quocirca communis est omnium opinio, Laïcum iudicem auctoritate, quæ nunc temporalis dicitur, absque Ecclesiastici Præsulis venia, prehendendi ius tribuere, atque vt parficiatur mandare. Cuius sanè rei claræ admodũ & efficaces sunt causæ. Ecclesiarum namque immunitas non violatur, si per vim quispiam in ea comprehenditur, qui tamen eiusmodi defendi non potest immunitate: sed nemo in atrocioribus delictis ea passim vti potest; igitur à quocumque cmoprehendatur, Ecclesiarum immunitas illæsa est. Huc accedit prehendendi facultatem ab iis peti decere, qui negare possint: sed Ecclesiasticus eam negare nequit, quæ à lege tribuitur: quare ab ipso non est petenda. Ita ille.

2. Sed negatiuam sententiam sustinendam prorsùs esse puto, cui assistit ius commune, & constitutio Gregorij XIV. Probatur primò ex iure Canonico *in cap. frater 17. quæst. 4.* vbi prohibetur potentioribus sæcularibus reum inuitum ab Ecclesia extrahere non captata Sacerdotis licentia: ergo, signum est Sacerdotis licentiam requiri. Item facit textus *in cap. definiuit 17. quæst. 4.* in quo datur facultas reddendi Ecclesiæ extractum sine consensu Sacerdotis; vbi Archidiaconus & alij obseruant hoc procedere etiam ad publicum Latronem, & sic ad casus exceptos.

3. Probatur secundò ex iure ciuili per textum *in leg. pateant. in fin. Cod. de his, qui ad Ecclesiam confugiunt:* vbi licèt Imperator extrahi posse statuerit confugientem in Ecclesiam cum armis, si monitus arma non deposuerit; adhuc fieri tamen non posse voluit Episcopo inconsulto: & reddit rationem, ne scilicet si multis passim hoc liceat, confusio generetur. Et licèt ibi Imperator requirat cum Episcopo etiam suorum iudicum iussionem; tamen ipse nihil in materia immunitatis contra sacros Canones potuit statuere, Sufficit nobis per dictum textum demonstrare, quod etiam de iure Ciuili Imperatores voluerunt confugientes ad Ecclesiam extrahi non posse inconsulto Episcopo. Vide etiam Authen. *Siquis. Cod. ad leg. Iul. de adulter, in §. final.* vbi statuitur, quòd si maritus inuenerit in Ecclesia hominem sibi de adulterio suspectum cum vxore sua loquentem; debet vtrumque defensori Ecclesiæ, aut aliis Clericis tradere, vt seruentur, donec sæcularis iudex, qui de hoc cognoscere debet, requirat Episcopum, vt illos ipsi tradat; quod etiam probatur ex Authent. *de mandat. Princip. §. Sed neque,* in illis verbis: *Auxiliabuntur autem tibi ad hoc etiam Deo amabiles Ecclesiarum defensores & Oeconomi.* Et ratio est, quia captura reorum, vt patet, est actus iurisdictionis, qui in alieno territorio exerceri non potest *ex leg. extra Territorium ff. de iurisdict. & in cap. 2. de constitut. in 6.* Ergo Iudex Laicus non potest exercere iurisdictionem in Ecclesia, quia non est de districtu Principis sæcularis, sed de Territorio iudicis Ecclesiastici, vt probat Cardinalis Tuschus *verb. Ecclesia concluſ. 5. num. 10.* & Carolus de Grassis, *effect. 1. num. 617.* Farinacius *consil. 214. n. 3. lib. 3.* & me citato Ciarlinius *controuers. forens. c. 10. num. 5.* & alij penes ipsos. Vnde hanc sententiam in terminis iuris communis tenent Doctores, quos citat & sequitur Farinacius *de immun. cap. vlt. num. 356.* Caballus *in quæstionibus criminal. cap. 194. num. 12.* & Guallinus *tom. 1. in defens. 1. cap. 31. num. 3.* Rolandus à Valle *lib. 1. consil. 24. num. 15.* & Ioannes VViggers *de instit. & iure tract. 8. cap. 6. dub. 26. num. 172.*

Sup. hoc fusè prà in Resol. 63. §. 2. & in Resol. 64. §. Ad doctrinam. & infra in Resol. seq. lege §. Nec valet. & inferius in tr. 2. & ex Resol. 16. Vide §. Secùndò. & ex Resol. 302. §. 1. 2. & 3.

4. Sed hæc difficultas prorsùs cessat hodie stante constitutione Gregoriana, vbi clarè & expresè statuitur sæculares iudices non posse sine Episcopi licentia aliquem ab Ecclesia extrahere; etiam in ipsis casibus exceptuatis. Et ita ego cum multis Doctoribus satis firmaui *in part. 1. tract. 1. resolut 14.* vnde si in casibus exceptis iudex vel alius Minister absque licentia Episcopi, & interuentu personæ Ecclesiasticæ à dicto Episcopo, vel eius Officiali auctoritatem habentis, per vim extrahat reum in Ecclesia existentem, sacrilegium commitrit, & incurrit in excommunicationem. Vide Doctores à me *in citata resolut.* congestos; quibus adde Chartarium *decis. crimin. 46. nu. 87.* & Ciarlinium *in controu. forens. lib. 1. cap. 10. num. 33.*

Quæ hic est prima post præteritam.

5. Vnde ex omnibus supradictis apparet cauendũ esse à Capitulo 75. Alphonsi Regis in Sicilia; dum vult, quòd aliqui delinquentes extrahi possint ab Ecclesia per iudices suos Officiales temporales in quibusdam casibus in prædicto Capitulo enumeratis.

6. Restat modò respondere ad argumenta, quæ pro sua confirmanda sententia Sarpus adducit. Et ad primum argumentum: quòd cùm tales delinquentes non gaudeant Ecclesiarum immunitate, illa nullo modo violatur, si in Ecclesia comprehendantur. Respondeo negando consequentiam: nam licèt crimina exceptuata non protegantur ab Ecclesia, non sequitur ex hoc delinquentes in ipsa comprehendi & inde extrahi

extrahi posse sine licentia Prælatorum Ecclesiasticorum, vt & clarissimè patet ex rationibus hucusque superiùs adductis.

7. Ad secundum argumentum, videlicet, quod licentia petenda est ab illo, qui negare non potest: sed iudex Ecclesiasticus in nostro casu talem licentiam negare non potest. Ergo, &c. Respondeo, quòd talis licentia, licèt ab Ecclesiastico iudice negari non possit, tamen ab illo petenda est ex ratione, quam adducit imperator *in leg. pateant, Cod. de his, qui ad Eccles. confug.* nempè, ne confusio generetur, & irreuerentia erga sacrosanctas Ecclesias à Laicis Ministris in captura reorum.

8. Adde quòd etiam à Regularibus petenda est licentia ab Episcopo prædicandi in suis Ecclesiis; & tamen illam negare non potest Episcopus: & ideò sufficit petita & non obtenta, vt vult Concilium Tridentinum. Ergo non est semper verum id quod Sarpus pro certo supponit: nempe licentiam non esse petendam ab illo, qui negare illam non potest. Vnde ex his omnibus refellendus venit Iustus Oldefob qui nouissimè *in pract. crimin. tit. 3. caut. 17. n. 3* docet, hodie criminosos non expectata Prælati licentia esse ab Ecclesia à iudicibus Laicis extrahendos, & contra Fagundez *in Decal. tom. 1. lib. 5. cap. 1. num. 22.* dicendum est assassinum non esse extrahendum à iudice Laico.

RESOL. CXVI.

An saltem ratione consuetudinis iudices laici possint extrahere reos ab Ecclesia in delictis exceptuatis, & excusationem habere, ne obseruent Bullam Greg. XIV. de Immunitate Ecclesiarum?

Et notatur esse reprobandam consuetudinem, etiam in terminis iuris communis, in qua alicubi alligantur compedibus delinquentes in Ecclesia, donec examinetur causa ab ordinario.

Et an Constitutio Gregoriana sit vsu recepta, explanatur?

Et an vt consuetudo præualeat, aduersus canones, & leges Pontificias, opus sit, vt introducta sit cum scientia, & expresso consensu Summi Pontificis? Ex part. 6. tract. 1. Resol. 29.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docet Sarpus *c. 6. fol. 62.* vbi ex Episcopo Couarruuias affirmat hanc consuetudinem toto terrarum orbe à Christianis receptam esse, & *fol. 51.* approbat etiam aliam consuetudinem vt suprà visum est, extrahendi fures ab Ecclesia, & passim in tota serie huius libri approbat consuetudines in materia immunitatis Ecclesiarum.

2. Sed has consuetudines prorsùs reprobandas esse existimo. Et probatur nostra opinio. Primò quia nulla consuetudo valet, quæ est contra libertatem Ecclesiasticam, vt patet *ex cap. grauem, de senten. excommunicat.* asserunt etiam communiter Canonistæ *in cap. nouerint; de sentent. excommunic. & in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, de constitut.* Sed consuetudo, de qua loquimur, vt obseruat Peregrinus *de immunitat.* Ambrosinus *cap. 14. num. 2.* Bonacina *tom. 2. disput. 3. quæst. 8. punct. 10. num. 4.* & alij, est consuetudo contra immunitatem Ecclesiarum. Ergo, &c.

3. Secundò consuetudo irrationabilis de iure non valet *ex cap. final. & ibi* Gloss. *in verb. irrationabilia; de constitut. in 6. & ex cap. frustrà cap. mala. distinct. 8.* Sed consuetudo, de qua loquimur, vt pote Sacris Canonibus contraria, est irrationabilis, vt patet *ex cap. cum venerabilis. cap. ad audientiam, de consuetud.* Ergo, & c.

4. Tertiò consuetudo statuto æquiparatur *ex eg. de quibus, ff. de legibus ex cap. cùm delectus, de consuetud.* & ideò non inducitur super his, super quibus populus expressè statuere non potest, vt obseruat Aymon *consil. 134. num. 25.* & latiùs *de antiquitate temporum in 4. part. sect. 1. num. 13.* Sed in materia immunitatis Ecclesiasticæ & Ecclesiarum non solum populus, sed Principes Laici nihil sancire possunt, vt habetur *in cap. solita, de maior. & obediend. & in cap. 1. de constit.* Ergo nec consuetudinem introducere valent.

5. Quartò immunitas Ecclesiarum est de iure diuino, vt tradunt communiter Doctores, quos plena manu congerit Chartarius *in decis. criminal. 46. num. 34.* & ego ipse *in part. 4. tractat. 1. resolut. 44.* Ergo, &c. Et licèt daremus, quod negandum est, immunitatem Ecclesiarum esse de iure humano, quod per consuetudinem derogari potest *ex cap. final. de consuetud. cap. in istis, distinct. 4. c. placuit distinct. 22.* tamen non potest procedere quando ius prohibet consuetudinem, supponendo esse iniquam: & hoc modo prohibet ius Canonicum consuetudinem contra libertatem Ecclesiasticam, *ex cap. 1. & c ap. ad nostram, de consuetud.* & docet Rota Romana *decis. 10. de consuetud. in antiquis*: Ergo nulla prorsùs consuetudo est admittēda contra Ecclesiarum immunitatem. Et ita docent communiter Doctores, & nouissimè omnino videndus Fagundez *in præcept. Decalog. tom. 2. lib. 8. cap. 44. num. 20.*

Quæ hic est supra Res. 1. & in Res. 2. §. Verùm respondeo.

6. Quintò supradictæ consuetudines iam reprobatæ sunt à Concilio Tridentino *sess. 25. cap. 20. de reformat.* quatenus innouat, & exactè præcipit ab omnibus obseruari Sacros Canones, & Concilia generalia, necnon Apostolicas sanctiones in fauorem libertatis Ecclesiarum, & personarum Ecclesiasticarum. Et dictum Concilium fuit confirmatum per Bullam Pij IV. in qua adest clausula decreti irritantis, quæ tollit omnem consuetudinem præteritam & futuram, vt infrà probatur.

7. Et tandem sextò omnis difficultas cessat stante Gregoriana constitutione, in qua, vt ego cum multis Doctoribus probaui *in part. 1. tract. 1. resol. 1.* tolluntur omnes consuetudines contra immunitatem Ecclesiarum: quia ibi adest clausula, *sublata*, &c. qua tollitur omnis facultas iudicandi, *in cap si eo tempore, de elect. in 6.* Tum quia adest ibi decretum irritans, contra quod allegari non potest contrarius vsus, vt infrà videbitur: tum quia in dicta constitutione reducuntur omnia ad vnam formam, quæ de sui natura opus est, vt seruetur ad vnguem; tum quia consuetudo derogans immunitati corruptela à Summo Pontifice vocatur. Tum denique quia expressè derogat cuilibet facultati, quomodocunque emanauerit à Seda Apostolica, contrarium iudicandi: sub qua tam statutum, quàm lex & consuetudo videntur comprehendi. Et in specie, quoad casum nostrum statuit iudices etiam in casibus exceptuatis non posse auctoritate propria delinquentes ab Ecclesia extrahere.

Quæ hic est supra Res. 3. à §. Ex his & in aliis eius annot.

8. Sed a duersùs supradicta instabat olim mecum disserens quidam Minister Regius textum *in cap. 1. de constitut. in 6.* vbi Bonifacius VIII. decreuit; quòd Romanus Pontifex per constitutionem à se nouiter editam non intelligitur in aliquo derogasse consuetudinibus locorum & personarum; nisi expressam de iis fecerit mentionem. Sed in dicta constitutione Gregoriana nulla de consuetudinibus particularibus habetur mentio; ergo, &c. Et ita pessimè argumentatur Gambaeurta *lib. 5. cap. 8. num. 8.*

9. Respondeo, quòd textus *in dicto cap. 1. de constitut.* non procedit, vbi per legem consuetudini

contrariam ad ius commune primæuum reducimur: tunc enim consuetudo tollitur per legem contrariam, licèt de consuetudine in lege mentio facta non fuerit, vt docet Paulus de Castro *in l. de quibus, n. 54. ff. de legib.* & Chartarius *decis. crimin. 46. num. 45.* Sed per constitutionem Gregorianam post assertas consuetudines reducimur ad ius commune primæuum: ergo concludendum est consuetudinibus per illam sufficienter fuisse derogatum.

10. Dicendum est igitur contra Sarpum consuetudines contra Ecclesiarum immunitatem esse inualidas, & esse iam reprobatas à sacro Concil. Trident, & constitutione Gregorij XIV. Vnde extrahentes reos ab Ecclesia in casibus exceptis ratione consuetudinis non excusantur à pœnarum incursione.

11. Hinc obiter nota non esse approbandam etiam in terminis iuris communis illam consuetudinem, quam conatur defendere doctus & eruditus Ioannes Petrus Fontanella *decis. 200. & 201.* ex qua alicubi alligantur compedibus delinquentes in Ecclesia, donec examinetur causa ab Ordinario: nam hæc consuetudo tanquam irrationabilis, & contra sacros Canones, atque immunitatem Ecclesiasticam est reiicienda per textum expressum *in cap. definiuit 17. quæst. 4.* vbi cauetur, ne reis aliqua vis, aut nocibilitas, damnùmve inferatur, quin possint per triginta passus ab Ecclesia exire: ergo in dicto textu supponitur ibidem ligari non posse.

Sup. hoc in Ref. seq. §. Sed primus. & supra ex Ref. 101. lege doctrinam §. vlt. paulo post initium.

12. Nec valet dicere, dum causa examinatur, posse iudicem sæcularem suæ iurisdictionis terminos seruare indemnes: quia non est modus seruandi se indemnem exercere iurisdictionem, vbi non potest: nam reus, dum est in Ecclesia, vt satis suprà probatum est, dicitur esse extrà territorium & iurisdictionem iudicis sæcularis: ergo ibi ligare non potest. Et ita docet Persius *de offic. Sacerd. lib. 1. cap. 9. dub. 12. num. 118.* Suarez *de Relig. tom. 1. lib. 3. cap. 2. num. 2.* Fagundez *part. 2. lib. 4. cap. 4. num. 55.* & alij.

Sup. in Ref. præterita §. probatur. & in Ref. 64. §. 2. in fine, & §. Ad doctrinam. & in Ref. 63. §. 2. & infra in tr. 2. ex Ref. 16. lege doctrinã §. secundò. & Ref. 302. §. 1. 2. & 3.

13. Sed quia omnia superiùs stabilita procedunt maximè & sine vlla difficultate in terminis constitutionis Gregorianæ Sarpus *fol. 67.* respondet non esse vsu receptam, & consuetudine antiquatam esse. Sed quoad primum: respondeo, (& hoc est valde notandum, & ideò perpetuò tene menti,) quòd in dicta constitutione Summus Pontifex apposuit clausulam decreti irritantis: cuius ea virtus est, quòd probari non possit legem vel constitutionem tali clausula roboratam vsu non fuisse receptam. Et ita post Ancharanum, Archidiaconum, Geminianum, & alios firmat Caputaquensis *p. 3. dec. 204.* Et nouissimè sacra Rota in Maior. Indultorum die 11. Aprilis 1639. corã Domino meo Merlino, & in eadem causa die 16. Nouembris 1640. corã Domino meo Peutingero. Quibus ego addo Chartarium *decis. crimin. 74. num. 19.* vbi pro hac sententia adducendo etiam Gabrielem, & Marchesanum sic respondet ad iudices Laicos Mediolanenses, qui in causa cuiusdam rei intendebant non esse seruandam dictam constitutionem Gregorianam, quia non erat Mediolani vsu recepta. Hanc etiam sententiam docet Bonacina *tom. 2. disput. 3. quæst. 8. punct. 10. num. 4.* Castrus Palaus *tom. 2. tract. 11. disp. vn. cap. punct. 10. num. 2.* Farinacius *de immunit. cap. 2. num. 5.* Vnde videant illi, ad quos spectat, si non obseruando constitutionem suprà dictam possint se legitimè tueri & defendere asserendo non esse vsu receptam.

Sup. hoc in tom. 6. tr. 1. Ref. 11. §. vlt. & in Ref. 55. §. vlt. sed lege eas per totas, & Resolutiones earum notationum, & infra §. Igitur. hu-

14. Et miror etiam quomodo Sarpus potuisset se tueri, quoad aliqua immunitatem Ecclesiarum lædentia ratione consuetudinis: quia dato & non concesso, quòd dicta consuetudo valeret contra ius: tamen nondum sufficienter præscripta esse potest ad eos excusandos: nam ab eo tempore, quo editum fuit Concilium Tridentinum vsque ad tempus: quo facta fuit constitutio Gregoriana, necdum elapsum erat tempus sufficiens ad legitimam consuetudinem inducendam; & idem dicendum de tempore constitutionis Gregorij XIV. vsque ad diem in qua Sarpus scripsit: nam vt communis fert sententia, vt consuetudo præscribat contra ius Ecclesiæ, & Canones opus est spatio quadraginta annorum vt patet ex authent. *quas actiones, C. de sacrosanct. Eccles.* & ex multis sacris Canonibus, quos semper sequutum fuit venerandum sacræ Rotæ Auditorium, vt in vna Gerundensi Administrationis die 13. Maij 1630. coram Verospio; apud Guerilios Venetos *decis. 375. num. 10.* In vna Salernitana die 2. Iulij 1623. coram Cauallerio *decis. 651. num. 5.* In vna Calaguritana die. 7. Maij 1574. coram Cæsare de Grassis *decis. 11. num. 1.* In Burbensi die 22. Maij 1613. coram Mançanedo apud posthumas Farinacij *tom. 1. decis. 479. n. 12.* in vna Illerdensi die 14. Nouembris 1611. & in vna Romana die 9. Decembris 1614. coram Coccino, penes posthumas Farinacij *tom. 1. decis. 355. n. 2. & tom. 4. decis. 611. n. 3.* In vna Veneta die 6. Martij 1589. coram Mantica *decis. 31. num. 3.* Et tandem in Giennensi die 23. Nouembri 1613. coram Buratto *part. 1. decis. 19. num. 7.* In quibus omnibus decisionibus sacra Rota canonizat communem opinionem Doctorum asserentium contra Canones & Ecclesiam non esse admittendam consuetudinem minoris temporis, quàm quadraginta annorum; Sed, vt dictum est à tempore Concilij Tridentini vsque ad constitutionem Gregorianam non fluxerunt anni quadraginta, neque etiam à dicta constitutione vsque ad tempus in quo scripsit Sarpus: ergo nescio qua ratione potuerit ipse defendere consuetudines contra immunitatem Ecclesiarum, & contra ea, quæ circa dictam materiam disposita sunt in iure, vel in prædicta constitutione Gregorij XIV.

ius Ref. & inferius in tr. 2. Ref. 45. & 345. §. 2 & seq. & in Ref. 33. §. 6. post medium. vers. quibus. Sup. hoc in tom. 6. tr. 2. Ref. 2. §. Tertia. & §. Sed quod. & seq. & in Ref. 6. §. 1. & vlt. & in aliis earũ notationum.

15. Sed ad labefactandã magis opinionem Sarpi & aliorum, qui supradictas consuetudines contra Ecclesiarum immunitatem conantur defendere, sub prætextu, quòd sint validæ, quia dicta immunitas est de iure positiuo, præter responsiones superiùs positas assero, quòd vt consuetudo prænaleat aduersùs Canones, & leges Pontificias opus est, vt sit introducta cum scientia & expresso consensu Summi Pontificis, & præter Oldradum *consil. 237. 244. & 254.* Federicum de Senis *consil. 17.* Nattam *consil. 574.* & Doctores communiter *in c. cùm non ignoras, de prabend. & cap. litteras, de concess. prabend.* adducam in confirmationem huius doctrinæ Oraculum Sacræ Rotæ Romanæ in vna Treuerensi Abbatiæ Sancti Maximini die 24. Ianuarij 1625. coram Domino meo Coccino Decano, vbi firmatur ad inducendam consuetudinem contra Canones requiri nedum scientiam, sed etiam expressum consensum Papæ. Et verba sacræ Rotæ ego adduxi in Apologia contra Salgadum quod etiam nouissimè docuit sacra Rota in Messan. Decanatus die 27. Maij 1641. coram Domino meo Dunozet, & in Maior. Indultorum die 11. Aprilis 1639. coram Domino meo Merlino, cuius magistralis Decisio omnino videnda est.

Sup. hoc in tom. 6 tr. 2. Ref. 10. §. Et ideo. sed lege eam per totam.

16. Qua doctrina supposita, nescio quo pacto consuetudines contra immunitatẽ Ecclesiarum possint defendi ab aliquibus Doctoribus, cum non fuerint introductæ cum scientia & expresso consensu Pontificis: imò contra dictas consuetudines Concilium Tridentinum, & constitutio Pontificia Gregorij inuehitur & illas reuocat, & Summi Pontifices quotidie aduersùs tales consuetudines, potiùs abusus, reclamant, & in Bulla Cœnæ singulis annis improbant

bant & damnant Ergo,&c.

17. Nec obstat dicere quòd tunc consuetudo contra immunitatem Ecclesiarum esset irrationabilis, & introducta aduersus sacros Canones,quando tolleret vniuersam Ecclesiarum immunitatem;secus si in aliquo casu, vt accidit in consuetudinibus aliquorum Regnorum. Et ita argumentatur Couarruuias,quem more pecudum (displicet mihi de viris doctis sic loqui)sequuti sunt postea multi Iurisconsulti , vt Cenedus *in Canon. Quæstion.9.4. num.3.* Sesse *de inhibit. c.8.§.3.n.136. 146. 147. & 155.* Pereira *de manu Regia part.2.cap.59.n.19.* Guttierez *de Gabell. quæst.93. num.12.* Garsias *de nobilit. glos.9. num.44. & sequent.* Vallascus *tom.1.allegat.10.num.5.* Castillo,Soto maior *de tertiis , cap. 12. cum.34.* Rodericus *de ann. reddit. lib.1.cap.17.num.58.62.& 63.* Villalobos *in compend. opin.verb. Clericus. num.80.in fin.* Farinacius *quæst.8. num.3.*Grassus *de effect.Cleric. effect.1.num.388.* Gratianus *in disceptat.forensib.tom.1.cap.40,n.39.* Giurba *consil.52.num.3.* Iulius Clarus *in §. fin.quæst.36.verb. Sed &.*Thomas Bozius *de iur.stat.cap.17. & quod Papa,*& alij.

18. Sed hæc doctrina est prorsùs refellenda,tanquam Sacris Canonibus contraria,vt patet per textum expressum *in cap. Clericus de indiciis.*: in quo à Summo Pontifice damnatur consuetudo particularis contra immunitatem Ecclesiasticam, & ex aliis iuribus,quæ ego adduxi *in part.4.tr.1.* resol.21.*Et hanc sententiam nunc magis stabilire conabor.

Quæ hic vide infra in tr.2.Res.2.à (sed dato. vide in Res. 8.& in aliis locis primæ tom.

19. Dico igitur damnandas esse omnes consuetudines contra immunitatem Ecclesiasticam, etiamsi non sunt generales,ita vt tollerent omnem immunitatemsed etiamsi sint particulares quoad vnum tantùm casum ; & hoc non solùm ex auctoritate sacrorum Canonum, sed ex solidissimis rationibus : quia; vt suprà visum est, consuetudo non potest introducere id quod lex non potest statuere ; quod etiam determinat Sacra Rota die 26. Nouembris 1594. coram Gypsio, & die 22. Martij 1613. coram Mançanedo penes posthumas Farinacij *tom.1. decis.20. n.54 & decis.479.num.3.*non enim plus auctoritatis potest habere, quàm lex, vt patet ex iuribus , quæ adducit Sacra Rota die 30.Martij 1629.coram Vbaldo penes decisiones Venetas Guettrilij *decis.265. num.18.* Sed lex Laica non solùm in generali , sed nec etiam in particulari aliquo casu potest statuere aliquid contra immunitatem Ecclesiasticam, vt de se patet, nec indiget probatione,ex defectu nempè iurisdictionis,vt inter alios docet Chartarius *decis.crimin.num.84.*

20. Quod confirmatur : nam valet argumentum de toto ad partem,vt obseruat Sacta Rota in vna Romana die 11.Maij anno 1609. coram Damascено penes posthumas Farinacij *tom.1. decis. 223. num.1.* & patet *ex l.qui toto ff.de rei vendic.*& ex Menochio *de præsumpt. lib.3. quæst.35. num.27.* Surdo *consil.435. numer.21.* Thoma à Romasettis *in floribus legum Regul.46.*maximè vbi datur eadem ratio , vt est in casu nostro.Idem Menochius *consil.72. num.5.*Surdus *consil. 193.num.6.* Et alij. Si ergo consuetudo generalis contra libertatem Ecclesiasticam etiam secundùm Aduersarios est reprobanda ; neque etiam particularis erit admittenda : vtraque enim est deformis & irrationabilis;nam magis & minus nó differunt specie, nec mutant substantiam rei, vt habetur *in l. vltim.ff. de fund. instruct. & in l.si is cui, ff. quemadmod. seruit. amittat.* & docet Surdus *consil.305. num.66. & consil. 368.num.13.*cum aliis:ergo,&c.

21. Et ita hanc nostram sententiam , nempè consuetudines etiam particulares, & quoad aliquem casum tantum contra immunitatem Ecclesiasticam esse reprobandas docet Baldellus *tom.1.lib.5.disp.39. nu.7.* Bonacina *in Bull.Cœn.disput.1.quæst.20. punct.1. num.10.* Gasparus *in defens.iur.Pontif. disput.6.cap.4. num.23.* Ciarlinius *in controuers.forensib.lib.1.cap.31. num.17.* Mascardus *de interpretat.statutor. conclus. 1. num.131.* Sperellus *decis.37.num.47.* Tannerus *tom.3. disput.5.quæst.7.dub.1.num.16.*cum Suarez & Valboa, quos *vbi suprà* citani : quibus etiam adde Duardum *in Bullam Cœnæ, lib.2.num.18.quæst.9.numer.7.* Et ita hanc sententiam nominatim contra Couarruuiam nouissimè improbauit Sacra Rota Romana die 20. Iunij 1636.coram bon.mem. Coccino in causa Barcinonensis emptionis.

22. Igitur reassumendo breuiter omnia supra dicta assero(& qui habet aures audiendi audiat)omnes & quascunque consuetudines contra immunitatem Ecclesiæ, & Ecclesiasticarum personarum esse inualidas : quia sunt contra ius diuinum,vel saltem contra ius positiuum,aduersùs quod prævalere non possunt ; quia sunt irrationabiles , & ab ipso iure reprobatæ tanquam tales : & quia à Concilio Tridentino,& constitutione Gregoriana fuerunt reuocatæ. Ergo nec excusari possunt ex tacita Summi Pontificis approbatione , nam reclamat singulis annis in Bulla Cœnæ,vt satis probabitur in Apologia contra Salgadum, vt docet nouissimè Franciscus Aranio *in part.2. D. Thomæ,quæst. 97. disput.3. sect.5.dissic.4.* & post hæc scripta Sanctissimus D.N.Vrbanus VIII edidit Bullam quæ incipit *Romanus Pontifex* dat.Romæ 5.Iunij 1641.vbi annullat & reprobat & declarat semper fuisse nullas & reprobatas omnes consuetudines contra immunitatem Ecclesiarum.

Sup. hoc lege suprà §. Sed quia. huius Res.& in tom. 6. tract. 1. Res. 13. §. vlt. & Vide illam per totam,& Resolutiones eius primæ not .& infra in tr.2. ex Res. 335. Vidè §. 10. Deinde.post medium.

23. Vnde ex omnibus supradictis patet refellendum esse Barbosam *de iur. Eccles.lib.2.cap.3.num 82.* vbi asserit circa immunitatem Ecclesiasticam magnam habere vim consuetudinem : quapropter in multis casibus ad illam recurrendum esse ; cùm in nullo casu, vt supra probatum est,possit consuetudo contrà immunitatem Ecclesiarum prævalere.

RESOL CXVII.

An dum causa agitur,reus gaudeat Immunitate necne, & an possit iudex secularis illum ab Ecclesia extrahere,& in suis carceribus detinere?

Et quid est sentiendum de modo constituendi reos ligatos intra Ecclesiam?

Et in textu huius Resolutionis aliqui alij curiosi casus sæpius contingentes in praxi quæruntur , & explanantur , in quibus reus gaudet Ecclesiæ Immunitate. Ex part.1.tract.1.Resol.32.

§.1. AFfirmatiuè respondet Sarpus *c.6.fol.65.*vbi postquam dixisset aliquos asserere in tali casu reos esse custodiendos in compedibus intra Ecclesiam:aliquos verò dixisse vigilias custodiendas esse circa Ecclesiam ; ipse tandem sic subdit. Prudentes iudices rectiùs iudicarũt reos ab Ecclesiis extrahere; saluo tamen iure restituendi sacro loco, quando ita expedire visum fuerit, eósque custodiæ tradere , donec prehensio probata sit, aut improbata, Ecclesiæ restituantur, provt iure conuenire visum fuerit. Sic ille.

2. Sed primus modus constituendi reos ligatos intra Ecclesiam, iam suprà satis à nobis reprobatus est contra Fontanellam.Secundum modum reprobat Sarpus ob reuerentiam debitam sacro loco (Timeo Danaos;& dona ferentes) sed non damnat Raphaël de la Torre *tom.2.in 2.2. quæst.99. artic.3. disput.7.*& Suarez *de Relig.tom.1.lib.3.cap.12.n.4.* & alij, quos citat & sequitur Castrus Palaus *tom.2. tract.11. disp. vnic.*

Suprà in Res. quæ hic est antecedens §. Hinc obiter. & supra in Res. 101. §. vlt. à lin.6. à vers. Nec appeto.

*vnic. punct.*11. *num.*6. Tertium modum, quem ipse approbat,ego prorsùs reprobo.Primò quia extrahés delinquentem sicut vult Sarpus, extraheret illum sine licentia Episcopi, quod supra probatum est esse contra sacros Canones, & Bullam Gregorianam. Secundò, quia Ecclesia habet regulam pro se,quòd quilibet cuiuscunque conditionis ad Ecclesiam confugiens sit in ea tutus. Tertiò, quia cùm reus sit iam intra Ecclesiam, dicitur ipsa Ecclesia in ipsius quasi possessione; & ideò in eadem possessione conseruanda, donec de veritate quæstionis appareat.Et ita docet Decianus *lib.6. cap.29.num.*2. Farinacius *de immunitat. cap. vlt. num.*370. & Peregrinus *cap. 16. n.*29.vbi sic ait: Decianus tuetur, quòd regulariter etiam de iure non sit reus consignandus Curiæ sæculari,vt ille detineatur in carceribus Laicis;sed tutus debeat permanere penes iudicem Ecclesiasticum.Sic ille. Et de hac quæstione non est dubitandum post constitutionem Gregorianam, vbi statutum est quod delinquentes postquam ab Ecclesiis,locisve sacris,in casu quo Episcopi recusauerint extrahere, à sæculari extracti, & capti fuerint,ad carceres Curiæ Ecclesiasticæ reponantur;& imbi sub tuto & firmo carcere, opportunáque custodia illis data etiam si opus fuerit, per Curiam sæcularem detineri debeant. Ita ille.

Sup. in Ref. quæ nunc est prima post præteritam, & in aliis eius primæ not.

3. Sed hîc insurgit dubium. An liceat iudicibus Laicis in casibus exceptis reos reponere in carceribus sæcularibus nomine Episcopi, vt ibi tutiùs custodiátur. Affirmatiuè respondent aliqui, quia in tali casu cẽsentur reponi in Carceribus Curiæ Ecclesiasticæ cùm ibi Episcopi nomine detineãtur:sed hoc mihi nõ placet; cùm Bulla præscribat reum reponendum esse in carceribus Ecclesiasticis, & postquam Episcopus declarauerit eum gaudere immunitate, non possit cũ à carceribus liberare,nisi consentiente Magistratu sæculari.Hinc à fortiori dicendum est non posse iudicem Laicum, qui extrahit reum in casibus exceptis, retinere illum in carceribus suis dando tamen cautionem de immunitate, sed debet re ipsa reum Ecclesiæ restituere: ita Bonacina *tom. 2. disp. 3. quæst.7. punct.4. num.*11.& alij asserentes hoc procedere etiamsi reus sic extractus vellet cedere * iuri suo.

* Sup hoc lege §. penult. & vlt. huius Ref.

4. Sed hîc obiter quærenda sunt aliqua.Et primò inquiro. An Ministri, qui violenter extrahunt reum ab Ecclesia, si postea ex aliquo delicto ad eam confugiant,priuẽtur immunitate.Et affirmatiuè respondet Decianus *lib.6. cap.25.num.*9. Germonius *de Sacror. immunitat.lib.3.capit.*16. *num.*104. & alij: quia non videtur concedendam esse immunitatem ei, qui noluit eam alteri concedere. Verùm ego contrarium sentio cum Castro Palao *tom. 1. tract. 11. disp. vnic. punct.*10.*num.*10. & Farinacio *de immunit.cap.6.num.* 106. Qui concedo talem reum dignum esse, vt immunitate priuetur: sed non apparet ex vllo Canone esse de facto talem pœnam contra illum statutam:ergo pro illo stat regula generalis,vt ipse debeat immunitate gaudere.

Sup. hoc lege §§. annot. seq.

5. Quæro secundò. An in casibus non exceptis possit Prælatus dare licentiam extrahendi reos ab Ecclesia:& ex illius mandato possit iudex Laicus delinquentem capere & punire. Et affirmatiuè respondet Correa *in relect.de immunit. par.4.n.*10.Suar.*tom.1.de Relig.3.c.13.n.*3.Syluest.*verb. immunitas 3.quæst.4.n.*4. Raphaël de la Torre *tom.2.in 2.2.quæst.99. art.3.disp. 7.gardu* 8.& Villalobos *in summ. tom.2. tr.39.difficul. 8.n.*3. vbi sic ait.[Tampoco seria pecado,quando los Rectores de la Iglesia diessen licentia instamente para sacarle,y esto aunque el reo se quexasse:La razon es, porque el priuilegio se concede principalmente à la Iglesia,y entonces seria iusta quando se intreguessen dando primero seguridad de qué no le castigarian con vida, ni en otra pena corporal; come se colige dal *cap. id constituimus* 17. *quæst.*4.] Ita Villalobos Et hanc sententiam post constitutionem Gregorianam,quod valde miror, tenet Peregrinus *de immunitat.c.*12.*num.*9.

6. Sed stante dicta Bulla Gregorij XIV. ego prorsùs teneo hoc Prælatis esse interdictum,nec posse reos iudici sæculari consignare extra casus expressos.Et ita docet Bonac.*tom.*2. *disp.*3.*q.*7. *punct.*7.*n.*3. cui ego addo Castrum Palaum *tom.*2.*tr.*11. *disp.vnic. punct.*11.*n.*5.quia,ait ille, in supradicta Bulla solùm in aliquibus casibus cõceditur Prælatis hæc facultas consignandi reos iudicibus sæcularibus; ergo tacitè in aliis negatur, maximè cùm in dicta Bulla dicatur esse irritum & inane,quod contra actum fuerit.Ergo ne immunitas violetur in casibus non expressis,concurrere debet consensus rei, & consensus Ecclesiæ: nam contra Villalobos & alios vbi suprà, dicendum est quòd licèt hoc priuilegium sit concessum Ecclesiæ, ordinatur tamen etiam & redundat in reos ad illam confugientes, vt non possint inuiti abstrahi.Et ideò sententiam Villalobos & aliorum caueant iudices Ecclesiastici in praxim deducere:nam etiam non desunt asserentes in tali casu Episcopum incurrere in excommunicationem, quia violat immunitatem in constitutione Gregoriana præscriptam,licet alij respondeant dictam excommunicationem impositam esse contra violantes immunitatem per extrahendi, non autem contra Episcopus præbentes extrahendi facultatem.

Sup. hoc lege supra ex Ref. 57. doctrinam §. Sed non desinam. & seq.

7. Et nota hîc obiter,quòd quando iudex extrahit reum ab Ecclesia sine licentia Episcopi,licet postea securitatem tribuat, & cautionem & iuramentum, non esse corporaliter reum puniturum,non excusatur,si non restituat reum Ecclesiæ, quæ spoliata fuit.Ita Suarez *de Relig.tom.*1.*lib.*3.*c.*13.*num.*6. & alij quos citat & sequitur Farinacius *cap.*2.*n.*50. quibus adde Villalobos *num.*4.

8. Quæro tertiò. An iudex Laicus extrahens reum ab Ecclesia,teneatur ad restitutionem damnorum,quæ inde passus est. Non teneri ad vllam restitutionem asserunt aliqui;quia in sentẽtia D.Thomæ 2.2.*q.*99.*artic.*2.*ad* 3.in tali casu non committitur nisi solum sacrilegium,quia rem sacram violat:ergo non adest obligatio restitutionis,quæ consurgit ex violatione iustitiæ.Vide Decianum *lib.*2.*cap.*28. *num.*6. & alios, quos enumerat Ambrosinus *de immunitat.cap.* 15.*num.*8.

Sup. hoc supra in Ref. 108. §. Illustrissimo. & seqq.

9. Sed ibi ipse meritò sententiam tenet affirmatiuam quam etiã tuetur Suarez *de Relig.tom.*1.*lib.*3.*c.* 13.*numer.*5.Valentia *tom.*3.*disput.*15. *punct.*1. *quæst.*2. Villalobos *in summa tom.*2.*tract.*39. *difficult.*8. *num.*4. Layman *lib.*4. *tract.*9.*cap.*3. *num.*14. Scortia *in Bulla Pontif. Epitome* 152. *theorem.*285. Peregrinus *de immunit.cap.*15. *num.*26. Farinacius *cap.*20. *numer.*321.. Bonacina *tom.*2. *disput.*3. *quæst.*7. *punct.*7.*num.*3. Castrus Palaus *tom.*2.*tract.*11. *disput.vnic. punct.*11. *num.* 14.Probatur primò; quia illa extractio non solum est Ecclesiæ iniuriosa, sed etiam reo; nam ipse ius habet ne in Ecclesia capiatur; & si opus fuerit,per vim,& arma potest extrahenti resistere, vt tradit Farinacius *cap.*2. *num.*46. Italia *lib.*1.*cap.*6.§.2.*num.*45. Suarez *vbi suprà, num.*4. & alij: ergo iudex peccat contra iustitiam commutatiuam illum extrahendo; ergo ad restitutionem damnorum tenetur. Probatur secundò,quia iudex Laicus capiens Clericum nõ solùm peccat peccato sacrilegij; sed etiam iniustitiæ, cùm in ipsum iurisdictionem non habeat:ergo etiam non solùm peccabit peccato sacrilegij, sed etiam iniustitiæ

iniustitiæ capiendo Laïcum in Ecclesia; quia in ipsum, dum existit in Ecclesia, nullam iurisdictionem habet.

10. Nec obstat hoc priuilegium esse concessum loco & non personæ; vt sæpiùs suprà dictum est: nam respondeo hoc priuilegium redundare etiam in homines ad ipsam Ecclesiam confugientes: & ideò concessum est quidem loco, sed vt tuti sint in eo existentes.

11. Dicere autem, quòd nullus iudex hanc restitutionem facit, & difficile creditu est tam communem praxim continere tam graué errorem. Respondeo cum Suarez hîc nos non tractare quid fiat, sed quid fieri debeat: nulla enim consuetudo prævalere potest contra hoc ius, quod naturale est, suppositâ Ecclesiæ immunitate, cui etiam iudices per sua facta derogare non possunt.

12. Restat modò respondere ad auctoritatem Sancti Magistri. Dico igitur primò D. Thomam in dicto loco solùm voluisse definire aliqua peccata sacrilegij separata ab omni alia malitia; & licet exemplum poluerit in iudice extrahente delinquentem ab Ecclesia, illi inhærendum non esse, cùm solùm transeunter dixerit, & exemplorum non requiritur veritas. Vel secundò dicendum est & meliùs, quòd non obstat S. Thomam dixisse, cùm iudex extrahit reum ab Ecclesia, solum illud peccatum habere malitiam sacrilegij: quia potest explicari habere malitiam sacrilegij per se ac primariò; consecutiuè tamen habere malitiam iniustitiæ; quatenùs suppositâ immunitate competit ius delinquentibus ad Ecclesiam confugientibus, ne per vim ab ipso extrahi possint. Et hæc dicta esse volo pro reuerentia Angelico Doctori debita.

13. Quæro quartò. An extractus ab Ecclesia restituendus sit, etiamsi post extractionem in carceribus, verbi gratia, iudicis Laïci commiserit delictum pertinens ad forum sæculare. Negatiuè respondet Gama *dec.57.* Sed ego puto contrariam sententiã esse tenendam, quam tuetur Peregrinus *de immunit. cap.15.num.25.* Bonacina *tom.2.disp.3.quæst.7.punct.4. num.13.* Farinacius *cap.2.num.49.* & alij. Et ratio est, quia qui prior est tempore, potior est iure, & non est conueniens, vt Ecclesia propter iniustam iudicis Laïci extractionem detrimentum in sua immunitate patiatur.

14. Sed hîc non est omittenda curiosa & pulchra quæstio. An reus, qui fuit extractus violenter ab Ecclesia & deductus ad carceres Laïcales, possit renunciare priuilegio immunitatis? Et affirmatiuam sententiam tenet Barbosa *de iure Eccles. lib.2.cap.3. num.58.* quam in puncto iuris dicit esse veriorem; cùm nõ principaliter Ecclesiarum intuitu immunitatum iura concessa fuere, sed potiùs personarum quærentium subterfugium Ecclesiarum: ergo dum reus vult renunciare huic priuilegio, ei licebit voluntariè se sinendo capi in Ecclesia, vel dum est in carceribus; sententiæ iudicis Laïci voluntariæ se submittendo, & & renunciando iuri suo. Et rationem adducit, quia iura interdicunt tantùm vim fieri in templis, vt patet *in cap. inter alia, de immunit.* ibi. *Non est violenter ab Ecclesia extrahendus, quæ quidem volenti non infertur.*, quod etiam patet *ex cap. id instituimus. c. definiuit cap. reum 17. quæst.4.* Et ideò Remigius de Gonnis *in tr.1.de immun.fallent.11. ad finem*, sic asserit. Licet fugiens ad Ecclesiam non debeat inuitus extrahi, tametsi voluntariè velit exire, potest extrahi etiam contradicentibus Ministris Ecclesiasticis; cum talis fugiens per hoc renunciet priuilegio quod licitum est. Sic ille apud Barbosam *loco citato.*

15. Sed hanc sententiam puto omninò reiicendam esse, quia, vt suprà obseruauimus, & obseruat Suarez *de Relig. tom.1.lib.3.cap.136. num.11.* & alij quos citat & sequitur Peregrinus *de immun. cap.13. num.12.* istud immunitatis priuilegium principaliter & directè est Ecclesiis concessum; licet indirectè redundet in beneficium delinquentium contentorum in tali loco; ergo ab ipsis renunciari non potest: sicuti renunciari non potest à Clericis priuilegium fori; quia non ipsis ob ipsos, sed ob dignitatem Clericalem concessum est. Et ita hanc sententiam in terminis tenet Farinacius *de immunit. cap.19. num.304.* vbi citat Italiam & Decianum: quibus ego addo Peregrinum *de immunitat. cap.15.num.22.* Trullench *in Decal.tom.1. lib.1.cap.1. dub.11. num.14. & sequent.* & Castrum Palaum *tom.2.tract.11.disp.vnic.punct.11.n.5.* & Mastrillum *lib.2. decis. 169.* Igitur reus extractus ab Ecclesia violenter nõ potest in carceribus renunciare huic priuilegio: sed restitutus à iudicibus Laïcis ad Ecclesiam, ex qua fuit extractus, potest postea, si vult voluntariè ab illa exire & tunc si à Ministris Laïcis capiatur, eius immunitate non gaudebit: vnde dum reus in Ecclesia existit, licèt consentiat se ligari, & extrahi à iudicibus Laïcis, huiusmodi consensus & voluntas non excusat extrahentes à censuris. Et ita intelligendus est Salgadus *tract. de Bull.Pontific.part.1.cap.3. num.64.* aliter omninò refellendus venit.

Sup. in fine §. Sed hic insurgit. huius Res.

RESOL. CXVIII.

An in dubio, an reus gaudeat immunitate, spectet ad iudicem laicum definire controuersiam?

Et in corpore huius Resolutionis inuenientur multa alia pulchra dubia necessaria, & casus circa hoc contingentes in praxi. Ex part.6.tract.1.Res.30.

§.1. Affirmatiuè respondet Sarpus *cap.6. fol. 62.* vbi sic ait. Videndũ modò est, quando exoritur dubitatio; An reus possit abstrahi, necne: ad vtrũ spectet definire. Communis est opinio ad sæcularem solummodo iudicem pertinere omnem de medio tollere dubitationem; eumque pariter cognitorem huius rei & iudicem esse. Ratio manifestè constat: id enim fieri nequit absque certa cognitione eorum omnium quæ acciderunt; atque delictum grauius vel leuius reddere, culpámque aut aliqua dignam excusatione, aut enormem & atrocem facere possunt. Quare quæstiones necessariò habendæ, & omnia diligenter euoluenda, & cognoscenda sunt. Longè alienum munus ab Ecclesiastico, cui res spirituales solummodo committuntur. Ita Sarpus.

2. Sed miror; qua fronte potuit hic Sarpus asserere hanc suam opinionem esse communem: nam negatiuam talem esse testantur Guttierez *in pract.quæst. lib.1.num.5.* & Azeuedus *lib.1.tit.3. lib.3.num.20.* & patet ex Doctoribus, quos attuli, & sequutus sum ego *in part.4.tractat.1.resol.49.* quibus nunc ego addam Barbosam *de iur. Eccles.lib.2. cap.3.num.155. & sequent.* Castrum Palaum *tom.2. tract.11.disput. vnic. punct. 13. num.7.* Rodriquez *in quæstionibus Regular. tom.2.q.51. art.3.* Peregrinum *cap.3. num.2.* Guazzinum *tom.1.defens.1.cap.31.num.3.* Et probatur primò ex iure ciuili *in leg.pateãt, § hos verò, Cod.de his, qui ad Eccles.confug. & in l.præsenti.C.eod.* Probatur secundò ex iure Canonico in textibus expressis, vt *in cap.fin.de immun.* vbi Pontifex Archipresbytero Toletano, & Compostellano Ecclesiasticis personis mãdat, vt publicè nuncient committentes in Ecclesiis homicidia, & mutilationes membrorum non gaudere immunitate Ecclesiarũ: ergo ad illos, & non ad sæculares pertinet

Quæ nunc hanc seque. tur.

tinet hoc declarare. Et *in cap. ad Episcopos* 17. *quæst.* 4. Pontifex præcipit Ecclesiarum violatores per Episcopos iudicari, vide etiam textum *in cap. metuentes, eadem caus. & quæst.* Necnon *cap. ex parte, de verb. signific.* Probatur tertiò ex ratione, quia causa Ecclesiastica ab Ecclesiasticis iudicibus tractari debet, per text. *in cap. Ecclesia Sancta Maria, de constitut.* Sed causa immunitatis, vt de se patet, est causa Ecclesiastica; ergo, &c. Confirmatur, quia agere de immunitate Ecclesiastica pertinet ad honorem & reuerentiam Dei, sed huiusmodi cura ad Ecclesiasticos Superiores pertinet: ergo, &c. Et de hac sententia post Bullam Gregorianam non est dubitandum; cùm in illa clarè determinetur hanc cognitionem spectare ad Episcopum; sed ego puto etiam veram esse stando in iure communi.

3. Nec obstat argumentum, quod in contrarium adducit Sarpus: nam iudex Ecclesiasticus secundùm aliquos quando iudicat; an reus debeat gaudere immunitate, necne; tenetur stare processui facto à iudice Laico. Sed hanc opinionem ego reprobaui *in p. tract. 1. resol. 9.* Et ideò respondeo ad argumentum, quòd iudex Ecclesiasticus potest omnia facere, quæ pertinent & conducunt ad cognoscendam essentiam criminis, de quo agitur: & huiusmodi causæ cognitio non est munus alienum ab ipso, vt perperam vult Sarpus, cùm hæc causa sit spiritualis, & Ecclesiastica, vt dictum est. Adde quòd in causis delictorum mixti fori, ad illa cognoscenda & iudicanda faciunt ea omnia, quæ falsò Sarpus putat esse ab ipso tam aliena. Ergo &c.

Quæ hic est infra Res. 124. & in aliis eius annot.

4. Sed an in tali casu sufficiat de delicto constare per indicia & præsumptiones: an verò debeat id per concludentes probationes apparere; vide me ipsum *in p. 5. tract. 1 resolut. 9. & in 3. part. tract. at. 1. resolut.* 38. Sed hîc obiter discutiendæ sunt aliquæ difficultates. Et ideò.

Quæ hic sunt infra in Res. 124. & 122. & in aliis annot. primę Res. 2. huius not.

5. Quæro primò: An Vicarius Capituli sede vacante habeat facultatem, quam habet Episcopus in casu de quo loquimur, & iudicare, an reus debeat gaudere immunitate Ecclesiastica, necne. Et negatiuam sententiam docet Marius Italia *de immunit. lib. 1. cap. 6. §. 1. num. 42.* quod probat ex verbis Bullæ Gregorianæ, ibi: Ad quos solos, & non alios Episcopis inferiores, &c. Sed mihi magis placet opinio contraria; quando delictum commissum fuit in sua Diœcesi, non autem in loco exempto, vel nullius Diœcesis quod probatur. Quia *ex cap. vnic. de maiorit. & obedient. in 6.* Episcopali sede vacante, potest Capitulum, seu is, ad quem Episcopalis iurisdictio tunc temporis noscitur pertinere, ea omnia facere, quæ posset Episcopus. si viueret. Ita textus: sed facultas de qua loquimur, competit Episcopis iure ordinario, vt patet *ex cap. contumax* 17. *quæst.* 4. *ex cap. & quisquis.* Ergo, &c. Et ita hanc sententiam tenet, & latius probat Peregrinus *de immunit. cap. 3. num. 33. & sequent.*

6. Quæro secundò: An Episcopus electus & confirmatus, non autem consecratus possit cognoscere de causis, de quibus loquimur; & negatiuè respondet Italia *vbi supra, lib. 1. cap. 6. §. 1. n. 88.* vbi adducit multos textus nihil ad rem facientes. Et ideò affirmatiuam sententiam tenendam esse puto; quã tuetur idem Peregrinus *vbi supra, num. 39.* quia ista cognitio est actus iurisdictionis: sed Episcopus electus & confirmatus est simpliciter & absolutè Episcopus quoad actus iurisdictionales per textum *in cap. transmissa, de elect.* & ideò Suarez *tom. 5. disput. 41. sect. n. 7.* asserit Episcopum electum & confirmatum posse dispensare in irregularitatibus & censuris, in quibus possunt Episcopi vigore Concil. Trident. *sess. 24. c. 6. de reformat.* quia talis facultas est actus iurisdictionis, & consecratione non indiget. Ergo, &c.

7. Quæro tertiò: An testes examinati in processu informatiuo sint posteà repetendi citato fisco Ecclesiastico & ipsò reo. Negatiuè respondet Guallinius *tom. 1. defens. 1, cap. 31. numer. 19.* vbi sic ait. Episcopo constare debet de delicto commisso per confugientem ad Ecclesiam plenè, & non per indicia, præsumptiones, & coniecturas. Quod intelligo plenè per testes deponentes super delicto, & ipsomet processu informatiuo, absque eo quòd testes repetantur citata parte. Ita ille. Sed hæc sententia est reprobanda, & ideò hoc negotium nequit terminari nisi parte citata & audita, vt probat ex multis Ciarlinius *controuers. forens. c. 10. n. 150.* Et praxis, vt repetantur testes, permultum reo vtilis esse potest; cùm testes repetiti sæpè addant suo dicto, vel minuant, aut se declarent tali modo, vt quod priùs reo valde noxium erat, prodesse incipiat. Vnde cognitio delicti facienda ab Episcopo si sit ex exceptuatis, necne, debere fieri nõ solũ Ecclesia citata, sed etiam citato reo, contra Ioannem Mariam Nouarium *in summ. Bullar. titul. de immunitat. numer 46.* & alios tradidit etiam Farinacius *tom. 2. consil. 268. num. 48.* & Bonacina *tom. 2. disputat. 3. quæst. 7. num. 10.* quibus adde Peregrinum, & Palaum à me adductos *in 4. part. tr. 1. resolut. 112.* quibus ego nunc libenter adhæreo, quia licèt hoc priuilegium sit Ecclesiæ concessum, tamen redundat in beneficium reorum, exinde agitur de eorum præiudicio; & ideò Ecclesia non potest expellere reum ipso inuito; vt tradit etiam Gambacurta *lib. 4. cap. 22. num. 16.* & alij. Alias rationes videre poteris penes Peregrinum, & Palaum.

Quæ hic est infra Res. 123. & in Res. 125. §. Dixi autem & §. Nec videatur.

8. Quæro quartò: An reo, & Ecclesiæ sint dilationes assignandæ. Et negatiuè respondet Giurba *consil. 50. num. 5.* Sed malè, vt obseruat nominatim contra illum Ciarlinius *loco citato num. 151.* cui adde Castrum Palaum *tom. 2. tr. 11. disp. vnic. punct. 13. n. 14.* vbi sic ait. Episcopus debet delinquenti & Ecclesiæ dilationes concedere; quæ necessariæ visæ fuerint, vt iura sua defendant; quia hoc non tollitur, etsi eius iudicio, & arbitrio probatio delicti commissa sit, est enim de iure naturali; aliàs non plenè erit probatum delictum. Sic ille. Et nota quòd Ciarlinius docet in similibus causis licere etiam reum constituere & interrogare: debet etiam fieri publicatio processus, & de delicto plenas probationes habere.

9. Quæro quintò: An appellatio prohibita reo per Bullam Gregorianam à sententia de tradendo illum Curiæ sæculari, censeatur etiam denegata fisco vel Actori, si Episcopus pronunciet reum esse Ecclesiæ remittendum: De hac quæstione nouissimè tractat me citato Ioannes Baptista Ciarlinius *controuers. forens. cap. 116. num. 68.* & asserit non bene intelligere, quam sententiam ego teneo: sed Sperellus *in decisionibus forens. Ecclesiastic. decisione 65. numer. 2. & sequentibus*, asserit me affirmatiuam sententiam tenere, vt re vera teneo. Et ideò me magis declarando.

Sup. hoc infra in Res. 121. §. vlt. & in Res. 122. §. etiam vlt.

10. Dico circa præsentem quæstionem, quòd sententiæ affirmatiuæ adhæreo: quia quoties reo interdicitur appellatio, censetur & Fisco & Actori prohibita, vt seruetur in iudicio æqualitas: quæ quidem seruanda non esset; potiùs ad rei, quàm ad fisci fauorem deberet fieri. Et ita contra Gambacurtam *lib. 6. cap. 17. num. 3.* & Bonacinam *tom. 2. disputat. 3. quæst. 7. punct. 6. num. 11.* tenet Peregrinus *de immunit. cap. 16. num. 33.* Ciarlinius, & Sperellus *locis citatis*, penes quem cæteras rationes videbis: qui *n. 7.* obseruat in simili casu non solùm denegandam esse fisco appellationem; sed etiam recursum, non ignarus, à Sacra Congregatione immunitatis die 6. Iunij 1619.

1619. Vicarium Licuensem monitum fuisse, vt in futurum se abstineat concedere terminum & recursum in causis violatæ immunitatis Ecclesiasticæ: quoad appellationem fisco denegandam, eamdem sacram Congregationem sub fine anni 1634 idem rescripsisse dicto Alexandro Sperello, ipse vbi supra testatur; addens postea cùm alloqueretur Sanctissimum Dominum nostrum Vrbanum Papam VIII. dictum Pontificem summum dixisse hanc sententiam esse verissimam, ac proinde in Codice Gambacurtæ Beatitudinis suæ iussu contrariam sententiam fuisse deletam.

11. Vnde licèt prohibita appellatione non censeatur prohibitus recursus, vt docet Minadous *decis.* 27. & alij quos citat & sequitur Martha *de iurisd. part.* 4. *centur.* 1. *cas.* 56. *num* 7. Tamen hoc non procedit secundum Sperellum in terminis constitutionis Gregorianæ. Verùm Ciarlinius *loco citato, n.* 69. tenet quòd dicta constitutio non tollit appellationem tam reo, quam fisco, si constaret notoriè de iniusta sententia: quia clausula, appellatione remota, non prohibet appellationem à sententia notoriè iniqua, vt præter Doctores quos ipse citat, tenet Scaccia *de appellat. lib.* 3. *cap.* 2. *q.* 16. *limitat.* 1. *num.* 84. & Gloriosius *in cap. super litteris, de rescript. n.* 333. Nota etiam quòd post hæc scripta peruenerunt ad manus meas consultationes Canonicæ Francisci Zipæi, vbi *lib.* 5. *tit. de immunit. Eccles. cons.* 3. docet quod quando iudex Ecclesiasticus ex præparatoriis informationibus inaudito reo declarauit immunitate non gaudere, posse eum appellare, probat ex ipsa constitutione Gregoriana. Adi illum, & non pigebit.

Sup. hoc infra in tr. Resol. legr eius doctrinam, & signanter in tom. 6. tr. 1. ex Res. 120. § 1.

12. Et tandem quæro sextò. An iudex Ecclesiasticus, quando est dubium inter Doctores, an delictum gaudeat immunitate, necne, possit contra reum iudicare, vt priuetur immunitate? Respondeo negatiuè, quia in conflictu opinionum illa est amplectenda, quæ fauet Ecclesiæ: vt ego ipse probaui *in part.* 1. *tract.* 2. *resolut.* 65. *& in part.* 5. *tractat.* 1. *resolut.* 23. Et ita in terminis loquentes de immunitate Ecclesiarum tenent cum multis Doctoribus Alexander Sperellus *decis.* 60. *num.* 13. & Carolus Maranta *part.* 2. *respons.* 36. *num.* 11. *& resp.* 51. *num.* 12. Farinacius *de immunit. cap.* 8. *num.* 123. *in fine.* Giurba *consil.* 10. *n.* 25. *in fin.* Et aduertant Episcopi, quòd si tradant reos Curiæ sæculari in casu quo debent gaudere immunitate, præter peccatum & obligationem damnorum, si reus esset ad mortem damnatus, incurrerent irregularitatem. Ita Nouarius *in summ. Bullar. tit. de immunit. num.* 31. quia Episcopi nullam habent potestatem in casibus non exceptuatis: & ideò quando agitur de remittendo reo Curiæ sæculari aduertant quid faciunt. Sed quia, vt in hoc iuste & rectè procedant, multum interest, & fundamentum est cognitio delicti, & quænam probatio requiratur. Ideò quæro.

Quæ hic sunt infra in tr. Resol. 201. & 207. & in aliis multis earũ annotatio-num.

RESOL. CXIX.

An cognitio, vtrum reus gaudere debeat Immunitate Ecclesiarum, possit aliquando spectare ad iudicem sacularem?

Et an cognitio loci an sit sacer, & religiosus ad gaudendum Immunitate spectet ad iudicem laicum?

Et docetur ad iudicem Ecclesiasticum spectare cognitionem, si captus à satellitibus affirmat se fuisse captum in loco sacro illis negantibus. Ex part. 4. tract. 1. Resol. 49.

§. 1. ANastasius Germonius *de sacror. immunit. lib.* 3. *c.* 16. *num.* 21. docet Petrum Bellugat & Remigium Gonni asserere, hanc cognitionem esse mixti fori, & propterea ad vtrumque iudicem tam sæcularem, quàm Ecclesiasticum spectare ad diuersos effectus: eo modo, quo ipsi explicant, quos nouissimè sequitur & citat Pereira *de manu Regia part.* 2. *cap.* 56. *n.* 12. vide etiam Fagundez *prac.* 2. *lib.* 4. *cap.* 4. *num* 57. Martam *de iurisd. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 10. Suarez de Paz *in praxi tom.* 1. *part.* 5. *cap.* 3. §. 3. *num.* 8. Bobadillam *in polit. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 40.

Sup. hoc in Res. præteri. 1. § 1. & 2.

2. Sed hanc opinionem, & meritò, impugnat Farinacius *in append. de immun. Eccles. cap. vlt. n.* 366. & contrariam de iure veram esse tenet. Correa *in relect. de immunit. Eccles. part.* 4. *n.* 2. & de illa hodie non est dubitandum, stante Bulla Gregorij XIV. In qua etiam apparet solum iudicem Ecclesiasticum esse cõpetentem in hac materia, quòd etiam priùs patebat ex *cap. fin. de immun. Eccles.* & ex *cap. ad Episcopos* 17. *q.* 4. *& cap. metuentes, eadem caus. & quæst.* & nouissimè hanc sententiam docet Lother. *de benef. tom.* 1. *lib.* 1. *q.* 13. *n.* 96. *& seq.* & Bonacina *vbi infra*, & alij. Ratio est clara, quia causa immunitatis, vt pote Ecclesiastica ab Ecclesiasticis iudicibus debet tractari, neque aduersùs Vulpellum, & alios valet circa hoc consuetudo aliqua in contrarium (quod aduertant ministri laicalis iurisdictionis.) nam dicta constitutio Gregorij XIV. vt ego satis firmaui *in part.* 1. *tract.* 1. *resol.* 1. & docet Cenedus *in qq. Canon. q.* 42. *n.* 12. & Bonacina *in Decalog. disp.* 3. *q.* 7. *punct.* 10. *num.* 2. tollit omnes consuetudines in cõtrarium: vnde hodie non sunt audiendi Doctores asserentes, quòd licèt in aliquibus casibus pro immunitate assistat ius Canonicum, contrarium tamen de consuetudine seruari testantur, & eam fore attendendam opinantur, quia vt diximus, per constitutionem Gregorij omnes consuetudines penitus tollũtur. Vide Tusch. *verb. Immunitas, concl.* 59. *n.* 19. *vsque ad n.* 25. & ideo stante dicta constitutione reprobandus est Correa *loc. cit. part.* 1. *n.* 18. vbi aduertit magnam habere vim consuetudinem circa immunitatem Ecclesiarum; quapropter multis in casibus ad illam iudices recurrunt. Ita ille; sed malè. Nam hodie iudices in casibus contingentibus non ad aliam consuetudinem, nisi ad Bullam Gregorij XIV. recurrere debent, alioquin censuras minimè effugient. Nec facit quòd quandoque Episcopi & Pontifices dictis consuetudinibus non contradicant, nam asserit Pacianus *de probat. lib.* 1. *c.* 29. *num.* 87. Laudensis *decis. Pisan.* 36. *n.* 265 *part.* 1. & Farinacius *in append. cap.* 1. *nu.* 15. illos non consentire sed simulare ad maiora mala vitanda. Vide *cap. iam dudum, de præbendis, & supra resol.* 1.

Quæ hic est supra Res. 3. § Ex his & in aliis eius not.

3. Ex his infertur stante dicta constitutione contra Pereiram *loco cit. num.* 16. cognitionem loci, an sit sacer & religiosus, ad gaudendum immunitate, non spectare ad iudicem laicum, sed priuatiuè ad Ecclesiasticum, ita tenet Marius Giurba *cons.* 10. *num.* 7. Bonacina *in Decal. disp.* 3. *q.* 7. *punct.* 3. *num.* 16. Peregrinus *de immun. cap.* 13. *n.* 18. Matta *de iurisd. part.* 2. *cap.* 50. *num.* 4. & Raudensis *vol.* 2. *consil.* 17. *num.* 12. & patet ex ratione & iuribus adductis, quibus adde *cap. ex parte, de verbor. signific.* vbi est casus de hoc, nã tractatur an territorium Ecclesiæ sit violatum, & dicit quòd huius cognitio spectat ad iudicem Ecclesiasticum, imò Comitissa habens interesse appellat ad Archiepiscopum. Et, me citato, Antonius Nouarius *in summa Bullarum, tit. de immunit. n.* 95. docet * ad iudicem Ecclesiasticum spectare cognitionem, si captus à satellitibus affirmet se fuisse captum in loco sacro illis negantibus.

* Supr. hoc in Res. seq.

RESOL. CXX.

An ad iudicem laicum spectet cognitio, si captus à satellitibus affirmet se fuisse captum in loco sacro, illis autem negantibus?

Et an, si reus captus à iudice laico dicit se esse clericum huius rei cognitio spectet ad iudicem laicum? Ex part. 3. tract. 1. Resp. 32.

Sup. hoc in Resp. præterita circa finem.

§. 1. NOn spectare ad iudicem laicum, sed ad Ecclesiasticum, docet Peregrinus *tract. de immun. Eccles. cap. 13. num. 18.* & Marius Italia *de immun lib. 1. cap. 6. §. 2. n. 100. & 101.* quia ad iudicem ecclesiasticum spectat cognoscere principales causas immunitatis; ergo & alia ad easdem concernentia cognoscere debet, cùm accessorium naturam principalis sequatur, *cap. accessorium, de reg. iur. in 6.* Deinde *in cap. si iudex, de sent. ex commun. in 6.* deciditur quòd si reus captus à iudice laico dicit se esse Clericum, huius rei cognitionem ad iudicē Ecclesiasticum spectare, vt nos late sæpius suprà probauimus, quia de re Ecclesiastica, & spirituali tractatur, ergo, &c.

Sup. & sæpius in Resolutionibus quæ hic sunt infra in tr. 2. Resp. 127. & 128.

2. Nec valet dicere, quòd malefactor est in possessione iudicis laici, & melior est conditio possidentis, nam respondeo, quòd in casu dicti *cap. si iudex*, etiam reus erat in manibus iustitiæ laicalis, & tamen deciditur eius cognitionem ad iudicem Ecclesiasticum spectare, vti omnino in casu nostro etiam determinandum est.

3. Notandum est tamen hic obiter quod Decianus *in tr. crim. tom. 2. lib. 6. cap. 29. num. 10* ex multis DD. asserit, credendum non esse Birruariis in hoc casu, cùm agatur de graui præiudicio tertij; tamen prudens iudex Ecclesiasticus in tali casu considerabit circunstantias, quas notat Peregrinus *vbi sup. num. 16.*

RESOL. CXXI.

An index secularis teneatur restituere reum Ecclesiæ, licèt fuerit extractus cum licentia Episcopi, si constet illum non commisisse delictum in Bulla Greg. XIV. exceptum?

Et an detur appellatio à sententia Episcopi declarantis reum non gaudere Immunitate?

Et quid si sit lata in fauorem rei Ex part. 4. tract. 1. Resp. 97.

§. 1. HIc casus potest frequenter accidere, & apud paucos auctores agitatum inuenies, cui ego affirmatiuè prorsus respondeo; quia tali delinquenti verè debebatur immunitas, & per errorem, qui in huiusmodi imperfecta cognitione facilè interuenire potest, ab ea exclusus, traditus est curiæ sæculari. Constat autem postea iniustam à parte rei fuisse illam Episcopi sententiam, consequenter constat debitam esse illi immunitatem. ergo dum res integra est, & immunitas illi seruari potest, seruanda est; & ita hanc sententiam tenet etiam nouissimè Antonius de Marinis *resol. quotid. tom. 1. cap. 175. num. 2. & seq.* vbi multas alias adducit rationes pro hac firmanda sententia, adi illum, & non pigebit. Vnde hanc sententiam aliquibus ministris Regiis ego consului, quibus etiam adduxi Regentem Constantium in supplicatione ad Paulum V. pro moderanda Bulla Gregor XIV. vbi *n. 70.* sic ait. Etidem dicendum quando extractio fieret cum licentia Episcopi æstimantis reū ob qualitatem delicti extrahendum esse; nā si postea apparuerit, qualitatem illam non esse veram, reponēdus erit delinquens ad Ecclesiā. Ita Regēs Constātius.

Sup. hoc curſim, & cum eodem Marino tantum. ſup. in §. vlt. Reſ. 83.

2. An verò detur appellatio à sententia Episcopi declarantis reum non gaudere, negat Guazzinus *de modo defen. reos, tom. 1. defens. 1. cap. 31. num. 11.* & Bonacina *de leg. disp. 3. quæst. 7. punct. 7. n. 11.* Secus si sit lata sententia in fauorem rei; sed etiam in tali casu appellationem non competere, tradit Peregrinus *de immunit. cap. 16. num. 33.* Verùm cum Bonacina consentit Farinacius *in append. cap. 27. num. 372.*

Sup. contentis in hoc §. ſupra in Reſ. 118. §. Quæro quarto. & ſeq. & pro parte rei infra in §. Vlt. Reſ. ſeq.

RESOL. CXXII.

An Episcopo debeat certo constare de delicto in Bulla exceptuato, antequam tradat reum Curiæ seculari?

Et notatur, quod si sententia Episcopi lata sit in fauorem rei, quòd gaudeat Immunitate, index secularis non possit de tali sententia appellare, Ex part. 3. tract. 1. Resp. 38.

Sup. hoc in Reſ. ſeq. §. vlt. & in Reſ. 1. poſt ſeq. §. Notandum eſt. & in Reſ. 2. poſt ſeq. §. circa ſecundum. quoad hoc in tom. §. tr. 10. ex Reſ. 72. lege doctrinam §. At his. & ſupra in Reſ. 118. §. Sed an.

§. 1. HIc casus frequenter solet accidere, & negatiuam sententiam docent ministri laicalis iurisdictionis, asserunt enim sufficere tantùm coniecturas, & præsumptiones in tali casu; quia ad probandum id, quod in iudicio incidenter, & secundariò, & per modum causæ deducitur, quæuis probatio etiam leuis, & præsumptiua dicitur sufficiens. Et ita hanc sententiam in eorum fauorem docet ex nostris P. Peregrinus *tract. de immunit. Eccl. cap. 3. num. 3. & seq.*

2. Sed ego contrariam sententiam teneo cum Bonacina *tr. de legib. disp. 3. q. 7. n. 3. & 4.* Farinac. *in appen. de immun. Eccles. cap. 22. n. 373. & 374.* Ambrosino *tract. de immun. Eccles. 11. n. 4.* & Mario Italia *eodem tract. lib. 1. c. 6. §. 1. n. 80. & seq.* Primò, quia Pontifex in Bulla asserit, vt verè constet de delicto, sed quādo delictum cognoscitur per coniecturas, & præsumptiones, non dicitur verè cognosci, Ergo. Secundò quando lex requirit probationem, intelligenda est de vera, & non præsumptiua, nam si hoc vltimum requireret: illud exprimeret, vt patet *in cap. pro humanis, de homicidio, in 6. & in l. non omnes. §. a barbaris, ff. de re militari.* Cæteras rationes vide apud DD. citatos, & ita hanc sententiam ego consului his diebus in facti contingentia; nec aliter sentiendum est.

3. Notandum est etiam hîc obiter, quòd si sententia Episcopi lata sit in fauorem rei, quòd gaudeat immunitate, non potest iudex secularis de tali sententia appellare; & ita sentit Peregrinus *de immun. c. 16. n. 33.* sed Farinacius *etiam de immunit. c. 22. n. 372.* cum Gambacurta *de immum. lib. 6. cap. 17. num. 3.* contrarium docet.

Sup. hoc in §. vlt. Reſ. præteritæ. ad mediū verſ. Secus. & ſupra in Reſ. 118. §. Quæro quinto. & ſeq.

RESOL. CXXIII.

An Episcopus, quando cognoscit, vtrum reus gaudeat necne Immunitate Ecclesiæ, debeat illum citare?

Et an Episcopus non possit tradere Curiæ seculari reum extractum ab Ecclesia ex præsumptionibus, & coniecturis probabilibus, sed requiratur concludens probatio de delicto in Bulla exceptuato?

Nec in tali casu Episcopus debeat stare processui facto à iudice laico? Ex part. 4. tract. 1. Resp. 112.

Sup. hoc ſupra in Reſ. 118. §. Quæro tertio. & infra in Reſ. 125. §. Dixi autem. & §. Nec vi-detur.

§. 1. NEgatiuam sententiam docet Antonius Nouarius *in summa Bullarum, tit. de immunitate Eccles. n. 96.* vbi testatur de praxi curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ, & citat Merlinum *in controuersiis forensibus.*

2. Sed affirmatiuam sententiam tuetur noster Peregrinus *tract. de immunit. Eccles. cap. 3. à num. 9. vsque*

vsque ad num.18. & inordicus sustinet hanc sententiam nouissimè Castrus Palaus *tom.2.disp.vnica, de immunitat.punct.13. num.* 11. *&* 12. vbi respondet ad argumenta contraria, & ait praxim in contrarium, si alicubi extaret, abrogandam esse vt pote iuri naturali contrariam.

3. Verùm quidquid sit de hoc, certum est, quòd si reus sponte compareat non citatus, petátque audiri pro sui defensione, omnino audiendus est; & in hoc casu, quousque audiatur se potest opponere sententiæ Episcopi declarantis immunitatem illi non competere; agitur enim de graui eius præiudicio, & de iure naturæ competit ei defensio. Ita Castrus & Peregrinus *locis citatis.*

Sup. hoc in Ref. præterita, & in aliis eius primæ not.

4. Notandum est etiam hîc obiter Episcopum non posse tradere curiæ sæculari reum extractum ab Ecclesia ex præsumptionibus & coniecturis probabilibus, sed concludentem probationem requiri de delicto in Bulla excepto. Ita DD. quos ego ipse citaui *in 3.part.tract.1. resolut.* 38. quibus nunc addo Castrum Palaum *vbi suprà num.* 8. qui etiam *n.9.* docet quòd in tali casu Episcopus non tenetur stare processui facto à iudice laico.

Sup. hoc vlt. latè in Ref. seq. & in aliis eius prime not.

RESOL. CXXIV.

An Episcopus stare debeat processui facto à iudice laico, si reus remittendus sit, vel ne?

Et an non sufficiant coniecturæ, indicia, & præsumptiones ad declarandum, vt reus commiserit delictum in Bulla excepruatum, sed opus est Episcopo, vt certò constet de tali delicto?

Et docetur probationem sufficientem ad torturam super delicto sufficere etiam, vt declaretur ne quis gaudeat Immunitate Ecclesiæ. Ex part. 5. tract. 1. Resolut. 9.

Supr. hoc in Ref. seq. & in fine Resol. præcedentis; & supra Resol. 118. §. Nec obstat & in §. non seq.

§. 1. PRima opinio est affirmatiua, quam tuentur aliqui Ministri iurisdictionis laicalis, quibus fauet Giurba *cons.* 50. *num.* 2. Sed ego prorsus contrariam sententiam tenendam esse puto, quam docent ferè omnes scribentes post Bullam Gregor. XIV. vt Ambrosinus *cap.* 11. *num* 12. Peregrinus *cap.3.num.2.* Italia *lib.* 1. *cap.6.§.1.num.79.* Bonacina *de legib. disput.3.quæst.7.* §. 7. *num.3.* Guazzinus *defen.1. cap.* 30. *num.7.&* 8. Riccius *in praxi tom.2.resol.* 285. *num.3.& collect.*1792. Belletus *in disquis. Cler: part.1.tit. de fauore Cler. reali.* §. 4. *num.* 50. Vulpius *in praxi cap.* 3. *numero.*22. Farinacius *cons.* 168. *num.21. & in Append. de immunit. Eccles.cap.22.num.* 373. quibus omnibus adde nouissimè ex Societate Iesv doctum Castrum Palaum *tom.2.tract.*11. *disput. vn.punct.*13. *num.*9. & probatur apertè ex verbis Bullæ Gregorianæ ibi: Curiæque seculari nec tradi, nec consignari possint, nisi cognitò priùs per Episcopum, seu per deputatum ab eo; an ipsi verè crimina superiùs expressa commiserint. In quibus verbis cognitio istius articuli specialiter demandatur, vt patet, Episcopis, seu aliis ab ipsis deputatis. Sed quando delegatur cognitiò alicuius articuli, vel causæ, censetur delegata potestas sumendi probationes super illo articulo, & causa; vt habetur *in cap. præterea, de offic. delegat.* & *ibi* glossa *ver. delegatus.* & habetur etiam *in l. vbi falsi,* & *ibi* glossa *ver. rationes, C. de falsis.* ergo Episcopi debent recipere probationes de prætenso delicto, & non stare processui exhibito per iudicem sæcularem, cùm agatur de proprio interesse. Deinde confirmatur ex communi doctrina, quæ docet, iudicem Ecclesiasticum non teneri stare processui facto per iudicem sæcularem, vt inter Iuristas tenet Iul. Clar. *in pract.crim.§.fin.q.36. num.*49. Grammaticus *cons.* 42. *num.*1. & alij. quia acta instructorij vnius iudicij in alio non probant, nisi inter easdem, personas & in eisdem causis *ex cap. inter dilectos, §. in omnibus, de fide instrument.* ergo, &c.

2. Vnde hæc opinio à fortiori procedit, quod fatetur ipse Giurba *loco cit.n.4.* quando vrgeret aliqua suspicio contra testes examinatos à iudice laico, vel dubius esset Episcopus; nam in hoc casu certum est illum non teneri stare processui iudicis laici, sed maiorem diligentiam adhibere, faciendo examina re testes illos diligentiùs, vel alios pro informatione suæ conscientiæ, vt tradit etiam & testatur de praxi Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ Ioan. Anton. Nouarius *in summ. Bullarum tit. de immunit. Eccles. num.*81. & ideò Castrus Palaus *vbi suprà* sic ait: Aduertendum est ab Episcopo an processus formatus à iudice sæculari sit formatus antequam reus ad Ecclesiam confugerit, & consequenter antequam de immunitate tractaretur, vel postquam reus ad Ecclesiam confugit, & causa immunitatis tractatur; si formatus est processus antecedenter, esto obligatus non sit Episcopus illi stare, ob rationes dictas, ac debet quàm breuissimè poterit testes illos apud se examinare, & reum iudici sæculari remittere, quia nulla apparet suspicio falsi in supradicto processu. At si postquam reus ad Ecclesiam confugit processus fuerit formatus, tunc suspicionem non leuem habet falsitatis, eo quòd in defensionem proprij iuris, & diminutionem Ecclesiasticæ iurisdictionis formatus fuerit. Ita ille, & ante illum Farinacius *in append. de immunit. Eccles. cap.* 22. *num.* 375.

Supr. hoc in Ref. seq. & §. Hæc strictio. vsque ad §. In hac materia. & §. Rationes, & seq. & §. Circa. & §. penult. & vlt.

3. Nec facit contra nostram sententiam Breue Clement. VIII. directum ad Archiepiscopum Panormitanum *die 6. Febr.* 1597. ibi, si tibi summariè, simpliciter, extraiudicialiter, & quantum pro tuæ conscientiæ informatione sufficere tibi videbitur. nam ex his verbis non sequitur, quòd Episcopus teneatur stare processui iudicis laici, neque ex dictis verbis (vt obseruat ex multis Doctoribus Nouatius *loco cit.*) tollitur substantia probationis, longinquitas temporis, cùm verba summariè, simpliciter, & de plano non excludant concludentem probationem, sed solùm modum probandi.

4. Adde, & hæc, ni fallor, est vera responsio, quòd in illo casu plenè constabat de delicto, neque de hoc tunc vllum extabat dubium, sed tantùm difficultas erat, an illi gaudebant Ecclesiæ immunitate. Vnde tunc Clemens VIII. ne videretur approbare processum iudicis laici, dispensauit in illo casu particulari, vt Archiepisc. Panormitanus traderet aliquos reos ex illis Curiæ sæculari, cum tantùm summaria, simplici, & extraiudiciali informatione: vnde non sequitur quod ita faciendum sit in omnibus aliis casibus.

Supr. hoc in Ref. præterita, §. vlt. & Ref. 1. post præteritam, & infra in Resolut. seq. §. Circa. cũdum. & quo ad hoc in tom. 5. tr. 10. ex Ref. 72. lege doctrinã. §. At hi,

5. Notandum est etiam hic obiter ex dictis contra Gratianum *tom.3.c.596. num.23.* & paucos alios, quòd non sufficiunt coniecturæ, indicia, & præsumptiones ad declarandum, vt reus commiserit delictum excepruatum in Bulla, sed opus est Episcopo vt certò constet de tali delicto, & ita ego cum multis Doctoribus docui *in 3. part.tract.1.resolut.*38. quibus nunc addo Riccium *collect.*1792. Castillum *detis.* 156. *num.5.* Barbosam *de iure Eccles.lib.2.cap.3. num.* 168. Auendanum *de exequend.mand.part.1.c.22. n. 9. & seq.* & Castr. Palaum *vbi sup. tom.2.tr.11.punct. 13.n.8.* quia Ecclesia habet ius tutandi omnes delinquentes ad se confugientes nisi in casibus exceptis, ipsique delinquentes ius habent ne vltra illos casus extrahantur, *cap. inter alia, cap. fin. de immunit. Eccles.*

cap. sicut antiquitus. 17. quæst. 4. ergo dum Prælato Ecclesiæ non constat esse casum exceptum, iniustè Ecclesiam & delinquentem iure suo priuat, at per præsumptiones & probabiles coniecturas non sufficienter constat. Tum, quia hæ præsumptiones non vincunt præsumptionem ortam ex possessione immunitatis, & iure fundato, *l. fin. & ibi* Doctores, *ff. quod metus causa.* Abbas *cap. quia verisimile in 2. notab. de præsumpt.* Tum quia ad tollendum ab aliquo ius quæsitum, & hoc irreparabiliter, non sufficit coniectura, sed requiritur plena probatio. Bald. *in l. iudices num. 2. C. de iudiciis.* Speculator. *tit. de offic. omn. iud. §. fin. n. 18.* Cæteras rationes pro hac firmanda sententia videbis penes Palaum *loco cit.* cui etiam adde Sanchez *in opusc. tom. 2. lib. 6. cap. 1. dub. 11. num. 2.* hanc etiam sententiam absolutè docentem.

6. Non desinam tamen hic adnotare Guarrinum *in defens. reorum tom. defens. 1. c. 31. num. 9.* Castillum *decis. 156. num. 9.* Riccium *in praxi tom. 2. resol. 450. num. 3.* Regentem Constantium *in supplic. ad Paul. V. num. 69.* Gamba *decis. 179.* docere probationem sufficientem ad torturam super delicto sufficere, etiam vt declaretur, ne quis gaudeat Ecclesiæ immunitate. Vnde ex his patet Giurbam, virum alioqui Ecclesiasticæ immunitati benè affectum, *cons. 50. num. 10.* non benè dixisse Riccium nostram sententiam tenentem hallucinatum fuisse, nam communiter DD. illam tuentur, & ideò aduersùs Giurbam nominatim illam tenet nonnisi me Io. Anton. Nouarius *in sum. Bull. tit. de immun. Eccles. num. 88.* & alij penes ipsum.

Sup. hoc in Resseq. §. Circa secundum. paulò post initium.

IN TRACTATV I.

De Immunitate Ecclesiastica.

RESOL. IX. *pag. 12. circa finem resol.* deleantur illa verba: *Et ita audiuit à fide digno, tenere sacram Congregationem immunitatis*, & addatur hæc in fine. Quibus etiam post hæc scripta visum adde Ioan. Baptist. Ciarlinium *controu. forens. cap. 10. à num. 61. vsque ad num. 107.* vbi, me citato, firmat post Bullam Gregor. requiri probationem veram, & plenam de delictis in illa exceptuatis, & in facti contingentia; adi illum, & non pigebit, fusè enim & solidè quæstionem pertractat, & respondet ad Breue Clem. VIII. directum nostro Archiepiscopo Panorm.

RESOL. CXXV.

An Episcopus, vt ferat sententiam, si reus debeat, necne gaudere Immunitate Ecclesiæ, debeat stare processui facto à iudice laico?

Et an requiratur plena delicti probatio? Ex part. 6. tr. 1. Ref. 31.

§. 1. HIc casus frequenter accidit; & de illo ego disserui *in part. 5. tract. 1. resol. 9.* Sed quia postea ab Eminentissimo heu quondam Domino meo Lælio Cardinali Biscia duo Consilia incertorum Auctorum habui circa præsentem quæstionem, in gratiam curiosorum, non grauabor hîc illa per extensum apponere, & iudicium meum ferre.

Quæ hic est Res. antecedēs, & supra in Res. 123. §. vlt. & in Res. 118. §. Nec obstat. & latè infrà a §. Quoad primum huius Res.

CONSILIVM PRIMVM.

2. Ad enodationem illius difficultatis: Vtrùm Episcopus cognoscens de delicto eius, qui ad Ecclesiam confugit; possit ex processu iudicis Laici probationes assumere; ne in ambiguo versemur, indagandus ante omnia est germanus Gregorianæ constitutionis sensus; cùm non ita dilucida sit, vt diuersas admittere nequeat interpretationes. Etenim in versiculo *sed vniuersis*, præcipitur Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis cæterisque Ecclesiarum Prælatis sæcularibus & Regularibus, vt quoties qui ad loca immunia confugerint, vt delicta excepta eorum iudicio commississe videbuntur eos, si requisiti, fuerint sæculari iudici tradant. Postea prohibentur iudices Laici absque expressa licentia Episcopi, & interuentu personæ Ecclesiasticæ ab Ecclesiis delinquentes abducere, præterquam si requisiti consignare derrectauerint. Denique constitutio mandat abductos delinquentes in Carceribus Curiæ Ecclesiasticæ deponi, nec priùs tradi, quàm Episcopus cognouerit, an ipsi verè excepta crimina perpetrauerint, tumque Episcopo mandante per iudicem Ecclesiasticum, omni appellatione remota consignari.

3. Hæc igitur constitutionis pars aliam atque aliam potest expositionem recipere: vna est, quòd duo in hac constitutione definiantur casus; quorum prior sit, cùm nulla inter Episcopos & iudices Laicos circa commissi criminis veritatem orta discrepantia, refugientes ex Ecclesiis per Episcopos abstrahuntur, & sæcularibus Magistratibus consignantur: hoc enim casu delicti probatio Episcopi iudicio committitur, vt in versic. *Sed vniuersis.* Posterior autem casus est cùm educendi licentiam, ipsique eductioni assistere Episcopis recusantibus, reos per se Laici extrahunt, tunc enim mitti statim ac extracti fuerint ad Episcopales carceres debent, nec inde abduci, tradique sæcularibus iudicibus, donec Episcopus cognouerit, verène maleficia excepta commiserint, quo cognito, quacunque appellatione reiecta consignandi sunt. Qui secundus casus deciditur in versicul. *Ne autem*, & in versicul. *Quodque delinquentes.*

4. Hæc autem expositio suadetur ex pluribus. Primò quia cùm in versicul. *Sed vniuersis* per facultatem, immò verò expressum præceptum Episcopis iniunctum tradendi in casibus suprà declaratis criminosos, esset res expedita, non erat cur aliud subiungeretur, nisi quæstionis diuersitas, de qua in præsenti explicatione, id postulasset, fuisset enim frustra effundere verba contra Legislatoris morem, ac dignitatem, *cap. si Papa, §. 1. de priuileg. in 6. l. 1. in fin. ff. ad Municip.*

5. Et absolutæ, atque omninò separatæ orationes, contentæque in eis dispositiones inuicem extenderentur contra textum *in l. sed etsi per pratorem, §. hæc clausula il 1. in fin. ff. ex quibus caus. maior. in l. cohæredi, §. qui patrem, ff. de vulg. & pupillar. & in cap. cum delicti, de donat.*

6. Secundò loquendi modus est valdè diuersus: nam in versicul. *Sed aduersis*, admodum simpliciter Episcoporum iudicio criminum inuestigatio committitur de extractis ad carceres Episcopales deducendis nihil dicitur, & appellatio ab Episcoporum pronunciatione non tollitur, immò à signatura passim admittitur. At in versic. *Quodque delinquentes*, & majori verborum pondere eis iniungitur, vt cognoscant, an verè scelera, de quibus accusantur, refugæ patrauerint, abducti in carceribus Ecclesiasticis reponi iubentur, & omnis prouocatio remouetur. Tanta autem in loquendi, & agendi ratione diuersitas casuum diuersitatem proculdubio demonstrat. *l. si idem*, & *ibi* Bart. Sal. Fulgos. Castren. & alexand. *Cod. de codicill.*

7. Tertiò

7. Tertiò patens afferri potest differentiæ ratio; cùm enim ab Officialibus Laicis, inuitis Episcopis delinquentes extrahuntur æquissimum est, eis liquidioribus probationibus satisfiat: tum quia ex eorum repugnantia res magis dubia præsumitur: tum ipsorum nonnihil læsa videtur auctoritas. Cùmque post attentatam contradictionem, maiorèmque habitam probationis lucem abstrahendos refugas decreuerint, honestissimè appellatio reiicitur: cum enim priùs dissenserint, & factis postea probationibus acquieuerint, præsumptio vehementissima contra confugientes exoritur. Ex rationis autem diuersitate iuris & consequenter facti diuersitas infertur *l. vnic. § hoc interdictum il 2. ff. de sent. l. si postulauerit §. ratio. ff. ad leg. Iul. de adult. l. illud. ff. ad leg. Aquil.* Et quod in vna clausula dicitur, ad aliam non trahitur, in qua non eadem locum habet ratio *l.* 1. vbi Doctores: *Cod. de lib. prat.* Roman. *consil.* 112. *num.* 3. *& cons.* 480. *num.* 7.

8. Quartò versic. *Quod delinquentes*, vbi Episcopus cognoscere iubetur, an verè commissum fuerit exceptum crimen, sequitur immediatè post versic. *Ne autem*, vbi datur Laicis facultas extrahendi delinquentes, si Episcopi licentiam impertiri, atque assistere recusent: ergo ad hunc casum debet quod ibi dicitur referri tanquam ad proximum *l. si idem cum eodem §. vltim. iunct. glos. vlt. ff. de iurisdid. omn. iudic. l. cum gloss. in verb. dotis. ff. de legat. præst.*

9. Hanc primam interpretationem suboleuisse videtur Farinacius, dum relata facultate concessa Laïcis extrahendi per se in casu supradicto delinquentes, subdit sic extractos in carceribus Ecclesiasticis esse detinendos, donec Episcopus de criminum qualitate cognoscat *in tractat. de carcerib. & carcerat. quæst.* 28. *n.* 76. Sed certè nemo, quod sciam, præter Illustrissimum Dominum meum hoc perspicaci, ingeniosòque modo locum istum expresè enucleauit: cuius sola auctoritas apud me plurimùm valet, atque apud omnes valere summo iure debet.

10. Altera intelligentia est. Vt in versicul. *Sed vniuersis* explicentur crimina, quibus non datur immunitas: generatimque propterea statuatur, vt qui eorum delictorum rei Episcoporum iudicio visi fuerint, tradantur sæcularibus Magistratibus; si tradi sibi postulauerint. Verùm quia dubitari poterat de modo in tali traditione seruando, in sequentibus particulis declaratur ne sæculares eos sua authoritate extrahant, nisi cùm Episcopi ipsos tradere recusant: neve extractos ad alios, quàm Ecclesiasticos carceres perducant, vbi detineantur, donec Episcopi cognouerint, an verè excepta crimina commiserint, quo cognito: sublata prorsus appellatione consignentur. Itaut hæc in Episcopali custodia detentio, delictorum exactior cognitio, & appellationis remotio locum habeat, quomodocumque delinquentes ab Ecclesia abstrahantur, siue Episcopi iussu, siue eo reclamante Laicorum auctoritate ab huiusmodi constitutione concessa.

11 Hanc secundam expositionem omnes amplecti tacitè videntur, dum prædictam casuum distinctionem non faciunt, prout Guttierrez *pract. quæst. lib. 3. quæst. 1. num.* 36. Farinacius *consil.* 76. *lib.* 1. *& de immunitat. Eccles. num.* 373. *&* 374. Ambros. *tract. eod. cap.* 11. *num.* 1. *&* 2. Auctores Consil. impressi apud Farinacium *lib.* 2. *consil.* 168. *dubiol.* 2. *&* 3. Et sanè etiam rationibus potest hæc interpretio probari.

12. Primò quia non potest reddi vera ratio, cur potiùs dissentiente, quàm consentiente Episcopo plenior probatio requiratur, cùm semper agatur de præ-

iudicio non Episcopi, sed Ecclesiæ cuius immunitas seruatur, vel læditur.

13. Secundò si dispositio versic. *Sed vniuersis*, intelligeretur de reis tantùm de consensu Episcopi extrahendis, sequeretur, vt non Episcopi soli, sed inferiores etiam Prælati, vt Abbates, & alij locorum Regularium Superiores, cæterique Prælati sæcularium Ecclesiarum tradere possent Laïcis reos, qui ad Ecclesias confugissent: cum prædicti omnes ibi id facere nominatim iubeantur. Hoc autem esset contra omnium sententiam & probatissimam vbique consuetudinem. Generale ergo præceptum quoad Episcopos intelligendum videtur, vt debitam licentiam non negent, & quoad alios, vt de facto non reclament.

14. Nec dici posse videtur Prælatis inferioribus tradendi Laïcis delinquentes facultatem propterea non competere, quòd eis est sublata in sequenti versic. *Ne autem*. Quoniam si in versic. *Sed vniuersis* continetur casus omninò separatus a versic. *Ne autem*, quod in hac parte, seu casu disponitur, ad superiorem partem, seu casum non pertinet, quod si quoad hoc pertinere dicatur cur non etiam quoad reliqua.

15. Quidquid sit de veriori huius loci explicatione non moror: neque enim aut hanc propugno, aut illam oppugno, sed illa tantùm quæ mihi suppetunt, amplissimo viro atque humanissimo, beneficentissimòque Patrono humillimè considerandа propono. Illud vtique mihi dici posse videtur, vt quocunque scilicet modo accipiatur dictus versic. *Sed vniuersis*, parum referat: quia plena & ibi criminis probatio requiritur, cùm sit commissa Episcopis per verba *iudicio suo*, & videbuntur, quæ arbitrium boni viri præ se ferunt *l. fideicommissaria* 46. *§. Cæterùm ff. de fideicommiss. lib. l. fideicommissa* 11. *§. Si fideicommissum, ff. de legat.* 3. Bart. *Extrau. ad reprimendum verb. videbitur, in princip. & num.* 4. latè Menoch. *de arbitr. iudic. lib.* 1. *q.* 8. *n.* 2. *&* 14.

16. Cùm quid autem boni viri arbitrio committitur, seruari debent omnes regulæ iuris Bart. *dicto verb. videbitur, num.* 8. Alexand. *consil.* 33. *lib.* 1. *num.* 3. Iason *in l. si sic legatum, ff. de leg.* 1. *num.* 26. Multò igitur magis id obtinebit in criminalibus, vbi etiam liberum arbitrium est legibus subiectum, Iason *ibi numero.* 24. Menoch. *de arbitr. iudic. lib.* 1. *quæst.* 9. *num.* 3. *&* 4. *& quæst.* 77. *numer.* 1. Farinacius *in fragment. part.* 1. *littera, A, num.* 244. Nullus autem qui iuris regulas seruare voluerit ex processu iudicis Laïci probationes desumet: tum quia aduersarium agit, nimiòque vt plurimum affectu pertrahitur; tum quia vniuersæ illæ rationes repugnant, quæ considerantur à Farinac. *consil.* 76. *lib.* 1. *n.* 1. *&* 2. *& consil.* 168. *lib.* 2. *n.* 26. *cum seqq.*

17. Hæc stricto iure dici posse opinor, solis vi- Sup. hoc in delicet verbis constitutionis perpensis: verùm quia Res. præterita §. Nec facit. post constitutionem prodiit Epistola quædam Clementis VIII. ad Archiepiscopum Panormitanum, qui sedè Apostolicam de nonnullis dubiis, circa probationes delictorum, in dicta constitutione exceptorum, consuluerat: eam Epistolam tanquam legem ad declarationem Bullæ Gregorianæ editam arbitror esse seruandam. Quod enim Princeps per Epistolam ad priuatorum consultationem statuit, publici iuris vim obtinet *l. 1. ff. de const. Princip. §. Sed & quod Principi placuit, Instit. de iur. nat. gent. & ciuil. gloss. 1. in cap. ex tua 9. de fil. presbyt.* Abbas *in cap. Pastoralis 4. de except. num. 1. not. 1.* Felinus *in c. 1. de constit. num.* 17.

18. Mandauit autem Clemens ; vt ſummariè , ſimpliciter,& extraiudicialiter & quantum pro conſcientiæ informatione ſufficere videretur, delicti veritatem inquireret , provt habet Genuenſ. qui eam Epiſtolam ad verbum refert *in pract. Archiepiſc. Neapolitan. capit.* 94. & Farinac. *conſil.* 168. *lib.* 2. *addit.* 1. Pondero igitur Summum Pontifem contentum eſſe extraiudiciali probatione , quod inſinuat non modò dictio illa *extraiudicialiter* , verùm etiam clauſula , *quantum pro conſcientiæ informatione* , &c. Cum enim quid alicuius conſcientiæ committitur , iudicialis commiſſio non dicitur , ſed conſcientialis. Franc. *in cap. ſtatutum* 11. *§. aſſeſſorem. de reſcrib. in* 6. *n.* 6. Baldus *in l. certum* 5. *Cod. vnde leg. num.* 7. *in fine.* Roman. *num.* 25. Et propterea cognitio non requiritur. Lap. *alleg.* 60. *aliàs* 61. *num.* 4. Eſt enim ſecundùm veritatem exequenda commiſſio , & ſatis eſt , ſi iure gentium ſuſtinetur. Bald. *in l. Cod. de fidei commiſſ. num.* 2. Farinac. *in dicto §. aſſeſſorem, num.* 6. Ac ſufficit qualitercumque inquirere, & probationem ipſi ſoli , cui eſt demandata, concludere. Franc. *ibi*, & Felin. *in cap.* 1. *de conſtit. num.* 51. *propè finem verſ. ſi dicatur ſecundùm conſcientiam.* Habétque is iure ordinario ſolum Deum cognitorem & iudicem , Gloſſ. *in verb. relinquatur in d. cto §. aſſeſſorem.* Franc. *num.* 6. Abb. *in cap. ſuper his* 18. *de accuſat. num.* 16. *ad med. verſ. Item ſi committitur conſcientia.* Et dicit Mandoſius poſſe ſequi animi ſui proprium motum ſola naturali æquitate moderatum *Addit. vltim. ad allegat.* 15. *Lapi.*

19. Cùm igitur ex vi dictarum clauſularum poſſint Epiſcopi vel extraiudiciales probationes recipere , poterunt vtique etiam deſumere ex proceſſu iudicis Laici, quæ in Eccleſiaſtico foro inſtar extraiudicialium ſunt. Et meritò quidem id faciunt, ſi ex perſonarum grauitate ac dignitate fides videatur teſtibus adhibenda. Aut ſi ex tempore exceptarum probationum videatur ſuſpicio tolli : vt ſi exibeatur proceſſus, immunitatis controuerſia nondum orta , confectus, cui multum tribui poſſet; ſecus autem proceſſui poſt litem parato ex grauiſſimorum virorum ſententia ſcripſit Farinacius *de immunitat. Eccleſia. numer.* 37.

CONSILIVM SECVNDVM.

20. In hac materia quomodo Epiſcopus ſe gerere debeat in cognoſcendo, an ij, qui ad Eccleſias, vel alia loco ſacra , vel immunia confugerunt , & inde ſeruata forma conſtitutionis Gregorianæ extracti, & ad carceres Epiſcopales traducti fuerunt, prætenduntúrque à fiſco Laicali, ſeu aliàs perpetraſſe crimen in eadem conſtitutione expreſſum , atque excluſiuum immunitatis, plura occurrunt dubia.

21. Primum. An iudex Eccleſiaſticus , ad quem dicta cognitio ſpectat, teneatur ſtare proceſſui fabricato à Curia ſæculari. Secundum verò, quænam probatio requiratur in dicta cognitione.

Sup. hoc in Reſolutionibus poſitis in annot. prima huius Reſ.

22. Quoad ad primum dubium , eſt non parua controuerſia inter Doctores, qui poſt præfatam conſtitutionem ſcripſerunt : ſunt enim inter ſe diſſentientes. Nam Farinacius *in conſil.* 76. cum Falc. *ibi* , & penes eumdem *conſil.* 168. conſulentes, aliíque relati per Giurbam *conſil.* 50. *& conſil.* 100. tenuerunt , quòd iudex Eccleſiaſticus non tenetur ſtare ſæculari proceſſui ; ipſe autem Giurba in dictis conſiliis contrarium nititur probare.

Sup. hoc in Reſ. prætexta §. Nec facit.

23. Rationes tamen deductæ per ipſum Giurbam mihi non concludunt; quia ipſe fundat ſe præcipuè in Breui Clementis VIII. regiſtrato in Praxi Archiepiſcop. Neapolitana *cap.* 94. vbi Clemens in eo delicto Panormi perpetrato mandat Archiepiſcopo, vt tradat delinquentes ibi nominatos Curiæ ſæculari ab Eccleſia extractos, ſi etiam ſummariè, ſimpliciter , extraiudicialiter repererit commiſiſſe crimina ibi expreſſa : dicitque Giurba ſe vidiſſe hanc ſuam ſententiam receptam in Praxi ex dicto Breui. Iſtæ inquam rationes Giurbæ non concludunt: quia ſatis dignoſcitur hoc ipſum Breue Pontificium fuiſſe datum in dicta cauſa Panormitana ex rationabilibus cauſis animum Papæ mouentibus, & cum clauſulis derogatoriis ad conſtitutionem Gregorianam, & cæteras conſtitutiones : vnde non eſt trahendum in exemplum ad alios caſus.

24. Et dum ſubdit Giurba ita fuiſſe deciſum à ſacra Conſulta, vt in additione ad dictum Conſilium 168. penes Farinacium, quamvis hoc videatur colligi ex verbis dictæ additionis: dum non obſtáte præfato conſilio 168. Farinacius ſcribit ſacram Conſultam reſoluiſſe , quòd ibi delinquentes traderentur Curiæ ſæculari : tamen poteſt replicari primò, quòd ille ordo cẽſetur emanaſſe à Principe, mediante ſacra Conſulta eum repræſentante. Secundò quòd iſta declaratio fuit facta in crimine aſſaſſinij ita graui, vt habeat ſecum multa ſpecialia, iuxtà textum *in c. de homicid. lib.* 6. & tradita per Maſchard. *concl.* 137. Tertiò, quod cadé daclaratio ſimpliciter accepta videtur nõ poſſe de iure ſuſtineri, vt infrà, cùm de cætero iſta declaratio videatur facta per ſacram Conſultam, prout de iure, ex ordine Sanctiſſimi.

25. Nec mihi fit veriſimilis conſideratio Gambacurtæ relata per Giurbam, *vbi ſuprà*, quòd non præſumatur voluiſſe Pontificem anteuertere Curiam ſecularem per commiſſionem factam Epiſcopo in rebus ſpiritualibus occupato : ſiquidem cùm hæc cognitio ſuper immunitate pertineat ad Epiſcopum , etiam ante conſtitutionem Gregorianam , quicquid alij dixerint , etiam in criminibus exceptis , vt per Gratum *diſceptat.* 596. & per Giurbam *dicto conſil.* 100. non poteſt iudex Laicus conqueri.

26. Prout non ſuffragatur aſſertio Giurbæ, quòd aliter cauſa protraheretur , cum longa carceratione rei, & damno etiam ipſius immunitatis, cum Epiſcopus poſſit terminare cauſam remotis ſuperuacaneis dilationibus, & habeat poteſtatem ex conſtitutione Gregoriana terminandi cauſam appellatione remota, & inſuper ipſi reo magis expediat cauſam maturius diſcuti, fiſcóque ſeculari nihil depereat reo cuſtodito in carcere.

27. Pariter mihi non ſatisfaciunt rationes adductæ per Farinacium *dicto conſil.* 76. dum vult probare quod non ſit ſtandum proceſſui ſæcularis: nam prima eius ratio, quòd regula ſit Eccleſiaſticum iudicem non debere ſtare proceſſui ſæculari, ex Claro *in Prax. crim. q.* 36. *in fine*, & aliis per eum adductis: & quam rationem etiam adducit Guazin. *in ſuo tract. pro reis, defenſ.* 1. *c.* 30. non concludit in terminis noſtris : quia Clarus & alij prædicti loquuntur, quando agitur de proceſſu facto à Iudice Laico contra Clericum, qui iudex eſt omninò incompetens, nullámque habet iuriſdictionem in Clericum: vnde non mirum , ſi proceſſus non valet, nec attendendus: & videmus, quòd etiam acta iudicis ſæcularis aliàs per iudicem Eccleſiaſticum obſeruanda non attendantur, quando ſunt inualida. Dec. *in capit. at ſi Clerici, numer.* 91. *de iudiciis.*

28. Eodem modo alia ratio Farinacij, quòd cognitio ſpectat ad Epiſcopum, & conſequenter etiam facultas aſſumendi probationes, & diffiniẽdi cauſam, non conuincit, quòd inde ſequatur Epiſcopum non poſſe ſtare proceſſui ſæculari. Ad rationes verò propoſitas

positas in dicto consilio 168. penes Farinacium patebit responsio de infrà scriptis.

29. Quamobrem censerem standum esse processui sæculari, dummodo sit compilatus ante confugium ad Ecclesiam ipsius confugientis delinquentis, necnon contineat sententiam condemnatoriã ipsius Rei: vel saltem testes in eo examinati probantes delictum sint repetiti, vel aliàs habiti pro repetitis à reo. Moueorque ex illa communi conclusione, quòd acta facta coram iudice seculari probant coram Ecclesiastico *text. in d.c. at si Clerici, num.* 90. Et hinc sicut iudex sæcularis tenetur adiuuare Ecclesiasticum, ita & è contra; cùm Ecclesiastica & ciuilis iurisdictio sint inuicem confœderatæ : & propterea etiam banditus à iudice sæculari, debet haberi etiam pro bandito ab Ecclesiastico, vt benè per Alciatum *in cap. 1. n. 121. de offic. Ordin.*

30. Dixi autem de processu formato ante confugium ad Ecclesiam : quia si iudex sæcularis post confugium formaret, vel perficeret processum suum videretur id facere, vti in causa propria, vel interesse habens vltra quod id attentaret pendente causa coram Episcopo, vt bene per Farinacium in hoc casu *dicto consil. 79. num. 2.* expressi : etiam, quòd adsit condemnatio iudicis sæcularis, vel quòd testes sint repetiti parte citata, vel habiti pro repetitis, quia solus processus informatiuus non faceret fidem, cum testes examinati parte non citata non probent, nec faciant iudicium, etiam in criminalibus. Farinac. *q. 72. num. 87.* & Guaz. *defens. 24. cap. 9.*

Sup. hoc supra in Ref. 8. §. Quarto tertio, & in Ref. 23.

31. Nec videtur obstare, quod asserit idem Guaz. *dicta defens. 1. c. 30.* relatus per Giurbam *in citato conf. 50.* sufficere quòd testes deponant super crimine, licèt non sint repetiti : nam ratio Guallini, quòd in criminibus exceptis probent testes non citata parte, vltra quod Doctores per eum allegati loquuntur solùm in crimine Assassinij, & læsæ maiestatis humanæ, ista assertio patitur difficultatem, cùm multi alij teneant etiam in dictis criminibus requiri citationem, vt per Mascardum *dicta concl. 137.* Farinacium *q. 72. vbi supra* & per eundem Guallinum *defensione 24. cap. 9.*

32. Stabit ergo conclusio, mea sententia, quod videlicet possit stari processui sæculari. Nec mihi facessunt negotium rationes in contrarium adductæ penes Farinacium *in dicto consil. 168.* nempè quòd acta sæculari iudicio, tunc probẽt in Ecclesiastico, quando sunt inter easdem personas in eadem causa, & agitur ad eundem finem, vt per Decium *in dicto cap. at si Clericus, num. 90.* Nam consideratur, quod constitutio Gregoriana solùm requirit in cognitione, quòd verè fuerit admissum crimen exceptum; hoc autem apparet ex processu seculari. Nec Ecclesia constituit diuersum ius cum illa, quemadmodum tuetur confugientes ad se in criminibus non exceptis, ita & excludit facinorosos in delictis exceptis; & non vult, quòd immunitas patrocinetur in casibus non permissis, cùm aliàs id esset pernicioſum. Menoch. *præsumptione 10. l. 5.* Nec finis cognitionis super immunitate tollit fidem actis in Curia sæculari: cùm multi etiam velint non attendi diuersitatem causæ. Addentes ad Capellam Tholosanum *quæstione. 199.*

33. Et vlterius hoc venit in consequentiam delicti excepti, & consequenter dicta acta probant Capell. Tholosan. *d. quæstione 199.* Et sicuti in crimine hæresis tenetur stare iudex sæcularis processui Ecclesiastico, ita & iudex Ecclesiasticus processui sæculari in crimine fori sæcularis. Decius *in dicto cap. at si Clerici, num. 100. de indic.* Deinde in crimine mixti fori attenditur pœna maior ex latè traditis per Farinacium *in quæst. 4. num. 8.* Et Doctrina Angeli & Socin. relata *in dicto consil. 168.* quòd testes non faciant fidem coram alio iudice, cum ille debeat videre ipsos testes, eorùmque dicta præsens agnoscere, vltra quòd patitur difficultatem procedit quando coram alio iudice agitur ex illis testibus ad puniendum, vel absoluendum reum, vt in iis terminis præfati Doctores loquuntur, non verò, quando agitur simpliciter ad remittendum, prout in casu præsenti.

Sup. hoc in Ref. præterita §. Notandum est. &c. Sup. hoc ibidem. §. Non desinam.

34. Circa secundum dubium est quoque contentio inter Doctores : nam permulti voluerunt requiri plenam probationem criminis excepti ad effectum tradendi Curiæ sæculari delinquentem. Alij autem voluerunt, quòd sufficiant indicia ad torturam prout latè refert Giurba *in dictis consiliis 50. & 100.* quos in effectu sequitur ipse Giurba; & fuit opinio Senatus Lusitani. vt ibi penes Gamam *decis. 171. & 182.* Gratianus autem *disceptatione 596.* lato calamo defendit sufficere, quòd Episcopus etiam extraiudicialiter se informet : tum quia constitutio Gregoriana non ponit modum probandi : tum quia remittit traditionem Curiæ sæculari iudicio Episcopi, & ad verbum eius rationes refert Giurba *in dicto conf. 100.* fundans etiam se in dicto Breui Clementis VIII.

35. Sed ego arbitror non sufficere extraiudicialem informationem cùm constitutio Gregoriana requirat cognitionem per modum conditionis, quæ conditio non est *in l. ius alimentorum* per Grat. allegata, *ff. vbi pupillus educari debeat* : vltra quòd ibi Bartol. requirit iudicialem cognitionem, quando adest pars, & tractatur etiam de alimentis decernendis. Et verba posita in constitutione Gregoriana vt tradat Episcopus Curiæ sæculari eos, qui iudicio suo videbuntur commisisse delicta ibi expressa, denotant arbitrium boni viri. Latè Menoch. *quæst. 8. de arbitr.* & consequenter tenetur Episcopus seruare ordinem iudiciarium : idem Menoch. *ibi quæst. 13. & 29. & consilio 69. num. 63. & 69. in consil. 1131. n. 8. lib. 11.*

36 Et propterea videtur ex his requiri plenam probationem, & ex adductis *in dicto conf. 168.* & per Castill. *decis. 166.* Nihilominus opinarer ego, quòd si processus fisci sæcularis esset antiquus: vel Episcopus aliunde non posset habere veritatem, in casu dubio semper deberet consulere Sacram Congregationem, vt etiam arbitratur Guallinus *in defensione 20. sub num. 20.* Multa alia possent dici, sed ne tædio sim, omittenda esse duxi.

37. Vidisti, amice Lector, quæstionem propositam in principio huius resolutionis latè discussam in supradictis Consiliis. Ego verò contra secundum Consilium persisto in mea opinione, quæ communis est, vt patet *in citata resol. 9. tract. 1. mea quinta partis*, quòd videlicet Episcopus non tenetur stare processui facto à iudice Laico; & maximè si fuit factus, postquam reus commisit crimen, & ac Ecclesiam confugit. Displicet etiam mihi id quod in primo Consilio asseritur; nempè Epistolam Clementis VIII. tanquam legem ad declarationem Bullæ Gregorianæ editam fuisse: quod tanquam falsum esse reiiciendum ego notaui *in dicta resolut. 9.* & notat Ciarlinius *in controu. forens. tom. 1. cap. 10. à num. 92.* Dicendum est igitur dictum decretum Clementis VIII. fuisse locale, pro ciuitate Panormitana, & pro illo casu : non enim Pontifex voluit in eo constituere legem generalem : quod apparet, quia dirigitur ad Archiepiscopum Panormitanũ, vt patet ex inscriptione, quæ ait: Venerabili Fratri Archiepiscopo

Quæ hic est Ref. antecedens, & in aliis eius primæ not.

Sup. hoc ibidem §. Nec facit.

Panormi Clemens VIII. & solùm deseruit pro illo casu, pro quo fuit requisitus, vt colligitur ex illis verbis: *supplicando vt quid in huiusmodi causa faciendum sit, tibi præscribere dignaremur*: ideò illud Decretum tanquam lex localis, & particularis non ligat extra eum locum, & casum, vt ad rem dixit Farinac. *in append. de immunitate Eccles. cap. 22. numero 351.* latè Peregrin. *eod. tract. cap. 11. numero 10. 11. 12. & 17.* vbi dicitur etiam, quòd Pontifex, si voluisset facere legem generalem, eam fecisset publicare Romæ in Campo Floræ, vel in Basilica Sancti Petri, vt solet: quia publicatio est de essentia legis, licèt quòd placet Principi, etiam per Epistolam legis habeat vigorem, vt ad rem dixit Mar. Ital. *in dicto tract. lib. 1. cap. 5. §. 4. numero 6. versic. vnde si.* tamen hoc procedit, si Princeps habuit animum condendi legem; & eam publicare fecerit, vt requirunt Farinacius & Peregrinus *in locis*. Et præterea esto etiam quòd illud Decretum Clementis VIII. generaliter obligaret, non tamen tollit Bullam Gregorianam requirentem veram probationem: nec efficit, quin necessaria non sit plena probatio; licèt enim dicat posse Episcopum se informare summariè & extraiudicialiter, & quantum pro suæ conscientiæ informatione sufficere videbitur, tamen hæc verba solùm apta sunt ad tollendas iuris solennitates, & apices: non autem immutant, quoad veras probationes. & ad decisoria iudicij: quin saltem ius gentium, vel naturæ non sit seruandum, vt latè tradit Osascus *in decis. 1. numero 1. & numero 15.* & Farinacius *dicta quæst. 8. numero 84. in versiculo nihilominus, & quæst. 63. num. 13.* Mart. *claus. 160. num. 10. part. 1.* nam iure naturæ in ore duorum, vel trium stat omne verbum. *l. vbi numerus. ff. de testib. cap. si quis testes. §. vbi 1. quæstione 3.* Cephal. *consil. 651.* Mascardus. *de probat. in præfat. quæstione 5. numero 117.* Farinacius *quæstione 63. numero 232.* Ideò Episcopus non potest suam quietare conscientiam, nisi talem habeat probationem, quam omnia iura requirunt. Concludamus igitur veriorem, & magis communem esse opinionem, quæ requirit plenam probationem delicti excepti, vel indubitata indicia, antequam reus foro sæculari tradatur, & immunitatis beneficio priuetur.

38. Recognosce omninò prædictum Ciarlinium, & nouissimè Ægidium Trullench *in Dicalogum tom. 1. lib. 1. cap. 11. dub. 6. numero 4. & 5.* vbi nobiscum docet Episcopum non posse stare processui facto à Laica potestate, sed debere nouas probationes recipere, & quòd debeat plenè de delicto constare: nec sufficere, vt illud per coniecturas & præsumptiones cognouerit. Nec deseras videre me ipsum *loco citat. in part. 5. tract. 1. resol. 9.*

Quæ hîc est Res. antecedens.

RESOL. CXXVI.

An reus confugiens ad Ecclesiam possit per iudices Ecclesiasticos, vel laicos puniri pœna exilij, vel ad perpetuum carcerem?

Et an possint iudices supradictum reum condemnare ad triremes etiam in perpetuum, non tamen ad remigandum, vel vt seruiat ei cui iniuriam intulit?

Et notatur, quod licet confugiens ad Ecclesiam impunitus dimitti non debet, tamen pœnam ei infligendam, non iudex laicus, sed Ecclesiasticus debet imponere. Ex part. 1. tract. 1. Resol. 12.

§. 1. POsse, respondet Gambacurt. *lib. 4. cap. 33. & 35.* sed non est audiendus; & negatiuam sententiam tenendam existimo cum Farinac. *tract.* de *immunit. Eccl. cap. 21. num. 333. & 336.* Idem docet Franc. Suarez *de Relig. tom. 1 tract. 2. lib. 3. cap. 12. num. 6.* cum Mario Italia *de immunit. lib. 1. cap. 6. §. 3. num. 1. & seq.* Innoc. & Hostiens. *in cap. inter alia. de immunit. Eccles.* Ancharan. & Zabarel. *in Clem. 1. de pœn. & remiss.* & aliis. Et ratio est: quia exilium, & carceratio est grauis pœna, & inter corporales computatur, vt ait Suarez, & alij. Sup. contestis in hac Res. infrà in Res. seq.

2. Nota etiam, quòd dictus Gambac. *cap. 34. n. 9.* tenet, posse Iudices supradictum reum condemnare ad triremes, etiam in perpetuum, non tamen ad remigandum: & hoc etiam concedit in homine robusto, & laboribus assueto; etiamsi ex tali remigatione esset verberandus. Sed hæc opinio, & aliæ multæ supradicti Authoris, circa immunitatem hanc, sunt reiiciendæ: vt istam reiicit Pater Suarez, *vbi supra*; asserens, talem reum non posse condemnari ad triremes, etiamsi ibi verberandus non esset, propter duram, & laboriosam seruitutem. Docet etiam Gambac. *vbi supra cap. 32. num. 2. & seq. ex can. de raptorib. 36. q. 1.* posse Iudices dictos crimino sos, de quibus loquimur, condemnare, vt seruiant ei, cui iniuriam intulerunt: sed contrarium, & rectè docet *ibidem* Suarez; & dispositionem illam in raptu virginum, specialem esse existimat, propter illius delicti atrocitatem: imò existimat, illum canonem non esse receptum, neque per se posse vniuersam Ecclesiam obligare: vnde patet contra Gambacurtam, quòd si dictus canon non est in vsu, quoad raptores virginum; quanto magis quoad alios delinquentes. Tandem notandum est, quòd licet confugiens ad Ecclesiam impunitus dimitti non debeat; tamen pœnam ei infligendam, non Iudex laicus, sed Ecclesiasticus debet imponere, vt notant Farin. *vbi supr. de imm. cap. 21. num. 339.* & alij. Sup. hoc ibidem, §. Sed hîc.

RESOL. CXXVII.

An reus dum existit in Ecclesia possit à iudice sæculari damnari ad mortem, vel ad pœnam corporalem, ad exilium, ad triremes, ad perpetuum carcerem, & an sint eis alimenta præstanda ab Ecclesia?

Et explanatur, quod quamuis confugiens ad Ecclesiam ex illa egrediatur, eo tamen ipso, quod semel ad Ecclesiam confugerat, illius gaudet Immunitate, ita vt de iure non possit ob illud delictum amplius corporaliter puniri seu condemnari.

Sed docetur reos ad Ecclesiam confugientes non debere impunitos dimitti; & explanatur, qua pœna iudex Ecclesiasticus debeat reos gaudentes Ecclesiarum Immunitate punire. Ex part. 6. tract. 1. Res. 33.

§. 1. AD hoc dubium sic respondet Sarpus *cap. 2. fol. 30.* Inter cætera Doctores affirmare ausi sunt, Principes neque sententia damnare, neque habere quæstionem posse contra eos, qui ad Ecclesiam confugerunt; neque dum inibi permanebant, nec postquam ab ea discesserint: quòdque risum magis ac stomachum moueat, statuerant Ecclesiam ipsam teneri ad alimenta scelestis hominibus præstanda, dum ad eam confugientes ibi resident. Sic ait ille.

2. Sed iste homo id quod statuerũt sacri Canones, asserit iniustè ausos esse affirmare Doctores. Dicendum est igitur, quòd reus, dum existit in Ecclesia damnari nequit ad mortem, vel ad pœnam corporalem, verbi gratia, ad exilium, ad triremes, ad verbera: ad perpetuum carcerem: nam istæ pœnæ computantur

putantur inter pœnas corporales, vt ego firmaui *in part. 1. tract. 1. resolut. 12.* & me citato docet Barbosa *de iur. Eccles. lib. 2. cap. 3. n. 56.* Et ita definitum est *in cap. inter alia, de immunit.* in illis verbis. *Neque damnari debet ad mortem vel ad pœnam:* & *in cap. id constituimus 17. quæst. 4.* sic dicitur. De morte, debilitate, & omni pœnarum genere sint securi. Vnde stantibus supradictis claris & rotundis testibus meritò contra Sarpum: Dicendum est hanc sententiam tenuisse Doctores, Gloss. *in dicto cap. inter alia, verb. puniendus.* Hostiensis *n. 1.* Ioannes Andreas *n. 3.* Ancharanus *n. 2.* Butrius *n. 5.* Zabarella *n. 4* Ananias *n. 3.* & alij, quos citat & sequitur Farinacius *de immunit. cap. 21. n. 335.* Quibus adde ex Neotericis Scortiam *in Bullar. Pontif. Epitome 152. Theorem 385.* Bonacinam *tom. 2. disp. 3. quæst. 7. punct. 3. n. 8.* Peregrinum *de immunit. cap. 13. num. 13.* Persicum *de offic. Sacerd. lib. 1. cap. 9. dub. 12. num. 119.* Azorium *part. 2. lib. 9. cap. 9. tit. 12.* Fagundez *part. 2. lib. 4. cap. 4. num. 48.* Suarez *de Relig. tom. 1. lib. 3. cap. 12. num. 6. & sequent.* cum aliis.

Quæ hic est Resol. antecedens.

3. Ad id verò, quòd Sarpus asserit aliquos Doctores asserere reum postquam ab Ecclesia discesserit, non posse à iudice Laico puniri. Fateor hanc sententiam docuisse non infimæ notæ scriptores, vt Oldradus *cons. 154. in fine.* Sylvest. *verb. immunitas. q. 4.* Angelus *eodem verb. quæst. 16.* Armilla *eod. verb. num. 12.* Ioan. de Vischis *de immunitat. Eccles. num. 54.* Decian. *consil. 80. numer. 9. libr. 3.* & Azorius *part. 2. libr. 9. quæs. 12.* vbi asserit, quòd quamuis confugiens ad Ecclesiam ex illa egrediatur, eo tamen ipso, quòd semel ad Ecclesiam confugerat, illius gaudet immunitate; ita vt de iure non possit ob illud delictum ampliùs coporaliter puniri, seu condemnari: quod etiam ex eiusdem Societatis Doctoribus tenet Fagundez *part 2. lib. 4. cap. 4. num. 48.* Et hanc sententiam de iure esse veriorem tenet Persicus *de offic. Sacerd. lib. 1. cap. 9. dub. 12. num. 121.* quia hoc est priuilegium immunitatis.

Sup. hoc in fine Resol. præteritæ.

4. Sed quicquid sit de veritate huius sententiæ, ego contra Sarpum illam tenendam esse puto, saltem in quatuor casibus. Primò quando reus fuit condemnatus à iudice Ecclesiastico, modo quo paulo ante diximus. Secundò quando delinquens extrahitur ab Ecclesia in casibus non exceptis, id est, in quibus gaudent delinquentes. Tertiò quando reus extrahitur ab Ecclesia in casibus exceptis licentia Episcopi. Quartò quando à Prælatis Ecclesiæ consignantur rei, qui confugerunt ad Ecclesias in casibus non exceptis, iudicibus Laicis cum cautione de delinquentis impunitate, quoad vitam, membra, & omnem corporalem pœnam, iuxta cap. *i. constituimus, & cap. reum. 17. quæst. 4.* Sed hic vltimus casus post constitutionem Gregorianam videtur non intrare, quia vt obseruat Ambrosinus *de immunitat. c. 11. n. 6.* & alij, in dicta Bulla statuitur delinquentes Curiæ sæculari tradendos esse in casibus expressis in ea, in quibus poterunt etiam corporaliter puniri.

Sup. hoc in fine Resol. 109. similiter prope finem, à num. At idem Resol. eius animo.

5. Et tandem ad id quod asserit Sarpus risum & nauseam mouere, sustentationem reis existentibus in Ecclesia ab ipsa Ecclesia exhibendam esse. Respondeo ipsu & similis farinæ homines de hac re risum & nauseam habere, qui omnes leges & canones irrident. Dico igitur, quòd tanta est commisseratio Ecclesiæ, vt reis in ipsa existentibus, non quidem omnibus, vt falsò Sarpus videtur supponere; sed iis, qui operas suas in ipsa exercere non possunt; vel iis qui non habent, vnde sustententur, sustentationem & necessaria alimenta subministret. Et ita habetur *in l. præsenti, § sanè. C. de his qui ad Eccles. confug.* & docent DD. quos ad satietatem adducit Farinacius *de immunit. cap. 19. num. 296.* & Peregrinus *cap. 13. num. 12.*

6. Sed hic obiter vnum valdè notandum adnotare non desinam: nempe iudices Ecclesiasticos non solùm posse imponere pœnas quas suprà diximus, reis ad Ecclesiam confugientibus: sed etiam non debere eos impunitos dimittere, vt probat textus *in cap. inter alia. de immunit.* in aliis verbis. Qui ad Ecclesiam confugit, legitimè puniendus sit de eo, quod iniquè fecit, &c. Et ideò malè faciunt Prælati, qui suprà dictos reos impunitos dimittunt, & contra institiam facere, & delinquere tradunt communiter Canonistæ *in dicto cap. inter alia.* Hostiensis *numer. 1.* Ioannes Andreas *num. 5.* Anchatanus *n. 2.* Abbas *n. 13.* Zabatella *n. 3.* & alij, quos affert Farinacius *de immunit. c. 21. num. 329.* & Palaus *vbi suprà. n. 9.* Et hoc (nota Lector) ipsimet rei procurare totis viribus debent: nam reus, qui ex priuilegio immunitatis pœnam corporalem euasit, fuitque à iudice Ecclesiastico multatus, non potest de cætero pro eodem delicto criminaliter accusari, inquiri, aut iudicari: vt tradit Gloss. *in cap. reum 17. quæst. 4. ver. vel ad mortem.* Et *ibi* Archidiaconus *n. 3.* & Bellamera *nu. 1.* & alios, quos citat Castrus Palaus *tom. 2. tract. 11. disp. vnic. punct. 11. n. 10.* & Farinacius *de immunit. cap. 21. n. 340.* Et ratio huius communis sententiæ est clara, quia si pœna imposita, & delicto sic iudicato ab Episcopo, iterum postea reus posset iudicari & puniri à iudice Laico, priuilegium immunitatis Ecclesiæ parùm, aut nihil prodesset. Ergo, &c.

7. Restat modò videre, qua pœna iudex Ecclesiasticus, debeat reos gaudentes Ecclesiarum immunitate punire? Et respondeo pœna pecuniaria, & ad damna & interesse passa per eum, in quem deliquit; vel si pecuniam non habet, aliqua pœna corporali, non multùm corporis afflictiua: quia tunc non per se, sed quasi per accidens punitur: de quibus & aliis pœnis vide Farinacium *dicto cap. 21. per totum*; Castrum Palaum *vbi suprà.* Suarez *de Relig. tom. 1. lib. 3. cap. 12. num. 6.* Marium Italiam *lib. 1. cap. 6. §. 3. num. 1. & seq.* Decianum *lib. 6. cap. 27. num. 3.* Abbatem, Ancharanum, Butrium, Ananiam, Zabarellam *in cap. inter alia, de immunit. Eccles.* & alios penes ipsos.

RESOL. CXXVIII.

An Iudex laicus iubens interfici reum in Ecclesia incurrat in excommunicationem Greg. XIV. tam ipse quam eius ministri?

Et latè explanatur legem pœnalem ex identitate rationis extendendam esse ad alium casum, quando militat eadem ratio; & maximè in odiosis?

Et quæritur, an Templum Iudæorum fuerit priuilegio Immunitatis insignitum?

Et notatur, nempe Græcorum tantummodo vsum fuisse, vt Templis Immunitatem tribuerent, vel an apud omnes Gentes ista recepta fuerint? Ex part. 6. tract. 1. Resol. 35.

§. 1. CAsus magis curiosus, quàm practicabilis (alicui fortitan videbitur: sed sciat nostris ærumnosis temporis sæpiùs in praxi accidisse, verùm vbi, ex dignis rationibus profetre nolo. Et pro sententia negatiua facit quòd dicta cõstitutio infligit excommunicationem in extrahẽtes reos ab Ecclesiis ergo cùm sit pœna non est extendenda ad occidentes ex Glossa *in cap. in pœnis 49. de regul. iur. in 6. & ex cap. pœna, de pœniten. distinct. 1. & ex leg. interpretatione, ff. de pœna.* & docet Castrus *lib. 1. de leg. pœnali, cap. 7. document. 3.* Larrea *decis. Granatens. tom. 2. decis. 78. num. 16. & decis. 95. numer. 7.* & Doctores communiter. Adde pro excusatione supradicti iudicis Laici doctrinam

Sup. hoc suprà in Resol. 64. §. ult.

doctrinam, quam docet Henriquez *in summ. lib. 4. cap. 17. num. 4. in fine*, asserens non violari Ecclesiam à iudice, qui emisso iaculo extra Ecclesiam existens perturbatorem Reipublicæ intra illam existentem occidit, quem capere non potest: & ratio est, quia actum debitum exercet, & sibi iure concessum: vnde vtitur iure suo.

2. His tamen non obstantibus affirmatiuæ sententiæ adhærendum esse puto: quam multis firmabo argumentis. Et primò probatur hæc opinio: quia legis mens magis est attendenda, quàm verba, vt patet *ex leg. scire. ff. de legibus. l. non aliter. ff. de legat. 3. l. nominis & rei §. verbum ex legibus ff. de verbor. significat.* & tenet Surdus *decis. 35. num. 14.* Ferrerius *in constit. Cathal. gloss. 4. n. 66.* vnde Bartholomæus Humada *in Scholio ad glossam Lopez leg. 57. titul. 5. part. 1. gloss. 2. num. 7.* docet ex Baldo *in dicta leg. scire*, quòd non solùm recedere debemus à verbis legis, & seruare mentem, vbi est expressa: sed etiam vbi mens, seu ratio non est expressa. Et ita etiam tenet Abbas *consil. 1. n. 7. volum. 1.* Bartolus *in leg. cum mulier. ff. solut. matrimon.* Iason *in leg. iuris gentium §. ait Prator. num. 15. ff. de pactis*, & alij: nã sicut corpus humanũ regulatur ab ipsa anima; ita lex regulatur à sua ratione. Ratio enim ita se habet ad legẽ, sicut anima ad corpus, & sicut ducitur corpus ex dispositione animæ ita lex ex dispositione rationis suæ, vt latè obseruat & probat Guttierrez *in pract. Quæstionib. lib. 3. q. 17. n. 83.* Sed cùm mens & ratio finalis constitutionis Gregorianæ in fulminatione dictæ censuræ alia non fuerit nisi reuerentia sacris templis debita; & consequenter indemnitas personarum ad ea confugientium, dicendum est in casu nostro, quòd licèt verba Bullæ dirigantur in extrahentes, interpretanda tamen sunt à fortiori, etiam contra occidentes, vt legis mens & intentio seruetur nam certè maiorem irreuerentiam erga sacra templa, & maiorem offensionem circa personas ad ea confugientes præberet, qui reum in Ecclesia occideret, quàm si illum ex ea extraheret. Ergo, &c. Adde quòd cùm lex frequẽtioris vsus causa aliquid decernit, casum minus frequentem non excludere, sed comprehendere traduut Doctores *in leg. vnic. Cod de raptor. virgin.* cum Glossa *ibi*, & *in l. verbo Dei, Cod. de his qui ad Eccles. confug.* & Clementin. *1. verb. præsidentes. de rescript.* Et in specie Valaschus *tom. 1. consil. 8. num. 2.* Peralta *in leg. Lucius la 1. numer. 22. ff. de legat. 2.* Sanchez *de matrimonio, lib. 3. disput. 10. num. 3. & lib. 9. disputat. 14. num. 16.* cum aliis. Ergo cùm Summus Pontifex in dicta cõstitutione expresserit casum frequentiorem extrahentium reos ab Ecclesia, non ex hoc excluſit minus frequentem, nempe occidentium reos in illa.

3. Probatur secundò. Quia licèt extensio legis non debeat fieri vltra verborum proprietatem tam naturalem, quàm ciuilem: tamen extentio admittitur, quando lex, si non extenderetur remaneret elusoria, vt tradit Nauarrus *cap. 27. num. 51.* Conarruuias *variar. resolut. lib. 3. cap. 3. num. 9.* Felinus *in cap. translato, de constitut. num. 14.* Suarez *lib. 4. cap. 2. num. 7.* Mascardus *de probat. conclus. 596. num. 7.* Sarmiento *lib. 2. select. interpret. c. 12. n. 7.* Tiraquell. *in legib. connubialib. gloss. 5. num. 115.* Aluarus, Valaschus *tom. 2. consultat. 159. n. 10.* & alij penes ipsos. Quod probatur ex Glossa *in Clement. 1. de sepult. in vers. sepelietur in fine.* Glos. *in cap. quamquam*, & glossa finalis *de vsur. in 6.* extendens illã constitutionem odiosã de Testamento ad Codicillos, & ad omnem vltimam voluntatem, vt non sit elusoria. Et confirmari potest *ex cap. ciuitas, de excom. in 6.* vbi interdictum Ciuitatis extenditur ad Suburbana, ne vilipendi valeat interdicti sententia. Sed in nostro casu, si constitutio Gregoriana, non extenderetur, remaneret elusoria, & deseruiret de vento: quia iudices Laici, & eorum Ministri ad effugiendam excommunicationem Pontifici reseruatam non extraherent reos de quibus est quæstio, ab Ecclesia, sed illos in ea occiderent; quod esset legi fraudem facere, contra regulam leg. *contra legem 28. ff. de legib.* ibi, *in fraudem verò legis, qui saluatis verbis legis sententiam eius circumuenit*, & *ibi* Glossa, Albericus, Baldus, & Fulgosius multis exemplis illustrant. Idem probatur in Regula, *certum 88. lib. 6.* ibi. *Certum est quòd is committit in legem, qui verba legis complectitur, & contra legis nititur voluntatem*, vbi Glossa, Dynus, & Peckæus, quibus adde Thomam Valaschum *tom. 1. allegat. 67. num. 41.* Ergo dicendum est sub nomine extrahentium, ne lex nostra elusoria remaneat, occidentes etiam inclusos esse. Facit ad confirmationem supradictorum altera Regula iuris, quòd non debet quid admitti alia via, quando alia prohibetur illud facere *ex leg. oratio. ff. de sponsal. Regul. cùm quid 84. lib. 6.* vbi glossa aliquibus exemplis exornat, & post eam Dynus & Peckæus. Quibus addo Ioseph Sesse *decis. Aragon. 28. n. 11.* & alios, quos citat & sequitur doctissimus & amantissimus Dominus meus Larrea *in decis. Granaten. part. 2. decis. 67. numer. 13.* Ergo, &c.

4. Probatur tertiò: Quia non pauci nec contemnendi, imò magni nominis Doctores asserunt etiam legem pœnalem extendendam esse ad alium casum, quando militat eadem ratio. Et ita per textum *in l. 2. versic. si curatores, ff. ad Tertull. & in cap. si postquam cum gloss. de elect. in 6.* docet Alphonsus Moditius *in §. lex est Institut. de iure gent. dub. 54. numer. 1* Quia vbi est eadem ratio, & omnimoda similitudo, debet eadẽ esse iuris dispositio etiã in pœnalibus: quia tunc non dicitur fieri extensio, sed quædam declaratio, vt notat Gloss. singularis *in cap. in verbo Italia de tempor. ordinand. lib. 6.* quam pro singulari commendat Panormitanus *in cap. nihil. column. antepenult. de elect. & in cap. finali column. 2. de rescript.* & Cynus *in lib. 1. Cod de interdict.* vbi Baldus dicit *in secunda column. circa medium*, allegando illam glossam, quòd vbi est eadem ratio, ibi idem est casus formalis ex mente iuris, licèt non sit eadem materia, & *in leg. si quis seruo, Cod. de furtis, column. 2. versicul. dubitatur ergo, in fine*, dicit, quòd constitutio pœnalis non dicitur extendi, vbi extenditur ex mente eiusdem constitutionis, iuxta doctrinam Gloss. *in cap. si postquam, de elect. lib. 6. vbi Glossa in verb. mente modicum vltra medium.* Idem firmat expresè Baldus *in l. illud, column. 2. circa medium versicul.* Item nota ex Glossa *Cod. de Sacrosanct. Eccles.* quòd licèt lex prohibeat extentionem; tamen fiet extensio de similibus ad similia, & hoc sentit *ibi* Glossa *in versic. alia causa, in princip.* & subdit Baldus, quòd illa dicuntur similia, in quibus est eadem ratio vel maior. *leg. non solum §. qua priuilegium ff. de excusat. tutor.* Et tunc non dicitur fieri extensio propriè, sed hoc dicitur inesse de iure: allegatur Cynus *ibi* & Gloss. *in d. cap. 1.* Quæ omnia latè confirmantur à Guttierrez *Practic. Quæstion. lib. 3. quæst. 17. num. 83.* vbi probat, quod in quæcumque materia simus, vbi habet locum ratio legis, ibi quoque locum debet habere ipsa lex, *illud ff. ad legem Aquilian. leg. à Titio cum similibus ff. de verbor obligat.* Mantic. *de coniect. vltimar. volunt. lib. 2. capite 11. n. 20.* Tiraquellus *cauſ. cessant. part. 1. numero 151.* Beccius *consil. 89. numero 12.* Decianus *consil. 76. numero 10. lib. 2.* Mascardus *de probat. conclus. 1162. numer. 4. & prius, conclusione 312. num. 9.* Adde Barbosam *consil. 10. n. 11. 12. & 19. lib. 2.* Hinc est, quod in his, quæ per rationem legis comprehenduntur, non dicitur fieri interpretatio extensiua, sed comprehensiua. Roland. à Valle,

Sup. hoc in tom. 3. tr. 4. Res. 3. §. vlt. ad medium & in tom. 5. tr. 1. Res. 87. §. Sed ego. ad medium, & in tom. 7. tr. 1. Res. 3. §. Nec obstat. & melius in Res. 308. §. 1. ad medium, & in tom. 6. tr. 1. Res. 42. §. Sed instabis. prope finem, & hic infra in tr. 7. Res. 95. § Probatur primo.

Sup. hoc latissime in tom. 6. tr. 1. Res. 79. & in aliis eius annot. & hic infra in tr. 7. Resolut. 95. §. Probatur tertio. & in aliis eius not. & ne prætermittas legere. & §§. annot. seq

Sup. in hoc tom. 2. tra. 1. Res. 179. §. 1. & in tom. 1. tr. 4. Res. 3. §. Vlt. ante medium. & ibi in tr. 6. Res. 94. §. secundo, cursim ad medium, & in tom. 7. tr. 1. Res. 3. §. 1. per tot. & in Res. 304. §. 2. ad medium, & in Res. 313. §. Sed hæc. à lin. 5.

Sup. hoc. in tom. 2. tract

Valle *consil. 27. num. 6. cum sequentibus, lib. 1.* Euerardus *vbi suprà versicul. Primò enim fallit*, & plures referens Doctores Molina *lib. 1. de Hispan. primogenit. cap. 5. num. 12.* Tiraquellus *dicta part. 1. Causa cessante, num. 136. cum sequent.* Becc. *consil. 62. num. 17.* Et dicitur fieri interpretatio intellectiua, non verò extensiua. Baldus, *in l. quamuis in princip. Cod. de fideicommiss.* Tiraquellus *vbi suprà, num. 155.* Decianus *dicto consil. 43. num. 20. lib. 2.* Et non dicitur lex extendi, sed iucludi ille casus sub eiusdem legis dispositione, latè Craueta *de antiquit. temp. 4. part. princip. in princip. num. 91. cum sequentibus* & Parisius *consil. 31. num. 20. lib. 2.* Ergo cum ex supradictis pateat ex identitate rationis legem pœnalem esse extendendam, A fortiori dici potest censuram constitutionis Gregorianæ contra extrahentes, extendi posse, imò comprehendi occidentes. Sed dato quòd contraria opinio esset probabilior, nempe legem pœnalem non esse ex identitate rationis extendendam: tamen certum est non procedere, quando lex pœnalis lata est in fauorem animarum, vt docet Sanchez *lib. 3. disp. 1. num. 8.* Hostiensis *cap. penultimo in fine, qui filij sint legitimi*, vbi Ioan. Andreas *num. 5.* Anton. *num. 9.* Ancharanus *num. 5.* Abbas *num. 5. & 6.* Henricus *num. 10.* Alexander de Neuo *num. 7.* Præpositus *num. 3.* Bartolus *Auth. Sacramenta puberum, num. 19. Cod. si aduersùs venditionem, vbi* Iason *num. 72.* Francus *cap. sciant cuncti, de election. in 6. num. 6.* addens quantumcunque lex collectoria sit. Castillo *leg. 40.* Tauri *num. 14.* Couarruuias *4. decret. part. 2. capit. 6. initio, num. 12.* vbi alios refert. Perez *lib. 5. Ordin. titul. 1. lib. 1. fol. 39. column. 1.* Gratianus *regul. 111. num. 6.* Flaminius *de resignat. benefic. lib. 11. quæst. 2. num. 17.* Azeuedo *lib. 5. recopilat. titul. 1. lib. 2. num. 4.* Et idem dicendum est, quando lex pœnalis est in fauorem Ecclesiæ, vt docet Glossa *cap. sciant. cuncti, verb. alios*, quam sequuntur Dominicus ibi *num. 6.* & Francus etiam *num. 6.* Et ideò ex Suarez Pater Lessius *lib. 2. cap. 45. dub. 4. num. 22.* docet, quòd excommunicatio *in cap. conquest. de sent. excommun.* contra infringentes & spoliantes Ecclesias est extendenda etiam contra comburentes, quia est lata in fauorem Ecclesiæ, licèt comburens non confringat propriè vel expoliet Ecclesiam. Sed constitutionem Gregorianam certum est latam esse in fauorem Ecclesiæ, & ad euitanda sacrilegia, quæ circa eius reuerentiam, & immunitatem Laici perpetrabant, vt patet ex verbis Bullæ, ibi, in grauem locorum, & personarum contemptum, ipsius diuinæ Maiestatis offensam & scandalum, &c. ergo licet sit pœnalis, extendendam esse dicendum est. Et ideò excommunicationem contra extrahentes ex identitate rationis occidentes comprehendere meritò putauimus.

5. Confirmantur supradicta assereudo constitutionem Gregorianam esse fauorabilem. Et ratio est, quia ex primario fine attendenda est dispositio, vt colligitur ex Gloss. *in cap. si propter, de rescript. in 6. vers. primi anni.* vbi illam constitutionem reseruantem fructus vacaturæ Episcopo mortuo, appellat fauorabilem, quia principaliter edita est in fauorem Episcopi, vt debita persoluat, quamuis in eorum damnum, quibus obuenire debebant, redundet. Et tenet ibi Dominicus *num. 9.* Francus *num. 6.* idem tenet Gloss. *in cap. sciant cuncti, de elect. in 6. verb. alios*, & *ibi* Dominicus *in fine.* Francus *ibi in fine.* Bartolus *leg. qui exceptionem 40. in princip. num. 2. per illum textum §. de condit. indeb. & ibi* Albericus *numer. 1.* Salicet. *numer. 1.* idem Bart. *in leg. si quis nec causam, in princip. num. 6. ff. si cert. petat. & ibi* Paulus *numer. 4.* Felin. *cap. 4. de sponsalib. numer. 14. vers. aliud est, & cap. non dubium, num. 2. de sentent. excommunicat.* & dicit esse optimum textum ad hoc probandum *cap. 2. §. statuimus, de decim. in 6.* ibi, *cùm non sit dicendum asperum, sed pium potius ac benignum.* Additio ad Panormitanum *cap. non dubium de sentent. excommunic. num. 3. verb. pœnali.* Syluest. *verb. interpretatio in fine.* Couarruuias cum aliis, quos refert, *variar. resolut. lib. 1. cap. 11. num. 5.* Mandosius *regula 10. de Annali, quæst. 3. num. 7.* Flaminius *de resignat. beneficior. lib. 12. quæst. 2. num. 23. & sequent.* vbi alios refert. Itaque si principale intentum Legislatoris sit in fauorem alicuius disponere, licèt in odium & damnum alterius redundet, dispositio illa fauorabilis dicenda est. Sed præcipuum intentum Pontificis in nostra constitutione, vt patet, nec indiget probatione, fuit fauor Ecclesiæ & personarum ad eas confugientium: licèt ex hoc emanauit censura in extrahentes, fauorabilis tamen dispositio dicenda est, & non pœnalis, vt ex superiùs allatis probatum est. Vnde Alphonsus Moditius *in §. lex est, Institut. de iur. gent. dub. 21. num. 4.* docuit excommunicationem dispositionis *in cap. si quis suadente 17. quæst. 4.* extendendam esse, quia licèt contineat pœnam, tamen quia principalis intentio disponentis fuit fauor Clerici, fauorabilis, & non pœnalis existimanda est. Et ita etiam docet nouissimè Merolla *in disput. Theolog. tom. 3. disputat. 6. cap. 6. dub. 1. num. 14.* addens vnum notabile pro casu nostro nempe leges latas pro tuitione Ecclesiasticæ immunitatis, etiam si pœnas infligant, esse tamen fauorabiles, & inter priuilegia computari, sed constitutio Gregoriana licet censuram imponat, hoc facit pro munienda immunitate Ecclesiarum: ergo constitutio fauorabilis dicenda erit.

6. Restat modò respondere ad argumentum contra nostram sententiam in priuilegio oppositum: & patet responsio ex dictis. Hinc Naldus vbi infrà sic ait. Nec quicquam facit ratio illa deducta ex proprietate verborum prædictæ Extrauagantis, capere nempe, vel carcerare, &c. quia respondetur ea omnia satis verificari formaliter; & iuxta mentem disponentis: ne scilicet delinquentes, & in Ecclesia se recipientes abducantur ab ea, protegente ipsos immunitate Ecclesiastica: & sic nec in bonis, nec in persona quicquam nocibilitatis perpeti debent, nec ex captura, nec ex percussione, aut alio corporali detrimento.

7. Nec dicatur non esse faciendam extensionem de casu ad casum in odiosis. Quia respondetur, quòd dispositio etiam odiosa, si ex ipsius ratione expressa extenderetur, non esset verè extendere, sed comprehendere tanquam genus species suas; sicut etiam illa dicitur continere species, & casus omnes, qui eiusmodi expressæ rationi conuenire possunt: & ita hæc erit interpretatio intellectiua, non extensiua. Hæc Naldus. Vel respondendum est legem pœnalem esse extendendam, quando lata est in fauorem Ecclesiæ, & ad euitanda peccata, vt lata est constitutio Gregoriana: imò cùm eius præcipuum intentum dirigatur in fauorem Ecclesiarum, & personarum ad eas confugientium: licèt ex hoc redundet pœna inflicta violatoribus: tamen adhuc dicenda est constitutio fauorabilis, & non pœnalis, & ideò extendenda. Remanet igitur satis euacuatum argumentum aduersariorum.

8. Ad authoritatem verò Henriquez asserentis non violari Ecclesiam à iudice, si occidat in ea malefactorem, quem capere non potest. Respondeo hanc doctrinam esse falsam, & improbabilem: & vt talem illam damnat & improbat nouissimè ex eadem Societate Iesu Stephanus Fagundez *in Decalogum 3. tom. 2. lib. 6. cap. 3. num. 14.* Concludo Igitur ex supradictis

dictis iudices Laicos, & eorum Ministros occidentes reos in Ecclesia incurrere in excommunicationem constitutionis Gregorij XIV. Et ita ego oretenus respondi Felici Tamburello nunc Episcopo Soræ; tunc verò Vicario Generali Eminentissimi Principis, & Domini mei Cardinalis Boncompagno.

9. Sed ne aliquis dicat me nimis esse pronum ad defendendam immunitatem Ecclesiasticam: sciat me non esse primum Auctorem huius sententiæ: sed illam ante me docuisse amicissimum Ioannem Mariam Nouarium *tractat. de elect. fori tom. 2. part. 2. quæst. 14.* Nostrum Patrem Naldum *in Annotationibus Practicis ad ius Canonicum fol. 61.* & nouissimè Paulum Squillante *tractat. de obligat. Clerici. part. 5. dub. 14. num. 90.* vbi testatur sic fuisse obseruatum in facti contingentia. Verùm cùm in conflictu opinionum illa sit amplectenda, quæ fauet Ecclesiæ, vt tradit Ioannes Solorzanus *de Indiarum iure tom. 1. lib. 2. cap. 24. num. 39.* & alij: quos ego citaui *in part. 1. tractat. 2. resolut. 65. & part 5. tractat. 1. resolut. 23.* hanc ideò nostram sententiam ab omnibus in fauorem Ecclesiæ amplectendam esse existimo.

Quæ hîc sunt infrà in tract. 2. Res. 201. & 207. & hîc supra in Res. 118. §. vlt. & in aliis multis earũ annotationum.

10. Et hæc dicta sufficiant pro præsenti tractatu de immunitate Ecclesiarum aduersus Sarpum illam prorsùs labe factare conantem. Aduerte etiam hîc obiter eumdem Sarpum *cap. vltimo* docere Templum Iudæorum priuilegio immunitatis non fuisse insignitum: sed aduersùs illum insurgit Georgius Ritthershusius, vtinam pius esset Author, de iure Asylorum *cap. 12.* vbi etiam alium Sarpi errorem adnotat: nempè Græcorum tantummodò vsum fuisse, vt templis immunitatem tribuerent, quod falsum putat: cùm apud omnes Gentes asyla recepta fuerint. Vnde apparet Sarpum Iudæorum, Gentium & Christianorum templis nimis infensum fuisse.

11. Sed quia Sacra Templa non solùm priuilegium conferunt reis ad se confugientibus, sed etiam aliquibus personis ad eorum seruitium deputatis, ideò in fine huius tractatus in gratiam studiosorum visum est mihi hîc apponere casum de quo hisce diebus interrogatus fui à viro docto & integerrimo Francisco Paulatio Sacrarum Congregationum Concilij & immunitatis Secretario dignissimo.

Hic casus inuenietur infrà in tr. 2. in Res. 133.

RESOL. CXXIX.

An iudex laicus, inconsulto Episcopo, possit exhumare corpus defuncti occisi, vt constet de corpore delicti?

Ex quo deducitur, quod ad Episcopum spectat cognoscere, si aliquis est, vel non est Clericus, sine vlla limitatione, an sequatur postea mors, vel non; & sine metu alicuius irregularitatis propter talem declarationem, si postea sequatur mors.

Et an Episcopus in primo supradicto casu concedens licentiam iudici laico corpus exhumandi nullam incurrat irregularitatem? Ex part. 9. tract. 7. & Misc. 2. Res. 64.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Bobadilla *in Politica, tom. 2. lib. 3. cap. 15. num. 93.* vbi sic ait: [Y aun siendo necessario para el dicho efeto desenterrar al muerto de pocos dias, praticase hazerlo sin pelicentia al Iuez Ecclesiastico: ni aun prodria el tal Iuez Ecclesiastico darla: porque si dandola se veniesse à aueriguar la culpa, prender, y dar pena de muerte al matador, no quedaria libre de irregularidad: y assi lo he praticado, y lo apraùo el consenjo en cierto caso; en que yo auia proueydo desenterrar vn muerto, por lo qual se librò vna muger de la muerte que se le imputaua auer dado à su marido, subre lo qual se ocurrio al consejo por via de fuerça.] Ita ille, & post illum hanc sententiam docet etiam Emmanuel Themudo *in Decisionibus Archiepiscopalibus Vlyssiponensibus tom. 2. decis. 131. num. 6.* vbi testatur, ita practicari in reguo Lusitaniæ, & cum Bobadilla putat in tali casu, si Episcopus præberet licentiam, adesse periculum irregularitatis.

2. Sed hæc omnia respuẽda sunt. Et quoad primum assero, Iudicem laicum absque licentia Episcopi, exhumando corpus defuncti occisi, frangere immunitatem Ecclesiasticam, & ideò posse excommunicari: quia Iudex laïcus nullam in Ecclesia potest exercere iurisdictionem, ex cap. *Decet. de immun. Eccles.* in 6. & ita in terminis præter Genuensem *vbi infra*, docet Posseuinus *de officio Curati, cap. 14. num. 8.*

3. Ad periculum irregularitatis, quod adducit Bobadilla, & Themudo, assero; in tali casu Episcopum concedentem, vt debet, licentiam Iudici laïco corpus exhumandi, nullam incurrere irregularitatem: quia ad illam incurrendam requiritur, quòd actus, qui fit, sit causa proxima, directa in mortem, vel mutilationem, non causa remota. Nauar. *c. 7. n. 211.* Sotus *de iustit. & iure. lib. 5. q. 1. art. 7.* & alij. Sed actus ostendendi cadauer occisi, est remotissimus, & suapte natura non directus in mortem, vel mutilationem: eo magis, quòd Episcopus nihil operatur; sed tantum permittit exhumari corpus, & capi informationem; & non omnis causa, sine qua non dicitur principalis, vt latè tradit Nauarr. *in cons. 19. de homicid. cons. 16. de Simon.* ergo, &c. Et omnia supradicta docet Genuensis *in Praxi, c. 42. n. 10.* & alij. Vnde testatur Genuensis in Curia Archiep. Neapolitana fuisse resolutum ex supradictis de causa proxima, vel remota, quòd posset concedi Curiæ sæculari copia sententiæ depositionis, siue degradationis verbalis, & renuntiationis Habitus clericalis cuiusdam Clerici, inquisiti de homicidio in Curia sæculari, allegantis, se esse Clericum ob prædictam depositionem, & renunciationem: siquidem, quòd aliquis sit, vel non sit Clericus, non est causa propinqua mortis. Facit text. in cap. *Si Iudex laïcus, de sententia excommunicationis, in 6.* vbi ad Episcopum spectat cognoscere, si aliquis est, vel non est Clericus; sine aliqua limitatione, an sequatur, postea mors, vel non.

Supr hoc in tom. 5. tract. 5. Res. 11.

DE CONSECRATIONE ECCLESIÆ atque de eius pollutione, & reconciliatione.

RESOL. CXXX.

An si ex intentione renouandi Ecclesiam vnius paries post alterum successiue destruatur, & ædificetur de nouo tota Ecclesia, amittat consecrationem? Ex part. 11. tract. 3. & Misc. 3. Res. 21.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Layman *lib. 5. tract. 5. cap. 5. n. 16.* vbi sic ait; Si minores partes parietum per temporum interualla corruant, & reficiantur; itaut nunquam maior parietum pars simul destructa sit, vtrum nihilominus Ecclesiam execrata censeri debeat: Ita affirmat Abbas *in cit. c. posnisti num 8. de consecrat. Ecclesia*; saltem si tota Ecclesia per temporum interualla secundum partes suas deiecta, & nouiter ædificata sit quia in veritate non est eadem Ecclesia, licet moraliter censeatur.

Sup. doctrina contenta in istis primis §§. huius Resin tom. 2. tr. 1. lege Res. 175. per totã, & signanter §. 2. in fine. vsque in finem præcitatæ Res.

2. Contrarium verò docet Glossa *in cit. capit de Fabrica*, vbi pro regula traditur, quod Ecclesia successiue reparata, non est iterum consecranda. Idem docet Syluester *verbo consecratio 2. quæstione 3.*

Ibidem

ibidem Tabiena *num.3.* Suarez *part.3.tom.3.disp.91. sect.4.Casu 6.* Nau *cap.87.num.258.* Sa *verb. Ecclesia num.18.* Coninch. *quæst.83. art.1.num.335.* Probatur primò : Quia moraliter censetur eadem Ecclesia, sicuti, & eadem nauis, licet subinde pro destructis tabulis nouarum accessio,& reparatio fiat.Hucusque Layman.

3. Verùm ego sententiam Nauarri amplector cum Patre Dicastillo *de Sacrament. tom.1. tractat.5. disput.4. dub.7. num.133.* nec intentio operantis in hoc casu potest nocere, neque enim sufficit quod simul habeat intentionem destruendi omnes parietes, si de facto non simul omnes, aut maiorem partem destruat, nam quando destruitur vna pars, tantùm, & adiungitur Ecclesiæ antiquæ permanenti, illa adiunctione qua fit pars totius integræ Ecclesiæ, manet illa pars consecrata, itaut si quis vellet non vlterius progredi, consecratio maneret.Quod verò postea velit, vel non velit progredi ad diruendos alios parietes, omninò per accidens est; Vnde idem iudicium erit de secunda parte, quam postea diruit, atque etiam de reliquis, quæ successiuè diruuntur; itaut nunquam sit tota, vel maior pars Ecclesiæ deiecta.

4. Negandum ergo, est quod assumit Layman; in hac scilicet re, vt potè morali, multùm valere intentionem; nam quando moralis æstimatio sumitur ex re ipsa externa, non sufficit intentio,sed requiritur simul res ipsa seu effectus externus Physicus, ex quo resulket effectus moralis. Sic ad censuram, pœnam, aut etiam irregularitatem incurrendam ex homicidio, aut ex percussione personæ Sacræ, quantumuis intentio operantis fuerit ea perpetrandi peccata; & coram Deo peccet; moralis tamen effectus irregularitatis, vel censuræ non resultat, nisi effectus ipse sequatur; imò in nostra etiam materia etiam si quis velit simul, verbi gratia, displosis tormentis totam, vel maiorem partem Ecclesiæ diruere; si tamen verè non diruat, sed vnam partem, eámque minorem, non erit Ecclesia execrata, non enim intentio diruendi execrat, sed diruitio ipsa. Pari ergo ratione etiamsi quis in animo habeat totam Ecclesiam diruere; si tamen illam non diruat totam simul, sed per partes Ecclesia non execrabitur; neque enim destructio Ecclesiæ etiam totius illam execratur, sed simultanea destructio in facto esse; ita vt in aliqua duratione sit verum dicere; nunc tota Ecclesia, vel maior pars illius diruta est. Quod in eo casu dicere nunquam est verum. Ergo, &c.

5. Et ita hanc sententiam præter Dicastillum sustinet ex Suarez; & Barbosa, Pater Castrus Palaus *tom.4. tract.22. punct.8.num.15.* vbi sic ait; Aliqui limitant hanc sententiam, ne procedat quando animo reparandi omnes, vel penè omnes parietes successiuè illorum destructio, & reparatio fit; quia censeri debet ea destructio in communi æstimatione, ac si simul contigisset.

6. Sed verius censeo hanc limitationem admittendam non esse, Doctores enim absolutè docent, non indigere Ecclesiam noua consecratione si paulatim & successiuè reparatio illius fiat, neque vllam de hac intentione mentionem faciunt, & meritò, quia prædictæ rationes eodem modo procedunt, siue destructio & reparatio minoris partis ex intentione destruendi, & reparandi maiorem Ecclesiæ partem fiat, siue non. Etenim quod magis dignum trahat ad se minus dignum; itaut maior pars consecrata præexistens minorem partem aduenientem consecratam reddat, ex eo præcise pendet, quod minor pars non consecrata maiori consecratæ vniatur, non ex intentione, quod alia pars de nouo destruenda, & reparanda postmodum sit, talis enim destructio, & reparatio cum priori destructione, & reparatione; non est coniuncta. Item non impedit esse vnam Ecclesiam moraliter & non diuersam, quod à Principio intenderis illam integrè destruere, & reparare; si tamen successiuè, & interpolatè destruxeris, & reparaueris, sicuti non est diuersus populus, cuius personæ successiuè pereunt, & aliæ de nouo succedunt, tametsi Deus illas personas interimens intendat tandem omnes interimere, & nouas creare. Ita Palaus. Et hanc opinionem tenet etiam Cardinalis Lugo *de Sacrament. Euchar. disputat.20. sect.12. num.65.*

7. Sed ipse *num.66.* dubitat, quando reuera ex quatuor Ecclesiæ parietibus ferè duo corruerent; nam licet tunc maneat maior parietum pars, verè tamen non videtur manere Ecclesia; quis enim dicat, Ecclesiam esse duos parietes paulò plus absque tecto? Consecratio autem Ecclesiæ, non manet, nisi maneat Ecclesia : Sic enim Calix, vel Alba non manent benedicta, quando ita amittunt magna ex parte formam artificialem, vt non sint Calix, Alba, & cætera vt infra videbimus. Vnde si manicæ separentur ab Alba perditur benedictio: minus autem retinent formam Ecclesiæ duo parietes absque tecto, quam Alba sine manicis. Sicut ergo vt Calix, vel vestis retineat benedictionem necesse est, vt possit vtrumque, licet ægrè deseruire ad suum vsum : Sic Ecclesia tamdiu retinebit consecrationem, quamdiu erit Ecclesia; & tamdiù erit Ecclesia, quamdiu licèt ægrè possit deseruire ad vsus Sacros, quod moraliter iudicandum erit.

Suprà hoc in tom. 2. tr.1. Res. 169. §. 1. ad medium, à versù quia sicut Alba.

8. Verùm contrariam sententiam ipse Lugo probabilem, & tutam in praxi esse existimat, quod etiam docet Pater Dicastill. *loco citato*, quibus ego adhæreo.

RESOL CXXXI.

An infans filius fidelis recentissimè natus, si ante Baptismum moriatur, & sepeliatur in Ecclesiis, illam pollnat?

Et supponitur, quod polluitur Ecclesia per sepulturam hominis infidelis.

Sed difficultas est, an Ecclesia violetur, si per Episcopum excommunicatum non toleratum consecretur, aut benedicatur?

Et docetur Episcopum hæreticum valide consecrare, seu benedicere templa, dum fidem Sanctæ Trinitatis tenet.

Et aduertitur, quod Ecclesia non violatur, quamuis excommunicatus non toleratus celebret in ea; nec Altare, & paramenta sacra polluuntur per vsum talium excommunicatorum? Ex part.11. tract.8. & Misc.8. Res.22.

§. 1. CAsus alicubi accidit, & affirmatiuè respondet Cardinalis Lugo *de Sacram. Euch. disputat.20. sect.2. num.27.* vbi sic ait : Quintò polluitur Ecclesia per sepulturam hominis infidelis, hoc est Pagani non baptizati, quo nomine comprehenditur infans etiam non baptizatus, quando seorsim sepelitur, non quando in vtero matris grauidæ, & iam mortuus sepelitur. Ita ille, cui adde eius germanum Fratrem Franciscum Lugo

de Sacram.tom.1. lib.5. cap.6. quæst.11. numer.72. Fagundez *de præcept. Eccles. parte prima, lib.3.cap.14. num.57.* Coninch. *de Sacram. quæst.83. numer.233. & alios.*

2 At negatiuam sententiam inuenio docere Vgolinum *de potestat. Episcop. 19. §. 5.* vbi ita asserit: Tertiò excipiuntur filij fidelium, qui nati ante Baptismum mortui sunt; etsi enim per ipsos Ecclesia non polluatur, non tamen in iure cautum est, & gentiles propriè non dicuntur, in Ecclesia tamen sepeliri non debent, & ita consuetudine seruatur. Hanc etiam sententiam nouissimè cum aliqua formidine docet Episcopus Pax Iordanus *tract.1. lib.5. tit.12. num.221.* sic enim ait: Sublimita Tertiò in filiis Christianorum, qui viam vniuersæ carnis ante susceptum Baptismum ingrediuntur, quoniam, etsi in loco sacro non debeant sepeliri, prout neque de consuetudine sepeliuntur: attamen, quia iure cautum non est Ecclesiam ex illorum sepultura violari, nec propriè gentiles, & infideles dicuntur: ob id pollutio minimè censetur inducta. Credere tamen talium cadauera, si à cæteris discerni possint, debere exhumari: prout de aliis cadaueribus prohibitorum dicetur; nec absque aliquali ambiguitate huic limitationi subscribo. Ita ille.

3. At ego vt verum fatear non recederem ab affirmatiua sententia, nam video esse communem inter Doctores. Et ratio est, quia talis puer negatiuè saltem est infidelis, cùm non habeat fidem habitualem. Ergo sub nomine infidelis censendus est comprehendi in iuribus Canonicis; vnde patet responsio ad argumentum Vgolini, & Iordani.

4. Sed difficultas magis existit, an Ecclesia violetur, si per Episcopum excommunicatum non toleratum consecretur, aut benedicatur? Et affirmatiuam sententiam docent plures Doctores, quos citat, & sequitur Pax Iordanus *vbi supra num.133.* quibus adde Auilam *de censuris part.5. disputat.7. dub.1.* Nec videtur obstare quod Vgolinus adducit de altari, & paramentis sacris, vt non polluantur per vsum talium excommunicatorum, non multum vrget, eo quod simplex vsus non ita participat de mala qualitate excommunicati, sicut consecratio, & benedictio, prouenientes ex ore, & manibus illorum, cùm magna solemnitate, & circumstantiis.

5. Ad id verò, quod non habeatur in iure expressum de tali violatione, responderi poterit, virtualiter cautum censeri, ex maioritate rationis, de qua superius: nam de similibus ad similia rectè proceditur: *l. non possunt ff. de legibus* nulla autem certior, & facilior via aperiri potest ad informandum arbitrium iudicantis pro similibus cognoscendis, quàm rationis consideratio: vbi enim æqualis, aut maior ratio conuenit, poterit ad similia procedi, quoniam identitas rationis operatur, vt non tam extendere, quam enucleare legem videamur. Menoch. *de arbitr. iudic. lib.2. cent.... casu* 84. per totum, ex pluribus ab eo de more cumulatis.

6. Verùm licèt hæc opinio sit probabilis, & communior, ego adhæreo negatiuæ sententiæ, quam docet Suarez *de censuris tom.5. disp.81. sect.4.* Coninch. & Cardinalis Lugo *vbi supra* Fagundez *num.56.* Layman *lib.5.tract.5. cap.5. num.8.* Dicastillus *de sacram. tom.1. tract.5. disput.4. dub.7. numer.124.* Nam violatio supponit consecrationem: ergo non fit consecratione ipsa; sed vel validè, vel non validè consecrat qui consecrat; validè autem consecrari, nec debere reconciliari docet idem Layman, dummodo minister, seu Episcopus fidem S. Trinitatis tenuerit, vt habetur *in cap. Ecclesiis, de consecratione, distinct.1.* vbi dicitur; Sicut infans à qualicumque Sacerdote *in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, semel baptizatus, non debet iterum baptizari*: ita nec locus Deo dicatus iterum consecrandus est; nisi propter eas causas, quas superius nominauimus, si tamen fidem S. Trinitatis tenuerint, qui eum consecrauerunt.

7. Dicendum est igitur, Ecclesiam sic consecratam, aut benedictam, non solum validam retinere consecrationem, aut benedictionem, vt aduersarij fatentur, & significat *cap. Eccles. semel. de Consecratione, distinct.1.* vnde colligit Layman *supr.num.9.* Hæreticum Episcopum validè consecrare, seu benedicere templa, dum fidem Sanctissimæ Trinitatis teneat sed etiam non egere reconciliatione, quia verè non est polluta. Probatur, quia nullo iure decernitur talis violatio, nec in legibus pœnalibus valet argumentum à paritate rationis, cùm odia restringi debeant ad casum dumtaxat expressum. Et omnes fateantur, Ecclesiam non violari, quamuis excommunicatus non toleratus celebret in ea. Vnde patet responsio ad argumentum aduersariorum Vide Franciscum Lugo *de Sacram. lib.5.cap.6. part.10 num.67.* & Marchinum *de Sacram. ordin. parte 3. c.10.num.11.*

RESOL. CXXXII.

Quanam quantitas sanguinis requiratur, vt Ecclesia maneat violata; & quanam quantitas seminis?

Et supponitur quod effusio sanguinis debet esse iniuriosa.

Ex quo deducitur, quod Ecclesia non polluitur, si quis occidat in sui defensionem, si casu sanguis effundatur in Ecclesia; aut si phreneticus alium vulneret, aut Chirurgus, dum vulnus curat in Ecclesia, vel venam, aut tumorem incidit, effundat sanguinem inculpatè, &c.

Et an sufficiat, vt sanguis effluat intra Ecclesiam, si vulnus factum fuit extra Ecclesiam?

Et quid è contra?

Et an requiratur, quod Ecclesia denuncietur à iudice polluta?

Et an ex pollutione seminis polluatur Ecclesia? Ex part.11. tract.2. & Misc. 2. Res.58.

§. 1. SVppono quod modus, quo polluitur Ecclesia, est per effusionem sanguinis hominis viuentis, modò sit iniuriosa, & intra templum, aut locum sacrum fiat, vt Cœmeterium, & in magna quantitate: non enim sufficit, quod guttatim effundatur. vt statim dicemus *num.19.* Ita docent communiter Doctores, Henriquez *lib.9. de Missa cap.27. num.5.* Suar. *tom.3. disp.81. sect.4. §. Secundò violatur.* Azor. *tom.1. institut. moral. lib.10. cap.26. quæst.13. §. Quæres an si.* Sylu. *verbo Confecr.2. num.5. & verbo Interdictum 4. quæst.3.* Palud. *in 4. quæstion.2. art.3.* Sotus *ibid. quæst.2. art.3. ad 2.* Nau. *cap.25. num.5. & cap.27. num.256.* Graffius *lib.2. decis. aur. cap.48. numer.22.* Patet ex *cap. Si Ecclesia de consecr. dist.1.* vbi dicitur expresè oportere illam effusionem esse iniuriosam, ita tamen ab omnibus Doctoribus intelligitur. Vnde si non sit iniuriosa, id est, si à peccato mortali excusetur, quocumque modo excusetur, nec erit sacrilegium mortale, nec Ecclesia polluetur: vt si quis occidit in sui defensionem: si casu sanguis effundatur, aut phreneticus alium vulneret, aut Chirurgus

Sup. hac. dif. ficultate, & effusione sanguinis hominis viuentis in Res. 1. annot. positæ in principio §. seq. Et pro particul, guttatim, posita ad fin. §. huius rexeus in præcitata Res. §. vlt.

furgus dum vulnus curat in Ecclesia, vel venam, aut tumorem incidit, effundat sanguinem inculpatè. Ita Henriquez, Suar. Sylu. Nauuarr. citati, & communiter Doctores.

Sup. hoc infra in Resol. 134. §. vlt. & in tom. 1. tr. 7. Resol. 90. cur. fin in §. Secundo.

2. Hoc supposito, quæro quænam quantitas sanguinis inducat pollutionem Ecclesiæ; Respondent citati Doctores, debere esse notabilem. Ergo modica non sufficit. Concedunt hoc; sed quænam dicenda sit modica, explicant. Et hoc Layman *libro* 5. *tractat.* 5. *capite* 5. *numero* 7. Dicastillus *de Sacrament. tomo* 1. *tract.* 5. *disputatione* 4. *dub.* 7. *numero* 116. cum Glossa *vbi infra*, remittunt arbitrio Episcopi. Sed hoc est effugere difficultatem. Henricus Busembaum *in Medulla Theologiæ Moralis libro* 6. *tractat.* 3. *cap.* 4. *dub.* 4. ait, esse pauculas guttas, non explicat, quot guttæ. Cardinalis Lugo *de Sacram. Euthar. disput.* 20. *sect.* 2. *num.* 52. putat vnam vel alteram guttam non esse quantitatem notabilem. Æligius Bassæus in Floribus Theologiæ Moralis extendit ad tres guttas. Nimis scrupulosè loquuntur hi Doctores, & Riccius teste Pace Iordano *tom.* 1. *lib.* 5. *tit.* 12. *num.* 47. ausus est dicere, quod nisi quantitas sit adeò modica, vt vnam vel alteram guttam non excedat, inducat violationem, sed meritò aduersus supradictos Doctores insurgit Iordanus *vbi suprà*. Ego verò probabiliter puto cum Stephano Fagundez *de Præcept. Eccles. præc.* 1. *lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 14. non sufficere effusionem sanguinis quod guttatim effundatur, quia vt ait ipse *num.* 19. ad violationem Ecclesiæ non sufficere quamcumque effusionem iniuriosam sanguinis: sed requiri magnam effusionem, imò enormem, vt docet Sylu. *verbo Consecratio* 2. *num.* 5. §. *secundus*, & Nau. *cap.* 27. *numer.* 256. quia iura requirunt effusionem: effusio autem largitatem denotat. Præterea, Toletus etiam *libr.* 1. *summæ, cap.* 32. *num.* 1. magnam copiam sanguinis requirit. Eandem requirunt etiam Suar. *tom.* 3. *in* 3. *par. disput.* 81. *sect.* 4. §. *secundò*. & Azor. *tom.* 1. *Inst. moral. libr.* 10. *capit.* 26. *quæst.* 13. & Pan. *in cap. Proposuisti, de consecr. dist.* 1. & Graphius *lib.* 2. *decis. aur. cap.* 48. *num.* 5. & est optimus textus *in cap. Reuertimini* 16. *quæst.* 1. *& in cap. cum illorum de sent. excom.* & Gloss. ibi, *verbo, effusio*. Nam vocabulum effusionis ex se copiosum sanguinis fluxum significat: quod est valdè notandum; ne dicamus, per quamcunque emissionem mòdici sanguinis pollui Ecclesiam. Ita Fagundez, qui etiam addit, quod nec etiam polluitur, si magna copia effundatur de naso, quia est organum sanguinis, vt optimè animaduertit Graphius *citatus num.* 25. & Sotus *in* 4. *dist.* 12. *quæst.* 2. *art.* 3. *concluf.* 8. ac proinde, quæ esset iniuriosa, & peccaminosa effusio respectu alterius partis, non esse respectu nasi, iuxta hos Doctores.

Sup. hoc in Resol. 2. not. præcedenti, & in eodem §. 2. vers. Terti. & hic infra in Resol. seq.

3. Quicquid in contrarium nominatim contra me asserat Fr. Franciscus Lugo *de Sacram. l.* 5. *c.* 6. *quæst.* 8. *num* 51. qui etiam pro difficultate de qua actum est, sic ait; Notandum est primò, requiri sanguinis effusionem, quæ planè significat copiam effusi sanguinis, vnde, si parum sanguinis defluat, non violatur Ecclesia, vt docent communiter Doctores. Hæc autem quantitas proportionaliter sumi debet ad partem vnde fluit; sunt enim partes corporis ex quibus inflicto leui vulnere, vel ictu, facilè defluit multum sanguinis, ex aliis autem etiam inflicto graui vulnere vix parum erumpit. Contingit ergo sæpius, vt quantitas effusi sanguinis, quæ respectu alterius partis sufficeret ad constituendam mortalem culpam, & ad violandam Ecclesiam, quia supponeret graue vulnus, respectu nasi vel auriculæ non sufficiat, quia manat ex vulnere leui. Ita ille. Sed absolutè sententiam Fagundez vbi suprà probabilem puto.

4. Notat etiam cum Hurtado *de Sacrament. disput.* 4. *de Sacrificio Missæ, difficult.* 3. qui ait non sufficere quod sanguis effluat intra Ecclesiam, si vulnus factum fuit extra, benè tamen si vulnus factum fuit in Ecclesia, quamuis sanguis non effluat intra Ecclesiam, sed extra, & quamuis sanguis non perueniat ad pauimentum Ecclesiæ.

Sup. hoc in tom. 1 tr. 7. ex doctrina Resol. 90. §. 2. ad medium; à vers. & quando. & pro parte in Resol. not. seq. Quæ hic est infra Resol. 135. & lege etiam vers. not. præteritæ. & infra vide doctrinam Resol. 136. & ex Resol. 144. §. Hinc oritur.

5. Nota hic obiter, me olim insinuasse *in par.* 6. *tract.* 6. resol. 47. Si aliquis percussus in Ecclesia non fudit in illa sanguinem, sed extrà, non violati Templum. Sed quia video hanc opinionem esse contrà communem, nunc absolutè ab ipsa recedo. Quoniam Ecclesia non tam polluitur per ipsum contactum sanguinis decidentis in pauimentum, (vt aliqui putant) quam per actionem iniuriosam, qua causatur effusio, & omnis propria malitia formaliter continetur. Quare dum hæc totà ponatur in Ecclesia, quamuis sanguis colligatur in vasè, vel percussus egrediatur ex Templo, priusquam sanguis effluat, polluereturne Ecclesia. Contra verò, si quis percussus extra locum Sacrum ingrediatur illud, & in Ecclesia sanguinem mittat, non polluet illam. Non enim attendendum est, vbi sanguis effluat, nam illa censetur effusio materialis, sed vtrum percussio fiat in loco Sacro, nam ista censetur effusio formalis.

6. Sed maior difficultas extat, an quod dictum est de sanguinis effusione vt censeatur Ecclesia polluta, procedat etiam in alio casu, in quo pollutur ex seminis humani effusione peccaminosa, & affirmatiuè communiter tenent Auctores. Vnde Dicastillus *de Sacrament. tom.* 1. *tract.* 5. *disp.* 4. *dub.* 7. *num.* 118. sic ait; Violatur Ecclesia humani seminis effusione illicita mortaliter intra Ecclesiam facta, siue voluntaria pollutione, siue copula carnali. Requiritur etiam quod sit copiosa; vt nomen, *Effusio*, significat, & aliqui notant, sufficitque si effusio fiat intra Ecclesiam, quamuis non perueniat ad pauimentum. Requiritur etiam quod sit notoria, si enim non publicè constet non sufficit vt Ecclesia sit polluta etiam respectu eorum, qui fortè id sciunt, etiamsi sit qui parauit delictum, qui non tenetur se manifestare. Non requiritur autem quod Ecclesia denuntietur à Iudice polluta. Neque simile de Censura locum habet, quidquid aliqui dicant. Scio Suarium iudicare id esse probabile. Sed cum pollutio hæc Ecclesiæ non sit interdictum, vt ipse docet *tom. de censur. disput.* 37. *sect.* 1. *numer.* 28. non est cur ea denuntiatio requiratur, nec id est vsu receptum. Ita Dicastillus. Vide etiam Amicum *in Curs. Theolog. tom.* 7. *disput.* 33. *sect.* 12. *numero* 337. vbi docet, effusionem seminis debere esse in aliqua sufficienti quantitate, vt notat nomen *Effusio* & Cardinalis Lugo *vbi supra numero.* 50. requirit etiam effusionem copiosam seminis non vnius, vel alterius guttæ, vt dixerat antea de sanguine.

Sup. hæc notorietate in tom. 2. tr. 6. Resol. 247. §. 2. prope finem & magis latè in §. colligitur secundò. & seq.

7. Sed vt verum fatear si consideremus iura, non videtur requiri vt semen in copia effundatur, Nam Canone, *Ecclesiis*, ita dicit Concilium Nicænum: Ecclesiis semel consecratis non debet iterum consecratio adhiberi, nisi ab igne exustæ, aut sanguinis effusione, aut cuiuscumque semine pollutæ fuerint *cap. verò. si Ecclesia*, ita ait Gregorius IX. Si Ecclesia non consecrata cuiuscumque semine fuerit, aut sanguinis effusione polluta, &c. Ex qua loquendi diuersitate videtur colligi ius non requirere effusionem seminis, seu copiam, vt Ecclesia ex eo capite polluatur; videturque posse congruentia adferri, quod emissio eruoris in parua quantitate rarò sit mortalis, saltem non

ita facile supponi possit esse mortalis: voluntaria verò seminis emissio peccaminosa, est peccatum mortale, quamuis semen non effundatur in copia, Ecclesia in suo foro non potest facile contrarium præsumere. Videtur ergo statuisse, vt Ecclesia non pollueretur propter sanguinis emissionem, nisi ea esset copiosa; pollueretur verò propter mortalem emissionem seminis licèt nõ copiosam. Et ita obseruat Ioannes Præpositus *in 3. part. quæst. 83. art. 3. dub. 2. num. 155.* verum posteà non audet à communi sententia recedere, à qua tamen inuenio recedere Patrem Iordanum *tom. 1. lib. 5. tit.... num. 109.* putat enim quod si actus est completus emissionis seminis, siue multum, siue parum sit emissum sequitur violatio; & huic sententiæ ego libenter accedo. Vide dictum Iordanum. Et quidem quomodo possemus cognoscere veritatem & seminis quantitatem; & eadem est ratio de paruo, ac magno semine, dummodo actus luxuriæ sit consummatus.

8. Sed an ex pollutione in somnis polluatur Ecclesia Sylvester, Tabiena, Nauarrus, Henriquez, Finellus, quos sequitur Bonacina *de Matr. q. 4. punct. vlt. num. 19.* censent Ecclesiam non pollui per pollutionem in somnis contingentem, quamuis indirectè voluntaria fuerit in causa. Rationem reddit Bonacina, quia non est libera, & per consequens non habet annexam irreuerentiam loci Sacri, propter quam Ecclesia polluta censeatur. Mihi videtur indirectè voluntarium satis habere libertatis ad mortale peccatum, si legem violet. Sic homicidium commissum in somniis, vel ebrietate, si fuit voluntarium in causa, quamuis indirectè dumtaxat, est mortale peccatum contra iustitiam; nam obligat non solùm ad non occidendum, sed etiam ad tollendam causam, vnde præuidetur homicidium secuturum. At castitas non obligat ad auertendam causam pollutionis in somnis euenturæ, quamuis illicitam in alio genere. Quare peccans mortaliter in nimio cibo, vel potu, non peccat contra castitatem, quamuis inde præuideat secuturam esse pollutionem in somnis præter intentionem, vt latè docent Vasquez *1. 2. disput. 115. numer. 9.* Sanchez *de Matrim. lib. 9. disput. 45. num. 17.* Igitur Ideò non violatur Ecclesia per talem pollutionem, quia non est mortale peccatum in genere luxuriæ. Et ita docet Franciscus Lugo *de Sacrament. lib. 5. cap. 6. quæst. 9. num. 58.*

RESOL. CXXXIII.

Quidam in Ecclesia rixando cum aliquo, pugno in naribus percussit, ex quibus magna sanguinis quantitas exiuit, petierunt à me, an Ecclesia remanserit polluta? Ex part. 6. tract. 6. & Misc. 1. Res. 24.

Sup. hoc in Res. præterita in fine §. 2. vers. ita Fagundez. & seq. & in alio §. & vers. eius nor.

§. 1. CAsus est practicabilis, & in facti contingentia mihi accidit: & affirmatiuè videbatur respondendum. Nam tunc violatur Ecclesia, quando percussio est peccaminosa & lethalis, & cum illa coniungitur copiosa sanguinis effusio: sed in nostro casu percussio fuit peccaminosa, & cum ingenti sanguinis effusione: Ergo, &c, ita hanc sententiam docet Syluius *in 3. part. quæst. 83. art. 3. post conclus. §. quaritur.* & Coninch etiam *in 3. part. q. 83. art. 3. dub. 1. n.... in fin.*

2. Sed ego tunc in facti contingentia negatiuam sententiam consului, & adduxi Graffium *in decis. aur. lib. 13. cap. 48. num. 25.* Emmanuelem Sà *verb. Ecclesia numer. 13. in fine.* Fagundez *part. 1. libr. 3. capit. 14. num. 7. & part. 2. lib. 4. capite 4. numer. 18.* qui citat etiam Sotum, quorum sententiæ inuenio nunc adhærere Marchinum *de Sacramen. Ordin. tractat. 3. part. 3. capit. 11. numer. 8.* vbi sic ait. Tertiò excipitur effusio sanguinis etiam lethifera, seu grauis, & in magna quantitate, quæ de naso profluerit pugno, alapa, & similibus. Quia nasus est organum sanguinis facilè ab hac parte fluentis. Ita ille. Est ergo hæc sententia absolute tenenda: & non quoad pueros tantùm rixantes in Ecclesia, vt tunc asserebat quidam Parochus nixus auctoritate Coninch *loco citato.*

RESOL. CXXXIV.

Quidam fuit occisus ante Ecclesiam, & cum adhuc calidus esset, intra eam illatus, credens inimicus esse adhuc viuum, vulnus graue ei intulit, ex quo manauit copiosa sanguinis effusio; quæsitum fuit, an Ecclesia remaneat interdicta?

Et an ex qualibet minima sanguinis effusione Ecclesia polluatur, vel necessaria sit magna effusio sanguinis iniuriosa, imò, & enormis? Ex part. 6. tract. 6. & Misc. 1. Res. 25.

Sup. hoc supra in Res. 132. in aliquibus eius §§. signanter lege primas lin. §. 1. & vide etiam §. Notat etiã,

§. 1. DE hoc casu olim per litteras interrogatus fui. Et affirmatiuam sententiam docet Durandus *in Rationali diuinorum officiorum, lib. 1. cap. 6. num. 41. in fine.* Ioannes Baccon *in 4. distinct. 10. quæst. 2. art. 5.* & Emmanuel Sà *verb. Ecclesia, num. 13.* vbi sic asserit. Polluitur Ecclesia effusione sanguinis per iniuriam, quæ sit peccatum mortale, factam etiam homine mortuo in Ecclesia ipsa existente. Sic ille.

2. Sed quia Ecclesiæ violatio est pœna, & ideò restringenda, ego negatiuæ sententiæ adhæreo: quia homo mortuus verè non est homo: & dum iura in violatione Ecclesiæ requirunt necessariò effusionem sanguinis, debet intelligi de principali analogato, id est, sanguinis hominis viui. Et ita hanc sententiam tenet Fagundez *part.... lib. 3. cap. 14. num. 14. & 15.* & Henriquez *lib. 9. capit. 27. numer. 5.* vbi ait, Ecclesiam violari per effusionem sanguinis hominis viuentis, si modò iniuria fit intra Ecclesiam. Vide etiam Sayrum *de censur. lib. 5. cap. 16. num. 7.*

Sup. contento in hoc §. lege doctrinam Res. annot. præ- altera gutta effundatur: nam Ecclesia polluitur ex teritæ in lin. sanguinis effusione in abundantia; vide Gloss. *in cap. 5.* & signanter §. Hoc *vnico, de consecrat. Eccles. in 6.* Abbatem *in cap. pro-* suppositio. & *posuit, numer. 3. de consecrat. Eccles.* Azorium *part.* alterius §. *1. lib. 10. cap. 26. quæs. 13.* Suarez *tom. 3. disput. 81.* eius nor. *sect. 4. numer. 2.* Reginaldum *in praxi tom. 2. lib. 29. cap. 29. numer. 181.* Auilam *de censuris part. 6. disp. 7. dub. 1. conclus. 2. cas. 1.* & alios penes ipsos, quibus adde Fagundez *par. 1. lib. 3. capit. 14. numer. 19.* vbi ita asserit. Notabis tamen ad violationem Ecclesiæ non sufficere quamcumque effusionem iniuriosam sanguinis; sed requiri magnam effusionem, imò enormem; quia iura requirunt effusionem; effusio autem largiter denotat. Et est optimus textus *in cap. reuertimini 16. quæst. 1. & in cap. cùm illarum, de sentent. excommunicat.* & Gloss. *ibi verb. effusionem.* Nam vocabulum effusionis ex se copiosum sanguinis fluxum significat, quod est valde notandum; ne dicamus per quamcumque effusionem modici sanguinis pollui Ecclesiam. Ita Fagundez & ego.

3. Notandum, est etiam hîc obiter falsam esse opinionem Alphonsi de Castro *de lege pœnali lib. 1. capit. 7. art. 2.* asserentis ex qualibet minima sanguinis effusione Ecclesiam pollui; non verò si vna aut

RESOL

RESOL. CXXXV.

Quidam fuit in Ecclesia vulneratus, & persequens inimicum fugientem magnam copiam sanguinis extra Ecclesiam vulnus effudit: quæritur, an Ecclesia remaneat polluta? Ex part. 6. tract. 6. & Misc. 1. Resol. 47.

Ad decidendam doctrinam huius Resol. lege Resol. hanc præcedentem, & signanter super. hoc in tom. 1. tr. 7. ex Resol. 90. §. 2. Nota hic & §. eius nec & infra ex Resol. 144. vide §. Hinc oritur.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docent communiter Doctores, vt Emanuel Sà *verb. Ecclesia, n. 13.* Auila *de censuris part. 5. disp. 7. dub. 1. concl. 2. casu 1.* Ioannes Wigers *de Sacrament. in 3. part. D. Thomæ, quæst. 83. dub. 15 num. 68.* Azorius *part. 1. lib. 10. cap. 29. quæst. 13. §. quæres. & part. 2. lib. 9. cap. 5. quæst. 1. cas. 2.* Suarez *in 3. part. tom. 3. disput. 81. sect. 4. cas. 2.* Reginaldus *tom. 2. lib. 29. num. 181.* Toletus *lib. 5. cap. 8. num. 7.* Lugo *de Sacrament. Eucharist. disput. 20. sect. 2.* Sayrus *de censur. lib. 5. cap. 16. num. 5. & 8.* Victoria *in summa de Eucharistia, quæst. 99.* Graffius *in decision. part. 1. lib. 2. c. 48. num. 23.* Nauarrus *ex Manuali, cap. 27. num. 256.* & Fagundez *part. 1. lib. 3. cap. 14. num. 16.* vbi sic ait: Si vulnus mortiferum sit & graue, & intra Ecclesiam contingat, aut cœmeterium illius, locus sacer violabitur, etiamsi sanguis intra eum non effluat, veluti si homo priùs egrediatur. Ita ille. Putant igitur hi Doctores, non esse de essentia pollutionis Ecclesiæ, vt in ea sanguis effundatur; sed satis esse, si percussio sit facta in Ecclesia, & de per se sit sanguinis effusio. Igitur si priùs homo egrediatur, & sanguis non cadat in terram, sed extra Ecclesiam postea effundatur; sufficit, vt illa remaneat polluta: quia per accidens est, vt in Ecclesia sanguis non effundatur, & ipsa effusio, quantum est ex parte actionis iniuriosæ grauis facta est. Ergo, &c.

2. Sed pro contraria sententia adest, ni fallor, non infirmum argumentum, pro quo suppono. Primò violationem Ecclesiæ esse pœnam: & ideò stricte interpretandam: vt obseruat Persicus *de offic. Sacerd. lib. 1. cap. 7. dub. 2. num. 23.* Vnde Fagundez *loco citato, num. 13.* asserit, quod in huiusmodi casibus fauere Ecclesiis debeamus, vt potius non sint pollutæ nec violatæ, quàm pollutæ & violatæ sint. Suppono secundò Canones imponentes hanc pœnam asserere Ecclesias pollui per sanguinis effusionem. Et ideò *in cap. Ecclesiis 68. dist. & de consecrat. dist. 1.* dicitur non esse Ecclesias reconciliandas, nisi sanguinis effusione pollutæ fuerint, Et *in cap. si Ecclesia, de consecrat. Eccles.* dicitur, Ecclesiam non consecratam, sed solùm benedictam etiam sanguinis effusione pollui Et *in cap. vnico, de consecr. Eccles. in 6.* habetur. Si Ecclesiam pollui sanguinis effusione contingat, esse reconciliandam. Et Innocentius III. *in cap. tuarum de priuilegiis*, propositæ sibi quæstioni; videlicèt, cùm quidam percutiens Vicarium Sacerdotem ipsam Ecclesiam sanguinis effusione fœdasset, sic respondet, in ea donec reconciliata fuerit, officia non permittas celebrari diuina.

3. His suppositis sic argumentor. Ecclesia non violatur nisi per sanguinis effusionem: ergo violatio, vt pœna, non est extendenda ad nostrum casum; in quo nullus in Ecclesia effusus est sanguis. Confirmatur probabilitas supradictæ opinionis ex sententia superiùs relata, nempe Ecclesiam non remanere violatam propter homicidium, si mors extra illam sequatur, & ideò hic apponam verba Ioannis Præpositi *in 3. part. quæst. 83. ar. 3. dub. 2. num. 152.* sic asserentis: non violatur Ecclesia, si causa quidem data sit in ea, mors tamen extra illam sequatur: cùm eo casu neque homicidium sit dicendum in Ecclesia cõtingere; quare requiritur, vt & causa mortis sit in dicta Ecclesia data, & mors in ea sequatur: cùm vtrumque requiratur vt homicidium dicatur in Ecclesia contingere. Ita ille, & alij. Si ergo Canones asserentes Ecclesiam pollui propter homicidium, intelligendi sunt secundùm Præpositum, & alios, non solùm si causa homicidij fuerit data in Ecclesia, sed etiam si mors sequuta fuerit in Ecclesia. Ita dicendum est in casu nostro Canones asserentes Ecclesiam pollui propter sanguinis effusionem, intelligendos esse non solùm si causa, v.g. vulneratio de per se sanguinis effusiua, si facta in Ecclesia, sed etiam si ipsa sanguinis effusio sequutà fuerit in Ecclesia: nam sicut in primò casu si homicidium, cuius tamen causa data fuit in Ecclesia, extra Ecclesiam sequatur, non potest dici in Ecclesia contingere, ita & in nostro casu, si sanguine extra Ecclesiam effluere contigerit, idem dicendum erit. Vnde nescio qua ratione Præpositus tenuerit, vt *suprà* visum est, ad polluendam Ecclesiam requiri, vt & causa mortis data sit in Ecclesia, & mors in ea sequatur: & postea contra id quod suprà diximus, teneat Ecclesiam violari, si quis intra eam graue vulnus accipiat, quamuis extra Ecclesiam cruorem emittat. Sed his non obstantibus, quia video affirmatiuam sententiam circa quæstionem propositam esse inter Doctores communem, non audeo ab ea recedere.

RESOL. CXXXVI.

Olim in Ecclesia Regularium fuit quidam sacculis arenâ ita acriter contusus, vt post tres dies extra Ecclesiam mortuus sit; quæritur, an Ecclesia remanserit polluta?

Et an Ecclesia violetur, si quis vino consecrando immiscuisset aliquod venenum, vt illius sumptione Sacerdos moreretur, qui eo sumpto domum rediens mortuus est? Ex part. 6. tract. 6. & Misc. 1. Resol. 26.

Ad magis roborandam doctrinam huius Resol. lege præcedentem Resol. & signanter super. hoc in tom. 1. tr. 7. ex Resol. 90. §. 2. inter medium, & finem, à vers. Quinimo. & hic infra ex Resol. 144. vide §. Hinc oritur.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet Marchinus *de Sacramento Ordinis, tract. 3. p. 3. c. 10. n. 7.* Layman *lib. 5. tract. 5. c. 5. num 8.* & Fagundez *part. 1. lib. 3. cap. 14. num. 13.* Nam si doctores asserunt sufficere mortiferam vulnerationem sine effusione sanguinis ad polluendam Ecclesiam, si in ipsa Ecclesia fiat, quamuis mors extra illam sequatur: cur non sufficiet etiam mortifera contusio in ipsa Ecclesia facta, etiamsi mors extra illam eueniat: cùm vtrobique causa ipsius mortis, & completa malitia illius, & peccatum ipsius homicidij in Ecclesia consummatum fuerit; nam posita ea causa, mors quæ postea euenit, naturaliter euenit. Ergo, &c.

2. Sed negatiua sententia, quam ipse Marchinus & Fagundez probabilem vocat, tuetur etiam Præpositus *in 3. part. quæst. 83. art. 3. dub. 2. num. 152.* & Suarez *tom. 3. in 3. part. disp. 81. sect. 4. cas. 1.* vbi ait. Existimò necessarium esse, vt mors ipsa in Ecclesia contingat; quia alias reuera non fit homicidium in Ecclesia. Ita ille. Vnde Azorius *part. 1. lib. 10. cap. 26. q. 3.* docuit, quòd si sanguis minimè fundatur, licèt ossa vel membra conterantur, aut frangantur, non idcircò polluitur Ecclesia; & hæc antea docuerat Panormitanus *in c. proposuisti, n. 14. de consecr. Eccles.* Et ratio huius sententiæ est, quia vt diximus suprà, pollutio Ecclesiæ est pœna, ergo restringenda erit: cùm igitur in casu nostro in Ecclesia non fuerit sanguinis effusio, neque mors in ea contigerit, reuera homicidium non committitur in Ecclesia: ergo quòd non remaneat polluta, dicendum est. Et in his casibus fauere Ecclesiis debemus, vt potiùs non sint pollutæ, quam pollutæ.

3. Vnde ex his aliqui approbant opinionem Patris Reginaldi in Praxi *tom 2.lib.29.c.9.sect.5.n.18.* vbi docet Ecclesiam non violari, si quis vino consecrãdo immiscuisset aliquid veneni, vt illius sũptione Sacerdos moreretur, qui eo sumpto domum rediens mortuus est, quia in hoc casu non adest effusio sanguinis, & homicidium non potest simpliciter dici fuisse in Ecclesia commissum. Ergo, &c.

RESOL. CXXXVII.

An Ecclesia non censeatur polluta per quamcumque delicti notitiam, nisi hoc fuerit per sententiam iudicis declaratum? Ex part.6.tract.6. & Misc.1.Resol.27.

Sup. hoc infra in Resol. 140.§. Quoad secundũ. & seq.

§.1. NEgatiuam sententiam docet Suarez *tom. 3. in 3. part. disp.* 81. *sect.* 4.*cas.*3.*dub.*2.& Fagundez *par.*1.*lib.*3. *c.* 14.*n.*34. qui tamen etiam cum Suarez affirmatiuam sententiam probabilem putat, sic enim asserit. Aliqui satis probabiliter asserunt nõ sufficere quamcumque notitiam delicti, nec Ecclesiam censendam esse pollutam, donec Iudicis sententia declaratum sit Ecclesiam illam esse pollutam. Ratio est, quia illa pœna pollutionis Ecclesiæ est veluti quædam censura; & instar censuræ requirit sententiam Iudicis: nullus enim excommunicatus vitari debet, donec per sententiam Iudicis declaretur, ac denuncietur censuram incurrisse. Quòd verò huiusmodi pœna sit instar censuræ, seu pœnæ interdicti ingressus Ecclesiæ; ac proinde instar pœnæ censuræ, docet Paludanus *in 4. dist.* 18.*quæst.*8. *art.*4. Sylvester *verb. consecratio, quæst.*9. *in fine,& verb. interdictum.*4. *quæst.*3. Huc vsque Fagundez & Sayrus etiam *lib.*5.*de censuris, cap.* 16.*num.*1. ait pollutionem, siue violationem Ecclesiæ esse similem interdicto locali, & Auila *de censuris part.*5 *disp.*6.*dub.* 6.*concl.* 3.*in fin.* asserit ad interdictum locale reduci quodammodo Ecclesiæ violationem: sed post Concilium Constantiense nemo tenetur interdictum seruare, donec per Iudicis sententiam interdicti cen sura publicè denunciata fuerit. Ergo, &c.

RESOL. CXXXVIII.

An Ecclesia, quæ stetit in campo per longum tempus absque tecto, & ianua, & plena multis spurcitiis, sit denuo ab Episcopo solemniter reconcilianda? Et explanatur, quod Ecclesiis semel consecratis, non debet iterum consecratio adhiberi, nisi ab igne exusta, aut sanguinis effusione, aut cuiusquam seminis pollutione pollutæ fuerint? Ex part. 8.tract.7.& Misc.Resol.93.

§.1. AD hoc dubium ita respondet Stephanus Baunius *in Theolog. moral. part.* 1. *tract.*6. *quæst.*18. An Ecclesia reconciliatione solemni, & Episcopali indigeat, quæ ab hæreticis possessa, tam Ministrorum mendaciis, concionibus, ac inuectiuis in Ecclesiam, quàm sacrilega eorum, infamique cœna, ac sepultura mortuorum infecta fuit? Idemque dicendum, si Ecclesia diu absque tecto, & ianuis plena foret stramine, aliisque spurcitiis, animalibus, & naturali hominum vsui, quasi diuersorij locus patuerit. Opinio est Durandi *loco citato*, malum non esse eam in tali casu solemniter ab Episcopo reconciliari, cui ne subscribam, facit Canon Concil. Nicæni, relatus à Gratian. *de consecrat. distin.* 1. his verbis: Ecclesiis semel consecratis Deo, non debet iterum consecratio adhiberi, nisi aut ab igne exustæ, aut sanguinis effusione, aut cuiuscumque semine pollutæ fuerint. Quare si eorum nihil sit factum, nihil contra templorum reuerentiam ab hæreticis admissum, satis erit, si Episcopus, his electis, Altaria visitet, & an sint integra, fracta, vel polluta, tam oculis ipse suis, quàm aliorum diligentia lustret, iustrata reconciliet, aspersione aquæ benedictæ, benedictione simplici, aut reconciliari per Sacerdotem sua authoritate; ac nomine curet. Ita Baunius.

RESOL. CXXXIX.

An in Ecclesia polluta signis celebret, remaneat consecrata?

Et quid, si Sacerdos, celebret mala fide?

Et notatur Sacerdotem celebrantem in Ecclesia polluta ante reconciliationem non esse irregularem, nec incurrere suspensionem ab ingressu Ecclesiæ? Ex part.6. tract. 6.& Misc.1.Resol.28.

Sup. hoc in Resol.seq.& in tom.2.tr.1. Resol.171. §.2. ad medium, & in Resol. 174.cursim ad medium, & in Resol.177. §.vlt. ad medium. vers. idem etiam.

§.1. NEgatiuam sententiam ita mordicus tenet Pater Ioannes de Lugo *in 3. part. tom. 2. de Sacram. Eucharist. disp.*20.*sect.* 4.*n.*91. vt nominatim contra me contrariam sententiã existimet falsam, credo nixus auctoritate Sayri *de censuris lib.*5.*c.*16.*n.*11.

2 Sed nimis rigide amicissimus vir se gessit in censura huius opinionis: quæ non solùm nõ est falsa, sed probabilissima, & tuta in praxi: & ideo contra Lugum oppono ex eadem Societate præter Auilam, Emmanulem Sà *ver. Ecclesia num.*19. Henriquez *lib.* 9.*cap.*27. *num.*5 *in Gloss. litera L.& num.*6.*in Gloss. litera I. & P.* & nouissimè Patrem Persicum *de offic. Sacerd. lib.* 1.*dub.*6. *num.*61. vbi postquam posuisset circa præsentem quæstionem primam sententiam negatiuam, & secundam affirmatiuam: sic ipse postea asserit. Pro solutione præsentis dubij: Dico secundam sententiam esse valde probabilem, & in praxi tutam: propter Doctorum auctoritatem, tum etiam quia præsentia corporis Christi, dum in Ecclesia Missa celebratur, reputanda est pro sufficienti reconciliatione. Ita ille. Cui etiam adde præter alios à me alibi citatos Antonium Naldum *in summa verb. Ecclesia num.* 24. & Thomam Zerola *in Praxi Episcop. part.*1. *verb. pollutio Ecclesia not.*5. An verò hæc opinio procedat, si Sacerdos celebret in Ecclesia mala fide, negat omninò Layman. *lib.*5.*tract.*5.*cap.*5.*num.* 13. Sed affirmat Emmanuel Sá correctus *vbi suprà verb. Ecclesia num.*19.& alij.

Alibi in Resolutionibus & §§. not. præteritæ. Et pro vltimo contento in hoc §. ex consequentiis Resol. 1. not. 1. huius Resi in eius §.2. ad medium. vers. idem dicẽdum & in Resol.4. dictæ annot. §. Nota, ante medium, & vers. At Bordonus.

3. Notandum est etiam hic obiter Sacerdotem celebrantem in Ecclesia polluta ante reconciliationem, non esse irregularem, vt perperam voluit Hostiensis *in cap. finali de consecrat. Eccles.* & hoc expresè determinatur *in cap.is qui, de sent.excommunicat. in 6.* Imò ego puto neque incurrere suspensionem ab ingressu Ecclesiæ, per consequens nec mediatè, nec immediatè fit irregularis, etiamsi celebret in eodem loco. Ita Paludanus *in 4. distinct.*18.*quæst.*8. *art.*3.*conclus.* 5. Emmanuel Sà *verb. Ecclesia num.*21. Henriquez *lib.*9.*cap.*27.*num.*7 *in Gloss littera M.* Suarez *tom.* 3. *disp.*81.*sect.*4.§. *penult.* Layman. *lib.*5.*tract.* 5.*cap.*5.*assert.* 21. Auila *de censur. part.* 5 *disp.*7 *dub.*3. *conclus.*3. Fagundez *part....lib.*3.*cap.* 14. *num.*5.& alij Et ratio est, quia *cap. Episcoporum, de priuileg in* 6. solum loquitur de eo, qui celebrat, vel celebrare facit in locis interdictis: ergo non debet extendi ad celebrantem in Ecclesia polluta, nam locus pollutus, seu violatio propriè non est interdictus. Vnde non est audiendus Naldus *verb. Ecclesia num.*15. Nauarrus *in Manual. cap.*25.*num.* 94. Sylvester *verb. consecratio* 2. *quæst.*9. Graffius *tom.*1. *consiliorum lib.*3.*conf.*2.*num.*21. *de consecrat. Eccles.* & alij sentientes celebrantem in Ecclesia

Ecclesia polluta esse iure ipso suspensum ab ingressu Ecclesiæ; & si post talem suspensionem celebret, vel actum sui Ordinis exerceat, fieri irregularem.

RESOL. CXL.

An in supra dictis casibus, si Sacerdos celebret Missam in Ecclesia polluta, remaneat consecrata?

Et an requiratur sententia iudicis declarantis locum sacrum esse violatum?

Et cursissimè deducitur, quod si Sacerdos diceret Missam cum vestibus non benedictis, & in calice non consecrato, quod supradicta remanent consecrata, & benedicta. Ex part.11.tract.2.& Misc.2.Res.59.

§.1. QVòd ad primum negatiuè nominatim contra me tenet Franciscus Lugo. *de Sacr. l.1. cap.5.quæst.12.num.99.* vbi sic ait; Sententiam affirmantem ego non auderem in praxi complecti, quia non reputo illam probabilem per locum intrinsecum. An verò per locum extrinsecum tot Authores reddant illam tutam in praxi, iudicent alij. Ita ille adhærens eius germano Cardinali Lugo à me alibi adducto.

2. Sed nouissimè præter alios à me adductos, affirmantem sententiam, tanquam probabilem admittit Dicastillus *de Sacrament.tom.1. tract.5. disputat. 4. dub.7.num.113.* vbi sic asserit? Vtrum autem, si interim dum violatio Ecclesiæ durat, bona fide quis in ea sacrificet, sufficiat hoc vt non sit necessaria alia reconciliatio, aut consecratio: non omnes consentiunt. Impugnat Layman, quia nullo Iure, aut ratione fultum videtur; nam si celebratio Missæ esset instar reconciliationis, idem dicendum esset, si Sacerdos mala fide in Ecclesia polluta celebret; quod planè falsum est (inquit Layman.). Verùm Sà expresse id concedit, & non putat planè falsum; sed potius putat cum aliis, quorum nomina non refert satis magnam esse reconciliationem, seu benedictionem, ipsam celebrationem. Itaque cum Auila saltem probabilem sententiam puto. Vnde iuxta eam sequetur, quod si Episcopus dispenset, vt in violata Ecclesia celebretur, etiam manebit reconciliata. Ita Dicastillus.

3. Vnde parum modestè præter morem suum hanc sententiam falsam appellauit Amicus *in Curs. Theologiæ disputat.33.sect.12.num. 345.* contra quem adduco me citato Patrem Tamburinum *de Sacrificio Missæ lib.1.cap.1.§.4. num.5.* asserentem hanc opinionem esse probabilem; & respondet ad argumenta quæ contra me adducit Eminentissimus Cardinalis Lugo, & ex his tenet etiam mecum probabiliter, quòd si Sacerdos diceret Missam cum vestimentis non benedictis, & in Calice non consecrato quòd supradicta remanerent consecrata.

4. Quoad secundum, videlicet an post Concilium Constantiense requiratur ad violationem publicam sententia Iudicis declarans locum Sacrum esse violatum? Affirmatiuam sententiam alibi probabilem existimaui, Sed nominatim contra me insurgit Franciscus Lugo *vbi supra num.92.* quia violatio loci Sacri non est interdictum propriè, nec intelligitur nomine interdicti, vel Censuræ, quod docuit etiam Suarez *tom.5.disputat.37.sect.1.num.28.* Quare decretum Concilij Constantiensis ad Ecclesiæ pollutionem non extenditur. Et Cardinalis de Lugo testatur esse Romæ praxi receptum, vt Ecclesiæ reconcilientur etiamsi violatio denuntiata non fuerit. Ego verò reor, eandem esse praxim aliarum Diœcesium. Vnde soluitur fundamentum contrarium, & certè verba Concilij Constantiensis aliter refert Suarez *eod.to. 5. disp.9. sect.2.* ac retulerat *tom.3.disp.81.sect.4.* Videatur vtrobique. Hæc Lugo.

5. Et hanc sententiam existimo probabiliorem, non tamen nego affirmatiuam suam non habere probabilitatem, & ideò Martinus de San.Ioseph. *in Mor. Confessar.tom.1.lib.1.tractat.15.de Euchar.num. 7.* sic asseruit; [Tengo por muy probable sentencia la que dize, que en estos casos no basta, para que queda la Iglesia poluta, que sean publicos, sino que se requiere de mas desto, que por sentencia de juez se declare, que por los tales delitos esta là Iglesia poluta; porque esta pena es como censura; y de la misma manera que en la censura ha de interuenir en ellas sentencia de juez, como en el descomulgado, que no se ha de euitar, hasta que por sentencia se sepa, que incurrio en la descommunion, Pesia *tr.3. p.4.quæst.64.*& satis probabile iudicant Suarez *tom.3.in 3.part.disp 81.sect. 4.* Fagundez *de Eccles.pracept.lib.3.cap.14.num. 34.* y lo confirmo; porque de similibus simile est iudicium, quando est eadem ratio, *l.non possunt, & l sequenti. ff.de legib.§. rectè institit.mandati.*] Ita Martinus. Sed licèt hæc opinio, vt dixi speculatiuè loquendo probabilis sit, tamen Praxis, quæ est sequenda est in contrarium.

RESOL. CXLI.

Olim per effusionem humani sanguinis iniuriosam fuit violata quædam Ecclesia consecrata, quæsierunt an simplex Sacerdos de licentia Episcopi possit illam reconciliare?

Et explanatur, quod hæc est differentia inter Ecclesiam benedictam, & consecratam; nam Ecclesia, si sit benedicta tantum, potest reconciliari per simplicem Sacerdotem, & cum aqua benedicta communi, si verò sit consecrata, debet reconciliari per Episcopum proprium, vel per alium Episcopum de eius licentia, & cum aqua à se, vel per alium Episcopum benedicta cum vino, & cinere. Ex part.2.tract.15. & Misc.1. Res.6.

§. 1. REspondi negatiuè; nam hæc est differentia inter Ecclesiam benedictam, & consecratam; nam Ecclesia, si sit benedicta, potest reconciliari per simplicem Sacerdotem, & cum aqua benedicta communi, si verò sit consecrata, debet reconciliari per Episcopum proprium, vel per alium Episcopum de eius licentia, & cum aqua à se, vel ab alio Episcopo benedicta cum vino, & cinere. Ita communiter Doctores. Auila *de cens. part.... disp.7. dub.4.* Filliuc. *in suis quæstionibus moral.tom.1. tract. 5. cap.4.num.118.* Sayrus *de censuris, lib.5.cap.16.n.31.* Graffius *decis.aur.part.1.lib.2.cap.48.num.10.* Henriquez *lib.9.cap.27.n.6.* Nugnez *in 3.p.tom.1. q.63.art.3. dub.2 Gasp.Hurt.de sacrif.Miss.disp.4.diffic. 7.* & alij. Probatur hæc opinio ex *cap.aqua, de consecr. Eccles.* vbi dicitur, quòd consuetudo Ecclesiæ Bracharensis, vbi solebant Episcopi committere Sacerdotibus, reconciliare Ecclesiam, potiùs sit dicenda corruptela.

2. Non reticeam tamen contrariam sententiam extare apud Victoriam *in summ. Sacram.quæst. 99.* & apud Emanuelem Sà post correctionem Magistri Sacri Palatij, *verb.Eccles.num.20.* Et quod mitum est, nouissimè Franciscus Syluius *in suis commentariis in 3.part.D.Thomæ, q.83.art.3.* docet etiam hanc sententiam, & testatur de praxi, ait enim: Quibusdam videtur; quod Ecclesia priùs consecrata, sic debeat reconciliari per Episcopum, vt hic vices suas ne-

Sup. contenta in hac Res. infra in Res. seq. §.1. ad medium, & in Resol. post seq. à principio, vsque ad vers. Quod si. & infra in Resol.144. à principio, vsque ad §. Sed quid, vbi melius, & magis clarè quam in aliis §§. huius anno-

queat simplici Sacerdoti committere: contrarium tamen tradunt Victoria, & Sà, credimus esse in praxi, non contradicente, sed potius concedente Pontifice. Hæc ille. Quæ quidem sententia an sit probabilis, iudicent viri docti, videtur enim contra *cap. aqua vbi suprà*, & consuetudo, & praxis, quam affert Syluius, est in contrarium.

RESOL. CXLII.

An regulares possint reconciliare eorum Ecclesias pollutas, & maximè si Episcopus distet per duas Dietas?

Et quid de aliis Sacerdotibus?

Et docetur in hoc casu differentiam esse inter Ecclesiam consecratam, & benedictam tantum, & eius reconciliationem.

Et explanatur Superiores Regulares ex priuilegio posse reconciliare Ecclesias consecratas. Ex part. 4. tract. 4. & Misc. Resol. 91.

Supr. hoc in Resolution. non. seq.

§. 1. HIc casus frequenter potest accidere, & affirmatiuè respondendum est per ea quæ adducit Homobonus de Bonis *in exam. Eccles. part. 3. tract. 15. cap. 8. quæst. 27. resol. 2.* Adde quòd Ecclesia si sit benedicta, potest reconciliari per quemcumque simplicem Sacerdotem, & cum aqua benedicta communi, contra Toletum, vt habetur *in c. si Ecclesia, de consecr. Eccl.* iuncta glossa; nec requiritur ad hoc Episcopi licentia, vt patet ex ipso textu ibi, *protinus lauetur.* quod non diceretur si oporteret expectare licentiam Episcopi, & ita docet Auila *de censuris p. 5. disputat. 7. dub. 4.* qui citat D. Antonin. & Henriquez, quibus ego addo Tamburinum *de iure Abbatum, tom. 1. disputat. 23. quæst. 10. num. 11.* Præpos. *in 3. part. quæst. 83. art. 3. dub. 2. num. 163.* Barbosam *de potest. Episc. part. 2. alleg. 28. num. 57.* & post hæc scripta omnia supradicta inuenio docere Laurentium Portel *in dubiis Regul. part. 1. ver. Ecclesiæ Fratrum, num. 1.* vbi tenet Superiorem Regularium posse reconciliare suam Ecclesiam aqua tantùm à se benedicta, quod etiam concedit de Sacerdote sæculari: secus autem dicendum, si Ecclesia fuerit consecrata, hanc enim, vt alibi dictum est, neque Regularem, neque alium Sacerdotem etiam de licentia Episcopi posse illam reconciliare testantur iura & Doctores. Vnde nescio qua ratione Episcopi possint interdicere Ecclesias Regularium non consecratas, si pollutæ fuerint ab eorum Superioribus reconciliatæ. Nec valet dicere cum aliquibus quòd Superiores Regulares tunc possunt reconciliare Ecclesias pollutas cum aqua ab Episcopo non benedicta, quando Episcopus distat per duas Dietas, secus autem minimè. Nam respondeo quòd si simplex Sacerdos, vt suprà visum est, potest reconciliare Ecclesias pollutas cum aqua non ab Episcopo, sed à se ipso benedicta, quare hoc denegandum est Sacerdoti Regulari? Equidem non video disparitatem rationis.

Supr. hoc in Resol. præterita, & in Resol. seq. & melius in Resol. post seq. per tot. pro veroque.

Supr. hoc in Resol. seq. §. 1. à ver. Quod si. & in alio §. not. secundæ dicti §. 1.

2. Notandum etiam quòd post hæc scripta inueni Antonium Nouarium *in sum. Bullar. tit. de pollutione Ecclesiarum, n. 7.* docere Superiores Regulares ex priuilegio posse reconciliare Ecclesias consecratas, & citat Graffium *conf. 2. de consecr. Eccles. n. 18.* Sed hoc, vt dixi, multi negant.

Supra hoc magis latè in Resol. seq. & in Resol. 1. post seq. §. Sed quid. & seqq.

RESOL. CXLIII.

An Superiores Regulares possint reconciliare eorum Ecclesias consecratas, si Episcopus distet per duas Dietas, vel defunctus sit, aut Episcopatum renunciauerit, vel si depositus sit?

Et an ex priuilegio possint Regulares solemniter benedicere suas Ecclesias, & Cœmeteria, si Episcopus nolit, aut negligat?

Et docetur, quid intelligatur, per Duas Dietas.

Et explanatur, quod Dieta alia est vulgaris, alia vero legalis. Ex part. 6. tract. 6. & Misc. 1. Resol. 22.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet Confettus, Vgolinus, Sayrus, Barbosa, Henriquez quos citat & sequitur Philibert. Marchin. *de Sacram Ordin. tract. 3. p. 3. c. 11. n. 14.* vbi sic ait: Dico quartò Ecclesiæ reconciliationem habere locum solùm in Ecclesiis ab Episcopo consecratis: in benedictis verò licere cuilibet Sacerdoti post pollutionem eas rebenedicere & purificare aqua ab ipso benedicta. Quando autem Ecclesiæ sunt consecratæ, opus habent reconciliatione facta per Episcopum; qui non potest alteri etiam Vicario suo hanc facultatem delegare. Quod si Ecclesia polluta sit Regularis, & Episcopus per duas Dietas longè abesset, tunc ex concessione Leonis X. facta Mendicantibus, poterunt Superiores illius Ordinis, & reliqui communicantes in eorum priuilegiis prædictam Ecclesiã pollutam aqua per ipsos benedicta reconciliare. Quod ego semel feci Ticini in Ecclesia nostra Sanctæ Mariæ Coronatæ; & dum post factum multos haberem Curiæ Episcopalis Aduersarios, visis & inspectis nostris priuilegiis, omnes siluerunt. Huc vsque Marchinus, cui adde Megalium *in Prompt. tom. 2. verb. Eccles. num. 21. in fine.* Auilam *de censur. part. 5. disput. 7. dub. 4. concl. 3. in fin.* licèt aliqui, quos ego notaui *in 4. part. tract. 4. resol. 91.* contrarium sentiant: sed supradicta opinio videtur mihi satis probabilis; & illam præter Doctores citatos tenet etiam Layman *lib. 5. tract. 5. n. 12.* qui etiam docet ex priuilegio posse etiam Regulares solemniter benedicere suas Ecclesias, & Cœmeteria si Episcopi nolint, aut negligant.

Sup. contento in hoc vers. Dico quarto. & seqq. Quando. in Resol. præterita §. 1. & in Resol. post præteritam per tot. & infra Resol seq. à §. 1. vsque ad §. Sed quid. & pro Ecclesiã Regulari in §. vlt. Resol. præteritæ, & in Resol. seq. à §. Sed quid.

Quæ hic est Resol. antecedens §. 1. in fin. & infr. in Resol. seq. Sed quid. cursim ad med. & §. Lo vltim. & seq.

2. Notandum est etiam hic Regulares posse vti dicto priuilegio, non solùm quando Episcopus distat per duas Dietas, sed etiam quando defunctus est, Imò quocunque modo absit Episcopus, morte, renunciatione, depositione, &c. Ita Rodriquez *in Quæstionib. Regular. tom. 2. q. 19. art. 3.* Et post illum Perficus *de offic. Sacerd. l. 1. dub. 13. num. 121.*

3. Et pro casu occurrenti in gratiam Regularium si aliquis ex ipsis nesciat, quid intelligat Leo X. in dicto priuilegio; dum requirit vt Episcopus distet per duas Dietas. Respondeo Dietam significare iter diei, quod vulgò dicimus vna giornata: & ideò duas Dietas significare iter duorum dierum. Sed difficultas est; quot milliaria Dieta, seu iter vnius diei contineat: nam vt docet Gloss. *c. nonnulli, de rescript.* Dieta alia est vulgaris, & alia legalis: vulgaris metienda est secùndum consuetudinem regionis; legalis verò viginti milliaria continet *ex lib. 3. ff. de verb. signific.* Hoc supposito Perficus *vbi suprà de offic. Sacerd. lib. 2. dub. 13. num. 174.* putat priuilegium Leonis intelligendum esse de Dietis vulgaribus. Verùm aliqui putant dictum priuilegium intelligendum esse de Dietis legalibus. Et ideò præter Henriquez *lib. 9. de Missa, c. 27. num. 6. & in Gloss. lit. D.* cùm eius priuilegij Leonis X. meminisset, subdit *in ead. Glossa, lit. F,* Dieta continet viginti milliaria. Idem dicit *lib. 13. c. 51. n. 5. in Gloss. litera D,* vbi citat Mandosium, quibus adde Rodriq. *in Quæstionib. Regular. tom. 1. quæst. 19. art. 6. in fine.* Sed ego puto probabilius esse & securius in priuilegio Leonis per Dietas intelligendas esse vulgares, secundùm variorum Regnorum consuetudines: & credo quod in Sicilia Dieta continet iter 30. milliarium.

RESOL.

RE SOL. CXLIV.

De quibusdam opinionibus circa reconciliationem Ecclesiæ, si polluatur.

Et pro praxi quæritur, an si homicidium, vel magna sanguinis effusio contingat in porta Ecclesiæ, Ecclesia polluatur?

Et quid, si stans in ostio Ecclesiæ recipiat vulnus lethale ab inimico, & mortuus cadat extra Ecclesiam, sanguinemque in ea non effundendo?

Et notatur, quod excusatur à peccato sacerdos celebrans in Ecclesia polluta, quoties pollutio contigerit post cœptum canonem: imo, tenetur Missam prosequi.

Idem est, si excommunicatus denunciatus ingrediatur Ecclesiam, eodem tempore, & non vult egredi.

Et tandem docetur posse celebrari in Ecclesia polluta ad dandum Viaticum moribundo, & si est Parochialis, licebit in ea baptizare, & seruare Eucharistiam pro infirmis. Ex part. II. tract. 8. & Misc. 8. Res. 23.

§. 1. PAulus Piasecius impressit per duas vices suam Praxim Episcopalem, in qua *p. 1. cap. 2. art. 4. n. 7.* sic ait; Vbi etiam reconciliatio haberi non posset, posset ex permissione Episcopi lauari Ecclesia polluta aqua exorcizata, & celebrari interim donec reconcilietur per Episcopum; similiter, & Ecclesia nondum consecrata si polluatur, sufficit quod reconcilietur modo prædicto per simplicem Sacerdotem *c. fin. de consecration. Eccles. iun. gloss. Arm. loc. supr. citat. num. 2.* Ita ille etiam in secunda editione, quam ipse tradit fuisse correctam à censoribus Romanis.

2. Sed aduersum illum nominatim, & meritò insurgit Episcopus Iordanus *tom. 1. l. titul. 12. n. 160.* sic asserens: Piasecius docet, quod vbi reconciliatio non posset haberi statim ab Episcopo, debeat lauari Ecclesia cum aqua exorcizata, & interim celebrari in ea, donec reconcilietur per Episcopum, *cap. fin. de consecrat. Eccles.* sic ille, qui nouum dat intellectum eidem *cap. fin.* nimirum, vt procedat etiam in Ecclesia consecrata, donec Episcopus remaneat impeditus reconciliare: communis tamen schola *Can. & DD. supr. citat.* interpretantur illud de sola Ecclesia non consecrata, vt litera expressè loquitur: nec in his terminis crederem Piasecium benè sentire, sed standum esse cum communi. Sic ille.

3. Vnde ego olim reprobaui Victoriam, Sà, & Syluium asserentes Episcopum posse committere reconciliationem Ecclesiæ consecratæ simplici Sacerdoti, quod etiam reprobat me citato Eminentissimus Cardinalis Lugo *de Sacram. Euchar. disp. 20. sect. 12. num. 62.* & etiam me citato Franciscus Lugo *de Sacr. lib. 5. cap. 5. quæst. 12. num. 95.* cum aliis, & est textus clarus *in cap. Aqua. de consecrat. distinct. 4.* vbi consuetudo Bracharensis Ecclesiæ, qua solebant Episcopi similibus Sacerdotibus committere reconciliationem Ecclesiæ (scilicet consecratæ) corruptela vocatur, & ratio redditur. Quia licèt Episcopus committere valeat, quæ iurisdictionis existunt, quæ tamen Ordinis Episcopalis sunt, non potest inferioris gradus Clericis demandare. Consonat Rituale Romanum dicens: Simplex Sacerdos tantùm ex priuilegio Sedis Apostolicæ potest Ecclesiam ab Episcopo consecratam reconciliare, & tunc vtatur ritu in Pontificali præscripto, cum aqua per Episcopum ad hunc vsum benedicta.

4. Non nego tamen cum Diuo Thoma *in 3. p. quæstion. 83. artic. 3. ad 2.* Episcopum posse concedere facultatem, vt in Ecclesia violata celebretur ante reconciliationem. Nam *in cap. Missarum, & in cap. Hic ergo, de consecrat. dist. 1.* simpliciter decernitur, fieri posse sacrum, vbi iusserit, vel permiserit Episcopus, qui subinde, sicut potest concedere licentiam faciendi Sacrum in loco non Sacro, sic etiam in templo violato; quamuis grauiorem causam ad hoc requirat Auila, quia magis repugnat iuri, ac reuerentiæ templorum, vt rectè perpendit Cardinalis de Lugo *num. 63.* & ideò si distans Episcopus non possit ad reconciliandam Ecclesiam venire, de licentia Vicarij licebit in illa celebrare. Addit Cardinalis de Lugo *vbi supra*, tantam esse posse necessitatem, & tam difficilem aditum ad Episcopum, & ad eius Vicarium, vt etiam sine licentia ipsius celebrari posset in templo violato, quoniam Ecclesiasticum præceptum non obligat cum tanto rigore. Ponit exemplum, si populus non habeat aliam Ecclesiam in qua possit die festo Missam audire Vide etiam Auersam *de Sacram. Euchar. quæst. 11. sect. 14. §. Decimò tandem*, & me citato Garziam *vbi infrà num. 48.*

5. Sed quid dicendum de reconciliatione Ecclesiæ consecratæ Regularium: possuntne eorum Prælati illas reconciliare; Et affirmatiuè respondent Doctores, quos citat, & sequitur Pater Franciscus Lugo *vbi supra cap. 6. quæst. 12. num. 96.* sic enim ait, Certum est posse Regulares ex priuilegio Pontificis templum, vel altare post consecrationem pollutum, reconciliare cum aqua (cui vinum simul & cinis admiscetur) per Episcopum benedicta, vel Prælatum Regularem si distet Episcopus duabus dietis, idest quatuordecim leucis, vt testantur Henriquez *supra* & Manuel *tom. 1. regular. q. 19. art. 2. & tom. 2. Bullar. fol. 268.* Ioan. de la Cruz *in Epitome lib. 2. cap. 5. dub. 8.* qui citant concessionem Leonis X. Bull. 6. Videatur etiam nostrum Compendium *verbo Ecclesia, n. 2.* cuius priuilegium de reconciliatione Templi, seu Cœmeterij consecrati capunt Henriquez, & Auila supra, & merito. Nam Leo X. ibi relatus de tali reconciliatione locutus est. Consonat Cardinalis de Lugo *disp. 20. num. 61.* Huc vsque Pater Lugo.

Sup. hòc. & seqq. vsque ad §. Nota hic. huius Resi. in duabus præcedentibus Resi. in §. Vlt. in 1. §. Sup. his dictis in Resolutionibus not. præter

6. Sed ego adhæreo eius sententiæ quoad Ecclesiam benedictam, sed quoad consecratam habeo difficultatem, nec parum facio in fauorem Regularium sic asserendo; vnde sentiant ipsi verba docti, & amicissimi Patris Hieronymi Garsiæ *in summa theol. moral.* vbi me citato & aliis Doctoribus *tr. 3. dificul. 8. dub. 2. punct. 5. num. 14.* sic asserit. [Aduierto, què Peyrinis *tom. 1 suor. priuileg. constit. 1. Iulij II. §. 22.* con algunos Autores que alega, dize que pueden los Prelados de la Religion reconciliar las Iglesias violadas consagradas; auida primero agua bendita de Obispo: lo mismo dize Antonius Nouarius *in Summ. Bullar. tit. de pollut. Ecclesiar. num. 7.* Y cita à Graffis, pero esto no lo aconsejaria yo. Y lo muestra sentir assi Diana vbi supra. Tambien aduierto, que quando esta cerca Monasterio el del proprio Obispo, y se ofrece auer de bendecir, consagrar, ô reconciliar alguna Iglesia, se le ha de pedir con reuerencia, y instancia tres vezes, que se digne venir à hazer aquellas acciones, y si lo recusare sin causa legitima, pueden llamar à otro Obispo que venga à hazerlo, el qual podra muy bien aunque sea de otra Dioceſi, y esto por priuilegio de Sixto IV. concedido à los Menores, el qual no està reuocado por el Concilio Tridentino, como lo prueban ambos Rodriquez *Manuel tom. 1. de. regul. quæst. 28. art. 1. & 2.* Hieronymus *resolut. 13. num. 4.* Portell. *verb. Benedicere, num. 4.* Miranda *quæst. 40. artic. 5. & 6.* Bauny *quæst. 13.*

citata

citata donde añade , que si se escusare de venir , deben aquam ab eo suppliciter,& enixe, quam Gregorianam vocant, hoc est per eum benedictam, cinereque & vino permixtam petere, eaque Ecclesias suas quaslibet consecratas , respergere, purgare , & reconciliare. Pero contra toda esta doctrina, insurgit, nouissimè Diana *loco suprà citato*, diziendo,que no ay necessidad de pedir licencia para reconciliar las beneditas, ni que por dexarla de pedir pueden los Obispos castigar à los Religiosos, ni poner por ello entredicho en sus Iglesias , empero diga lo que quisiere, que haran mal los Regulares , estando cerca el Obispo, no darle notitia de la violacion quando succedere, que esto pide la dignidal del Diocesano.

Sup. hoc ibidem.

7. Lo vltimo aduierto , que si el proprio Obispo estuuiere lexos del Monasterio, negotio de dos jornadas , ò catorze leguas, y se ofreciese auer de bendecir , ò reconciliar la Iglesia violada , no tiene que pedirle licencia el Prelado , sino bendecirla , y reconciliarla, y en esto conuengo con Diana , saluo si fuesse consagrada, que entonces saltem le auia de pedir agua benedita Por el, como queda dicho,esto consta del priuilegio de Leon X. concedido à los Menores. Ita Garzias.

8. Non nego tamen opinionem Patris Lugo docere absolutè , contra Garsiam Patrem Marchinum *de sacram. ordin.par. 3. cap.*10 *num.*14. vbi sic ait : Quando autem Ecclesiæ sunt consecratæ , opus habent reconciliatione facta per Episcopum, qui non potest alteri etiam Vicario suo hanc facultatem delegare, quod sit munus ordinis Episcopalis. Quod si Ecclesia polluta sit Regularis, & Episcopus per duas Dietas longe abesset, tunc ex concessione Leonis X. facta mendicantibus , poterunt superiores illius ordinis , & reliqui communicantes in eorum priuilegiis, prædictam Ecclesiam pollutam aqua per ipsos benedicta reconciliare. Quod ego semel feci Ticini in Ecclesia nostra Sanctæ Mariæ Coronatæ, pollutæ per quoddam homicidium, & dum post factum multos haberem Curiæ Episcopalis aduersarios, visis, & inspectis nostris priuilegiis , omnes siluerunt. Ita Marchinus, qui citat Sayr. Rodriquez, Vgolinum, Barbosam, Henriquez, & alios.

9. Nota hic obiter cum eodem Marchino *n.* 16. quod si v.g. homicidium, vel magna sanguinis effusio contingat in porta Ecclesiæ ; tunc considera, an contigerit in primo limine , siue linea à parte interna portæ , vel in parte externa illius. Priori modo Ecclesiam pollutatam fuisse declarabis. Posteriori minimè

10. Hinc oritur dubium, an stans in ostio Ecclesiæ, si recipiat vulnus lethale ab inimico, & mortuus cadat extra Ecclesiam , sanguinem in ea non effundendo, an, inquam Ecclesia remaneret polluta; Interrogatus de hoc casu , affimatiuè respondi , nam licèt effusio sanguinis fuerit extra Ecclesiam , tamen vulnus lethale receptum , & datum fuit in Ecclesia, quia qui stat in ostio Ecclesiæ , dicitur stare in Ecclesia; ergo Ecclesia remansit polluta Nec obstat quod sanguis fuerit extra illam effusus:nam si aliquis fuerit lethaliter tantùm vulneratus in Ecclesia , & statim extra illam exiens, moreretur , etiam si in Ecclesia non effuderit sanguinem , adhuc Ecclesia polueretur , vt dicunt communiter Doctores: licèt ego olim contrarium sentiebam; sed hoc accidit in casu nostro. Ergo.

Sup.hoc supra lege latam doctrinam Ref. 135.136.& ex Ref. 132. §. Nota hic, & in tom.1. tract. 7. ex Ref.90. §.1. à medio vs. que in fin.

11. Nota hîc etiam , quod excusatur à peccato Sacerdos celebrans in Ecclesia polluta, quoties pollutio contingeret post cœptum Canonem, imò tunc tenetur Missam prosequi , vt sacrificium perficiat: secus si ante Canonem Missæ violatio accideret,vel Ecclesiam ingrederetur excommunicatus nominatim declaratus per Iudicis sententiam; aut publicus Clerici percussor, qui non vult egredi; tunc celebrans debet à Missa desistere.

Sup.hoc inlius in tom. 5. tract. Ref.136.

12. Deinde excusatur etiam Celebrans in Ecclesia polluta, si id faceret ad communicandum infirmum morti proximum : & quamuis in polluta Ecclesia Sacramenta ministrari non possint; si tamen Ecclesia sit Parochialis, licebit in ea baptizare , & seruare Eucharistiam pro communicandis infirmis Vide Doctores citatos.

In Indice primo huius Tom.9.lege Apendicem ad hunc tract.1.vbi inuenies alias paucas diffic.mistas, & dispersas per alios tom. tract. & Ref. quæ simul pertinent ad hunc tract.1.de Immunitate Ecclesiæ.

TRACTATVS SECVNDVS
DE
IMMVNITATE ECCLESIASTICA.

RESOL. PRIMA.

An Clerici sint iure humano, vel Diuino exempti à legibus, & iurisdictione Principum sæcularium?

Et notatur, quod si Principes noluissent in hanc exemptionem consentire, Summum Pontificem, & Concilia habere potestatem eam inducendi. Ex part.1. tract.2. Resol. 1.

Sup. hoc in Ref. seq. §.

§.1. PRIMA sententia docet , dictam exemptionem esse [illegible] humano : sed multùm consonam iuri diuino. Ita communiter Theologi: Salas *de legib. quæst. 96. tract. 14. disp. 14.sect.11.n.*120. Molin. *de iust. tom.1.tract. 2. disp. 31. num.6.* Salon. *tom. 2. in 2. q.67.art. 1. concl. 4.* Lessius *lib.2. cap.33. dub.4.num.*30.Malderus *in 2.2.tract. 5. cap. 6. dub. 7.* Victoria *relect. 1. de potest Eccl.* Medin. *C. de rest. quæst.15.* Scotus *in 4.dist.25.quæst.2.artic.2.conclus.3.4. & 5.*Villalob. *in sum.tom. 1. tract.11. dub. 17. num.2.* Henriquez *lib. 10. cap. 15. num.1.* Aragon. *in 2.2. quæst. 62. art. 3.* Pereira *de manu regia , cap.3. num.3.* Ledesm. *in 4. p.2. quæst. 20. art. 4. concl. 2.* Soul. *in Expos. Bull. Cœn. cap.19.disp. 91.* & Doctores, quos citat

Non desunt tamen. & seqq. & sup. in tract. 1. Ref.2. §. Verum. ad medium , & seqq. & latissimè hic infrà in Ref. 316.vsque ad 323.& præsertim hos DD. ibi in Ref.320.

cirat Bellett. *in disquis. cleric. p.1.tit.3. §.1. num.27.* Gatsias *de nobil. Hisp. Gloss.9. num.18* Castill.*controu. Iur. lib.2. cap.5. num.29.* Morl. *in empor. iur. p.1. tit. 2. quæst.12.* & alij; apud quos sequentes conclusiones inuenio. Prima: Ecclesiasticos in causis Ecclesiasticis à potestate laica iure diuino esse exemptos. Vnde sequitur, non posse Summum Pontificem causas Ecclesiasticas spirituales Principibus sæcularibus absolutè submittere: nec in contrarium potest allegari præscriptio, cùm res hæc sit de iure diuino. Secunda conclusio: Summus Pontifex de iure diuino ab omni potestate sæculari exemptus est, & extra casum hæresis, à nemine potest deponi, & iudicari ordinaria potestate. Tertia conclusio Ecclesiastici in temporalibus, tam quoad bona sua, quàm quoad personas, exempti sunt à iurisdictione laica iure humano postulante id recta ratione, iuri diuino maximè congruente. Nullum enim sufficiens testimonium adducitur pro illorum exemptione de iure diuino: sed licèt tale ius diuinum naturale non præbeat illis talem exemptionem; dictat tamen, eam à Principibus esse concedendam, & à Romano pontifice fieri posse: vnde, quod ius diuinum ex multis rationibus faciendum esse dictabat, id postea iure canonico, & ciuili factum est, vt patet ex multis Iuribus. Et notandum est, quòd si Principes noluissent in hanc exemptionem consentire, Summi Pontifices, & Concilia habeant authoritatem eam inducendi.

2. Secunda sententia sustinet, Clericorum exemptionem esse de iure diuino, & humano. Ita docent communiter Canonistæ, & quamplures Theologi, vt ex neotericis Suarez *contra Regem Angliæ, lib.4. cap.9.* Layman *in Theol.mor.lib.4.tract.9. cap.8.num.1.* Sousa *in tractat. censur. Pauli V.fol.25. & seq.* Azor. *part.1.lib.5.cap.12.quæst.1.* Bonac.*de contract. disp.10. quæst.2.punct.1.§.1.num.3.* Filliucius *tom.1. tractat.16. cap.11.num.316. & tom.2.tract.25.cap. vltim.num.427.* Duard. *in Bull.Cœn. lib.2. vers.15. q.18. concl.2. n.16.* Comitol.*in tract. Apolog.contra Venetos, cap.5.* Pesantius *tract.de immun.Eccles.disput.1.numer.5.* Altherius *de cens.tom.1.disput.16.lib.5.c.21.* Homobon. *de Exam. Eccles.p.1.tractat.11.cap.4.q.4.* Peregr.*de immu.Eccles. cap.16.num.37.* Vgolin.*in respons.ad Iurisconf.Gymnas. Patauin.cap.2.* Seruant. *in defens. immun.Eccles.contra Venet. propos. 5. fol.57. & seq.* Valenzuola *in Defens. cens. Pauli V.p.4. n.37.* & alij. Idem etiam docent ex Iuristis Surd.*tom.2.cons.301.num.52.* Roland. à Val. *tom.2.cons.23.num.18.* Marius Antonin. *lib.1. resol. 97. n.8.* Ricc.*p.2. dec.299. n.3.* Francisc. Leo *in Thesauro Eccl.p.1.c.14.n.1.* Burlat. *tom.4.cons.397.n.10.* Martha *de iurisd.p.2. cap.6.per totum.* Philipp. Maynardus *de priuileg.Eccles.contra Venetos, part.2. art.12.* Carol.de Grass. *de effect.cler. effect.1.num.2.* Colleg.Bononiens. *in respons. pro libertate Eccles. contra Venetos, num.46.* Vigianius *de immun. Eccles. disput.4.* Germon. *de immun. sacr. lib. 3. capit.15.* Francis. Guttierr. *tractat.de Gabell.quæst.92.num.9. & seq.* Beja *p.1.cap.26.* Cabedo *p.2.decis.83.num. 10.* Ioan. Francisc. Fagn.*in tractat. de iustit.cens. Pauli V. p.1. fol.8. & p.4. fol.93.* Ioan. Beltran.*in propugn. libert. Eccles. asser.1. §.7. n.13.& 51.* Et vt dixi, communiter Canonistæ, & alij, quos citat Bobadill.*in Polit. tom.1. lib.2.c.18 n.17.in Glossa, littera B,* & Castill. Ramirez *in tractat. de lege regia, §.27.num.9.in Glossa, littera V.*

3. Hanc igitur sententiam tanquam probabiliorem amplectens, assero, priuilegium exemptionis Clericorum fuisse à iure diuino immediatè concessum, & à iure canonico posteà stabilitum: & etiam secluso iure diuino immediato, potuisset exemptio Clericorum per ius canonicum, sine adminiculo iuris ciuilis, introduci: quod quidem ius ciuile postea dictum priuilegium concessit. Et primus omnium videtur hoc priuilegium Constantinus acceptasse. Rationes verò, quæ hæc omnia confirmant, videbis apud citatos Authores, & præsertim apud Suarez, & Duardum, Sed, si quis primam opinionem vellet sequi, quæritur.

RESOL. II.

An exemptio clericorum, dato & non concesso, quod non sit de iure diuino, fuerit primario de iure ciuili, & ortum habuerit ab Imperatoribus: vbi multa alia scitu digna circa suprà dicta inuenies?

Et dato, & non concesso, &c. Difficultas est, an possit contra exemptionem Clericorum consuetudo præualere?

Idem dicendum est de præscriptione.

Et satis late explanatur, quod exemptio Clericorum sit de iure Diuino. Ex part.5.tractat.1.Resol.21.

§.1. AFfirmatiuam sententiam docet Michaël de Palatio *in 4. sent.dist.25. disput.5.fol. mihi 540.* vbi sic ait. Constantinus Clericos exemit, & fecit immunes à iurisdictione temporali; ergo antè non erant immunes. Et poterit iuuare sententiam hanc ex Nicephoro *lib. 7. c.42.* vbi traditur immunitatem concessisse Constantinũ Episcopis & Clericis, vt essent immunes à iurisdictione sua, & suorum Officialium, *l.iuxta sanctionem, de Episcop. & Cler.* & *cap.43. eodem lib.* meminit idem Auctor causam criminalem Cæciliani Episcopi Carthaginiensis, quæ agitabatur coram Constantino Imperatore, à se ablegasse, illámque commisisse Romano Pontifici decidendam cum aliis Episcopis. Ita Palatius; & quod peius est, vt * alibi etiam adnotaui, Salgadus *de protect. Reg. tom.1. part.1. capit.1. prælud.1. num.51.* & Ceuallos *de cognit.& c. in proœmio, c.5. num.11.* docent ante Iustinianum non fuisse distinctionem fori inter laicos & Clericos, quam sententiam docuit etiam nostris temporibus Pseudotheologus Paulus Seruita.

2. Sed hæ opiniones prorsus non sunt admittendæ, nam, dato, & non concesso, quòd exemptio Clericorum non fuerit de iure diuino, dicendum est Clericos fuisse exemptos ex auctoritate Pontificia D. Petri ante omnem concessionem Imperatoris Christianorum, vnde multi, etiam ex antiquioribus Pontificibus, Clericos à laicis iudicari, vel apud illos causam mouere vetuerunt, etiam illis temporibus, quibus Imperatores infideles erant, vt patet ex *c.relatum 11.q.1.* & aliis, quod confirmatur ex Concil. Trid.*sess.25.c.20.de reform.* quia nulla facta iuris mentione dicit Ecclesiæ, & Ecclesiasticarum personarum immunitatem diuina ordinatione, & Ecclesiasticis sanctionibus, esse constitutam. In quibus verbis apertè supponit immunitatem hanc non à iure ciuili, seu à concessionibus Principum sæcularium duxisse originem, aliàs propriam & immediatum huius immunitatis causam tacuisset, & in rigore aut falsa, aut nimis diminuta fuisset doctrina. Et ita docet Suarez *contra Regem Anglia lib4. cap.11.num.7.* cui ego addo Valboam de Magroviejo *in lect.Salmant. tom.2.cap.2. de iudiciis, n.36.* qui etiam obseruat esse manifestum errorem dicentium priuilegium immunitatis Clericis à Iustiniano concessum, ita vt ante illum nunquam in Ecclesia distinctio fori inter Clericos & laicos recepta fuerit; hic enim error apertè conuincitur à primo: nam multo ante Iustinianum constat concessum, vt de * Constantino constat ex adductis à Baronio *anno Christi 330.* & de Valentiniano testatur Ambrosius *lib.2. epist. 13. & 32.* de Honorio constat *in leg.41. de Episcopo & Cler.* & ideò fuit sententia Concilij Aquilarensis, quam refert

Sup. hoc late inferius in Resol.32.

* Alibi in Resol. not. præteritæ, & seq.

Supr. hoc in Resol. seq.

refert. Ambros. *d. epist.* 13. August. *ep.* 53. & in Concillio Matisconensi II. *cap.* 9. expresè dicitur hanc immunitatem initium habuisse à tempore nascentis Ecclesiæ. Huc vsque Valboa, & ante illum Sousa *in tractat. de censura Pauli V. fol. mihi* 38. Confirmatur nostra opinio ex Card. Bellarm. contra Paulum Seruitam *fol. mihi* 7. vbi sic ait. [Io trouo nella scrittura tutto il contrario. (loquitur contra id, quod asserebat Paulus Seruita, (perche al tempo della primitiua Chiesa S. Paolo dimostra ch'il Vescouo haueua il suo Tribunale e giudicaua i suoi subditi Ecclesiastici come si vede in quelle parole nel 5. cap. della 1. epist à Timoteo vescouo di Efeso. [Aduersùs Presbyterum noli accusationem recipere nisi sub duobus, vel tribus testibus, quæ quidem verba, vt obseruat etiam Valboa *vbi suprà num.* 39. supponunt iam tunc fuisse Episcopale tribunal, & Suarez *vbi suprà c.* 13. *num.* 10. rectè docet Palaum *loco cit.* non loqui de solis causis Ecclesiasticis, sed de querelis contra Clericos in causis criminalibus, nàm in illis fit propriè accusatio, & cùm Paulus indefinitè & simpliciter loquatur, non est restringenda illius sententia ad crimina Ecclesiastica : de quocunque ergo crimine poterat, & debebat tunc Præsbyter accusari in tribunali Ecclesiastico, licèt de facto tunc Clerici ab Imperatoribus communiter iudicabantur. Videat modo Cutellius, si rectè dicere potuit *in Cod. legum Sicul. fol.* 301. exemptionem Clericorum quoad personas & res fuisse introductam ex pietate Imperatorum, & an sit opinio probabilis quod ius Canonicum confirmauit exemptionem Clericorum, & non principaliter tribuit : nam ipse Cutellius hoc in dubio relinquit, vt patet ex verbis *in num.* 47. appositis ibi, *Aut verò respicimus*, &c. Ad Canones verò quos ipse Cutellius adducit in fauorè suæ oppinionis, respondeo, quòd certò fatendum est Imperatores exemptionem Clericorum confirmasse, & acceptasse, vt patet ex his, quæ adducit Suarez *loco cit. cap.* 12. Id verò quod nos negamus, est quòd prima origo, vel principalis, fuerit concessio Imperatorum. nam, vt satis probatum est suprà, ante imperatores Catholicos aderat in Ecclesia Dei dicta exemptio Clericorum. Vnde ex his apparet exemptionem Clericorum non sumpsisse originem à concessione Imperatorum, licét postea Catholici Imperatores dictam exemptionem confirmauerint, & ideò Seruantius *in defensione immun. Eccles. fol. mihi* 18. rectè obseruat leges Imperatorum pro exemptione Clericorum non fuisse leges institutorias, sed subsidiarias, vt docuit etiam Rota coram Domino meo amantissimo Merlino *in vna Alban. die* 28. *Iunij* 1630. & Philotheus *in defens. Cons. Pauli V. fol. mihi* 19. confirmat hoc ex verbis Imperatorum. Quòd autem Summus Pontifex potuisset eximere simpliciter Clericos proprtia auctoritate à subiectione temporalium Principum, latè probant Theologi & Canonistæ, & inter illos Bellarminus *tract. de potest. Sum. Pontificis*, contra Barclaium *cap.* 34. & illi etiam, qui exemptionem Clericorum parum fauere existimati sunt, vt Sotus *in* 4. *dist.* 25. *quæst.* 2. *art.* 2. *concl.* 6. vide etiam Baglionem *in Apolog. pro immun. Eccles. propos.* 12. & Seruantium *in defens. immun. Eccles. propos.* 5. *fol.* 51.

Sup. hoc late infrà in Ref. 323. §. 2. & in aliis eius not.

Sup. hoc in Ref. præterita recitanter in fine §. 1. & late infra in Ref. 339.

3. Restat igitur ex supradictis satis labefactata opinio Salgadi, Ceuallos, & aliorum asserentium à Iustiniano cœpisse exemptionem Clericorum, & simul id, quod asseruit Michaël de Palatio, nempe Constantinum primum illam præbuisse, quod in specie damnat Anton. Bouius *in respons. ad consider. Pauli Seruitæ p.* 2. *fol.* 19. vbi postquam dixisset Constantinum fecisse Clericos immunes, sic addit. [Ma non pensi alcuno che qui habbia hauuta la sua prima origine la liberta Ecclesiastica cheauanti Constantino & i doi Concilij Romani celebrati al suo tempo, e di S. Siluestro gia n' haueano fatto decreto nell'anno 396. San Marcellino en el. 283. S. Caio. Nel Concilio Africano del 257. celebrato al tempo di San Cipriano fu priuato dalli consueti suffragij Geminio Vittore, per che contra le leggi Ecclesiastiche gia prima fatte hueua instituito tutore Gemino Faustino Prete, pure per leggi Imperiali accio i pupilli non rimanessero senza tutore, niuno era essente del carico delle tutele ne gli edili, nei Senatori, ne altri di qual si voglia dignita da che si vede che fin d'all'hora quei Santi Vescoui non si stimauano soggeti alle leggi ciuili, ma douue bisognasse con contrarie leggi vi derogauano. E fin al tempo de gli Apostoli stessi San Clemente nella sua prima epistola fece Decreto.] ita Bouius. Vnde ex omnibus supradictis clarè apparet, quàm cautè legendi sunt, aliqui recentiores, dum de immunitate Ecclesiastica tractant.

4. Non desinam tamen pro coronide huius resolutionis hîc adnotare quod ego *in p.* 1. *tract.* 2. *resol.* 1. pro parte negatiua, quòd Clerici non sint exempli à laica potestate, de iure diuino adduxi plures Doctores. Verùm quia inuenio hæreticos nostri temporis vt Henricum Arnisæum *in comment. polit. de subiectione & exempt. Clericorum, cap.* 3. *per totum.* Paulum Seruitam & alios huius farinæ homines, magnum festum facere, vt loquuntur Iurisconsulti, quòd aliqui ex Catholicis negatiuam hanc sententiam teneant, ideò nunc affirmatiuam stabilire conabor.

Quæ hic est Ref. antecedens, & in aliis eius primæ not.

5. Dico igitur diuino iure, seu Dei ordinatione Clericorum immunitatem in Ecclesiam inuectam esse. Probatur ex Conciliis. Concilium Lateranense sub Innoc. III. *c.* 46. sic ait. Nimis de iure diuino quidam laici vsurpare conantur, cùm viros Ecclesiasticos nihil temporale obtinentes eos ad præstandum sibi fidelitatis iuramenta compellunt. Concilium Lateranense sub Leone X. *sess.* 9. sic loquitur. Cùm à iure tam diuino, quàm humano laicis potestas nulla in Ecclesiasticas personas attributa sit, innouamus omnes & singulas constitutiones, &c. Concil. Trid. *sess.* 25. *cap.* 20. *de reform.* sic habet: Ecclesiæ & personarum Ecclesiasticarum immunitas Dei ordinatione, & Canonicis sanctionibus constituta est. Concilium Colonienſe Prouinciale *p.* 9. *cap.* 20. Immunitas Ecclesiastica vetustissima res est, iure pariter diuino & humano introducta, quæ in duobus potissimè sita est, primum vt Clerici, eorùmque possessiones à vectigalibus & tributis aliisque muneribus laicis libera sint. Deinde ne rei criminis ad Ecclesiam confugientes, inde extrahantur. Hæc ibi. Sed his omnibus addendus est Bonifacius VIII. *in cap. quamquam, de cens.* Ecclesiæ, inquit, Ecclesiasticæque personæ, ac res ipsarum, non solùm iure humano, quin imò & diuino sæcularium personarum exactionibus sunt immunes, &c. In Can. *si Imperator d.* 96. Ioannes Papa VIII. expresè dicit Deum exemptionem dedisse Clericis à foro sæculari; sic enim ait: Non à legibus publicis, non à potestatibus sæculi, sed à Pontificibus & Sacerdotibus omnipotens Deus Christianæ Religionis Clericos & Sacerdotes voluit ordinari & discuti. Vbi gl. *in verb. discuti*, asserit. Ergo antequam esset aliqua coistitutio, etiam Clerici non erant de iurisdictione sæculari, vnde omnes constitutiones, quæ emanarunt, quòd Clerici non sint iudicandi nisi ab Episcopis, non sunt, nisi iuris declaratio. Adest etiam Can. *Syluester* 11. *quæst.* 1. vbi Gelasius Papa, cùm sciret quosdam Clericos læsos fuisse quoad immunitatem, dicit hoc esse contra leges diuinas

Sup. hoc infra in Ref. 217. cursim in §. Probatur secundo. & in Ref. 336. §. 2.

diuinas. Et tandem in Can. *relatum, eadem causa & quæstione*, Alexander Papa videns aliquos violare immunitatem Ecclesiasticam, asserit: Taliter præuaricantes præuaricati sunt in Deum, & non obedierunt præceptis eius.

6. Verùm negatiuæ sententiæ defensores variis responsionibus hæc refellere conantur. Nam Sotus respondet Bonifacij V I I I. dictum intelligi debere in causis Ecclesiasticis, vel certè quoad personas tantùm. Sed hæc responsio iisdem Bonifacij verbis reiicitur, qui disertè asserit Clericorum personas & bona à sæcularium Principum exactionibus vtroque iure libera esse. Couarruuias, Molina & alij asserunt *in supracitatis locis*, nomine iuris diuini ius Canonicum significari, quod lato quodam dicendi modo ius diuinum appellari solet, vt patet *in cap. cum de diuersis, de priuil. in* 6, At solutio hæc redarguitur tum ex Concil. Later. sub Leone X. tum ex Bonifacij V I I I. constitutione, vbi cùm iure tàm diuino, quàm humano libertas Ecclesiastica introducta esse dicatur, ius diuinum propriè ac strictè acceptum videtur, siquidem numquam Canonicum appellatur, cùm ab humano distinguitur, vt in allegatis sanctionibus distingui perspicuè cernimus, est enim ius aliud diuinum, aliud humanum, diuinum aliud reuelatum positiuum, aliud naturale; humanum verò secernitur in Canonicum & ciuile, vnde cùm diuino humanum opponitur, sub illo Canonicum comprehendi non potest. Addo quòd cùm in Concil. Later dicatur. Omni etiam id diuino iure prohibente, nulla causa est, cur diuinum strictè sumptum inde excludi debuerit, & ad Concil. Trident. vbi Ecclesiasticarum personarum libertas Dei ordinatione & canonicis sanctionibus asseueratur constituta, quomodo responsio Molinæ & Couarruuiæ aptari posset non video: Tridentinum enim non dixit immunitatem Ecclesiasticam esse de iure diuino, sed ex Dei ordinatione, quasi tollere volens chimæricam interpretationem supradictorum, qui, vt dictum est, per ius diuinum intelligere volunt ius Canonicum, & dum Concilium dicat Dei ordinatione, & canonicis sanctionibus, expressè loquitur de iure diuino, quatenus à iure Canonico distinctum est.

7. Non desinam etiam hic adnotare Bellarminum, Sesse, Garziam, & alios, quos refert & sequitur Carlouallius *de iudiciis lib. 1. tit. 1. disput. 2. q. 6. sect. 1. n.* 401. docere Bonifacium V I I I. nomine iuris diuini voluisse significare hanc exemptionem habere exemplum in Scriptura, eo quòd *Genes. 47.* cùm Ioseph tributariam faceret vniuersam terram Ægypti, liberos reliquit Sacerdotes. Sed neque ista solutio admitti potest, impropria enim admodum loquutio est aliquid esse ex diuino iure, quia aliquid simile legitur in Scriptura, quasi verò non possit Scriptura narrare multa, quæ ex iure diuino ortum non habuerunt, sed ex hominum voluntate. Deinde cùm non in solo Bonifacio, sed in quatuor etiam Conciliis legatur rem hanc esse iuris diuini, non potest dici in illis omnibus locutionem esse impropriam, alioqui nihil firmum ex Scriptura & Conciliis deduceremus: nec dici potest, vt suprà obseruauimus, solùm agi de exemptione in causis omnino Ecclesiasticis, cùm verba Conciliorum aliud sonent.

8. Nec valet dicere, quòd vt aliquid asseratur esse ex iure diuino, colligi debet ex aliquo Scripturæ testimonio, sed in nullo Scripturæ loco inuenitur exemptio ex iure diuino. Non, inquam, hæc valent, nam fatemur nullum esse in Scriptura testimonium expressum pro immunitate Ecclesiastica in lege Gratiæ, sed inde non bene infertur, non esse ex iure diuino, quia bene possunt esse iuris diuini aliqua, quæ non sint in Scriptura, dummodo instituta sint à Christo Domino, & Apostolis tradita, vt per illorum manus ad nos vsque deuenirent. Etenim quæ pertinent ad materias & formas Sacramentorum, iuris diuini sunt, nec tamen omnia habentur in Scriptura. Dico ergo ex prædictis Conciliis & auctoritate Bonifacij sufficienter colligi immunitatem Clericorum esse iuris diuini; vnde cùm in Scriptura non habeatur, creditur id esse à Christo Domino institutum, & per traditionem ad nos deuenisse. Et hæc omnia docet etiam Granadus *de Sacram. in 3. p. contr. 9. tr. 4. disp. 4. sect. 2. n.* 16. & ideo nostram sententiam, nempe exemptionem Clericorum quoad personas & bona esse de iure diuino determinat etiam sacra Rota Romana *dec. 10. in antiquis*, & nouissimè, vt patebit in fine huius tractatus, coram Domino meo Merlino, viro doctissimo, & nunquam satis laudato, *in vna Albensi Gabellæ die 28. Iunij 1630.*

9. Sed dato, & non concesso, quod exemptio Clericorum non sit dere diuino, sed positiuo, difficultas est, an possit contra illam consuetudo præualere? & in hoc scopulo multi naufragantur, aliqui enim Ministri laicalis iurisdictionis ideo constanter defendunt exemptionem Clericorum esse de iure positiuo, quia putant ex hoc contra dictam exemptionem præualere posse consuetudinem, quã in aliquibus Regnis adesse asserunt; sed fœdè labuntur, vnde vt excusationem non habeant, ponam ea, quæ Doctores in puncto asserunt, & in eorum fauorem posset quis dicere, quòd consuetudo ius positiuum abrogare potest, vt traditur *in cap. fin. de cons. & cap. 2. de probat.* ergo poterit ius positiuum Canonicum abrogare; nihil ergo refert quòd consuetudo sit contra sacros Canones hanc immunitatem statuentes, sicut potest in omnibus aliis materiis, dato quòd hæc immunitas sit de iure Canonico. Deinde sicut consuetudo est potens ad acquirendam iurisdictionem, vt patet *in cap. irrefragibili, de offic. ordin.* similiter potens erit ad illam amittendam.

Sup. hoc supra in tr. 1. Resol. 116. §. Nec obstat. & seqq. Sed lege eam per totam, & inf. lege doctrinam Resol. 11. & si vacas otio, vide etiam omnes Res. & §§. omnium notationum dictarũ Resol. & repleberis doctrina pro contingentibus circa hoc.

10. Sed respondetur hoc argumentum non procedere quando ius Canonicum consuetudinem prohibet, supponendo illam esse iniquam, & hoc modo prohibet ius Canonicum consuetudinem contra libertatem Ecclesiasticam; vt decisum est *in cap. 1. de consuet. & in cap. ad nostram, eod. tit.* Et hac ratione leges omnes contrariæ Ecclesiasticæ immunitati tanquam iniquæ à iure Canonico reprobãtur, vt constat ex *toto tit. de immunit. Eccles.* & docuit Bartol. *in l. de quibus, num. 4. ff. de legib.* Idem ergo de consuetudine dicendum est, quæ legi æquiparatur, vt eodem argumento probant Butrius *in cap. cum ex officiis, n. 3. de præscript.* Rochus *in cap. fin. de consuetud. n.* 521. multos alios referens. Nec dubium est quòd omnis consuetudo, quam lex Canonica, vt iniquam reprobat, verè irrationabilis est; mirum ergo non erit, quòd legem Canonicam non vincat, siquidem vim consuetudinis cùm sit irrationabilis non habeat. Et hæc omnia docet Valboa *in lect. Salmant. c. 8. de iudic. n.* 11. Sed non desinam hîc etiam apponere verba non vnius Doctoris, sed totius inclyti Collegij Bonon. *in resp. pro libert. Eccles. 33. fol. mihi* 39. vbi sic ait. Ad præiudicium exemptionis Clericalis & libertatis Ecclesiasticæ nihil operatur longissima consuetudo contraria, vel præscriptio immemorabilis, ex *c. Clerici*, & *ibi gl. in verb. consuetudines. de iudiciis*, & ex *c. ad audientiã. & c. fin. de cons.* vbi glossa, daclarans quæ sit consuetudo irrationabilis non præiudicans iuri positiuo, ait, esse per quam aliquid introducitur contra nervũ Ecclesiasticæ disciplinæ, seu libertatis, & extat optima decis. Rotæ *in antiquis* 10. quæ nobis seruiet pro omnibus quæ allegari possent. Ita venerandum illud Collegium,

Cui addo Euerardum *conſ.*42.*num.*38 Rebuffum *conſ.* 193.*num.*7. Germonium *in aſſert. liber. Eccleſ.cap.*4.§. 17.Vigianum *de immu.Eccl. diſp.*2.*concl.*4. Fagnanum *in reſponſ. pro cenſ. Pauli V.p.*4. *fol.mihi* 115. & alios penes ipſos, quæ omnia confirmantur. Nam *in cap. noueri, de cent.excomm.* excommunicantur, qui ſeruari fecerint conſuetudines introductas contra libertatem Eccleſiæ, & omnes Poteſtates, Conſules,Rectores, aut Conſiliarij locorum, in quibus ſeruatæ fuerint,omnes qui ſecundùm illas præſumpſerint iudicare, vel in publicam formam ſcribere iudicata.Et in Bulla Cœnæ *n.*15.excommunicantur,qui prætextu cuiuſuis conſuetudinis aliquid fecerint contra libertatem Eccleſiaſticam, & *num.*19. ad hoc vt quis quomodolibet ſe interponat in cauſis criminalibus Eccleſiaſticorum, dicitur requiri ſpecialis, ſpecifica & expreſſe licentia Sedis Apoſtolicæ & denique in fine eiuſdem Bullæ expreſsè dicitur,quòd in omnibus & ſingulis, quæ in illa fuerunt præmiſſa, nullatenus poteſt, aut debet in poſterum præiudicari per quoſcumque actus contrarios, tacitos, vel expreſſos, & neque etiam per patientiam & tolerantiam ipſius Papæ, quantocumque tempore continuatam,quæ verba clariſſime excludunt omnem contrariam conſuetudinem, quæ poſſit induci etiam per patientiam & tolerantiam Papæ. Et certum eſt,quòd quando lex ab initio reſiſtit alicui conſuetudini inducendæ, cámque reprobat vt irrationabilem, & malam; non poteſt poſtea talis conſuetudo ita inualeſcere,vt abroget legem,vt ex multis probat,Baldell.*in diſp.Theol.tom.*1.*lib.*5.*diſp.*39.*num.*10.qui *num.*11.probat ex D.Thom.*in p.*1.*q.*97.*art.*3.*ad* 3. & alijs,quòd vt conſuetudo quæ eſt lex non ſcripta, poſſit obtinere contra legem ſcriptam,vel debet eſſe inducta à multitudine,penes quam ſit poteſtas condendi leges, & abrogandi, vel ſaltem debet eſſe permiſſa & tolerata à Principe talem poteſtatem habente.Sed certum eſt quòd laici non habent poteſtatem condendi leges contra ius Canonicum de immunitate, per conſequens neque etiam poſſunt contra illud inducere conſuetudinem. Neque Papa poteſt dici illam permittere, & tolerare,cùm quotannis in Bulla Cœnæ grauiſſimè illam damnet ac reprobet. ergo, &c. Hæc Baldellus.

11. Sed aduerſarij in luce clara cæcutientes adhuc vrgent,& aſſerunt, quòd licèt reſpectu conſuetudinis vniuerſaliter exemptionem Clericalem abrogantis vera ſint omnia ſupradicta, nam generalitas conſuetudinis huius præ ſe ferret indecentiam,& irreuerẽtiam Eccleſiæ, adeò vt nec per legem ſcriptam talis derogatio immunitatis fieri poſſit.Nihilominus tamen non videtur vniuerſaliter procedere de omni conſuetudine particulari, quæ introduci poteſt in certis materiis, vel cauſis vel perſonis, vel prouinciis, quo caſu non ſemper erit irrationabilis conſuetudo, & ita docet Couarr. *in pract. cap.*31.*num.*5.vbi exiſtimat in aliquibus caſibus conſuetudinem legitimè præſcriptam poſſe reſtringere, aut limitare hanc Clericorum exemptionem,eo quòd putat eſſe de ſolo iure poſitiuo, quamuis fateatur id non procedere ex ea parte, qua dedecus eſſet ordini Eccleſiaſtico,& ſic putat ſuſtinendam eſſe conſuetudinem Anglorum,apud quos Clerici coram ſæculari iudice litigare cogebantur ſuper realibus actionibus, quamuis eam reprobet in perſonalibus,de quo etiam Guillelm.Benedictus *in cap. Raynutius,de teſtam.ver. & vxorem, num.*322. Boërius *deciſ.*69.*num.*20.Tiraquell.*lib.*1. *de Retract.* §.32.*gloſſ.*9.*numer.*81. Garſias *de nobilit.Hiſp.gloſſ.*9.*num.*44.& Iulius Clarus *lib.*5. *ſentent.*§.*fin.quæſt.*36.*num.*3.

12. Verùm opinio hæc Couarruuiæ, & alto-

rum, non eſt admittenda, cùm expreſsè ſit contra textum *in cap.Clericis, de iudic.* ibi, Clerici maximè in criminalibus cauſis in nullo caſu poſſunt ab aliquo, quàm ab Eccleſiaſtico iudice condemnati, etiamſi conſuetudo Regia habeat vt fures à iudicibus ſæcularibus iudicentur:quæ quidem verba, vt patet apertè probant particularem conſuetudinem non poſſe priuilegio Clericali ex parte derogare.Dicendum eſt igitur omnem conſuetudinem, ſiue generalem, ſiue particularem, contrariam libertati Eccleſiaſticæ eſſe iure reprobatam, & irrationabilem, adeò vt non poſſit immunitas hæc contraria conſuetudine aliqua ex parte derogari: ex omnibus Decretis Canonicis, que loquuntur de particularibus conſuetudinibus, eáſque omnino reprobant, & ita ſæpè Pontifices & Concilia declararunt, vt præter citatum *cap.Clericis*, conſtat *ex cap. inolita, cap.placuit, cap. ſi Clericus, cap. ſi quis ex fratribus, cap. peruenit* 11. *quæſt.*5. & hæc omnia docet Valboa *ibi ſuprà*, & ante illum Suarez & alij penes me *in part.* 4. *tract.* 1. *reſol.*1. & Azorium *tom.*1. *lib.*5. *capit.* 12. *quæſt.* 1. §. *ſed dubitare poſſet.* Vnde non eſt admittendum quod docet Salgadus *tom.* 1. *part.* 1. *præl.* 3. *num.*128. & Ioannes de Roa *in Apol. de iur. Princip. quæſt.*2.*num.*62.*fol.*191.

Quæ hic eſt infra Reſ.11. & in omnibus Reſ. not præteritæ.

13. Sed dicet aliquis interdum fieri poſſe, vt conſuetudo non tantùm laicorum ſit,ſed etiam Clericorum, vt ſi non coactè, ſed voluntariè laicorum conſuetudinem obſeruent,, eorum adeundo iudicia, vel tributa ſoluendo,tunc enim conſuetudo erit mixta, ſeu communis laicis, & Clericis, quæ etiam in Eccleſiaſticos vim habet.Vnde Couarr.*in pract.c.*31. fatetur eo caſu conſuetudinem, quantum eſt ex ea parte,poſſe Eccleſiaſticæ libertati derogare. ſi aliàs ſit rationabilis. Sed hanc ſententiam *in part.*4. *tract.* 1.*reſol.*16. ego reprobaui. Sed ſcio quemdam Iuriſconſultum aduersùs illam muſſitaſſe, immeritò quidem, nam præter Suarez à me ibi adductum, hanc opinionem refellit Valboa *vbi ſupra, & in cap.*1. *de foro compet. num.* 6. quia, ait ille, conſenſus Clericorum in eo caſu,quando adeſt Eccleſiaſticæ libertatis præiudicium, nihil operabitur, eſt enim priuata quædam renunciatio priuilegij omnino inefficax; tum etiam, quoniam tali cenſenſui Clericorum nunquam aſſiſtit expreſſus,aut tacitus conſenſus Pontificis, ſine quo nulla poteſt eſſe conſuetudo iuri Canonico derogans. Vnde quando dicimus conſuetudinem Clericis, & laicis communem, Clericos etiam ligare, intelligendum eſt de conſuetudine,quæ non præiudicat ſacris Canonibus, quo caſu ſaltem conſenſus,tacitus Pontificis deſideratur. At in ſpecie noſtra in conſuetudine priuilegium Clericale abrogante expreſſus Pontificis conſenſus deſideratur,ideóque in particularibus caſibus laicis in Clericos iuriſdictio à Pontifice concedi poteſt,conſuetudine tamen nullo modo introduci. Adde quòd in hac materia nõ poteſt præſumi etiã tacitus conſenſus Pontificis,tum quia eſt valde odioſa Pontificibus,tũ quia vix poſſet talis conſenſus tacitus ſine maiori cognitione cauſæ prudenter & licitè dari:quoties autem conſenſus non eſt prudens & honeſtus, in Principe non præſumitur. ergo &c. Vnde ex his patet ſolutio ad ea, quæ docet Salgadus *tom.*1. *part.*1. *capit.*1. *præl.*3. *numer.* 137.

Quæ hic eſt infra in Reſ. 74.

Sup.hoc addito Sperellæ, ſupra in tr.1. Reſ.57. §.Et tandẽ.

14. Quod autem in præſenti reſolutione dictum eſt de conſuetudine,idem dicendũ eſt de præſcriptione.Optimè de eo Beltran de Gueuara *in propugn.eccl. liber.aſſert.*1.§.7.*n.*37. Vigianus *de immun.Eccleſ.diſp.* 2.*con.*4.& alij.Sicut enim nulla conſuetudine priuilegiũ Clericale diminui poteſt,ſimiliter nec præſcriptione etiã immemoriali,eſt enim laicus huius poteſtatis

Sup, hoc infra in Reſ.11. §. vlt. & in Reſ.37.§.penult. & in Reſ.256.curſim in §. vlt. & in Reſ. 295. & in tom.4. tr.6. Reſ.59. §.2.à lin.7.&c.

Sup.hac præſcriptione infra ex doctrina Reſ. 30.

statis incapax, nec possidere potest consequenter, nec præscribere, vt patet *ex c. causam de præscr* Verùm ex his omnibus satis remanent soluta ea, quæ docet Petrus de Vries *in Otio æstiuo, p. 1. n. 98.* Adducere autem pro iustificatione dictarum consuetudinum & præscriptionum tacitum consensum, approbationem & tolerantiam Papæ, est purum figmentum, vt benè firmat Rot. *decis. 16. de consuetudine in antiq.* quæ respondet omnibus quæ in contrarium adduci possent, & hæc vna pro omnibus sufficere deberet. Vide etiã Surdum *cons. 301. n. 57.* & Barbosam *de iure Eccl. lib. 1. c. 39. n. 195.* & alios, quos adducit Bellettus *in disquis. Cler. p. 1. tit. de fauore cler. pers. §. 3. n 13.* Imò ego asserо quòd Papa non consentit, neque tolerat, sed singulis annis in Bulla Cœnæ clamat & reprobat supradictas consuetudines, vt docet & determinat sacra Rota Romana coram Pegna *in vna Oscen. Canon. die 1. Decembris 1595.*

Sup. hac tolerantia infra in Resol. 10 & 11. vers. & in Resol. 30. cur. & in Resol. 37. & in Resol. 47. ad tertiũ. ad secundum. & in Resol. 41. & infra in fine Resol.

RESOL. III.

An priuilegium exemptionis à iurisdictione temporali Clericis concessum fuerit, & inceperit tempore Constantini? Ex part. 1. tract. 2. Resol. 127. alias 126.

Sup. hoc in Resol. præcedenti in fine medium vers. de Constantino sed lege eã principio.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet Salgado *de protectione regia, tom. 1. part. 1. cap. 1. Præl. 1. num. 51.* Ceuallos *tr. de cognit. per viam violentiæ, in Proœmio, cap. 5. num. 11.* & alij penes ipsos.

2. Sed supradicti Auctores in hoc non sunt] audiendi: & ideo contrariam sententiam docet Ioan. de Maderiaga *in tract. de Senatu, cap. 39. §. 2. fol. mihi 367.* & Cardinalis Bellarminus *in Resp. ad duos libellos cuiusdam Theologi, fol. mihi 7.* Et probatur manifestè ex authoritate Concilij Carthaginensis III. *can. 9.* vbi sic habetur: [Item placuit, vt quisquis Episcoporum, Presbytorum, seu Clericorum, si derelicto Ecclesiastico iudicio publicis iudiciis purgari voluerit, etiamsi pro ipso fuerit prolata sententia, locum suum amittat, & hoc in criminali actione: in ciuili verò, perdat quod euicit.] Ita illud Concilium, quòd fuit celebratum centum triginta annos ante Constantinum. Vnde apparet manifestè falsitas contrariæ sententiæ. Vide etiam Concilium Chalcedonense *cap. 9.* & Agathense *can. 32.* Rectè igitur Bellarminus, *vt suprà*, sic asserit: [Ecco quanto sia falso, che prima del tempo di Giustiniano non ci fusse distintione di foro, ma per che Giustiniano si vsurpò grande autorità in volet giudicare le cause de gli Ecclesiastici, però Menna Patriarca di Constinopoli, domandò all' Imperatore, che al menò lasciasse alli Vescoui la cognitione delle cause ciuili: è l'Imperatore lo concesse.] Ita Ille. Vnde apparet, quàm cautè legendi sunt aliqui Iurisconsulti, quando loquuntur de immunitate, & potestate Ecclesiastica.

RESOL. IV.

An Principes, vel Summus Pontifex possint reuocare hoc priuilegium, Ecclesiasticæ Immunitatis, etiam stando in sententia asserentium hanc exemptionem non esse de iure diuino, sed tantum de iure humano? Ex part. 1. tract. 2. Resol. 2.

Non contenti in hac Resol. infra in Resol. 42. & pro parte in

§. 1. REspondeo negatiuè, etiam stando in sententia illorum asserentium, hanc exemptionem non esse de iure diuino, sed tantùm de iure humano. Ita Molin. *de iust. tom. 1. tract. 2. disp. 31.* Lessius *lib. 2. cap. 33. dub. 4. num. 35.* Malderus *in 2. 2. tract. 1. cap. 6. dub. 4. in fin.* & nouissimè Ceuall. *tract. de cognitione per viam violentiæ, in Proœm. cap. 6. per tot.* Salgad. *de protect. regia, tom. 1. part. 1. cap. 1. præl. 3. num. 127.* & alij. Quia populi, à quibus Principes habent authoritatem, consenserunt in hanc exemptionem: vnde non est in eorum potestate illam reuocare, Et quod semel concessum est, non potest ampliùs repeti. Secundò, quia Pontifices, & Concilia, quæ sunt supra ipsos Principes, eam confirmarunt. Idem verò dicendum est de Summo Pontifice: non enim potest in vniuersum huic iuri immunitatis renunciare: quia ipse non est dominus absolutus bonorum, & iurium suæ Sedis, & illorum, quæ à Principibus donata sunt illi: quia principaliter sunt donata Christo, & Pontifici, vt Vicario eius, & ideo non personæ, sed sedi data sunt: & sic solùm est dispensator fidelis, & prudens: vnde non potest suo arbitrio illa donare, vel alienare. Ita. Ceuall. qui citat Iacobat. *de Concil. lib. 1.* & Suarez. Vide etiam Grammatic. *decis. 61. num. 10.* & Surdum *tom. 3. cons. 301. n. 53.* & Vigianium *tra. de immun. Eccles. disput. 5. & 6.*

Resol. 43. & 49. §. 2. in fine, & seq. & ex doctrina Resol. 196. signanter in §. Igitur. & seq. & in Resol. 197. & late in Resol. 325. à principio, & inferius in tr. 14. Resol. 5. §. Nec obstat ante medium.

RESOL. V.

Au Clerici possint tali exemptioni renunciare, non solum quoad negotia criminalia, sed etiam ciuilia?

Et an hoc procedat, etiamsi Clericus renunciaret tali priuilegio de licentia Episcopi? Ex part. 1. tract. 2. Resol. 3.

Quo ad hoc infra lege doctrinam Resol. 70. & 71. & sup. hoc sup. in tr. 1. Resol. 57. §. Sed non desit. à post medium vers. deinde probat.

§. 1. REspondeo negatiuè, cùm sit ipsis omninò interdictum, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, *can. 11. q. 1. can. insolita. & can. placuit. extra, de foro compet.* & ita docent communiter Doctores, Vigian. *tract. de immun. Eccles. disp. 2. concl. 3.* Fetnandez *in exam. Theol. mor. p. 2. cap. 6. §. 1. num. 5.* Salonius *in 2. 2. quæst. 67. art. 1. contr. 2.* Duard. *in Bull. Cœn. lib. 2. can. 14. quæst. 8. num. 2.* qui citat *c. si diligenti. & cap. significasti. de foro compet.* Pesantius *tract. de immun. Eccles. disp. 2.* qui citat *c. qualiter, & quando de iudiciis.* & ibi Butrig. *num. 8.* Ioan. Andr. *num. 1:.* & Panormit. *n. 7.* cum Anchar. *n. 5.* & Imola *num. 3.* Idem etiam docet Bonacina *de cens. disp. 2. q. 4. punct. 3. num. 1.* qui citat Auilam, & Suarez. Vide etiam Ambrosinum *de immun. Eccl. c. 16. num. 12.* Sayrum *in claui regia, lib. 2. c. 7. n. 10.* Alexand. *lib. 2. cons. 8. n. 3.* Gammatic. *decis. 61. num. 1 .* Roland. à Valle *tom. 1. cons. 4. num. 9.* Surd. *tom. 1. cons. 2. num. 31. & tom. 3. consil. 397. cons. 15.* Honded. *tom. 1. cons. 3. num. 21.* & Grat. *tom. 3. consil. 87. n. 3.* cum aliis. Et hoc aduersùs Aufrerium *de potest. Iud. facul. reg. 2. num. 20.* non solùm est verum, quoad negotia criminalia, sed etiam ciuilia. Et ratio est: quia priuilegium exemptionis à laica potestate non est concessum singularibus personis, sed statui Clericorum: sed nullus cedere potest priuilegio communitati concesso, vt patet *ex cap. si diligenti, de foro compet.* ergo. Quod etiam procedit, etiamsi Clericus renunciaret tali priuilegio de consensu Episcopi, vt notauit Farinac. *de inquis. qua. 8. num. 13.* & alij penes Martham *de iur. p. 4. cent. 2. cas. 152. n. 8.* & D. Carol. de Grassis *de effect. cler. §. 1. num. 652.*

RESOL. VI.

An Cœna Bulla tollat casus Regni Galliarum, quo priuilegiatos appellant, & quid de priuilegio Monarchiæ Regni Sicilia? Ex part. 3. tract. 1. Resolut. 74.

Sup. hoc in Resſ.seq. à §. 2.& infra in Resſ.8.§.vlt.& in Resſ.9.§ etiam vlt. & in Resſ.12. & ex doctrina Resſ.13.§.1.à medio, & in Resſ. 43. & in Resſ.92. §. Et ideo prope finem.verſ. vnde.lib. 2. & in Resſ.333. per totam, ſignanter, §.2.

§.1. HOs caſus priuilegiatos ponit Caſſaneus *ſupra conſuet. Burgun. rub.1. tit. des iuſtices,& droits, §. 5. ver. 5.col. à grace n.48.& ſeq.* & Bull.Cœnæ illos non tollere tenet Antonius Bouius *in reſp.ad Paulum Seruitam pro cenſuris Pauli V.part. 4. arg. 10.* vbi ſic aſſerit.[In Francia il Re ha Priuilegij della Sede Apoſtolica,onde ſe procede ſolo nei delitti priuilegiati,non eccede in coſa alcuna i ſuoi Priuilegij, i quali ſe non l'aueſſero ecceduto i Signori Venetiani non ſarebbe loro ſtata coſa alcuna.] Sic ille.

2. At contrariam ſententiã docet P. Binsfeldius *in commen.de iniuriis,& damno dato,cap. 7.concl.3.* vbi ſic ait. Per Bullam Cœnæ Domini videntur etiam ſublati caſus Regni Galliarum, quos priuilegiatos appellant, in quibus iudices ſæculares in illo Regno ſe intromittunt etiam pro criminibus aliquibus contra Clericos Hæc Binsfeldius:ſed vſum talium priuilegiorum Regis Galliarum non audet damnare Nauarrus, & alij quos adduxi *in tr. de immun.Eccleſ. reſol6.* licet *ibi* Sayrus,& alij damnandum eſſe exiſtiment. Ego verò circa reſolutionem huius caſus de meo nihil dicam, & nihil ponam, ſolùm referre volui quid alij dixerunt,ſicut etiam facio cum Martino Bonacina *in Bull.Cœnæ,tom.3.diſp.1.q.2.punct.1.n.24.* circa iudicium de Monarchia huius Regni Siciliæ, quam acriter impugnat Hieronymus Carena *in vita Pij V.* cum Cardinali Baronio *tom.11.anno* 1097.Sed defendit Antonius Xibeca *in additionibus manu ſcriptis ad Marcum Antonium Columnam,* & nouiſſimè, vt fertur,Io. Bertran Gueuara Archiepiſcopus Compoſtellanus *in diſcurſ.de origine, & vſu Monarchiæ Regni Sicilia lingua Hiſpanica conſcriptis, & editis Valliſoleti* 1603. *apud Aloyſium Sanchez.* vide etiam Henriquez *in ſum.lib.10. cap. 29. num.3. & lib.2. de Summi Pontificis claue cap.* 10.§.3. Sebaſtianum Cæſarem *de Eccleſ. hierarch. part.1.diſp.3.§.1.num.9.* Camillum Borrellum *de præſtantia Regis Catholici cap.50.per totum.* Goffredum *lib. 4.de rebus geſtis Roberti Guiſardi. cap.* 29.Faſellum *lib. 7.poſterioris decadis cap.1.* Ioannem Marianam *hiſtor.Hiſpan. lib.10.cap.5.* Ferdinandum Matute *in reſponſo pro impoſitione gabellæ contra Meſſanenſes fol.24.* Maurolicum *in hiſt.Sicil.lib.3.art. 98.* Laurentium Ananiam *in fabrica Mundi tract. 1. fol.* 129.Antonium Coſtam *lib.1. conſil. 1. num 75.& 85.* Cumiam *in præl. cap. ſi aliquem, num. 49. & 52.*

Sup.his priuilegiis in Resſ.seq. ſignanter §.vlt. & in Resſ. 1. poſt ſeq. §. vlt.& ſup. in Resſ. præterita, & infra in Resſ.11. & ex doctrina Resſ.13.§.1. à medio, & in Resſ.43.& 92. §.Et ideo. prope finem, verſ.vnde. lib.2.& in Resſ. 333. per totam,ſignanter §.2.

RESOL. VII.

An per aliquod priuilegium ſit in aliquibus Regnis ſupradicta Eccleſiaſtica libertati derogatum?

*Et difficultas eſt, an ſupradicta priuilegia, ſi re vera exiſtant, ſint per Bullam Cœnæ reuocata?.*Ex part.1. tract. 2.Reſ. 6.

Sup. hoc infra in Resſ. 333.

§.1. ALiqui reſpondent affirmatiuè, & ita aſſerit Bañez *in 2.2. quæſt.67.art. 1.dub. 2. concl.2.* Ioan.de la Cruz *in Direct. conſcient.p.1.pracep.8. q.3. art. 1. dub.1.concl.3.* Peſantius *de immun. Eccl. diſp.3.* & alij. Reges Hiſpaniæ habent priuilegium à Summo Pontifice circa Tribunal, quod ipſi vocant, *de la fuerza.* Et Rex Franciæ, licèt laicus,obtinet Canonicatus, & beneficia confert in regno ſuo, ex priuilegio apoſtolico, vt notauit Carolus de Graſſaliis *in Regal.Fran. lib. 2. inv.1. fol. mihi 229.& iur.2. fol.*237.Et Rempublicam Venetorum, ex priuilegio Summi Pontificis, procedere poſſe in aliquibus cauſis contra Clericos,notauit Zanard.*in Direct.Confeſſ. tom.3. cap.* 50. & Decianus *tom.1.lib.4.cap.9.num.66.* cum Gigante.

Sup.his priuilegiis Regis Hiſpaniæ, infra in Resſ.39.§.vlt. poſt mediũ, ſed lege eam à principio.

2. Sed difficultas eſt, an ſupradicta priuilegia, ſi reuerà exiſtant, ſint per Bullam Cœnæ reuocata Nam aliqui audent dicere, Reges habere aliqua priuilegia immemorabilia, ita vt ceſſerint in iura regia, & non poſſint ampliùs à Pontifice reuocari,vt notat Zipæus *in Anal.iur.can.lib.2.de foro compet.num.41.in fine.* Magis verò modeſtè loquitur Henriquez *lib.*10. *cap.15.num.5. in Gloſſa lit. G,* quem tacito nomine ſequitur Malderus *in 2.2.tr.5.cap.6.dub.7.in fin.* vbi aſſerit,Pontificem iura quædam ſpiritualia, quæ Rex quiſpiam contractu remuneratorio, aut immemorabili habet, reuocare non debere.

3. At, poſſe Pontificem priuilegia, etiam remuneratoria, reuocare, non eſt dubitandum,vt ex multis probat Souſa *in Bull.Cœn.cap.26.diſp.* 102. *num.2.* Difficultas, vt dicebam, exiſtit, an ſint per dictam Bullam reuocata. Filliucius *tom. 1. tract. 16. cap.* 10. *num.*258. putat, ſi reuerà priuilegium aliquod à Romano Pontifice alicui Principi conceſſum ſit, Bullam Cœnæ illud non reuocare, & ideò ita aſſerit:(Dixi, ſub prætextu: quia,ſi verè priuilegium conceſſum ſit à Sede apoſtolica, vt poteſt, iuſtè etiam excuſari poterit: tunc dicendum eſt, legem poſteriorem vniuerſalem non derogare priuilegio anteriori ſpeciali. Atque ita Regem Hiſpaniarum, & Regem Galliarum habere aliqua priuilegia, teſtantur Bañez, & de Graſſaliis: quod præſumi poteſt in Regibus, alioqui Catholicis; & piis.) ita ille. Et Patet Suarez *contra Regem Angliæ. lib.4.c.24. n.29. ex Cardinali Bellarmino,* non audet damnare vſum talium priuilegiorum: ſed hoc apoſtolicæ Sedi remittit: quod anteà fecerat Nauarr. *in Manual.cap. 27.num.* 71.vt notat Vaſquez *in part. 2.tom. 2.diſp.*167.*cap.4. num.* 32.Becanus *in Sum. Theol p. 2. tract. 3. cap.6. quæſt.* 11. *numer.* 2. & Salas *de legib. diſp. 14.ſect.9. numer.*108.

4. Verùm contrariam ſententiam docuit Sayrus *de conſ.lib. 3. cap.25.num.*10.vbi ita loquitur: [Hinc patet, ſine cauſa dubitaſſe Nauarrum: an Iudices Galliarum,qui cognoſcere, & iudicare ſolent Clericos ſuper quibuſdam caſibus, in cenſuram Bullæ incidant: quia priuilegia iſta per viam remunerationis conceſſa ſunt, & ſunt priuilegia immemorabilia. In qua re, ſi quidem dubitandum eſſet de Summi Pontificis intentione, recurrendum eſſe cenſerem ad iudicium Summi Pontificis. Quia tamen Legiſlatoris mens & intentio ex verbis eius colligenda eſt, non opus eſſe puto, vt quis pro huius rei, ac dubij ſolutione ad Summum Pontificem recurrat: quandoquidem his verbis Bullæ omnia huiuſmodi priuilegia ſe reuocaſſe Summus Pontifex ſatis manifeſtè declarauit.] Ita ille, & reſpondet ad argumenta Nauarri. Idem poſtea etiam docuit noſter Duardus *in Bull.Cœn.lib.3.§.5.q. 1.num.* 1.& Philipp.Maynardus *de priuileg.Eccleſ.p. 2.art.* 18.*num.*10.vbi ita ait:[Prædicta priuilegia fuerunt poſteà à Summis Pontificibus reuocata, & inter cæteras reuocationes illa eſt, quæ legitur in Bulla Cœnæ Domini, ibi *excommunicatus.*]Ita Maynardus: cui adde Vgolinum *in Reſponſ. ad Iuriſconſul. Gymnaſii Patauini, cap. 7. fol. mihi* 93.vbi ita aſſerit: [Per Bullam Cœnæ Domini, quæ ſingulis annis in die Iouis ſancti, præſentibus Principum Chriſtianorum Nunciis publicatur; illa clauſula, *non obſtantibus,*&c. derogat omnibus priuilegiis contra libertatem Eccleſiaſticam.]Idem etiam docet Martha *iuriſd.p.4.cent. 1.caſ.7.num.*12. Barboſa *in Collect. lib.1.Decret. tit.2.cap.Eccl. S.Maria.de conſtit.num.* 25. Patres Theologi Religionis Seruorum *in defenſ. cenſ. Pauli V.cap. 3. nu.* 19.*in fin.*& Ioan. Bertran. de Gueuera *in propugn. Eccleſ.lib.* §.7. *num.*43. *aſſer.* 1. & Malderus *in part. 2. quæſt. 96. art.4.fol.mihi* 407. *col.2.*

RESOL.

RESOL. VIII.

An consuetudo immemorialis probet extitisse priuilegium faciendi aliquid contra Immunitatem Ecclesiasticam? Et difficultas est, an consuetudo fundata in priuilegio trahendi causas Ecclesiasticas ad laica Tribunalia, sit reuocata per Bullam Cœnæ? Ex part. 4. tract. 1. Res. 62.

Sup. contenta in hac Res. in Res. præcedenti, & in Res. seq. & infra in Res. 11. & in Res. 13.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Pereira *de manu Regia, in part. 2. cap. 60. num. 18.* vbi sic ait: Veniendo ad casum propositum, non est dubium potuisse à Summo Pontifice concedi Regibus, vt de his Clericorum causis cognoscant in illo casu particulari: quòd priuilegium extitisset immemorialis probat consuetudo. Ita ille.

2. Sed si hæc opinio esset vera, omnes immemoriales consuetudines contra libertatem Ecclesiasticam, quas communiter improbant Doctores, essent admittendæ, quia probarent, vt docet Pereira, priuilegium; sed hoc dicere est absurdum, vt patet omnibus: ergo dicendum est vltra immemorialem vsum, requiri etiam famam priuilegij, vt tales consuetudines excusent ab incursione censurarum, eo pacto quo docet P. Suarez contra Regem Angliæ *lib. 4 cap. 34. num. 17.* vbi contra opinionem Pereiræ sic asserit. Quæri potest, an immemorialis consuetudo sit sufficiens indicium, seu testimonium, quòd ex legitimo priuilegio inchoata fuerit; videtur enim valde probabile ita esse præsumèndum, quia immemorialis consuetudo præsumitur honesta, vt multi Iurisperiti tradiderunt; quia cùm non possit probari mala, præsumitur bona. Nihilominus censeo solam, & nudam consuetudinem, etiam immemorialem, non sufficere in hac materia ad probandum priuilegium: tum, quia illa regula non procedit in consuetudine reprobata per legem, tum etiam, quia valde odiosum est priuilegium hoc, & difficile, & rarò conceditur, & ideo nisi legitimè probetur, non præsumitur, solus ergo vsus quantūuis antiquus, cùm in facto consistat, non probat sufficienter ius, seu priuilegium. Loquor autem de nuda & pura consuetudine, quia si cum illa coniungatur constans fama & traditio æquè antiqua, seu immemorialis quòd præcesserit priuilegium, & talis traditio integrè probetur, videtur sufficiens vt talis consuetudo pro priuilegio reputetur. Ita Suarez, & ante illum Stephanus Aufrerius *tract. de potest. sæcul. in Eccles. conclus. 4. fallent. 12. & 13.* & Bursatus *lib. 2. consil. 44. num. 12.* licèt Duardus *in Bull. Cœn. lib. 2. can. 19. quæst. 9. num. 15.* doceat, quòd quando præscriptio & consuetudo à iure scripto reprobatur, vt, v. g. Clerici conueniantur coram iudice laico, &c. satis non est probatio priuilegij per famam.

Sup. hoc in Res. in Re. 11. & doctrina tantæ memoriæ vers. & deo. & in Res. 24. 87. & quarti. & in alio vers. cum notandum.

3. Sed difficultas est, an consuetudo etiam fundata in priuilegio trahendi causas Ecclesiasticas ad laica tribunalia sit reuocata per Bullam Cœnæ. Ad hoc dubium affirmatiuè respondet Bonacina *in Bull. Cœn. disp. 1. quæst. 15. punct. 4. §. 3. num. 1.* vbi sic ait. Vel consuetudo nititur priuilegio, vel nullo priuilegio fulcitur: si nullo priuilegio fulcitur, nullum ius confert, vt probatum est; si nititur priuilegio, adhuc non potest vtentibus suffragari; quando enim consuetudo licèt immemorabilis, fundetur in priuilegio, non plus operatur, quàm ipsum priuilegium, cùm vires, ex eo accipiat, vt patet ex *l. hoc iure. §. ductus aqua, ff. de aqua quotidiana,* & ex *cap. super quibusdam, §. præterea, de verbor. significat.* Cùm ergo priuilegium in hac Bulla sublatum sit, sequitur iudices laicos, causas Ecclesiasticas ad suum tribunal trahentes, vel illarum executionem impedientes, à peccato & à censura non excusari titulo consuetudinis. Ita Bonacina.

Sup. hoc in Relatore. seq. de aliis circumstantiis. Quæ hic est posita ad §. Sed difficultas.

4. Verùm hæc quæstio pendet ex illa, quam tradidimus *in part. 1. tract. 2.* resolut. 6.* an scil. Bulla Cœnæ deroget priuilegiis, si reuera existant, quando sunt contra immunitatem Ecclesiasticam? Et pro affirmatiua & negatiua sententia multos Doctores adduxi; ideo quæstio est difficillima, maximè, cùm reuocatio priuilegiorum in dicta Bulla generalissima sit, vt legent i patet.

* Qæ hic est Res. antecedens, & in aliis eius erratiæ not.

RESOL. IX.

An per consuetudinem, maxime si sit immemorabilis, dicta Immunitas reuocari possit?

Et an talis consuetudo nihil valeat, aut operetur, eò quod singulis annis per Bullam Cœnæ reprobetur?

Et an consuetudo turpis, & exprobata etiam immemorabilis non possit inducere priuilegium? Ex part. 1. tract. 2. Res. 4.

Sup. hoc in duabus præcedentibus Res. & infra in Res. 11. §. 1. & in Res. 43. & in alijs eius primæ not.

§. 1. AFfirmatiuè respondendum videtur authoritate Couarr. *pract. qq. cap. 35. nu. 5.* qui asserit, à Iudicibus regiis aliquas Clericorum causas ad sua Tribunalia sæpè tractari: & hoc rectè factum conatur defendere, & adducit consuetudinem aliquorum Regnorum. Idem docet Garsias *de nobil. Hispan. glos. 9. num. 48.* Salgado *de protect. regia, tom. 1. p. 1. cap. 1. præl. 3. num. 138. & seq.* nam consuetudo immemorabilis, legis, & priuilegij vicem obtinet, vt patet *ex cap. super quibusdam 26. §. præterea. de verbor. signif.* & notat Ricc. *part. 4. decis. 89. num. 4.* cum Ioan. Narbon. *de appellat. à Vicar. part. 4. fundam. 4 numer. 4.* vbi plura inuenies pro firmanda vi immemorabilis consuetudinis: quæ omnia etiam notauit Ceuall. *tract. de cognit. per viam violentiæ, Glos. 4. numer. 1. & seq.* & Gonzal. *ad Reg. 8. Cancell. glos. 33. num. 4.* Vide etiam Pereira *de manu regia, cap. 5. numer. 6. & seq.*

2. Sed, his non obstantibus, contrariam sententiam affirmandam esse puto, quam docent Azor. *part. 1. lib. 5. cap. 12. quæst. 1. vers. sed dubitari posset.* Layman *in Theol. mor. lib. 4 tract. 9. cap. 10. num. 1.* Pesantius *tr. de immun. Eccles. disp. 2.* Filliucius *tom. 1. tract. 16. cap. 10. num. 255.* Duard. *in Bulla Cœn. cap. 14. disp. 76. num. 5. & disp. 75. num. 2.* Acosta *in Bullam Cruciacæ. q. 79.* Alterius *de censuris, tom. 1. lib. 5. disp. 16. cap. 2. fol. mihi 686.* Bellett. *in disquis. cler. part. 1. tit. 3. §. 3. num. 8.* Duard. *iterum in Bull. Cœn. lib. 2. can. 14. quæst. 9. num. 8.* Martha *de iurisdict. part. 4. cent. 2. cas. 101.* Surd. *tom. 3. cons. 301. num. 52.* Comitol. *in tract. Apolog. contra Venetos, cap. 3. num. 8.* & alij communiter. Vide etiam Pereira *de manu regia, præl. 3. n. 10. & 17.* Et ratio est: quia laici, cùm sint incapaces iurisdictionis Ecclesiasticæ, nunquam possunt se tueri consuetudine, etiam immemorabili, quæ nunquam legitima esse potest ad præscribendum. Adde, quòd omnis consuetudo contra Ecclesiasticam libertatem reprobatur *in cap. nouerint. de sentent. excomm. & in Authentic. de sacros. Eccles.*

3. Deinde talis consuetudo nihil valet, aut operatur: quia singulis annis per Bullam Cœnæ reprobatur, vt notat Colleg. Bononiens. *in responsa contra Venetos, num. 69.* Vigianius *tract. de liber. Eccles. disput. 2. concl. 4. disput. 3. concl. 1.* Vgolinus *in rep. onsa iurisc. Gymnasij Patauini, cap. 7.* Ioan. Franc. Fagnan. *in tract. de iust. cons. Pauli V. part. 4. fol. 16.* Tanner. *in 2. 2. disp. 5. quæst. 5. dub. 4. num. 132.* Bonacin. *vbi sup.* & alij cum Francisco Sousa *contra Venetos, fol. mihi 72.* & Martha *de iurisp. p. 1. lib. 3. c. 9. in fine* Vide etiam

Sup. hoc in Res. præterita §. 1. & in aliis eius annot.

Tanner *in p.4. cen.1. cas 7. num.12.* Philiarchus *de offic. Sacerd. in part.2. D. Thom. disp.5.quæst.5.dub.4. n.132.* Et ideò Pat. Suar. *contra Regem Angliæ, lib.4. cap.32.n.23.* sic asserit: [Ex dictis satis constat, nullam consuetudinem, etiamsi immemorabilis sit, vllo modo contra immunitatem Ecclesiasticam prævalere posse. Solùm obiici solent * quædam particulares cõsuetudines aliquorum Regnorum, quæ, licèt sint contra immunitatem Ecclesiasticam, sine scrupulo à Magistratibus laicis obseruantur. Ad illas verò possumus vno verbo respondere, illas consuetudines, non ad ius, sed ad facta hominum pertinere, propter quæ veritatem negare non possumus, neque illorum rationem dare tenemur: sed ad illos hoc spectat, qui consuetudines illas obseruant.] Ita Suarez, qui *c.34. num.16.* notat consuetudinem turpem, & exprobratam, etiam immemorabilem, non posse inducere priuilegium. Ad authoritatem verò Couarruuiæ, qui sæpius in hoc tractatu citatur, respondeo cum Cardinali Bellarm. *in respons. ad quandam Epistolam in fauorem Venetorum*, vbi sic asserit *fol.mihi 7.* [E se il Couarruuia dice il contrario; noi habiamo à credere più alle Scriture, e à Santi Padri, che ad Couarruuia, il quale in materia di giurisdittione si è mostrato sempre troppo partial.] Et Maderiaga *in tr. de Senatu.cap.39.§.2.fol.mihi 459.* loquens de quædam opinione Couarruuiæ, circa libertatem Ecclesiasticam; sic asserit: [Que cierto por mas, que diga Couarruuias, que lo escriuio siendo Oydor de Granada, y por ventura lo quisiera borrar siendo Obispo, *&c.*] Ex quibus apparet cautè legendum esse Couaruuiam in his materiis, vt notat etiam Suarez *de Relig. tom.1.lib.1. de diuino cultu.cap.38.num.16.* licèt alioquin vitum doctissimum: & nouissimè etiam contra illum insurgit Tanner. *in part.2. disputat. 5. quæst.7. dub.2. num.16. & in defens. Eccles. libert. lib.2. cap.16.*

Sup. hoc inf. in Resol.64. §.2. ad med.

Quo ad hoc in tom.6.tr. 2. lege doctrina §. vlt. Res.5.38.

RESOL. X.

An adsit tolerantia, & consensus tacitus Summi Pontificis cum dicta consuetudine, ita vt Principes aliquid licitè efficiant, aduersus libertatem Ecclesiasticam? Ex part 1.tract.2.Resol.5.

§.1. QVicquid asserat Salgado *de protect. regia, tom.1.part.1.cap.1. prælec.3. num.139.* & alij; negatiue respondet Azorius *part.1.lib.5. cap.12.vers. quæri solet* Filliu. *tom.1.tract.16.cap.10.n.257.* Pesantius *de immun. Eccl. disp.3 n.2.* Altherius *de censuris.tom.1. lib.5.disput.16.c.2.fol.mihi 686.* Acosta *in Bullam Cruciatæ, quæst.79.* & Doctores *in superiori resolut.* citati: quia talis consensus non potest præsupponi, cùm Summus Pontifex quotannis in Bulla Cœnæ excommunicet contrarium facientes, & tollit cum amplissimis clausulis omnes consuetudines. Vnde Episcopus Antuerpiensis Ioannes Malderus *in p.2.q.96. a.4 fol. mihi.407.col.1.* sic asserit: [Sanè, ne tolerantia Papæ in hac re allegari possit in defensionem consuetudinis, impedit vel ipsa Bulla Cœnæ quotannis repetita, quæ diserte resistit eiusmodi consuetudini, aut verius corruptelæ. Multò minùs prævalere potest via præscriptionis: quia nunquam nititur bona fide.] Ita ille. Idem docet Layman *in Theol.mor.lib.4 tract.9.cap.10 num.1.* Vigianius *tract.de immun. Eccles. cap.2. cons.4. fol.43.* vbi ita ait: [Cùm quotannis die Cœnæ, publicè excommunicet Magistratus, persuasissimum cuique esse debet, Summum Pontificem hanc consuetudinem, quam corruptelam vocat, æquo animo non perferre, & consequenter, neque expressè, neque tacitè assentiri, *&c.*] Et hoc etiam docet Vgolinus *in resp. ad Iurisconf. Gymnasij. Patauini, cap.7.fol.93.* Barbosa *in Collect.lib.1. Decret.tit.2. c.Ecclesia S.Mariæ, de constit.num.25.* & Ioan.Franc. Fagnanus *in tract.de instit.cens V.p.4.fol.116.* Philiarchus *de offi.Sacer.p.1.lib.3.c.9.in fin.* Tannerus *in 2.2. disp.5.quæst.5.dub.4.num.132.*

Sup. hoc in Resol. seq.§. Verum. & supra in Resol. 2. prope finē & infra in Res. 30.§. vlt.& in Res. 37.§. Ad tertium. ad medium, & in Res.41.& 139 in fine.

2. Deinde in præsenti materia notanda est illa celebris doctrina, quam ex Theologis affert Suarez *de legib.lib.7. cap.13.num.12.* tolerantiam, sola supposita scientia, non indicare sufficienter consensum: quia multa per patientiam tolerantur, quæ non approbantur, *iuxta cap.cum iam dudum. de præben.* Vnde ait Filliucius *vbi supr.tom.1.tract.16.c.10.num.256.* loquens in terminis nostri casus [Simplex tolerantia, quando scilicet Princeps non potest commodè prouidere, non satis est ad dispensandum, *ex cap.denique disp.4.*] Et Iurisconsultus Surd. *tom.3. cons.301.n.57.* asserit, in his casibus tolerantiam Papæ non esse approbatiuam, animo inducendi, vel confirmandi consuetudinem; sed potiùs, vt scandalum vitetur. Et hoc posteà etiã docuit Collegium Bononiense *contra Venetos in respons.pro liber.Eccl.n.57.*

Supr. hoc & seqq. in hac Res. 10.§.1. not. præterit. & infra in Resol. 30. §. vlt

3. Sed, his non obstantibus, non desunt Doctores excusantes aliquas consuetudines aduersùs libertatem Ecclesiasticam ex tacito consensu Pontificis: quia scit, & tollerat, vt Salgado *vbi sup.de protect.regia tom.1.p.1.cap.1.præl.3.num.148.* Lessius *lib.2. cap.33.dub.5.n.39.* Turrian. *in 2.2.tom.2. disp.14.dub.4. n.12.* Salas *de legib.q.96. tract.14. sect.11.n.121.* Vasq. *opus.de rect.c.6.§.1.num.33.* Molina *de iust.tom.3.tract. 2.disput.207.n.3.* & ipse Malder. *in 2.2.tract.5. cap.6. num.8.* Ergo non est verum, dicere absolutè, quòd per publicationem Bullæ tollitur omnis consensus Pontificis: sed dicendum est, quòd stante publicatione Bullæ, quando adsit talis consensus Pontificis tacitus, & approbatiuus, colligendus erit prudenter, vt notat Malderus *vbi supra*, cum Henriquez, ex rationibus, & coniecturis. Sed quia res est multùm dubia, & periculosa, videant Principes, & ministri laïcalis iurisdictionis, quid faciant.

RESOL. XI.

An consuetudo possit in aliquo casu particulari tribuere iurisdictionem iudicì laico?

Et an dictæ consuetudines excusentur per tolerantiam Papæ? Ex part.4.tract.1.Res.1.

§.1. AFfirmatiuè respondet Pereira *de manu Regia, part.2.cap.50.n.41.* vbi sic ait: Cum agitur de iurisdictione Ecclesiastica in casu aliquo particulari tribuenda iudici laico, ex vsu & consuetudine acquiri potest; quare etiamsi in hac cognitione aliqua esset spiritualitatis quæstio, seu vmbra, rectè quidem ex tam antiquo vsu, & diuturna obseruantia eius definitionem laici acquirere potuissent. Ita ille, quod etiam docuerat *in 1.part.cap.5.num.4.*

Quo ad hoc in duabus præcedentibus Res. & sup. ex Res.1. lege doctrinã §. Sed dato, & seq. & signanter infra in Resol. 335. & in alia eius primæ nor.

2. Sed hæc opinio, pace viri quidem docti, & inter præclara Lusitaniæ ingenia nemini secundi, mihi displicet, quia omnes consuetudines à DD. reprobatæ essent validæ, quia semper sunt circa particulares casus, & ideò hanc sententiam reprobat Bonacina *tom.3.disp.1.q.20.punct.3.n.10.* Castrus Palaus *in opere morali tom.2.disp.vnica, punct.12.num.2.& 3.* & Suarez contra Regem Angliæ *lib.4.c.32.num.14. & seq.* Ratio est, quia iure, vt *Authentica cassa, C. de sacros. Eccles. cap.cùm terra, de elect. cap. ad nostram, & cap. cùm inter, de consuet.* non loquuntur de consuetudine abrogante totam immunitatem Clericorum, vel in

in tota materia eius, vel in omnibus criminibus, vel omnibus causis ciuilibus, vel alia simili magna parte exemptionis, quia nunquam tales consuetudines fuerunt in Regnis Catholicis à multis annis introductæ, vel etiam inueteratæ, neque hoc authores canonum ignorabant: loquuntur igitur de consuetudine particulari, vt apertè patet ex *cap. clerici, de iudic.* & ideo aliqui authores, quando volunt defendere aliquas consuetudines Regnorum, cum consuetudine adducunt famâ priuilegij, vt facit Philippus Probus *in addit. ad Io Monachum. in cap. si iudex laicus, de sent. excomm. in 6. num. 3.* & Carolus Degrassalius *in Regal. Fran. lib. 2. c. 17.* nam, vt rectè obseruat idem Suarez *vbi supra cap. 34. nu. 17.* si cum consuetudine coniungatur constans fama, & traditio, antiqua seu immemorabilis, quòd præcesserit priuilegium, & talis traditio integra probetur, videtur sufficiens vt talis consuetudo pro priuilegio reputetur: vnde ex his apparet, non esse admittendam doctrinâ traditam ad Aluaro Velasco *in praxi de partit. cap. 35. num. 11.* vbi docet, consuetudinem immemorialem valere, etiamsi sit præiudicialis Ecclesiæ; sed de hac quæstione infrà etiam redibit sermo, vbi videbimus an iudex laicus ex cõsuetudine possit iudicare Clericos in minoribus; Et circa præsentem quæstionem ne prætermittas videre Alexandrum Pesantium *in 2.2. D. Thomæ q. 62. art. 2. disput. 6.* & Petrum Binsfeldium *in comment. de iniuriis & damno dato, cap. 7. concl. 12. dub. 3.* vbi reprobat consuetudines contra libertatem Ecclesiasticam, etiamsi exemptio Clericorum non esset de iure diuino, sed tantùm humano.

Sup. hoc inf. Resol. 14. §. 2. ad quartũ. & sup. in Resol. 11. punto post finem, & propè fin. & infrà in 12. Resol. 19. 2. ante med. à vers. & certè.

Infra in Resol. quæ hic est inf. 64.

3. Verùm an dictæ consuetudines excusentur per tolerantiam Papæ, traditum est *in part. 1. tract. 2. re-sol. 5.* nunc addam tantùm ea, quæ circa illud sentit Peregrinus *de imm. Eccles. c. 2. n. 34.* vbi postquam reprobarat ex sacris Canonibus omnes cõsuetudines contra immunitatẽ Ecclesiasticam, tandẽ sic asserit: Colligitur ex supradictis quòd excusari non possunt iudices & officiales curiæ sæcularis illa communi & vulgari excusatione, quòd Summus Pontifex vidit & tolerat, nec declarat illos nominatim excommunicatos, & per consequens tacitè videtur cõsentire, & iste tacitus consensus sufficiens sit ad excusandos illos à peccato & censuris. Nam decipiuntur, quia licèt nominatim non excommunicentur, non tamen per hoc sequitur quòd non sint excommunicati in Bulla Cœnæ Domini; & similiter decipiuntur dum præsupponunt subesse tacitum Romani Pontificis consensum, imò quotidie Summi Pontifices conqueruntur, cùm oratoribus Principũ prohibent, pœnas constituunt, & quotannis in die Cœnæ Dom. publicam & solemnem sententiam ferunt cõtra magistratus, iudices, &c. sæculares, qui talia agunt contra immunitatem & libertatem Ecclesiæ & personarũ Ecclesiasticarum, annullando omnes consuetudines & præscriptiones, seu corruptelas, & abusus supradictos. Ex qua publicatione sententiæ manifestè demõstrãt non adesse tolerantiam, quam ipsi præsupponunt. Ita Peregr. *vbi sup.* & Castrus Palaus *in opere morali tom. 2. disp. vnic. de immun. Eccles. punct. 12. n. 3.* docet longè abesse Pontificẽ ab hoc consensu, cùm quotannis in Bulla Cœnæ abroget omnes cõsuetudines immunitati derogantes. Idem docet nouissimè Gabriel Lotherius *de re beneficiaria lib. 3. q. 33. n. 19.* Vnde P. Suarez contra Regem Angliæ *lib. 4. cap. 32. n. 11.* sic ait. Sæpe Apostolica Sedes per sententias, vel per expressa edicta consuetudinibus contra libertatem Ecclesiasticã resistit, & specialiter in Bulla Cœnæ singulis annis eas reuocat, vel potiùs irritas esse declarat. Ergo numquam potest præsumi tacitus consensus Pontificis. Nam licet forsan Pontifices non ignorent multa per consuetudinem fieri contrà libertatem Ecclesiasticam, quæ non puniũt; sed quodammodo tolerãt, non ideo est quia consentiant, sed quia sine periculo maioris mali non possunt efficaciùs resistere, & ideo non consentiunt, sed permittunt. Ita ille. Ex his igitur apparet semper & absolutè non esse verum dicere, quòd si Papa tolerat aliquam consuetudinem; ergo consentit in illam. Vide Duard. *in Bull. Can. lib. 2. can. 19 9 8. n. 5.* Bonacinam *loco cit. q. 15. punct. 4. §. 3. n. 3 in fine.* & Fagnanum *in resp. pro cens. Pauli V. fol. mihi 119.* cum Aponte *in resp. pro cens. Pauli V. fol. 11.* & 45. & Antonio Bouio *in resp. pro cens. Pauli V. part. 4. ad arg. 11.* & *12. fol. 73.* & Collegio Bononiensi *in resp. pro liber. Eccles. n. 57.* Vnde dum Pereira *vbi sub. cap. 24. n. 32.* asserit; quòd idem operatur tolerantia S. Pontificis, ac dispensatio, verum est si loquimur de tolerantia approbatiua, secus autem de permissiua. Vide Cochier *de libert. part. 2. cap. 3. num. 8.*

Quæ hic est Resol. antecedens, & in aliis eius act.

RESOL. XII.

An concordata Summi Pontificis cum aliquo Rege sint priuilegium, & an sint reuocata per Bullam Cœnæ? Ex part. 1. tract. 2. Resol. 96. & alias 95.

§. 1. DOctus Iurisconsultus Gabriel Pereira *in suo tract. de manu Regia, p. 1. tract. 6. num. 3. & 4.* partem tenet negatiuam: putat enim, ex concordatis non induci priuilegium, sed specialis contractus vltrò, citròque obligatorius; & impugnat Suarez *contra Regem Angliæ, lib. 4. cap. 24. num. 22.* affirmatiuam sententiam docentem.

2. Sed Episcopus Antuerpiensis, Ioan. Malderus *in part. 2. D. Tomæ quæst. 96. art. 4 fol. 407. col. 1.* sententiam Suarez, & meritò amplexus est, Dico igitur, tales concordias habere vim cuiusdam priuilehij. Vnde inferendum est, quòd, sicut priuilegium reuocatur ad libitum concedentis, ita pariter concordata. Et ita etiam docet nouissimè Layman *in Theol: mor. lib. 4. tract. 9. c. 10. n. 3.*

3. An verò reuocata sint per Bullam Cœnæ, negatiue respondet Pereira *vbi supra, n. 24.* Sed sententiam affirmatiuam docet Azor. *in sum. to. 1. lib. 5. c. 12. vers. ex dictis*, quam videtur probare Suarez *loc. cit. à n. 29.* Sed, cùm sit dictum, concordata concedi per modum priuilegij, asserendum est de dictis concordatis, id, quod diximus de priuilegiis *supra in Resol. 6.* vbi adduximus DD. partem negantem & affirmantem defendentes.

Quæ hic est supra Resol. 7. sed lege etiã alias eius notationum.

RESOL. XIII.

An concordata cum Summo Pontifice possint postea reuocari a Principe laico?

Et quid è contra?

Et an concordata inter Clericos, & sæculares etiam in Concilio Prouinciali facta si non confirmentur authoritate Pontificis, nihil operentur contra priuilegium Immunitatis? Ex part. 5. tract. 1. Resol. 14.

Sup. hoc supr. in Resol. 4. & late infrà in Resol. 125. & signanter 8. 7.

§. 1. QVo ad hoc non est eadem ratio Principis laici, quæ est Papæ, quia ille, si quid priuilegij & fauoris facit Ecclesiæ per aliqua cõcordata, vel priuilegia, omnino id facit Superiori, & non subdito, & ideo manet irreuocabile per illius potestatem, sed Papa quidquid fauoris, aut priuilegij facit Principi laico, cùm semper faciat sibi subdito in spiritualibus, ideo semper remanet à se reuocabile, si

ita postulet ratio boni spiritualis,& bonum regimen ipsius Ecclesiæ. Vnde Pontifex per nullum contractum potest à se abdicare supremam potestatem ad libere disponendum de his omnibus , quæ faciunt ad bonam gubernationem Ecclesiæ,vt notat Felinus *in cap.nouit de iudiciis,num.*8. & ideo omnis contractus & conuentio Papæ cum quolibet Principe semper intelligitur cum hac tacita conditione, dummodo id non vergat in præiudicium & damnum Ecclesiæ, quæ generalis doctrina speciali ratione locum habet in materia exemptionis, tum quia quicquid in ea remittitur ex parte Ecclesiæ ordinariè liberaliter sine compensatione conceditur;tum maximè , quia in hac exemptione magis est attendendum bonum commune status clericalis , quàm vlla conuentio cum temporali Principe facta , quia necesse est vt semper habeat illam conditionem tacitè inclusam, dummodo in præiudicium , aut vexationem,vel vilipendium status clericalis non cedat , aut sequatur aliquando ex concordia. Intercedente igitur simili causa poterit reuocari , sine illa verò non poterit saltem licitè,si tamen fiat, existimo factum tenere propter supremam spiritualem potestatem Pontificis, quæ in se minui non potest : quod etiam dicendum est de priuilegiis. Et ideò in Bulla Cœnæ de *anno* 1586. à Sixto V. fuerunt reuocata priuilegia omnia quibuscumque concessa, etiamsi Pontificali , Imperiali,Regali,aut quauis Ecclesiastica, aut mundana dignitate præfulgeant ,& ex quacumque causa essent concessa,etiam per viam contractus,aut remunerationis, &c.& magis in specie quoad violatores Ecclesiasticæ immunitatis:idem ferè habetur de iure communi *in cap. Clericis,*§. *fin.de immunitat. Eccles. in* 6.vt notat *ibi* glossa *verf. Non obstantibus.*& quamuis Papa in concessione alicuius priuilegij expressè profiteatur quòd numquam sit illud reuocaturus,adhuc tamen potest illud reuocare , & censeri debet etiam reuocare de facto,quando in posteriori aliqua constitutione apponit clausulas derogatorias, vt expressè habetur *in cap.*1. *de constitut. in*6. & semper sibi reseruat maiorem potestatem ad reuocandum , quàm vmquam concedat per priuilegium , ex *cap. dudum* §.*nos igitur , de prabend. in* 6. & hæc omnia docet Suarez *contra Regem Angliæ, lib.*4. *cap.*34.*n.*24. Baldellus *in disput.Theolog.tom.*1.*lib.*5.*disput.*40.*num.*7. & 8. Alterius *de censur. disput.* 22.*lib.*5. *cap.*5.*in fine*, & alij.Vnde nó est audiendus Rebuffus *in concordatu, tit. de collationibus* , qui in Præfatione quæstionem proponit *in* §.*insuper quaro*, an altera pars valeat derogari his concordatis ? & respondet non posse , & tamen loquitur de concordatis inter Reges & Pontifices

Sup. his supra in Resf. 7. cursim in §. At posse. & infrà in Resf. 43.§.Vlt.& in Resf.325. §.7. & seqq. & si placet , lege alias Resf. & §§.positos in annot. §.2. Resf. 1. huius annot.

2, Sed hæc doctrina , vt *suprà* diximus , non procedit ex parte principum , licèt sit verà ex parte Papæ , & ideò licèt exemptio Clericorum esset de iure humano , quod ego nego ; non potest tamen ampliùs reuocari ab Imperatoribus quia , vt dictum est,& docet communis doctrina Canonistarum apud Felinum *in cap.Ecclesia Sanctæ Mariæ num.*97.*de constit & in cap.nouit.de iudic.num.*6. & apud Azorium *tom.*1.*lib.*5.*cap.*13.*quæst.*52.*q.* Gueuaram *in propugnat. libert. Eccles. assert.*1. §.7. *num.*33. *&* 34. & Baldellum *vbi suprà, lib.*5. *disput.*35. *num.*17. priuilegia semel concessa Ecclesiis , vel ad pias causas , aut personis non subditis , non possunt ampliùs reuocari , quia eo ipso transeunt in ius alterius,in quem ampliùs non manet potestas,cùm non sit subditus concedenti , & tanto magis si sint concessa in remunerationem laborum, & sint data ob merita , vt certè contingit in casu præsenti de exemptione concessa Clericis.

Sup. hoc supra in Resf.4. & infra in Resf. 41. in principio, & in fine , & in Resf. 49. per totam,& signanter § Igitur & seq. & in Resf.196.& 197.§ 1.in fine, & seq .& in Resf. 325. &c.

3. Non desinam etiam hîc obiter admonere concordata inter Ecclesiasticos,& sæculares , etiam in Concilio Prouinciali facta,nisi confirmentur auctoritate Summi Pontificis nihil operari contra priuilegium immunitatis : quod intelligitur quando per concordiam concederetur laicis aliqua iurisdictio in Clericos , nam si non concedatur iurisdictio , sed tantùm executio aliqua , vel nudum factum , valida erit talis concordia , vt eripere , v. g. arma Clericis noctu illa portantibus , vel comprehendere Clericum in graui delicto inuentum, &c. Ita Suarez , & Baldellus *locis citatis* , qui optimè aduertunt huiusmodi concordiam semper esse debere ab arbitrio Prælatorum Ecclesiasticorum dependentem , non enim possunt ius aliquod in iudicibus laicis transferre,& ido semper erit iuegrum Prælatis prohibere laicis, non obstante concordia, ne tales actiones exequantur,etiamsi dicta concordata essent consuetudine firmata.

Sup. conten. tis in hoc §. suprà in Resf. 2.§.Sed dicet & infrà in Resf. 17.§. penult.& in Resf.256. cursim in §. vlt. & in Resf.295. & 335. §. vlt. & in tom. 4. tract.6. Resf. 19.§.2. à lin. 7. & in tom. 6.tr.2.Resf.23, §.2.

RESOL. XIV.

An in Regno Siciliæ possit Rex disponere ad libitum,in quoscumque vsus voluerit de fructibus Ecclesiarum vacantium?

Et quid est sentiendum de consuetudine circa hoc. Ex part.7. tract. 10. & Misc. 1. Resf.1.

§.1. AFfirmatiuam sententiam docuit Regé Dominus Petrus Corsettus postea Episc. Cephaludensis in quodam voto sub die 16.Febr.1634. directo ad Excellentissimũ Ducem Alcala. Vbi mordicus tenet Regem nostrũ de spoliis Ecclesiarum vacantium huius Regni Siciliæ, *Poterne , disponere à sua voluntà come ne resta seruita , & hauerne facoltà libera & assoluta di farne quel che gli piace , atteso che Quilibet est arbiter, & moderator rei sua.* Ita ille , qui conatur hoc probare. Primò ex consensu Ministrorum Regiorum, qui hanc sententiam vt certam tenent. Secundò quia præsumitur Reges fundasse Ecclesias huius Regni cum tali conditione. Tertiò ex consuetudine. Quartò ex priuilegio. Quintò ex simili Regalia , quam habet Rex Franciæ. Et Sextò ex exemplis,in quibus Reges liberè disposuerunt de supradictis spoliis.

2. Sed hæc omnia prorsus refellenda esse puto , Et ideò ad primum argumentum affero plures Ministros Regios tam mortuos, quàm viuentes hanc sententiam acriter improbasse , & improbare : vt patet ex Epistola Regis inferius apponenda, & subscripta à dignissimis supremi Consilij Italiæ Regentibus.Ita ego testor sensisse Ioan. Baptist. de Blaschis M. C. Presidem integerrimum , & Dominum Petr.de Blasiis, D. Henricum Tortoreti , D. Garsiam Mastrilli Consiliarios Regios, omnes heu mihi olim addictissimos:Et ita mihi constat etiam sentire multos alios Ministros Regios viuentes , quorum nomina consultò hîc apponere nolo.Et sententiam Corsetti nouissimè improbat vt *infrà* patebit Ioan. Solorzanus supremi Consilij Indiarum meritissimus fiscus , & Franc.Salernus *in fine huius disceptationis* citandus testatur, quod concors sententia Regiorum Ministrorum semper fuit , Regem non posse ad libitum de fructibus Ecclesiarum vacantium disponere.

3. Ad secundum Argumentum , quòd præsumitur Ecclesias fuisse fundatas cum tali conditione,gratis dicitur : nam in earum funtationibus , vt ex lectura patet , nec verbum quidem inuenitur de tali conditione apposita , quæ quidem de iure , vt notat Gloss. *in cap. generali de elect.in.*6. & *ibi* Ioann. Vanquel.

quel in ipsa fundatione approbanda est : Adde quod in dubio præsumendum est bona Ecclesiæ concessa esse purè, absolutè, & pleno iure, sine vlla reseruatione, vt tradit Ioan. Cochier *de liber. Ecclesiast. lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 9. Wamesius *tom.... consil.* 174. *numer.* 7. & alij. Ergo, &c.

4. Ad tertium Argumentum. Nego adesse consuetudinem, quòd Reges Siculi disponant de dictis spoliis ad libitum : quod in priscis Regibus euidenter probatur exemplo Guilielmi Regis, qui *in Constitutionibus Regni lib.* 1. *num.* 31. ordinat, & declarat spolia Ecclesiarum custodienda esse fideliter pro futuris Prælatis. Vnde Renatus Choppinus *de sacra Politia lib.* 1. *tit.* 7. *num.* 21. sic ait. Non aliter vacantium Siciliæ Ecclesiæ sedium custodes, se professi sunt Reges prisci, ita vt qui condendis Episcopo fructibus annuis commissi fuerant dispensatores mandato Principis cogerentur, eiusve curationis rationes nouo Antistiti reddere. Sic ille. Posteriores verò Reges inuenio non ad nouum Antistitem, sed in vsus pios distribuere spolia viduarum Ecclesiarum consueuisse.

5. Vnde patet non esse verum dicere adesse consuetudinem, vt Reges nostri disponant ad libitum in quoscumque vsus voluerint de spoliis vacantium Ecclesiarum, immò consuetudo est in contrarium, vt testatur ipse Rex, & supremum Italiæ Consilium in Epistola *infrà* apposita, & omnibus patet, nec indiget probatione : nam si talis adesset consuetudo, esset valde periculosa pro Regum conscientiis; per ea quæ adducit Sanch. *in opusc. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 2. *dub.* 50. *num.* 10. Et Mancinus *controu. iuris differt.* 5. *cap.* 13. *num.* 46. vbi probant prohibitionem disponendi de bonis Ecclesiast. in vsus non pios esse de iure diuino, & naturali, quod non potest derogare consuetudo. Et hoc etiam tenet Adamus Tanner. *in* 2. 2. *D. Thomæ disp.* 4. *q.* 6. *dub.* 8. *n.* 249. *cum sequent.* Molina *de iust. tom.* 1. *tract.* 2. *disp.* 147. *num.* 27. Maytana *in consult. de spoliis n.* 65. & alij penes ipsos. Vide etiam Henricum Canisium *in Com. ad l.* 3. *decr. tit.* 68. *cap.* 1. *fol.* 112. & *tit.* 27. *cap.* 1. *fol.* 195. damnant similem consuetudinem tanquam irrationabilem vt potè Ecclesiæ nociuam, & pauperibus. Vnde cum Henric. I I. inter consuetudines auitas, quas obseruari volebat, vna esset quòd redditus Ecclesiarum vacantium ad ipsum pertinerent; quia talis consuetudo erat contra libertatem Ecclesiasticam, reprobata fuit à S. Thoma Cantuarien. & ab Alex. III. vt patet apud Baronium *tom.* 12. *anno* 1164. & Richardum Bruneum *in Monarchia num.* 53. §. 12. Et ideo non grauabor hic apponere carmina Wilielm. Briti illius æui Poëtæ apud Laurentium Landmeter *de vetere clerico lib.* 2. *cap.* 29. & Choppinum *lib.* 1. *Monast. num.* 9. qui loquens de Henric. I I. Rege Anglo sic cecinit.

Nam quoties Pastore carens Prælatica sedes
Ciuili Lethò, naturalive vacasset,
Protinus Ecclesia bona cuncta vacantia ab ipsò
Vsurpata suos conuertebantur in vsus.
Sicque Dei sponsam viduans, quantum ipse volebat,
Cogebat placido sibi demum nubere sponso.
Istaque causa fuit aliis specialior, ob quam
Ense trucidauit Thomam trux ille beatum,
Qui tam peruersos vitijs abolere volebat.

6. Et ad confirmationem supradictorum etiam non grauabor hic apponere verba Michaelis Rausselasserentis consuetudinem aliquorum Regum Angliæ retinendi spolia Ecclesiarum pro suo arbitrio fuisse abusum. Sic enim ait in Historia Pontificiæ iurisdictionis *lib.* 5. *cap.* 3. *num.* 38. Henricus I. cùm mortuo Anselmo nouo Pontificis cooptationem ad quinque annos distulisset, vt interea medios fructus ditificaret, callidè excusabatur hanc moram ideò se afferre; vt post exquisitam deliberationem aliquem tandem inueniret, qui Lanfranchi & Anselmi virtutib. respondens tantæ dignitati sufficeret : Henric. deinde I I. lege lata in Conuentu Clarendon. statuit vacantis Episcopatus, Archiep. Abbatiæ, & Prioratus redditus ad Regem spectare : verùm postea reuocauit quicquid contra libertatem & iura Ecclesiæ statuerat : sed non obstante reuocatione hunc abusum perdurasse testatum habemus, ex querelis Clerici Anglici 1306. Ita Rausselus, vnde apparet : quòd licet Reges Angliæ intendissent habere Regaliam in Ecclesiis vacantibus, vt testatur Archidiaconus, & Butrius *in cap. generali de Elect. in* 6. tamen eis non licebat fructus dictarum Ecclesiarum sibi applicare, vt docet Martha *loc. cit. de iurisd. p.* 2. *cap.* 94. *n.* 29. & contrarium facientes abusum rectè commisisse asserit Rausselus, & ideò iram diuinam meruerunt. Vnde loquens de Gulielmo Rege idem Rausselus, *vbi suprà* sic ait. Anglorum Reges quidam huiusmodi redditus successori reseruarunt; quidam fisco suo addixerunt; ac istorum præsertim fuit Guillelmus Ruffus, qui ob hanc inuasionem creditur nutu diuino transfixus ab vno ex suis, dum venatur sagitta, qua ille feram appetebat. Ita ille. Audiant hoc Reges, & contremiscant.

7. Ad quartum Argum. de Priuilegio quod affert ex Luca la Barbera *in libro vocato Capibreuio Ecclesiastico* posset aliquis respondere ex Cardin. Baronio *tom.* 11. anno 1097. huic Auctori nullam fidem adhibendam esse, & vt verum fateat apud Siculos cordatos talis Auctor magnam non habet auctoritatem. Adde quod qui adducit priuilegium eius litteras docere, & proferre debet ex *cap.* 1. *de fide instrum. & ex cap. porrò de priuil. & ibi* Abbas, Decius, & alij, quos citat & sequitur Petrus de Vries *ad Ritum M. C. V.* 235. *p.* 2. *n.* 263. & Barbosa *in Collectan. tom.* 2. *lib.* 5. *tit.* 33. *cap.* 3. *num.* 5. & ita refellens aliqua Priuilegia Regibus, vt prætendebatur concessa docuit sac. Rota Romana *in Oscens. Canonicatus die* 1. *Decembr.* 1595. coram Pegna, *& in Assertione libertatis Ecclesiasticæ in causa Venetorum anno* 1607. quib. adde Pesantium. *tract. de immunit. Ecclesiast. disp.* 18. *num.* 2. & nouissimè eruditum Ioann. Ant. de Saura *in voto Platonis de primis instantiis, & aliis recursibus* §. 1. *fol.* 48. *colum.* 2. cum Zullesio *in Defensione Abbatiæ Sancti Maximini sect.* 2. §. 4. & ideò Castaldus *tr. de Imper. q.* 100. *num.* 16. rectè docuit quod cum priuilegia in facto consistant quantum de eis constabit cum eis tenendum erit, non enim præsumuntur.

8. Vnde Card. Tuschus *tom.* 5. *concl.* 342. *n.* 119. & alij asserunt non sufficere allegare priuilegium Summi Pontificis in genere, sed allegandum esse in specie; sed dictus Lucas nullum tenorem priuilegij adducit, neque diem & annum concessionis nec nomen Pontificis; ergo, &c. Nec valet dicere, quòd de priuilegio testatur etiam Ferdinandus cognomento Catholicus : Nam Regi testanti de aliqua re non creditur, quando agitur de præiudicio tertij, vt docet Franc. Ferret. *in Consil. hac nostra obseruat.* 3. *n.* 4. Gaspar Klockius *in tract. Nomicopolitico de Contribut. c.* 20. *n.* 441. & alij. Nec etiam tutè Catholico Regi nostro Martini Regis exempla proponi possunt, ex eo quod tunc idem Rex fauebat partibus Antipapæ Auenionensis. Et ego obsecuo, quod in Epistola Regis nunc feliciter regnantis inferiùs apponenda, ad supremum Italiæ Consilium nullam mentionem facit de supradicto priuilegio; sicut nec fecerunt Oratores Regis nostri, in memor. ad Pontificem contra Responsiones N. *cap.* 8. *num.* 157. & tamen ibi obseruant Regem Galliæ habere tale priuilegium.

9. Non

Sup. hoc infrà in §. 11. huius Res. & in aliis annot. posit. ad medium præcitati §.

Sup. hoc fac. prà in Res. 8. ex doctrina §. 2. paulo post initium, à Vers. Quæri potest. & in Res. 11. §. 2. ad medium à vers. & ideo. & melius infrà in tract. 3. Res. 198. §. 2 ante medium, à vers. & certe qui priuilegium.

9. Non desinam hîc etiam adnotare, quod ex alio capite redditur hoc priuilegium suspectum: quia licet Molina *de Iust. tom. 1. tr. 2. disput.* 148. *n.* 33. Mancinus *in Contr. iur. Dissert. 5. c. 13. n.* 80. & alij asserant ex graui & rationabili causa posse summum Pontificem concedere facultatem disponendi de bonis Ecclesiasticis ad vsus profanos; tamen, vt benè aduertit Sanch. *in Opusc. to. 1. lib. 2. cap. 2. dub.* 51. *num.* 9. & Corduba *lib. 1. quæst.* 18. *ad* 1. & 2. hoc non procedit quando Pontifex concederet facultatem disponendi in notabili quantitate, ita vt esset valde onerosa Ecclesiæ; vel pauperum necessitatibus: quæ omnia acciderent in Sicilia ex concessione asserti Priuilegij, vt patet, nec eget probatione; ergo dicendum videtur, creditu difficile esse tale priuilegium de disponendo ad libitum etiam in profanos vsus de bonis vacantium Ecclesiarum.

Sup. hoc n tom. 4. tr. 7. Resol. 19. in fin. & ex lata doctrina Resol. 20. signāter, §. vlt. & in Resol. 27. §. 1. à fin. 3. & in aliis eius not.

10. Ad quintum Argum. quod Rex possit expendere fructus vacantium Ecclesiarum in quoscumque vsus voluerit, ratione Regaliæ, quam etiam habet Rex Galliæ; Respondeo quod licet non desint vsque ad hæc tempora qui temerè supradictas Regalias defendant, vnde nouissimè hoc anno 1641. Hieron. Florens. *in dub. 1. Decret. tit. 6. de electione & electi potestate fol.* 213. sic ausus est dicere. Eadem ratione defuncto Episcopo, vel Prælato Regalia vacantia, sicut reliqua feuda quoties vacant, nomine Regis occupantur, & donec à Rege nouus Prælatus sacramento præstito Regalia receperit, interim fructus omnes suos Rex facit, fructus inquam omnes, & per consequens collationes etiam beneficiorum, quæ tempore mortis Episcopi, vel iure & facto, vel iure tantum, vel facto tantum vacant. Hoc quidem ius Regium cum sit antiquissimum simul cum Regno natum, huiusmodi collationes, præiudicium non patiuntur per recentiora, nec eis potest derogari per Decretales, statuta particularia Ecclesiarum, Pragmaticas, Concordata, Indulta, vel Mandata Apostolica. Ita ille cuius quidem verba censoria expurgatione Sacræ Congregationis Indicis, digna esse censeo. Et idcò aduersus supradictas Regalias acriter, & meritò insurgit ex Doctoribus Gallis Remundus Rufus *in Defens. contra Molinæum edita Parisiis anno* 1553. *fol. mihi* 370. & inter Belgas Ioan. Cochier *in Vindiciis libertatis Ecclesiastica lib. 2. cap.* 3. & doctissimus Boëtius Epon. *in Hæreticis Quæstionibus lib. 1. per totum*, vbi *n.* 141. sic tandem exclamat. Dicimus igitur, ac alta voce pronunciamus nullam prorsus aliam Regalium defendendorum rationem fore iustam, præter solum, & vnicum solius Romani Pontificis, Ecclesiæ Catholicæ Capitis inter homines diuinitus constituti priuilegium; quo laici rerum talium secundum commune ius alioquin incapaces ex mera gratia benignitatéque summi Moderatoris Ecclesiastici redduntur earundem capaces: sic Eponius. Hinc indiuidualiter pro casu nostro Martha *de iurisd. part. 2. cap.* 40. *num.* 29. & Azorius *part. 2. lib. 8. cap. 4. quæst. 2.* docent nullatenus competere Regibus ius super spolia vacantium Ecclesiarum. Vnde Regibus Galliæ ex concessione Apostolica spolia Ecclesiarum vacantium pertinere, ex Duareno, & Choppino notauerunt Oratores Regis nostri *in Replica, ad Responsiones N. cap. 8. num.* 157. vbi asserunt [Los espolios en Francia los gozan los Reyes por concession Apostolica.] Sed quidquid sit de hoc, certum est Reges Francorum spolia Ecclesiarum vacantium non expendisse vnquam nec expendere nisi in pios vsus, vt testatur Raussel, Auctor Gallus *in Histor. Pont. iuris lib. 5. cap. 3. num.* 15. & tandem (attendas quæso amice lector) nullam Regaliam disponendi de bonis vacantium Ecclesiarum pro libito Regibus competere, & præsertim Regi Siculo, sed abusum esse, non ex alio ore probandum est, quam Fiderici II. Imperatoris, & Siciliæ Regis. Is enim in quadam Bulla aurea, quam summariè adducit Spondanus *in Annalibus Ecclesiasticis to. 1. ann.* 1213. *num.* 4. & per extensum inuenies apud Baronium, *to. 11. an.* 1097. vbi sic asserit. *Illum quoque dimittimus, & reputamus abusum, quem in occupandis bonis decedentium Prælatorum, aut etiam Ecclesiarum vacantium nostri consueuerunt antecessores committere pro motu propria voluntatis. Omnia nos Spiritualia vobis, & aliarum Ecclesiarum Prælatis relinquimus liberè disponenda, vt quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ Dei Deo recta distributione reddantur.* Ita Fridericus in supr. citata Bulla data apud Egram per manus Bertholdi de Nise Regalis Aulæ Protonotarij, quarto Idus Iulij an. Domini 1213. quibus verbis vt liquidò patet, apertè fatetur se & alios Reges Siculos non potuisse de redditibus Ecclesiarum vacantiū licitè disponere ad voluntatis libitum tatione Regaliæ, & si aliquando ab ipsis hoc factum fuit, per abusum factum fuisse asserere non veretur. Quid ad hæc respondebit supracitatus Minister Regius! Si Frideric. Imperator, & Rex Siciliæ hanc Regaliam liberè disponēdi de fructibus viduarum Ecclesiarum sibi, & antecessoribus suis de iure minimè competere cognouit. Quo iure ipse ausus est Regibus Siculis illam tribuere. Negandum est igitur ratione Regaliæ competere Regib. fructus vacantium Ecclesiarum.

11. Ad sextum verò Argum. de exemplis adductis in contrarium, Respondeo aliqua & non pauca ex ipsis reduci posse ad opera pia. Et de illa assignatione pro Creditoribus Cardinalis Rudolphi, sola intercessio Summi Pontificis securum reddit Regem in conscientia. Ad alia verò dicendum est, illa non ad ius, sed ad factum pertinere, propter quod veritatem negare non possumus, neque illorum rationem dare tenemur, sed hoc ad illos spectare, qui consuluerunt Regibus nostris talia facere. Adde quòd, quid fieri debeat spectandum, sit & non quod factum est, vt patet *ex l. sed licet, ff. de offic. Præf. & ex cap. cum causam, de elect.* Ideo pro coronide huius resol. apponam verba P. de Soto *in instit. Sacerd. p. 2. sect.* 3. vbi sic ait: Constat ex decursu totius Ecclesiæ ab Apostolis ex ipso iure diuino bona omnium Ecclesiarum, cùm Christi sint meritò etiam pauperum esse, nec vlla ratione, aut humana potestate fieri posse, vt licitè in alios vsus, quàm Ecclesiasticos, & pauperes expendi possint. Ita ille Et Nauarr. Major, Sylu. Angel. Aluar. Pelagius, & alij, quos citat & sequitur Tanner *in* 2. 2. *D. Thom. disp. 4. q. 6. dub. 8. n.* 249. Verùm quia aliqui probabiliter, vt dictum est, sentiunt contrarium fieri posse, quando tamen ex iusta causa Summ. Pontifex priuilegium alicui concederet: cùm in nostro casu priuilegium sit dubium, & causa etiam dubia, & facultas disponendi nimis laxa, puto, vt dixi, Reges nostros minimè in conscientia securos esse, si expenderent redditus Ecclesiarum vacantium in quoscunque voluerint vsus.

Sup. contenta in hoc & seqq. §§. in tom. 4. tr. 7. Resol. 27. & in aliis eius præmissis not. & supra in hac ipsamet Resol. in §. 5. ad medium. & infra in §. vlt. à principio, vsque ad med.

12. Et tandem non desinam pro confirmatione supradictorum apponere hic Epistolam Philippi IV. nunc feliciter regnantis, subscriptam à toto sacro Consilio, & directam ad Ducem Alcalensem tenoris sequentis. [Illustre Duque primo de mi Consejo de Estado, Virrey del Reyno de Napoles, y mi Lugarteniente, y Capitan General en el de Sicilia. Hase recebido la carta, que me escriuistes à 18. de Febrero deste año con interuencion del Tribunal desse mi Real Patrimonio, en que me dais cuenta que haueys differido las executorias de quatro cartas mias, dos de 6. y dos de 23. de Octubre passado:

passado: por las quales mande, que sobre expolios y frutos de Iglesias vacantes se pagasen 35. Ducados à D. Mariano Valgarnera.600.à D. Pedro Testai, y à D. Ottauio Branciforte otros 35. porque quando tomastes à cambio los 1000. escudos vltimos, que se remetieron à Genoua fue prometido que los 500. se pagarian con dineros de dichos expolios, y frutos de Iglesias vacantes, y que si se anduuiesse pagando à otros se perderia el credito; que con tanto trabajo se va conseruando, y que con differir el pagamento correrian interesses, y hauiendose visto lo que refereis en dicha carta, y que mi consejo supremo de Italia me hà representado, que esta consignacion de los expolios y frutos vacantes Eclesiasticos esta destinada para limosnas, y obras pias, y que los Señores Reyes mis predecessores de glorioſa memoria mandaron que los dineros procedidos de expolios no entrassen en Thesoreria, sino que estuuiessen por cuenta à parte, y dellos se hà hecho siempre limosna à Monasterios, y otras obras pias en esso Reyno, y algunas vezes se ha dado para alguna obra pia muy forçosa, y de gran respeto, aunque sea fuera del: y assi mismo se han dado à las personas proueidas en Arçobispados, y obispados, y los demas beneficios para ayuda à sacar las Bulas de su Santidad de la dignidad ò beneficio, à que son presentados. Y que yo no soy absoluto dueño, y Señor destos frutos vacantes, y expolios de los Prelados, porque siendo procedidos de cosas Eccleſiasticas, se han de conuertir en dichas obras pias, y no destinarse para otros fines, como lo han obseruado los Señores Reyes mis predecessores, y yo lo he declarado en diuersas ocasiones, mandando tambien, que no se den librangas sobre expolios para pagar deuda, ni en consideracion de seruicios militares, y por via de pension à personas legas, y que no se admittan las composiciones, que los Prelados quieren hazer en vida para disponer de dichos expolios: porque en la disposicion de dichos bienes se hà de atender à lo que viene à ser mas prouechoso, y en beneficio de los pobres, y obras pias, y lo contrario seria dar ocasion de escandalo, y couertirse los frutos Eccleſiasticos en otro fin de aquel paraque fueron destinados. Y que la libranga de 145. ducados, que poco tiempo à mandè dar en el expolio de la vacancia del Arçobispado de Monreal para ayuda allá fabrica, y sustengo de la fondacion que desseo hazer en las casas, donde nuestro Señor fue tan offendido en esta Corte por las personas, que castigò el Santo Officio. Y assi mismo 45. Ducados, que he mandado, se remitan aqui cada año hasta la cantidad necessaria para comprar capital de dos mil de renta, para dicha obra, y otras librangas de mucha piedad, que he dado sobre esta consignacion, no tendrian efeto, si passasse adelante lo que hauias prometido de pagar dichos 500. ducados, que se remetieron à Genoua con los dineros procedidos de dichos expolios, y frutos de Iglesias vacantes, y setia cosa de mucho escrupulo respeto de ser este dinero rentas Eccleſiasticas, y que yo sucedo en ellas con la obligació de Prelados, y de mala consequentia para adelante. Suplicandome el dicho mi consejo supremo de Italia mandasse que no se llegue à la caxa de los expolios, y que en todo caso suplais esta quantidad de 500. ducados de qualquier dinero, y que si se vuuiesse sacado de dicha caxa se bolviesse luego à ella: sin permittir, que se llegue à esta consignacion, si no es para los efetos, à que esta destinada, por que con este medio de las limosnas se plaque Dios N. S. y conceda a esta Corona prosperos successos. Os encargo, que para poder tomar la resolucion, que conviene en cosa tan importante, me digais lo que se os ofrece en la materia, y el fundamiẽto con que hayeys aplicado esto à lo que dezis, no hauiendose hecho nunca, hauiendo en ello el escrupulo, que se apunta. De Madrid 20. d'Agosto 1633. Yo el Rey Carrera. R. Brancia. R. de Neapoli. R. Torrezilla, R.D. Inicus Secretar.] Nota verò quòd ſtãte ſupradicta epiſtola ex ordine Ducis Alcalensis memoratus minister Regius pro sua iustificatione edidit votum cum rationibus adductis suprà, quas sat à nobis labefactatas esse putamus.

13. Denique non reticeam, quòd post hæc scripta an. 1635. & à viuis amicissimis visa & approbata, edidit sua erudita consilia hoc an. 1640. Franc. Salern. qui *in lib. 1. consil. 18. §. 1. num. 5.* nostram sententiam mordicus tenet, docens Regem nostrum neque ex priuilegio, neque ex consuetudine posse expendere fructus Ecclesiarum vacantium pro libito in quoscunque vsus voluerit, sic itaque asserit. Omnino displicet cuiusdam Regij Ministri placitum, volentis posse Dominum Regem ad libitum in quoscumque vsus etiam prophanos disponere de Clericorum spoliis, ac fructibus vacantium Ecclesiarum: hoc enim ius neque priuilegio, neque consuetudine quæri potest, vt liquido constat: Prohibitio enim disponendi de bonis Ecclesiasticis in prophanos vsus est de iure diuino, & naturali. Et quamuis nonnulli velint posse Papam ex graui causa eam liberam concedere facultatem, tamen intelligunt in parua, non autem in notabili quantitate. Quamobrem dum hic Regius Administer Regi fauere nititur, ei penitùs aduersatur. Deinde concors est, ac semper fuit omnium aliorum Ministrorum sententia, id iuris Regi minimè competere. Ita Salernus cui nouissimè addendus est eruditissimus, ac doctissimus Ioan. Solorz. Regius Consiliarius *de Indiarum iure tom. 2. lib. 3. cap. 12. num. 78.* vbi sic ait. Et si concedamus Regem nostrum iusto aliquo titulo, vel colore bonis Ecclesiarum vacantium potiri posse, adhuc tamen non videtur salua securitate conscientiæ ei consuli posse, quòd liberè & absolutè pro arbitrio suo in quoslibet vsus expendere possit, cùm quoad illa in locum Prælati intret & subrogetur, cuius obligatio erat vt potè Ecclesiastica, & intuitu Ecclesiæ quæsita in pios vsus erogare. Hæc Solorzan. qui quidem de directo aduersatur supracitato Ministro Regio, quem nos meritò in hac disceptatione refellere conati sumus. Manet igitur inconcussa nostra sententia, non posse Regem ad libitum in quoscumque vsus voluerit, disponere de fructibus Ecclesiatum vacantium Regni Siciliæ. Et ideo Filliuc. *tom. 3. tract. 43. cap. 7. quæst. 10.* asserit quòd licèt de consuetudine in Hispania aliisque in locis spolia Summo Pontifici, non soluantur, reseruantur tamen vel successori, vel cedunt Ecclesiæ. Vnde ex his meritò refellendus venit Isaacius Habert *de Consensu Hierarchiæ & Monarchiæ lib. 2. fol. 78.* qui contra Regem nostrum acriter inuehitur falsò asserens, illum in Sicilia Ecclesiarum & Clericorum spolia expilare, atque diripere, quod etiam dixit Sulpicius Mandrinius *in Chimera extisa c. 4. fol. 89.* Sed hi tanquam scriptores non bene affecti, non sunt audiendi: Nam Reges nostros fructus Ecclesiarum vacantium in Sicilia semper in pios vsus expendisse & expendere apertè patet, nec aliter posse fieri puto.

Pro contentis in hoc, & seq. vers. in §. 11. huius Resol. à medio vsque in finem, & in aliis eius nor.

RESOL.

RESOL. XV.

Quid sentiendum de aliquibus Constitutionibus Iustiniani imperatoris, præsertim de Constitutione 3.5.6.§7. & 58? Ex part.1.tract.2.Resol.106.aliàs 105.

§.1. AD hoc dubium nouissimè respondet Tanner. *in* 1.2. *D.Thom.disput.1.quæst.4.dub.1. num.30.* sic asserens: [Constitutiones Iustitiani de rebus Ecclesiasticis,quatenus quidem iustæ sunt, & legitimæ, non sunt leges, aut sanctiones Ecclesiasticæ,noui quidpiam ordinantes, præscribentes, aut definientes circa fidem, disciplinamque Ecclesiasticam;Sed sunt meræ executiones Canonum, iam ante in Conciliis legitimè constitutorum, spectantes ad conseruationem, & securiorem eorumdem obseruationem.

2. Dixi tamen *quatenus iustæ sunt*: quia negari non potest,Iustinianum nonnulla etiam liberiùs præter ius, fásque sanxisse. In qua re quantùm, & sibi ipsi, & toti imperio nocuerit, non obscurè ostendit Baronius anno Christi 528. & anno. 546. vbi breuiter ait,eum,dum dogmatibus Ecclesiasticis perscrutandis, plusquàm decet Imperatori,curiosè vacaret; vniuersum pessundedisse Imperium.] Ita ille, & ante illum Azorius *tom.1.lib.5.c.20.Item leg.* Iniquis igitur Iustiniani, & aliorum Principum sæcularium legibus circa personas,& causas Ecclesiasticas sancitis rectè communi iure derogatum esse constat. *ex causa 11.q.1. & cap. non minùs de immunit Eccles. & cap.quanquam de cens. in 6.*cum Bulla Cœnæ.

RESOL. XVI.

Animaduertuntur aliqua in defensionem immunitatis Ecclesiasticæ.

Et inter diuersos casus discussos in textu huius Resolutionis quæritur,an Episcopus habeat territorium in sua Diœcesi? Ex part.7.tract.10.& Misc.1.Resol.3.

§.1. NOuissimè Acacius Rippol vir quidem doctus edidit Tractatum *de Regalibus, & in cap.11.n.1.& seq.* se defendit de aliquibus opinionibus in causis Clericorum, quas ego aduersùs illum olim notaueram;& adducit in sui defensionem Concordata inita cum Summo Pontifice. Rectè igitur ego dixi de iure illas opiniones non posse sustineri, quod verò in Catalonia deducantur in praxi, ratione Concordatorum,debebat Rippol hoc animaduertere:sed de ipsis me remitto veritati,nolo enim Regi meo aliquid iurisdictionis detrahere, sed multò magis Summo Pontifici.

Sup. contento in hoc §. supra in ref. 8.& in aliis eius 1.& 2. not.

2. Verum in defensionem Ecclesiasticæ immunitatis non deseram hîc adnotare aliqua, quæ dictus Rippol asserit non admittenda, & primo *in dicto c.11.num.14.* docet possessionem,& vsum antiquissimum probare concessionem priuilegiorum Apostolicorum. Hæc quidem doctrina non est admittenda, & est perniciosissima, nam Principes possent se tueri iudicando Clericos, vel aliud faciendo contra Ecclesiasticam immunitatem, vt obseruat Marca *de concordia Sacerd. & Imper.lib.3.cap.9. num.6,& cap.10.num.2.* asserendo habere Pontificium priuilegium,& in eius probationem adducere possessionem centenariam, vel immemorialem, etiam si nullæ exhibeantur Priuilegij tabulæ.Sed hoc dicere est absurdum,nam omnes consuetudines immemoriales contra Ecclesiasticam libertatem, damnatæ à Sacris Canonibus probarent Priuilegium Pontificium. Dico igitur cum Suarez *in Regem Anglia lib.4. cap.34. num.17.* solam nudam consuetudinem etiam immemorialem non sufficere in hac materia ad probandum priuilegium.Tum quia illa regula non procedit in consuetudine reprobata per legem, vt Rochus Curtius, & alij tractantes de consuetudine tradiderunt;tum etiam quia valde odiosum est priuilegium hoc, & difficile, ac rarò conceditur, & ideò nisi legitimè probetur,non præsumitur; solus ergo vsus quantumuis antiquus,cùm in facto consistat, non probat sufficienter ius, seu priuilegium. Et hanc sententiam ego satis improbaui ex multis aliis rationibus & Doctoribus *in disceptatione Apologetica de Retentione Bullarum* contra Salgadum *resol.12.*

3. Secundo *in d.c. 11. n.38.* asserit Rippol Episcopos non habere territorium in sua Diœcesi, sed hæc doctrina non est admittenda.Dico igitur Episcopum habere territorium, ex text. *in termin. in c. omnes Basilicæ.* ibi, *in cuius territorio,* &c.*quæstion.7.* Hostiensis *in cap.cùm contingat*, vbi Innoc,& Ioan. Andreas *de foro compet.* Abbas *cap.cum ab Ecclesiarum, sub.n.10.vers. Vnum tum scias, de Off.ord.*Alexand. *in addit.ad Barb. in leg. pupillus. §. territorium, de verb. signif.*& quia habet imperium certo loco applicatum, *c.1.de Off.ord.*Bil.*leg.siue pars C. de dilat.*Berta *de Ep. in,3.p.4.libri....n.3.*ideò cùm habeat ius terrendi certo loco, dicitur habere territorium *d.l. pupillus,§.territorium*; & propterea videmus,quod laici in Ecclesia delinquentes,tanquam in territorio Episcopi delinquentes, per Episcopum puniuntur,per Afflict. *in Const.Regni,in Const. incip. multæ leg.sub.n.6.ad fin.* & propterea cessãte ratione territorij,cessat ratio supra allegata;fit enim de territorio Episcopi laicus delinquens in delictis Ecclesiasticis *gloss. in Const. Item si nulla in verb.ab Eccl.C.de Episc.& Cleric.* Vnde etiam colligitur responsio ad text.*in c.postul.de foro compet.* qui consueuit principaliter allegari pro contraria parte,vbi probatur,quòd si Episcopus in cuius Diœcesi est commissum delictum,condemnauit, & priuauit Clericum beneficio,quòd in alia Diœcesi habebat, non exequitur sententiam, sed Episcopus Diœcesis, in qua est situm beneficium; nam illud procedit, quia cum in alia Diœcesi nullam habeat potestatem, ratione territorij, prohibetur sibi talis executio,vt per Dec.*in cap. pastoralis.§.quoniam. n.3. de rescriptis.* Sed si contingat executionem fieri in sua Diœcesi cessat hæc prohibitio.

Sup. hoc infra in Ref. 302.§.1.2. & 3.& sup.in tr. 2.ex Ref. 63, lege doctrinam §.2. & 3.& ex Ref. 64.§.2.in fin. §.Ad doctrinam, & ex Ref.115.§. Probatur. & ex Resol.116. §.Non valet.

4. Confirmatur nostra sententia ex alio textu nempe ex *cap.fin.de const.in 6.* vbi Bonifacius VIII. dicit,quod statutum Episcopi contra fures non habet locum in his, qui commiserunt furtum extra eius Diœcesim, & reddit rationem, quia extra territorium ius dicenti impunè non paretur,ergo Episcopus habet Territorium,& ita notat ibi Gem.*in vlt. not.*omnis namq;iurisdictio ordinaria requirit Territorium,cui cohæreat, & sine eo non potest subsistere, ita Bald. *in leg.si quis ex consensu.n.9.in fine, C. de Episcopali aud.* & communem opinionem esse, dicit Boër.*dec.227.*& probatur *in leg.fin.C.vbi,& apud quem.* est enim Territorium spatium tertæ munitum iurisd. Bald. *in Rubr.qua sint regalia,* Dec.*consil.649.* Boër.*vbi suprà num.7.*

5. Præterea hoc patet, quia Diœcesis idem in effectu significat, quoad Iurisdictionem Ecclesiasticam, quod Territorium, quoad temporalem, Ioan. And.Gem.& Doctores *in cap. cùm Episc.de offic. ord. in 6.* Sed qui habet Territorium, habet potestatem carcerandi suos subditos, quia Territorium sonat superioritatem coërcitionis Old.*cons.*176.& exequtio fit in subditos Territorij exequentis, *capite Rom. §. contrahentes. de foro compet.in 6.* & quod Diœcesis

idem

idem sit, quod territorium tenuit Angel. & Doctores *in Auth. quomodo Episcopos*, §. *non aliter*. Alber. in dictionario, verbo Diœcesis: Dicunt enim quod Diœcesis significat locum spiritualem, sicuti Territorium locum temporalem. Vnde ex his omnibus patet negandum esse Rippol. Episcopos non habere Territorium.

Sup. hoc infrà in tract. 3. Ref. 17. & in illo §. cujs annot.

6. Tertiò, *in d.c.11.n.24.* tenet tunc aliquod statutum esse contra libertatem Ecclesiasticam quando aufertur, quod Ecclesiæ acquisitum est, secus autem si ex iusta causa prohibetur aliquid acquirere; sed hæc doctrina est reiicienda, quia ex illa sequeretur validum esse statutum, quod bona v. g. stabilia non relinquantur Ecclesiis, quod omnino negandum est. Vnde opinionem Rippol. esse prorsus reprobandam ego satis probaui *in p. 6. tract. 3. resol. 9.* Ideò omnino me recognoscas.

7. Quartò, Idem Rippol. *in meo C. num. 70.* adducit textum qui est *c. 14 1. 2. p. caus. 2. q. 7.* ex cuius verbis, ait ille: satis euidenter apparet Summum Pontificem se correctioni Imperatoris subiicere; si igitur Sum. Pontifex de se hoc facit, quid mirandum quod Clericos in certis casibus permittat à Iudicibus sæcularibus iudicari? Ita ille, sed optarem hæc nunquam dixisse: nec talem textum adduxisse: Dicendum est igitur, Pontificem in illo textu subiecisse se Imperatori, tanquam Iudici arbitro, & quòad vim directiuam, non coactiuam, vt optimè obseruat Suar. *in Regem Anglia lib. 4. cap. 7. n. 9.* & Bellarminus *de Rom. Pontif. lib. 2. c. 29.* igitur non debebat Rippol. de illo textu tam magnum festum facere, nec argumentari de vi directiua ad coactiuam.

Sup. hoc infrà in Ref. 16. 17. & 18. & lege circa doctrinam Ref. 19.

8. Item dictus Rippol. *in c. 6. n. 37.* defendens recursum Clericorum ad Iudicem sæcularem pro vi tollenda docet, Iudicem sæcularem posse supplere negligentiam Iudicis Ecclesiastici; sed hoc minimè est admittendum, vt expressè patet *in c. qualiter & quando de Iudic.* Et ita ex eodem textu, probant Glossa, & Panormit. *ibid. n. 7.* Glossa *in c. placuit el primero, 11. quæst. 1.* Archidiaconus *in d. cap. filiis vel nepotibus, 16. q. 7.* & ratio est: Nam Iudex sæcularis nullam habet iurisdictionem in Clericum reum, neque potest ab Imperatore accipere: ergo propter negligentiam Ecclesiastici illam habere non potest, cum illam non adquirat ex vi Iuris Diuini, Canonici, aut naturalis. Tum etiam nam Iudex laicus inferior est Ecclesiastico, & inferior superioris defectum supplere non potest, cùm ergo è conuerso Iudex Ecclesiasticus superior sit laico, rectè potest negligentiam laici supplere; erit ergo in eo casu remedium petendum à superiori prælato.

9. Nec obstat textus *in Auth. de sanctissimis Episcopis collatione 9. & nouella 123. §. si quis autem perniciaria*, vbi constituit Iustinianus, quod data negligentia Iudicis Ecclesiastici licitum est actori laico coram sæculari Iudice Clericum vocare, & idem *in nouella 83. authent. vt Clerici apud proprios Episcopos*; & refertur *in cap. si quis cum Clerico 11. quæst. 2.* fatemur tamen, quòd in hoc articulo nulla est habenda ratio decisionum Iustiniani, qui non potuit privilegium Clericorum limitare.

Sup. hoc infrà in Ref. 17. §. 1. & vlt. ad medium, & in Ref. 19.

10. Ad auctoritatem *cap. filiis* quod adducit in sui fauorem Rippol. respondeo dictum textum variè à Doctoribus interpretari. Primò interpretatur Glossa *verbo Regis*, suprà allegata locum habere quando Episcopus, propter potentiam Clerici dilapidantis eum non potest comprimere, & postulat à Rege, vt eum corrigat *argumento c. petimus. 11. q. 1.* sed communiter damnatur quia contrarium probat ipsa littera textus, nec Rex habet potestatem corrigendi, vt sæpè repetitum est, & ita damnatur gloss. ab Archidiacono, & Bellamera, *ibi* Abbas, & communis *n. 7. in dic. c. qualiter, & quando* Secundò interpretatur gl. deficiente Episcopo Clericum dilapidantem à Rege puniri posse *argumento cap. ex transmissa de foro comp.* sequitur Turrecremata *ibi*; sed errant à parte, quia Episcopi negligentia non sufficit ad tollendam laicorum incapacitatem, vt expressè definitum est *in dicto capite. qualiter, & quando, de iudiciis*, ex quo glossam improbant Archidiaconus, Bellamera *ibi*, Abbas, & communis, *n. 7. in dicto cap. qualiter, & quando.* Tertiò, Archidiaconus, & Abbas interpretantur Regis auribus denunciandam esse Sacerdotis culpam, non vt ipse Clericum comprimere possit, sed vt hortetur, & iustet apud superiorem. Reiicitur tamen ex eo quòd eodem gradu denunciatur ibi Regi si Metropolitanus negligens fuerit, quo denunciauerat Metropolitano si Episcopus negligeret, sed Metropolitano denunciatur, vt corrigat, ergo & Regi. Ideò quartò alij tentant textum intelligi, quando Rex fuisset patronus; vt constat ex iisdem; improbatur tamen, quia & diuinat, & quia verius quod licet Rex sit patronus, cognitionem non habet contra Clericos à se præsentatos ex nostro textu & *capite sequenti.* Vnde vera est interpretatio textus *indicto cap. filiis, vel nepotibus*, procedere iuxta antiqui temporis consuetudines, nonnoribus à Pontificum Constitutionibus iam abrogatas, vt constat ex nostro textu, & apertiùs ex *Capite, at si Clerici, capite Clerici, & dicto capite qualiter, & quando*, ex quo correctum esse sentiunt Archidiaconus, & Bellamera *ibi*, affirmant Imola, & Abbas *d. num. 7. in d. cap. qualiter, & quando*, ita verissimum est.

Sup. hoc infrà in Ref. 40. §. vlt. & in Ref. 58 59. & 60.

11. Nota verò quod idem Rippol, postea *in c. 12. n. 98.* contrariam sententiam docuit, (& ideo videtur se retractasse) asserendo nullo modo ob negligentiam Prælati posse habere recursum ad iudicem sæcularem.

12. Et tandem asserit Rippol. *in cap. 27. num. 42.* repetsalias posse indici à iudice sæculari contra personas Ecclesiasticas; sed hæc sententia pugnat expressè cum textu *in c. & si pignorationes de iniur.* & illâ meritò refellit cum multis Martha *de iurisd. p. 4. cent. 1. cas. 41. n. 26. & seq.* Vide etiam Sayr. *de cens. lib. 3. c. 34. n. 2. & seq.* cum aliis quos citat & sequitur Barbos. *in nouiss. edit. de offic. & potest. Episc. p. 3. Alleg. 50. n. 218.*

13. Et hæc adnotare volui, non quidem animo contradicendi Rippol, viro quidem docto, sed in defensionem Ecclesiasticæ immunitatis; de cætero dictum tractatum satis vtilem, & eruditum existimo.

RESOL. XVII.

An Summus Pontifex habeat in toto Orbe Christiano temporalem potestatem? Ex part. 1. tract. 2. Ref. 122. alias 121.

§. 1. PRima sententia docet, Summum Pontificem in toto orbe Christiano iurisdictionem, & potestatem immediatè à Deo sibi commissam habere habitu quidem, cùm eius vsum, & exercitium in sæculares transtulerit. Ita DD. quos citat Christophor. de Anguiano *vbi infrà num. 15.* Comitolus *in tract. Apologet. c. 3. per tot.* Pereira *vbi infrà num. 1.* Martha *de iurisdict. part. 1. cap. 18. cum seq.* & hanc opinionem nouissimè ex Theologis docet Pesantius *in tr. de potest. Pontificis, disput. 2. & seq.* vbi probat hanc sententiam ex multis iuribus, & præcipuè per extrauag. *Vnam sanctam.* Bonifacij VIII. Vide etiam circa

præsentem quæstionem Valenzuelam *in defens. Monitory Pauli V. part.7.n.45.& seq.*

2. Sed mihi contraria sententia probabilior videtur, quam tenent communiter Theologi,& plerique Iurisconsulti. Dico igitur, quòd Summus Pontifex in terris Principum non habet iurisdictionem directè quoad temporalia: ex vi tamen Pontificalis officij habet sufficientem potestatem super omnia negotia sæcularia,quando id expedierit ad quietem, & conseruationem,ac Ecclesiæ defensionem, & ad bonum spirituale,ac ad finem Ecclesiasticæ potestatis supernaturalem assequendũ.Potest igitur Summus pontifex indirectè, & minùs principaliter, exercere supremam potestatem in temporalibus, quatenus id exigit,vt diximus finis supernaturalis,& in ordine ad bonum spirituale. Et ita docet Bellarm.*contr.3.lib.5. c.6.*Malderus *in 2.2.q.1.art.10.dub.8.*Azor.*p.2.lib.11.c. 5.q.6.*Suar.*de leg.lib.3.c.22.*Tann.*in p.2.disp.4.q.4.dubit.1.n.31.*Molin.*de iust.tom.1.tract.2.disp.29.conclu.3.* Rebellius *p.2.lib.14.quæst.23.sect.1.nu.2.& 3.& sect.5. num.29.* Christophorus Anguiano *tract.de leg.tom.1. lib.3.contr.17.numer.29. & seq.* Maynardus *de priuileg. Eccles.part.1. art.6. numer.1.* Salgado *de protectione Regia, tom.1.part.1. cap.1. præl.1.numer. 55.*Ceuallos *tract.de cognitione per viam violentiæ, in Prolog.num.9. in fine, & num.12.* Paramus *de origin. Inquis. lib.3. quæst.1.opin.4.* Syluius *in 2.2, quæst.66. articul.1.queritur.conclus.2. & 3.* Pereira *de manu regia, præl.1.num.4.& seq.* Barbosa *in collectan. tom.2.lib.4. tit.17.cap.13,num.37.* Morla *in empor.iur.part.1.tit. de iurisd.quæst.4.* Sotus *in 4.dist.25.quæst.2.art.1.* Turrecremata *in summa lib.2.c.13.*& alij penes ipsos. Vide etiam circa præsentem quæstionem Bobadillam *in polit.tom.1.lib.2.c.18.n.2.& seq.* Restat modò respondere ad argumentum ex Bonifacio Pontifice.

Sup. hoc infrà in Res, 329.§. 3. ante medium, à Vers. consequentia, & late infrà in tract.15.Res. 7.8.& 9. per totas, & in tr.12.ex Res. vnica §. Sed displicet & in tr.8.Res.7. in principio.

RESOL. XVIII.

Quomodo sit intelligenda Extrauag. Vnam sanctam *Bonifacij VIII?* Ex part.1.tract.2. Resol.123. alias 122.

§. 1. Respondeo cum Christophoro Anguian.*loco citato, in tract.de legib.lib.2.contr.17. nu.* 64.quòd mens Pontificis in supradicta extrauagante nequaquam fuit, velle Reges & Principes Christianos subiicere magis imperio Ecclesiæ, quàm anteà erant; sed tantummodo demonstrasse, quòd vltra gladium spiritualem, est etiam in Ecclesia gladius temporalis, non actu, & directè exercendus; sed habitu, & indirectè duntaxat, eo modo,quo *in superiori resol.*dictum est. Verùm quia multi putabant, nec rectè,vtrumque gladium esse actu apud Romanum Pontificem,& imperium ab eodem haberi,idque tanquam veritatem catholicam definitum esse in dicta Extrauag.*Vnam sanctam.*ideò Clemens V.ad tollendum illum rumorem statuit in Extrauag. *Meruit.* Bonifacium VIII.in dicta Extrauag.*Vnam sanctam.* non generasse præiudicium Regi, Regno, aut Regnicolis Franciæ; neque intendisse Bonifacium,neque mentis suæ fuisse, aliquod illis præiudicium inferre, nec illos magis subiecisse, quàm antea essent subiecti; vt ita dicta Extrauag. *Meruit.* nihil noui constituerit; sed magis declarauerit prædictam Extrauag. *Vnam sanctam*, quæ ex tot Interpretum Commentariis aliquantulum obscura videbatur. Hæc Anguianus perdoctè, vt semper solet. Sed ex supradictis sequitur decisio subsequentis Resolutionis.

Quæ hic est Res. antecedens.

RESOL. XIX.

An Summus Pontifex possit cognoscere, & iudex existere competens, vbi lis aliqua, & discordia oritur inter duos Supremos Principes neminem in temporalibus recognoscentes? Ex p.1.tr.2.Res.124.alias 123.

§.1. Respondeo, quòd si dum consentiunt in Iudicem aliquem, vel arbitrum, & ex tali discordia, seu lite, probabiliter timetur, vel fidei catholicæ, vel Ecclesiæ, seu boni spiritualis detrimentum,ex bello, seditione, vel perturbatione Reipublicæ, tunc potest,& debet Romanus Pontifex in ordine ad finem supernaturalem, & ad vitanda eiusmodi incommoda, cognoscere, & sententiam ferre, cui tales Principes Christiani stare tenentur. Et ita docet Molina *de iust.tom.1. tract.1. disp.*19.qui citat Victoriam, Riccium, Durandum, & Turrecrematam. Idem docet,Sotus *in 4.dist.25.q.2. art.1.concl.4.* & Anguianus *tr.de legib.t.1.lib.2.contr.17.n.79.*

Sed ad alia procedamus magis in praxi occurrentia.

Quoad hoc in tom.7. tr.7. lege doctrinam Res.2. & alterius vers. eius not.

RESOL. XX.

An Reges, & Principes recipiant suam potestatem immediatè à Deo?

Et quid de potestate Pontificis? Ex part.1.tract.2.Res. 126. alias 125.

§.1. Affirmatiuam sententiam docet Ceuall. & aliqui Iurisconsulti. Alij secùs sentiunt. Sanè Pontificem suam potestatem accipere immediatè à Deo, apud omnes constat.

Sup. hoc in Res,315. §.8.

2. Nec obstat,quòd homines eligere Pontificem dicuntur: nam eligendo, seu nominando, nullam ipsi potestatem, vel authoritatem pontificiam electæ personæ tribuunt; sed eam solummodo Deo veluti præsentant, & offerunt,à quo demum suam potestatem accipiat:est igitur electio ista tantùm conditio sine qua Deus potestatem Pontificis in hominem non transferret, non autem ratio, seu medium quo electores ipsi eam potestatem electo tribuant.

RESOL. XXI.

An Reges in aliquo casu sint iudices exemptorum? Ex part.4.tract.1. Res.73.

§. 1. Affirmatiuam sententiam tenent Doctores, quos citant & sequuntur Pereira *de manu Regia p.2.c.22.n.*18.Bobadilla *in pol.tom.1. lib.2.c.18. n.*127. & Cenedo *in Decretum collect.37 n.*3.asserentes quòd Clerici, imò & omnes Ecclesiasticæ personæ exemptæ ab Ordinariis locorum,quamuis sint immediatè subiectæ Pontifici,si tamen non habeant superiorem in Regno,qui eos puniat, si delinquant, possunt conueniri còram iudicibus laicis, eo pacto, quo tradit Thomas Mieres *in cõst.Cathal.collat.2.c.11. in princ.*Vide etiam Michaëlem Rousset.*in histor.Pontific.iuris. lib.4. cap.3. num.46.*

2. Sed hanc opinionem Camillus Borellus *in addit.ad Speculum Bellug.rubr.*11.§.*videndum,in lit.G.* existimat esse iniquam, nec seruari debere, & nouissimè reprobat Megalius *in 3. part.lib.3.cap.11.nu.37.* illam vocando falsam, quia cùm generaliter omnes Ecclesiastici à laica iurisdictione immunes sint, multo

multo magis hæc exemptio illis Ecclesiasticis erit concedenda, qui ex speciali priuilegio habent vt soli Papæ subdantur, etenim per hanc exemptionem generali priuilegio Clericorum non derogatur, sed illi hoc amplius additur, vt qui ex hoc priuilegio munitus, soli Papæ subdatur, alioquin specialis fauor in odium illius retorqueretur, contra *l. quod fauore, C. quod de legib.* Ita ille.

RESOL. XXII.

An sit licitum Principibus Christianis, & Magistratibus laicis discutere facultates, & potestatem alicuius Nunty, qui in illum Prouinciam à Pontifice mittitur? Ex part. 1. tract. 2. Resol. 68. aliàs 67.

§. 1. NEgatiuè respondetur communiter contra Couarruu. *pract. qq. cap. 34. num. 4.* & Bobadill. *in Polit. tom. 1. lib. 2. c. 18. n. 207.* & ita docet Bonacina *de legibus disput. 10. quæst. 2. punct 1. §. 1. num. 15.* Pesantius *de immunit. Eccles. disp. 20.* Azorius *part. 1. lib. 5. c. 14. q. 9.* & alij.

2. Nec valent rationes, quas adducit Couarruu. quia ad summum tantùm probant, Nunciorum potestatem discuti debere per Iudices Ecclesiasticos, qui in illis Regnis reperiuntur, vt sunt Episcopi, Archiepiscopi, &c. Ex commissione verò Summi Pontificis debent Nuncij exhibere Regibus, seu Magistratibus, literas suarum legationum, vt eis innotescat legitima eorum legatio, & authoritas, vt colligitur *ex cap. nobilissimus. disp. 97.*

RESOL. XXIII.

An liceat Principibus Legatos, & eorum famulos atrociora scelera perpetrantes, sine violatione iuris gentium condigna vltione punire?

Et explanatur in hoc casu differentia inter Legatos Principum secularium, & Nuntios, & Legatos Summi Pontificis. Ex part. 6. tract. 8. Misc. 3. Resol. 2.

§. 1. NEgatiuam sententiam docent aliqui, quam conantur probare ratione & exemplis; quia vt obseruat Franciscus le Vayer Doctor Gallus *de legatione cap. 4.* vnicuique notum est, Legatum siue inter suos, siue inter exteros ipsáque hostium tela, sacrosanctum inuiolabilémque esse, vt qui eum percusserit, pulsauerit, vel etiam verbo offenderit (quod etiam non solum de eius persona, sed de nota eius familia vniuersóque comitatu dictum velim) ius gentium, omniáque societatis humanæiura violasse videatur. Et ideò Vgo Grotius *de iure belli lib. 2. c. 18. num. 4.* & Kirchnerus *lib. 2. cap. 2.* docent Legatum etiam contra Rempublicam molientem nefas esse puniri; & Romanos hoc olim fecisse ex multis exemplis comprobatur.

2. Sed ego contrariæ sententiæ prorsùs adhærendum esse puto. Assero igitur, quòd licèt Legati diuino & humano præsidio vallentur, vt asserit Tullius *oratione 3. in Verrem.* & obseruat Reinholdus *condit. de fide Politica lib. 2. c. 13.* Paulus Busius *de Republ. lib. 3. c. 6. n. 1.* Alexander ab Alexandro *Genialium dierum lib. 3. cap. 3.* & ibi Tiraquellus *in Annotat. litter. T.* Tholosanus *de Republica lib. 11. cap. 10. num. 14.* eorúmque ius sanctum, & inuiolatum iure gentium habitum sit, vt ex Theologis docet Bañez *in 22. D. Thomæ quæst. 57. artic. 3.* & Araujo *in 1. 2. q. 92. disp. 1. sect 6. difficult. 3. n. 15.* quòd quidem ferè omnia, veterum monumenta testantur. Vnde *in leg. 17. ff. de legationib.* sic habetur: Si quis Legatum pulsaret, contra ius gentium id commissum esse existimatur, quia sancti habentur Legati, id est, inuiolabiles, vt ait Glossa. Et ideo in signum securitatis olim portabant sagmina, herbas, vt patet *in leg. 8. §. 1. de ver. diuis.* Tamen ex his non sequitur impunè atrocia crimina committere: neque Principes apud quos degunt, si velint, non posse illos debita animaduersione punire: aliter eorum immunitas & licentiam delinquendi operiret, & patrocinium turpitudini pateret.

3. Si igitur Legati facinora atrociora commiserint, vtique Principes non tenentur illos liberos & impunitos dimittere: Sic Phileas Tarentinus cum Romæ legatione fungeretur, ad obsides Tarentinos aditum sibi inuenit, & corruptis duobus ædituis, custodia eduxit, & comes itineris factus cum ipsis vna aufugit, vnde ab itinere cum illis retractus & in comitium deductus virgis populo probãte cæsus & de saxo iectus est. Ita Liuius *lib. 15.* Sic Alexander Legatos Persicos iugulauit, quòd filias Aminthæ ad concubitum flagitassent. Ita Iustinus *lib. 7.* Sic Marc. Anton. Augusti Legatum, quòd liberius cum Cleopatra egisset, verberibus nudum cædi iussit. Ita Wasetticus in oratione funebri Stephani Regis Poloniæ. Sic Basilius Moschouitarum Rex clauo Pileum capiti cuiusdam Legati affigi iussit, quòd rusticè caput texisset. Ita Sigismund. Barsius *in Hist. Moschouit.* Sic etiam ob iniurias verbales Alexander Seuerus Legatos Parthorum in Phrygiam relegauit. Ita Herodian. *lib. 6.* Sic Stephanus Velachiæ Præfectus ex simili causa Legatos Fraccopi Tartatorum Principis ad necem damnauit. Ita Bodin. *de Republ. lib. 5. c. 6. n. 619.* & passim plura occurrunt exempla, quæ congerit Kochier *de Legato, cap. 42.* vbi inter alia apponit illud Oratoris Francisci I. Galliarum Regis, qui Mediolani propter homicidium capite plexus est. Et ideò Philippus II. Hispaniarum Rex in famulos Legati Venetorum capitis & fustigationis sententiam tulit, licèt eos postea liberauerit, scribens ad omnes Principes se nolle Legatos suos immunitate muneris sanctiores esse, quin Legibus eorum Regni conueniri, & condemnari possint, si quando facinus quodpiam ab Officio, aut mandato sibi impositio alienum commisissent. Ita Francis. Marselder *de Legato, lib. 2. dissert. 13.* Vnde rectè, quicquid garriant aliqui, Theodatus ad Oratores Bizantinos, teste Procopio *lib. 1. de Bell. Goth.* respondit ius gentium tandiu Legatis seruandum esse, quoad ipsi iure Legationis abusi non fuerint: nam dignitas, & officium eos minimè tueri debet, qui illo abutuntur, vt habetur *in l. iudices, C. de dignitatib. & leg. quoties, eod. tit.* Et ideò eleganter Fab. *in Declamat. 12.* sic ait. Sed Legatus fuisti? quid tamen ipsum? quid est aliud quàm rem tractare? Rem autem qui malè agit, vt arbitror lædit. An existimas hanc Legatis dari peccandi licentiam, vt quæcumque scelera in eo commiserint officio cum his omnibus hac vna lege decidant? ô nimium inuidendam huius legationis conditionem, si tibi legem remisit! Ita ille.

4. Dicendum est itaque aliud esse Legatum violare? aliud Legatum, & eius famulos propter delicta punire: nam hoc vltimum secundum iura procedit; primum verò iniuriæ est. Non ergo vltimum, sed primum leges iuris gentium circa Legatos improbarunt. Et quidem ipse priùs qui læsit gentium iura indignus est vt ipsi seruetur iuris gentium fides; nam priuilegium amittit qui concessa sibi abutitur potestate, nec debet inde nasci occasio iniuriarum vnde iura nascuntur: Nec obstat quod Legatus non subsit ei ad quem est Legatus quodque personam Domini sui repræsentat, ideoque crimen Maiestatis non committit. Nam rectè respondet Besoldus vbi infrà *n. 20.*

quod quis sortitur forum in loco delicti, & etiam hospes Peregrinus subditus eius est in cuius territorio versatur *ex leg.3.ff. de offic.præs.* Et ideò plures opinãtur hoc sancitum inueniri *in leg. non alias 24. ff.de iudiciis,& in leg. consensisse.2. eod.tit. lib. 2.* vbi Glossa ex textu docet,& obseruat. Quòd si Legati in Legatione ipsi vel eorũ serui deliquerint, Romæ tenebuntur iudiciũ pati. Et licet aliqui conentur probare dictã leg.loqui tantũ de Legatis Prouincialibus,tamen Albericũ Gentilem *lib.2. de Legato. c.in* Reinhardum in Theatro Politico *p.2.c.40.n.4.* Christophorum Resoldum *in Dissertat.Polit. Iuridica de Legatis cap.5.n.29.*& Vayer *de Legat.c.9.*dictam legem *non alias*, etiam ad Legatos, de quibus loquimur,extendisse obseruo.Sed ne careat nostra sententia auctoritate Doctorum,scias illã docere Adamum Contzen *in Polit.lib.7.c.36.§.5.*cuius verba hîc apponere non grauabor : sic enim asserit. Mihi sanè non videtur ius Gentium Legato licentiam scelerum permittere,aut iniuria affectis defensionem auferre. Iudex Legati non est Princeps læsi?at nec Princeps Legati est Princeps læsi? Causa tamen est,cur meus Princeps Legatum puniat, non est causa, cur ad exterum Principem accusaturus ableget.Legatus in loco delicti iudicatur, ego nullo meo merito ad extera tribunalia cogi non debeo. Iuris naturalis est,vt latro,fur, incendiarius ab eo Principe puniatur, cuius subditos vexauit. Latrocinia, furta, adulteria ex iure gentium pœnas habent constitutas : nulla enim gens tam barbara est,quæ non illis criminibus vltionem lege irrogarit. Legatus igitur ex iure gentium pœnam meretur:ille verò,cuius domum expilauit,vxorẽ violauit,nullo iure cogi potest,vt malefactorẽ Bizantij,aut alibi accuset:nec enim itineris longitudo, nec sumptus,nec iudiciorum ratio illud permittit;iure meritò igitur Legatus iudicatur in loco,in quo peccasse cognoscitur.Quòd si seditionẽ,tumultum,proditionẽ molitus sit,iam ius gentium prior ipse violauit,& iure punitur:stolidum enim esset ad suum Principem illũ remittere,à quo facinorum non licentiam modò, sed etiã mandata habuit, quique præmia potius daturus est.Ius autem gentium Legationi innoxiæ tantummodò patrocinatur. Huc vsque Adamus Contzen:cuius sententiam ante illum docuerunt Arumæus *in decisionib. Academ.de iure publico vol.2.discurs.21.n.48.& in Aurcam Bull.Discurs.1.thes.2.*Brunus *de Legato lib.4. c.4.*& Christianus *in Colleg.Polit.exercit.11.n.43.*quorum verba infrà referam.Idem etiam docent Reinhardus *vbi sup.in Theatro Polit.part.2. c.40.per totum*, Germonius *de Legato lib.3. c.3.* Paschalius *de Legato c.74.& 75.* Cochier *de Legat.c.42.*Farin.*q.112.n.174.* & Decianus *volum.2. lib.7.c.5.n.27.*

5. Atque ex his patet responsio ad ea,quæ pro contraria sententia superiùs adducta sunt.Et primò ad auctoritatem Vayer,nempè inuiolatum esse debere ius Legationis,non solùm humano præsidio munitũ,sed etiam diuino vallatum. Respondeo concedendo Legatos & eorum famulos iure gentium minimè violandos esse.Vnde sic facientes in crimẽ læsæ maiestatis inciderent,vt ex pluribus probat Lusitanus Cabedo *p.2.dec.116. n.2.*& hanc esse iustam causam indicendi bellum tradit Coninch *in 2.2.disp.31.dub.2.n. 24.* & communiter Theologi.Vnde Dauid *2.Regum.10.* ob violatos suos Legatos bellum intulit Ammonitis,& Legatorũ iniuriæ fuerunt à Romanis bello Tarentino,Illyrico,Corinthio, & Mithridatico vindicatæ. Non tamen sequitur ex his Legatos propter delicta perpetrata non posse puniri:hoc enim toto cœlo differt ab illo; cum punitio criminis alicuius Legati implicet vt dici possit eius violatio:nam ista lædit iustitiam,illa verò colit & exequitur.Nec aliter sensisse Vayer dicendum est : nam ipse postea *in c.9.*loquens cum Legato,ne famulos seditiosos secum gerat,citatam *leg.nõ alias ff.de iudiciis* adducit:ex qua asserit famulos Legatorũ, si deliquerint,dominio Principis teneri.Stant igitur Doctores Galli pro nostra sentẽtia.

6. De authoritate verò Grosij & Kirchneri nihil curandum est, cùm sit contra rationem & iura: & aduersùs illos ex eisdem castris Commilitones opponam, vt clauo clauum retundam. Audiamus igitur Dominicum Arumæum *in Discurs.ib. Academic. de iure publico vol.2.discurs.21.n.48.*vbi sic asserit. Ius autem non violandorum Legatorum tandiu seruandum est,quoad ius Legationis,honestatémque seruauerint. Hoc neglecto negligitur & illud; & per consequens non minus ob meritam causam, quàm huius muneris expertes plectendi erunt.Reatus siquidem omnem dignitatem excludit *leg.1.Cod vbi Senatores,vel Clarissimi.*Hinc suo merito Regum Oratores quandoque vltimo supplicio affecti iudicantur.A ianua ergo aberrant illi, qui ab omni pœnæ metu,& supplicio Legatos eximunt, nec facile ob iniuriam illatam teneri volunt, vt ipsorum priuilegiis securitati & iuri gentium cõpedes iniiciant.Quasi verò huiusmodi licentiam ius gentium violandi extenderent in perniciem ciuium, tum ipsius Principis, ad quem fuere missi. Huc vsque Arumæus.Sed non desinam etiam hîc apponere verba Christiani in Collegio Politico *Exercit. n.43.*vbi postquam enumerasset Priuilegia,& Leges gentium asserentes Legatos inuiolatos esse debere, ita subdit.Verùm ne istis priuilegiis abutantur Legati, sedulò curare debent, vt modestiæ studeant, & intra limites se contineant:aliàs si sua culpa in periculũ incurrant, fruſtrà immunitates prætenderent. istæ enim tantùm competunt illis, qui officio Legatorum probè defunguntur. Sic ille. Qui etiam paulò post *in q.10.*mordicus firmat Legatum omninò puniri posse, si delictum commiserit, quod à iure gentium improbetur, vel puniatur. Et tandem ad exempla Romanorum, & aliorum quæ in contrarium adducta sunt,Respondeo Legatos illos facinorosos liberos fuisse dimissos non ex defectu legitimæ potestatis, sed ex defectu voluntatis : vt rectè obseruant Christoph. Besold. *in Dissert. Polit. Iuridica de Legatis,c.5. n.19.* Reinhard.*in Theatro Polit. p.2.c.40.n.20.* Arumæus *ad Auream Bullam, discurs.1.concl. 1.& de iure publico, vol. 1.discurs.29.conclus. 12.*Poterant igitur in rigore Romani, & alij sine violatione iuris gentium Legatos eorùmque famulos punire,noluerunt verò ex rationibus tunc eis benè visis.Non valet igitur hoc argumentum. Aliqui Principes noluerunt ipsi puniri Legatos?, vel eorum famulos delinquentes, ergo non poterant : quia aliquando licèt multa liceant, tamen nec illa fieri quis vult,nec aliquando ratione circumstantiarum expedit.

7. Verùm omnia supradicta admittenda sunt in Legatis Principum sæcularium. nam Nuncij & Legati Summi Pontificis, non solùm ipsi, de quo nulla apud Catholicos oriri potest dubitatio : sed etiam eorũ famuli laici per Sacros Canones,& per oracula Pontificia Pauli V. & Vrbani VIII. nunc feliciter regnantis à sæculari potestate ex alio capite exempti sũt.Vt ego satis firmaui suprà in Disceptatione Apologetica contra Moscosum. Vnde nescio quo pacto potuerit,teste Octauiano Maggio de Legato *lib.1.c.1.* quidam Rex Clementis V.Pontificis Maximi Legatum carceribus mancipare, qui erat ad eum missus, Christianum vt Regem ad arma in Turcas vocaret. Dicendum est igitur processisse de facto,& nõ de iure. Nota tamen quod post hæc scripta, & Romæ cum multis communicata,noster P.Pasqualigus edidit suas Decisiones Morales *& in Decis.508.*per totam omnia

Vt in annot. seq.

Sup. hoc in omibus Res. quæ hîc sunt infra in tr. 8. per totum, vbi latissime, sed lege tantum Res.2, &c.

supradicta

supradicta latè confirmat cum Doctoribus à me superiùs citatis, quibus nunc addo iterum Christophorum Besoldum *in Politica lib.1.c.11.n.30.* & *de iure, Ordinibusque ciuium Disser.2.c.7.n.5.* Bechtium *de securitate & saluo conductu Thesaur.*181. 183.& Hotomannum *de Legato cap.4. num.3.*Paschalium *de Legato cap.74.& sequent.* Kirchnerum *de Legato lib.2. cap.1.* Keckermannum *disput. Pract.33. problem.11. & sequent.* & alios penes ipsos.

RESOL XXIV.

Virum Episcopi, & Ecclesiastici tanquam inobedientes mandatis Regis, vel ex aliis delictis possint expelli à Regno ?

Et an in dicto casu tam Principes, quam Consiliarij id consulentes incurrant in excommunicationem vndecimam Bullæ Cœnæ? Ex part.1. tract.2. Resolut.18. aliàs 17.

Sup. hoc in fin. Resol. 26. § vnde. & lege etiam doctrinam Resol. 25. signanter §.2. & Resol. 52. & tot. §.7. & seqq. & in nom. 7. tt. 6. Resol4.

§.1. AFfirmatiuè respondet Bobadilla *in polit. tom.1. lib.2. cap.20. num.66.* vbi sic ait: [Es aduertir, que esta obediencia à los Reales mandados liga, y comprende tambien à los Obispos, y Prelados, y otras personas Ecclesiasticas, quando se les manda comparecer, ò otras cosas permetidas por cuya contumacia, y transgression pueden los dichos Ecclesiasticos ser echados de los Reynos] Idem docuit Callistus Ramires *in tract. de lege regia*, §.27.*n.* 12. Ioan de Heuia *in Curia Philippica*, *part.*1.§.5. *num.*35. Pereira *de manu regia cap.*12. *num.* 12. Humada *in leg.*65.*tit.*5.*part.*1.*in Glossa* 8.*fol.mihi* 17. *col.* 4. Ceuallos *tract.de cognit per viam violentiæ*, *Glossa* 6.*num.*65. Azeuedus *tom.*2. *lib.*4. *tit.*1. *leg.*4. *num.*12. Cenedo *in quæstionibus canonicis*, *quæst.*45.*num.*24.& alios penes ipsos, & Bobadillam, *vbi suprà cap.*18. *num.*62.

2 Sed hanc sententiam, & meritò reprobat ex Iurisconsultis Hispanis vir doctus, & pius Valenzuela *in defens. monitor. Pauli V. part.*4.*num.*101. & semper mihi summoperè displicuit: nam concedo supradictis Doctoribus, Ecclesiasticos esse adstrictos obedire mandatis Principum sæcularium, & seruare eorum leges: quoniam partes sunt reipublicæ eundémque communem Regem habent; sed vi directiua, ita vt non obediendo possint Principes illos punire. Ita Molina *tom.*1.*tract.*2. *disp.*3. *concl.*6 Becanus *in summ.Theolog.part.*2.*tract.*3.*c.*1.*sect.*11.*nu.*11. Vasquez *in p.*2.*tom.*2.*disp.*167. *toto cap.*4. præter illos, quos citat & sequitur Bonacina *tract.de legib.disp.*1. *q.*1.*punct.*6.*n.*29.& alij communiter.

3. Nec valet dicere cum Olibano *de iure fisci*, *c.* 9. *num.*28. Bobadilla, Ceuallo, Cenedo, & aliis, hoc esse verum, si Principes expellerent Ecclesiasticos à suis regnis per viam iurisdictionis contentiosæ, & iudicialis; sed ipsi hoc faciunt per viam iurisdictionis œconomicæ, & politicæ, sicut paterfamilias potest expellere, & de facto expellit famulum Clericum inobedientem, seu domum perturbantem. Respondeo hanc distinctionem esse chimericam in casu nostro, & exemplum, quod adducunt, non facit ad rem. Nam paterfamilias ipse constituit famulum Clericum ad seruiendum domui suæ; ideò potest ad placitum suum, illum non solùm inobedientem, & domum perturbantem; sed etiam obedientem, & pacificum expellere: neque illi facit iniuriam, cùm talis Clericus non habeat vllum ius commorandi in domo sua. Sed Clerici, Prælati, & Episcopi à Summo Pontifice constituuntur in regnis ad seruitium, & regimen Ecclesiarum: vnde, si in aliqua re delinquunt, non possunt illos Principes sæculares expellere; quia habent ius commorandi in eorum regnis, non solùm vt ciues; sed vt personæ constitutæ à Summo Pontifice ad seruitium, & gubernationem dictarum Ecclesiarum, ad quem spectat de omni iure illos, si in aliquo deliquerint, punire: & hac de causa dixit Bellettus *in disquis.cler.tit.de fauore Clericorum personali*, §.5.*num.*3.*p.*1. non posse Principem expellere Clericum, si aliquam Ecclesiam obtinuit à Papa in ipsius dominio, nisi de licentia ipsius Papæ. Et hæc opinio iam est determinata in Bulla Cœnæ.

4 Vnde Principes expellentes Episcopos à suis Diœcesibus, & Consiliarij id consulentes incurrunt in excommunicationem vndecimam supradictæ Bullæ, vt communiter obseruant Theologi, & præsertim ex nostra Religione Megala *in 3. p.lib.*3.*c.*11. *n.*4.*q.*1. Duardus *in Bulla Cœnæ*, *lib.*2, *canon.*11.*q.*9. ex Societate Iesv Scortia *in Bull.Pon. Epit.c.*66.*Theor.* 420. Filliuc. *tom.*1.*tr.*16.*c.*9. *n.*247. Suarez *de censuris*, *disp.*21.*sect.*2.*n.*70. Reginald. *in praxi*, *tom.*1.*lib.*9. *c.* 20.*n.*313. Henriquez *lib.*14.*c.*12.*n.*6. *& in Glossa littera V.* ex Dominicanorum familia doctissimus Sousa *in Bulla Cœnæ*, *c.*12.*in notat ad text.n.*3. *& disp.*67. Idem docet Altherius *de censuris*, *tom.*1. *disp.*12. *lib.*5. *c.*4.§.*quod verum est.* Gambacurt. *tract.de cas. reseru. c.* 11. *n.*4. Sayrus *de censuris*, *lib.*3.*c.*15.*n.*8. Bellettus *in disquis.cler.p.*1.*tit.*3. §.2. *num.*26. Corolianus *in Bulla Cœnæ*, *excomm.*11.& ante illos Nauarrus *in Manuali*, *c.*27.*n.*67. quem posteà sequutus est pius, & doctus Iurisconsultus Martha *de iurisd.p.*2. *c.*34. *n.*24. quicquid nimis audacter sentiat Pereira *vbi suprà*, & Salzedus *in Addit.ad pract. crim.* Diaz *c.*102. ita vt ex ipsis Iurisconsultis Hispanis non audeat talem sententiam consulere Ioseph Sesse *de inhibitionibus*, *c.*8. §.4.*n.*103.*&* 104. & periculosam vocat Ioan de Heuia *in Curia Philippica*, *p.*3.§.3.*n.*30.

5. Nec valet dicere: Ergo Principes debent impune in regnis suis relinquere Episcopos, & Clericos seditiosos, & perturbantes pacem, & rempublicam: nam respondeo, quòd in similibus casibus Episcopi, & Clerici possunt à Summo Pontifice, & à suis Iudicibus reprimi, ac puniri, id iustè poscentes Principes ad bonum publicum; quòd si tanta adesset necessitas, quòd clarè, & euidenter periculum esset in mora; tunc, vt notat Molina *tom.*1. *tract.*2.*disp.*31. *concl.*4. Salas *de legib.tr.*14.*disp.*14. *sect.*9. *n.*111. Tanner *in* 2.2.*disp.*4.*q.*4.*dub.*1.*n.*30. aduersùs Clericos, & Episcopos per modum iustæ defensionis liceret Principi sæculari facere id quod recta ratio ad impediendum damnum reipublicæ imminens, necessarium esse dictauerit. Et ideò Ceuallos mutans sententiam *vbi suprà tract.de cognit.per viam viol p.*2.*q.*77.*n.*9. & Vgolinus *in Bulla Cœna.c.*11.*part.*2.*vers.aut* §.1. *nu.*3. §.*in fin.* docuit, tunc Principes sæculares posse Episcopos expellere à regno, & suis Diœcesibus, sine timore excommunicationis, quando id faciunt de licentia Romani Pontificis, vel quando graue scandalum, & periculum reipublicæ timetur: quod vt moraliter contingat, vix credi potest, Romanus Pontifex consuli non potest: quod, etiam loquens de Clerico docuit Salsedo *in pract.*Bernardi Diaz *cap.*141.*lit.B.* Et ratio est: quia, quando non adest periculum in mora, non habet locum modus iustæ defensionis: nam conditio necessaria ad iustam defensionem est, vt efficiatur cum moderamine inculpatæ tutelæ: sed quando Princeps potest à Summo Pontifice, vel Prælato Ecclesiastico defensionem postulare, non inculpatè se defendit: ergo &c. Vide Suarez *contra Regem Anglia*, *lib.*4.*cap.*34.& alios.

Sup. hoc periculo, & mora in Resol. seq. §. verum, & infra Resol. 92. §. Ad id. & in Resol. 110. prope finem, vers. quod casus.

Sup. hoc in Resolutionibus not. primæ huius Resol.

RESOL. XXV.

An Episcopi, si non expelli à Regno, saltem transmitti possint ad Summum Pontificem pro animaduersione? Ex part.5. tract.1. Resol.5.

§. 1. NOuissimè ad hanc quæstionem ita respondet Cutellius *ad leg. Feder. cap.22. not.25. num.5.* Si Episcopi ad rem publicam euocati, nulla iusta causa accedente, obedire recusent, vel si tumultus suscitarent, ac temporalem iurisdictionem ita læderent, vt pax publica Diœcesium turbaretur, muneribus laicis vsurpatis, nullæque hortationes, precésque proficerent, vt sua iurisdictione contenti essent, putarent in Regnis illis, vbi Summus Pontifex longe absit, vel si magnum esset in mora damnum, vel denique in prouinciis, à quibus incolæ ne extra lares litigent, ac querimonias effundant, concessione Pontificia constitutum esset, atque immemoriali consuetudine probatum Episcopos, si eiici non possent, posse tamen Romano Pontifici (debito honore, personarumque decore seruato, cum epistolis causam, excesusque continentibus) transmitti, vt à suo iudice plectantur. Per hoc enim Rex in eos ius non dicit, sed ius dicenti reum, vt sistat remittit, quod omni iure licere nemo vnquam dubitauit. Moueor ad hæc firmanda ex text. *in cap. filiis, vel nepotibus 16. q.6.* quem textum licèt diuersè Doctores accipiant, vt est videre per Dianam *res. 14. tr.2. de immun. Eccles.* tamen communiter à Canonistis & Theologis receptum est, vt licèt ex eo nullatenus iurisdictio Principi laico tribuatur, ius tamen, quo possit apud Pontificem pro animaduersione Episcopi instare, ac ei reum offerre, tribuitur. Huc vsque Cutellius.

Quæ hic est infra Res. 59 & in aliis eius primæ, & secundæ notationis.

2. Verùm hanc opinionem Cutellij prorsus non esse admittendam censeo, nam ex supradictis casibus, quos ipse affert, quis dicat ita Episcopum pacem turbare, vt Regnum periret, & Respublica corrueret, si à summo Pontifice, vt par est, expectanda esset responsio, ac ordinatio? Sunt chimæricæ inuentiones, non sumus in India, ita vt ad compescendam, si adesset, licentiam & delicta Episcoporum, tanta esset necessitas, vt periculum esset in mora, si pro ruina publica subleuanda, Pontificis resolutio expectaretur? Et licèt ego *in 1. part. tract.2. resol.17.* in aliquo casu aliquam iustam defensionem, multis tamen cum conditionibus Principibus laicis concessi: tamen *ibid. res.7.* docui cum Salas hos casus metaphysicos esse, & moraliter vix contingere posse. Vnde absolutè puto cum communi sententia Doctorum, non solùm *in d. res.17.* sed etiam à fortiori *in p.3. tr.1. res.27.* Episcopos atque etiam alias personas Ecclesiasticas sine incursu censurarum Bullæ Cœnæ à iudicibus laicis à Regnis minimè expelli posse, quicquid contra me nouissimè doceat Soto maior de Tertiis *tom.7. c.41. n.190.* aduersùs quem strenuum Hispanum commilitonem oppono, multos alios relinquendo, & is est doctissimus & nunquam satis laudatus Præses Valenzuela *in defens. cens. Pauli V. part.4. num.101.*

Quæ hic est Res. antecedens.

Quæ hic est infr. Res. 110. & in alio §. eius vlt. not.

Quæ nunc hanc sequetur signanter in §. Vnde. & in aliis eius not.

3. Sed dices, Cutellium post multa, tandem concedere Episcopos non posse expelli à Regno, docet verò tantùm posse transmitti ad summum Pontificem vt à suo iudice plectantur. Verùm quis non videt, hanc esse velatam Episcoporum expulsionem? Et quis tribuit iudicibus laicis hanc auctoritatem? Si Doctores, quos ad satietatem citaui *in part.1. tract.2. resolut 10.* quibus nunc addo Castrum Palaum *tom.2. tract.12. disput.vn. punct.6. numer.4.* concedunt tantùm iudici laico, si Clericus suspectus sit de fuga, aliàs minimè, vt possit in flagranti crimine illum sumere vt suo iudici præsentet; imò aliqui absolutè hoc negant, vt docet Sousa *in Bulla Cœnæ, c.16. dispu. tat.82. n.2.* & alij, quos in dicta resolutione adduxi. Deus bone! quo pacto iudices laicos posse sumere Episcopos in casibus supradictis, vt præsentent eos summo Pontifici! Dicendum est igitur Principes hoc facientes in censuras Bullæ Cœnæ incidere. Restat modò respondere ad argumentum Cutellij: & ad exemplum Episcopi Termularum, respondeo processisse de facto, & non de iure: & non merentur audiri, qui iure fieri putant, quod solùm fit exemplo: & non quid factum sit, sed quid fieri debeat, est spectandum *ex l. sed licèt 12. de offic. Præsid. & ex c. cum causam, de elect.* neque exempla nisi bona sequenda sunt, vt tradit Gellius *lib.10. Noct. Att. cap.19.* & ego scio Romæ hanc doctrinam penitus refelli tanquam contrariam Bullæ Cœnæ, & Concilio Tridentino. Ad argumentum verò, quod ipse pro sua sententia adducit, nempe *c. filiis, vel nepotibus 16. q.6.* respondeo in dicto textu vt legenti patet, Principi laico minimè tribui, vt possit Episcopum transmittere ad summum Pontificem pro animaduersione: sed tantùm in illo textu dicitur, vt apud dictum Pontificem instet, rogando videlicet: vt asserunt Doctores penes me in loco citato à Cutellio. Imò ego absolutè puto dictum *cap. filiis* esse per subsequentes Canones abrogatum, & ita docent Doctores, quos in dicto loco citaui, quibus nunc addo insignem Canonistam inclytæ Academiæ Salmanticensis Iacobum Sahagun de Villa Santa *in cap. decernimus, de iudiciis, numer.150.* Vnde non possum non admirari hanc sententiam tam periculosam pro censuratum incursione, & tam scandalosam, si in facti contingentia accideret, fundasse Cutellium in supracitato textu, qui ad rem nihil dicit, & ad quem Doctores tam veteres, quam recentiores responderunt, & ad quos ipse ne verbum quidem respondet.

114. & in Res. 111. §. 1. & seq. & in Res. 112. & ex doctrina Res. 115. §. 2. ad medium.

Sup. hoc infra in Res. 59. & supra in Res. 16. §. Ad authoritatem.

RESOL. XXVI.

An Principes habeant ius conuocandi Episcopos propter aliquod Reipublicæ negotium, vel bonum ipsarum Ecclesiarum?

Et an possint Reges expellere à Regno Episcopos inobedientes mandatis Regiis?

Idem est dicendum de Clericis, quamuis perturbantibus Reipublicæ pacem? Ex part.3. tract.1. Resol.27.

§. 1. RESpondent aliqui affirmatiuè, nam Rex ratione sui muneris, & dignitatis est tutor, curator, custos, defensor, & iudex Ecclesiarum sui Regni; & propterea ius habet conuocandi Præsules, & cæteros Ecclesiasticos viros, vt communi Ecclesiarum saluti prospiciant.

2. Sed hanc sententiam, & meritò impugnat Azorius *p.1. lib.5. c.14. q. vlt.* Bonacina *de legibus disp. 10. q.2. punct.1. §.1. num.14.* & Alex. Pesantius *tract. de immun. Eccles. disp.21.* vbi sic asserit. Dico Reges, & Principes sæculares ratione sui muneris, & officij non habere ius conuocandi Episcopos, & eis præcipiendi vt hoc, vel illud faciant, quia de iure diuino sunt exempti à Principum sæcularium iurisdictione; possunt tamen Reges pro negotiis Reipublicæ communibus rogare Episcopos, eosque vocare, vt ad se veniant, non tanquam Episcopos, sed tanquam Proceres, quia opus illis habeant, non tamen præcipiendo, & multò minùs sub minis, & pœnis, Ita ille. Nec obstat Reges ab aliquib. Iurisconsultis vocari Patronos in Cathedralibus

in Cathedralibus Ecclesiis; nomen enim *Patroni* ab ipsis vsurpatur pro defensoribus, & protectoribus Ecclesiarum; non tamen hinc licèt inferre ipsis potestatem authoritatiuè conuocandi Ecclesiasticos communicatam fuisse. Vide etiam nouissimè Bonacinam *tom.3.disp.1.quæst.16.sect.1.punct.5.num.13.*

3. Vnde ex his infertur, quàm malè asserant aliqui posse Reges expellere à Regno Episcopos inobedientes mandatis regiis; sed contra hanc sententiam nos fusiùs diximus *in tract.1.p.1.de immun. Eccles.resol* 17. nunc tantùm adducam verba Ioannis de Heuia *in Curia Philippica, par.3. §.3.num.30.* vbi sic ait. [Aunque parece que el Clerigo que turba la Republica, y paz, puede ser echado del Reyno, por el Rey, y su Consejo por estar à su cuenta el procurar esta paz, esto es peligroso, y no se admite segon Gregorio Lopez.] Sed hoc esse contra immunitatem Ecclesiasticam non solùm Theologi, sed etiam ipsimet Reges ore proprio confessi sunt.

Quæ hic est fusiùs Resol. 24. & Resol. 25. §. Verùm. Ad medium, & infrà in Resol. 30. §. 2. & seqq. & in tom. 7. tr. 4. Resol. 14.

4. Audiant igitur neoterici Iurisconsulti Concordatum Reginæ D. Eleonoræ, quod affert doctus Iurisconsultus Hispanus Ioannes Dionisius Portocarrero *in allegat. pro iurisdictione DD. Inquis. cum ministris Regiis folio mihi 61.* vbi sic asserit, Abyssus abyssum inuocat, [Llegaron à declarar al Inquisidor por Banido, y mandarlo salir del Reyno, y occupar las temporalidades, como si por semejante procedimiento no se incurriessen en las penas, y censuras de la Bulla in Cœna Domini cap.17. Ni podian ignorar la Concordia de la Señora Reyna Doña Leonora, donde se dize. Super eo verò, quod conqueritur, quòd personæ Ecclesiasticæ eiiciantur, seu banniantur à Regno concordatum est, *quòd illud si vnquam factum est, malè factum est, cùm euidenter sit contra libertatem Ecclesiasticam*] & est concordatum, quòd Dominus Rex declaret, quòd in posterum nunquam fiat.

Pro cæmento in hoc §. Audiant igitur. infrà in Resol. 36. §. 2. prope finem a num. Et tandem sed legem per totam.

5. Hæc sunt verba Concordiæ, in quibus amice lector audisti ex ore Regis, quòd eiicere Ecclesiasticos viros è Regno, est euidenter contra libertatem Ecclesiasticam; sed faxit Deus, vt non sint aliqui contrarium Regibus consulentes; at væ væ illis, vnde non est audiendus nouissimè Salgado *de protect.Reg.tom.1.p.2.c.2.à num.273.vsque ad num.280.*

RESOL. XXVII.

An Reges possint detinere Episcopos pro gubernatione alicuius Regni, seu consilij?

Et an dicti excusentur à residentia in dicto casu?

Et difficultas est, an hoc efficere possint Reges ex priuilegio aliquo à Romano Pontifice obtento?

Et an si supradicta priuilegia verè existant modo sint reuocata.

Et an in hoc non possit Summus Pontifex dispensare, si non adsit necessitas publica, & bonum commune; & an residentia Episcopi sit alias de iure diuino. Ex part. 3. tract.1.Res.5.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet Bobadilla *in pol.tom.1. lib.2.cap.18. num.99.* vbi sic asserit. [Si el Clerigo tomasse officio del Rey de Presidente, ô Consejero, ô Oydor, ô en otra manera, lo qual es licito, y puede el Rey derener à los Ecclesiasticos para ello, y se excusan por esta razon de no residir en las Iglesias.]

2. Sed propria authoritate id posse efficere Reges falsum est, nullam enim in dictos Ecclesiasticos iurisdictionem habent; difficultas est, an hoc efficere possint ex priuilegio aliquo à Romano Pontifice obtento; Affirmatiuè respondet Ioan. Selua *de benef.part.4.quæst.6.* Ceuallos *in communibus quæst.585. num.7.* Petrus Gregorius *de benef.cap.7. num.9.* Boërius *decis.17.* Rebuffus *in Concordatis tit.de collat.§.1. ver, residentia*, vbi docent Reges, ac Principes habere priuilegia à Sede Apostolica, vt Episcopi, & alij Clerici, qui illis inseruiunt in aliquo officio, seu seruitio non teneantur residere & possint percipere fructus beneficiorum.

3. Verùm supradicta priuilegia, si verè extarent, esse modò reuocata, putat Garsias Doctor Hispanus *in tract.de benef.tom.1.part.3.cap.2.num.390.* sic asserens. Existentes in seruitio, aut officiis Regis, seu Principis non excusantur à residentia, nec possunt percipere fructus in absentia; nam in iure non est tale priuilegium, quidquid teneant aliqui; & si aliquod priuilegium fuit eis concessum, reuocatum est iam per Concilium Tridentinum, & Bullam Pij IV. Ita ille.

4. Sed quicquid sit de supradicta reuocatione, ego puto cum Sanctarello *var.resol.p.1.q.3.n.7.* talia priuilegia intelligenda esse, quando absque alicuius Episcopi præsentia Regnum, seu illud officium commodè non possit administrari; in tali enim casu * Papa potest dare licentiam Episcopo, vt propter bonum commune Regni absit à sua Ecclesia, & sic intelligendus est Rodriquez *in summ.tom.1.cap.275. num.3.* Vnde aduertant Reges, & Episcopi, nam in hoc faxit Deus, vt sæpiùs non errent; quia si illa Regna, & officia per laicos possint aliàs æquè commodè administrari, tunc Reges, & Episcopi non possunt aliquo priuilegio ad hoc à Romano Pontifice concesso vti; nam in hoc casu Romanus Pontifex non potest dispensare, cùm non adsit necessitas publica, & bonum commune; & residentia aliàs sit de iure diuino, vt docet Lessius *lib.2. cap.34.dub.29.num.153.* Azorius *tom.2.lib.7.cap.4.q.1.* Valentia *tom.3.disput.10.quæst.39.punct.5.* Comitolus *in respons.mor. lib.1. quæst.59.* Tannerus *in 2. 2. D. Thomæ disp.4.quæst.6.dub.7.num.181.* Sanchez *de matr. lib.8.disp.6.num.5.* ergo, &c.

* Sup. hoc & sequ. in hoc §. late in tom.3. tract. 3. Res.70.

Sup. hoc ibidem.

5. Ex his apparet quantum expediret Episcopis non acceptare officia in Regiis Tribunalibus, quia ratio de ouibus Deo reddenda est, & expediens esset valdè Regibus Episcopos in his officiis minimè occupare, quia alij sufficientes inuenientur; sed claudam hanc resolutionem cum verbis Ioannis Sanctij Doctoris Hispani *in suis selectis disput.47.num.26.* sic asserentis. Proh dolor! arbitrantur aliqui se Christi Vicarium agere posse, & Cæsaris, nimis distans esse pastorem ouium, & sedere iudicem causarum ciuilium, nullus ignorat; Neminem posse duobus dominis seruire Christus est testatus. Emittat Deus lucem Cæsari, vt velit excludere à suis Aulis Prætoriis, & Tribunalibus Ecclesiasticos; & tractent fabrilia fabri. Ita Sanctius.

6. Vide etiam ex Iurisconsultis Hispanis doctum Barbosam *de potest.Epis.part.3. allegat.53. n.17.* vbi sic ait: In Curia Regum, & aliorum sæcularium Principum fungentes munere, & officio Regij Præsidis, vel Confessarij, vel Consiliarij, aut Proregis non eximuntur à residentia suorum Episcopatuum, nisi ea sit hominum penuria, vt alij satis idonei minimè reperiantur, qui hæc præstent obsequia, nec in hoc Cæsaris facultas de qua *in Auth.quom.oport. Episc.collat.1.& in Auth.de sanct.Episc.collat.9.* aliquam vim habet. Ita Barbosa, & ego, vnde qui habent aures audiendi, audiant.

RESOL. XXVIII.

An Reges possint expellere Episcopum ab Episcopatu, si simoniacè

simoniace electus est ?
Et an ita facientes incurrant in censuram Bullæ Cœnæ ?
Ex part.4 tract.1.Res.76.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Bodadilla *in polit. tom.1. lib.2. cap.18. num. 65.* vbi sic ait. [Podra el Rey echar del Obispado el Obispo promouido por simonia, segun lo escriue y funda Chassaneo] *in catal.gloriæ mundi part.5. considerat. 24. numero 142.*

2. Sed hæc opinio est falsa, cùm tam respectu causæ, quæ spiritualis est, quàm respectu personæ, quæ Ecclesiastica est, illius cognitio spectet ad Summum Pontificem, & ideo Reges hanc Bobadillæ sententiam sequentes certum est in censuras Bullæ Cœnæ incurrere, & ita docet Megalius *in 3. p.lib.3.c.11. num.18.*

RESOL. XXIX.

An Episcopi feudatarij Regum debeant prius obedire Regi quam Papæ, seu Metropolitano ?
Et an Prælati feuda à Rege tenentes teneantur in bello opem ferre, & auxilium præstare secundum feudorum conditionem ?
Et an Rex possit præcipere Episcopis, & Abbatibus sui Regni, vt cum ipso eant ad bellum. Ex part.3. tract.1.Res.6.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Olibanus *de iure Fisci cap.10. num.6.* & Carolus Degrassalius *Regalium Franciæ lib.2. iur.13.* vbi ausi sunt dicere, quòd Episcopus feuda tenens à Rege, prius debet obedire Regi, quàm Papæ; sed isti Authores cautè legendi sunt, nam passim multa asserunt aduersùs Ecclesiasticam immunitatem.

2. Ideò contrariam sententiam docet Martha *de iurisdict.part.4.cent.1.cas.18.n.22.* qui etiam *num.13.* firmat idem dicendum esse, si Metropolitanus Episcopum vocaret; nam in tali casu Episcopus tenetur obedire magis suo Metropolitano, quàm Regi etiam directo domino feudi; quia maius vinculum est spirituale, quàm temporale *c.solitæ, de maior. & obedient.* nec obstat iuramentum fidelitatis directo domino factum, quia semper intelligitur excepta authoritas sui Superioris.

3. Notandum est etiam dictum Degrassalium *vbi suprà in iure* 14.& Olibanum *de iure Fisci cap.8. n.2.* adnotare quòd Prælati feuda à Rege tenentes, tenentur in bello opem ferre, & auxilium præstare secundùm feudorum conditionem.

4. Sed tu circa hanc quæstionem vide Martham *vbi suprà num.26. & cas.12. num.18.* vide etiam Intrigliolum *de feudis quæst.30. num.24.*& Petrum de Gregorio *tract. de concess. feudi part.8.quæst.2. vers. tertiò limito.* Vnde ex his apparet falsam esse sententiam Mancelot. *in suo templo iudicum lib.1. cap.2. de Rege*, §.3.*num.9.* in fine, asserentis, posse Regem præcipere Episcopis, & Abbatibus sui Regni, vt cum ipso eant ad bellum; quod antea docuerat etiam Petrus Antibolus *de muneribus part. 3. n.97. tom.12. tractatuum fol.28.col.2.*

RESOL. XXX.

An collatio Episcopatuum, & aliorum beneficiorum possit à Principe laico præscriptione acquiri ?
Et notatur, quod vt consuetudo excusset, & valeat, debet esse legitima, & præscripta. Ex part.3.tract.1. Res.65.

§.1 NEgatiuè Respondeo cum Cardinali Tuschoom.4.concl.452.num.28. vbi sic ait, licèt ex priuilegio possit per Papam concedi collatio beneficiorum laico; non tamen potest consuetudine, neque præscriptione acquiri etiam per tempus immemorabile; quia laici sunt incapaces. Ita ille, cuius opinionem Probus *in addit ad Ioannem Monachum cap.2.de præbend.num.7. & 8. in 6.* asserit esse communem, vide etiam Zabarellam *cons.57. sub num. 2.* & Doctores quos citat, & sequitur Silua *de beneficiis part.2.quæst.23.num.16.*

Sup. his suprà in Res. 2. §. vlt. sed lege eam per totam.

2. Pro cuius sententiæ explicatione notandum est, quòd vt consuetudo excuset, & valeat, debet esse legitimè præscripta, consuetudo autem præscribi non potest, quoties subiectum est incapax illius rei, quæ per consuetudinem induci prætenditur, vt notat Panormitanus, & Felinus *in cap.causam, de præscript. & in cap.4.de consuetud.* Decianus *in tract. crim.tom.1.lib.4.cap.9.num.14.*& alij communiter, cùm ergo laici incapaces sint iurisdictionis spiritualis, & Ecclesiasticæ, ex *cap.causam, de præscript. & c.solitæ, de maior. & obedient.* sequitur ipsos non posse hanc iurisdictionem per consuetudinem acquirere; ex quibus clarè apparet non posse prætextu consuetudinis iudices laicos se tueri, & excusari, & ideò optimè Cardinalis Tuschus *vbi supra tom.4. conclus. 452.num.34.* asseruit, omnes casus, qui provt attestantur Doctores ex consuetudine alicuius Regni, vel prouinciæ, sunt contra ius commune, & sic super eis non potest fieri fundamentum, nisi quia sic de facto seruatur: vnde talis consuetudo etiam immemorabilis, vel præscriptio immemorabilis non valet. Ita ille, & ego.

3. Vt igitur Reges Episcopatus, & beneficia conferant, ad hoc requiritur priuilegium, nec suffragatur vlla consuetudo, aut præscriptio, etiamsi esset immemorabilis cum perpetua tolerantia Papæ; cùm enim versemur in his, quæ non sunt quæsibilia sine Principis concessione, tolerantia de nihilo inseruit; hæc enim non est tolerantia, sed simplex conniuentia, seu patientia, quæ nusquam inducit dispensationem in his quæ sunt contra iuris dispositionem, vt est text.*in cap.cùm iamdudum, de præbendis, & ibi glossa.* ea siquidem conniuentia incidit ad euitanda dumtaxat scandala quæ possent committi in auferendo huiusmodi abusus, vt tradunt Doctores *in cap.2. de præben.* Quippe crimen publicum dissimulare dupliciter contingit, vno modo ipsum actum criminosum non prohibendo, cùm prohiberi possit, vt hæc Ecclesia Romana non sustinet, nec dissimulat, imò prohibet in canonibus suprà citatis; altero transgressorem talis prohibitionis non puniendo, & hoc modo Ecclesia dissimulat aliqua propter difficultatem correctionis, vt benè aduertit Turrecremata *in can. singula, num.8. dist.89.* multa enim tolerantur, quæ si in iudicium deducerentur, exigente iustitia non tolerarentur, vt dicit textus suprà allegatus *in cap.iamdudum de præben.* & hæc omnia docet Lotherius *tom.1.de re beneficiaria, lib.1. quæst.6. num.39. & 41.* Hinc si Rex noster, vel alij Reges hodie conferunt Episcopatus, & alia beneficia, hoc ex priuilegio Romani Pontificis procedere dicendum videtur, vnde extante tali priuilegio non dicuntur, dicto modo loquendo, Reges conferre dicta beneficia, sed Papa mediante ministerio Regum, atque ita collatio non reputatur regia, aut alterius Principis, sed merè Apostolica, & ideo omnia suprà dicta firmauit Rota in vna Aquinensis Monasterij die 26.Ianuarij 1601.coram Illustrissimo Seraphino, & tenet Riccius *in praxi tom.4. res.137.* qui per extensum ponit dictam sacræ Rotæ Romanæ decisionem, quam omnino vide.

Sup. hoc suprà in Res. 2. prope finem, & in Res.10. & 11. §. verum & infrà in Res.37. §.Ad tertium cursim, sed cum alio Authore, & in Re. fol.41 & 139. in fine.

Sup. hoc suprà in Res.7. §.1. cursim ante medium.

RESOL

RESOL. XXXI.

An Reges possint se intromittere, quando ab aliquo Episcopo non seruatur aliquod Decretum Concilij Tridentini? Ex part. 1. tract. 2. Res. 102. alias 101.

§. 1. AFfirmatiuè respondet, loquens de Rege Hispaniarum, Bobadill. *in polit tom. 1. lib. 2. c. 18. n. 194.* & Ceuall. *tract. de cognit. per viam viol. p. 1. gloss. 6. n. 62.* & *p. 2. q. 3. n. 9.* & *q. 99. n. 16.* vbi sic asserit: [En nuestra España se pratica, que el Rey nuestro Señor, y su Real Consejo, sea Iuez competente, para que se guarde el Concilio Tridentino.]

2. Sed istam practicam non solùm Theologi, sed etiam Iurisconsulti minimè admittunt: vnde Pereira *in tract. de man. reg. p. 1. c. 8. n. 11.* sic ait: [Respuenda est illa praxis, quæ maximè inualuit pluribus sententiis Senatus corroborata, quòd ad regium Tribunal supplicare liceat, quoties aliquod Concilij Tridentini decretum ab Episcopo non obseruatur; quasi Reges sint Concilij Protectores: hoc enim repugnat ipsi Concil. *sess. 21. de reform. cap. 3.* nec his casibus violentia inest, cui occurri per sæcularem debeat.] Ita ille, & ego. Quando igitur Episcopus non obseruat aliquod Concilij Decretum, recurrendum est ad Archiepiscopum, & non ad Regem.

Quæst. hoc. 1. ge contra doctrinam Res. 96.

RESOL. XXXII.

An residentia Episcoporum pertineat ad principes sæculares?

Ne item Episcopi Ecclesiarum bona dissipent, ne decimas fructuum præter quam consuetas exigant, & alia similia faciant, &c. Ex part. 3. tract. 1. Res. 42.

§. 1. AFfirmatiuè respondent aliqui, & sic asserit Ortiz *in summa cap. 6. num. 3.* [Pueden los Reyes hazer que los Obispos y Curas residan.] Sed contrariam sententiam omnino tenendam esse puto cum Filliucio *tom. 2. tr. 28. p. 2. c. 9. n. 136.* & Azorio *p. 2. lib. 11. c. 7.* vbi sic ait: Si quæras an Regum sit prohibere, vel curare, ne Episcopi absint à suis Ecclesiis vltra tempus canonico iure constitutum, ne item Ecclesiarum bona dissipent, nec decimas fructuum, præterquam consuetas, exigant, &c. Respondeo hæc, & alia similia Regum non esse, quia laici in Clericos potestatem, & iurisdictionem non habent, & possunt monere Romanum Pontificem, vt curet disciplinam Ecclesiasticam ab Episcopis seruari. Sic Azorius, & Filliucius.

Dein desinit is Resol. 31. & in §. eius fine.

RESOL. XXXIII.

An Principes, seu Ministri Regij faciendo literas hortatorias ad Episcopos, vt ab aliqua mala determinatione desistant, vt est in vsu in Regno Neapolitano, faciant contra libertatem Ecclesiasticam, & incidant in censuras Bullæ? Ex part. 1. tract. 2. Res. 55. alias 54.

§. 1. NEgatiuam sententiam docet Coriolanus *in Bull. Cœnæ excomm. 16.* vbi sic habet: [Hortatoriæ hîc non cõprehendantur: est autẽ hortatoria, litera amicabilis si Episcopus aliquid contra laicum impertinenter faciens ab officialibus sæcularibus hortatur, vt desistat à faciendo talia. Idem etiã docet Megal. *in 3. p. lib. 3. cap. 19. n. 6.* quia verba exhortatoria solum consilium important, & necessitatem non inducunt; nisi tamen in his literis Princeps precatoriis verbis vteretur, & non tantùm exhortatoriis: nam in tali casu res esset multùm scrupulosa: nam preces Principum mandato æquiparantur.

RESOL. XXXIV.

An Ministri Regij possint detinere in Cancellarijs Bullas Apostolicas ad examinandum, & executioni mandandum? Ex part. 1. tract. 2. Res. 13. alias 12.

§. 1. AFfirmatiuè respondent Iurisconsulti, & præcipuè Ceuallos *in tract. de cognitione per viam viol. in Prolog. n. 157. glossa 6. n. 6.* & *Glossa 7. n. 33.* Ioan. de Heuia *in Curia Philipp. p. 1. §. 5. n. 5.* Esse *de inhibitionib. iust. Arag. c. 8. §. 3. n. 83.* & 88. Cenedus *in quæst. canonicis, quæst. 45. num. 21.* & *sequent.* Flores de Mena, Couarruuias & alij: & ex Theologis hãc sententiam videtur approbare Malderus, Episcopus Antuerprensis, *in 2. 2. quæst. 5. art. 10. dub. 8. in fine*, vbi sic ait: [Non videtur improbabile, quod Couarruuias *pract. qq. cap. 35.* accuratè tradidit, ex Papæ consensu præscriptione, vsu immemorabili, & euidenti spiritualis regiminis vtilitate, Tribunalia regia in quibusdam regnis ritè ita practicare, vt sine sua permissione, & consensu nequeant quædam apostolica mandata executioni mandari.] Ita ille. Sed hæc magis absolutè docuit Rodriguez *in Addit. ad §. 9. Bullæ Cruciatæ, fol. mihi 159.* sic asserens: [Dudase mas, si los Reyes, Principes, y Oydores de los Cõsejos Reales, deteniendo las letras apostolicas, quedan descomulgados por la Bulla de la Cena: y respondo que no, porque el Iuez Eclesiastico no los tiene por descomulgados, ni su Santidad, sabiendo que lo hazẽ de ordinario, los declara por tales, ni el pueblo Christiano los euita.] Hieronymus Llamas *in instruct. Confess. p. 1. cap. 7. §. 19.* sic ait: [Est aduertendum, quòd ab immemorabili Reges Hispaniæ examinant literas Apostolicas, sic gratiæ, sicut iustitiæ, cum omni reuerentia, & subiectione, solùm ne dolosæ, suspectæve sint, vel furtiuæ, & subreptitiæ: & hoc cedit in obsequium Apostolicæ Sedis: & si ij limites non exceduntur, hoc non damnant Summi Pontifices, neque censuris vetant; secùs si malitiosè, & cautelosè id fiat, in fauorem vnius, & damnum alterius.] Et ex Iacobo de Graffiis *in decis. p. 1. lib. 4. c. 10. n. 120.* videntur adesse concordata inter Pontificem, & Regem nostrum super hoc: nam ita loquitur: [Consideratis, visisque literis de hac re à Papa Regi Philippo missis, & è contra, censeo non esse condemnãdos, nec incurrere excommunicationem Regios Magistratus, expedientes Regium Exequatur, & illud impetrantes, donec aliter à Sede Apostolica decisum fuerit. Caueant autem ministri Regis, cuius mens sanctissima est, in non inferendo præiudicium sanctæ Sedi Apostolicæ; neque diuexent negotiatores in non expediendo Regium Exequatur.] Ita de Graffiis. Vide etiam Henriquez *lib. 4. c. 12. n. 6. in Glossa, lit. Q.* & Ioan. de la Cruz *de statu Relig. lib. 1. c. 6. art. 2. dub. 2. concl. 1.*

Sup. hoc in Res. seq. & infrà in Res. 47. §. Igitur. ad medium, sed lege eam per totam, & alias eius secundæ ann. & ex Res. 92. §. Et ideò in fine.

2. Sed his non obstantibus, communiter Theologi docent, nullo modo sustineri posse vsum retinendi, & examinandi literas Apostolicas per laicam potestatem: vnde quia Zerola *in praxi, p. 1. ver. Litera Apostolica*, affirmatiuam sententiam docebat in editione facta Lugduni, ex permissione Magistri Sacri Palatij, in loco citato fuerunt apposita in margine hæc verba: *Caute lege: nam sunt hæc contra authoritatem Apostolicam, & iurisdictionem Ecclesiasticam.* Et ideò hanc secundam opinionem mordicùs tenet Filliucius

Filliucius *tom.1.tract.16.c.8.num.129.& seq.* Reginaldus *tom.1. lib.9.c.22.n.338.* Azor.*part.1.lib.5. c.14.q.4.* Altherius *de censuris,tom.1.disp. 15. c.2. fol.mihi 664. col.2.* Bonacina *de leg.disp.2.q.20.punct.1.§.1. num.15.* Pesantius *tract.de immunit.Eccl.disp.17.num.3.* Duardus *in Bulla Cœnæ,lib.1.c.13.q.5.* Acosta *in Expos.Bull. Cruciat.q.96.per totam.* Sousa *in Expos.Bull.Cœn.c.13. disp.76.con.1.n.2.4.& 9.*& alij. Et probatur ex verbis Bullæ,ibi: *Capi & retineri faciunt.* Et ibi: *Qui impediunt, & prohibent simpliciter,vel sine eorum beneplacito, & consensu, vel examinari, executioni mandari.* Non tamen negant hi Doctores,litteras Apostolicas recognosci quidem posse, & discuti , cùm dubitatur de earum subreptione, aut falsitate , sed hoc ad Ecclesiasticum Iudicem pertinet,& non ad sæcularem. Hæc igitur causa discuti debet apud Episcopos,Archiepiscopos , & Nuncios Apostolicos,qui ad Prouincias , & Regna mittuntur;& non apud profanos Magistratus , qui iuris , & potestatis Ecclesiasticæ incapaces sunt. Sed circa præsentem quæstionem, vide omninò Acosta, *vbi suprà.*

RESOL. XXXV.

An sit contra Immunitatem Ecclesiasticam recognoscere, & detinere Bullas Pontificias in Regiis Cancellariis? Ex part.5. tract.1. Res.12.

§ 1. INter doctos Iurisconsultos Hispanos (ferax enim semper doctorum hominum Hispania) nouissimè floruit eruditus Ioannes del Castillo Sotomaior,qui *tom.7.de Tertiis , cap.41.num.184.* circa præsentem quæstionem negatiuam sententiam docet,& nominatim contra me insurgit,nixus auctoritate aliquorum Canonum,videlicet *c.2.5.20.& 27.de rescriptis.cap.si motu proprio , de prabend. & cap.fin. de filiis presbyter in 6.*

Quæ hic est Res. antecedens, & in aliis eius notat.

2. Sed his non obstantibus, ego contrariam sententiam docui *in 1.part.tract.2.ref.12.* Verùm quia, vt dixi aduersùm me acriter colluctatur Sotomaior; ideò iterum defensionis causa affirmatiuam sententiam stabilire cogor. Dico igitur quòd potestas recognoscendi , & examinandi litteras Apostolicas, vtrum sint veræ, aut falsæ , subreptitiæ , aut legitimæ , est purè & merè Ecclesiastica ex ipso obiecto. Et ideò in solas personas Ecclesiasticas cadit , id est, in Legatos , Nuncios , Patriarchas,Archiepiscopos, &c. non autem in laicos quoscunque. Et quemadmodum laici etiam principes non possunt se intromittere vllo modo in iudicandis,aut disponendis aliis rebus Ecclesiasticis, *c.bene quidem, disp.96.& cap.decernimus , de iudiciis,*& specialiter in recognoscēdis, aut examinandis sententiis & censuris , sed illas tenentur statim acceptare , & exequi, & præbere Episcopis pro illarum executione etiam auxilium brachij sæcularis,vt patet ex Trident. *sess.25. cap.5.de Regul.* Ita nec possunt se intromittere in recognoscendis literis Apostolicis, & cum huiusmodi facultatis Ecclesiasticæ , qua laici sunt , sint planè incapaces, sequitur vt nulla , quamuis longissima, præscriptione possint illam præscribere , cùm præscriptio tribuat ius in subiecto capaci , non autem tribuat ipsam capacitatem si non inuenit.

Sup. hoc infra in Res. 104.§.2, sed lege etiam §. 1. & alias Res. & §§. eius primæ notat.

3. Sed dices, cùm cuilibet datum sit se defendere & illæsum seruare , & Rex ius habeat ex priuilegio à Pontifice concesso, vt nemini externo beneficium aut pensio Ecclesiastica concedatur , illisque compertum sit hoc ius sæpe subreptitiis literis derogari, iure ipso naturali videtur illis concessum posse hoc damnum , & iniuriam præcauere. Neque contra voluntatem Pontificis videntur procedere , sed potiùs se illi conformare ; non enim credendum est Pontificem velle subreptitias litteras effectum habere. Et quidem si certò constaret de surreptione, clarum est nullam esse obligationem obediendi,nullumque peccatum committi in impedienda illarum exequutione Sed quia antequam per Regios Consiliarios examinentur, id non constat, licèt sæpe contingat subreptitias reperiri , ea de causa dubium non leue est,an ob defensionem proprij iuris Regij Consiliarij hanc examinationem possint præstare , non enim videtur esse locus defensioni , nisi priùs constet de iniuria. Item vt docet Castrus Palaus *tom.2.tract.12.disp.vn. punct.8.num.10.* vel illa iniuria est notoria ex se , vel solùm ex declaratione Regij Tribunalis, ex se notoria esse non potest,nam quousque literæ non examinentur , non potest constare de earum subreptione, & falsitate. Ex declaratione Regij Tribunalis constare non potest , tum quia nemini datum est ius sibi dicere in causa propria ; tum , quia illa declaratio est ab incompetenti iudice, nempe sæculari in materia Ecclesiastica ; tum , quia ad præmittendam hanc declarationem debebat iam de iniuria constare,cùm in hac declaratione iurisdictio Ecclesiastica vsurpetur. ergo , &c.

4. Hinc Pontifex in Bulla Cœnæ omnia maturo iudicio considerans, omnésque præuidens rationes, quæ pro contraria parte facere possunt,nihilominus illas omnes exprimens,illisque non obstantibus , vt videre est in eadem Bulla,maximè ad illa verba,*etiam prætextu violentiæ,seu , vt aiunt , ad nos informandos* excommunicat omnes,& quascumque personas,quæ quocumque prætextu retardauerint in suis Cancellariis Bullas Apostolicas. Confirmantur supradicta ex sequenti Pontificio diplomate , quod inuenies apud Azeuedum *tom.1.lib 3.tit.6.leg.37.*

5. Alexander Episcopus seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Inter curas multiplices , quæ nobis ex Apostolatus officio incumbere dignoscuntur , illam libenter amplectimur , per quam animarum periculis, & scandalis valeat obuiari prout in Domino conspicimus salubriter expedire. Cùm itaque , sicut charissimus in Christo filius noster Ferdinandus Rex , & charissima in Christo filia nostra Elizabeth Regina Castellæ & Legionis & Aragonum Illustres,Nobis nuper per dilectum filium Nobilem virum Didacum Lupi de Haro Militem Regni Galiciæ Gubernatorem per eos ad nos pro præstanda nobis obedientia Oratorem destinatum exponi fecerunt,quòd in prædictis Regnis,atq; aliis dominiis, diuersæ personæ litteras fictitiias & simulatas Indulgentiarum ostendere non verentur,animas Christi fidelium multipliciter decipientes,& illudentes , vt sub falsis illusionibus huiusmodi à Christi fidelibus pecunias valeant extorquere. Nos attendentes præmissa esse mali exempli fomenta , ac volentes prout tenemur , huiusmodi scandalis,& periculis obuiare authoritate Apostolica tenore præsentium omnes & singulas Indulgentias concessas , & concedendas in posterum suspendimus , & suspensas esse decernimus,donec per loci Ordinarium in cuius ciuitate & Diœcesi pro tempore publicabuntur priùs & deinde per Nostrum , & Sedis Apostolicæ prædictæ Nuncium in partibus illis tunc existentem, ac Capellanum maiorem eorundem Regis & Reginæ consilio existentes per eos ad id deputandos benè & diligenter an sint veræ literæ Apostolicæ , visæ & inspectæ fuerint.Quòd si compertum fuerit per eos litteras ipsas omni prorsus falsitatis carere suspicione ac veras litteras Apostolicas esse,tunc liberè per illos ad quos iuxta earumdem litterarum tenorem spectat

possint

possint publicari, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnat. 1043. 5. kal. Augusti.

6. Vnde in legibus Recopilationum, teste Lara *in compen. Trium Gratiarum lib. 2. fol. 133.* sic habetur [Mandamos que ningun persona de qualquier estado que sea no pueda publicar por escrito, ni por pregones, ni palabra, ni de otra manera Bulas, Gracias Indulgencias, Iubileos, ni otras facultades que suelen ser concedidas por los Pontifices à Iglesias, Monasterios, Hospidales, y otros Lugares, sinque primero conforme à la Bula del Papa Alexandro sean examinadas por el Prelado de la Diocesis en donde se huuiere de hazer la publicacion y que no se puedan publicar, si no despues de ser examinadas por ordinario. Sean tambien examinadas, y approuadas por la persona, ò personas por Nos nombrada en esta Corte en virtu de la dicha Bula de su Santidad.] Ita ibi. Patet igitur ex supradicta Bulla non posse Reges iure proprio, vt vult Sotomaior, & alij aduersarij, litteras Apostolicas recognoscere, sed si hoc facere volunt ad euitanda inconuenientia in suis Regnis, petere debent licentiam à Summo Pontifice, vt fecit Catholicus Ferdinandus Rex, cui Pontifex, vt visum est in dicta Bulla, & fatetur ipse Rex, concessit posse ipsum depurare personas ad examinandas, & recognoscendas litteras Apostolicas Indulgentiarum.

7. Nec textus contra me à Sotomaiore adducti faciunt pro sua sententia. Nam fateor summum Pontificem nolle sua rescripta, si veritati non nitantur, executioni mandari: sed non ex hoc sequitur illa à laicis examinari posse. Quamobrem si dubitetur de validitate literarum Apostolicarum, vel etiam de illarum inualiditate constet, laici iudices de hoc opponere possunt coram Ecclesiastico iudice, cuius est Apostolicas litteras examinare, discutere, & recognoscere; vel etiam Summo Pontifici supplicationes exhibere, modò supplicationem coram Sede Apostolica legitimè prosequantur. Imò si detur casus vt aditus ad iudicē Ecclesiasticum non pateat, vel ipse nollet declarare subreptionem literarum, & periculum sit in mora grauis damni, si literæ Apostolicæ subreptitiæ executioni mandentur, posse Principem laicum illarum executionem impedire, & interim hac de re cum humilitate certiorem facere summum Pontificem, tradit Bonac. *in Bulla Cœn. disp. 1. q. 14. punct. 2. num. 10.* Praxim igitur, de qua loquimur, & defendit Sotomaior, dicendum est imponere maximum grauamen Bullis Pontificiis, dum non possunt in partibus dari executioni sine examine, & approbatione Cancellariæ, per quod summus Pontifex, vt patet expressè in Bulla Cœnæ; reputat Ecclesiasticæ iurisdictioni violentiam inferri; & idcò aduersùs contrauenientes censuras fulminat: etsi' in Concilio Tridentino *sess. 25. c. 20.* Pontifex hortetur Reges ac Principes, ne permittant Ecclesiasticos à iudicibus sæcularibus in aliquo grauari. Iam autem maximè grauantur personæ Ecclesiasticæ, si processus citationum, ac causarum beneficialium à iudicibus laicis examinantur, cùm coram ipsis ex eo litigare cogantur, ergo, &c.

8. Verùm post hæc scripta inueni omnia supradicta non solùm à cit. DD. sed etiam confirmata esse à Rutilio Benzonio *disp. 2. de Interd. Pauli V. cap. 7. fol. 133.* qui nostram sententiam acriter docet, & quia codex rarus est, ponam hîc per extensum eius verba, sic enim ait: [Non me fugit Couarruuiam *pract. qq. cap. 10. & 36.* & Driedonem ab eo citatum, defendere nonnullas leges Principum sæcularium, statuentes in defensionem iurispatronatus Principum ne litteræ Apostolicæ executioni mandentur sine consensu eorum. Non enim hæ leges iustæ sunt, si fiant sine participatione, & nutu Papæ: nec locum habent, quando Papa expressè derogat iuri patronatus laicorum, hoc enim si velit facere, potest, nec iniuriam, vel vim laicis infert, cùm suo iure vtatur, licèt re ipsa Papa huiusmodi laicorum iuri patronatus rarò derogare intendat. Sic Pius V. expressè decreuit *in Bulla Cœnæ ann. 1568.* Ratio autem cur nulla laica potestate etiam Regia litteræ Apostolicæ impedire possint, est, quoniam potestas sæcularium Principum est ciuilis, & non spiritualis & Ecclesiastica, quæ cùm illi dominetur & præsit, ab ea, cùm sit inferior, nequaquam impediri, interpretari; vel discuti potest. Illud autem remedium tanquam licitum pro laicis adinuentum est, vt opponant de subreptione talium literarum apud iudicem Ecclesiasticum, vel etiam quando Papa expressè derogat iuri patronatus coram iudice competente Ecclesiastico, seruato tamen iuris ordine ad ipsum Romanum Pontificem reuerenter appellent, & libellos supplices ei offerant, ne literæ Pontificiæ exequantur, dummodo id faciant opera & ministerio iudicum Ecclesiasticorum, & postea verè appellationem iuxta mentem Pij V. prosequantur. An verò litteræ Apostolicæ casus spirituales continentes possint à Principibus sæcularibus recognosci, & discuti, sintne falsæ, vel subreptitiæ, quæri posset; & quicquid dicat Couarruuias *loco cit.* certissimè dicendum est, hanc recognitionem iure communi, tantùm ad iudices Ecclesiasticos pertinere, non autem ad laicos, nisi solo priuilegio Sedis Apostolicæ, cuius tenorem docere tenentur.] Huc vsque Benzonius, & ideò Castr. Palaus *vbi suprà*, & alij, quos ego retuli *in part. 4. tract. 1. resolut. 9.* docent Regem nostrum ex Concordatis, & priuilegio Summi Pontificis Bullas eius examinare. Sed Sotomaior & aliqui iuniores Iurisconsulti asserunt hoc de iure Regibus competere, quod Theologi mordicus negant, & reuera negandum est. Alij verò excusant examinationem literarum Apostolicarum ex tacito consensu, & præsumpta mente Summi Pontificis. Sed contra illos vide nouissimè Blondum *de cens. disput. 5. art. 26. num. 3.* & omnes expositores Bullæ Cœnæ, asserentes Summum Pontificem in ea singulis annis reclamare, & tollere quamcumque patientiam, tolerantiam, & consensum circa præsentem casum.

Quæ hic est infra Resol. 47. §. Igitur, à medio vsque in finem dictæ Resol.

RESOL. XXXVI.

An Ministri Regij possint cognoscere causas Ecclesiasticas per viam violentiæ, vt vulgo dicitur?

Et an si Religiosus per appellationem vel alia via intra ordinem potest vitare vim sibi iniustè illatam, incidat in censuras Bullæ Cœnæ, vel alterius, si ad iudices sæculares recurrat?

Et quid è contra, si non possit vitare vim. &c? Ex part. 1. tract. 2. Resol. 14. alias 13.

§. 1. AFfirmatiuè respondent Iurisperiti: & ita docet Salgado *in tract. de protect. regia, tom. 1. part. 1. c. 1. & seq.* Pereira *tract. de manu regia, part. 1. cap. 4. q. 7.* Ceuallos *in tract. super hac materia edito, & præcipuè in gl. 6. n. 56.* vbi tenet hanc cognitionē non fundari in priuilegio Pontificis, neque in eius tolerantia: sed in iure regali, cuius officium est vim tollere. Idem etiam docet Segura *in direct. Iudic. Eccles. part. 2. c. 13. n. 51. & 53.* Callistus *in tract. de leg. regia, § 20. n. 83.* Auendanus *in c. Prætorum part. 1. c. 1. num. 13.* Azeuedus *tom. 1. lib. 1. l. 2. tit. 6. Recop.* Selle *de inhibit. iust. Arag. cap. 8. §. 3. & part. 2. decis. Epist. ad Regem.* Cenedus *in qq. canonicis, quæst. 45. per totam.*

Sup. hoc in duabus Resol. seqq. & supr. in Resol. 16. §. Item. & infra lege doctrinam Resol. 39. & late in decisione posita, in pag. 495. huius tom. 9.

Sup. hoc in fi. in Resol. 20. & in alia eius primæ nec.

totam. Bobadilla *in Polit. tom. 1. lib. 2. cap. 18. num. 139.* Ioan. de Hetia *in Curia Philippica, part. 1. §. 5. numero. 34.* Graſſ. *de eff. Cler. eff. 1. numero. 300.* & alij.

2. Neque talem viſum & cognitionem audent improbare doctiſſimi Theologi, vt Rodriquez *in ſumma tom. 1. cap. 155. num 8.* Ioan. Valerus *in differentiis vtriſque fori ver. peccatum, differ. 3. num. 2.* Ioan. de la Cruz *in Direct. conſcient. part. 1. præcep. 8. q. 3. art. 1. dub. 3. concl. 3. & de ſtatu Relig. lib. 1. c. 6. art. 2. dub. 2. concl. 1.* Hieronymus Llamas *in Inſtruct. Confeſſ. part. 1. c. 7. §. 19.* Henriquez *lib. 14. c. 12. num. 6. & lib. 3. cap. 16. n. 4. in Gloſſ. litt. A*, nouiſſimè Anguiano *tract. de de legib. tom. 1. lib. 2. contr. 17. n. 95.* cum aliis. Et addunt pro hac firmanda ſententia *cap. Regum. 23. quæſt. 5.* vbi habetur, quòd regium eſt, per vim oppreſſos à manibus violentorum, & calumniantium liberare, ac iniurias repellere, & *cap. filiis, vel nepotibus. 17. quæſt. 7.* Iudices verò hanc vim repellentes, aſſerunt, id non efficere per viam iuriſdictionis, ſed per viam iuſtæ defenſionis.

3. Sed hanc opinionem exploſam eſſe video communiter à Theologis; & ideò illam reprobant Suarez *contra Regem Anglia. lib. 4. c. 34. num. 30.* Layman. *in Theol. moral. lib. 4. tract. 9. cap. 4. n. 4.* Azorius *part. 1. lib. 5. c. 12. & 14.* Reginaldus *tom. 1. lib. 9. c. 22. num. 341.* Duardus *in Bull. Cœn. lib. 2. canon. 14. quæſt. 9.* Bonacina *de legib. diſ. 10. q. 2. pun. 1. §. 1. n. 10.* Altherius *de cenſuris, tom. 1. diſ. 15. lib. 5. cap. 3. fol. mihi 669. col. 2.* Filliucius *tom. 1. tract. 16. cap. 8. & 10.* Ioan. de Malderiaga *tract. de Senat. cap. 39.* Sayrus *de cenſuris, lib. 3. cap. 18. n. 6.* Coriolanus *in Bulla Cœnæ, excommunic. 14. fol. mihi 927.* Idem etiam docet nouiſſimè ex Hiſpanis Iuriſconſultis doctus Barboſ. *in collect. lib. 1. decret. tit. 2. Eccleſia S. Mariæ, de conſtitut. num. 1.* & alij. Et ratio eſt: quia Clericus coram Epiſcopo, & Epiſcopus coram Archiepiſcopo conueniri debet; *ex cap. ſacro de ſent. excommunic. & c. ad reprimendum, de officio Ordinar.* Archiepiſcopus conuenitur coram Primate *ex cap. antiqua. de priuileg.* Primas coram Romano Pontifice, vel coram Legato Summi Pontificis ad eam Prouinciam miſſo. Et ideò oppreſſus à Prælato inferiore poteſt recurrere ad ſuperiorem, non verò adire laicale Tribunal; maximè, quia Canones interdicunt ab Eccleſiaſticis Iudicibus ad laicos appellare vt habetur *in cap. qualiter, & quando. de iudiciis. & cap. ſi quis Clericum. & cap. Clericum 11. q. 1.* Cæteras rationes videbis apud citatos Doctores.

4. Sed ego in controuerſia tam graui, puto non eſſe recedendum ab hac ſententia Theologorum, quamuis non videatur ſpernenda aliquorum obſeruatio, qui putent, tunc aliquem, cui violentia infertur, poſſe adire Iudicem laicum, quando ad talem vim reprimendam, Iudex Eccleſiaſticus non adeſſet ſeu, ſi adeſſet, nollet reprimere. Et ita docent, non ſolùm Iuriſconſulti, ſed etiam doctiſſimi Theologi, & in primis Epiſcopus Antuerpienſis: Ioannes Malderus *in part. 2. quæſt. 96. art. 4. fol. mihi 407.* qui etiam addit; poſſe in tali caſu Iudicem laicum inſpicere Acta ad eum finem, vt conſtet de iniuria facta in negatione appellationis: quia, qui poteſt defendere, poteſt etiam illa, ſine quibus defenſio fieri non poteſt. Adde, quòd inſpectio Actorum per ſe non eſt actus iuriſdictionis: nam arbitrantes ea inſpicere poſſunt Et ita hanc ſententiam docent etiam Portell. *in addit. ad dubia regul. in fine Operis, verb. appellare. num. 3.* vbi ſic aſſerit: [Religioſus, ſi per appellationem, vel alia via intra ordinem, poteſt virare vim ſibi iniuſtè illatam, incurret cenſuras, ſi ad Iudices ſæculares recurrat. Si verò neque ſit locus appellationi, vel illa non recipiatur, & Superior, ad quem poſſet recurrere, longè diſtet, ita vt non poſſit illum adire inſtante grauamine, vel etiam cœpto, & ſic iniuſtè illato, arbitrio boni viri; tunc credo, poſſe Religioſum, vel Clericum recurrere ad Principem ſæcularem, qualis eſt Rex, non tanquàm appellantem ad Iudicem competentem; ſed ſolùm vt ſibi ſuccurrat in illo grauamine iniuſto, tollendo vim ſibi factam modo, quo licite poteſt imperando, ſcilicet, vel ſuadendo Prælato, vt vel abſtineat à vi iniuſta, vel det locum appellationi, vel Iudices nouos aſſignet. Et per hoc Religioſus recurrens ad Principem ſæcularem cum prædictis circumſtantiis, nullam cenſuram Bullæ Cœnæ, vel alterius Bullæ incurret.] Ita Portel. cuius ſententiâ ſequutus eſt etiam doctus Souſa ex Dominicanorum familia *in Bull. Cœna, c. 15. diſp. 78. n. 2. & ſeq.* vbi probat, non Iudices laicos vim auferre, niſi priùs Eccleſiaſtici Iudices ſuperiores ad eos, qui violentiam inferunt, ſuccurrere requiſiti nolint; quando tamen omni medio ordinario præmiſſo non eſt alia via repellendi vim à Iudice Eccleſiaſtico factam, vel quando periculum eſt in mora, licitum eſt Iudici ſæculari cauſam Eccleſiaſticam ad ſe aduocare, & violentiam auferre.

Sup. hoc infra in Reſ. 38. in fine.

5. Ex quibus apparet, vix aut nunquam, moraliter occurrere caſu iuſtæ defenſionis in hac materia pro Iudice laico, vt rectè notauerunt Azorius, Bonacina, & alij. Et multò minùs, tam facilè occurrere, vt quidam Iuriſconſulti volunt. Deinde apparet, non rectè dici in hac materia ab aliquibus Iuriſconſultis, quòd etiã tunc, quando adiri poteſt per eum, qui ſe grauatum exiſtimat à Iudice Eccleſiaſtico, alius Iudex Eccleſiaſticus ſuperior, poſſit nihilominùs authoritatem ſuam interponere Iudex laicus, quaſi in caſu iſto adhuc locus ſit præuentioni. Reſtat modò reſpondere ad Canones, quos pro prima ſententia afferebant Iuriſconſulti: & hoc in ſequenti reſolutione faciemus

Quæ hic eſt infra Reſ. 39. & in aliis eius not.

RESOL. XXXVII.

An ſit licitum iudicibus ſæcularibus per viam violentiæ cognoſcere cauſas Eccleſiaſticas?

Et an Summus Pontifex, & aliæ hanc praxim approbent, vel ſaltem ex conſuetudine immemorabili, vel coniuncta cum fama priuilegij?

Et notatur, quod ſi pro facto Prælati, & iudicis Eccleſiaſtici ſit aliqua opinio probabilis inter doctores, qui cùm licite poſſit illam ſequi, reuerà nunc nullam vim, aut iniuriam faciat ſubdito ſi illam ſequatur, ac proinde non poterit recurrere tanquam vi oppreſſus ad iudicem ſæcularem, etiamſi opinio pro ſubdito ſit probabilior? Ex part. 5. tract. 1. Reſ. 13.

§. 1. ANgor actum agere: nam, *in p. 1. tr. 1. reſ. 13. & alibi* de hac quæſtione egi; ſed compellor hoc facere defenſionis cauſâ, nam nouiſſimè contra me negatiuam ſententiam docentem inſurgit Caſtillo Soto maior *tom. 7. de Tertiis, c. 41. n. 180.* Sed docto Hiſpano recentiori præter alios DD. *vbi ſupr.* à me relatos alios non minùs doctos & neotericos Hiſpanos opponam, & hi ſunt, me citato, Barboſa *de iure Eccleſ. lib. 1. cap. 39 §. 2. num. 185.* & Caſtrus Palaus *tom. 2. diſp. vnic. punct. 12. num. 5.* Nam ad veritatem ſententiæ Sotomaioris, neceſſarium eſſet claram adeſſe violentiam, quod tamen non contingit; non enim iudices ſæculares ſciunt Prælatum violentiam facere ſubdito litiganti, negando appellationem, terminos approbatorios &c. quouſque proceſſum examinant, & acta cognoſcunt. Ergo priùs vſurpant cognitionẽ cauſæ ſpiritualis, quàm illis de violentia conſtet. Ergo non titulo defenſionis procedere poſſunt. Item, qui

Sup. hoc in Reſ. præterita, & in Reſ. ſeq. ſupra in Reſ. 16. §. Ité. & infra lege doctrinam Reſ. 39.

qui titulo defensionis procedit, facto ipso violentiam repellit, non veritatis indagatione, quia defensio non est iurisdictionis actus in subditum, sed exequutio iuris à natura concessi cuilibet homini, vt alterum defendat: at iudices sæculares causas ad se aduocando, non facto violentiam repellunt, si aliqua inest; ergo illis non licet hoc modo Clericum defendere. Item, Ecclesiasticis iudicibus non est concessum laicum querelantem de suo iudice ad iudicium vocare, quia nemini datum est, alienam iurisdictionem vsurpare, & in alienis causis se immiscere, ergo sæcularibus iudicibus hoc datum esse non potest: minorem enim potestatem habent iudices sæculares ad corrigendos defectus iudicum Ecclesiasticorum; quàm è contra. Hæc omnia Castrus Palaus, quæ infra magis confirma b o.

2. Deinde istos appellantes, quos *oppressos* vocant aduersarij, vel sua possessione, v. g. spoliantur, vel turbantur in eadem. Primo casu ordinarium habent remedium intra annum, vt ante omnem contentionem restituantur, *cap. 1. de restit. spol.* possessorium quoque remedium ordinarium competit, *l. 1. ff. de vi & vi arm.* Insuper & secundo casu, remedium quoque ordinarium competit, *§. retinenda, §. sed interdicto, Instit. de interd.* ergo cùm siue vno, siue altero modo appellantes turbentur, remedia habeant ordinaria, quare iniquè concedendum est extraordinarium, quale est de quo loquimur, contra *l. in causa, ff. de minoribus*, ibi, *Non debet ei tribui extraordinarium.* Sed vrget Castillo, Sotomaior, & alij aduersarij. Primò supradicta esse vera quando iudices laici procederent iudicialiter, secus autem vt est in casu nostro, extraiudicialiter, & per modum tantùm nudæ defensionis & protectionis oppressorum, prout ius commune hoc ex officio Regibus competere tradit, *cap. Regum. 23. q. 5.* & colligitur ex *cap. filiis, vel nepotibus 16. q. 7.*

3. Respondeo quòd vna via si prohibetur, altera permitti non debet, saltem dum similis in vtraque parte reperitur ratio, ex *reg. cùm quid, de reg. iuris in* 6. sed recursus ad sæcularia tribunalia prohibetur ex sententia aduersariorum, via iurisdictionis ordinariæ: ergo etiam prohibetur per viam extraordinariæ cognitionis, & defensionis, cùm similis ratio in vtraque reperiatur. Et licèt aduersarij asserant in tali cognitione nullum actum iurisdictionis exerceri, hoc non est verum, quia quæ Princeps facit prætextu violentiæ, facit ex proprio officio, in sententia eorum; quæ autem pertinent ad officiũ Principis, sunt actus iurisdictionis, in hoc enim distinguitur officium Principis ab officio personæ priuatæ: ergo, &c. Deinde iurisdictio dicta est à iure dicẽdo. ex *l. 1. §. damus. ff. de suspectis tut.* sed iudices, ad quos in Hispania fit recursus, ius dicunt; nam vident acta, processus, & ferunt sententiam, teste Ceuallos *gloss. 6. §. 1.* & postquam cognouerunt appellantem non habuisse iustam appellandi causam, condemnant ipsum in expensis & damnis alteri illatis, cogunt iudicem Ecclesiasticum ad acceptandam appellationem, imò ipsum condemnant in expensis, vt fatetur Ceuallos *gloss. 8. n. 11.* Sesse *de inhibit. cap. 8. §. 3.* Guttierrez *in q. pract. lib. 2. q. 29.* & alij. Sed clarum est istos esse actus iudiciales, & iurisdictionales, vt optimè obseruat Suarez *contra Regem Angliæ, lib. 4. cap. 37. num. 34.* & alij, ergo, &c. Ad *cap. Regum*, respondendum est illud procedere quoad laicos subditos, falsum enim est Principem cognoscendo causas Ecclesiasticorum per viam violentiæ, facere id, ad quod per dictum caput tenetur ex officio, nam ex officio tenetur solùm susc ipere & cognoscere causas subditorum, non verò extraneorum; Ecclesiastici verò non sunt subditi Principi laico, sed Ecclesiastico, ex *cap. Ecclesia, de constit.* & contrarium faciendo facit contra proprium officium. Principis enim officium est quieti, & bono publico consulere, & suum cuique tribuere; dum autem Princeps laicus in causis Ecclesiasticis se ingerit, Ecclesiasticam iurisdictionem vsurpat, & Ecclesiæ libertatem violat: ergo contra proprium officium facit. Ad *cap. filiis, vel nepotibus*, respondent aliqui, quòd solùm ibi dicitur vt patronus Ecclesiæ, si viderit bona Ecclesiæ inferioribus Clericis defraudari, moneat Episcopum, si ab ipso Episcopo, moneat Metropolitanum, si à Metropolitano, Regiis auribus intimare non differat, quod non debet intelligi, vt Rex iurisdictione vtatur in Metropolitanum, sed vt auctoritate sua illum moneat, vel si non satis est, implorato Pontifice, illius authoritate illum cohibeat. Interim verò facto & potentia impediat ne Ecclesia in bonis suis damnum patiatur. Ita Suarez *contra Regem Angliæ, lib. 4. c. 34. n. 38.* & alij. Sed ego puto cum pluribus Doctoribus, quos alibi ad satietatem adduxi, dictum *cap. filiis, vel nepotibus*, fuisse postea per *cap. qualiter & quando, de iudiciis*, abrogatum. Vnde miror quare Sotomaior dixerit me non concludenter satisfeciss e ad auctoritatem dicti textus.

Alibi Res. quæ hic est infrà 59. per totam, & signanter sup. hoc in eius §. vlt.

4. Vrget secundò Sotomaior, & aduersarij, quia iure naturæ & diuino licitum est vim vi repellere, & innocentem tueri, *l. vi vim. ff. de iust. & iure.* Ergo si iudex Ecclesiasticus vim inferat, poterit sæcularis iudex innocentem ad se confugientem tueri, eiùsque appellationem admittere. Respondeo cum glossa *in l. cit. vi vim*, licitum esse vim vi repellere, dum vis iniustè infertur ab aliquo priuato, non autem ab eo, cui subditi sumus, vt patet ex *l. iniuriarum, §. 1. ff. de iniur. & ex l. qui restituere. ff. de rei vendicat.* si igitur iudex non supremus vim inferat seruato iuris ordine, ad Superiorem appellatio interponatur. Si iudex supremus iniquè vexet, nullum superest remedium, nisi vt pœna æquo & patienti animo sufferatur, vt faciunt laici oppressi à iudicibus suis. In quo casu si laicus de suo iudice sæculari conqueratur, quòd illi, inferat vim, negando appellationem vel quid simile, equidem non patienter ferret iudex sæcularis, vt Ecclesiasticus se intromittat, & auctoritatem suam interponat, acta causæ postulando sub præcepto, vel censura ad examinandum, vel iudicandum, an iudex sæcularis vim fecerit, necne? Neque sæculares iudices illam vocabunt defensionem in iudice Ecclesiastico, sed suæ iurisdictionis vsurpationem. Ergo eodem iure ipsi iudices sæculares respectu Ecclesiasticorum censeri debent, imò maiori, quia maiorem potestatem habet Iudex Ecclesiasticus supra laicum, quàm è conuerso. Prælatus enim Ecclesiasticus potest iudicare de peccatis omnium suarum ouium, iuxta *cap. nouit. de iudiciis, & cap. ex tenore, de foro compet. & cap. si quis de potentibus 24. q. 3.* Et munus defendendi innocentes, de quo loquimur, magis incumbit Prælatis Ecclesiasticis, quàm sæcularibus Magistratibus, vt docet glossa *in d. cap. Regum*, & colligi potest ex multis decretis *87. dist.* Sed respondeo secundò ad argumentum quòd non est licitum vim vi repellere, nisi cum duplici conditione. Prima est vt certò constet de iniuria illata, nam si dubium sit præsumendum est in fauorem Superioris Ecclesiastici: tum, quia in facto Superioris non præsumitur delictum, tum, quia, iudices laici, dum ipsis certò non constat de iniuria alteri illata à iudice Ecclesiastico periculo se exponunt inferendi ininriam Superiori Ecclesiastico, ipsúmque priuandi iure, quod habet in sibi subditum. Sed ista conditio quasi semper deest, nam iudices laici, dum in causis Ecclesiasticis appellationem admittunt, ipsis certo non constat de iniu-

ria à iudice Ecclesiastico illata, quod ex ipso facto manifestè apparet, cùm appellationem admittant; sêque interponant vt examinent, an vis inferatur, necne, ergo, &c. Secunda conditio, vt licitum sit vim vi repellere, est, vt seruetur moderamé inculpatæ tutelæ: moderamẽ autẽ inculpatæ tuteæ non seruatur dum laicus, aut Ecclesiasticos, aut Ecclesiasticus ad laicos iudices recurrit, & appellationem interponit: ergo, &c. Probo minorem primò, quia non seruatur moderamen inculpatæ tutelæ quoties inuasus habet aliam viam euadendi ab inuasione, & iniusta vexatione absque maiori, vel æquali damno, quàm vim inferendo, vt patet in materia de homicidio patrato ad necessariam sui defensionem: sed in nostro casu inuaso competit alia ratio euadẽdi absque maiori, vel æquali damno; potest enim recursum ad Ecclesiasticum iudicem habere, & in defectu vnius Superioris Ecclesiastici alium adire, iuxta sacrorum Canonum dispositionem, vt etiam in foro sæculari, vsu & praxi litigantium receptum est. ergo, &c. Deinde licitum est vim vi repellere, quoties id fieri potest sine grauiori damno communi; sed in casu nostro etiamsi pars appellans molestias, expensas, &c. pateretur, vt supponit Sotomaior, grauius damnum commune sequitur adeundo sæculares iudices, nã Ecclesiastica iurisdictio violatur, & perturbatio in iudiciis sequitur, & sicut innocens non potest aggressorem occidere, quoties ex morte aggressoris graue damnum Reipublicæ sequitur, ita neque licitum erit sæculares iudices adire, quoties libertati Ecclesiasticæ graue damnum inde infertur, neque iudices laici possunt ex eadem ratione oppressum ad se ipsos recurrentem tueri. ergo, &c. Nec obstat dicere in tali casu libertatem Ecclesiasticam non lædi, cùm laici iudices actus iurisdictionales non exerceant, sed solius innocentis protectionem extraiudicialiter, & per viam extraordinariæ cognitionis suscipiant. Nam respondeo hoc verbis asseri, sed reipsa contrarium fieri, vt constat ex supradictis. Et reuera si in tali casu libertas Ecclesiastica non læderetur, Summus Pontifex, Collegium Cardinalium, aliique Primates Ecclesiæ, & sacra Rota Romana, vt patebit in fine huius tractatus, non detestarentur hanc praxim tuendi innocentes vi oppressos, sed laudibus efferrent, commendarent, & approbarent. An autem summus Pontifex & alij hanc praxim approbent, consulant aduersarij Bullam Cœnæ, vel potiùs, quia ab ipsis eius verba aliter exponuntur, rogent Summum Pontificem, vt ipsos de sua mente certiores facere dignetur, vt violandæ libertatis Ecclesiasticæ periculum euitent.

5. Et tandem vrget tertiò Sotomaior, & alij aduersarij, hanc praxim sustinendam esse. Primò ex consuetudine immemorabili, quæ licet non possit tollere omnem exemptionem Clericorum, potest tamen in aliquo casu particulari, vt esset in casu nostro de tollenda vi. Secundò, quia est consuetudo coniuncta cum fama priuilegij, quæ vaga & incerta etiam sufficit. Tertiò, quia talis consuetudo est mixta laicorũ & Clericorum. Et tandẽ Summus Pontifex hanc praxim scit & tolerat; ergo tacitè cõsentit.

6. Respondeo ad primum, consuetudinem immemorialẽ etiã in casu particulari, non valere contra libertatem Ecclesiasticam, vt ego satis probaui *in part 4. tr. 1. resol. 1. & infrà* in hoc tractatu latiùs probabo, & patet ex *c. Clericis. de iudiciis*, & aliis iuribus tã clarè; vt nesciã quo pacto hæc opinio possit sustineri cùm in dictis sacris Canonibus Summi Pontifices apertè damnent consuetudinem particularem circa aliquem tantùm casum, tendentem contra immunitatem Ecclesiasticam. Vide infrà *resol. 21.*

Quæ hîc est suprà Resol. 11.

Quæ hîc est infrà Resol. 2.

7. Ad secundum respondeo cum Suarez *contra Regem Anglia, lib. 4. cap. 34. num. 17.* illam doctrinam non esse veram, sed tunc esse admittendam, quando cum consuetudine immemoriali coniungeretur constans fama, & traditio, æquè antiqua, & immemorialis, quod præcesserit priuilegium, & talis traditio integrè probaretur. Sed hoc non accidit in casu nostro. ergo, &c. quod apertè confirmatur, nam Ceuallos mordicus sustinet non adesse, neque adfuisse tale priuilegium.

à §. Sed dato, & non concesso.

8. Ad tertium respondeo cum sapientissimo Valboa de Magroviejo *in cap. 1. de foro compet. n. 6.* tunc consuetudinem Clericorum & laicorum mixtam obligare Clericos, quando dicta consuetudo non præiudicat sacris Canonibus, vel ab ipsis non fuerit reprobata, quæ omnia accidunt in casu nostro ergo, &c. Vide iomnino *infrà in resol. 21. & in part. 4. tract. 1. resol. 66.* vbi adduxi Suarez. Et tandem ad id, quod asseritur, adesse in hoc casu tolerantiam Pontificiam, & tacitum consensum, respondeo quod esset videndum an talis tolerantia sit approbatiua, vel tantùm permissiua ad vitanda maiora mala & inconuenientia. Ita decisio Rotæ *in antiquis 10. de consuet.* & Surdus *cons. 302.* & alij penes me *in part. 4. tract. 1. ref. 1.* quibus adde Cocheir *in vind. libert. Eccles. p. 2. cap. 3. num. 8.* asserunt in hoc casu Pontificem non solùm tacitè non consentire, sed potiùs singulis annis aperte reclamare in Bulla Cœnæ, & quo pacto quis dici potest tacitè tolerare, si singulis annis expressè reclamat, vt *suprà* dictum est. Ergo, &c. Et hæc dicta sufficiant defensionis, causa aduersùs ea quæ contra me ex doctissimo Salgado edidit *vbi suprà*, non minus doctus Sotomaior. Vnde ex his patet etiam responsio ad ea quæ nouissimè adducit eruditissimus Torreblanca *in Pract. iur. Spir. lib. 15. cap. 10. per totum.*

Sup. hoc in tom. 8. tract. 1. Res. 23.

9. Non de nam tamen hîc adnotare cum Baldello *in disp. Theolog. tom. 1. lib. 5. disput. 40. num. 13.* & aliis, quòd si pro facto Prælati & iudicis Ecclesiastici sit aliqua opinio probabilis inter Doctores, quia cùm licitè possit illam sequi, reuera, tunc nullã vim, aut iniuriam facit subdito, si illam sequatur, ac proinde non poterit recurrere tanquam vi oppressus ad iudicem sæcularem, nec in tali casu poterit esse defensio, sed erit manifesta iniuria, & offensio, si repellatur ab illa sequenda. Et hæc opinio contra Salgadum procedit, etiamsi opinio pro subdito sit probabilior, nam vt alibi diximus probabiliter, potest iudex ferre sententiam secundùm opinionem probabilem, relicta probabiliori, neque de hoc in syndicatu secùndùm Sancium potest puniri. ergo, &c.

Alibi in tomo 8. tract. 1. Res. 20. & 21. & in aliis earum primarum annotationum, & in aliis positis in annot. §. vlt. Res. 1. huius not.

RESOL. XXXVIII.

An sit licitum pro vi tollenda recurrere ad Regia Tribunalia?

Et infertur incurrere in excommunicationem Bullæ Cœnæ Religiosum recurrentem ad Regem, Proregem, vel Gubernatorem, vt vim sibi illatam à suo Superiore tantum tollat. Ex part. 3. tract. 1. Res. 53.

§. 1. DE hac quæstione egi in alio tract. *de immun. Eccles. resol. 13.* & pro parte affirmatiua adduxi plures Doctores, quibus nunc addo Auilam *de censuris part. 2. cap. 7. disp. 2. dub. 5.* Morlam *in emporio iuris tit. 2. q. 14. n. 4.* Quintana Dueñam *Ecclesiast. lib. 1. c. 9. n. 14.* Rodriquez *de annuis reddit. lib. 1. c. 17. n. 6.* Parladorum *rer. quotidian. lib. 3. differ. 9. §. 4. n. 24.* Suarez de Paz. *in praxit. 2. part. 1. c. 6. q. 1. n. 34.* Simancam *inst. Cath. t. 45. n. 35.* Guttierrez *pract. qq. lib. 1. q. 20. n. 1. & de iur. confir. part. 1. cap. 2. num. 26.* Garsiam *de nobil. glossa 1. n. 25.* Couarruuiam *pract. qq. cap. 35. num. 3.* Mexiam

Sup. hoc in duabus præcedentibus, Res. & suprà in Res. 16. §. Item. & lege infrà doctrinam Res. 40.

Mexiam *in leg. Regia Toleti de los terminos in 2. fundam. part. 2. num. 47.* Velascum *cons.* 100. & hanc sententiam tenent etiam DD. Itali, vt Fuscus *de visit. lib. 2. cap. 23. num. 5.* & ex Dominicanorum familia Michaël Zanardus *in directorio Theol. par. 3. c. 31. fol. mihi* 197. vbi ait, Iudex Ecclesiasticus potest apud Principem laicum denunciari, si alicui etiam subdito violentiam inferat, in quo casu potest Princeps laicus reprimere vim cuicumque factam.

2. Sed his non obstantibus non est recedendum à negatiua sententia Theologorum, quos in dicta resol. adduxi, nec valet dicere, quòd licet vim vi repellere, & competit Regibus liberare vi oppressos de manu calumniatoris. Ergo, &c. nam respondeo licitum esse vim vi repellere, quando vis est clara, & manifesta, nam si est dubia, semper pro Superiore præsumendum est. Ergo in casu nostro iniustam vim infert Prælato Ecclesiastico iudex laicus, priuando illum iure suo, quod habet in casu dubio. Quòd autem vis in nostro casu sit dubia, patet ex ipso facto, nam iudex sæcularis examinat, an facta sit vis, necne. Ergo non supponit certam, & euidentem violentiam; cæteras rationes videbis nouissimè apud Bonacinam *in expositione Bullæ Cœnæ tom. 3. disp. 1. q. 15. punct. 4. §. 4.* qui respondet ad omnia argumenta; quæ adducit Ceuallos *in tract. de cognit. per viam violentiæ*, & Salgado *de protectione Regia.* Ex his infertur contra Portel, & Hieronymum Rodriquez *in compendio quæstionum regularium resol. 10. num. 14.* incurrere in excommunicationem Bullæ Cœnæ Religiosum recurrentem ad Regem, Proregem, vel Gubernatorem, vt vim sibi illatam à suo Superiore tantum tollat; vt faciat iudex alios Superiores assignare pro sola vi tollenda.

Sup. hoc supra in Res. 58. penult. ad medium.

RESOL. XXXIX.

An aliquis Princeps habeat à Pontifice priuilegium in causis violentiæ arcendæ: Ex part. 3. tract. 1. Res. 64.

Sup. hoc supra in Res. 7. & 1. cursim, aut mossis, sed lege etiã tantum doctrinam Resol. segu. & 38.

§. 1. HOc priuilegium habere Regem nostrum Hispaniarum docet Bañez *in 2. 2. q. 67. art.* 1. Iulius Clarus *lib. 5. §. vlt. q.* 36. *num.* 26. Menochius *de retinenda possessione remed. 3. num* 354. & Cardinalis Bellarminus *in tract. de Summo Pontifice contra Berclaium cap.* 35. *col. 7. ver. addebat*, & Suarez *de immun. lib. 4. cap.* 34. *num.* 43.

2. Sed nouissimè Ceuallos *tract. de cognitione per viam violentiæ gloss.* 6. asserit Regem Hispaniarum non habere tale priuilegium, sed ex alia ratione hoc efficere, ita pulchrè obseruat Bonacina *in Bull. Cœnæ tom. 3. disp. 1. q. 15. punct. 4. §. 1. n.* 17. dum praxim tribunalis [de la fuerza] tueri, & à peccato, & censura excusare conatur, excusationis causam affert, negando Regem Hispaniarum, vel ipsius ministros ac magistratus hoc facere ex priuilegio, vel ex consuetudine priuilegio innixa. Ita Bonac. *vbi suprà n.* 3. asserit Principes priuilegium à Summo Pontifice habentes excusari ab excommunicatione Bullæ Cœnæ aduocãdo causas spirituales ad sua tribunalia, *modo priuilegii formam seruent, & modò priuilegium reuocatum non sit*, iuxta ea quæ ipse inferiùs docet.

RESOL. XL.

An aduocatio causarum spiritualium ad laica Tribunalia vetita sit, sub censura Bullæ Cœnæ, si causæ aduocantur à iudicibus Sedis Apostolicæ?

Et quid dicendum, si iudices Ecclesiastici negligentes sint in huiusmodi causis cognoscendis? Ex part. 3. tr. 1. Res. 55.

§. 1. AFfirmatiuè respondent Alterius, & Vgolinus, quos citat, & sequitur Bonacina *in Bull. Cœnæ tom. 3. disp. 1. q. 15. punct. 1. n. 7.* quia Bulla, vtitur his verbis: *ab auditoribus commissariis nostris aliisque iudicibus Ecclesiasticis*; vbi notanda est illa particula, *aliis*, quæ est repetitiua, & relatiua similium, ex *cap. sedes, de rescript. & ex l. quidam relegatus, ff. de rebus dubiis.*

2. Sed ego contrariam sententiam teneo; & puto dictam aduocationem vetitam esse etiamsi causæ spirituales aduocẽtur ab aliis iudicibus Ecclesiasticis, & hanc sententiam tenent Filliucius *tom. 1. tract. 16. cap. 10. n. 250.* Sousa *in Bull. Cœn. cap. 15. n. 1.* Durandus *can. 14. q. 7. n. 1.* & alij, & ad argumentum contrarium respondet illam particulam non semper esse repetitiuam similium, vt patet *in l. si fundum sub conditione, §. si libertus, ff. de legatis 1.*

3. Notandum est etiam hîc obiter contra Couarruiam *pract. qq. cap. 35.* Menochium *de recuper. possess. remedio 3. n. 356.* Diaz *in pract. crim. cap.* 102. Ceuallos, & alios, aduocationem causarum spiritualium ad laica Tribunalia vetitam esse, etiamsi iudices Ecclesiastici negligentes sint in huiusmodi causis cognoscendis. vide Reginald. *tom. 1. lib. 9. cap. 22. n. 338.* Martam *de iurisd., part. 4. cap.* 146. Duarenum *vbi sup. q. 8. n. 1.* & alios communiter; nec valet dicere quòd *in cap. filiis 16. q. 7. cap. si quis cum clerico 11. q. 1. cap. administratores, cap. Principes 23.* quo conceditur reclamatio ad Principem in causa Ecclesiastica, nam respondeo per illos textus posse Principem laicum admonere Ecclesiasticum de iniquè administrata iustitia, non autem posse aduocare ad se causam Ecclesiasticam, vel dic, vt ego alibi adnotaui, illos canones abrogatos esse in Bulla Cœnæ; *& in cap. qua iter, de iudiciis.*

Sup. hoc in frà in Res. 59. & in aliis eius secundæ annot.

Alibi in Res. not. præteritæ & signanter in eius §. vlt.

RESOL. XLI.

Vtrum iudices laici aduocantes ad se causas Ecclesiasticas excusentur ex tolerantia Summi Pontificis? Ex part. 3. tract. 1. Res. 56.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Coriolanus *in Bull. Cœnæ ad finem*, & alij quos citat Ceuallos *in tract. de cognit. per viam violentiæ, glossa B. n.* 42.

2. Sed nouissimè contrariam sententiam docet Bonac. *in Bull. Cœn. tom. 3. disp. 1. q. 15. punct. 4. §. 1. n. 5.* quia simplex tolerantia, saltem dum superior commodè obstare non potest, priuilegium non inducit, ex *cap. cùm iam dudum, de præben.* tum, quia nulla adest tolerantia, cùm Summi Pontifices in Bullis Cœnæ Domini excludant omnes prætextus. Vide Alterium *de cens. lib. 5. disp. 15. c. 2. col. 5. ver. animaduertit.* Duardum *in Bull. Cœn. can. 15. q. 13. num.* 11. Filliucium *tom. 3. tract. 16. cap. 10. n. 256.* & alios, quos ego alibi citaui *in tract. 1. de immun. Eccles.*

Sup. hoc supra in Res. 2. prope finẽ, & in Res. 10. & 11. §. Verũ. & in Res. 30. §. vlt. & in Res. 37. §. Ad tertium. cursim ad medium, & infrà in Res. 139. breuiter in fine.

RESOL. XLII.

An appellationes, quæ dicuntur tuitiuæ, rectè à iudicibus laicis in causis Ecclesiasticis concedantur? Ex part. 1. tract. 2. Res. 103. alias 102.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet Humada *l. 3. gloss. 4. tit. 13. p. 2.* Azeuedus *lib. 1. recop. tit. 6. l. 2.* & latissimè Pereira *in tract. de man. reg. cap. 22. per tot.* cum multis aliis.

2. Sed cùm hanc sententiam doceret etiam Vialdus *in prima editione Candelabri aurei in explicatione Bullæ Cœnæ*, fuit dictum Candelabrum propter multa suspensum, & prohibitum, & postea sine supradicta opinione, & multis aliis, denuò concessum, & typis excusum. Vnde apparet, supradictam sententiam Romæ non esse receptam: & illam reprobare videtur Concilium Tridentinum in istis verbis; [Nefas autem sit sæculari cuilibet Magistratui, prohibere Ecclesiastico Iudici, ne quem excommunicet, aut mandare, vt latam excommunicationem reuocet, sub prætextu, quòd contenta in præsenti decreto non sint obseruata, cùm non ad sæculares, sed ad Ecclesiasticos hæc cognitio pertineat] Ita Concilium *in sess.25.c.3.de reform.*

3. Quando verò, & quomodo concedantur supradictæ chartæ vel Appellationes tuitiuæ, apparet ex illa Ordinatione regni Lusitaniæ, quam affert Pereira *vbi suprà* sic asserens: [Iubemus, quòd quando aliqua proferetur sententia à Iudice Eccles. contra cler. vel cõtra laicum, qui sit suæ iurisdict. si ipse Clericus, vel laicus appellauerit ad Romanam Curiam, cũ vel in eo casu, in quo appellare possũt, & antequã appellationis tempus finiatur, implorauerit chartam, ne pendente appellatione contra ipsum procedatur, & ne capiatur, vel ab illo pœnæ exigantur excommunicatis impositæ: Volumus, vt eorum cuilibet dicta charta tuitiua concedatur, qua per scripturam publicam doceant, quòd appellarunt, & suas appellationes prosequantur, quamuis nullatenus receptæ sint: ita enim ab antiquo fieri consueuit; vt tales chartæ tuitiuæ per Senatores Palatij expedirentur.] Sic habet ordinatio Lusitana. Dicẽdũ est tamen, dictas chartas, vt vocant, tuitiuas non esse concedendas, quia offendunt Ecclesiasticam libertatem; & in casu, in quo conceduntur supradictæ appellationes, potest Clericus, vel laicus oppressus recurrere pro remedio obtinendo ad Iudicem Ecclesiasticum competentem, vt Canones iubent; & non ad Iudices sæculares incompetentes, quod prohibent. Sed ad alia deueniamus.

RESOL. LXIII.

An priuilegium cognoscendi causas Ecclesiasticas concessum Principi laico reuocari possit, etiam si per consuetudinem immemorabilem tali priuilegio innixam obseruatum fuerit?

Et an prædicta priuilegia, si fuerint concessa in remunerationem, & in vim contractus, non sint reuocanda sine iusta causa?

Et deducitur Imperatores, & alios Principes laicos non posse priuilegia Ecclesiæ concessa reuocare. Ex part.3. tract.1.Res.57.

Sup. contentis in hac Res. suprà in Resolut. 4.6.7.8.9.12.13. & infrà in Resol.333. §.2.

§. 1. Videtur prima facie respondendum, quòd non: nam Imperatores, aliique Principes laici non possunt priuilegia Ecclesiæ concessa reuocare, vt probat Panormitanus *inc. super el.2.de appellat. n.4.* Suarez *de imm.lib.4.c.30.* & alij. Ergo neque Papa reuocare potest priuilegia Principibus concessa; par enim videtur ratio, vt æqualitas seruetur.

2. His tamen non obstantibus contrarium omnino asserendum est: dico igitur cum Bonacina *in Bull.Cœn.d.3.disp.1.q.15.punct.4.§.1.n.6.* priuilegium Principibus concessum à Papa reuocari posse, etiamsi per consuetudinem immemorabilem tali priuilegio innixam obseruatum fuerit. Probatur primò, quia priuilegium subdito concessum, vt communis Doctorum fert opinio, reuocari potest. Sed priuilegium concessum Imperatori, vel Regi, est priuilegium subdito concessum, cùm Christus generaliter dixerit Petro, & consequenter eius successoribus, *Pasce oues meas.* Ergo &c. Probatur secundò, quia huiusmodi priuilegia sũt odiosa, vtpotè libertati Ecclesiasticæ contraria. Ergo strictè explicanda sunt, ita vt concessa censeantur illo modo, quo libertati minùs præiudicent, & consequenter reuocari possunt. Adde quòd hæc censenda est iurisdictio delegata, quæ reuocari potest. Vide Suarez *de imm.lib.4.c.34.n.27.* Tuschum *tom.5. ver.libertas Ecclesiastica, concl.342.* & alios.

3. Nota tamen supradicta priuilegia si fuerint concessa in remunerationem & in vim contractus, non esse reuocanda sine iusta causa; verùm iusta causa concurrente non solùm potest, sed etiam tenetur aliquando reuocare, & à fortiori hoc verum erit, si Pontifex aliquid aliud in compensationem concedat. Ad argumentum verò superiùs adductum patet responsio ex dictis, vel neganda est consequentia, & suppono omnia bona Ecclesiastica iure diuino libera & immunia esse à potestate laica; cùm autem priuilegium Ecclesiæ concessum, ab eaque acceptatum inter bona Ecclesiæ connumeretur, sequitur Principem laicum non posse priuilegium Ecclesiæ concessum reuocare; alioquin potestatem haberet super bona Ecclesiastica. Priuilegium verò laicis concessum ab Ecclesia non fit liberum, & immune à potestate Ecclesiastica, & cõsequenter ab Ecclesia reuocari potest vide etiam DD. quos citaui alibi *in tr.de imm.Eccles.*

Sup. his suprà in Res.7. & 13. & infrà in Res.325. §. 7. ad medium, &c.

Sup. hoc suprà in §.1. huius Res. & in Resi not. seq.

Alibi in Resi. quæ hic est supra 4.

RESOL. XLIV.

An iudex laicus consuetudinem inducens, ve lalia introducta vtens contra libertatem Ecclesiasticam incidat in excommunicationem Bullæ Cœnæ?

Et an dicti iudices sæculares incurrant in supradictam excommunicationem Bullæ Cœnæ si sciant seruari statutum contra libertatem Ecclesiasticam, & non impediant? Ex part.3.tract.1.Res.58.

§. 1. Non incurrere in censuram Bullæ, sed in censuram latam *in cap.nouerit, de sent. excomm.* putat Suarez *de cens. disp.21. sect.2.n.86.* Duardus *in Bull.Cœn.can.15.q.13.n.4.* Reginald. *tom.1.lib.9. c.23. n.361.* Filliucius *tom.1. tract.16.c.10. n.268.* & alij, quia Bulla loquitur de statutis, & decretis, non autem de consuetudinibus. Ergo, &c.

Quãuis non plenè sup. hoc, lege tamẽ infra ex Res. 326. doctrinam §. 5. Procedit. & signãter in fine dicti §. & alterius Res. eius notat.

2. Verùm non desunt Doctores asserentes iudices laicos in tali casu incidere in censuram Bullæ Cœnæ & ita docet Sayrus *de cens.lib.3.c.19.n.10.* Sousa *c.16. disp.80.n.6.* Coriolanus, & alij, vnde videant ministri laicalis iurisdictionis, quid faciant.

3. Nota etiam hîc obiter quòd Nauarrus *c.27. n.119.* & Reginaldus *tom.1.lib.9.cap.23. n.364. sub finem, & n.359 sub finem*, tenent quòd iudices laici incurrunt in excommunicationem Bullæ, si sciant seruari statutum contra libertatem Ecclesiasticam, & non impediant, licèt aliqui Doctores contrarium sentiant quia censura lata ob positiuam actionem, non incurritur ob omissionem.

RESOL. XLV.

An iudex laicus excusetur ab excommunicatione Bullæ Cœnæ contra ipsius transgressores lata prætextu, quod non sit in sua Prouincia acceptata?

Et an Episcopi satisfaciant publicando Bullam Cœnæ in ciuitate, in qua degunt, vel teneãtur etiam extra Vrbẽ in Ecclesiis sua iurisdictionis publicare, aliẽ per alios?

Et

Et an exusentur à dicta publicatione ob minas, & metum Principum? &c. Ex part.3.tract.1.Res.54.

§. 1. AD hoc dubium negatiuè respondet Martinus Bonacina *in Bull.Cœn.tom.3.disp.1. q.15 punct.4.§.5.num.2.* qui ait, etiamsi ab aliquibus Doctoribus concedatur legem non solùm sæcularem verùm etiam Ecclesiasticam non obligare, vbi accepta non est; id tamen fallit vbi constat superiorem velle independenter ab acceptatione obligare. Sed Summus Pontifex vult independenter ab acceptatione Bullæ obligare. Ergo, &c. Minor probatur, quia Summus Pontifex in Bulla excludit omnem prærexitum, & prætensionem; tum, quia à viris fide dignis accepi, nonnullos Pontifices de hac re interrogatos respondisse, contrariam sententiam, quæ in legibus Pontificiis acceptationem requirit explodendam, & reiiciendam esse. Ergo Bulla Cœnæ independenter ab acceptatione obligat. Ita Bonacina, quidquid asserant DD. quos ego citaui, & reprobaui *in tract.de legib.resol.1.* in secunda editione.

Sup. hoc in tom.6. tr. 1. Resol. 15. §. Vnde & ex doctrina Resol. 55. §. vlt. & supra in tra Resol. 52. §. Sed quid prope fin. & in §. sequi. in fi. & sunt infra in Resol. 345. n. 2. & seq.

2. Nota tamen hic obiter, quòd licèt Alterius asserat Episcopos satisfacere publicando Bullam Cœnæ in ciuitate in qua degunt, attamen Bonacin. *vbi supra, quæst.22.punct.6.num.8.* probabilius censet teneri etiam extra vrbem in Ecclesiis suæ iurisdictioni subditis, publicare saltem per alios, si ita expediré iudicauerint. Excusantur tamen absolutè à dicta publicatione, vt notat Sayrus *de cens.lib.3.cap.25.n.12.* ob minas, seu metum Principum, quod tamen intellige si metus grauis sit, & non in odium fidei, seu Religionis incussum.

Sup. hoc in tom.6. tr. 1. Resol. 24. 15. n.16.

RESOL. XLVI.

An Episcopi possint excommunicare Reges, & eorum Consiliarios?

Et quid de Inquisitoribus non solùm in Sicilia, sed in aliis Regnis? Ex part.3.tract.1. Res.9.

§. 1. AFfirmatiuè respondet ex multis iuribus Altherius *de censuris, to.1.disp.10.lib.3.c.5. fol.37.col.2.* Fagundez *præcept.2.lib.1.c.3.num.21.* licèt regulariter propter quandam reuerentiam id minimè ab Episcopis efficiatur; sed optimè quidem & iustissimè excommunicarentur, si sceleris pondus, & qualitas id postularet.

2. Non reticeam tamen Auilam *de censuris p.2. cap.4.disput.vnica, dub.4.* & Bonacinam *de censuris, disput.1.punct.4.num.15.* docere de iure nouo, & priuilegio à Summo Pontifice obtento Reges & Imperatores non posse ab Episcopis excommunicari, & nouissimè docet etiam hanc sententiam Layman *in Theolog.mor.lib.4.tract.6.cap.10.n.4.* Barbosa *in collect. tom.4.part.1. Decreti distinct.96. cap.duo sunt*, & alij penes ipsos.

3. Sed his non obstantibus discedo ab opinione Caroli Degrassalij *lib.2.Regalium Franciæ, iure 9.* & Ioannis Ferrant. *de iuribus Regni Franciæ priuileg.6.* Paponij *de iur.Franc.lib.1.tit.4.arrest 9.* asserentium, supradictum priuilegium esse extendendum ad Regios Officiatios, & Consiliarios, & hoc pacto actu exercitij iurisdictionis temporalis, nam puto Consiliarios Regios posse ab Episcopis excommunicari, quia tale priuilegium est personale propter Regum, & Imperatorum reverentiam: & ita nouissimè docet Ioannes Dionysius Portocarrero *in allegat.pro iurisd. Inquisitorum*, vbi *num.52.* sic asserit. Non obstante [que sean Virrey, y ministros Reales, y aunque lo fueran en mayor Tribunal, pueden ser ligados con censuras de qualquier Iuez Eclesiastico, cuya iurisdicion turbaren, & aunque sea delegado, y semejantes personas no esten contenidas en su delegacion.] Ita ille, qui pro hac sententia citat plures Doctores, & hanc potestatem habere etiam Dominos Inquisitores, non est dubitandum, vt probat supradictus Portocarrero *num.46.& 47.* & patet ex Concordatis cum Inquisitione huius Regni Siciliæ apud Paramum *de orig.Inquis.lib.2.tit.1.cap.11. n.24.* vbi sic asserit Rex. Item in memoratis casibus, & causis ciuilibus, criminalibus, & mixtis spectantibus ad iurisdictionem officialium, & locum tenentium, atque familiarium sancti Officij, possunt Inquisitores per censuras procedere aduersùs quascunque personas iudices, & magistratus, qui contraierint, ac perturbauerint illorum iurisdictionem [lo qual (ait Portacarrero) no es concession particular, echa en fauor de los Inquisitores de Sicilia, porque si ellos no tuuieran facultad de fulminar censuras, no pudiera darsela su Magestad y assi es declaracion de que la tienen, y siendolo, es general,] & solidè totum hoc probat, quod antea etiam docuerat Narbona *in 3.part recopil.lib.4.tit.1 leg.20.gloss.22.per tot.* non est igitur dubitandum posse Episcopos excommunicare ministros Regios perturbantes eorum iurisdictionem.

Sup. hac potest.12 & doctrina sequent.in to. 5. tr.12. lege Resol. 13. & aliam Res. & §. eius primæ not.

4. Vnde non est audiendus noster D. Franciscus Anton. Costa, vir quidem doctus, in quodam consilio nuper seperatim impresso, & dato Messanæ die 26. Iulij 1619. contrarium docens, ex quadam Pragmatica nnominata *la Cathalana*; In qua habetur quòd Episcopi non procedant ad censuras contra Officiarios Regios inconsulto Rege, seu Prorege; & aduertat Lector quod dictum consilium *à num.10. vsque ad n.27.* reprobatur à nobis *in tr.2.p.1.de imm. Eccles.resol.13.* ea verò quæ adducit *à n.28. vsque ad num.34.* reprobantur *in resol. 13. & 67.* quæ adducit *n.37.& 38.* refelluntur *in resol.17.* & sciat author huius consilij, quòd in Regno Valentiæ Consiliarij Regij, vt patet ex Maderiaga *in tract.de Senatu &c.39.§.2.* noluerunt admittere cognitionem per viam violentiæ, & tamen ipse in hoc ipso Consilio tentat aperire ianuam vt admittatur in Regno Siciliæ rectè ig: tur Anton. de Ballis *in exposit. dictæ Pragmaticæ, nncupatæ la Cathalana,*, asseruit supradictam Pragmaticam esse contra libertatem Ecclesiasticam.

Supr. hoc in Res. seq. & in alio §. eius secundæ not.

Resolutiones citatæ in hoc textu hic sunt supra 36. 22. & 24.

RESOL. XLVII.

An possit Princeps prohibere, vt inhibitoriæ, quæ ad Magistratus Regios mittuntur, ab Ecclesiasticis non promulgentur, priusquam ipsi offerantur, vt de eius facultate publicentur? Ex part.4.tract.1: Resolut.9.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet Pereira *de manu Regia part.2.cap.65.* qui ait, *num.5.* in executione talium literarum, quibus sæculares Magistratus inhibentur, inesse violentiam, & publicatum functionum perturbationem, si iniustè fiant, ratione cuius iustissimè tales inhibitoriæ ad ipsum & Regem deferri debent, vt ipse; qui pro cõmuni vtilitate creatus extitit, sua manu Regia licentiam Ecclesiasticorum compescat, vt se intra suos limites contineant. Ita ille. &, quod valde miror, Rodriquez *in addit.ad Bull.Cruciatæ §.9.num.87.* sic ait; [Puede el Principe secular prohibir à los Obispos, y sus Vicarios que no descomulguen à sus vassallos sin que primero muestren la causa que tienen para lo hazer.] Vnde vides amice Lector, quomodo ex prætensa;

Ad falsitatem doctrinæ huius Res. lege sup. do trinã Res. 34. & 35. signanter sup. hoc in. §§ notat. seq.

violentia conantur se ingerere iudices laici in causis Ecclesiasticis quasi tales non haherent superiores competentes ad eorum licentiam compescendam, si adesset. Frustrà itaque per hos Sum. Pontifex constituit Metrapolitanos, & Nuncios in singulis Regnis, & ideo in casu occurrenti Episcopi si vellent inhibere aliquos iudices, talis exequutio dependeret à Regio beneplacito.

2. Igitur contrariam sententiam in casu proposito tenendam esse puto, docui *in part. 3. tract. 1. resol. 9.* contra Antonium Costam *consil. 1. per totum*, in simili casu loquentem de Pragmatica, nuncupata in hoc Regno Siciliæ *la Cathalanè*, quam cum Antonio de Ballis firmaui esse contra immunitatem Ecclesiasticam, & ad rationem quam adducit Pereira, quòd litteræ Pontificiæ non exequuntur sine Regio *Exequatur*, remitto me ad ea quæ dicit Acosta *in Bulla Cruciata, q. 96. per tot.* & dicunt DD. quos citaui *in part. 1. tr. 2. resol. 12.* Nostrum verò Sereniss. Regem hoc efficere ex priuilegio Pontificis tradit Bañez *in 2. 2. q. 67. art. 1. dub. 2. concluf. 5.* & Castrus Palaus *in opere morali, tom. 2. disput. vnica, punct. 9. num. 10.* vel ex Concordatis cum eodem Sum. Pontifice, vt testatur Iacobus de Graffis *in decis. aur. part. 2. lib. 4. cap. 10. nuen. 120.* addit tamen hæc verba. Caueant ministri Regis, cuius mens sanctissima est, in non inferendo præiudicium sanctæ Sedi Apostolicæ, neque diuexent negotiatores in non expediendo Regium *Exequatur*. Sic ille.

Quæ hic est Res. antecedens, in §. vlt. & infra in Re. seq. §. etiam vlt.

Quæ hic est sup. Res. 34. & in aliis eius not. & infra in Res. 92. Et ideo. in fin.

3. Notandum est tamen hîc obiter, quòd supposito tali priuilegio, vel dictis Concordatis de quibus testantur citati authores, Regium *Exequatur* conceditur tantùm inter rescripta priuata, vel obtenta inter partes, vel ad instantiam alicuius non autem in legibus generalibus, & statutis vniuersalibus, prout sunt Bullæ & Extrauagantes Pontificiæ, vt optimè obseruat Rao *in responsionib. ad dubia circa immunit. Eccleiast. fol. mihi 32.* nam si dictæ Bullæ executoriis indigerent, vniuersalis Ecclesiæ regimen in præceps rueret, & hucusque, ait ille, nulla inuenitur Bulla & constitutio generalis Summi Pontificis, executoriis mandata: vnde apparet, quàm male quidam asserebat Bullam Gregorij XIV. de immunitate Ecclesiarum in hoc Regno Siciliæ non valere, quia in illa Regium *Exequatur* non inuenitur.

RESOL. XLVIII.

An laicus possit incidenter cognoscere nullitatem censurarum, & ordinare, vt seculares, & Ecclesiastici illas non obseruent; & quod tollantur Cedulones à portis Ecclesiarum?

Et docetur, quod si incidit quæstio spiritualis coram iudice seculari, remittere tenetur Ecclesiastico terminandam; neque potest præcipere vt infra certum tempus illam expediat.

Et an Princeps laicus possit interdicere, seu inhibere Episcopis, seu eorum Vicariis, ne quemquam excommunicent, nisi prius excommunicationis causa ostendatur? Ex part. 4. tract. 1. Res. 98.

Sup. hoc inf. lege doctrinam, Resol. 296.

§. 1. GAbriel Pereira *de manu Regia c. 7. n. 22.* affirmatiuam sententiam tenet, quam postea acriter defendit & tutatur Franciscus Miranete *in informat. lingua Hispanica conscripta. pro iurisdict. Regia art. 10. & seq.* quia iudex laicus incidenter potest cognoscere de validitate vel nullitate spiritualium, quæ ex ipsis actis summatiè, de plano, & sine altiori discussione potest colligi, & ideo iudex secularis cognoscere potest de quocumque articulo spirituali incidenti in causa principali, de qua ipse cognoscit quando res est notoria, & euidens. Igitur in casu posito iudex non cognoscit de nullitate censurarum principaliter, sed per modum causæ & incidentes, & pro hac sententia faciunt DD. quos citat Octauianus Cacheran. *in decis. Pedemont. 116.* vide etiam Barbosam *in l. Titia, num. 34. & 52. ff. resolut. matrim.* Esse *de inhibit. cap. 10. §. 1. num. 4. & seq.* cum Ramirez *de lege Regia §. 27. a num. 11.*

2. Sed contrariam sententiam prorsus sustinendam esse puto, quia, vt rectè probat Abbas *in cap. Ecclesia S. Mariæ num. 2. & ibi* Decius *num. 46.* quos citat & sequitur Piasecius *in praxi Episcop. part. 2. cap. 4. art. 3. num. 16.* iudex laicus non potest cognoscere causam ad forum Ecclesiasticum spectantem, neque incidenter, vnde Innocent. Panormitanus, & Antonius de Butrio *in cap. tuam, de ordin. cognit* docent, quòd si incidit quæstio spiritualis coram sæculari iudice, remittere tenetur Ecclesiastico terminandam, neque potest præcipere vt infra certum tempus, illam expediat, vt cum multis firmat Genuensis *in praxi Archiepiscop. ca. 77. num. 2.* Igitur in causis spiritualibus etiam incidenter, nullatenus iudex secularis potest se intromittere; vide *cap. decernimus, cap. quanto, de indic. cap. lator, cap. causam quæ, qui fil. sint legit.* & glossam *in cap. si iudex laicus, de sentent. excommunic. in 6.* & ita hanc sententiam, nempe non posse iudicem sæcularem neque incidenter cognoscere de nullitate censurarum, docet Marta *de iurisdict. part. 3. cap. 16. num. 4. & seq.* Et ex Doctoribus Hispanis hanc etiam opinionem contra Miranetem *vbi suprà* tuetur Matthias Beyetola *in allagat. pro iurisdictione sancti officij art. 7. num. 136. & sequent.* & Anton. Atrianus *in discursu iuridico pro iurisdictione sancti officij art. 2. num. 148. & seq.* vbi firmat & probat has conclusiones.

Sum. hoc in Res. 308. §. vlt. in fin.

3. Prima, [que los Iuezes seculares ni principaliter ni incidenter pueden conocer de la nulidad de las censuras, antes bien el querer pretender esso es cosa nefaria segun el Decreto del S. Concilio Tridentino *sess. 25. c. 3.* Secunda por essa razon los Iuezes seculares que mandan so color de nulidad que no se guarden algunas censuras fulminadas por los Iuezes Ecclesiasticos incurren en sententia de descomunion ipso iure, y en las censuras de la Bula *Cœnæ Domini*, vt patet ex *Clem. grauis*, vbi scribentes, *de sentent. excommunic. & in Bull. Can. excommun. 16.* Tertia los Iuezes seculares o otras qualesquieres personas legas que sin tener autoridad, como no la tienen, so pretesto de nulidad de las censuras ò de otro qualquiera, mandan à los Prelados y Curas y otras personas Ecclesiasticas que no las publiquen, obedescan, ni guarden, son, y hande ser vistos menospreciarlas; y por el consiguiente sentir mal dellas, y finalmente de primo ad vltimum se hazen sospechosos en la fe,] quæ omnia dictus Atrianus *vbi suprà* satis, vt dixi, firmat & probat. Vnde rectè hanc opinionem subscripsere Theologi & Iuristæ doctissimi Cæsaraugustæ *die 3. Ianuarij anno 1614.* in quodam voto manuscripto quod penes me habeo: non est igitur de hac opinione dubitandum, quicquid asserat Pereira & Miranete *locis cit.* Vide etiam Morla *in empor. iuris. p. 1. tit. 2. n. 133.* vbi firmat non posse iudicem laicum cognoscere de validitate, vel nullitate censurarum.

4. Ad id verò quod aduersarij asserunt, iudicem laicum in casu proposito cognoscere de nullitate censurarum, incidenter respondeo cum Morla *vbi suprà num. 134.* Ioanne de Vanchel *in cap. vt inquisitionis, concluf. 4. de hæret. in 6.* iudicem laicum non posse neque incidenter cognoscere de negotio spirituali ratione incapacitatis, vt patet ex *cap. tuam. de ordin. cognit.* &

& in cap. lator, & cap. causam quæ. el 2. qui filij sint legit. quod aliqui extendunt etiam, quando quæstio versatur circa factum, quia ex facto ius oritur, vt patet ex *l. si ex plagis. §. in cliuo capitolino, ff. ad leg. Aquiliam.* & sic non potest dari quæstio facti, quin non sit iuris, cùm vna ab alia separari non possit: vnde ratione connexitatis, etiam quæstio facti agitanda videtur coram Ecclesiastico, argumento *cap. quanto, de iudiciis*, vt in casu simili notauit Bartolus *in l. solent, num. 13. de alim. & cibar. legat.* Vide Doctores quos refert Meneses *in l. 1. C. de iur. & fact. ignorantia, num. 57.* Romanus *in l. Titia, num. 5. ff. solut. matrim.* & Fulgosius *consil. 133.*

5. Nota etiam quòd post hæc scripta inueni nostram sententiam docere Io. Dionysium Portocarrero *in allegat. pro iurisdict. S. Officij, num. 97.* vbi sic ait. Postremò in profundo malorum deuentum est, [publicaron vn Edicto en que teniendo las censuras por nulas, y llamandolas assi, mandaron à todas las personas Ecclesiasticas à quien tocaua su publicacion, que no las guarden ni publiquen y poniendolo ellos en execucion no se quisieron tener por excomulgados. Este hecho ha sido calificado por los calificadores del Consejo declarandolo por iniurioso, y escandaloso, y sospechoso, y que sapit errorem, y deuerse recorger el Edicto como tal, porque los Ministros Reales procedieron de hecho sin jurisdicion, pues siendo la materia de censuras meramente Ecclesiastica no pudieron conoçer de su valor personas seglares, y siendo los Iuezes seglares inferiores de los Eclesiasticos no pueden conoçer del valor, de lo qua ellos hazen.] Ita Portocarrero, qui latè ex sacris Canonibus & rationibus hanc sententiam probat vnde de illa non est dubitandum, vt superiùs dictum est.

6. Ex his obiter aduerte esse reprobandam sententiam Corseti *tract. de potest. Reg. part. 4. num. 8.* Senatus Pedemont. *decis. 30. num. 15.* & aliorum, asserentium posse Principem laicum interdicere, seu inhibere Episcopis & eorum Vicariis ne quemquam excommunicent, nisi prius excommunicationis causa ostendatur. Sed hæc opinio est contra Concil. Trident. *sess. 25. cap. 3.* ex quo etiam reprobatur Conarr. *pract. quæst. cap. 35. num. 4.* Sed de hac quæstione *suprà* satis dictum est.

Supra hoc Resol. præterita & in alia Resol. & eius secunda nor.

RESOL. XLIX.

An Clerici dici possint, & sint re vera Vassalli Principis?

Et an Principes laici possint priuilegia personis Ecclesiasticis concessa auferre? Ex part. 5. tract. 1. Resolut. 19.

§. 1. HAnc quæstionem ad partes copiosè pertractat Aluarus Valasc. *to. 1. consult. 100. n. 2.* vbi affirmatiuam sententiam tenet, quia vassallus est nomen generis comprehendens sub se suas species etiam qualificatas, & sic tam vassallos laicos, quàm Clericos; quia licèt Clericus vassallus sit vassallus qualificatus, non ideo definit esse vassallus: sicut nomen Christianus tam comprehendit Christianos laicos, quàm Clericos. Deinde Clerici ita ciues sunt, sicut laici, ex *l. assumptio, ff. ad municip.* & ex *l. ciues, C. de incolis*, ergo si ciues sunt, erunt & vassalli. Et tandem licèt Clerici sint exempti, non tamen reperiuntur in iure exempti, nisi in quatuor casibus. Primò quoad forum, *cap. placuit, cap. inhibitâ 11. quæst. 2.* Secundò, quoad capturam, ex *c. 2. de foro compet.* Tertiò, quoad tributa, *cap. quamquam, de cens. in 6.* Quartò, quoad regimen, *cap. benè quidam, dist. 96.* ergo quoad cætera manent vassalli, & hanc sententiam præter Valascum tenet etiam Rodriquez *in sum. to. 4. cap. 168. num. 1.* & Sousa *vbi infrà.*

Supra hoc quinis recitatur inf. in Resol. 91. §. 2. ad med. verbi. ideò: & in §. 3. ad medium, & in Resol. 209. et doctrina, & Quarto, cautum in eius penult. lin.

2. Verùm his non obstantibus negatiuam sententiam docet Martha *de iurisd. p. 4. cent. 2. cas. 188.* vbi sic ait. Ecclesiastici nullo modo dici possunt vassalli Regis, nam si nihil recognoscant temporalium à Rege, licet sint ciues sicut laici, tamen à potestate Principum sæcularium sunt exempti *cap. si Imperat. dist. 96. cap. nimis, & ibi* Abbas *de iureiurand.* Ergo vt tales non possunt dici vassalli Regis. Si verò recognoscunt feuda, nec possunt dici vassalli, indecorum enim esset si Summus Pontifex, vel Imperator recognoscerent feuda ab alio Principe; vt illius vassalli dicerentur; sic de cæteris Ecclesiasticis, quia quatenus Deo sacrati, sunt Principibus sæcularibus superiores; ac patres & magistri laicorum censentur, atque quibuscumque laicis præsunt; vt patet ex *c. quis dubitet, dist. 96. cap. solita, de maior. & obed. & cap. si Imperator, dist. 96.* ergo Principibus laicis subiecti esse non debent, *c. cùm inferior, de maior. & obed.* Hucusque Martha, qui alias pro hac sententia adducit rationes. Et si aliquis opinionem eius sequeretur posset dicere multum ad praxim conducere. Nam Doctores quærunt, an Principes laici possint priuilegia personis Ecclesiasticis concessa auferre? & negatiuè respondent communiter, quia priuilegium concessum non subditis, (vt ego probaui *in p. 4. tract. 1. ref. 82.* & docet Baldellus *tom. 1. lib. 5. disp. 35. n. 17.*) non potest ampliùs reuocari.

Quæ hic est inf. Res. 196. signanter in §. Igitur, & seq. & in aliis eius nor.

3. Sed ad hoc respondet Sousa *in Bulla Cœnæ, c. 16. disp. 84. n. 9.* quòd licèt Ecclesiastici non sint subditi sæcularibus Principibus quoad iurisdictionem, sunt tamen eorum vassalli, quod sufficit, vt priuilegium eis concessum reuocari possit, si iusta causa adsit. Sic ille. Verùm fallitur per alias rationes, quas ego alibi adduxi, quibus aliquis posset addere authoritatem Martæ asserentis, vt visum est, Ecclesiasticos non esse vassallos Principis sæcularis.

Alibi supra in Resol. 4. & in aliis eius nor. & in Resol. 24. §. 2.

4. In RESOL. XIX. *pag. 22. in fin. resol.* vbi, *Ecclesiasticos non esse vassallos Principis sæcularis*, deletis iis quæ sequuntur, ponantur ista: Sed quidquid sit de hac opinione, nam Salas *de empt. dub. 9. num. 3.* & alij, asserunt Clericos esse vassallos Regum, ego, vt dixi, ex aliis rationibus sententiam Sousæ reprobandam esse puto.

RESOL. L.

An Reges, vt executores Concilij Tridentini possint compellere Clericos, vt illud obseruent?

Et an Reges, vt executores Concilij possint compellere Clericos ad reparationem Ecclesiarum? Ex part. 4. tract. 1. Resol. 75.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam his diebus quidam Iurisconsultus mordicus sustinebat, & adducebat Bobadillam *in Polit. tom. 1. lib. 2. c. 18. num. 194.* vbi sic ait. [Quando por los Prelados, ò Clericos se haze ò intenta algo contra lo dispuesto por el Concilio Tridentino entonçes el supremo Consejo manda librar prouision real para la execucion, y obseruancia del, y acuerdome auer practicado esto algunas vezes en espeçial siendo corregidor en la ciudad de Soria contra Don Iuan de Castilla Vicario della, queriendo empedir al Maestro Fray Antonio de Quenedo Prior de san Augustin, que no predicasse el dia de los Reyes en la Yglesia de N. Señora la Mayor sobre que se causara escandalo, si yo no assistiera

stiera à que se guardara el decreto del Concilio, que manda, que en las fiestas principales se predique y declare el sancto Euangelio en las Yglesias, y assi se predico.] Ita Bobadilla, & post illum, quod valde miror, Rodriquez *in summ. tom. 2. c. 66. num.* 40. Sed hæc opinio mihi non placet, & illam alibi reprobaui: nam si Reges sunt executores Concilij, id intellgendum est quoad laicos subditos, non autem quoad Ecclesiasticos, in quos nullam habent, nec exercere possunt iurisdictionem. Si igitur in aliquo casu Concilium in eorum Regnis non obseruetur à laicis, compellant obseruari: si autem ab Ecclesiasticis non obseruetur, vt Reges Catholici & zelantes certiorent de hoc Episcopos, Archiepiscopos, Nuntios, & si opus erit scribant ad Summum Pontificem ad hos enim spectat compellere Ecclesiasticos, vt decreta Concilij obseruent, & non ad Reges, de quorum iurisdictione Ecclesiastici exempti sunt; & ideo hanc sententiam tenet Melchior Lotherius *de re benefic. tom. 1. lib. 1. quæst. 11. num.* 81. aduersùs Ceuallos, qui asserebat reges vt executores Concilij Tridentini posse compellere Clericos ad reparationem Ecclesiarum.

Alibi in Resol. quæ hic est sup. 51.

Supra hoc magis late in Res. seq.

RESOL. LI.

An laici Magistratus possint compellere Clericos ad reparationem Ecclesiarum? Ex part. 3. tract. 1. Resolut. 8.

Sup. hoc cũ cod. Ceuallos, & Lother. hic citatis, cursim in fine præcedentis Resol.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docet Ceuallos *tractat. de cognit. per viam violentiæ part. 2. quæst. 99. num.* 12. Bobadilla *in polit. tom. 1. lib. 2. cap.* 18. *num.* 135. vide etiam Pereira *de manu Regia cap.* 18. *num.* 5. Degrassalium *lib. 2. Regalium Franciæ, iure* 6. & alios penes ipsos.

2. Sed negatiuam sententiam omnino tenendam esse puto: quam nouissimè docet doctus Lotherius *tom. 1. de benef. lib. 1. quæst. 11. num.* 81. nam concedo, quòd Ecclesiastici tenentur ad reparationem Ecclesiarum, sed nego ad id posse illos compellere iudices laicos, nam in tali casu si hoc efficerent, alienam exercerent iurisdictionem. Et ita hanc sententiam docet etiam Marta *de iurisd. part. 2. cap.* 48. *num.* 15. Ratiò verò, quam adducit Ceuallos, est (vt optimè notat Lotherius) nimis frigida, nempe Reges esse executores & protectores Concilij Tridentini, nam ex hoc non sequitur posse exercere iurisdictionem in Ecclesiasticos exemptos.

RESOL. LII.

An Iudex laicus possit eijcere à Regno Clericum seditiosum, & perturbantem Rempublicam? Ex part. 4. tract. 1. Res. 81.

Sup. hoc supra in Res. 24. & in Resol. 25. §. Verum. & in Resol. 26. §. Vnde, & infra in Resol. 326. §. 7. & seqq. & in tom. 7. tr. 6. Res. 14.

§. 1. Affirmatiuè respondẽt Doctores quos citat & sequitur Callist. Ramirez *tract. de lege Regia, §. 27. num. 15. in glossa litera G.* quibus adde Franciscum Pradillam *in summa de todas las leges, part. 2. cap. 8. num. 4.* & Bobadillam *in polit. tom. 1. lib. 2. cap.* 18. *num.* 112. vbi sic ait. [Si algun Clerigo fuesse sedicioso, y reboltoso, que turbasse la paz de la Republica, podriale el corregidor mandarle salir de la Iurisdicion por algun tiempo, aunque fuesse Clerigo de Missa, y condenarle en las temporalidades.] Ita ille, & post illum Marius Giurba *consil. crim.* 48. *n.* 16. & Anton. de Ballis *in tract. var. lib. 5. pragm. 1. tit. 10. num.* 44. Vnde Fuschus *de visitatione lib. 2. c. 20. n. 25.* refert quòd Dux de Alcala Regni Neapolitani Prorex, quemdam Equitem Sancti Ioannis Hierosolymitani, qui continuò erat seditiosus, & turbabat ciuitatem, constito de excessibus continuis, mandauit eiici à territorio Regio, sub prætextu quòd Rex possit, vt quem velit, maneat in domo sua. Et ideo Rodriquez *in additionibus ad Bullam Cruc. §. 9. n.* 84. sic ait. [Quando vn Clerigo ordenado de ordenes sagros turba la Republica y paz que ha de tener, en este caso el Rey y su supremo Consejo à cuya cuenta esta la conseruacion desta paz puede castigar al dicho Clerigo echandolo fuera del Reyno.] Ita ille. Sed aduersùs hanc sententiam meritò insurgit Megalius *in 3. part. lib. 3. c. 11. num.* 34. *iuncto num.* 14. quia Clerici, & Ecclesiastici omnes de iure diuino habent vt liberè possint in qualibet mundi parte habitare & Ecclesiastica officia exercere; dixit enim illis Dominus in personam Apostolorum Marc. 16. *Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ*; & vsus Ecclesiæ habet, vt Ecclesiastici omnes, qui voto Religionis non sunt adstricti, cum sola licentia, & literis commendatitijs suorum Ordinatiorum liberè vbique incedant & inhabitent, & ad diuina celebranda, & Sacramenta ministranda admittantur, iuxta decretum sacri Concil. Trident. *sess. 23. capit. 16. de reform.* ergo sicut non potest maritus tanquam paterfamilias expellere è domo vxorem inobedientem, & pernicioſam, ex eo quòd ex matrimoniali vinculo habet illa ius cohabitandi vnà cum marito, ita nec potest Rex tamquam paterfamilias expellere è dominio suo Ecclesiasticos inobedientes & perniciosos, cùm de iure diuino habeant vt libere possint vbilibet habitare.

2. Et præterea in clausula Bullæ Cœnæ excommunicantur quomodolibet mulctantes personas Ecclesiasticas, necnon executores & subexecutores huius banni; ergo ex quacumque causa hoc faciant excommunicatione hac ligantur. Recurrendum est igitur à Regibus & Ministris eorum ad proprios iudices Ecclesiasticorum eueniente casu, & ab illis, qui in eo iurisdictionem exercere possunt; sunt Ecclesiastici in exilium eiiciendi, non quidem simpliciter, sed causa cognita, quia alias iniustitiam committerent condemnando pœna exilij reum non auditum, & circa hoc vide optimam decisionem Friderici Imperator. *in tit. 1. §. si Clericus, de pace tenenda, in vsib. feud.* vbi determinat coram suo Episcopo conueniendum & adducendum esse Clericum pacis violatorem, & ab eodem puniendum. Imò non excusarem ab hac censura Prælatos illos, qui ad instantiam, & requisitionem Principum sæcularium oretenus, & causa non cognita præciperent alicui Ecclesiastico aut illum cogerent, vt è finibus suæ diœcesis discederet, quia talis est Principis voluntas & mea, nam cùm huiusmodi præceptum, seu preces fiant ad instantiam Principis sæcularis, sunt quodammodo executores, maximè quia tunc hoc non faciunt tanquam Episcopi, sed vt priuati, vnde & ipsi excommunicationem incurrerent, vt tenet expressè Marta *de iurisd. part 4. centur. 2. cas. 140. num.* 8. & hæc omnia docet Megalius *loco citato*. Sed circa præsentem quæstionem ne omittas videre sunt me ipsum *in 1. part. tract. 2. resolut. 17. & 3. part. tract. 1. resol. 27.* Vnde non est audiendus nouissimè Franciscus Miranete *in informat. pro iurisdictione Regia. art. 22. fol. 69.* vbi asserit Ecclesiasticos turbatores pacis expelli posse à Regnis: nam in his casibus recurrendum est ad eorum Superiores Ecclesiasticos, vt ego satis firmaui *in locis citatis*.

Quæ hic sit Res. 24. & 26. & in aliis earum prima rum notatio num.

RESOL.

RESOL. LIII.

An personæ Ecclesiasticæ, quæ commiserunt crimen læsæ Maiestatis, per Principes seculares & eorum iudices puniri possint? Ex part. 1. tract. 2. Res. 20. aliàs 19.

§. 1. AFfirmatiuè videtur respondendum ex Constitutione Regni Neapolis de Personis, qua cauetur, quòd si Clericus commiserit aliquod delictum, debet iudicari, & condemnari per suum Episcopum, & non per Iudicem secularem; excepto, si commiserit crimen proditionis contra Regem: & ibi Glossa dicit, si esset crimen læsæ Maiestatis. Deinde in multis partibus vi consuetudinis vigentis Clerici rebelles à Iudice seculari puniuntur. Et hanc opinionem docet etiam nouissimè Callistus Ramirez *in tract. de lege regia*, §. 27. *n.* 11. qui in Glossa *litera D*, citat multos alios.

2. Sed hæc sententia non potest sustineri, & contrarium communiter docent Theologi, & Iurisperiti, vt Vigianius *tract. de immun. Eccl. disp. 2. concl.* 2. Bellettus *in disquis. cler. p. 1. tit. 3.* §. 1. *num.* 4. vbi pro hac sententia citat tredecim doctores. Idem docet Pesantius *tract. de immunit. Eccles. disp.* 13. Zanardus *in direct. Confess. tom. 3. c. 50.* Valenzuela *in defensione cens. Pauli V. part. 4. n.* 70. & ita nouissimè anno 1600. vt notauit Genuensis *in praxi, cap. 72. per totum*, in casu quodam atrocissimæ rebellionis cuiusdam Religiosi, qui aliquas terras Regni Neapolitani in manus Turcarum tradere volebat, declarauit Clemens VIII. nam, cùm Fiscus allegaret, pro tali delicto quendam Clericum Neapolitanum olim fuisse decapitatum dictum fuit malè iudicatum. Et dicta causa fuit à dicto Summo Pontifice commissa Nuncio Neapolitano, dato adiuncto alio Consiliario Clerico; tamen, vt in illo iudicio interueniret, tanquam delegatus à Sede apostolica. Et ideò asserit Genuensis: [Hæc disputatio in hoc Regno finem accepit, vt cognitio talis criminis pertineat ad Ecclesiasticum, nisi causa delegetur à Summo Pontifice, quæ delegatio facta à Clemente VIII. demonstrauit, apud Iudices laicos, circa tale crimen, nullam extare iurisdictionē.] Vnde cautè legendus est Ramirez *vbi suprà*.

3. Ad argumenta in contrarium respondeo, illam Constitutionem nullius fuisse roboris: quia Princeps laicus nullam habet iurisdictionē in Ecclesiasticos; & ideò non potest cōdere legem, quòd Clerici committentes crimen læsæ maiestatis iudicentur à Iudice laico. Ad consuetudinem verò allegatam respondeo, esse corruptelam, nec vis vlla præscriptionis, & longæ consuetudinis ius dare potest Iudici laico: quia in laicū potestas Ecclesiastica cadere non potest, vt *suprà* probatum est. Ergo, &c. Sed circa præsentem quæstionem vide etiam Cabed. *part. 2. dec.* 83.

RESOL. LIV.

An Clericus, qui commisit crimen læsæ Maiestatis sit puniendus à iudice seculari absque præuia degradatione iudicis Ecclesiastici? Ex part. 3. tract. 1. Res. 30.

§. 1. AFfirmatiuè respondent aliqui Iurisconsulti, vnde Ioann. de Heuia *in Curia Philippica p. 3. §. 2. num.* 13. sic asserit. [El Clerigo conspirando contra el Rey, ò contra el Reyno excitando tumultos, y mouiendo gente armada contra su persona, ò stado, puede ser castigado por el Iuez seglar, sin que proceda actual degradacion ni entrego hecho del por el Ecclesiastico, y assi se ha praticado en diuersos Reynos, como los affirma y dize Paris de Puteo, y lo trae Guillermo Benedicto, y dize ser comun proposito.] Ita Heuia.

2. Ego hanc sententiam ex declaratione Clem. VIII. satis impugnaui *in tract. 1. part. 1. immun. Eccl. resol.* 19. vbi plures Doctores adduxi, quibus nunc addo Salzedum *in pract. crim. Bernard. Diaz c.* 119. *litera B.* Azorium *p. 1. lib. 5. c. 13. q. 8. in fine.* Duardum *in Bull. Cœn. lib. 2. can. 15. q. 11. n. 31.* Maynard *de priuileg. Eccl. part. 2. art. 17. num. 6.* & Tamburinum *de iure Abbatum tom. 1. disp. 25. n. 16.*

3. Sed non grauabor hîc apponere quod notat Antonius Bouius *in responsione contra N. p. 4. arg. 10. fol. mihi* 75. vbi sic ait. [Nel 1520. fù fatta in Spagna vna congiura contro l'Imperatore Carlo V. è la Regina sua madre, nella quale erano molti Ecclesiastici. L'Imperatore & la Regina mandar vno fouori vna Pragmatica in Bormez, la quale referisce il Molina Hisp. Primog. lib. 4. c. 11. que si procedesse contra à i coniurati, ma le persona Ecclesiastice remisero à suoi Prelati, & al Papa. In Inghilterra referisce il Cardinal Polo lib. 3. de immunitate Ecclesiæ, che vn certo Sacerdote solleuò il Regno contro Henrico VII. onde ne segui guerra, è morte di migliaia di persone, è pure se ben castigò gli altri complici, Consigno questo Sacerdote da castigare à suoi Giudici Ecclesiastici. E se qualche Re per offesa Maiesta, ò sotto tal protesto ha posto mano nei Sacerdoti, è Prelati di santa Chiesa, ha fatto quello che non potea, è non douea, è gliene stato dato da Dio il castigo con infelice morte & estinsione della casa sua.] Ita Bouius

Quæ hic est Res. antecedens, & late infra in Res. 327. & in tom. 6. tra. 9. Res. 74. §. Quemadmodum. & §. Nec etiam.

RESOL. LV.

An Clericus propter crimen læsæ Maiestatis sit degradandus, & Curiæ seculari tradendus? Ex part. 3. tr. 1. Res. 16.

§. 1. AD quæstionem propositam affirmatiuè respondet Ioannes de Heuia *in Curia Philippica p.* 3. §. à. *n.* 23. qui agit de casu nostro; in terminis. Vide etiam Romanum *consil.* 36. Albertinum *in c. 1. de hæret. lib. 6. q. 11. & 13.* & DD. quos ego ipse citaui *in tr. 1. p. 1. de immun. Eccl. resolut.* 129. asserentes propter grauitatem criminis, etiamsi in iure expressum non sit, Clericum tradendum esse curiæ seculari, quamuis non proponatur incorrigibilis.

2. Sed ibi contrariam sententiam tenui cum multis DD. quibus nunc addo Burbatium *lib. 3. consil. 22.* Curtium *consil.* 154. & nouissimè ex neotericis in terminis casus nostri de crimine læsæ Maiestatis docet etiam hanc sententiam doctus Barbosa *in collect. tom. 4. p. 2. causa 22. q. 5. cap. si quis laicus, n. 2.* vbi *n. 4. & 5.* probat *supradictum c. si quis laicus*, non facere contra nos, neque etiam *cap. si quis sacerdotum 11. q. 1.* & concludit mordicus clericum pro crimine læsæ Maiestatis minimè degradandum esse. Et hoc etiam docuerat antea Ignarius de Salzedo *in practic. crimin. Bernardi Diaz c. 119. litera C.*

* Quæ hic est infra Res. 162. signanter in §. Sed. & seq. & late in Res. 328. §. §. & seq. & in tom. 3. tr. 3. Res. 79. §. Verum, sed lege eam totam, & non pigebit.

RESOL. LVI.

An Ecclesiasticus vsurpans iurisdictionem secularem, aut alia Regalia possit à iudice laico bonis temporalibus priuari?

Et late discutitur, quod Clerici in patrimonialibus eisdem priuilegiis, & exemptionibus gaudent, & contra ea facientes incurrere in censuram Bullæ Cœnæ? Ex part. 4. tract. 1. Res. 77.

§. 1. AFfirm

§.1. AFfirmatiuam sententiam docet Bobadilla *in polit. tom.1. lib.2. cap.18. num.60.* vbi sic ait. [Si los Prelados ò sus Iuezes ò qualesquier otros Eclesiasticos vsurpassen la iurisdicion Real ò otras Regalias,son auidos por estraños destos Reynos,y pierden las temporalidades , en lo qual por el buen gouierno y politicamente, y con consideracion tienen mano los Iuezes seglares.] Sic ille : & ante illum Garsias *de Hispan. nobilit.gloss. 9. num.32.* Borrell. *de præstantia Regis Cathol.cap.71.num.45.* Peguera *in practic.crimin.cap.24.num.7.& seq.* Sesse *de inhibit. cap.8. §.3.num.100.*Olibanus *de iure fisci cap.12.num.3. cum seq.*Bayetola *in allegat. pro iurisd. sancti Officij , art.5. num.127.*Mirauete *in informat. pro iurisdict. Regia art.* 12.Et, quòd magis miror , Laurentius Osorius Canonicus Ecclesiæ Compostell. en su Piña de Rosas *lib.4 in præludio* §.2.& hanc sententiam docent etiam Doctores quos citat & sequitur Callistus Ramirez *tract. de lege Regia* §.27. *num.15. in glossa litera F.* & Franciscus Pradilla *en summa de todas las leyes, part.2. cap.8.num.4.*

Sup. hoc lege §. vlt. huius Ref& alias multas eius not.seq. & signanter supra vide ex Ref. 26.§. Audiam.

2. Sed hæc Megalius *in 3. part. lib.3. cap.11. n.12.* præsumit fieri cum expressa Sedis Apostolicæ licentia, alioquin esset contra libertatem Ecclesiasticam , nam quamuis ex doctrina Innocentij *in cap.cùm olim, el.1.de restit. spoliat.& in cap.dilectus, de pœn.* competat Ordinario iurisdictio in extraneos impedientes suam iurisdictionem, par *cap.1.de offic.delegat.* tamen procedere hoc non potest , quoad ordinarios iudices sæculares contra Prælatos Ecclesiasticos,cùm non liceat inferiori superiorem iudicare & punire. Ita ille , & ante illum docuit hanc sententiam Duardus *in Bulla Cœnæ lib.2. cap. 17. quæs.5.* vbi probat cum Marta *iurisd. par.4. cas.* 101. non esse licitum potestati sæculari,cuius iurisdictio vsurpatur ab Ecclesiasticis,eorum bona ac fructus sequestrare , aut ; quod magis est , occupare , etiamsi bona sint ex patrimonialibus : nam Clerici in patrimonialibus eisdem priuilegiis & exemptionibus gaudent , quibus earum potiuntur personæ. Vide etiam Bonacinam *in Bulla Cœn.disp.1. quæst.18. punct.3. num.12.* vbi docet,quòd iurisdictio sæcularis ab Ecclesiasticis vsurpata non confert ius laicis vsurpandi & occupandi bona Ecclesiasticorum ad seruandam æqualitatem in iudiciis; & ita hanc sententiam docuere aliqui Theologi & Iurisconsulti Hispani , subscripti in quodam voto , quod penes me habeo, sub die 30. Ianuar. an 1614. Cæsaraugustæ, vbi probant non posse iudices laicos occupare temporalitates Ecclesiasticorum. Sic enim asserunt. [No puede este Iuez occupar las temporalidades à los Ecclesiasticos, porque esta prohibido en la Bula] *in Cœna Domini* , ibi , *quive redditus & prouentus ad quascumque personas Ecclesiasticas pertinentes vsurpant. Vsurpare* autem idem est , quod occupare , vt docet Caietanus , & habetur *in Clement. 1. ver. vsurpare , y assi lo entiende* Vgolino *cap.17.* declarando estas palabras de la Bula Cœnæ. Item en la misma Bula se dise,etiam in quauis occasione,sine Romani Pontificis , seu aliorum ad id legitimam authoritatem & facultatem habentium expressa licentia sequestrant , &c. [Luego si este Iuez seglar no puede sequestrar los bienes de los Ecclesiasticos menos podia ocuparlos , porque mas es ocupar , y vsurpar dichos bienes , quæ sequestrarles , y mas haziendolo con authoridad y persona publica , es cierto hauer incurrido en las penas de la Bula *in Cœna Domini.*] Ita,vt dixi,habetur in dicto responso subscripto à Magistro Ioanne de Aldouera,y Monsalue , Magistro Philippo Hernandez, Ludouico Serra , Fray Antonio Bielsa, Magistro Dominico de Altaba, Doctore Ioanne Pardos & Magistro Stephano Bertiz. Et tandem non desinam hîc apponere verba Ioannis Dionysij Portocarrero *in allegat. pro iurisdictione Domin. Inquisitorum n.96.fol.mihi* 61.sic asserentis. [Llegaron declarar al Inquisidor por banito y mandarlo salir del Reyno , y ocupar las temporalidades , como si por semejante procedimiento no se incurriesse en las censuras de la Bula *in Cœna Domini.*] Sic ille. Vide etiam Cochier *in vindic.libert.Eccles.p.1. cap.28.n.8.* & Martam *de iurisdict.cent.2.cas.*101.

Sup. hoc infra in Ref. 70. ad medium, & in Ref. 255. & ex Ref. 256. §. Restat. & in Ref. 257. & in tom. 6. tr.9. Ref. 66. §.Deinde, & in tom.7. tr. 6. Ref. 33. §. 1.in fine, & §. vlt. post medium.

Sup. hoc & seqq. in hoc §, supra ex Ref.26. lege §. Audiant. & seq. sed vide eam per totam, & si placet etiam alias eius primæ not.

3. Et tandem omnia supradicta confirmantur ex authoritate doctissimi Thomæ Sanchez *in opusc.tom. 1.lib.3. cap.vnic.dub.31.num.2.* vbi tanquam certum firmat iudicem sæcularem non solùm non posse procedere contra personam Clerici, sed nec etiam contra res Clerici , quia bona accessoria sunt personæ, quod etiam probauit *lib.1.cap.4. dub.55.n.2. & 31.* Cùm igitur laici non habeat authoritatem in personas Clericorum,quomodo possunt illam habere in eorum bonis, occupando illa, cùm bona, vt dictum est,Clericorum gaudeant priuilegio personæ : vnde *in Clem.1.de vita & honestate Cleric.* habetur, quòd Clerici gaudent priuilegio clericali , non solùm in personis,sed etiam in rebus.

Sup. hoc in Ref. seq. cursim pro. pe finem , & infra in Ref. 61. etiam prope finē, & in Ref. 66.§.2. à lin. 2. & in aliis multis eius annot.

RESOL LVII.

An Clerici in Sacris , vel Beneficiati,qui condigne non puniuntur in foro Ecclesiastico, possint à Rege priuari bonis ab ipso Rege obtentis? Ex part.4.tit.1.Ref.4.

§.1. AFfirmatiuè respondet Pereira *de manu Regia par.1.cap.48.num.3.* & non per viam iurisdictionis , sed per viam œconomicæ gubernationis,vt flagitiosos à se & à sua domo arceat,insurgens in hoc,in fauorem legis Canonicæ , flagitiosis hominibus non sufficienter punitis,illam pœnam addendo,quòd priuentur omnibus bonis,quæ ab ipso Principe habent : vnde sub tali conditione censentur talia bona concessa , sicque adueniente conditione sine vlla iniuria adimuntur.

2. Sed hæc opinio fundata in aliquo priuilegio Pontificio sustinetur , secus verò minimè ; & ad authoritatem Suarez,quem pro se adducit Pereira,respondeo esse disparem rationem in feudo & in aliis criminibus. Deinde cùm certum sit, quòd ex concessione facta Ecclesiæ nihil concedenti censetur reseruatum, quod etiam procedit in dubio , vt docet Barbatia *in cap.verum , de foro compet. num.69.* Felinus,Tuschus, & alij, quos citat Cochier *de libert. Eccles.part.1.cap.31. num.21.* quæro à Pereira , vnde patcat Reges dedisse bona Ecclesiis cum tali conditione?Dicendum est igitur quòd bona concessa Clericis efficiuntur statim Ecclesiastica, & gaudent eodem priuilegio, quo gaudet persona Clerici, vt habetur *in cap.Ecclesia S.Mariæ, de constit.* & asserunt Doctores communiter.Vide Layman *in Theolog. moral.lib.4.tract.9.cap.6. num.8.* vbi probat, bona Clericorum ex titulo spirituali acquisita,esse prorsus immunia à iurisdictione sæculari. Vide etiam Io. Cochier.*de libert.Eccles.p.1.c.18.n.20.*

Sup. hoc in Ref. præterita §. vlt. & infra in Ref. 66.§.2. à lin. 2. & in aliis multis eius primæ not.

RESOL. LVIII.

An iudex laicus possit punire Clericum in defectu iustitiæ Ecclesiasticæ? Ex part.4 tract.1.Ref.80.

§.1. AFfirmatiuam sententiam docet Bobadilla *in polit.tom.1.lib.2.c.18.n.91. in fine.* vbi docet Clericum falsa testificantem coram iudice sæculari

Sup. hoc in duabus Ref. seqq. & sup. in Ref. 16.§. Ad authoritatem.

lari, vel falsam scripturam præsentantem, non posse puniri à iudice laico, nisi in defectum iustitiæ Ecclesiasticæ; & *num.* 93. idem asserit in aliis casibus. Vide etiam Escobar *de ratiocin. cap. 7. num.* 31. Morla *in empor. iur. tit. 2. quæst. 14. num. 4. & 5.* & alios, quos citat & sequitur Menochius *de retin. poss. remed. 3. num. 254.*

2. Sed hæc opinio est falsissima, quia nunquam licitum est iudicibus sæcularibus negligentiam Ecclesiasticorum iudicum supplere, cùm inferiorem habeant iurisdictionem, & ipsis obsequendi maneat necessitas, non auctoritas imperandi; & hoc est expresse definitum *in cap. qualiter, & quando, de iudiciis*, vbi prohibetur omnino, ne ob defectum iustitiæ Clerici trahantur ad tribunalia sæcularium. Vide Martam *part. 4. cent. 2. cas.* 146. & Canonistas communiter, necnon nouissimè Martinum Bonacinam *in Bull. Cœnæ disp. 1. quæst. 15. punct. 4. §. 4. num.* 10. Guazzinum *tract. de defens. reorum tom. 1. defens. 1. cap. 28. num. 9.* Gratianum *in disceptat. forens. tom. 2. cap. 238. num. 72. & seq.* Aluarez *de priuileg. pauperum, quæst. 50. num. 11.* & Suarez contra Regem Angliæ *lib. 4. cap. 14.* nec obstat *cap. filiis 16. quæst. 7.* vbi dicitur quòd si Prælatus sit negligens, implorari posse Regem, nam vt diximus *in 1. part. tr. 2.* resol. 14.* dictum cap. fuit correctum per cap. *qualiter & quando*, vel in illo casu speciali dicitur aditi posse Regem, non tanquam iudicem, sed tanquam protectorem & defensorem, vt roget & moneat Prælatum, & interim bona tueatur, donec Pontifex consuli possit. Ita Bonacina & Suarez *vbi suprà*, & ne prætermittas videre meipsum *part. 3. tract. 1.* resol. 25.*

* Quæ hanc sequitur.

* Quæ hic est Resol.

RESOL. LIX.

Quomodo sit explicandus textus in cap. filiis, & Nepotibus. 17. q. 7. Ex part. 1. tract. 2. Resol. 15. alias 14.

Sup. hæc sup. in Resol. 16. §. ad authoritatem, & in Resol. 45. §. post med. & lege doctrinam Resol. 36. & 40. dummodo §. non vlt.

§. 1. EX intelligentia istius Canonis pendet resolutio quæstionum circa libertatem Ecclesiasticam; & contra illam, aliqui Iurisconsulti istum Canonem audacter, & temerariè adducunt, interpretantes, & putantes, per istum textum negligentiam Episcopi, seu alterius Prælati Ecclesiastici, suppleri posse per Iudicem sæcularem, vt malè sentit Olibanus *de iure fisci, cap. 13. num. 31.* cum Glossa, & aliis.

2. Ideò dictum *cap. filiis, vel nepotibus*, respondeo intelligendum esse in casibus, quibus iurispatronatus collatio, atque institutio ex priuilegio Summi Pontificis spectat ad Regem: & secundùm istum intellectum, qui congruentiùs videtur aptari posse illi litetæ, primò adeundus esset Episcopus; deinde Rex in subsidium. Extra hunc intellectum, credo nullo modo adeundum esse Regem, cùm non liceat apponere manus in messem alienam, & prætextu boni turbare iurisdictionem Ecclesiasticam, & sic incidere in excommunicationem. Ita Martha *de iurisdiction. part. 4. centur. 2. casu 43. num. 4.* & Duardus *in Bulla Cœnæ, lib. 4. consi. 14. quæst. 8. n. 8.* qui adducit alias duas interpretationes, nempe, ex vigore dicti capituli, tunc esse recurrendum ad Regem, pro reparatione Ecclesiæ iurispatronatus, cùm per Ecclesiasticum Iudicem ipsius Rector cogi non potest, vt *in cap. petimus. 11. quæst. 1. & cap. non licuit. disput. 17.* vel cùm Iudex Ecclesiasticus deest; ne propter distantiam ab vrbe Roma, Ecclesia ruat, pendente prouisione facienda per Romanum Pontificem.

Sup. contenta in hoc, & lege in Resol. præterita.

3. Vel secundò respondetur, supradictum capitulum non esse intelligendum, quòd in defectu Ecclesiasticorum, Princeps sæcularis possit causas Ecclesiasticas ad se aduocare; sed, vt moneat Superiorem Ecclesiasticum de neglecta, vel iniquè administrata iustitia, vel vt faciat instantiam alteri Superiori, pro illius Correctione. Ita Christophorus de Anguiano *in tract. de legib. tom. 1. lib. 2. contr. 17. num. 93.* Pesantius *tract. de immuni. Eccles. disp. 2. n. 1.* Alterius *de censuris, tom. 1. disp. 16. lib. 5. cap. 2. fol. mihi 686. col. 2.* qui citat Butrium, Abbatem, Imolam, & Doctores infrà citandos.

ta, & in aliis eius primæ not.

4. Tertiò respondetur, & hæc est vera responsio, hoc ius fuisse sublatum, & abrogatum ab Innocentio III. *in cap. qualiter, & quando, de iudiciis.* Et ita docet Coriolanus *in Bulla Cœn. excommun. 14. fol. 926.* Fillíucius *tom. 1. tract. 16. cap. 10. num. 263.* Bonacina *de legib. disputat. 10. q. 1. punct. 1. §. 1. num. 12.* Salas *de legib. q. 96. tract. 14. disput. 14. tract. 19. num. 109.* Pesantius *de immunit. Eccles. disputat. 16.* Azorius *part. 1. lib. 5. cap. 14. q. 2. ad finem.* Duardus *in Bull. Cœn. lib. 2. can. 14. quæst. 8. num. 8.* Glossa, Ioan. Andreas, Abbas, & alij penes ipsos. Et prædictum *cap. qualiter, & quando.* etiam dicendum est cum Duardo fuisse correctum, & sublatum *cap. si quis cum clerico. & §. si quis autem pecuniaria.*

Sup. hoc sup in fine §. Respondeo. quod Resol. 37.

RESOL. LX.

An negligentia iudicis Ecclesiastici in administranda iustitia possit suppleri per iudicem sæcularem, vel è contra?

Et an iudex Ecclesiasticus possit censuris compellere iudicem sæcularem, vt suo munere fungatur? Ex part. 3. tract. 1. Resol. 25.

§1. AFfirmatiuè respondent aliqui Iurisconsulti, vt Guliel. de Benedictis *in c. Raynutius. ver. & vxorem, dec. 2. n. 31.* Igneus *in l. necessarios §. nō alias, n. 603. ff. ad Syllanianum.* Cassaneus *in consuet. Burgun. rubr. 1. §. 5. n. 61. vers. vndecimò fallit,* & Olibanus *de iure fisci c. 13. n. 31.* qui citat Couarruuiã, & alios, & adducit pro has sententia *cap. filiis, vel nepotibus 16. q. 7.*

Sup. hoc in duab. præcedentibus Resol. & supra in Resol. 16. §. Ad authoritatē. & in Resol. 40. §. vlt.

2. Hæc sententia est falsa, & prorsus reiicienda, & illam refellunt Pesantius *tract. de immun. Eccles. disp. 16.* Bonacina *de legibus 10. q. 2 punct. 1. §. 1, n. 12.* Azorius *part. 1. lib. 5. c. 4. q. 2.* Tamburinus *de iure Abbatum tom. 1. disp. 15. q. 19. n. 22.* Laymam *in theol. mor. lib. 4 tract. 9. c. 4 n. 4.* Anguianus *de legibus tom. 1. lib. 2. contr. 17. n. 84. 85. & 86.* & alij penes ipsos. Dicendum est igitur, quòd etiamsi Prælati fuerint negligentes in imponendis clericis, & causis huiusmodi cognoscēdis, eorum negligentia non obstante non permittitur iudicibus laicis de causis ad Ecclesiam pertinentibus posse iudicare; & ratio est, quia Clerici sunt exempti à laica potestate; *& in cap. qualiter, & quando, de iudiciis, c. si quis clericum, c. placuit. c. Christianus. c. licet ex suscepto, & c. clericum 11. q. 1.* decernitur, & prohibetur ne defectu iustitiæ trahantur ad iudicium sæculare.

3. Sed è contrà, data negligentia iudicis sæcularis potest Ecclesiasticus procedere contra laicos in casibus in quibus alias non posset, Ecclesia enim in quolibet excessu notorio iudicare potest, quādo iudex sæcularis est negligens, vt si requisitus non exigat iustitiã. Immo poterit iudex Ecclesiasticus censuris cōpellere iudicem sæcularem, vt suo munere fungatur, nam ad commune bonum spectat; & ad pacem fidelium, vt ad iudicem Ecclesiasticum possit haberi recursus, saltem eo titulo, vt peccata publica corrigantur. Et ita docent Doctores quos sequitur & citat ad satietatē Barbosa *in collectan. tom. 1. lib. 2. tit. 2. c. 10. num. 2.* Restat modò respondere ad cap. *filiis, vel nepotibus*, de quo nos plura diximus *resol. 14. tract. 1. de immun.* diço nunc breuiter, quòd solùm ibi statuitur,

Quæ hic est Resol. antecedens.

vt

vt Episcopo negligente, vel renuente, ad Regem causa deferatur, non vt ipse Rex causam iudicet, sed vt moneat reuerenter superiorem; vel dicendum est hoc ius fuisse sublatum ab Innocentio III. *in cap. qualiter, & quando de iudiciis.*

RESOL. LXI.

An iudex laicus possit punire Clericum pœna pecuniaria, quia reuerentiæ signa illi non exhibuerit, vel quia coram ipso deliquerit? Ex part. 1. tract. 2. Resol. 26. aliàs 25.

§. 1. Affirmatiuè respondet Pereira *tract. de manu regia, p. 1. c. 7. n. 42.* Bobadilla *in polit. tom. 1. lib. 2. c. 18. n. 89.* vbi sic ait: [Si el Clerigo cometiesse delito, ò desacato contra los ministros de la Iusticia seglar, ò en su presencia, podranle prender para remitirle, porque la jurisdicion real no quede ilusoria, y menospreciada, como quiera que ay algunos Clerigos poco corteses, y otros tan atreuidos, que se precian de no respetar à la Iusticia seglar, y de passar delante del corregidor, ò de su teniente estando en el Tribunal, y fuera del sin hazerles cortesia: loqual hecho de malicia es bien refrenar cuerdamente con alguna multa, y pena pecuniaria.] Ita Bobadillo. Sed contra illum, & meritò insurgit noster Megala *in 3. p. lib. 3. n. 35. cap. 11* aduertendo, priorem casum Bobadillæ habere tantùm locum, quando talis captura esset simpliciter necessaria ad propriam, vel aliorum defensionem: alterum verò casum habere contra se determinationes Bullæ Cœnæ. Et miror equidem, quomodo Bobadilla, & alij sint ita faciles ad condemnandos Clericos in bonis, & pecunia, quasi dicta bona non habeant priuilegium, quod habet Clerici persona, & tamen Canones statuunt, vt exempta persona Clerici non possit in rebus molestari, *cap. vnice, de Cleric. coniug. n. 5.* qui reddit rationem, ne per vnam viam concedatur, quod per aliam denegatur: & ita docet Genuensis *in praxi, c. 8. n. 5.* Layman *in Theol. mor. lib. 4. tract. 9. c. 4. num. 13. & cap. 5. n. 1.* & Carolus de Grassis *de effect. Cleric. effect. 1. num. 13.* Sed ad alia transeamus.

Sup. hoc suprà in Ref. 56. §. vlt. & in Ref. 57. §. vlt. & infra in Ref. 66. §. 2. à lin. 2. & in aliis multis eius not.

RESOL. LXII.

An iudex sæcularis processans occultè Ecclesiasticum in causa criminali, cum intentione postea processum præsentandi Prælato, faciat contra libertatem Ecclesiasticam, & incidat in excommunicationem Bullæ Cœnæ? Ex part. 1, tract. 2. Ref. 53. alias 52.

Sup. hoc in Ref. seq. sed lege etiam doctrinam alterius Ref. not.

§. 1. Negatiuè respondet Graffius *in decis. p. 1. lib. 4. cap. 18. num. 135.* sed iste Author, vt *suprà* notauimus, multa docet, non admittenda in his materiis Ecclesiasticæ libertatis.

2. Et ideò contrarium asserendum est, nempe, in excommunicationem incidere Iudicem sæcularem qui secretò Ecclesiasticos processaret, etiamsi animum haberet præsentandi talem processum Summo Pontifici, vel alij Prælato. Et ita docent Fillucius *tom. 1. tra. 16. cap. 11. num. 312.* & Sousa *in Bulla Cœnæ, cap. 20. disp. 95. concl. 2. n. 3.* qui *num. 2.* hanc sententiam limitat dicendo: [Quando (hæc sunt eius verba) non est aditus ad Prælatum, qui iuridicè se informare possit de facto criminali alicuius Ecclesiastici, & in eo continuatur, & est periculum in mora; potest Iudex sæcularis informationem facere, vt Prælato præsenter, non verò in aliis casibus. Quando verò in aliquo facto criminali Ecclesiastici, & sæculares simul conuenerunt: eatenus Iudex sæcularis poterit circa Ecclesiasticos, testium dicta recipere, quatenus ad id procedendum, contra laicos necessarium fuerit; alias ab hac censura illum non excusarem: sed informationem talem verbaliter, vt Prælato denunciet, non verò iudicialiter accipere existimo non prohiberi hoc loco. [Ita Sousa, quæ sunt valdè notanda à Iudicibus, laicis. Ad argumentum verò, quod adducit Graffius, respondetur, quòd, licet capere informationem propriè, & in rigore loquendo, non sit processare; est tamen quomodolibet in causis Ecclesiasticorum criminalibus se intromittere; quod est contra libertatem Ecclesiasticam, & sufficit ad incurrendam excommunicationem.

RESOL. LXIII.

An iudex laicus incidat in censuram Bullæ Cœnæ, si occultè processat Clericum, animo præsentandi processum Summo Pontifici, vel iudici Ecclesiastico? Ex part. 3. tract. 1. Ref. 52.

§. 1. *In tr. 1. de immun. Eccles. resol. 52.* pro negatiua sententia adduxi Graffium, cui nunc addo & Duardum *in Bull. Cœn. can. 15. q. 5. n. 2.* quia absque citatione nō dicitur quis processare, sed iudex laicus qui occultè processat clericum, illum non citat. Ergo &c.

Quæ hic est Ref. antecedens, sed vide infra ex Ref. 296. doctrinam §. vlt.

2. At his non obstantibus ego puto in dictam excommunicationem incidere iudicem sæcularem, qui secretò Ecclesiasticos processaret, etiamsi animum haberet talem processum Summo Pontifici, vel alij Prælato præsentandi. Et ita hanc sententiam docet nouissimè Bonacina *in Bull. Cœn. tom. 3. disp. 1. q. 20. punct. 1. n. 7.* quia intentio præsentandi processum iudici Ecclesiastico non confert iurisdictionem ad informationem contra Ecclesiasticos accipiendam. Nota tamen quòd Riccius *in praxi tom. 4. resol. 460. n. 5.* tenet primam opinionem, quando non esset aditus ad Prælatum, qui iuridicè se informare posset de facto criminali alicuius Ecclesiastici, & in eo continuaret, & esset periculum in mora. Sed ego non puto recedendum esse à nostra sententia, quia tales casus sunt metaphysici, & moraliter vix possunt accidere.

RESOL. LXIV.

An index laicus ex consuetudine possit iudicare in criminalibus Clericos in Minoribus constitutos?
Et quid etiam de constitutis in prima Tonsura?
Et an in Hispania Clerici Minores non gaudeant exemptione gabellarum ex consuetudine?
Et an Episcopi non possint publicare edictum vt Clerici in Minoribus debeant assumere sacros ordines, sub pœna priuationis habitus?
Et an ita declarauerit Sacra Congregatio? Ex part. 4. tract. 1. Ref. 10.

Quamvis non satis clare sup. hac prima difficultate huius tituli, lege tamen supra doctrinam Ref. 44. & infra Ref. 316. §. 6. Procedit. & signanter in fine.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docet Pereira *de manu Regia part. 2. cap. 77. num. 2.* vbi sic ait: Circa Clericos in minoribus potest iudex sæcularis iurisdictionem in criminalibus acquirere ex consuetudine. Ita ille, & hoc etiam docet *in c. 26. num. 10.*

Sup. hoc infra ex doctrina Ref. 139. signanter prope fin.

2. Sed hæc opinio est contra sacros Canones, per quos apparet Clericos in minoribus, etiam in prima tonsura, constitutos, integrè & plenè gaudere priuilegio clericali, sicuti Clericos in Sacris constitutos, vt patet *in cap. 2. de foro compet. & in cap. cùm non ab homine, de iudicijs*, ibi, *Clericos cuiuscumque Ordinis.* & iterum

Sup. hoc ibidem ante medium §. 2. not. præteritæ.

iterum, *Clericos in quocunque Ordine constitutos*; & ratio est clara, nam priuilegium fori, in criminalibus etiam, vt est à iure diuino, ita gaudent Clerici in Sacris constituti, ac Clerici in minoribus vt probat Suarez contra Regem Angliæ *lib.4. cap.10.per totum.* ergo sicuti iudex laicus ex consuetudine non potest in criminalibus cognoscere Clericos in Sacris, ita etiam non potest cognoscere Clericos in minoribus. Vnde idem Suarez *loco cit. cap.26. num.16.* licèt asserat in Hispania Clericos minores non gaudere exemptione gabellarum ex consuetudine; tamen addit, vt hoc licitũ sit, oportet vt constet talem consuetudinem esse à Pontifice approbatam, alioquin illam reprobat: vnde si sola consuetudo, sine approbatione Summi Pontificis, non valet contra Clericos; quoad exemptionem gabellarum, quanto magis non valebit contra Pereiram quoad priuilegium fori in criminalibus, vnde *in cap. Clerici, de iudiciis* dicitur; cùm Canones generaliter tradant, vt de omni crimine Clericus debeat coram Ecclesiastico iudice conueniri, non debet in hac parte Canonibus ex aliqua consuetudine præiudicium generari & *in cap. cùm terra, de electione*, damnatur quædam consuetudo, quia in grauamen & perniciem Ecclesiasticæ libertatis redundabat; & idem docet *cap. ad nostram; & cap. cùm inter, de consuet.* vt notat *glossa vltima in dicto cap. Clerici, de iudiciis.* Vide etiam *Authent. Cassa; C. de sacrosanct. Eccles.* & ideo Honorius III. *in cap. nouerit, de sentent. excommunic.* excommunicat omnes, qui consuetudines introductas contra Ecclesiasticam libertatem seruari fecerint; & ita tenent DD. quos citaui *in part. 1. tract. 2. resol. 4.* quibus nunc addo Vigianium *de immun. Eccles. disp.2. conclus.4.* & Antonium Bouium *in respons. pro cens. Pauli V. part.5. ad argum.11. fol.79.* vbi sic ait. (In questa materia d'immunita Ecclesiastica i sacri Canoni hanno reprobata ogni contratia consuetudine, come il Lateranense alla sess.10. & tutti i sommi Pontefici nella Bolla Cœna Domini, e percio non valere alcuna consuetudine contra la liberta Ecclesiastica dicono i Dottori con la Glosa sopra *il cap. Clerici, de iudiciis.* E Tiberio Deciano *lib.4. cap.9. num.10. & seq.* proua questa verita, e vi pone molte estensioni; e tra l'altre che non vaglia tal consuetudine, anchor che il Papa l'hauesse saputo, & non hauesse detto cosa alcuna.] Ita ille, quæ quidem vltima verba sunt multum notanda: & hanc opinionem in terminis firmat Io. Franciscus Fagnanus *in respons. pro cens. Pauli V. fol.117. & 118.* ex Concil. Tridentino *cap.6. sess.23. juncto cap.20. sess.25.* & ex aliis rationibus, & in terminis etiam contra Pereiram docet hanc sententiam Duardus *in Bull. Cœn. lib.2. can.19. quæst.8. n.1. & seq.* Notandum est etiam hic obiter, Episcopum non posse publicare edictum, vt Clerici in minoribus debeant assumere sacros Ordines sub pœna priuationis habitus. Ita declarauit sacra Congregatio *in una Mazarien. die 14. Decembris* 1630. teste Sellio *in select. Canon. cap.19. num.4.* & Barbosa *in Collect. Doctorum super Concil. Trident. sess. 23. cap. 7. num.4.*

Sup. hanc ibidem 2. paulo post initium, & signanter infra in Resol. 19. & 160.

Quæ hic est supra Resol. 9. & in aliis citatis primæ, & secundæ annot.

RESOL. LXV.

An iudex laicus possit punire Clericum assassinum notorium?

Idem est dicendum de Clerico incorrigibili aut sodomita notorio. Ex part. 1. tract.2. Resol. 52. alias 51.

Sup. hoc inf. in Resol.328. §.1. Hæc & §.9. & seq.

AFfirmatiuè respondet Iacob. de Graff. *in suis decis. p.1. lib. 4. c. 18. n.15.* sed iste Author *in suis Commentariis super Bullam Cœn.* latas opiniones docet aduersùs Ecclesiasticam immunitatem. Et ideò contrariam sententiam docet Bonacina *de legibus disp.10. q.2. punct.1. §.4. n.8.* Ambrosinus *de immun. Eccles. c.17. n.10.* Duardus *in Bulla Cœn. lib.2. can.15. q.11. n.63.* Martha *de iurisd. p.4. cent.2. cas.129. n.17.* Mastrillus *tom.3. decis. 288. n.28.* Bellettus *in disquis. cler. p.1. tit.3. §.7. n.6.* Marius Antonius *lib.3. resol.2. n.9.* Salzedus *in pract. crim. Diaz. c.98. lit. B.* Ceuallos *tr. de cognit. per viam violen. p.2. q.102. n.6. & q.87. n.4.* Megala *in 3. p. lib.3. c.10. q.4. n.35.* & alij: quicquid in contrarium asserant aliqui Iurisperiti, vt noster D. Carolus de Grassis *de effect. Cler. eff.1. n.668.* & Petrus de Cenedo *in collect.37. n.11.* & alij penes ipsos, quorum sententiam, sed immeritò, probabilem vocat Gambac. *de immun. Eccl. lib.7. c.14. n.13.* & illum sequitur Molina *tom.4. tract.3. disp.25. n.6. & disp.49. n.20.*

2. Dico igitur contra Graffium, & supradictos Iuristas, Clericum assassinij reum non subiici potestati sæculari, nisi post sententiam criminis declaratoriam, quam ferre debet Iudex Ecclesiasticus: & Iudicem sæcularem aliter facientem, certum est in excommunicationem Bullæ Cœnæ incurrere. Et idem dicendũ est * de Clerico incorrigibili: nam non amittit priuilegium fori absque alia declaratione, & depositione; sed requiritur sententia Iudicis Ecclesiastici, qui illum brachio sæculari tradat. Et hoc habetur *in c. cùm non ab homine, de iudiciis.* Et ita docet Suarez *de censuris, disp.22. sect.1. n.9.* Coninch. *de Sacram. disp.14. dub.15. n.19.* Saytus *de cens. lib.3. c.19. n.5.* & alij apud Ambrosinum *de immunit. c.17. n.28.* & habetur expressè in quadam Bulla Clemen. VIII. dat. Rom. 18. Decembr. 1591.

* Sup. hoc infrà in Resol. 328. §.4. Secũdus. ad medium, vers. Sed magis. Sed lege eã à principio, & alias eius primæ annot.

3. Hoc etiam militat, & idem dicendum est, in Clerico sodomita notorio: quia illum non potest punire Iudex laicus, nisi præcedat declaratio Iudicis Ecclesiastici, quicquid in contrarium asserat Garsias *de nobil. gloss.9. n.19.* vbi cautè legendus est: nam in illa Glossa multas opiniones affert contra immunitatem Ecclesiasticam. Sed nostram sententiam tenet, & docet Duardus *in Bull. Cœn. lib.2. can.15. q.11. n.61.* Ceuallos *tract. de cognit. per viam violentia, p.2. quæst.97. n.4.* Martha *de iurisd. par.2. cap.16. num.4.* Bobadilla *in polit. tom.1. lib.2. c.18. n.59.* Magala *in 3. par. lib.3. c.11. n.11.* & iterum Ceuallos *vbi supra, q.43. n.6.* vbi sic asserit: [Hoc vidimus in facti contingentia in quodam Clerico alienigena, qui in Mãtua Carpentana non solùm committebat agens; & patiens, illud nefandum sodomiæ crimen; sed etiam contrahebat matrimonia inter masculos, mutato ordine naturæ. Et licèt illud delictum fuerit grauissimum; & nunquam auditum; Clericus tamen ille, post degradationem, fuit traditus Curiæ sæculari.] Ita Ille.

Sup. contento in hoc §. vlt. infrà ex doctrina Resol.328. §.1. & 2.

RESOL. LXVI.

An Clericus falsum testimonium dicens coram iudice laico ab eo puniri possit?

Et an vero ad effectum repellendi Clericum à testimonio, possit iudex laicus per viam exemptionis cognoscere de crimine Clerici? Ex part. 1. tract.2. Resol.110. alias 109.

Sup. hoc in Resol. seq. §.1. & infra in Resol. 111. in fine, & in alio §. earum notatio. num.

§.1. AFfirmatiuam sententiam docet, circa eius bona, non autem circa personã, Guillelmus Benedictus *in c. Raymutius, vers. & vxorem, decis. 2. n.142.* Chassaneus *in consuet. Burgundiæ, rub.1. §.5. n.81.* Francis. Marc. *p.1. decis. 215. n.1.* Lancellot.

de attentat.p.2.cap.15.n.97. & ex veteribus Angelus *in l.quoties,in fine, C. de indiciis,*& Federicus de Senis *conf.*88.& alij quos retulit Iulius Clar.*in pract.crim. quæst.*38.*num.*14. & Anguiano *vbi infrà , lib.3.contr.22,num.*7.

Sup. his bonis in duab. Resſ.præteritæ adnot. & sup.in Reſo. 56.§.vlt.& in Resſ.57.§.vlt. ad med.& in Resſ.61.prope fin.& infr.in Resſ.68. §.vlt. & in Resſ.70. & 97.§.1.prope fin. & in Resſ. 111. §.2. paulo post initium , & in Resſ. 131.§. vlt.& in Resol.268.§.Ade.& seq. & inferius in tt.3.Resſ.15.§. 2. post med. v. ideoque

2. Sed absolutè dicendum est, neque in persona, neque in bonis , in tali casu posse Iudicem sæcularem Clericum punire : & ita docet Ceuallos *in tract.de cognit.per viam violent. p.2. q.* 67. Afflictus *decis.*230.Guttierrez *pract.qq.lib.*1.*q.*24 *vers.sic quæro.* Fachineus *lib.9.controuers.cap.*27. Salzedo *in pract.criminal.Bernard.Diaz , cap.* 63. & ex nostris P. Duardus *in suis comment.in Bull.Cœn.lib.2.can.*15.*quæst.*11. *n.*34. Nullus enim Clericus puniri potest à Iudice laico *ex cap.si diligenti.de foro competenti,c.*1. *de Clericis coning.& ex authent. statuimus. C.de Episcop. & Cler.*

3. An verò ad effectum repellendi Clericum à testimonio , possit Iudex laicus per viam exceptionis cognoscere de crimine Clerici , negat Hostiensis *in cap.verum.de foro compet.&* Ioann.Andr.*in cap. at si Clerici. in princ.n.*21.sed affirmat. Guttier. *pract. q.*24.*n.*2. Iulius Clar. §.*vlt.q.*38. *n.*14. & alij, quos citat , & sequitur Christophor. Anguiano *in tract. de legib.tom.*1.*lib.*3.*contr.*28. *num.*11.

RESOL LXVII.

An laicus deponens falsum coram iudice Ecclesiastico possit ab eo puniri ?

Et quid è contra , si Clericus deponat falsum apud iudicem secularem ? Ex part.3. tract.1. Resſ.60.

Sup. hoc in Resſ.præterita, & infrà in Resſ.111.in fin.& in Resol.268.§. Vnde.

§. 1. Videtur prima facie quo ad primum negatiuè respondendum ; quia si clericus deponat falsum coram iudice Laico , non potest ab eo puniri , neque etiam in bonis,vt de communi testantur, Ceuallos *tract.de cognit per viam violentiæ p.2.q.*74.*n.*7.Guttierrez *pract. qq.lib.*1.*quæst.*24.Cabedo *decis.*87. Fachineus *lib.9. contr.c.*27. Layman. *in Theol.mor.lib.*4.*tract.*9.*cap.*4. *num.*9. & alij. Si igitur iudex sæcularis non potest procedere contra clericum periurum , qui coram eo deposuit falsum,neque poterit Ecclesiasticus contra laicum;adde quòd testis falsus efficitur de iurisdictione illius iudicis, coram quo deposuit.

Alibi in tribus Resſ.not. præteritæ & infrà in Resſ. seq.§.vlt.&c.

2. His tamen non obstantibus affirmatiua sententia vera est , quam tuetur Couar. *pract.qq.c.*12. *n.*8. Afflictus *decis.*219. Capella Tholosana *dec.*379. Franchus *decis.*149. & alij:ratio discriminis est, quia iudex Ecclesiasticus habet iurisdictionem in laicum ratione periurij , & sic potest contra eum procedere; at verò iudex sæcularis non habet iurisdictionem contra clericum , qui coram eo testimonium falsum dixit , & per consequens non poterit eum punire, neque etiam in bonis , vt alibi contra aliquos Doctores Gallos diximus.

3. Sed vt clericus de falsa depositione facta coram laico possit puniri per suum iudicem competentem, extat pulchra quæstio apud Aloysium Riccium *part. 4.decis.*81.*per totam,*lege illum , & non pigebit.

RESOL LXVIII.

An Princeps sæcularis possit punire Clericum delinquentem , ratione Officij sibi ab ipsomet Principe concessi ?

Et explanatur quod non solum persona Clericorum , sed eorum bona sint exempta à iurisdictione laicali. Ex part.1.tract.2.Resſ.19. aliàs 18.

Sup. hoc infrà in Resſ. 171.§.2. in fin.& in to. 6.tr.9.Resſ. 76.§. Sic etiã & §. Nec obstat. Et Sup. sequentibus à Versſ. Quando algun. huius §.1 in Resſ. seq. & in alio §.eius not.1.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docet Borell. *de præst.Reg.cath.c.*71.*n.*34. Anguiano *de leg. lib.*2.*contr.*21.*n.*58. *&* 59. Suarez *contra Regem Angliæ , lib.*4.*c.*34.*n.*26. Layman.*in Theol.mor. lib.*4.*tr.*9. *cap.*4.*num.*3. Cenedo *in collect. iur.can.p.*1. *collect.*37. *n.*16. qui citat Doctores. Idem docet Bobadilla *in Polit. tom.*1. *lib.*2.*c.*18.*n.*99.& Ceuallos *tr.de cogn.per viam violentiæ,p.*2.*q.*65.*n.*14. vbi sic asserit : [Quando algun Ecclesiastico delinque en el oficio,que tomò come si es Medico , Boticario,ò Abogado,ò tutor , ò curador de algun memor,ò tiene ofiico de su Magestad Præsidente de hazienda,ò Consejero,y delinque en el,ò vende el Clerigo con medidas falsas su mercaderia , y en otros casos semejantes, porque entonces , ratione officij potest puniri in bonis, & Iudex sæcularis est competens. Ita Ceuallos,qui citat multos alios.

2. Sed contrarium asserendum est : & ita docent communiter Theologi , vt Megala *in 3. p.lib.*3. *c.*11. *num.*26. *&* 36. Bonac. *de leg.disp.*10.*q.*2.*punct.*1.§.2. *n.*24. Ambrosin. *de immun.Eccl.c.*20. *n.*54. Duardus *in Bull.Cœn. lib.*2.*can.*15.*q.*21.*n.*273. vbi sic ait:[Clericus trahi non potest ad forum sæculare etiam ratione officij sibi concessi à Principe sæculari , si in eo delinquat , nec etiam ratione cuiuscunque artificij , si quam artem exerceat, quæ Consules habeat, ac Primates,apud quos illius artificij iurisdictio residеat.] Ita ille. Et hanc sententiam docet etiam Erasmus Cochier *de iurisdict.tom.*2.*p.*3.*q.vlt.n.*1.*&* 2. Zanardus *in direct.Confess.tom.*3.*c.*50.*fol.*285.*in fin.* D. Carolus de Grassis *de effect.Cler.eff.*1.*n.*81. asserens in hoc regno ita fuisse obseruatum in causa cuiusdam Equitis Hierosolymitani , qui officium Capitaneatus exercuit in Ciuitate Calatagironis , & alia vice in Patrimonio.

Sup. hoc in duabus primis. Resſ. annot. primæ huius Resſ. & in eisdem §§. Et sup. bonis contentis in lin.2. huius §.vlt. suprà in Resſ. 66. & in multis aliis eius vlt. notat.

3. Nec valet dicere , quod non punitur in persona, sed in bonis: quia respondeo,quòd non solùm personæ Clericorum, sed eorum bona sunt exempta à iurisdictione laicali,& ideò idem Duardus *n.*31.inuehitur in quosdam Iudices,qui puniunt Clericos pœna pecuniaria , & pro pœna corporali eos ad Episcopos remittunt : quia dicta bona Clericorum sequuntur priuilegium personæ , vt idem notauit *n.*52.Genuensis *in praxi,c.*8.*n.*5.Sousa *in Bulla Cœnæ, c.*20.*disp.*95.*n.*4.& ideò Abbas *in c.qualiter.de iudiciis n.*8. ita asseruit : [Certum est,quòd si persona exempta est : ergo etiam res.] Vnde nostram sententiam docet Iurisconsultus Martha *de iurisd.p.*4.*cont.*2.*cas.* 127.*n.*5. Vide etiam Riccium *in praxi tom.*2.*resol.*413. *num.*2.& Barbosam *in collect.tom.*1. *lib.*3. *lib.*3.*tit.*50. *cap.*2.*n.*4.Francisc. Marc.*part.*3.*decis.*479.*num.*4.*&* 5. Caballum *resol.crim.cas.*64. & alios.

RESOL. LXIX.

An iudex laicus possit punire Clericum delinquentem in officio sæculari ? Ex part.4.tract.1.Resſ.39.

§. 1. Affirmatiuè respondet Pereira *de manu Regia part.*2.*cap.*48.*num.*4. vbi asserit, quòd Clericus delinquens in officio à Principe punitur, idem docet Escobar *tract.de ratiocin. cap.*7.*num.*7. & alij, quos ego adduxi *in p.*1.*tr.*2.*res.*16.

Quæ hic est Resſ. antecedens & infrà in Resſ. 111. §. 2. ad medium.

2. Sed ego ibi cum multis Doctoribus contrariam sententiam docui,quam nouissimè, me citato, tenet Paulus Squillante *de priuil.Cler.c.*7.*dub.*3.*n.*87 & iterum Bonacina *in Bull. Cœn.disp.*1. *quæst.* 16. *punct.*5.

punct. 5. num. 17. vbi sic ait. Nota iudicem laicum vinculo excommunicationis irretiri, trahendo Clericum ad suum tribunal, etiamsi eum trahere intendat prætextu officiorum sæcularium, quæ Clericus exercet. Ratio est, tum, quia Bulla vniuersaliter loquitur, & solùm excipit casus in iure expressos: exceptio autem firmat regulam in casibus non exceptis; tum quia licèt Clericus nequeat officia sæcularia sine Superioris dispensatione suscipere: *cap. Sacerdos, ne Cleric. vel monach.* nihilominus priuilegium clericale retinet, & exemptus est à laica potestate, ex *cap. final. de vita & honestate Clericorum.* Quamobrem Clericus qui officium tutoris, vel curatoris, vel administratoris bonorum exercuit, & in eo deliquit, non potest in iudicium à laico ad reddendam rationem vocari; quamuis enim delinquat assumendo huiusmodi officium, non tamen amittit fori priuilegium. Ita Bonacina. Quod procedit, etiam si in tali casu Clericus puniretur à iudice sæculari pœna pecuniaria, vt præter alios nouissimè tenet Sanchez *in consiliis tom. 1. lib. 3. cap. vnico, dub. 21. num. 11.*

Sup. hoc supra in Ref. 68. & in multis aliis eius tit. not.

3. Notandum est etiam, quòd stando in prima sententia, illa limitanda venit, vt si ibi compilato processu apparuerit Clericus ipse debitor, & in officio deliquisse, sint iudicis sæcularis partes, non illum ad soluendum condemnare, sed simpliciter declarare quantitatem, in qua debitor apparet; qua declaratione facta adeundus est iudex Ecclesiasticus pro illius exequutione; & ita docet Antonius de Marinis *quotidian. resol. cap. 53. num. 15.* nam, vt sæpiùs dictum & probatum est, exequutio sententiæ contra Clericum in casibus permissis; non ad ipsum iudicem laicum, sed ad Ecclesiasticum spectat.

Sup. hoc infra in Ref. 83. & in aliis eius num.

RESOL. LXX.

An Clericus possit se subiicere iurisdictioni Regali quoad bona patrimonialia? Ex part. 3. tract. 1. Res. 29.

Sup. diffic. huius tituli in num. 6. tr. vers. lata doctrina Ref. 68. §. Deinde, post medium. Sup. hoc supra in Ref. 56. paulo post initium, & in aliis eius not. prim. & sec. cauda. Quæ hic est limit. Ref. 5. in.

§. 1. HOc cogitandum relinquit Azeuedus *recopil. lib. 4. tit. 1. leg. 11. num. 16.* Sed tu absolutè, & sine vlla hæsitatione negatiuam sententiam tene, nam bona patrimonialia clericorum gaudent priuilegio exemptionis, vt latè probat Barbosa *in collect. tom. 1. lib. 3. tit. 49. c. 4. n. 3.* & Layman *in Theol. mor. lib. 4. tract. 9. c. 6. n. 9.* & ego *in tr. de Parlamento resol. 22.* Sed Clerici non possunt exemptioni priuilegij renuntiare, vt ego ipse satis probaui *tr. 2. p. 1. de immun. Eccl. resol. 3.* Ergo, &c.

RESOL. LXXI.

An Clericus possit se subiicere iudici sæculari, vt arbitro? Et in dicto casu, si Clericus nolit stare sententiæ, an iudex laicus non possit illum per se cogere? Ex part. 1. tract. 2. Res. 107. aliàs 106.

Sup. in Ref. quæ hic est supra 5. &c.

§. 1. DIximus *suprà*, Clericos non posse exemptioni renunciare, vt à Iudice possint validè iudicari, etiam in ciuilibus, vt patet *ex cap. 41. inolita. 11. q. 1. & cap. placuit. 42. ibidem, & cap. si diligenti. 12. extrà, de foro compet.*

2. At, his non obstantibus, potest Clericus in ciuilibus se subiicere Iudici sæculari, vt arbitro. Sed in tali casu notandum est, quòd si dictus Clericus nolit stare sententiæ, non potest Iudex laicus illum per se cogere. Et ita docet Lessius *lib. 2. c. 29. dub. 6. n. 52.* & nouissimè post illum Adamus Tanner. *num. 2. 2. D. Tho. disp. 4. quæst. 4. dub. 1. n. 29.* & alij.

Sup. hoc infrà in Ref. 82. & in aliis eius non

RESOL. LXXII.

An iudex laicus possit compellere Clericum ad restituendum depositum, quoties se obligauit restituere in tribunali iudicis sæcularis? Ex part. 1. tract. 2. Res. 22. aliàs 21.

Sup. hoc infra in Ref. 80. §. 1. cursim ad medium, & magis latè in Ref. 82. §. 2. ad medium, & ex doctrina Ref. 81. & in aliis eius not. & in tom. 6. tr. 9. Res. 74. §. Eodem modo. & §. Nec sustineri.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docent non pauci Iurisconsulti, vGutierez de *de tutelis, p. 3. cap. 1. n. 9.* Ioann. de Hevia *in Curia Philippica, part. 1. §. 5. n. 24.* Salgado *de protectione regia, tom. 2. part. 4. cap. 14. n. 105.* Borrellus *de præstan. Regis Cathol. c. 71. n. 240.* Mexia *in pragmatic. taxæ panis, conclus. 5. n. 35.* cum aliis citatis à D. Carolo de Grassis *de effect. Cler. effect. 1. num. 855.* & nouissimè Bobadilla *in polit. tom. 1. lib. 2. c. 28. n. 130.* vbi sic ait: [Si el Clerigo fuesse depositario de alguna cosa de voluntad de la parte, ò por mandado del Iuez seglar, podrà ser compelido por el à la restitucion del deposito, no por tela, y orden de juyzio, ni por pena criminal, si no executiuamente por toma de biene.] Ita ille.

2. Sed hæc sententia non admittitur à sapientissimo Iurisconsulto Surdo *lib. 3. cons. 396. n. 33.* Belletto *in disquis. p. 1. tit. 3. n. 37.* Bonacina *de legibus. disp. 10. quæst. 2. punct. 1. §. 1. num. 26.* Ambrosino *de immunit. Eccles. cap. 20. num. 53.* & à nostro P. Duardo *in Bulla Cœnæ, lib. 2. canon. 15. quæst. 11. n. 36.* vbi docet, Clericos deputatos depositarios, non posse per Iudices laicos compelli ad restitutionem depositi, vel sequestri. Et Iurisconsulti, Ceuallos *tract. de cognitione per viam violentia. p. 2. quæst. 76. num. 16.* & Martha *de iurisd. p. 4. cent. 2. cas. 104. num. 9.* admittunt, sententiam contrariam Bobadillæ, & aliorum, quoad cognitionem non autem quoad executionem; & ideò putant, posse Iudicem laicum declarare Clericum debere depositum restituere; sed non posse executionem huius sententiæ, ad restituendum depositum, contra Clericum exercere; sed hoc à Iudice Ecclesiastico faciendum esse affirmant,

Sup. hoc signanter in Res. 3. not. præteritæ, & in aliis eius not.

RESOL. LXXIII.

An Clericus possit reconueniri coram iudice laico de re quæ non habet connexitatem cum petitione?

Et notatur in multis aliis casibus Clericum coram iudice laico reconueniri non posse.

Etiamque docetur, licet quòd Clericus possit à laico reconueniri, & teneatur stare sententiæ, nihilominus sequuta sententia, non poterit à laico iudice cogi ad soluendum. Ex part. 4. tract. 1. Res. 65.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam defendere videtur Vinius *decis. 49. num. 6. tom. 1.* sed contrarium omnino tenendum est, per ea quæ asserunt Antonius Ripol *de iurisd. omn. iudic. cap. 1. num. 125.* & Antonius Thesaurus *lib. 1. quæst. forens. quæst. 98.* Vnde si Clericus petat à laico centum ex causa mutui, & ille reconueniat Clericum, & petat commodatum hoc casu cùm diuersæ sint causæ, diuidendæ erunt, & Clericus ratione reconuentionis erit ad iudicem Ecclesiasticum remittendus.

2. Notandum est hîc obiter etiam in multis aliis casibus Clericum coram iudice laico reconueniri non posse, nempe si reconuentio oriatur ex causa criminali, etiamsi ciuiliter fuerit intentata, vel si sit reconuentio de re spirituali, vel connexa spirituali, vel propter quam Clericus possit incarcerari, vel si his contra Clericum fuerit affectatè procurata

per laicum sub spe & intentione reconueniendi Clericum. Vide citatos Doctores.

3. Notandum est etiam secundò quòd licèt Clericus possit à laico reconueniri, tamen ista reconuentio debet fieri in principio litis, vel statim post contestationem litis, cùm enim causæ conuentionis & reconuentionis simul tractandæ sint, necesse est reconuentionem fieri ante litis contestationem, vel in ipsa cõtestatione, vel statim post litis contestationem. Ita Bonacina *vbi infrà*, cum multis aliis contra Carolum de Grassis *effect. 1. num. 763.* & alios.

Sup. hoc infrà in Resf. 83. & in aliis eius nor.

4. Notandum est etiam tertiò quòd licet Clericus possit à laico reconueniri, & teneatur stare sententiæ, nihilominus secuta sententia non poterit à laicò iudice cogi ad soluendum, quia coactio supponit iurisdictionem; iudex autem laicus non habet iurisdictionem in Clericum præcisa occasione reconuentionis, ergo, &c. & ita docet Bonacina *in Bull. Cœn. disp. 1. q. 16. sect. 1. punct. 4. §. 6. n. 8.* & alij penes ipsum, quibus adde Duardum *in Bull. Cœn. lib. 2. can. 15. q. 11. n. 66.*

RESOL. LXXIV.

An Clericus sit conueniendus in Curia seculari pro debitis Regalibus? Ex part. 4. tract. 1. Resf. 66.

Hæc Resf. citatur suprà in Resf. 2. in §. Sed dicet. ad lin. 11. & in Resf. 37. in §. Ad tertiũ. ad lin. 7. quãvis videatur non facere ad rem.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Antonius Ripol *de iurisdict. omn. iudic. cap. 1. n. 17. & 182.* vbi sic ait: Clericus ratione solutionis census qui Domino Regi est soluendus conuenitur in curia sæculari, & non obstante quòd firmauerit ius in curia Ecclesiastica, solet declarari non esse locum firmæ iuris in dicta curia Ecclesiastica factæ, & non solùm Dominus Rex attrahit ad suum forum personas Ecclesiasticas quæ sibi solunt annuas præstationes & debita, verùm etiam & arrendatores iurium Regiorum habent eamdem prærogatiuam trahendi personas Ecclesiasticas ad iudicium sæculare. Ita ille, & alij.

2. Sed ego inuenio apud sacros Canones simpliciter & absolutè Clericos etiam in causis ciuilibus exemptos esse à iudice sæculari in quocumque negotio, & ideò *in cap. nullus Clericus 11. quæst. 1.* dicitur, Omne negotium Clericorum in Episcopi sui, &c. Ergo si Summus Pontifex asserit, quòd omne negotium Clerici agendum est coram Episcopo, agendum erit coram illo etiam negotium Clerici debitoris Regis; & in Concil. Trident. *sess. 24. de reformat. cap. 20.* sic habetur. Causæ omnes ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, coram ordinariis locorum duntaxat cognoscantur; sed causa Clerici debitoris Regis pertinet ad forum Ecclesiasticum, cùm Clericus in ciuilibus gaudeat priuilegio fori, vt patet *in cap. nullus Episcopus*, ibi, *neque pro ciuili causa*, &c. ergo dicta causa per Tridentinum cognoscenda erit coram locorum ordinariis. Deinde iura declarant causas in quibus Clerici pro ciuilibus possunt conueniri coram iudice sæculari, vt patet ex *cap. transmissa, & cap. verùm, de foro compet.* Sed inter dictas causas non inuenitur causa Clerici debitoris Regis; ergo, &c. At his non obstantibus asserunt aliqui bona regalia, quando conceduntur Clericis, sub hac conditione concessa censentur; nam talis conditio non est per se mala, & voluntariè potuit apponi, & ideo seruanda erit, ex *cap. verum, de foro compet.* & ex *cap. verum, de condit. appos.* & *ibi* Doctores, & quia hanc opinionem admittit Suarez contra Regem Angliæ *lib. 4. cap. 14. num. 13.* non audeo illam improbare.

RESOL. LXXV.

An Clericus in feudalibus possit conueniri coram iudice laico? Ex part 3. tract. 1. Resf. 59.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Suarez *de immun. lib. 4. cap. 14. n. 12.* Duardus *in Bull. Cœn. can. 15. q. 11. n. 68.* D. Antoninus *part. 3. tit. 9. cap. 2. §. 3.* Surdus *lib. 3. cons. 396.* Marta *de iurisd. p. 4. ca. 89. num. 5.* Ambrosinus *de immun. cap. 20. num. 56.* Baiardus in Clarum *lib. 4. §. feudum. quæst. 90. num. 8.* & alij, quia in tali casu non subiicitur iudicio domini feudi tanquam persona Ecclesiastica, sed tanquam Dux, Marchio, &c.

2. Sed hoc verum esse existimat Paulus Squillante *de priuileg. cler. cap. 7. dub. 14. num. 105.* & alij penes ipsum, quando clericus pro feudo coram sæculari conuenitur intentando petitionem, & sic quando de proprietate sola agitur; secus autem si iudicio possessorio impetitur; nam tunc causa possessoris est agitanda coram Ecclesiastico iudice, licèt contrarium asserat Bonacina *in Bull. Cœnæ tom. 3. disp. 1. quæst. 16. sect. 1. punct. 6. n. 6.* & aliter iudicatum fuisse referat Ioannes Baptista del Thoro *in compen. decis. Neapol. ver. cler. fol. 93.*

RESOL. LXXVI.

An Clericus, si conueniatur pro euictione, conueniendus sit coram iudice Ecclesiastico, Ex part. 3. tract. 1. Resol. 22.

§. 1. AD hanc quæstionem sic respondeo cum Tamburino *de iure Abbatum tom. 1. disp. 15. q. 19. n. 25.* vbi sic asserit: Si Clericus, qui vendidit agrum, conueniatur pro euictione, debet conueniri coram iudice Ecclesiastico: si verò lis mota fuerit contra laicum, qui rem à Clerico emit, & Clericus resistat defensioni emptoris, tunc non potest per Clericum causa trahi ad tribunal Ecclesiasticum, quia agitur contra laicum, non contra Clericum, qui iudicio suo nomine non assistit, sed nomine & pro defensione emptoris. Ita ille.

Sup. hac fine in Resf seq.

2. Sed præsentem quæstionem fusiùs tractant Ceuallos *de cognitione per viam violentiæ part. 2. q. 45.* & alii penes ipsum, quibus addo Molinam *de iust. tom. 2. tract. 2. disp. 380. n. 55.* Io. de Heuia *in Curia Philippica part. 1. §. 5. n. 20.* Martam *de iurisdict. part. 4. cent. 1. cas. 34.* Bobadillam *in polit. tom. 1. lib. 2. c. 18. n. 169.* Mendez à Castro *in praxi Lusitana lib. 3. c. 5. §. 1.* Caldas Pereira *de empt. c. 31. num. 84.* Girondam *de gabellis part. 4. §. 15.* & alios.

RESOL. LXXVII.

An Clericus ab emptore interpellatus, teneatur eum defendere coram iudice sæculari? Ex part. 4. tract. 1. Resf. 25.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Aufrerius *ad Capellã Tholosanam decis. 360. num. 2.* Couarruuias *practic. qq. cap. 8. num 3.* Fachinæus *lib. 2. controuers. ca. cap. 37.* Gail. *lib. 1. obseru. 37. num. 7.* & alij, quos citat & sequitur Ceuallos *tract. de cognit. per viam violent. part. 2. quæst. 23. n. 24.* Nam in tali casu Clericus dum ad iudicium accedit vt emptorem defendat, reus necessarius nunquam efficitur, ita vt comparere necesse habeat, cùm lis contra ipsum non instituatur,

Sup. hoc in Resf. præteri

&

& sententia ferenda sit contra reum principalem,& Clericus assistens liti propter proprium interesse non reus est propriè , licèt forum & partes rei sequi teneatur : ergo &c.

2. Verùm contrariam sententiam docet Martha *de iurisd.p.4.centur.1.cas.35.n.21.*& ita fuisse sæpissimè iudicatum obseruat Maranta *in Speculo p.3. dist.11. n.78.* Capycius *dec.167.n.7.* Grammaticus *dec.21.*& alij quos citat Squillante *de priuileg. Cleric.cap.7. dubit.3. num.80.* Dicendum est igitur Ecclesiasticos venditores laudatos in actores & defensores debere remitti ad suum iudicem competentem ; Clericus enim non potest consentire in laicum iudicem , vt patet *in cap. si diligenti , de foro compet.* & reuera in tali casu consentiret , nam citatur à iudice laico ad defensionem causæ , & vocatur , & notificatur vt illam defendat , sub prætextu quòd tenetur ad euictionem , vnde necessitate coactus ad iudicium accedit , quæ omnia sunt contra immunitatem Ecclesiasticam , & opinio contraria tunc esset admittenda, quando Clericus venditor denunciatus canonicè coram iudice Ecclesiastico de eius licentia vellet defendere emptorem coram iudice laico.

RESOL. LXXVIII.

An Clerici ex vi statuti laicalis possint conueniri pro iure congrui , vel laicos conuenire ?

Et an Clerici ligentur statuto laicorum de causis compromittendis inter affines , ita vt ipsi possint alios compellere , & compelli ad compromittendum ?

Et explanatur , quod statuta laicorum prosunt Clericis licèt eis non æquè noceant ; vnde Clerici possunt vti statutis , & consuetudinibus laicorum quatenus concernunt eorum fauorem,non autem è contra. Ex part.3. tract.1.Res.43.

§.1. ALiqui vtrumque affirmant , vide Giurbam *decis.25.num.10.*aliqui verò vtrumque negant , vide Riccium *p.3.decis.180.n.3.*

2. Sed mihi placet opinio sapientissimi Surdi *lib.1.cons.2.num.14.*& aliorum asserentium , ius congrui , seu retractus non habere locum in clericis passiuè,sed actiuè tantùm & ideo possunt Clerici agere iure congrui contra laicos , non autem laici contra clericos ; & ratio est , quia statuta laicorum prosunt clericis , licèt eis non æquè noceant , vnde clerici possunt vti statutis , & consuetudinibus laicorum, quatenus concernunt eorum fauorem , non autem è contra , vt optimè notat Bald.*lib.1.cons.3.* Crauet.*lib. 3.cons.441.n.6.* & Molfes.*in consuet.Neapol.tom.1.p.2. 9.7.n.41.& tom.2.cons.23.num.7.* Franchus *decis.285. num.5.* Abbas *in cap.constitutus,nu.4.de in integ.restit. num.5.* Glossa *in cap. nouit.vers. quicumque, de iudiciis* Hõded.*lib.2.cons.20.num.2.* Flaminius de Rubeis *lib.1. cons.2.n.26.& 27.* & alij.

3. Scio circa præsentem quæstionem Carol. de Grassis *de effect.cler.eff.num.388.* multos casus distinguere , sed tu absolutè nostram sententiam rene. Sicut etiam tenendam esse puto in alia simili quæstione,v. g. an Clerici ligentur statuto laicorum de causis compromittendis inter affines , ita vt ipsi possint alios compellere, & compelli ad compromittendum; nam respondeo clericos nequaquam ligari prædicto statuto passiuè , sed tantùm actiuè, & sic non posse cogi ad compromittendum ; quamuis possint alios cogere , & ratio est,vt diximus,quia clerici gaudent priuilegiis laicorum statutariis pro se non autem contra se;& ita hanc sententiam docent plures DD.quos citat , & sequitur dictus de Grassis *loco cit.num.414.* quidquid in contrarium asserat Riccius *in collect.decis p.1.collect.171.* Capycius *dec.66.n.1.& 5.* Borellus *de compromitt.§.1.glos.3.num.224.* Thorus *in compend. dec.Neap.vers.Clericus* , & alij.

RESOL. LXXIX.

An iudex laicus possit iudicare causam Clericorum,qui hæredes sunt alicuius secularis & causa ante eius mortem coram se incœpta?

Et an instantia cœpta contra clericum coram iudice Ecclesiastico debeat continuari contra laicum hæredem Clerici coram eodem iudice ? Ex part.1. tract.2.Resol.25. aliàs 24.

§. 1. AFfirmatiuè communiter respondent, & tenent Doctores , quos citat,& sequitur D. Carol de Grassis *de effect. cler. eff.n.282.* quibus ego addo Ioan de Heuia *in Curia Philipp.p.1.§.5.num.20.* Castillo *p.1.dec.2.* Coriolanum *in Bull. Cæn.excomm. 16.fol.mihi 945.* Megalam *in 3.p.lib.3.c.10.n.59.* Graffium *in dec.p.1.lib.4.c.18.n.128.* Rodriquez *in summ. nouissima,tom.1.c.216. n.15.* Ceuallos *tr.de cognit. per viam viol.p.2.q.40.n.9.* qui citat plures Iurisconsultos, & Reginald.*tom.1.lib.9.c.23.n.352.* vbi sic ait:[Clericus,ratione hæreditatis, quam accipit à laico,subiicitur foro sæculari : & ideò omnes lites,quæ inceptæ fuerint viuente laico defuncto,ipse Clericus hæres coram eodem sæculari Iudice prosequi debet. Aliæ autem lites circa bona defuncti, vel actiones,venire debent ad Iudicem Ecclesiasticum.] Ita ille. Sup. hoc in duabus Resol. seq.

2. Sed non desunt Doctores, qui contrariam sententiam docent,vt Bonac.*de leg.disp.10.q.2.p.1. §.1. n.25.* & Ambrosinus *de immun.Eccl.c.20. n.45.* qui asserunt; quòd Clericus hæres laici non tenetur coram Iudice sæculari prosequi litem iam cœptam contra laicum,cui successit ; sed denuò erit super eadem re,vel actione,coram Ecclesiastico conueniendus.Et ratio est: quia militat eadem ratio emptionis, vel si lis sit incepta,vel non. Et sequeretur ex contraria sententia magnum inconueniens; nempe,quòd sequuta sententia condemnatoria contra Clericum hæredem laici , ista sententia seruiret de vento,postquam exequi non posset ,nisi per Iudicem Ecclesiasticum , qui , cùm non subiaceat eidem Principi,cui subest Iudex laicus,non teneretur dictam sententiam exequi. Vide etiam Marc.Antonium *lib.1. res.49. n.2.* vbi probat ex multis, quòd instantia inchoata coram Iudice sæculari contra laicum defunctum , cui successit hæres Clericus , non continuatur in Clericum , qui debet propterea,conueniri coram Ecclesiastico : & hæc sententia mihi placet. Notandum est etiam,quòd prima sententia limitatur à DD.citatis multipliciter,vt patet ex Grasso *vbi sup.n.290.& seq.*& secundùm illam instantia cœpta contra Clericum coram Iudice Ecclesiastico , debet continuari contra laicum hæredem Clerici coram, eodem Iudice. Sic docet Riccius *p.4.dec.118. per totam.*

RESOL. LXXX.

An Clericus succedens in bonis laici , sit propter illa bona vocandus in iudicium coram iudice laico , ante quem iam causa incœpta erat ?

Et an Clericus , qui coram iudice laico recepit depositum ,possit à iudice laico ad illud reddendum cogi ?

Et an,Clericus citatus coram laico , si putans sua interesse compareat , teneatur stare sententiæ à iudice laico lata ?

Et an laicus effectus Clericus in ciuilibus debeat respondere in iudicio, vbi prius citatus est? Ex part.3. tract.1.Resol.31.

§.1. AFfirmatiuam sententiam docent Doctores, quos citaui *in tract.2.part.1.de immunit.Eccles. resol.* 24. Sed ibi adduxi alios negatiuam opinionem docentes, quibus nunc addo Alther. *de cens. tom.1.lib.5. disp.16.c.1. col.12. & seq. cas.3.* Bonacina *in Bull.Cœn.tom.3. disp.1. q.16.punct.5. n.18.* Tambur. *de iur.Abbat.tom.1.disp.15.q.19. n.27.* vbi etiam *n.28. & 29.*notat, quòd Clericus, qui coram iudice laico recepit depositum, non potest à laico iudice ad illud reddendum cogi, & Clericus citatus coram laico, si putans sua interesse compareat, non, tenetur stare sententiæ à iudice laico datæ. Et hæc omnia nouissime me ipsum citatus tenet Paulus Squillante *de priuileg.cler.c.7.dub.3.n.58.75.& 82.*

Quæ hic est Resol. antecedens, & in Resol.seq.

Sup. hoc latè supra in Resol. 72. & infra in Resol. 82. §. 2. post medi. &c.

Sup. contento in hoc §.vlt.infra in Resol.106.

2. Notandum est tamen hîc à fortiori, non esse tenendam opinionem Gab.Pereira *tract. de manu Regia in concordatis Regis Alfonsi III. art.4. n.38.* Barbosæ *in l.si quis postea quam.ff. de iudiciis, num.203.* & aliorum asserentium de iure esse, vt laicus effectus clericus in ciuilibus respondeat in iudicio vbi priùs citatus est. Sed tu tene contrariam sententiam cum Marta *de iurisd.cent.1.cas.34.n.14.*

RESOL. LXXXI.

An Ecclesiasticus hæres laici defuncti in sæculari iudicio conueneri possit?

Et si Ecclesiasticus Clericus succedens laico possidet rem specialiter hypothecatam, an ratione hypothecæ possit conueniri coram iudice sæculari? Ex part.4. tract.1. Resol.21.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Pereira *de manu Regia,part.2.cap.30. num.6.* quia Clericus hæres laici in proposito proponitur successor laici defuncti, cui nullum priuilegium competebat, cúmque successoris priuilegium non ad præterita trahi possit, sed ad ea quæ subsequuntur, inde fit quòd Clericus successor laici litem prosequi tenetur, vbi defunctus cui ipse successit, citatus proponitur.

2. Sed sententiam negatiuam tenendam esse puto cum Doctoribus, quos ego ipse citaui *in 1. part. tract.2. resolut.* 24. cui nunc addo iterum Bonacinam *in Bulla Cœn. disputat.1. quæst.16. punct.5. num.18.*qui citat Felinum, Abbatem, Imolam & Rotam Rom. Idem Duardus *in Bulla Cœn.can.15. num.3.* Altherius *de cens. lib.5. disputat.16. cap.1. col.12. & seq. cas.3.* Belletus *part.1.disquisit. Cleric. fol.274. num.6.* Molfesius *in consuet. Neapolit. part.2. quæstion.* 8. & cum multis aliis, me etiam citato, Paulus Squillante *de priuileg. Cleric.c.7. num.58.* qui optimam adducit rationem penes ipsum videndam, præter illam, quam ego in citata resolutione adduxi; cui nunc aliam addo, quia cum Clericus non posset coram laico conueniri, si lis nondum inchoata fuisset, vt concedunt aduersarij: ergo neque conueniri poterit lite inchoata. Probo consequentiam, quia præuentio laici iudicis non tribuit ei potestatem, neque potest tribuere aduersùs Clericum, nec potest derogare potestati Ecclesiasticæ.

Quæ hic est sup. Resol.79. & in Resol. 80.

Sup.hoc inf. in Resol.89.

3. Notandum est etiam hîc obiter à fortiori quòd si Clericus succedens laico, possidet rem specialiter hypothecatam, ratione hypothecæ non potest conueniri coram iudice sæculari. Ita docet Antonius de Ripol *de iurisdict.omn.iudic.cap.1.n.192.*

RESOL LXXXII.

An iudex laicus possit facere realem executionem sententiæ à se latæ, contra Clericum in casibus, in quibus sibi à iure cognitio permissa est.

Et alia circa hoc inferuntur in corpore huius Resolutionis. Ex part.3. tract.1.Resol.4.

§.1 AFfirmatiuam sententiam docet Salgado *de potest.Reg.tom.2.part.4.cap.14. n.96.* & alij penes ipsum, quia eodem modo, quo cognitio causæ pertinet ad sæcularem, ita etiam executio in temporalibus debet ad eum pertinere.

Sup. hoc in Resol. seq. & in aliis eius not.

2. At hæc sententia prorsus est reiicienda, & negatiuam sustinent DD. quos adduxi *in 1. tract. de immunit.resol.*21. vnde bene aduertit Bellet. *in disquis. Cler.tit.de fauore Clericorum reali, §.3. n.3.*cum aliis, quòd si Clericus in causa reconuentionis condemnaretur à iudice sæculari, tunc executio sententiæ fiet, non per iudicem sæcularem, sed per iudicem Ecclesiasticum, & ideo contra Salgadum *vbi supra, n. 90.& 91.*dato & non concesso, quòd iudex sæcularis possit ordinare depositum, & sequestrum esse à Clerico per ipsum electo restituendum, tamen executionem supradictæ sententiæ esse à iudice Ecclesiastico faciendam omnino asserendum esse censeo, & docent communiter DD.

Quæ hic est supra Resol.72 & infra in Resol.seq. &c.

Sup. hoc latè in Resolutionibus not.præterea,& sup.in Resol. 80. §.1. cursim ad med iñ,& in tom. 6. tr.9. Resol.74. §. eodē modo. & §.Nec sustineri.

3. Ex his etiam apparet non esse audiendum Vrsillum *in add.ad dec.331. Afflict.* & nostrum Giurbam virum amicissimum, & doctum asserentes rem litigiosam in Clericum lite pendente alienatam, posse ab eo auocari per iudicem laicalem, & in eum directò fieri executionem sententiæ latæ ab eodem iudice. Et ita docet aduersùs dictos DD. Vincentius de Franchis *dec.549,num.11.*cum aliis.

4. Facit etiam pro doctrina præsentis resolutionis, id quod notat Genuensis *in praxi Archiep.c.11.* & Martha *de iurisd.p.4.cent.2.cas.104. num.9. & cas. 123,num.4.& part.1.cap.50.num.54.* vnde cautè circa supradicta legendus est noster Don Carolus de Grassis *de effect.cler. effect.1.à n.791.* Guillielmus de Benedictis *in cap.Raynutius,vers.& vxorem dec.2. nu. 147.* Trentacinq. *qq.forens.lib.1. quæst.79.* cautè etiam legendus est Barbosa *in l.si quis posteaquam, ff.de iudiciis, n.165.* vbi *ex l.quadam, de iurisd.omn.iud.*docet quòd iudex, qui est competens ad condemnandum, est etiam competens ad exequendum. Sed tu tene nostram sententiam.

RESOL LXXXXIII.

An iudex laicus possit exequi suam sententiam contra bona Clericorum in casibus, de quibus in iudicio sæculari actum est? Ex part.4.tract.1.Res.3.

§. 1. HOc esse licitum de iure communi docet Pereira *de manu Regia part.2.cap.51.nu.1.* vbi sic ait: Si Clericus in iudicio sæculari contra se sententiam reportauerit mandato eiusdem iudicis sæcularis, in eius bonis fiat executio; quod de iure communi comprobatur. Sic ille.

2. Sed hoc de iure communi esse illicitum probaui *in part.1.tract.2.resol.21.& part.3. tract.1. resol.4.* cum multis Doctoribus, quibus nunc addo Bonacinam *in Bull.Cœnæ disp.1.quæst.16.sect.1. punct.4. §.6. n.8.*& Paulum Squillante *de priuileg. Clericor. cap.7. dub.3.num.74.* vbi sic asserit. Est aduertendum, quòd licèt in casibus de iure permissis, & vbi viget consuetudo, reconueniatur Clericus apud iudicem laicum:

Resol.1. citata in hoc textu hic est sup. Resol.72. in fi. Secunda vero hic est antecedens, & supr. hoc supra in fin.

laicum: attamen si Clericus reconuentus condemnetur ab ipso laico, non potest exequi, nec in rebus Clerici reconuenti, sed ad iudicem Ecclesiasticum pertinet exequutio ad instantiam iudicis laici. Ita ille, qui ex Genuensi notat, quòd in curia Archiepiscopali Neapolitana in casu prædicto seruatur, quòd visa sententia & processu iudicis sæcularis mãdat curia exequutionem fieri contra Clericum, & ita hanc sententiam tenet Imola & Butrius *in cap. postulasti, de foro competent.* Marianus Socinus *in cap. 1. de mutuis pet.* & me citato, nouissimè Antoni. de Marinis *resolut. quotidian. cap. 53. num. 15. & 16.* qui citat Lupum & Grassum.

Ad hoc, & in 2. Resol. 71. §. vltim. in Ref. 80. infin. & infin. Ref. 106. §. vlt.

RESOL. LXXXIV.

An si adsit clausula de non alienando, possit fieri executio per sæcularem iudicem in prædio specialiter obligato à laico, etsi Clericus illud possideat? Ex part. 3. tract. 1. Resol. 49.

§. 1. AFfirmatiuè respondent docti Iurisconsulti Parladorus, & Auendanus, hic *de exequendis mandatis part. 1. cap. 1. num. 33.* ille *rer. quot. lib. 2. cap. fin. 1. part. §. 1. num. 11. in fine.*

Sup. hoc supra in Ref. 80. nullis in §. vlt.

2. Sed aduersùs Iurisconsultos Hispanus, alium Hispanum Iurisconsultum opponamus, is est Alfonsus de Villadiego *in politica* [En los libelos en lo executiuo *num.* 24. vbi sic ait. El censo que tuuiere esta clausula, tiene aparejada execucion derechamente contra el tercero posseydor de la cosa hypothecada, y assi se ha determinado muchas vezes en los tribunales Superiores, en tanto que aunque la cosa assi hypothecada passe à poder de algun clerigo, ò otra persona Ecclesiastica puede ser executada la cosa hypothecada; loqual se entiende, y ha lugar pidiendose la tal execucion ante el juez Ecclesiastico, y no ante el seglar, el qual no podrà executar el tal contrato contra el clerigo; porque aunque la venta, y enagenacion en este caso contra el pacto fue nulla, però en effeto ya passò en el clerigo la possession de la cosa hypothecada, de laqual no puede el clerigo ser despojado por el Iuez seglar, ni citarle como es necessario para la venta, y remate de los tales bienes, y assi se deue hazer, ò citar, y hazer las causas con el deudor principal, y lo que à qui refuelue en esto, es lo mas seguro, y lo que se pratica y deue guardar in iudicando, & consulendo, & contraria opinio falsa est, & eam Romanæ Curiæ confessum numquam admisisse audio.] Ita Villadiego, vnde pessimè olim quidam Iurisconsultus affirmatiuam sententiam sustinere volebat.

RESOL. LXXXV.

An iudex laicus possit etiam citare Clericum creditorem in confectione alicuius inuentarij. Ex part. 1. tract. 2. Res. 21. aliàs 20

Quamuis non plenè sup. hoc lege tamen in tom. 6. tr. 9. & Res. 74. §. 1.

§. 1. HIc casus est practicabilis: quia in confectione inuentarij citandi sunt omnes creditores, & legatarij, de quorum præiudicio agitur. Aliqui igitur respondent, posse Iudicem sæcularem in tali facto, per edictum vel specialiter citare Clericum creditorem, dum non expressè citetur ad comparendum, sed cum illa conditione, & qualitate: *Si sua putauerit interesse.* Et ratio est: nam talis citatio non est vera, & simplex citatio; sed potiùs monitio, vt compareat, si voluerit; quæ de iure non supponit iurisdictionem, & superioritatem; & sic non arctat citatum ad necessariò comparendum. Et ita docent communiter Iurisconsulti, quos citat, & sequitur Ceuallos *tract. de cognit. per viam violentiæ, p. 2. q. 78. n. 3. & seq.* Ioan. de Heuia *in Curia Philipp. part. 1. §. 5. n. 31.* Gironda *de gabellis, p. 4. §. 1. num. 18.* & alij.

2. Sed contrariam sententiam docet Duardus *in Bulla Cœnæ, lib. 2. canon. 14. q. 11. num. 50.* vbi sic asserit: [Ecclesiastici non possunt tradi ad Curias sæculares pro confectione inuentarij. Hinc hæres, cùm vult hæreditatem adire cum beneficio legis & inuentarij, quamuis super illius confectione citandi sint omnes creditores, & legatarij; nihilominus si Clerici sunt, non possunt citari per Iudicem sæcularem illius loci, vbi bona hæreditaria sunt, vel vbi hæres domicilium habet; sed debent moneri per Iudicem Ecclesiasticum: quia Clerici non possunt compelli ad comparendum coram Iudice laico vigore generalis edicti: *Si sua putauerint interesse.* quoniam istæ citationes edictionales à iure communi sunt exorbitantes.] Ita Duardus: quòd antea docuerat Martha *de iurisdict. part. 4. centur. 1. casu 38. n. 8.* Et idem docet Bonacina *de legibus, disp. 10. q. 2. punct. 1. §. 1. n. 27.* Ambrosinus *de immun. ecclesiast. cap. 22. num. 73.* & alij.

RESOL. LX.

An iudex laicus possit citare Clericum ad exhibenda iura sua coram eo, quando eius debitor petijt dilationem ex consensu maioris partis creditorum, vel si velit beneficium cessionis bonorum obtinere? Ex part. 1. tract. 2. Res. 23. aliàs 22.

Sup. hoc in tom. 6. tr. 9. Res. 74. §. Et pari. & §. penult.

§. 1. HIc casus frequenter in praxi potest accidere; & ideò dicam hîc, quid sentiunt Doctores. Affirmatiuam sententiam docet Ceuallos *tract. de cognitione per viam violentiæ, p. 2. q. 72. n. 3.* Afflictus *decis. 280. num. 7.* & ex nostris regnicolis Mastrillus *decis. 79. num. 5.* cum aliis. Et ratio est: quia in tali casu Clericus non conuenitur vt reus, sed prouocatur vt actor, ad comparendum, & docendum de suo iure: neque in tali casu præiudicatur iurisdictioni Ecclesiasticæ, neque fit in damnum, & præiudicium Cleri, sed in eius vtilitatem: nam, si reliqui creditores recuperent sua debita, & ipse non compareat, & ostendat sua debita, remanet sine debito, & tenetur postea litigare contra cæteros creditores, intentando reuocatoriam coram Iudice laico,

2. At, his non obstantibus, contrariam sententiam docet noster P. Duardus *in Bull. Cœn. lib. 2. can. 15. q. 11. n. 53.* vbi sic ait: [Debitor laicus, petens admitti ad miserabile beneficium cessionis bonorum, vel ad remissionem partis suorum creditorum, non potest trahere Clericum ad forum sæculare: sed debet adire Iudicem Ecclesiasticum: nisi debitor detineretur in carceribus ad instantiam Clerici creditoris: nam tunc per viam reconuentionis potest petere contra Clericum admitti ab beneficium cessionis.] Ita Duardus. Et ita etiam anteà docuerat Martha *de iurisdict. p. 4. cen. 2. cas. 23. num. 9. & seq.*

RESOL. LXXXVII.

An iudex laicus possit cogere Clericum, quia spoliauit laicum sua possessione, ad illam restituendam: Ex part. 4. tr. 1. Res. 74.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Bobadilla *in Politic. tom. 1. lib. 2. c. 18. n. 193.* vbi sic ait [Quan-

do algun Cletigo huuiesse despojado de possesion algun lego podria el corregidor restituyrle en ella por via de defensa estraiudicial citando generalmente à los interessados, y assi se guarda en el Reyno de Napoles.] Ita ille, & ante illum Maranta *in pract. part. 4. dist. 11. num. 63.*

2. Sed contrariam opinionem tenendam esse puto, quam tuetur Paulus Squillante *de priuileg. Clericor. cap. 7. dub. 1. num. 73.* Matth. de Afflictis *decis. 85.* Carolus de Grassis *de effectibus Cleric. effect. 1. n. 1035.* quia Clericus, qui spoliauit, si est à possessione eiiciendus, debet expelli authoritate iudicis, & sic tanquam reus, debètque hoc fieri per iudicem Ecclesiasticum, qui est competens ipsius Clerici, & non per iudicem laicum.

RESOL. LXXXVIII.

An seculares Magistratus possint cogere Clericos, vt triticum vendant, si necessitas adsit? Ex part. 1. tract. 2. Ref 9. aliàs 8.

Supr. hoc in Ref. seq. Et lege alium §. eius primæ not.

§. 1. Affirmatiuè respondent Iurisconsulti, & quod magis miror, ex Theologis Ortiz *in summ. cap. 4. num. 9.* & Ioannes Salas *in tract. de empt. & vendit. dub. 9. num. 2.* vbi in fine asserit, quòd non oportet in tali casu recurrere ad Iudices Ecclesiasticos. Vide etiam Valerum *in differentiis vtriusque fori, verb. Clericus, differ. 3. num. 3.*

2. Sed contrariam sententiam, amplectendam esse prorsus iudico *ex cap. non minus, & cap. aduersus, de immun. eccles. cap. quanquam. de censib. in 6.* & *ex Bulla Cœnæ, can. 12.* Ideò in tali casu puto recurrendum esse ad Superiorem Ecclesiasticum, nisi fames, aut necessitas vrgeant, & periculum sit in mora: nam in tali casu Iudex laicus poterit frumentum sequestrare, & ab horreis Clericorum extrahere, & vendere, non vi iurisdictionis, sed ob instans periculum de facto iuris. Vnde non est audiendus Ioan. de Heuia *in Curia Philippica, p. 3. §. 3. num. 10.* & Bobadilla *in polit. tom. 2. lib. 3. c. 3. n. 13.* vbi sic asserit: [En estas ocasiones hize sacar el trigo sobrado, no solo de casa de seglares, pero de Canonigos, y Clerigos ricos, y aun de las Yglesias, y de los Obispos, que lo grangean y venden a precios, y por modos injustos, como quiera, que pueden los Ecclesiasticos ser compelidos à vender el trigo, que les sobra, para la prouision de la Republica]

3. At fallitur hic Author: nam, licèt Clerici ita facientes peccent, iuri naturali contrauenientes: quia tamen ad supradicta tenentur non vi coactiua, sed directiua; ideò per ministros Ecclesiasticos, & non laicos, ad id faciendum compellendi sunt: quia sæculares nullam potestatem habent in Clericos: neque publica necessitas, seu vtilitas iurisdictionem illis præbet: & ideò tempore penuriæ non possunt per illos compelli vendere frumenta, & alia ad victum necessaria, & ad non excedendum pretium legale dictarum rerum venalium: sed ad id compellendi sunt per Iudices Ecclesiasticos, nisi in casu, de quo suprà. Vide Duardum *in Bull. Cœn. lib. 2. can. 15. q. 17. num. 45.* Belletum *in disquis. cler. p. 1. tit. 5. §. 2. num. 9.* Madium *tract. de sacris Ordinibus, cap. 14. num. 38.* & ex nostris. P. Molfesium *in summa, tom. 2. tract. 12. cap. 5. num. 85.* qui impugnat Salas, *vbi suprà*, & alios.

RESOL. LXXXIX.

An iudex laicus tempore caristiæ possit compellere Clericos, vt vendant frumenta, vel ad aliquid faciendum tempore pestis?

Et an possit Clericos coniugatos adstringere ad supradicta? Ex part. 4. tract. 1. Ref. 87.

§. 1. Affirmatiuè respondet Villadiego *in polit. cap. 5. num. 90* vbi sic ait. [En tiempo de necesidad de pan podra el corregidor tomar el trigo que sobrare à las Yglesias, monasterios, y Obispos, y Clerigos, aunque sea contra su voluntad pagandoselo à la tassa.] Sic ille.

2. Sed ego hanc sententiam reprobaui *in part. 1. tract. 2. resol. 8.* & nunc iterum reprobo cum Caballo *cent. 1. cas. 9. num. 10.* Antonio de Ripol *variar. resolut. cap. 111. de empt. & vendit. num. 91.* & Sebast. Guazzino *de defensione reorum tom. 2. defens. 10. c. 9. num. 10.* vbi post multa sic concludit. In omnem casum non possunt cogi personæ Ecclesiasticæ ad aliquid faciendum, vel non faciendum tempore caristiæ, vel pestis, per iudices laicos, sed per eorum iudices Ecclesiasticos, nec possunt puniri pœna comminata à laico, sed alia arbitraria. Ita Guazzinus. Ratio est clara, quia publica necessitas, quando periculum non est in mora, non potest dare iurisdictionem laico super Clericos & Ecclesiasticos, & ita *anno 1606.* vt notat Elisæus Danza *in pugna DD. cap. 3. de qualitate officialium, num. 14.* tempore maximæ penuriæ in Regno Neapolitano iudices laici obtinuerunt licentiam à Nuntio Summi Pontificis compellendi Ecclesiasticos ad frumentum reuelandum, & vendendum.

Quæ hic est Ref. antecedens, & inf. in Ref. 214. ex doctrina §. Sed instabis aduersus hæc. & seq. Sed lege eã per tot. & in fin. §. dicendum est.

3. Vnde obiter non desinam hîc admonere, capitaneos, qui mittuntur per Regnum à Proregibus pro reuelatione frumentorum, non posse neque Clericos coniugatos adstringere ad dictam reuelationem faciendam; sed hoc fieri debet à vicariis foraneis ex ordine Episcoporum: Vnde apponam hic per extensum epistolam Cardinalis Oroschi Archiepiscopi Panormitani, vbi sic ait. [Magnifico Signores. Habbiamo vista la vostra risposta alla lettera che si deeernio in questa Corte Arciuescouale, alla quale vi dicemo, che nostra intentione no è, ezimere, è liberare alli Clerici coniugati di quelle cose che si fanno per bene della Republica, come è questa del reuelo delli fromenti, ma quando alcuni di questi Clerici no fosse obediente, voi altri laici no potete constringerli per essere della Giurisdittione Ecclesiastica, laquale pertede à noi conseruarla iuxta la dispositione de i sacri canoni, è son certo che il Signor Don Francesco de Prado sara contento che si conserui cosi la Giurisdittione Ecclesiastica in questa terra, come è conseruata nelle altre terre della nostra diocese, & cosi comandai hieri, che si facesse vn altera lettera contra di noi altri più aggrauata. E cosi mi è parso hora scriuere al Reuerendo mio Vicario Foraneo dandoci comissione speciale, che possa constringere ad osseruare detto bando à detti Clerici coniugati; cosi circa il passato, come per l'auenire no peso per condennarli in la pena che haueranno incorsi per il passato. Per la qual cosa non mancherete restituirli li frumenti, che hauete pigliato à detti Clerici; percioche com'ho detto non sete giudici competenti. N. S. vostre magnifiche persone guardi in suo santo seruitio. di Castronouo il di 6. di Nouembre 1560. Ad ogni ordine vostro.] F. Archiepiscopus Panormitanus. Atergo, [Al'magnifico Signore Giouannoto Siscar Locotenente di Capitano in Caccamo.] Hanc epistolam originalem ego vidi, & legi in libro MS. Regiæ Monarchiæ post *fol.* 1530. qui conseruatur in Officio Regij Protonotarij, vbi etiam inuenies alias scripturas, in quibus dictus

dictus Archiepiscopus officiales laicos pro hac re excommunicauit; & licèt ibi inueniatur litera Viceregia Ioannis de Vega sub die 17. Septembris, 14. Indictionis, 1555. vbi asserit non solùm Clericos coniugatos, sed etiam alios Ecclesiasticos cogi posse ab officialibus laicis in tali casu, tamen hoc est contra libertatem Ecclesiasticam, per ea, quæ superiùs dicta sunt, & communiter asserunt DD. Et ideo præter Doctores citatos rectè docuit Philibertus Marchinus *de bello diuino*, seu *tractat. de peste, p.4. cap.2. num.1. & seq.* cum Marta *de iurisdict. part.4. contr.1. cas.74.* & alios Principes laicos tempore pestis non posse Clericos coërcere ad obseruanda eorum bãna pro bono publico, & pro tuenda sanitate edita, sed debent Episcopum pro executione prædictorum rogare; & ita declarauit nouissimè sacra Cardinal. Congregatio facto verbo cum Sanctissimo sub die 21. Ianuarij 1631. Vnde Episcopi tempore pestis, si rectè id iudicent bono publico expedire, vel omnem suam potestatem in Ecclesiasticos quantum ad arcendam ab vrbe pestem, & ad conseruandam sanitatem pertinet, ipsi magistratui sæculari delegare debent; vel Ecclesiasticam personam assessorem laicalibus sanitati præsidentibus misceant, qui iurisdictionem in Clericos exercebit.

Sub hac intra in Ref. 214. & vide alios eius

RESOL. XC.

An Ecclesiastici sint exempti à legibus ciuilibus, quatenus cum libertate Ecclesiastica non pugnant?

Et ideo si Clerici vendant frumentum vltra pretium à Republica taxatum, an peccent mortaliter sicut laici, & teneantur ad restitutionem?

Et in dicto casu an possit propter transgressionem iudex laicus eos punire? Ex part.1. tr.2. Ref.3.

Sup. prima illa. huius resol. in duobus Ref. fin. & in aliis earum partium nonnullis.

§.1. AFfirmatiuam sententiam mordicùs sustinet M. Antonius Genuensis *in praxi, cap. 74. per tot.* Sed communis Theologorum, & Iurisperitorum sententia contrarium docet; nempe, Clericos, neque iure diuino, neque humano esse exemptos aliis legibus ciuilibus, quæ non sunt contra libertatem Ecclesiasticam: & ideò, si Clerici vendunt frumenta vltra pretium iustè à Republica statutum, & peccant mortaliter, sicut laici, & tenentur ad restitutionem, vt docet Syluester *ver. lex. q.15.* Salonius *tom.2. in 2.2.q.77. art.1. contr.10.* Angelus *eodem ver. n.9.* Ledesma *in summa, tom.2. tract.8. cap.32. difficult.4.* Molina *tom.2. tract.1. disp.31. num.15.* Sotus *de iust. lib. 1. q.7. art.7. concl.1.* & alij, quos citat, & sequitur Salgado *tract. de cognit. per viam violentiæ, in Prolog. n.30.* Peirinus *de priuileg. Minimorum, tom.1. const. Iulij II. § 33. n.151.* Et ideò tenentur obedire legibus Principum sæcularium taxantibus pretia censuum, vt notat Auendaño *tract. de cens. Hisp. c.32. n.10.* Lassarte *de decim. vendit. c.10. n.3.* Mexia *in Prag. taxæ panis, concl. 5. num.39. in fine.* Salas *de empt. & vendit. dub.9. num.2. in fin.* & alij.

2. Sed difficultas est, an Clerici teneantur dictis legibus directè: nam affirmatiuè respondent Sotus, Victoria, Medina, & alij, quos citat; & sequitur Salas *de legib. disp.14. sect.8. n.94. & 104.* Sed contraria sententia videtur mihi probabiliùs cum Tannero *p.2. disp.5. q.6. dub.2. num.3.* Vasquez *in p.2. tom.1. disp. 167. c.4.* Azorio *p.1. lib.5. c.12. q.3. & p.2. lib.9. cap.7. q.8.9. & 15.* Pesant. *tr. de immun. Eccl. disp.4.* & alii.

3. Dico igitur, Clericos non teneri directè legibus sæcularibus; sed ex ratione naturali dictante, seruandas esse leges sæculares propter conformitatem cum personis sæcularibus eiusdem Reipublicæ. Tenentur igitur Clerici seruare leges Principum sæcularium, non vi coërcitiua, sed vi directiua. Ita etiam docet Vigianius *tra de imm. Eccl. disp.2. concl.5.* & Villalobos *in summ. tom.1. tract.2 dub.31. n.1.* Portel. *in dubiis regul. ver. lex. n.2.* Filliucius *tom.2. tract. 35. c.4. n.94.* Faustus *in speculo Confess. disp.6. q.44. n.3.* Barbosa *in Collect. lib.1. Decret. tit.2. c. Eccles. S. Mariæ, de constit. n.4.* Et ratio nostræ sententiæ est: quia nemo tenetur directè legibus eius, qui in ipsum non habet iurisdictionem, vt docet D. Thomas *in p.2. q.96. art.5.* & constat *ex l. fin. ff. de iurisdict. omnium Iudicum.* Sed Principes non habent in Clericos iurisdictionem, vt determinat Innocentius III. *in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ de constit. & cap. placuit. 16. q.7. & c. sæculares de foro compet. in 6.* Ergo. Et hanc sententiam etiam docuit Cardinalis Bellarminus *in responsione ad Epistolam incerti Authoris pro defensione Venetorum, contra censuras Pauli V.* vbi *fol.6.* sic asserit: [E vero, che li Ecclesiastici hanno da osseruare quelle leggi ciuili che non sono contrarie all'Ecclesiastiche, e sono necessarie per il comercio, che hanno li Ecclesiastici con i secolari: tuttauia à questa osseruanza delle leggi de i Principi secolari sono gli Ecclesiastici obligati, quanto alla direttione, non quanto alla forza, cioè vi rationis, non vi legis.] Ita ille.

Super hac vi infra in Ref. 91. §. 1. post medium, & in Ref. 92. §. Quod autè. & in Ref. 94. § Sappono, & in Ref. 96. § Sed hæc, & in Ref. 98. §. vlt. ad medium, & in Ref. 99. paulo post initium §. & in Ref. 214. §. Cum igitur & in tom. 6. tract. 1. legè doctrinam Ref. 51.

4. Sed notandum est primò, quòd etiam stando in prima opinione affirmatiua, quòd Clerici teneantur directè legibus sæcularium; non sequitur, quòd possit propter transgressionem laicus illos punire, vt benè notat Salas, *vt sup. n.104. in fin.* & alij. Secundò, cùm Vasquez, *loco citato*, Iudicem Ecclesiasticum non debere, quamuis posset Clericis violantibus leges ciuiles, eandem pœnam infligere, quæ laicis statuta est, etiam si cum eorum statu illa pœna non pugnet. Et rationem adducit Salas *sect.10. num.112. in fine*: quia decet cum Clericis mitiùs agere ob conseruationem status Ecclesiastici: & ita vsu seruari videmus, etiam in pœnis statutis pro violatione legum naturalium. Ex his omnibus apparet, quòd cautè legendus sit Vincentius de Franco *p.2. dec.9.* asserens, Clericos non esse omninò exemptos à legibus ciuilibus, quatenus spectant ad tranquillitatem Reipublicæ, vt aduersùs illum notauit Marius Antonius *lib.1. resolut. 97. num.7.*

Sup. hoc infra in Ref. 93. & 94. § Suppono, in fine, & in Ref. 96. recitanter in fine, & in Ref. 100. §. vlt. & in Ref. 117. §. etiam vlt.

RESOL. XCI.

An Clerici subiiciantur legibus Principum sæcularium, quæ spectant ad Reipublica gubernationem, & pacem, nec cum sacris Canonibus, & statu Clericorum pugnant?

Et notatur Clericos non peccare mortaliter, si dictas leges Principum sæcularium non obseruent, sublato scandalo. Ex part.1. tract.10. Ref.12.

§.1. AD hanc quæstionem respondet Lorca *in p.2. tom.2. tract. de legib. disp.25. memb.4.* vbi sic ait: [Est dubium, vtrum Clerici obligentur legibus ciuilibus, sola æquitate naturali, ratione conformitatis cum aliis hominibus; an ipsa vi, & efficacitate legum? mihi apparet probabilius, obligari secundo modo: quoniam, licèt quoad alia exempti sint; quoad leges non videntur exempti: quare non solùm virtuti directiuæ, vt aliqui opinantur; sed virtuti etiam coactiuæ subiiciuntur: quamuis hæc coactio, punitio, & executio legum fieri non debeat per Principes sæculares; sed per Principes Ecclesiasticos: per eos autem compelli debent ad legum ciuilium obseruationem.] Ita Lorca.

Sup. hoc in Ref. præterita, & in Ref. seq. & omnibus aliis eius primæ not.

Sup. hoc in Ref. præterita §. 3. & in Ref. seq. §. 6. & in aliis eorum annotationum.

2. Sed

2. Sed hæc sententia est singularis : ideò non tenenda. Sed dicendum est cum communi Theologorũ sententia,,vt nos firmauimus *in tract. de immunit. Eccles.* quòd Clerici legibus ciuilibus, respicientibus bonum commune, & non repugnantibus Ecclesiæ libertati, teneantur tantùm ex vi directiua; non autem ex vi legis : imò aliqui & probabiliter, docent, Clericos non teneri directè legibus sæcularibus: sed ex ratione naturali dictante, seruandas esse leges sæculares propter conformitatem cum personis sæcularibus eiusdem Reipublicæ, quæ illis legibus directè subiiciuntur : sicut Princeps non obligatur directè suis legibus; sed indirectè: quia ratio naturalis dictat, vt oneribus, quæ subditis imponit, ipse quoque se subiiciat. Et hanc sententiam docet Layman *in Theol. mor. tract. 4. c. 13. n. 7.* Azorius *p. 1. lib. 5. cap. 12. quæst. 3. & part. 2. lib. 9. c. 7. 8. & 15.* & alij.

Sup. hoc peccato mortali in Resol. præterita à lin. 8. & Vers. & peccãt mortaliter. & in aliis eius not.

3. Non reticebo tamen, quòd aliqui inferunt, seclusso scandalo Clericos non peccare mortaliter, si dictas leges Principum sæcularium non obseruent: & ita docet Martinus Bonacina *tract. de legib. disp. 1. q. 1. punct. 6. n. 53.* vbi sic asserit : [Vtrùm Clerici grauiter peccent transgrediendo leges ciuiles, constat, ex supradictis non grauiter peccare, posito, quod directè nõ teneantur legibus ciuilibus.] Idem docuit Ioan. de Salas *de legib. disp. 14. sect. 10. n. 11. in fin.* vbi ita ait: [Si verum esset, quod Clerici non obligentur directè legibus ciuilibus, seclusso scandalo; non peccarent mortaliter eas violando.] Ita ille, qui *supra, sect. 8. n. 103.* sententiam istam asserentem, Clericos non directè, sed indirectè legibus sæcularibus teneri, tanquam probabilem admittit, & ad argumenta contraria respondet.

RESOL. XCII.

An Clerici subiiciantur vi directiua legibus Principum sæcularium?

Et notatur, quod seclusso scandalo Ecclesiastici nõ peccant mortaliter dictas leges non obseruando. Ex part. 7. tr. 10. & Misc. 1. Resol. 2.

Alibi in duabus præcedentibus Resol. & infra in Resol. 94. §. Suppono. & §. vlt. & in Resol. 96. §. Sed hæc. & in Resol. 98. §. vlt. ad medium, & in Resol. 99. paulò post initium, & in Resol. 101 §. Sed. & in Resol. 214. §. Et respondeo. & in tom. 6. tr. 1. lege doctrinam Resol. 51.

§. 1. ALibi hanc quæstionem cursim more meo pertractaui, sed fusiùs de illa nunc erit sermo, vt me defendam aduersus Petrum Gonzalez de Salzedo, qui nouissimè nominatim contra me inuehitur, & negatiuam sententiam tenet *in tr. de lege Politica, lib. 1. c. 4. n. 51. & seq.* nam, ait ille, congruum est, vt quatenus Ciues sunt Clerici illius Reipublicæ, coactiue, & directè illis laicis legibus teneantur, sicut & exteri Ciues; & cùm aliæ leges non existant ad vitam dirigendam secundùm fælicitatem politicam, teneantur his. Nec possunt ab hac obligatione separari à cæteris Laicis, cùm vnum corpus conficiant in illa Republica perfectum ex parte totius Communitatis, præcipuè cum lex Ecclesiastica non existat, nec possit, disponens in materia ciuili : aliàs sine legibus, existerent Clerici, quod nequaquam dicendum est: sed fatendum cum Suario *de leg. lib. 3. c. 34. n. 11.* quòd directè, & coactiuè his legibus Clerici adstringuntur. Ita Gonzales.

2. Sed, bona eius venia, falsò citat Suarez pro sententia sua, nam mordicus negatiuam tenet. Et ideo apponam hic per extensum eius verba, vt videant lectores quo pacto potuit ipse asserere Suarez docere Clericos coactiuè, & directè legibus sæcularibus adstringi, Suarez ergo in loco citato postquã aliqua argumẽta pro sentẽtia Gonzalez adduxisset, sic postea asserit : sed hæc sententia non est simpliciter admittenda. Primò, quia multi Canones sine limitatione, & vniuersaliter dicunt, laicis super Ecclesiis, & personis Ecclesiasticis nullam esse potestatem tributam. At potestas obligandi in conscientia per suas leges aliqua, & magna potestas est; ergo neque illa relicta est laicis Principibus in Ecclesiasticas personas. Secundò, quia si Rex posset sua lege directè, & ex vi suæ potestatis obligare Clericos suis legibus, eadem ratione posset eorum transgressores punire, quod nullus concedet. Sequela probatur, quia teste Arist. potestas directiua inefficax est sine coactiua, & ideò, vel est vna, & eadem vtrumque actum comprehendens tanquam finem, & medium, vel moraliter non separantur. Et confirmatur, quia saltem posset legislator ciuilis obligare iudicem Ecclesiasticum, vt Clericum suæ legis transgressorem puniat tali pœna eadem lege ciuili designata, quia hoc etiam potest reduci ad vim directiuam, vt pertinens ad bonum commune ciuitatis, & pacem ciuium : consequens autem admittendum non est, vt infrà dicam. Tertiò est moralis, & practica ratio, quia Principes, & iudices temporales valde affectant, & extendunt iurisdictionem in Clericos, & ideo si dicantur habere propriam, & veram iurisdictionem in Clericos ad obligandos eos suis legibus, facilè illam extendent, vel ad coactionem aliquam transgressorum talium legum, vel ad plures leges, quàm statui Clericorum conueniat. Ergo non est verisimile Ecclesiam reliquisse, seu permisisse laicis similem in Clericos potestatem. Adde hæreticos & schismaticos huius temporis in odium Pontificis, & status Ecclesiastici vehementer defendere, & exaggerare hanc potestatem temporalis Principis in Clericos, ideòque vt omnem occasionem illis auferamus, longiùsque ab eis discedamus, satius esse omnem Ecclesiasticarum personarum obligationem ad potestatem Ecclesiasticam reuocare. Et hæc omnia docet Suarez, *vbi supra*, videant modò Lectores, si sententiam Gonzalez, docuerit.

3. Dicendum est igitur Primò, Clericos non teneri directè seruare leges Ciuiles, sed indirectè ex ratione naturali dictante seruandas esse leges sæculares propter conformitatem cum personis sæcularibus eiusdem Reipublicæ. Probatur prima pars assertionis, ex inferius dicendis, quia nemo tenetur legibus eius, qui in ipsum non habet iurisdictionem,

4. Secunda pars assertionis probatur, nam posita lege ciuili obligante omnes de communitate, lege naturali ad eam seruandam obligari etiam personas Ecclesiasticas, tanquàm partes eiusdem communitatis, non secus ac dicendum, de legislatore cuius lege posita obligante omnes de communitate, lege naturali ad eandem seruandam obligari ipsummet legislatorem : cùm non minus dissentaneum sit rationi, caput discrepare à suis membris, quàm membra à suo capite. Pari modo non minùs dissentaneum rationi est, vnam partem communitatis discrepare à reliquo corpore, quàm caput à membris, aut membra à capite: sed personæ Ecclesiasticæ sunt pars ciuilis eiusdem communitatis : ergo rationi dissonum est, posita lege obligante omnes, ipsos discrepare à reliquis; positam legem non seruando : Ergo virtute legis naturalis obligantur illam seruare. Ergo non directè, vt vult Gonzalez, sed indirectè modo explicato.

5. Vel melius dicendum est Secundò. Ideo Ecclesiasticas personas obligari ad seruandas leges ciuiles, quæ pro omnibus feruntur, nec sunt repugnantes Ecclesiasticæ immunitati, quia hæ ipsæ leges acceptantur, & approbantur, ab Ecclesiasticis Prælatis, quibus ipsæ personæ Ecclesiasticæ sunt subiectæ. Quo fit, vt eo ipso, quod talis lex sit per potestatem ciuilem sufficienter promulgata, & à tota, vel maiori parte

sæcularis

sæcularis Communitatis acceptata, censeatur etiam acceptata, & approbata à Summo Pontifice pro omnibus personis Ecclesiasticis, quoad vim directiuam tantùm; ac proinde omnes personas Ecclesiasticas, quoad vim directiuam directè obligari ab huiusmodi lege, vt acceptata, & approbata à Summo Pontifice, supremo superiore omnium Ecclesiasticorum. Hanc rationem assignat Decius *in capit. Ecclesia sanctæ Mariæ*, quam cum aliis sequitur Suarez *loco prænotato n.* 13.

Sup. hac vi eadem, supra in Resol. 90. & in fine, & in Res. 91. & post medium, & infra in Res. 94. Sapponitur in Resol. 96. Sed hæc & in Res. 98. §. vlt. ad medium, & in Res. 99. paulo post initium, & infra Res. 114. §. Cùigitur, & in tom. 6. tract. lege doctrinam Resol. 2.

6. Quod autem huiusmodi legesciuiles in iure Canonico sint tantùm acceptatæ, & approbatæ quoad vim directiuam, non autem quoad vim coactiuam, constat tum ex praxi vniuersali Ecclesiæ, secundùm quam nunquam personæ Ecclesiasticæ cogûtur à Iudicibus ciuilibus, sed ab Ecclesiasticis ad pœnam pro legis transgressione incursam subeundam. Tum quia id expresè testantur Canones, dum Ecclesiasticas personas eximunt à foro, & tribunali sæculari. Tùm quia ipsa Ecclesiastica potestas id facere potuit, & ex alia parte valde conueniens, & expediens fuit, vt personæ Ecclesiasticæ, quoad vim coactiuam ciuilium legum eximerentur, & quoad eam tantùm subiicerentur suis propriis superioribus, vt & dignitas Ecclesiastici seruaretur, & Ecclesiasticæ personæ meliùs à suis superioribus, quam ab aliis iudicarentur.

7. Itaque ex supradictis apparet, indirectè quidem, & non directè (vt vult Gonzales) Clericos subiici legibus Principum, quia nemo tenetur directè legibus eius, qui in ipsum exercere iurisdictionem non potest. vt docet D. Tho. *in p. 2. q. 96. art. 5* & constat *ex l. fin. ff. de iurisd. omn. iud.* Sed Princeps politicus non habet in Clericos iurisdictionem, vt patet ex *c. Ecclesia S. Mariæ de constit.* vbi Innocentius III. ait: Nos attendentes, quod laicis etiam religiosis super Ecclesiasticis personis & Ecclesiis nulla sit attributa facultas imperandi. Et Eugenius III. in Synodo Rhemensi relata, *c. decernimus, de iud.* laicis Ecclesiastica negotia tractare, maximè quæ spiritualia sunt, interdicitur *& c. placuit. 16. q. 7.* laicis statuendi in Ecclesia omnis aufertur facultas: *& in c. seculares, de for. comp. in 6.* Bonifac. VIII. nullam sæcularibus iudicibus contra personas Ecclesiasticas iurisdictionem competere affirmat. Et Leo X. facto approbante Cõcilio Lateranensi, *sess. 9.* in Bulla incipiente *Supernæ dispositionis arbitrio*, &c. de reformatione Curiæ, & aliorum disserens sic ait. Et cum à iure tam diuino, quam humano laicis nulla potestas in Ecclesiasticas personas attributa sit, &c. Et *auth. statuimus, C. de Episc. & Cler.* inquit, Federicus Imperator, vt nullus Ecclesiasticam personam in criminali quæstione, vel ciuili trahere ad iudicium sæculare præsumat, contra Constitutiones imperiales, & Canonicas sanctiones. Et Honorius III. *cap. super specula de priuileg.* ait Ecclesiam sæcularium legum non respicere famulatum, quæ æquitatis & Iustitiæ vestigia imitatur.

8. Adde quod forum sortiri, & statutis, seu legibus fori ligari, à pari procedunt, vt ait Decius, *c. Ecclesia sanctæ Mariæ, de Constit. n.* 18. & alij ab eo relati, & Sylvest. & Aldobrandinus *in addit. ad Decium verbo apparet.* Clerici autem non sunt de foro Principum sæcularium: sed Ecclesiæ, *c. 2. de foro compet. cap. cùm non ab homine, de Iudic. cap. Clericum, & cap. nullus. 11. q. 1.* ergo eorum legibus non ligantur.

9. Sed vt videat Gonzalez, quantum cum ipso liberales sumus, sciat non deesse Doctores asserentes, nullo modo Clericos esse subiectos legibus Principũ. Et ita tenet Nauarr. *lib. 1. Consil. de constit. consil. 3. n. 4.* vbi loquens de lege ciuili prohibente extractionem equorum extra regnum: etiamsi, inquit, esset fauorabilis, non obligaret eos (nempe Clericos) attento quod loquitur per verba præceptiua, vel prohibitiua quoniam etiam secundùm receptiorem sententiam, lex sæcularis, etiam fauorabilis, & generaliter loquens, non includit Clericos, si prohibendo, vel Præcipiendo loquatur, vt post alios tradit Deci. Hæc Nauarrus. Eandem sententiam sequitur Azorius *lib. 5. Moralium Inst. c. 12. q. 1* vbi nemini, inquit, dubium est, Clericos esse à ciuilibus Principum constitutionibus exemptos, & liberos: quam fusiùs explicat *infra q. 3.* Nec etiam deseram hic apponere verba sapientiss. Hulrici Hunnij, postquam Lutheranismum abiurauit, *in Encyclop. iuris. p. 1. tit. 2. c. 3. n. 15.* sic asserentis: Existimo Clericos magistratus sæcularis, cuius intra ditionem, ac territorium degunt, & commorantur, legibus non obligari, cum certissimum, ac prorsus indubitatum sit, illos demum legibus magistratus sæcularis obligari, qui ipsius subsunt iurisdictioni. Andr. Gail. *lib. 2. obser. part. pract. 124. n. 9.* Io. Pet. Surd. *decis. Mantua. 129. n. 16.* Ludolph. Schraderus *in iur. feud. part. 7. cap. 5. num. 7.* Daniel Mollerus *lib. 1. semest. cap. 29.* Constat verò plus satis, Clericos non esse sæcularis magistratus iurisdictioni subiectos, sed non solùm per sacros Canones, *c. si diligenti, extra. de for. comp.* Sed etiam per leges & cõstitutiones Cæsareas eâdem exemptos esse, *Nouel. 83. in præfat. & cap. 1.* Cui certè est consequens, quod Clerici sæcularis magistratus legibus penitus nõ obstringantur. Hucusque Hunnius. Et ideo non desunt multi negantes Principem sæcularem esse caput Clericorum etiam in politicis, & ciuilibus, nisi æquiuocè, vt oculus mortuus; de quo Arist. *4. meteor. cap. 12. seu vlt.* ait non esse oculum propriè; sed æquiuocè, seu analogicè, quia iam non habet in illos iurisdictionem, vt antea, nec illi sunt ei iam subiecti, sed per clericatum à legibus eius soluti sunt, vnde nec partes sunt Reip. ciuiles. Etiam aliqui mordicus putant, quod non videtur contra rationem esse in communitate aliquas personas priuilegiatas: quæ propter singularia merita, & virtutes à lege communi exemptæ sint, ergo neque erit contra rationem, vt personæ Ecclesiasticæ singulari priuilegio fundato in earum virtute, & meritis exemptæ sint à communi lege. Antecedens constat: nã alioqui nullum posset Princeps per speciale priuilegium à communi lege eximere. Confirm. nam recta ratio dictat, ad bonum commune promouendum præmianda esse merita, & virtutes virorum optimè de Rep. meritorum: Et ea maximè præmiantur per huiusmodi specialia priuilegia, & exemptiones à lege communi. Ergo tantùm abest, vt a duersetur rationi, vt potius sit rationi conforme, vt personæ Ecclesiasticæ, tanquam de Christiana Rep. optimè meritæ, ob continuã earum apud Deum pro fideli populo intercessionem, sint à communi lege, qua cæteri sæculares astringuntur exemptæ. Nec est eadem ratio de legislatore: nam cùm legislator non habeat superiorem se, à quo iuridicè dirigi possit, vti possunt Ecclesiasticæ personæ per suos proprios superiores; cùmque nemo in propria causa possit esse iudex sui, difficiliùs poterit legislator secum ipse, quàm cum aliis, in lege dispensare.

Sup. hoc infra in Res. 198. §. 1. & in Res. 209. §. Adde. & in Res. 210. §. 2. ad medium, & in aliis §§. positis in annot 1. Res. 1. huius not.

Sup. hoc supra in Res. 49. & in alio §. eius primæ not.

10. Et ideo ex his omnibus inferunt personas Ecclesiasticas non teneri sub peccato mortali leges ciuiles seruare, secluso scandalo, & ita tanquã probabilem hanc sententiam docuit nouissimè in Hispania Pater Caspensis *in suo cursu Theol. to. 1. tr. 13, de legib. disp. 4. sect. 2. n. 15.* Sed ego puto non esse recedẽdum à nostra sententia, modò, vt suprà explicata, quam quidem impugnauit, sed non expugnauit Gonzalez in

Sup. hoc supra in Res. 90. ad lin. 8. & vers. & peccãt mortaliter. & in aliis eius annot.

in §.1.cui hunc titulum appoſuit. Defenditur hæc doctrina è Diana nouiſſimè contra hanc concluſionem ſcribente; nec ego, vt ipſe aſſerit *in meis reſol. p.5. tr.* 1.*reſol.*19.docui, vt legentibus patebit, Clericos non eſſe vaſſallos Principum temporalium, ſed tantùm *in d.reſol.*adduxi pugnantes ſententias, referendo Valaſcum, & Martham; meam opinionem non aperui, vnde apertè ſubiunxi illa verba, *ſed quidquid ſit de hoc*, &c. Ergo malè Gonzalez docet abſolutè me ſententiam Marthæ qui docuit Clericos non eſſe vaſſallos Principum, etiam docuiſſe, ſed bona eius venia iſte Auctor ſæpius me citat pro ſententiis, quas non teneo; vnde *lib.2.c.7.n.*31. aſſerit me docere *in p.1.tr.2. reſol.6.* priuilegia Regibus conceſſa Bullam Cœnæ non reuocare; ſed ego ibi, vt legentibus patebit, hoc non aſſero, ſed tantùm auctores pro vtraque ſententia adduco, & meam opinionem non promo. Item *lib.2.c.13.n.*43. aſſerit me immemorem mei approbare praxim retinendi litteras Apoſtolicas *in p.1.tr.2.reſol.*12.ſed me in dicto loco talem praxim non approbare patet legentibus, & ſatis probaui *in diſcept. Apologet.de Retentione Bullarum*, contra Salgadum *reſol.3. in fine.*

Quæ hic eſt ſupra Reſ. 49.

Quæ hic eſt ſupra Reſ. 7. in eius §.2. & in aliis eius annot.

Quæ hic eſt ſupra Reſ. 34. & in aliis eius annot.

11. Ad id verò quod Gonzalez, *vbi ſuprà n.*21. aſſerit, poſſe Iudices laicos Clericos in Rempubl.debacchantes, ſecundum leges, & earum pœnas coërcere, præſertim ſi Iudex Eccleſiaſticus deceſſit, & citat plures Doctores, & inter illos meipſum *in p.1. tr.2.reſol.7.&* 17. Reſp. quod debebat dicere me locis cit. obſeruaſſe cum Salas *de legib. tr.*14. *diſp.*14. *ſect. 9.n.*111.dictos caſus eſſe metaphyſicos, & vix in praxi accidere poſſe; vnde Doctores à Gonzalez, & à me citati loquuntur, quando periculum eſſet in mora adeundi Summ.Pontif.vel alios ſuperiores Eccleſiaſt. & Clericorum libertas in manifeſtam cederet ſæcularis Reip.perniciem; tunc aſſerunt dicti Doctores, poſſe Principes laicos non auctoritatiuè & iuriſdictionaliter, ſed vim vi repellendo cum moderamine inculpatæ tutelæ per viam naturalis defenſionis Rempub.à Clericis tueri, & ſeruare indemnem. Malè igitur Gonzalez *vbi ſuprà* in his caſibus, vt dixi metaphyſicis, tribuit Iudicibus laicis ex vi legum auctoritatem coërcitiuam in Clericos, nam hoc nunquam dixerunt Doctores ab ipſo citati, & præſertim ego ipſe, iis enim caſibus non dicuntur Laici Clericos punire vi legum ciuilium, ſed per viam iuſtæ defenſionis impedire, ne quid agant contra leges, ſed vt dixi, hi caſus vix moraliter accidere poſſunt. Et hæc dicta ſufficiant in mei defenſionem aduerſus ea, quæ nominatim contra me nouiſſimè docuit ſupradictus Gonzalez, vir aliàs, ſatis quidè doctus, & eruditus.

Quæ hic ſunt Reſ.110. & 24. & lege ſupra ex Reſ. 25. §. Verum.

RESOL. XCIII.

An ſi iudex Eccleſiaſticus non condemnet Clericum in pœnam legis laicalis, poſſit illum iudex laicus condemnare? Ex part.4.tract.1.Reſ.29.

§.1. AD hoc dubium reſpondet Ludouicus Mexia *in pragm. taxæ panis concl.5.n.*71. *& ſeq.* vbi ſic ait: Pœna pragmaticæ inferenda eſt quoad Clericos per iudices Eccleſiaſticos, & non à iudice laico, niſi quando iudex Eccleſiaſticus requiſitus dictam pœnã Clerico infligere recuſaret, aut negligens eſſet, plúſve debito differret, vel ſi leuem pœnam imponeret, nam tunc iudex ſæcularis poſſet ſe intromittere, & vſque ad debitam pragmaticæ pœnam ſupplere. Hæc Mexia.

2. Quæ quidem omnia ſunt contra immunitatem Eccleſiaſticam, nam, vt ego docui *part.1.tract.2. reſolut.*7. ex Vaſquez & Salas, iudex Eccleſiaſticus non debet Clericis violantibus leges ciuiles eamdem pœnam infligere, quæ laicis ſtatuta eſt. Imò Surdus *conſil.*301. *num.*38. docet in tali caſu iudicem Eccleſiaſticum non debere eos punire pœna temporali, ſi lex Eccleſiaſtica nõ acceſſit. Sed quidquid ſit de hoc, certum eſt Eccleſiaſticos mitiori pœna plectendos eſſe. Adde quòd negligentia, vel iniuſtia iudicis Eccleſiaſtici non præbet authoritatem iudicibus laicis, vt poſſint exercere iuriſdictionem in Clericos, ſicuti facerent ſi illos damnarent ad pœnam legis laicalis, licèt eſſet lata propter publicam vtilitatem; ergo explodenda eſt ſupradicta opinio Mexiæ.

Quæ hic eſt ſupra Reſ. 90. in eius §. vlt. & infra in Reſ. ſeq. §. Suppono. prope finem, & in Reſ. 96. recitanter in fin. & in Reſ. 100. §. vlt. & in Reſ. 117.§. etiam vlt.

RESOL. XCIV.

An Clerici poſſint vendere vinum adminutum, & de aliquibus ſtatutis quoad hanc materiam contra Immunitatem Eccleſiaſticam? Ex part.4.tract.1.Reſ.52.

§.1. RESpondeo ex communi ſententia DD. Clericos poſſe vendere per famulos ſuos vinum & ſimilia, tam ex patrimonialibus, quàm beneficialibus, non ſolùm in menſura magna, & vt dicitur, ad groſſum, ſed etiam ad menſuras minutas, neque ad hoc dicitur negotiari. Ita *gloſſa 1.in cap.negotiatorem*,88.*diſput.* Abbas *in cap.2 .n.1. de cleric.vel monach.* Geminianus & Francus *in cap. vnic. de vita & honeſt.Cler.in* 5. Bertachinus *tract. de gabellis part.* 2.q.7.Roland.*vol.*4. *conſ.* 71. *num.*9. & alij, quos affert & ſequitur Belletus *in diſquiſ. Cler. tit.* 1. §. 21. *num.*15. Genuenſ. *in praxi Archiep.capit.*62. *numer.* 7. Proſper de Auguſtino *in addit. ad ſum. Quarante, ver.vectigal.* Squillante *de priuil. Cler.cap.* 8. *num.*38. & Barboſa *part.2. allegat.* 13. Marta *part.4.caſ.*3. *num.* 13. & alij. Difficultas eſt, an ſi aliquis iudex laicus ſtatueret vt venditores vini debeant præſtare fideiuſſionem ad ſoluendas pœnas, & in hoc caſu interrogatus includeret etiam venditores vini Clericorum, vel ſi præciperet venditores vini non poſſe illud vendere niſi in quarta domo diſtante ab Eccleſia, quæritur an hæc ſtatuta ſint contra immunitatem Eccleſiaſticam? & affirmatiuam ſententiam teneo.

Sup. hoc infra in §.Reſtat modo diſcurere, & in §. Reſtat modo reſpondere. huius Reſ. & infra in Reſ. ſeq. & in tom. 6. tract. 3. Reſ. 128.

2. Verùm vt veritas eluceſcat, ſuppono primò quòd dicitur ſtatutum contra immunitatem Eccleſiaſticam, ſiue indirectè, ſiue directè id fiat, ex *cap. ſtatutum, de hæret.in* 6. ſiue expreſsè, ſiue tacitè, ex *cap.Clericis §.nos igitur, de immunit. Eccleſ. in* 6. & etiamſi non loquatur de perſonis Eccleſiaſticis; & ita docet Valenzuela *in defenſ.cenſ.Pauli V. part.3. n.*123. Maynardus *de priuileg.Eccleſ.art.*22. *num.* 20. *&* 70. Mandellus *vol.*2. *conſil.* 8. *num.*3. Marta *de iuriſdict. part.*4.*cent.*1.*caſ.*62.*num.*9. Duardus *in Bull.Cœn.lib.*2. *can.*15. *quæſt.* 19. *num.*2. Fagnanus *in tract. de validitate cenſ.Pauli V.part.*3. *fol.* 59. Gueuara *in propugn. libert.Eccleſ.aſſert.*1.§.5.*num.*36.& Surdus *conſil.* 301. *num.*77.& alij.

Sup. hoc infra in Reſ. 200. §. Et quinto.

3. Suppono ſecundò Clericos non eſſe exemptos à legibus ciuilibus quatenus cum libertate Eccleſiaſtica non repugnant, vt ſunt leges circa pretia rerum, menſuras vendendi, & ſimilia, & ideo Villalobos *in ſumm.tom.*1.*tract.*2.*diffic.* 31. *num.*1. ſic ait. [Los Eccleſiaſticos todos, eſtan obligados à las leyes ciuiles que pertenecen a buena gouernacion y paz de la Republica, come ſon la taſſa del trigo y otras coſas ſemejantes. el fundamiento deſta concluſion es que los tales tambien ſon veçinos como los demas y aunque ſean eſentos de la jurisdicion, no lo han de ſer en las demas coſas que les pertenecen como à miembros de la Republica, mas ha ſe de aduertir que

Sup. hoc quod hic ſupponitur vſque ad nor. ſeq. ſup. in Reſ.90.91. & 92. & in aliis poſitis in annot. 1. huius vlt. Reſ.92.& hic infra in §. vlt. huius Reſ.

que los Ecclesiasticos no estan sujetos à las dichas leyes quoad vim coactiuã si no solo quoad vim directiuam, porque esta obligacion no nace de obediencia que deuan à los seglares como à Superiores: sino porque de derecho natural se deuen conformar con los demas; pues son tambien miembros de la mesma Republica. De lo qual se infiere que no estan obligados à las penas que las tales leyes les ponen: porque si las penas son ipso facto no les pueden obligar porque no son de Superior: y se les ha de poner el Iuez, que no se les ha de poner el Iuez seglar, que los Ecclesiasticos que delinquen contra las leyes seglares si no à su Iuez Ecclesiastico, el qual no estarà obligado à poner la mesma pena de la ley sino que podra poner pena arbitraria qual conuenga; y sele pareciere conueniente, podra poner la mesma que la ley pone.] Ita ille, & ego ipse *part. 1. tract. 2. resol. 7* & me citato, nouissimè Paulus Squillante *de priuileg. Cler. c. 8. n. 89* & Doctores communiter, quos ego *in dicta resolut.* citaui: vbi cum Vasquez & Salas docui iudicem Ecclesiasticum non debere Clericis violatibus leges ciuiles eandem pœnam infligere, quæ laicis statuta est. Imò Surdus *consil. 301. n. 38.* qui citat Sotum, putat in tali casu iudicem Ecclesiasticum non debere eos punire pœna temporali, si lex Ecclesiastica non accessit. Vnde Nauarrus *c. 23. n. 88.* & alij asserunt quòd in his casibus benefaceret iudex Ecclesiasticus, si sæculares iudices suis edictis iuuaret, & tunc Ecclesiastici possent puniri pœna temporali.

4 His suppositis, assero bannum emanatum esse contra immunitatem Ecclesiasticam; quod vnico argumento ita euidenter probo. Clerici licèt teneantur obseruare leges iustas laicorum, tamen non tenentur ad pœnas impositas contrauenientibus supradictis legibus: sed per dictum bannum indirectè Clerici coguntur soluere dictas pœnas, ergo bannum est contra immunitatem Ecclesiasticam. Maior propositio huius argumenti satis *suprà* probata est. Minor verò clarè patet, quia stante dicto banno venditores vini debent fideiussionem præbere ad soluendas pœnas, si ad illas damnandi sunt: ergo si Clerici vinum vendere volunt, numquam venditores laicos inuenient, si priùs non seruent eos indemnes de omnibus pœnis, quæ ex venditione dicti vini erunt soluendæ, & sic Clericus indirectè erit obnoxius solutioni pœnæ impositæ lege laicali vel imponendæ, à iudice laico, ad quam nullo iure tenebatur. Nec valet dicere quòd hoc procedit etiam cum laico domino vini; nam respondeo in hoc banno laicis non fieri iniuriam, neque iniustitiam, quia ipsi de iure in omni euentu tenentur ad pœnam impositam, vel imponendam à iudice laico; secus autem est, vt probauimus, in Clericis. Vnde apparet intentionem statuentium in hac ordinatione aliam non fuisse, quàm indirectè pœnam à Clericis exigere, quàm directè non poterant, cùm nisi cæcutientibus non pateat Clericos ex hoc banno minimè posse in posterum venditores vini inuenire, nisi velint pro dictis venditoribus Clerici ipsi in casibus contingentibus pœnas à iudice laico damnatas soluere, & ideò apertè apparet, vt dixi *supr.* dictum bannum indirectè lædere immunitatem Ecclesiasticam, licèt loquatur cum laicis. Sed statutum non attenditur cum quo loquatur, sed in quem sermonis effectus dirigatur. Vnde licèt aliquod statutum quoad verba non videretur infringere libertatem Ecclesiasticam, cùm præcipiat subditis, vt apparet in casu nostro; tamen quoad mentem est contra libertatem Ecclesiasticam faciendo fraudem de persona ad personam, vt optimè notat glossa *in cap. final. de immunitate Eccles. in 6. ver libertatis*, & *ibi* Ioan. Andreas, Ancharanus & Geminianus *num. 1.* & idem Ancharanus *consil. 115. num. 7.* Abbas *in cap. Ecclesia S. Mariæ, de constitut. num. 27. & 31.* Alba *consil. 8. num. 13. cum seq. & sub num. 20.* & alij, quos citat & sequitur Vgolinus *in respons. ad Iurisconsult. Gymnasij Pantauini cap. 6. num. 8.* Collegium Bononiense *in respons. pro libertate Eccles. num. 14.* & Maynardus *de priuileg. Eccles. art. 22. num. 67.* & ideo asseruit P. Suarez quòd dum disponitur circa Personas laicas, & ordinatur grauamen ad Clericos, statutum est contra libertatem Ecclesiasticam. Ita ille ad Regem Angliæ *lib. 4. cap. 33. num. 6.* sed hoc accidit in casu nostro: ergo, &c.

5. Secundò probatur, hoc statutum esse contra libertatem Ecclesiasticam, quia quando per aliquod statutum laici non possunt habere liberam contractationem & commercium cum Clericis, libertas Ecclesiastica arctatur, & adstringitur. Nam Ecclesia habet liberam facultatem, vt laici possint libere cum ea contrahere & commercium habere. Sed in nostro casu laici non libere possunt contrahere cum Clericis, nam arctantur, vt si velint vinum eorum vendere, præstent priùs fideiussionem: ergo clarum est ex hoc capite statutum istud esse etiam contra libertatem Ecclesiasticam. Cùm igitur Clerici de iure communi possint contrahere libere cum laicis quibuscumque, nec vendentes eorum vinum de iure communi tenentur aliquam fideiussionem soluere; ergo si statutum hoc addat, dicitur contrà libertatem Ecclesiæ, cui datum est, vt contrahat cum quocumque, nec contrahens cum ea grauetur aliquo onere. Dicant ergo Clerici, Tolle statutum, & si venditores vini tenentur fideiussionem præstare; compelle eos ad præstandum, sin minus, ne ius nostrum auferas libere contrahendi cum omnibus, sine aliquo onere, nostra enim interest habere venditores vini sine obligatione præstandi fideiussionem; quod euidenter patet: nam ex isto statuto Clerici, vt sæpius dictum est, non inuenient in posterum venditores vini, quis enim præstabit dictam fideiussionem,

Sup. hoc ibidem §. Confirmatur nostra opinio.

6. Dicendum igitur absolutè quòd onus, quod non potest imponi Clericis, non potest imponi contrahentibus cum eis, & hæc omnia supradicta docet Laderchius *consil. 103 num. 5. & 9.* Mandelus *cons. 8. num. 16. 17. & 18.* Aponte *in resp. de cens. Pauli V. fol. mihi 82.* & alij penes ipsos, quæ valdè notanda sunt ad adducendam potissimam rationem: quare gabella imposita super emptore sit contra libertatem Ecclesiasticam, non tantùm eo, quia per onus gabellæ viliùs venderent Clerici res suas, sed quia, vt dictum est, de iure possunt contrahere cum laicis, liberè, & sine aliqua conditione & onere, nec ementes ab eis tenentur soluere gabellam, ergo si statutum hoc addat, lædit libertatem Ecclesiæ cui competit contrahere cum quocumque, nec contrahens cum ea quicquam soluere; quod est valde notandum contra illos, qui putant gabellam positam super emptore non esse contra libertatem Ecclesiasticam quando pretium rei est impositum à lege, quod consistendo in indiuisibili non poterit à contrahentibus alterari, & sic Clerici non viliùs vendent res suas, quia dato, & non concesso, quòd ita euenit, dico adhuc gabellam esse contra libertatem Ecclesiasticam, quia oneratur laicus cum quo Ecclesia de iure sine vllo onere antea poterat contrahere, quod non parum ei expediebat & vtile erat, quod à fortiori in casu nostro accidit, nam, vt dictum est priùs, Clerici inueniebant venditores vini sine vlla difficultate, imò rogati, quia nullum onus erat eis impositum; nunc verò ex isto statuto manifestum est, quòd

non inuenient propter onus eis impositum de fideiussione præstanda: vide ergo, quæso, si ex hoc læditur libertas Ecclesiastica?

7. Restat modò discutere secundum punctum, nempe venditores vini non posse illud vendere nisi in quarta domo ab Ecclesia distante; & hoc etiam esse contra libertatem Ecclesiasticam patet, quia statutum prohibens, vel præcipiens personis Ecclesiasticis id, quod eis nec diuino, nec humano iure præceptum, vel prohibitum est, erit contra libertatem Ecclesiasticam, vt docet Felinus *in cap. Ecclesia S. Mariæ, de constit, num.72.& 73.* quem citat & sequitur Zecchius *de republ. Eccles. tit. de Clericis fol. mihi* 410. Laderchius *cons.*103. *num.*1. Annibaldus *in addit ad Mandellum, consil.*8. *lit. H.* Sousa *in Bull.Cœn.cap.16.disp.43. concl.* 3. Sayrus *de censur. lib.3.cap.19.n.9.§. sic etiam.* Filliucius *tom.* 1.*tract.16. cap.* 10. *num.* 270.*§.tertio ea.*Reginaldus *tom.*1. *lib.9. c.23.n.*358.*§.tenendum est tertiò* Duardus *in Bull.Cœn. lib.2.consil.*15.*q.*19. *num.*1. & alij.Sed de iure communi non est prohibitum Clericis vendere vinum in taberna posita in domibus Ecclesiæ, imò hoc facere eis concedunt, Geminianus & Franchus *in cap. vnic.* de vita & *honest.Cler.in* 6 Lambertinus *de iure patronat. lib.*2 *part.*1.*art.* 26.*quæst.* 9.*num.*4.Genuensis. *in praxi Archiep.cap.* 62. *num.*7.& Prosper Augustin *in addit. ad sum. Quarantæ ver. vestigal.* & tamen per hoc bannum arctantur vendere illud in alio loco cum interesse. ergo hoc bannum erit contra libertatem Ecclesiasticam, quia cum eorum detrimento imponitur Clericis onus quod de iure eis non est impositum. Nec valet dicere quòd interesse Ecclesiasticorum in hoc seruando statuto erit modicum, nam respondeo quòd sive magna, sive modica si t læsio Ecclesiæ, non sustinetur.Ita Collegium Bononiense *in respons. pro libert. Eccles. num.* 40. Surdus *vol.*3. *consil.* 338. *num.*20. *&* 27. Lupus *de libert. Eccles. part.* 1. *quæst.* 8. *num.* 2. Adde quòd Bonacina *in Bulla Cœna disp.*1. *quæst.*16. *sect.*2.*punct.*2. *num.* 11. asserit, statutum quo decernitur,vt Clerici etiam teneantur aliquam formam, vel aliud onus seruare, in contractu venditionis esse contra libertatem Ecclesiasticam.Sed hoc accidit in casu nostro, nam præscribitur Clericis forma vendendi eorum vinum, nempe in quarta domo distante ab Ecclesia, cum onere locandi dictam tabernam; ergo hoc bannum est contra libertatem Ecclesiasticam.

8. Deinde statutum quo Ecclesiastici efficiuntur peioris conditionis, quàm laici, est contra immunitatem Ecclesiasticam. Ita DD. citati, & Gueuara *in propugn. libert. Ecclesiast. assert.*1.§.5.*num.* 42. Valenzuela *in defens. cens. Pauli V.part.* 3. *num.*168.Riccius *in praxi tom.* 3. *resolut.* 207. *num.*7. cum Megala *in* 3. *part. lib.* 3. *cap.* 10.*quæst.*1.*num.*51. & alij communiter. Sed ex hoc banno Ecclesiastici efficiuntur peioris conditionis, quàm laici; ergo. Probo minorem, quia Regularibus, v. g. ex hoc banno semper opus erit conducere tabernas alienas ad vendendum vinum,cùm præcipiatur in ipso banno vendi in quarta domo distante ab Ecclesia, quod laicis non accidet, sed in propria domo sine conductione aliæ apothecæ suum vinum venale semper habebunt, cùm non habitent in Ecclesiis vt Regulares.Vnde manifestè apparet hoc bannum contra Regulares promulgatum fuisse,& in hoc esse peioris conditionis quàm laici. Deinde multum interest habere tabernam vini coniunctam cum propria domo,vt ipsimet laici confitentur, quod Beneficium Ecclesiastici ex hoc banno non habebunt, sed solùm laici, & tamen iura clamant esse magis Clericis fauendum, quàm laicis. *l.sunt personæ, ff.de relig. & sumpt. funer.* ergo, &c.

9. Restat modò respondere ad aliqua argumenta, quæ aduersùs supradicta adduci possunt.Primò, quòd ista statuta diriguntur ad venditores vini laicos subiectos Principibus sæcularibus. Respondeo quòd cùm sit concessum Clericis vendere vinum non per se, sed per suos famulos, vt tradit Genuensis *in praxi Archiepisc. cap.*62. *num.*7. Prosper de Augustin. *in addit. ad sum. Quarantæ ver. vectigal.* Squillante *de priuileg. Cleric. cap.*8. *num.* 38. & alij, quidquid disponitur circa tales, redundant in damnum Clericorum, est contra libertatem Ecclesiasticam,& censetur dispositum contra Clericos, vt patet apud Surdum *consil.* 301.*num.*74. & alios DD. communiter. Vnde licèt hoc statutum cum laicis loquatur, effectus sermonis dirigitur in Clericos, quod suprà probauimus, & diximus esse contra immunitatem Ecclesiasticam, & tradunt etiam Parisius *consil.*27. *vol.* 2. *num.* 63. Riminaldus senior *consil.* 268. *num.* 32. *vol.* 2. & Laderchius *consil.*103. *num.*9. Nam Clerici non inueniendo famulos propter onus fideiussionis præstandæ erunt astricti vel vinum non vendere, vel dictos famulos indemnes seruare. Vnde cùm laici directè pœnas à Clericis exigere priùs minimè poterant, per hoc statutum indirectè illas exigent. Adde his omnibus, quód, vt suprà satis probatum est;eo ipso quòd contrahentes cum Clericis grauantur aliquo onere, læditur libertas Ecclesiastica, sed hoc accidit in casu nostro: ergo,&c.

10. Secundò non valet dicere, quòd quando statutum non prohibet absolutè seruitium fieri Clericis, sed permittit cum certa forma & modo, vt est in casu nostro, non est contra libertatem Ecclesiasticam, vt docet Natta *lib.*2.*consil.* 280. *num.*4. & ideo statutum vt custodes animalium soluât pœnam pro damno dato, ligat etiam custodes animalium Clericorum, vt docet Maccabrunus *consil.*18. *num.*17. Nam respondeo quòd opinio Nattæ non est amplectenda, & illam in specie reprobat Carolus de Grassis *de effectibus clericatus. effect.* 2. *num.* 359. quia per indirectum lædit Clericos, vt apertè apparet in casu nostro. Adde quòd *suprà* satis probatum est, quòd eo ipso quòd laici contrahentes cum Clericis grauantur aliquo onere,læditur Ecclesiastica immunitas, maximè quando tale onus redundat in damnum Clericorum, vt est in casu nostro: ergo, &c. Ad exemplum autem de custodibus animalium dico, quòd procedit, quando dominus pascuorum, antequam intrassent animalia Clericorum, expresè prohibuisset custodes, nam tunc intrantes post prohibitionem in specie tenerentur, per text.*in l. dinus. ff.de seruit. rusticor. prædior.* secus autem si prohibuisset in genere per banni emanationem, vt efficitur in casu nostro: quoniam famuli & coloni Ecclesiæ non alligantur statutis, & edictis laicorum, siue specialiter, siue generaliter de illis disponant, & ita docet noster doctus P.Duardus *in Bulla Cœna lib.*2.*consil.* 15.*q.*27. *num.*6. Marta *de iurisdict. par.* 4. *cas.* 8.*num.* 14.Surdus *consil.* 301. *n.* 74. & alij.

11. Tertiò iam suprà probatum est, Ecclesiasticos, si non vi coactiua, saltem directiua, teneri seruare leges latas propter bonum commune: sed istud statutum tale est;ergo vi directiua obligabit Ecclesiasticos.Respondeo hanc doctrinam esse veram quando dicta statuta,seu leges editæ in bonum publicum, neque directè, nèque indirectè lædunt libertatem Ecclesiasticam, vel aliqua iura Clericorum, quod non accidit in casu nostro vt *suprà* satis probatum est, Ita D. Franc. Aponte *in respons. de cens. Pauli* V. *fol. mihi* 75. Collegium Bononiense *in respons. pro libert. Ecclesiast.* contra Venetos *num.*24.Molina *de iustitia & iure tom.* 1. *tract.* 2. *disp.* 31. *numero* 15. Squillante

Sup. hoc infra in Ref. 214.§ Hoc igitur.& in Ref.217.§. Sed, his.post medium.

Sup. hoc infrà in §.Restat modo respondere. & in aliis eius not.

Sup. hoc inf. in Ref.200.§. Quarto quãdo &in Ref. 209. §. Tertio tunc. & lege etiam §. vlt. & aliam Ref.eius not.

Sup. hoc supra in §. 1.&§.Restat modo discutere. huius Ref. & infra in Ref. seq. & in tot. 6.tr.3.Ref. 182.

Suprà in §. Supponohuius & in aliis annot. 1.præcitati §.

Squillante *de priuileg. Cleric. cap. 7. dub. 3. num. 94* & hæc dicta sufficiant circa hanc quæstionem. Saluo semper, &c.

RESOL. XCV.

An si in aliqua terra Baronis vendantur comestibilia tantum in eius taberna, vulgo dicta Zagato, *possint adhuc Clerici aperire tabernas, & vendere vinum, nivem, & alia recollecta in eorum prædiis?*

Et an possit Baro introducere in quadam terra de nouo à se ædificata tabernam dictam Zagato, *vassallis reclamantibus; & an ita facientes incurrant in censuram Canonis quinti Bullæ Cœnæ?*

Idem esse dicendum de Communitatibus, seu Vniuersitatibus Ciuitatum, & locorum, &c. Ex part. 5. tract. 1. Resol. 20.

§. 1. NEgatiuam sententiam docuerunt his diebus aliqui Iurisconsulti, sed immeritò, quia de iure, vt obseruat Aponte *in responsis. sup. cens. Veneta fol. mihi* 85. & alij communiter, Clerici possunt habere liberam contractationem cum laicis; & ideo in indiuiduo casus nostri possunt de iure aperire tabernas ad vendendas res ex suis prædiis collectas, vt ex Geminiano, & Franco, & aliis tradidi *in p. 4. tract. 1. resol. 52.* ergo non obstante quòd in dictis terris res vendantur per vnum tabernarium Baronis, possunt adhuc Clerici in eorum tabernis res suas vendere, quia Baro non potest eis arctare priuilegium quod de iure habent, alioquin incurret in censuras Bullæ Cœnæ. Hinc cum multis Doctoribus ego *in p. 1. tr. 2. resol. 68. & 69.* quibus nunc addo Beltranum de Gueuara *in propugnaculo immun. Eccl. §. 3. assert. 1. num. 11.* docui statutum prohibens adduci vinum ad vendendum extra ciuitatem, vel ne in ciuitatem ad vendendum introducatur, non comprehendere Clericos, quia vbique ipsi possunt de iure res suas vendere. Adde quòd prohibitio, ne vendatur nisi in taberna Baronis, seu in Zagato, non tendit ad vtilitatem publicam, & æquè concernentem Clericos ac laicos; ergo Clericos non potest comprehendere. Imo dicendum est ex Mastrillo *de magistr. lib. 4. cap. 18. num. 55.* & amicissimo Nouario *de grauam. vassall. tom. 1. grauam. 74.* Barones grauare vassallos, si faciunt penes vnam tabernam vendere vinum, oleum, carnem, &c. nisi tamen ex consuetudine acquisiuissent tale ius; quare, vt optimè obseruat Nouarius *num. 3.* in principio huiusmodi prohibitionum intenti stare debent vasalli, nec sufferre illas, sed contradicere, & facere actus contrarios, vt se in possessione libertatis manuteneant, & Barones excludant, quia aliàs sibi præiudicant, & dant ius ad fauorem Baronum ex eorum acquiescentia, vnde ego olim respondi non potuisse quemdam Baronem introducere in quadam terra de nouo à se ædificata tabernam dictam *Zagato*, vassallis reclamantibus.

Sup. hoc in Ref. 124. & Vide ea ibi inferenda in fortio-ri.

Quæ hic est Ref. antecedens, & in alijs Ref. & §. eius primæ not.

Quæ hic sūt Ref. 122. & in Ref. 124. §. 2. & seqq.

2. Nec desinam hic admonere non deesse Doctores absolutè asserentes supradictos dominos, seu vniuersitates, qui hoc faciunt in suis terris, incurrere in censuras Canonis quinti Bullæ Cœnæ, quia hæc est species cuiusdam vectigalis. Et ideo Gambarupta *de cas. c. 5. in Bull. Cœn. n. 7.* sic ait: Nec communitates, siue vniuersitates ciuitatum, & locorum, quæ prohibent vendi panem, sal, & huiusmodi, nisi à Præposito illius Officij ab ipsis deputato, qui Præpositus soluit tale quid conuentum ipsis communitatibus, hæ communitates, inquam, non effugiunt hanc excommunicationem; quòd intellige de communitatibus non habentibus ius, seu priuilegium sic faciendi. Ita ille. cui adde Coriolanum *in explicat. Bullæ Cœnæ, excom. 5.* Graffium *in decis. com. 1. lib. 4. cap. 8. num. 79.* Duardum *in Bull. Cœn. lib. 12. can. 5. q. 4. concl. 3. n. 6.* ex Butrio *in c. super quibusdam, de verb. signif. n. 15.* licèt contrarium docuerit Filliucius *tom. 1. tr. 16. c. 5. n. 110.* vbi sic ait: Imponentes domos panis, vini, carnis, aliarùmque rerum venalium, hoc est domini terrarum, vel communitates constituentes determinatas domus & loca, in quibus solis ea vendantur, vnde venditores eiusmodi multum lucrentur, non videntur comprehendi sub hac censura; quia eiusmodi impositio non reuocatur ad impositionem gabellarum, sed potiùs monopolij. Sic Filliucius, Sed quicquid sit de hoc, ex supradictis apparet dictas tabernas, seu Zagata etiam in ordine ad laicos non bene olere, & de illis malè sentire Doctores; quomodo igitur dici potest posse præiudicare Clericis?

RESOL. XCVI.

An Clerico vendenti vinum, frumentum, &c. vltra taxam à Principe impositam, possit iustitia secularis dicta victualia ei in pœnam tollere, vt à lege statutum est?

Et an Clerici non teneantur ad pœnam, ad quam laici tenentur, si dicta victualia vendant vltra iustum pretium, etiamsi Princeps expresserit vt ea pœna afficiantur etiam Clerici?

Et an dicti Clerici in prædictis casibus possint puniri ab Episcopis mitiori tamen pœna? Ex part. 1. tract. 2. Ref. 72, àlias 71.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Bobadilla *in Polit. tom. 1. lib. 2. c. 18. num. 122.* vbi sic asserit: [Si el Clerigo vendiesse el trigo, ò el pan cozido, ò el vino, fruta, ò otros mantenimientos, à mas de la tassa, y por ello segun la ley, ò ordenanza, lo tuuiesse perdido, podrà la Iusticia seglar tomarselop, or auer caydo en comisso, y applicarlo conforme à la ley.) Ita ille.

Sup. hoc in Ref. seq. & infrà in Ref. 101. cursim, in §. Sed.

2. Sed hæc opinio est prorsus eliminanda: nam verùm est, vt *supra* diximus; quòd Clerici tenentur seruare legem taxantem pretia rerum. Et ita docet Salonius *tom. 2. in 2. 2. q. 77. art. 1. contr. 10.* Molina *tom. 1. tract. 1. disp. 31. n. 13.* Sotus *de iust. lib. 1. q. 6. art. 7.* Nauar. *de Man. c. 23. n. 887.* & alij. Sed ad id non tenentur ex vi coactiua, sed directiua: non tenentur ex vi legis, quatenus ciuilis est; nam non habet ius in Clericos; sed, quia ex vi iuris naturalis tenentur vendere res suas, iusto pretio. Sed iustum pretium est illud, quod taxatur à lege. Ergo, &c.

Sup. in Ref. quæ hic est suprà 90. & in aliis multis eius primæ, secundæ & tertiæ annot.

3. Ex his sequitur contra Bobadillam, Clericos non teneri ad pœnam, ad quam laici tenentur si dicta victualia venderent vltra iustum pretium. Sed audiamus Azorium *p. 1. lib. 5. c. 13. q. 4.* de hac re differentem: [Clericus (ait) suum vinum vel frumentum cogitur iure naturali, non ciuili Principis lege tantidem vendere, laicus verò eodem pretio vendere, non solùm naturali, sed etiam ciuili iure compellitur. Et hinc est, vt si principis lege pœna sit statuta in eos, qui pluris venderent, eius pœnæ laicus sit reus, non Clericus. Quod si Princeps expresserit, vt ea pœna afficiantur etiam Clerici, qui pluris vendiderint, nihil valet ex ea parte lex quia pœnam statuit in eos, à quibus eam exigere, & sumere non potest.) Ita Azorius.

Sup. hoc infrà in Ref. seq. & in alia eius primæ not.

4. Idem docet Pesantius *tract. de immunit. disp. 4. in fin.* Nec ego intelligere possum distinctionem Bobadillæ, inter res, quæ pluris venduntur, & ex ordinatione legis cadunt in commissum, & alias pœnas

à lege impositas: nam illa prior est etiam pœna à lege constituta, ad quam Clericus non tenetur; nec Iudex laicus ex carentia iurisdictionis potest illam exigere: ergo dicendum, quod in tali casu Clerici sunt exempti, & liberi ab incursione dictarum pœnarum legis, quam Principes promulgant; verùm possunt puniri ab Episcopis; mitiori tamen pœna, vt *suprà in alia Resolutione* notauimus.

Sup. in Res. quæ hic est etiam suprà 90. in eius §. vlt. & in aliis eius notat.

RESOL. XCVII.

An iudex, laicus possit exigere pœnas impositas à lege, si Clerici illam transgrediantur & res vendita cecidissent in commissum?

Et notatur Clericos pro damno, & noxa data à suis animalibus non posse conueniri coram iudice sæculari, neque teneri ad pœnas impositas.

Et aduertitur ædilem non posse Clericum compellere, vt domum ruinosam destruat, ne vicinis noceat, neque pro plateis mundandis, vbi ipsi degunt, pœnas pecuniarias extorquere. Ex part. 4. tract. 1. Res. 8.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docent aliqui iuniores Iurisconsulti, vt alibi notauimus; quibus iterum addo Pereiram *de manu Regia part. 2. cap. 39. num. 15.* quando pœna imposita à lege, exigenda est de plano, quasi in commissum ceciderit: vnde ait ille. Si Clericus frumentum, vel oleum publicè exposuit venditioni, excedens taxam præfinitã ab Ædilibus, si frumentum amissionem incurrit, ex statuto capi potest, quasi in commissum cecidisset. & hanc sententiam (quod vehementer doleo) tenet etiam Castrus Palaus *in opere morali tom. 1. tr. 3. disp. 1. punct. 14 §. 6. n. 9.* vbi ita asserit. Si pœna exigenda est de plano absque alia controuersia iudiciali, qualiter solent iudices exigere ob solam declarationem ministrorum, qui signati sunt ad has pœnas, seu contributiones exigendas, tunc licitè videtur posse sæculares iudices illam ab Ecclesiasticis exigere; quod si solvere noluerint, poterunt ij ab illis aliqua in pignus accipere solutioni præstandæ, quia hæc non tam in pœnam violatæ legis accipiuntur, quàm in reparationem damni dati, seu in contributionem debitam. Ita Palaus. Sed magis amplè, & minus benè loquitur in hac re Samuel Lublinus *in summula casuum conscient. ver. Bulla Cœn. cas. 17.* vbi sic ait. Constituit Rex cum Senatoribus in suis Comitiis iustum pretium frumenti, simul obligans ad pœnam subditos, si maiori pretio præsumerent vendere, interim Clericus contra hanc pragmaticam cariùs vendit, cuius bona iudex, vel magistratus ex officio sequestrat, numquid talis censuram incurret? Dicendum quòd leges taxantes pretium rebus, non solùm obligant sæculares, verùm etiam Clericos, quoties illas vendiderint, proinde licèt Clerici non sint subiecti legibus ciuilibus, subduntur tamen legi naturali & diuinæ: quæ præcipit ne res alio pretio, quàm iusto vendantur, ergo præfatus iudex frumentum Clerici sequestrans non incurrit censuram. Oppones, igitur per te Clerici transgressores legum ciuilium sunt puniendi? Respondeo in personis nequaquam puniendi, sed soiùm in rebus & bonis temporalibus. Hæc Lublinus. Sed hæc omnia sunt directè contra immunitatem Ecclesiasticam, & contra opinionem Lublini, Theologo quidem indignam, oppono Theologorum omnium communem opinionem, & pro nunc contra illum satis sit adducere ex eadem illustri Dominicana familia Antonium Sousam *in Bull. Cœn. cap. 20. disp. 95. num. 4.* vbi probat, quòd sicut iudex laicus non potest in realibus Ecclesiasticos ad suum tribunal trahere; ita neque etiam sequestrare: nam si persona Ecclesiastica est exempta; ergo & res eius. Vide me ipsum *in part. 1. tract 2. resol. 41.* Ad sententiam verò Castri Palai, quæ etiam est contra communem Theologorum, oppono ex eadem Societate Iesu P. Suarez *de legib. lib. 3. cap. 34. num. 17.* vbi tenet, quòd maior coactio efficitur, quando absque alia controuersia iudiciali exigitur pœna imposita à lege, vt est in casu quem docet Palaus & Pereira, à quibus peto: Res illæ, quas malè vendunt Clerici, quo iure cadunt in commissum? certè non ex alio capite, quàm ex lege prohibente; ergo etiam hæc est pœna, ad quam Clericos indubitatum est non teneri; ergo, &c. Vide etiam me ipsum *vbi suprà resol. 15. 71. & 76.*

Alibi in Resol præcerta signanter in §. Ex his & seq. & infrà in Res. 101. cursim in §. Sed.

2. Nota etiam hîc obiter contra Pereiram *loc. citato num. 8. 9. & 11.* Clericos pro damno & noxa data à suis animalibus non posse conueniri coram iudice sæculari, neque teneri ad pœnas impositas, vt patet ex dictis.

Quæ hic est infrà Resol. 268. §. Vnde, & in aliis multis eius primæ not.

3. Nota etiam secundò contra Pereiram *vbi suprà n. 17.* ædilem non posse Clericum compellere, vt domum ruinosam destruat, ne vicinis noceat, neque pro plateis mundandis vbi ipsi degunt, pœnas pecuniarias extorquere, num hæc compulsio facienda est per iudicem Ecclesiasticum, vt nos *locis citatis* satis firmauimus, & docet Molina *de iustit. tract. 2. disput. 672. n. 5.* nusquam enim laici habent iurisdictionem ad cogendos Clericos, vt in casu simili notat Suarez contra Regem Angliæ *lib. 4. cap. 26. num. 6.* & ita nouissimè hanc sententiam docet Thomas Sanchez *in opusc. tom. 1. lib. 2. cap. 4. dub. 56. n. 9. & 11.* vbi in dictis & similibus casibus putat Clericos per iudicem Ecclesiasticum debere cogi.

Quæ hic sit Res. 100. 96, & 98. Super hoc in Resolutione 102. & 101. & in alio §. eorum notat.

Sup. hoc infra Res. 254. §. 1. paulo post initium & lege aliã Res. eius primæ not. & etiã secũda.

RESOL XCVIII.

An Clericus, qui falsa mensura triticum, & vinum, vel oleum vendidit, possit puniri à iudice sæculari? Ex part. 1. tract. 2. Res. 77. aliàs 76.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Chassaneus *consuet. Burgund. rubr. 1. §. 5. n. 90.* Petrus Cenedo *in collect. iur. can. p. 1. collect. 37. num. 18.* & Ludouicus Mexia *in prag. taxæ panis, conclus. 5. num. 29.* cum aliis Iurisconsultis.

Sup. hoc in Res. seq. & infrà in Res. 101. §. 1. in fine, & seq.

2. Sed ex dictis contrarium prorsus asserendum est: nam, vt firmat Augustinus Vigianius *tract. de immun. Eccles. disp. 2. conclus. 5.* Vasquez *in p. 2. tom. 2. disp. 167. cap. 4. num. 29. & 30.* Salas *de legibus, disp. 14. sect. 9. num. 106.* Barbosa *in collect. tom. 1. lib. 3. decret. tit. 17. cap. vt mensura de empt. & vendit. num. 3.* qui citat Martham, & alij Theologi communiter; Clerici legum ciuilium violatores, minimè puniri possunt à politico Magistratu. Et licèt, vt *superiùs* diximus, teneantur obedire legibus ciuilibus in his rebus, quæ spectant ad regimen ciuitatis, & sacris Canonibus ac clericali officio non repugnant: tamen ad hoc tenentur, non directe, sed indirectè; non vi legis, sed vi rationis, & ideò non possunt à Iudice sæculari, si illas transgrediuntur, aliquo pacto puniri, sed ad Iudicem Ecclesiasticum recurrendum est. Vide etiam Filliucium *tom. 2. tract. 35. cap. 9. n. 94.* & Barthomæum à S. Fausto *in specul. Confess. disp. 6. quæst. 44. num. 3.*

Superius in Res. quæ hic est suprà 90. & in omnibus aliis eius primæ, secundæ, & tertiæ annotationis.

RESOL XCIX.

An Clerici, si fraudem efficiant quoad pondera, & mensuras, vel quoad pretium rerum venalium possint puniri

puniri in mulctis pecuniariis impositis à lege per iudicem laicum?

Et an Principes laici authoritate propria non possint statuere, ne ad beneficia aduenæ assumantur; nec possint præcipere vt possessio beneficij non apprehendatur sine eorum licentia, & consensu, aut Gubernatoris, vel Præsidis? Ex part. 5. tract. 1. Resol. 6.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam contra me docet Cutellius *ad leg. Iacobi, cap. 58. not. 71. in fin. & cap. 6. not. 75. numer. 3. & ad leg. Feder. capit. 116. 105. numer. 3.* Quia ait ille, nullus forus, nullaue exemptio in his quæ communi bono constituta sunt ad societatem humanam incolumem seruandam, proficere debet, prout est cura ne cibaria falsis mensuris, vel corrupta substantia venundentur, conuenit enim ei, qui in vniuersum his seruandis incumbit, exemptos quoque ad id compellat. Ita ille, ergo per Cutellium, Clerici tenentur seruare leges tendentes ad bonum publicum, etiam vi coactiua, & ideò vt ipse loquitur, exempti dictas leges non seruantes per iudicem laicum, mulctis pecuniariis compelli possunt illas seruare. Sed hæc doctrina est contra communem Canonistarum & Theologorum sententiam, vt sanè probaui ex multis *in 1. p. tr. 2. res. 8. & p. 4. tr. 1. resol. 52.* quibus addo Bellettum *in disquis. Cler. p. 2. §. 50. num. 7.* & me citato Squillantem *de Priuil. Cler. cap. 7. nu. 94. & cap. 8. num. 39.* & Baldellum *tom. 1. lib. 1. disputat 37. numer. 16.* Malderum *in 2. part. quæst. 96. artic. 5.* Fagnanum *de cens. Pauli V. part. 3. fol. mihi 72.* Vigianium *de immunit. Eccles. disputat. 2. conclus. 5.* Maynardum *de Priuileg. Eccles. cap. 7. §. 6.* Sed audiamus Montesinum insignem Theologum Illustrissimæ Academiæ Complutensis, sic asserentem *in p. 2. D. Thom. disput. 13. quæst. 14. difficul. 3. num. 200. & 201.* Manet difficultas, an subiiciantur Clerici legibus sæcularibus, quæ spectant ad politicum regimen, quibus nulla iniuria irrogatur dignitati Clericorum? vt quibus taxantur pretia rerum venalium, aut quibus præcipitur vsus fericus, &c. Dico primò, Clerici subiiciuntur huiusmodi legibus sæcularibus. Dico secundò, non tamen subiiciuntur Clerici huiusmodi legibus, quantùm ad vim coactiuam. Sed potest hoc benè & malè intelligi. Nam si intelligatur ita, quòd Clerici transgressores istarum legum omninò sint impunes, falsum est, & absurdum: si autem intelligatur ita, quòd non debeant puniri per iudices sæculares, verum est intentum in proposito: non enim decet quòd Clericus, aut Episcopus subiiciatur iudici sæculari; atque adeò si Clerici, aut Episcopi sint transgressores istarum legum, puniri debent, & licèt puniri possint pœna taxata per ipsam legem, tamen executio pœnæ non debet fieri per iudicem sæcularem, sed Ecclesiasticum. Ita Montesinus. Sed ego puto (licet hæc dissensio non faciat pro opinione Cutellij) contra Montesinum, Clericos non incurrere pœnas lege ciuili statutas; & ita docet Vasq. *in 2. part. tom. 2. disp. 167. cap. 4. num. 29.* vbi sic asserit: Ecclesiastici verè non sunt subditi Principibus, cùm ab eis puniri minimè possint, ergo id, quod lege Principum præcipitur, non ratione obedientiæ & subiectionis, sed vt consonent toti Reipublicæ, facere debent; alioqui si obedire deberent tanquam inferiores sequeretur eos etiam incurrere pœnas legè ipsa statutas. Impossibile enim videtur aliquem subditum esse alteri, & ei parere iure obedientiæ, nihilominus ab eo non posse propter transgressionem puniri. Etenim hac ratione diximus Principem debere suas leges seruare, non iure obedientiæ, vt inferiores, sed tantùm vt reliquo cum corpore rectè conueniat. Porrò Clericos non incurrere pœnas lege ciuili statutas, Doctores ingenuè fatentur: ratio verò manifesta est. Nam Clerici, & exemptæ personæ sub Ecclesiæ iurisdictione, non autem sub iurisdictione Principis sæcularis constitutæ sunt: ergo, &c. Ita Vasquez. Videat modò Cutellius vtrùm sua, an mea sit amplectenda sententia; & surdusnè sit ad ea, quæ docet Surdus *consil. 301. num. 31.* & Doctores citati, qui multas rationes pro hac opinione adducunt, quibus hanc adde, nã pœna licèt pecuniaria, tamen ex delicto oritur, vt patet *l. 1. ff. si quadrup.* ibi; Noxia autem est ipsum delictum, *& ex §. 1. Instit. de noxal. & ex l. Quintus. & seq. ff. ad leg. Aquil. & ex cap. si laserit, de iniur.* ergo si admittenda esset doctrina aduersariorum, sequeretur quòd Clericus posset in sæculari iudicio conueniri ciuiliter ex personali actione, quæ descendat ex delicto, quod dicere est absurdum. Et ideo meritò nouissimè docet Baldellus *in Theol. moral. lib. 5. disput. 39. num. 15.* quòd si possint laici punire Clericos pœna pecuniaria, verè Clerici essent sub potestate laicorum, & consequẽter possent puniri pœna corporali. Vide etiam Merollam *tom. 2. cap. 3. difficult. 2. num. 608.* Igitur ex his etiam apparet, nó posse * iudices laicos sumere à Clericis res venales quæ contra legem ab ipsis venduntur, vel extrahuntur à ciuitate sub colore, quòd dictæ res eo ipso cadant in commissum, & ideò non benè Cutellius *ad l. Martini cap. 41. not. 42. num. 4.* dixit, quòd vbi pro apportandis rebus aliquid deperditur, exempti etiam Clericalis ordinis teneantur, quod si tenuerint, cogi in bonis à laico iudice possunt, nã hæc omnia habent rationem pœnæ, vt manifestè patet: ergo laici non possunt in Clericos illam pœnam infligere: & quæro à Cutellio, qua ratione res illæ cadant in commissum? certè non ex alio, capite, nisi à lege prohibente. ergo ad id non tenentur Clerici, quia non tenentur, nec sunt obnoxij pœnis à lege laicali impositis; recognosce me ipsum *in part. 1. tract. 2. resol. 71.* Nec his omnibus obstat *cap. ex literis. de vita & honestate Clericorum*, quod adducit Cutellius in sui fauorem, nam ibi summus Pontifex, vt legenti patet, & asserunt omnes expositores, loquitur de Clerico negotiatore, qui subiacet iudici laico, vt ab eo puniri possit in rebus negotiationis: non est ergo casus ille extendendus ad alios casus, in quibus Clerici potestati sæculari minimè subiiciuntur.

2. Et hæc dicta sufficiant defensionis causa circa obiectiones, quas contra me edidit nouissimè Marius Cutellius *in suo Codice legum Siculorum*, nam ea, quæ asserit *in fine dicti libri cap. 67. not. 70. num. 9.* non indigent responsione. Ego enim fateor conuenire, vt beneficia exteris minimè conferantur, & hoc satis probaui *in 1. p. tr. 3. de Parlamento resol. 6.* Sed ex hoc non sequitur quòd Principes laici authoritate propria possint statuere, ne ad beneficia aduenæ assumantur, & hoc nego in illa resolutione à Cutellio citata, & negat nouissimè Castrus Palaus *tom. 2. tract. 12. disp. vn. punct. 8. n. 9.* quia nemini à summo Pontifice, vel ab illo authoritatem habenti, datum est de rebus spiritualibus disponere. Sed materia beneficiorum spiritualis est. ergo, &c. Deinde ius præsentandi ad beneficia nullus laicus habere potest, nisi ei fuerit à Pontifice concessum; ergo multò minus habere poterit ius excludendi à Pontifice præsentatos, nisi à Pontifice hæc exclusio concedatur; & ideò ex Felino docet nouissimè Baldellus *tom. 1. lib. 5. disput. 36. numero 14.* quòd Principes non possunt præcipere, vt possessio beneficij non apprehendatur sine eorum licentia, & consensu, aut Gubernatoris, vel Præsidis.

Sup. hoc in Resol. seq. & infra in Resol. 214. §. Secundo infertur. & in aliis earum annotatid-num.

Quæ hic est supra Resol. 96. & in aliis eius primæ annot.

Quæ nunc inuenietur in tom. 7. tr. 6. Resol. 17. §. 1. Sed signanter sup. hoc infra in Resol. 204.

Sup. hoc infra in Resol. 205. & in alio §. eius primæ annot.

RESOL. C.

An iudex laicus, siue eius minister inueniens Ecclesiasticos exportantes pecuniam, frumentum, & equos, &c. à Regno contra legem possit talia auferre sine fractione libertatis Ecclesiastica, & timore excommunicationis?

Et obseruatur Clericos etiam à iudicibus Ecclesiasticis non esse puniendos pœna legibus ciuilibus constituta, etiam si cum eorum statu non pugnet. Ex part.1.tr.2. Resol. 16. aliàs 15.

Sup. hoc in Resol. seq. §. vlt. & infra in Resol. 117. §. Vnde. in fin. & in Resol.214. §. Secundo infertur. & supra in Resol. 99. §. 1. inter medium, & finem, à vers. Igitur ex his.

§.1. POsse in tali casu laicos ministros illas res auferre docet Ioan. de Heuia *in Curia Philippica, p.3.§.3.num.11.* Bobadilla *in Polit.tom.1.lib.2.c.18. num.117.* vbi sic ait:[Si algunos Prelados, ò Clerigos sacassen destos Reynos moneda, podran los corregidores tomarsela, y por la misma razon otras qualesquier cosas vedadas, assi por leyes como por ordenanças como seria tambien el pan, ò vino, ò otras vittuallas, que sacan fuera de la jurisdicion, que se perden ipso facto, y caen en comisso, bien assi como à los Clerigos se les toman, y quitan las armas por la paz, y quietitud comun, assi tambien estas cosas que son vedadas por el bien vniuersal de Clericos, y legos.] Ita Bobadill. Sed contra illum meritò insurgit noster Megal. *in 3 p.lib 3.c. 11. n.36.* Et ratio est: quia Clerici non possunt comprehendi sub tali statuto, & ordinatione, vt communiter docent DD. & præsertim Alter. *de censur.tom.1.disp.16.lib.5.in fin.* Bartholom. à S. Fausto *in speculo Confess.disp.33.q.20.* Valer. *in differentiis vtriusque fori, vers. Clericus, differ.3.n.4.* & Azor *p.3.lib.5.c.19.q.13.* Nec valet dicere cum Bobadilla. hoc statutum respicere bonum commune, tam laicorum, quàm Clericorum: nam respondetur cum Azorio, quòd licèt respiciat bonum commune; non tamen ex æquo respicit Clericos, & laicos: ideò exepti sunt Clerici; nec sub tali statuto possunt comprehendi. Ad casum verò similem, quem adducit de spoliatione armorum, respondeo, illam sententiam communiter non esse recepta. Adde, quòd est dispar ratio inter vtrumque casum: nam in casu armorum probabiliter timetur damnũ tertij, & petturbatio reipublicæ; & ita per modum defensionis, & non punitionis à iudice laico auferuntur: in hoc verò casu non timetur damnum innocentis; sed solùm sequitur bonum commune, ad quod, vt dictum est, Clerici non tenentur. Ergo, &c.

Sup. in Resol. quæ hic est supra 90. §. vltim. & in Resol.91.§.2. & in Resol.94. §. Suppono. & in Resol.96. recitanter in fine, & infra in Resol. 117. §. vlt.

2. Deinde, vt *suprà* obseruatum est ex Vasquez *in p.2.tom.2.disp.167.c.4.* & Salas *de legib.disp.14.sect.10. n.112.* clericos, etiam à Iudicibus Ecclesiasticis non esse puniendos pœna legibus ciuilibus constituta, etiamsi cum eorum statu non pugnet: nam lex ciuilis pœnam ordinariam assignans, non potuit clericos ad eam obligare, non enim habent laici potestatem, saltem coercitiuam, & punitiuam, in ordine ad Clericos: & licèt Clerici teneantur vi directiua obedire statutis Principum iustis, & in bonum commune ordinatis; non tamen possunt puniri ex transgressione à Iudice laico, neque ad pœnam vllam ex vi talium statutorum tenentur. Ergo, &c.

RESOL. CI.

An Clerici transgressores legum possint puniri à iudice laico pœna pecuniaria à lege constituta?

Et an si Minister laicus auferret annonam, quam Clericus contra legem latam asportaret extra Regnum, incurreret in excommunicationem, & frangeret libertatem Ecclesiasticam? Ex p.3.tr.1.Resol.41.

§.1. AFfirmatiuam sententiam docent aliqui Iurisconsulti, vt Rebuff. *tom.2.constit.Gall.tit. de mercat.min.vend.in rubr. gloss.13. n.1.* & alij, quos citat, & sequitur Camillus Borrel. *in sum.decis.tit.43. de foro compet.num.34.& 35.* quibus ego addo Villadiegum *in instit.Polit.cap.5.§.20. num.66.* vbi sic asserit, agens de iudice sæculari, [Puede quittar à los Clerigos las armas defensiuas aunque sean las permetidas à los legos, sin que pueda el Iuez Ecclesiastico apremiar al seglar que las buelua, y restituya y concurriendo con el traer armas alguna culpa, puede ser preso para remitirle à su Iuez, y aun condenarle en las penas pecuniarias, quæ disponen las leyes, & *in num.86.* sic ait, Y lo mismo si le hallare caçando ò pescando en lugar, ò tiempo vedado, quitandoles lo perros, y armandyos, y las armas y condenarlos en las penas de la ley: y los perdigones que hallare en sus casas quitarselos, auerigando primero que los tengan para caçar, porque puede ser que los tenga para recreacion del canto. Et tandem *in n.90.* ita ait: Y si vsasse de peso, o medidas falsas en el trigo, ò mercaderias que vendiesse, puede ser castigado por el Iuez seglar en las penas pecuniarias.]

Sup. hoc & seq. vsque vers. Y si vsasse. huius §.inf. in Resol. 116. per totam, & pro parte in Resol. 117. 118. & 119.

Supr. hoc in Resol.vlt. not. seq. & in alia eius not.primæ.

2. Sed hæc omnia sunt contra immunitatem Ecclesiasticam, vt tenent DD. quos citaui *in tract.2.p.1. reso.70.71.& 76.* quibus nunc addo Tannerum *in p.2. D.Thomæ, disp3. quæst.6.dub.2.n.26.* Malderum etiam *in part.2.D.Thomæ.quæst.96.art.5.§.de Ecclesiasticis.* Becanum *in summa Theol.tom.1.tract.3.cap.6.q.11.num.2.* & ratio est clara, quia infligere pœnam impositam à lege etiamsi sit pecuniaria, est actus iurisdictionis; sed laicus nullo pacto potest exercere iurisdictionem in Clericos. Ergo, &c.

Quæ hic sunt supra Resol.90.96.& 98. & in aliis earum primarum annotationum.

3. Hinc infertur contra Naldum *in summa ver. Clericus.num.23.* Menochium *tom.8.cons.800. num.56.* Salzedum *in addit.ad pract.crim. Diaz.c.66.§. quamuis ab hac*, & alios; quòd si minister laicus auferret annonam, quam Clericus contra legem latam asportaret extra Regnum, incurreret in excommunicationem, & frangeret libertatem Ecclesiasticam, talis enim actio habet rationem pœnæ, & re vera pœna est, quam laicus in Clericum exemptum exercere minimè potest. Ergo, &c. vide me ipsum *in resol. 15. tract.2.part.1.de immu.Eccles.*

Quæ hic est Resol. antecedens, & in aliis eius primæ not.

RESOL CII.

An index laicus possit procedere contra animalia, & pecora Clericorum, & Religiosorum, quæ in alienis pascuis reperta fuerunt? Ex part.1. tract.2.Resol. 81. aliàs 80.

§.1. HAnc quæstionem tractant, inter multos, Gutt. *Pract.qq.lib.1.q.4.n.2.* & Ceual. *in tr.de cognit.per viam viol p.2.q.11.n.44.* & distinguunt; nam aut Iudex sæcularis procedit contra personã Clericorum, & Religiosorum, pro executione pœnæ statuti, & ordinationis, vel contra ipsa pecora, quæ fuerunt reperta in pascuis alienis, & prohibitis. In primo casu non potest: secùs autem in secundo, quando scilicet, procedit contra pecora. Et ita fuisse decisum in Regali Cancellaria Pinciana, & esse de stylo Curiarum sæcularium, testantur. Idem etiam docet Heuia *in Cur. Philipp.p.3.§.17.n.13.*

Sup. hoc in Resol. seq. & sup. in Resol. 97. cursim in §. Nota. & infr. in Resol. 270. §. vlt.

2. Sed ego circa præsentem distinctionem semper magnam habui difficultatem, & nouissimè illam improbat Barbosa *in collect. tom. 1.lib.1.tit.2.c.10.n.6.* vbi sic ait: [Statuta laicorum, pœnarum condemnationem, & exactionem imponentia aduersùs eos quorum pecora damnum dederunt, aut in fructibus, vel

vel in pastibus vetitis fuerunt inuenta non ligant Clericos, & Ecclesiasticas personas : quia indictinctè sæcularibus prohibetur, Clericos distringere, aut condemnare, *c.2. de for.comp.* tum, quia causa, quamuis sua natura merè temporalis sit ratione personæ Clerici, contra quem mouetur, manet Ecclesiastica, quidquid contrarium resoluant aliqui. Idque suadere conantur ex eo : quia quando onus impositum est rei potest sæcularis iubere, vt executio fiat, in re, quæ in suo territorio, & iurisdictione est, non habito respectu, an persona, cuius res est pertineat ad suum forum, vel iurisdictionem. Confirmatur hæc ratio : quia hoc pacto persona Clerici non condemnatur à Iudice sæculari, nec eius statuto ligatur: quia in personam Clerici nulla dirigitur executio; sed onus reale rei impositum à Clerico exigitur, sicut aliud quodcunque tributum reale. Sed ratio hæc non euincit, omninò oporteat sententiam ferri, & condemnationem pœnarum fieri in personam : quia animalia minimè sunt capacia, quòd conueniantur, vel condemnentur, *arg.cap.2.* vbi rem, quæ culpa caret, in damnum vocari non conuenit. *hoc tit. c. mulier. vers. quæritur. 15. 9. 5.* ibi : *Nec vllo modo capax legis sit.* Bonus text. *in l. 1. post princ. si quadrupes panperiem fecisse dicatur.* ergo fundamentum prædictum contrariæ opinionis secundùm iuris rigorem, stare non potest.] Ita Barbosa, licèt vt *suprà* diximus contrariam sententiam multi doceant.

RESOL. CIII.

An si animalia Clericorum inferant damnum, possint per iudicem sæcularem capi, & damnum factum exigi? Ex part. 4. tract. 1. Resol. 72.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Pereira *de manu Regia part. 2. cap. 39. num. 8. 9. & 11.* vbi in tali casu docet contra Clericorum animalia plenam fidem facere ministros sæculares, quibus illud officium incumbit, & mordicus hanc sententiam tuentur vt plurimum Iutisconsulti.

Quæ hic est Resol. antecedens & suprà in Resol. 97. eorum §. pen. & infra in Resolut. 104. vlt.

2. Sed ego *in 1. part. tract. 2. resolut. 80.* multum de hac sententia dubitaui, & nunc illam absolutè reprobo cum Sanchez *in opusc. tom. 2. lib. 3. cap. vnic. dub. 31. num. 2.* vbi mordicus docet negatiuam sententiam, quia iudex sæcularis non potest procedere neque contra personam Clerici, neque contra res Clerici, quia bona accessoria sunt personæ, & pro hac sententia citat Gregorium Lopez *part. 7. tit. 15. leg. 24. verb. el ganado.* vbi dicit Clericos per suum iudicem Ecclesiasticum damnandos esse, quando eorum animalia damnificant; & Castillo *in leg. 70. Tauri, num. 18.* dicit, quod Clerici in his casibus si contraueniant puniuntur pœnis statutis per iudicem Ecclesiasticum, & ideo ab hac sententia non puto recedendum.

RESOL. CIV.

An Notarius effectus Clericus sit puniendus à iudice laico pro falsitate, quando erat laicus?
Sed difficultas est, quid faciendum, si talis Clericus conficeret acta & instrumenta? Ex part. 4. tract. 1. Resol. 84.

§. 1. NEgatiuè respondeo cum Mastril. *in dec. 159.* quem citat & sequitur Guazzinus *de defens. reorum tom. 1. defens. 20. cap. 9. num. 1.* & Carolus de Grassis *de effectib. Cleric. effect. 8. num. 15.* vbi firmat fuisse decisum, Notarium effectum Clericum non posse cognosci à iudice laico pro falsitate commissa tempore, quo erat laicus; sed difficultas est, quid faciendum, si talis Clericus conficeret acta & instrumenta? Mastrillus *loc. cit.* respondet ei trinam monitionem faciendam esse vt abstineat, verùm de hoc & meritò, dubitat Io. Dominicus Tassone *in pragmat. de antifato verb. 9. obser. 3. num. 12.* quia Clerici sunt penitus exempti à iurisdictione laicali, ideo in tali casu contra Mastrillum dicendum esse puto, quòd iudex laicus requirere debet Episcopum, vt eum à tali exercitio prohibeat.

RESOL. CV.

An instrumentum incusari possit coram iudice laico contra debitorem, qui post obligationem Clericus effectus est? Ex part. 4. tract. 1. Resol. 28.

§. 1. IN tali casu respondet Franchus *decis. 656.* procedendum esse contra Clericum quoad bona, secus autem quoad personam. Ratio est, quia iudex sæcularis est competens in actione reali inter laicum actorem, & Clericum conuentum, & ita etiam tenet Fabius de Anna, *lib. 2. consil. 140. num. 2.* qui citat Socinum, Surdum, & alios.

2. Verùm contrariam sententiam prorsus tenendam esse puto. Dico igitur, quòd si Clericus se obligasset per publicum instrumentum guarentigiatum tempore quo erat laicus, si postea efficiatur Clericus, pro exequutione ipsius instrumenti non potest conueniri coram iudice laico, sed conueniendus est coram Ecclesiastico, & ita ex multis docet Carolus de Grassis *de effectibus Clericatus, effect. 1. n. 1251.* Genuensis *in praxi c. 16. num. 2.* quibus adde nouissimè Antonium de Marinis *resolut. quotidianar. cap. 189. num. 8.* vbi testatur ita fuisse decisum in sacro Consilio Neapolitano *anno 1625.* & subdit hæc verba. Hæc decisio quamuis contra clientem, mihi, meliùs demum re considerata, admodum placuit, tanquam fauens Ecclesiæ libertati, iurique magis consona, & tuta, ita vt ampliùs ab ea non recederem; & licèt Doctores *suprà* per me relati oppositum firmauerint, nulla eis hac in re adhibenda fides, cùm eorum opinio nullo nitatur fundamento, ac proinde eam penitus abolendam esse arbitramur. Hæc ille.

RESOL. CVI.

An si quis effectus Clericus postquam lis contra eum coram iudice sæculari mota est, possit apponere declinatoriam pro remissione ad iudicem Ecclesiasticum? Ex part. 4. tract. 1. Resol. 38.

§. 1. NEgatiuam sententiam docet noster D. Carolus de Grassis *tract. de effect. Cleric. effect. 1. n. 1239.* vbi sic ait : Quando quis efficitur Clericus post inceptam causam coram iudice sæculari, non impedit quin causa priùs inchoata prosequatur coram eodem iudice, & citat pro hac sententia plures Doctores, quibus adde Surdum *decis. 110. n. 3.* Riccium *part. 4. decis. 218. n. 3.* & Squillantem *de priuileg. Cler. cap. 7. dub. 3. n. 59.* qui malè pro hac sententia me citat. Verùm contrariam opinionem, vt nimirum Clericus effectus post litem contra ipsum in foro sæculari motam statim à iudicis sæcularis iurisdictione eximatur, tam in causa ciuili, quàm in criminali, firmauit Genuensis *in praxi cap. 8. num. 5.* & nouissimè hanc sententiam docet etiam Antonius de Marinis *in quotidian.* Sup. hoc sit pra in Resol. 80. §. vlt.

*tidian.resol.c.54.num.*8. & rationem adducunt; nam si confugiens ad Ecclesiam post delictum animo magistratum sæcularem fraudendi, Ecclesiastica gaudet immunitate quamuis sit laicus, & ad tempus in ea moretur, multo magis gaudere debet, qui personam eius per Ordinum susceptionem Deo consecrat, vt illi perpetuò famuletur.

Sup. contento in hoc §. latè supra in Resol. 80. & in aliis eius not.

2. Notandum est tamen, quòd si aliqui stare vellent in prima opinione, illam multis modis limitat Carolus de Grassis *vbi suprà*, & Antonius de Marinis rectè asserit procedere, quousque lis per sententiè terminetur: vbi autem post sententiæ prolationem de exequutione venit tractandum, illis concernentia sunt ad Iudicem Ecclesiasticum remittenda, neque in hoc aliter sentiendum est.

RESOL. CVII.

An laicus relegatus per certum tempus, infra quod efficitur Clericus, & rumpit exilium sit à iudice laico pro dicta fractura cognoscendus?

Et an si quis fuerit bannitus tempore, quo erat laicus, & banno durante efficitur Clericus, vtique liberetur à iurisdictione laicali? Ex part.4. tractat.1.Resolut.22.

Sup. hoc in Resol. seq. §.2. cursim ante medium.

§.1. NEgatiuè respondeo, sed hoc ad iudicem Ecclesiasticum spectat, quia agitur de nouo delicto facto in statu, quo delinquens effectus est exemptus, & ita tenẽt Doctores, quos citat & sequitur Antonius de Marinis *resp.quotidia.*189.*n.*2. Riccius *part.3. decis.*302. & Squillante *de priuil. Cleric.cap.*7. *dub.*3. *num.*107. qui etiam addit quòd si quis fuerit bannitus tempore quo erat laicus, & banno durante efficitur Clericus, quòd vtique liberabitur à iurisdictione laicali. Vide Franchum *decisione* 209. & 384.

RESOL. CVIII.

An Clericus relegatus à iudice Ecclesiastico, si durante relegatione efficiatur laicus, & frangat relegationem, possit pro dicta fractura à iudice Ecclesiastico puniri, & duplicari pœna?

Et quid è contrà?

Idem dicendum est, si Clericus committat delictum tempore Clericatus, & post delictum ducat vxorem Ex part. 1. tract. 2. Resol. 119. aliàs 118.

§.1. HAnc quæstionem tangit breuiter doctus Iurisconsultus Barbosa *in Remiss. ad ordinat. Regn. Lusitan. lib.*5. *tit.*139. *num.*153. & negatiuam sententiam tenuit Vincentius de Franchis *in decis.* 395.

2. Sed mihi sententia affirmatiua summoperè placet, in quam videtur inclinare Barbosa, & absolutè tenet Episcopus Genuensis *in praxi Archiepisc. Neapol.cap.*8.*num.*3. qui testatur de obseruantia illius Curiæ, & adducit multos canones, & rationes: qui etiam *in n.*2. optimè etiam docuit, quòd Clericus, qui dum esset laicus, fuit relegatus à Iudice laico, & pendente relegatione, assumpsit clericatum non potest puniri à Iudice laico de fractura prædicta; sed ab Ecclesiastico puniendus est. Idem dicendum erit, si Clericus committat delictum tempore clericatus, & post delictum ducat vxorem: nam adhuc erit puniendus à Iudice Ecclesiastico. Hæc omnia Genuensis, & post illum Madius *in tract. de sacram. Ordin. cap.*13. *num.*44.

Supr. hoc in Resol. præterita.

Sup. hoc vlt. latè infra in Resol. 147. §.1. & 2. & in aliis eius primæ not.

RESOL. CIX.

An iudex laicus possit punire Clericos, qui sine habitu, & tonsura immiscent se in delictis grauissimis?

Et notatur, quod ad priuandum Clericum priuilegio fori, ad hoc vt dicatur se in enormitatibus immiscere, requiruntur aliqua, quæ in calce huius Resolutionis explanantur. Ex part.2.tract. 2.Resol.24.aliàs 23.

§.1. AFfirmatiuè respondent aliqui Iurisconsulti; putant enim Clericum facinorosum, qui dimisso habitu clericali immiscet se enormitatibus, fori priuilegium amittere, & conueniri, & puniri posse per Iudicem sæcularem. Ita inter multos docet Ioan. de Heuia *in Curia Philippica, p.*3.*n.*30. Riccius *in praxi, tom.*2.*resol.*172.*n.*2. Bobadilla *in polit. tom.*1. *lib.* 2.*c.*18.*n.*95. vbi sic ait: [Si el Clerigo, dexado el habito, y tonsura clerical por vn año, ò mas, cometiesse delitos enormes, y crueles, como serian homicidios, hurtos sacrilegos, adulterios, falsos testimonios, ò violencias publicas, y se mezclasse en otras torpedades detestables, y perseuerasse en ellas viuiendo suelto, y dissolutamenta; entonces el Clerigo, ora sea en ordenes menores constituido, ora en mayores, pierde el priuilegio del canon y del fuero: y podra el corregidor, sin encorrir en escommunication, y sin que proceda amonestacion, secrestarle sus bienes, prenderle, y atormentale, y sin degradacion castigarle en pena de muerte.] Ita ille, qui *in Gloss. lit.B*, adducit plures Doctores ita sentientes. & præcipuè Alex. de Nouo, *cons.* 59. Verum est; quòd postea *in n.*96. limitat hanc sententiam, quando delictum commissum adeò esset reipublicæ perniciosum, vt pium sit illud punire.

Pro contẽtis in hac Resol. infra in Resol. 121. & in Resol. 162. §. His suppositis. in fine, vsque ad §. Ad priuilegium, & sic. quanter in Resol. 283. & supra in Resol. 65. §.2. & in tom 5. in 1. Resol. 6. ex lata eius doctrina signanter in §. Tertio.

2. Sed hæc sententia, quoad Clericos in sacris constitutos, est prorsus exterminanda à Tribunalibus; & contra Bobadillam instant ferè omnes Doctores; & Theologi. Ideò dicendum est, supradictum Clericũ non posse à iudice sæculari puniri, nisi antea præcesserit trina monitio; aliàs à suo iudice Ecclesiastico est puniendus, etiamsi perpetrasset quomodolibet atrocissimum delictum. Et ita docet Ceuallos *tr. de cognitione per viam violentia, p.*1.*q.*76.*num.*6. *& seq.* qui citat plurimos Iurisconsultos. Idem docet Bellettus *in disquis. cler. part.* 1.*tit.*3.§,7.*num.*3. & alij penes ipsum, Ex nostris hanc sententiam aduersùs Bobadillam defendit Megala 3.*part.lib.*3.*c.*11.*quæst.*1.*n.*31. & 32. Ex Societate Iesu Filliucius *tom.*1.*tr.*16. *c.*11. *num.*314. cum aliis. Et ratio desumitur *ex cap. in audientia.* 35.*de sent. excomun.* ibi. (Huiusmodi Clerici, si à Prælato tertiò commoniti militatia noluerint arma deponere, de priuilegio Clericorum subsidium aliquod habere non possint.] Et *in c.fin.de vit. & honest. Cler.* sic habetur: [Mandamus, quatenus, si tales tertiò à te commoniti, ab huiusmodi non resipuerint sed prætermissis diuinis officiis, negotiationibus institerint supradictis; cùm eo facto priuilegium abiiciant clericale.] Ex quibus clarè apparet, clericum; ante trinam monitionem non esse priuandum priuilegio fori, nec Curiæ sæculari tradendum. Et hanc sententiam præter DD. citatos tenet amicus heu! quondam noster, D. Carolus de Grassis *de effect. cler. eff.*1.*n.*891. Martha. *de iurisd.p.*4.*cent.*2. *cas.*135. Barbosa *in collect. tom.*2.*lib.*5.*tit.* 39.*c.*25.*n.*2. Ambrosinus *de immun. Ecc.s.* 17.*n.*16. Bonac. *de legib. dist.*10.*q.*2.*p.* 1. §.4.*n.*6. & alij penes ipsos. Nec obstat *c. perpendimus, de sent. excomm.* nam ibi Summus Pontifex, vt communiter tenent Doctores, non agit de priuilegio fori sed de priuilegio canonis, vt notat Coninch *de Sacr. disp.*14. *dub.*15.*n.*160. Bonacina, Ambrosinus, Barbosa,

Supr. hoc in Resol. 1. not. præteritæ, §. vlt. & in Resol. 2. §. At his & in Resol. 3. §. 4. paulo post initium. vers. Nam si, & in §. 8. & in §. vltim. notæ præteritæ.

Barbosa,& alij penes ipsos. Nec obstat etiam aduersùs nostram principalem conclusionem,quòd Decian. *lib.2.cons.82.num.9.* efferat bullam Pauli III. anno 1542.qua conceditur licentia Iudicibus sæcularibus, procedendi contra Clericos in atrocissimis delictis: nam respondeo cum Ceuallos *tract. de cognitione per viam violentia.p.2.q.102.n.4.* dictam Bullam non extare. Notandum est etiam,quòd ad priuandum Clericum priuilegio fori, ad hoc,vt dicatur se in enormitatibus immiscere requiritur primò, vt incedat sine habitu,& tonsura. Secundò, non sufficit vnum delictum,sed plura requiruntur. Tertiò, necesse est, vt in enormitatibus comprehendatur:comprehensus autem dicitur,si in flagranti fuerit captus;vel si ipse, antequàm opponat de priuilegio clericali, delictum fateatur, seu de eo legitimè conuictus; vel, si crimen sit adeò notorium de facto, vt nullus sit inficiationi locus.Et ita docet doctus Barbosa *in collect. tom.1.lib.5.tit.9.cap.1.num.2.3. & 4.* quæ sunt valdè notanda.Vide etiá eundē Barbosam *ibid. tit.33.c.27. per tot.*Sed de hac quæstione vide *infra in Resol.seqq.*

Adde in Resolutionibus quæ hic sunt, 121. vbi.

RESOL. CX.

An sint aliqui casus,in quibus Principes seculares possint pœnis coërcere Clericos?

Et an si Papa faceret aliqua mandata in destructionem Ecclesiæ, possit Princeps sæcularis facto, & vi resistere illis, & impedire executionem talium mandatorum? Ex part.1.tr.2.Resol.7.

Circa hoc ipse doctrinam Resol. seq. & aliam eius annotationum, & in his multis Def. huius indicabunt vide Bellar.& 25. & alios eius annotationum & ex Resol. 91. §. Addi.

§.1. AFfirmatiuè respondet ex Victoria, & Soto Antonius Fernandez *in exam. Theol.mor.p.2.c.6.§.1.n.4.* & Ludouicus Molina *de iust. & iure, tom.1.tract.2.disput.31.num.10.* vbi sic asserit: [Obseruant Victoria,& Sotus, si Clericorum libertas in manifestam cederet sæcularis reipublicæ perniciem, Clericis impunè vacantibus in laicorum cædes,Summique Pontifices admoniti adhibere nollent remedium,posse equidem Principes sæculares suis subditis consulere, nihil immunitate, & priuilegio Clericorum impediente. Ratio est: quoniam Respublica ciuilis est sibi ipsi sufficiens.Quocirca,quemadmodum propria authoritate potest se ipsam defendere,& seruare indemnem à quacumque Republica alia sæculari, sic etiam ab Ecclesiasticis. Meritò autem admonent, potestatem hanc esse apud Principem;non verò apud Iudices,& Magistratus:& idcircò nefas illis esse propria authoritate agere contra Ecclesiæ libertatem, aut Clericos capiendo, vel malefactores extrahendo de Ecclesiis, vel aliqua alia ratione leges transgrediendo;tametsi vim vi repellendo cū moderamine inculpatę tutelæ suos ab Ecclesiasticis tutari, ac defendere possint.[Ita molina,& Gullielmus Benedictus *in c.Raynucius. ver.vxorem,num.454.* Aufrerius *de potest.secul.super. Eccl. personas, reg.2.* Nauarrus *in c.cum contingat, de rescrip. remed.1. ver.1.* Simanchas *de cath.instit.cap.42.num.32.* Sed meritò aduertit Salas *de leg.quæst.94.tract.14. disp. 14. sect.9. num. 111.* quòd casus isti sunt metaphysici, & moraliter contingere non possunt: quia Clerici, & Episcopi non habent tantam potestatem in Rempublicam: sicut & alius casus,quem ponit Victoria *in relect.de potest. Papæ*, metaphysicus etiam videtur vbi asserit, quòd si Papa faceret aliqua mandata in destructionem Ecclesiæ, posset Princeps sæcularis facto,& vi resistere illis,& impedire, executionem talium mandatorum, Ita Victoria. Sed certè modum excessisse aliqua ex parte videtur,vt contra illum notauit Azor.*p.1.lib.5. cap.14.quæst.5.*

Sup. hoc supra vide Resol.14.& 5. Verum, Resol. 21. dicex Resol.92. §. Addi.

RESOL. CXI.

An iudex sæculuris possit capere Ecclesiasticos, & Religiosos impedientes.& resistentes iurisdictioni laicali, nec non illos punire pœna pecuniaria? Ex part.4.tr.1. Resol.79.

§.1. AFfirmatiuè respondet Bobadilla *in polit.tom.1.lib.2. cap. 18. num.84.* vbi sic ait. [Si algun Clerigo ò Religioso impediesse la Iurisdicion seglar, ò la resistiesse, quitando a los ministros de Iusticia que no prendan à alguno,ò forçando para quæ suelten al preso en los dichos casos podra el corregidor y sus ministros prender a los Clerigos,ò Religiosos para remitirlos a los Iuezes,y podra tambien mulctarlos en penas pecuniarias en sus bienes.] Ita ille, & post illum Villadiego *polit. cap. 5. num.77.*

2. Sed quoad capturam existimat Megalius *in 3. part.lib.3.cap.11.num.23.* hoc procedere quando aliàs laicam iurisdictionem defendere non possent, tunc enim hoc liceret ratione iustæ defensionis:sed extra hunc casum, illam nullo modo licitam esse putat, cùm prohibeatur expresè in Bulla Cœnæ; sed de hoc alibi à nobis actum est.Quoad punitionem verò nullo modo hoc procedere posse docet,nā quo iure laici possunt punire Clericos, etiamsi pœna sit pecuniaria, & in bonis, cùm eorum bona gaudeant, vt sæpiùs dictum est, priuilegio personæ. Et ita hanc sententiam docet Sanchez *in consil.tom.1. lib. 3. cap. vnic. dub.13.num.2.* vbi firmat iudicem sæcularem non posse procedere non solùm contra personam, sed nec etiam contra res Clerici, quia bona accessoria sunt personæ, vnde *dub. 21. num. 11.* damnat iudices laicos punientes Clericos delinquentes in officio sæculari pœna pecuniaria. Adde quòd similes pœnæ sæpiùs applicantur fisco saltem pro aliqua parte, & quando pœna pecuniaria est fisco aplicanda, causa dicitur criminalis, iuxta glossam *in l. 3. ff. de sepul. piol.& ibi* Bartolus.Sed per Bullam Cœnæ nullo modo possunt laici causam criminalem Ecclesiasticorum cognoscere ergo, &c. Ex his apparet, non esse audiendos aliquos Iurisconsultos asserentes in multis casibus Clericos à iudice laico posse puniri in bonis, & pœna pecuniaria: nam, vt sæpiùs dictum est, si persona Clerici est exempta, erunt exempta eius bona, & sicut importat iurisdictionem punire Clericos in persona, sic etiam importat iurisdictionem illos punire pœna pecuniaria. Vnde male asseruit idem Bobadilla *vbi supra num. 143.* Ecclesiasticum delinquentem in iudicio sæculari, ab eodem iudice puniri posse pœna pecuniaria, & in bonis, & ita optimè illum reprobat Megalius *loco cit.num.38.*

Pro hac captura in Resol. seq. & infra in Resol. 114. 115. & sup. in Resol. 25.§. Sed dices.

Sæpiùs in Resol. quæ hic est supra 68. §. vlt. & in aliis eius annot.

Sup. hoc supra in Resol. 68. & 69. & lege alios §§. positos in annot. 1. Resol. huius annot.

Sup. hoc supra in Resol. 66. & 67. & infra Resol. 268.§. Vnde

RESOL. CXII.

An in aliquo casu Clericus possit capi à ministro laico?

Et notatur iudicem laicum non posse detinere Clericum, de quo supra, captum in suis carceribus per spatium viginti horarum, si. breuiori tempore possit illum iudici Ecclesiastico remittere? Ex part. 5. tract. 1. Resol. 22.

§.1. VT si v. g. in flagranti delicto fuerit inuentus,vel si probabiliter præsumatur ad delinquendum incedere, vel etiam post delictum commissum ad effectum præsentandi illum Prælato Ecclesiastico.Et affimatiuè respondet Suarez *contra Regem Angliæ lib.4. c.34.n.15.* Scaccia *de iudic.lib.1. cap.11. num.9.*

Sup. hoc in Resol. præterita & in aliis eius prisiæ annot.

num.9. Farinacius *q.8.n.122.* Clarus *in pract.q.28.n.6.* & alij. Et hoc non titulo iurisdictionis, vt constat ex *cap.cùm non ab homine, de iudic.& cap.si verò, de sent.excomm. & cap. si Clericus, de foro compet.* Sed ex tacita voluntate Prælatorum, vel quia tunc à iure censetur cuilibet data talis potestas, ex *l.raptores, C.de Episc.& Cler.*

2. Sed hæc doctrina ita absolutè prolata mihi non placet, sed illam aprobo concurrentibus tribus conditionibus. Prima, vt præsumatur fuga, nisi Clericus tunc capiatur. Secunda, vt non potuerit à proprio Prælato impetrari mandatum. Tertia, vt statim iudici proprio remittatur, videlicet infra spatium viginti horarum, & ita docet Castrus Palaus *tom.2. tract.12.in disp.vnic.punct.6.num.14.* qui tamen existimat iudicem laïcum non posse detinere Clericum de quo suprà, captum in suis carceribus per spatium viginti horarum, si breuiori tempore posset illum Ecclesiastico Prælato remittere, quia alias neque Superior Ecclesiasticus præsumitur consentire, neque sæcularis iudex causam habebit Clericum detinendi, ergo, &c.

Sup. hoc in Ref. not. seq.

Sup. hoc in Ref. seq. §. vlt ad medium, & infra in Ref. 115. §. vlt. & in tom.7. tr. 7. Ref. 19. §. Sed omnia. ante mediũ,

RESOL. CXIII.

An iudex laicus possit in aliquibus casibus capere Clericum, & detinere in carceribus vltra viginti horas?

Imò, neque eo tempore detinere eum possit, si breuiori illum iudici Ecclesiastico remittere posset?

Et in casibus concessis, si laicus officialis capiens Clericum non præsentet statim suo iudici, ani incidat in excommunicationem, &c? Ex part. 4. tract.1. Ref. 85.

Sup. hoc in fra in Ref. 115. §. 2. cursim in fine, & in aliis annot. vlt. dictæ Ref.

§.1. AFfirmatiuam sententiam docet Villadiego *in polit.cas.5. num.60.* [Si fuesse el delicto tan graue, o escandaloso, que conuenjesse dar cuenta, al Consejo ò al Rey; que entonçes es arbitrario el tiempo que le deue detener conforme à la calidad del negocio y circunstancias del.] Ita ille, & ante illum Garsias *de hisp. nobilit.gloss.9.num.39.*

2. Sed, vt verum fatear, res ista est periculosa, quia delictum graue & scandalosum non præbet authoritatem iudicibus laicis detinendi Clericos carceratos vltra tempus quo de iure in aliquibus tantùm casibus detinere possunt, & ideo Belletus *in disquis. Cler.part.1.tit.3.§.11.num.2.* Laurentius Osorius *en su Pina de Rosas lib.4.§.3.* & Naldus *in sum.ver.Bulla Cœna num.58.* & Guazzinus *de defensionibus reorum tom. 1.lib.1.defens.1. cap.2. num.5.* notant, quòd laicus in casibus, in quibus potest capere Clericum, non potest ipsum in carceribus retinere vltra viginti horas, & ita etiam tradit glossa *in l. capite, & ibi* Bartolus, *de adult.* Panormitanus *in cap.cùm non ab homine, n. 11. de iudicijs.* & hanc esse communem opinionem testatur Farinacius *quæst.8.num.118.* Vnde Carolus de Grassis *de effect.Cleric.effect.1.num.557.* & Scaccia *de iudic.Can.tom.1.lib.1. cap.39. num.14.* asserunt quòd in casibus, concessis si laicus officialis capiens Clericum non præsentet statim suo iudici, incidit in excommunicationem, & Campanili *in diuer. iur. can. rubr.4.num.26.* & Barbosa *in collectan. tom.2. lib.5.tit. 39.cap.35.num.5. in fine*, docent laicos in casibus, quibus possunt capere clericos, debere illos statim iudicibus Ecclesiasticis consignare, nec ad id faciendum concedunt spatium viginti horarum, ex rationibus, quia ipsi adducunt, vnde, vt dixi, negotium videtur periculosum; attendant ergo ministri laicalis iurisdictionis in casibus contingentibus quid faciant, & aduersùs illos vide omnino Guazzinum *vbi suprà*, & nouissimè doctum Castrum Palaum *in opere morali tom.1. disp. vnica, punct. 6. num. 14.* vbi absolutè docet in casibus permissis non posse iudicem laicum detinere Clericum in suis carceribus vltra viginti horas: imò docet neque eo tempore detinere posse, si breuiori potest illum iudici Ecclesiastico remittere.

Sup. hoc sequis capit Clericum. & retinet ex iusta causa qua pœna puniendus sit, lege infra in tr. 7. Ref.64. §.1. à lin 5.

Sup. hoc & sequentibus in hoc §. in Ref. not. 1. huius Ref. in eius §.vlt. & in Ref. præterita §. vlt. post medium, & in tom. 7. tr.7. Ref. 19. §. Sed omnia. ante mediũ, à vers. Et quidem.

RESOL. CXIV.

An iudex laicus, & eius minister possit capere personam Ecclesiasticam in flagranti crimine & ducere illam sine iniuria ad suum Ecclesiasticum Superiorem? Ex part.1.tr.2.Ref.11.aliàs10.

Sup. hoc supra in Ref. 25.§.Sed dices. & in Ref. 111. §. 1. & seq. & in Ref. 311. & infra in Ref. seq.

§.1. NEgatiuè respondet Megala *in p.3. cap.11.n 7.* Marth.*de iurisdict.p.4.cent.1.cas.42. n.17* & Sousa *in Bulla Cœnæ, cap.16. disp.82. num.8.* cum aliis. Et ratio est: quia non est textus, in iure canonico, qui declaret, posse laicum Iudicem in hoc casu Clericum comprehendere, etiam vt ad Prælatum suum ducat, nisi de ipsius Prælati licentia, & in contrarium sunt iura absolutè prohibentia, ne Clericus à laico Iudice comprehendatur: ergo, &c.

2. Sed non desunt Doctores, qui contrarium asserant: & hi sunt, Peregrinus *de immun. Eccl.cap.16. num.37.* Gomez *var.tom. 3. cap. 4. num. 3.* Auendanus *de exequ. mand.part. 1. cap.22.num. 2.* Olibanus *de iure fisci, cap. 14. num.104.* Borrellus *de præst. Regis Cathol.cap.71.num.185.* Duardus ex nostris, *in Bulla Cœnæ, lib.2. can.19. q.7. num.2.* Cenedo *in qq. can. quæst. 4.num.14.* Ortiz *in summ.cap 4.num.9.* Pereira in *tract. de manu regias cap.10.num.6.* Salgado *de protect. regia, tom 2. part. 2.cap. 4. num. 13.* Bonacina *de legib. disp. 10. quæst. 2.punct. 1.§. 1.num.12.* Coriolanus *in Bulla Cœnæ, excommun. 19.fol. mihi 955.* Graffius *in decis.part. 1.lib.4.cap. 18. num. 152.* Nauarrus *in Manual. cap. 17. num.83.* Bellettus *in disquis.cler. part.1. titul 3.§.11.num.1.* qui pro hac sententia citat Felinum, Decium, Ioan. Andream, Baldum, Clarum, & alios. vide etiam Homobonum *de Exam. Eccl.part.2. tract.11.cap.4.q.4.suppos.3.* & Piasecium *in praxi Epis. p.2.cap. 4 art. 3. num. 13.*

3. At ego amplector hanc sententiam in casibus & cum limitationibus, quas adducit Campanili *in diuers. iur. rubr. 4. num. 26.* & nouissimè Barbosa *in suis collectan. tom. 2. lib.5. tit. 39.c.55. num.5. in fin.*

RESOL. CXV.

Quid sentiendum, si non in flagranti crimine, sed noctu cum armis prohibitis, vel mutato habitu Clericus innentus sit, an in tali casu Clericus comprehendi possit?

Et an iudex sacularis iure defensionis suæ, aut alterius innocentis, licite comprehendat Clericum non solùm in actuali aggressione crimine patrando, præueniendo illud, sed etiam in crimine patrato, ne fugiat, vt præsentetur suo Superiori?

Et an iudices laici possint detinere Clericum in suis carceribus spatio 20. horarum?

Imo si cum possint incontinenti non tradant Clericum iudici Ecclesiastico, an incidant in excommunicationem? Ex part. 1. tract. 2. Ref. 12. aliàs 11.

§.1. NOn posse etiam in tali casu Clericum comprehendi, putat Megala *in 3.p.lib.3.c.11.n.7.* Et ratio est validissima: quia in Bulla Cœnæ excommunicantur

municantur Magistratus & quomodolibet se interponentes circa capturam Clericorum, nisi hoc faciant cum expressa licentia Sedis apostolicæ: & cùm natura exceptionis sit firmare regulam in omnibus aliis casibus non exceptis: ergo capientes Clericos sine tali expressa licentia, supradicta censura innoluuntur, Et dictam licentiam accedere dicas, quando fit cum licentia proprij Prælati, vt idem Megala docet.

2. Sed his non obstantibus, multi Doctores contrariam sententiam probant, vt Bellerus *in disquis. cler. part.1. tit. 2. §. 2. num. 37. & tit. 3. §. 11. num.1.* Genuensis *in praxi, cap.27. num.8.* Bobadilla *in polit. lib.2. cap. 18. num. 50.* Et ex Theologis docet hoc etiam Sousa *in Bulla Cœn. cap.16. disp.82. num 9.* vbi sic ait: [Non condemnarem comprehendentem Ecclesiasticum noctu cum armis prohibitis, & præsertim mutato habitu; eò quòd Iudex in tali casu vtilitati, ac tranquilitati Reipublicæ consulit: plus enim potest Respublica, quam quælibet particularis persona: cùm ergo particularis persona possit in flagranti delicto defendere innocentem, potest illud idem & Respublica, etiam præuidendo, & anticipando tumultus, & occasiones, quibus ipsa perturbari potest.] Ita Sousa, & ex eadem et Dominicanorum familia Pater Ioan. de la Cruz *in direct. conscient. p.1. precept.8. q.3. art.1. dub.3. concl.3.* vbi sic asserit: [Iudex sæcularis iure defensionis suæ, aut alterius innocentis, licite comprehendit Clericum, non solùm in actuali aggressione, & crimine patrando, peæueniendo illud; sed etiam in crimine patrato, ne fugiat, vt præsentetur suo Superiori; dum non excedat in hoc, impingendo pugnum nolenti se capi, & duci quietè, aut offerenti fideiussionem præsentandi se suo Prælato, nisi immanitas delicti, aut alia iusta causa petat illum debere capi.] Sic ille. Idem etiam docet Bañez *in 2. 2. q.67. art.1. dub.2. concl.5.* & Lorca *in part.2. tom.2. tr. de legib. disp.25. membr.4.* Aduerte tamen cum Megala, *vbi supra num.10.* qui tandem probabilem vocat sententiam huius, & superioris resolutionis, non posse Iudices laicos detinere Clericum, in suis carceribus vltra spatium viginti horarum.

3. At his non obstantibus, Campanilli *in diuers. iur. rub.4. num.27.* non admittit hoc spatium viginti horarum; sed putat, statim Clericum recto tramite ad Iudicem Ecclesiasticum deducendum esse. Et fusiùs probat hanc sententiam nouissimè Barbosa *in suis collect. tom.1. lib.3. tit.1. cap.2. num.7.* vbi docet, Iudicem laicum in excommunicationem incurrere, si cùm possit, in continenti non tradat Clericum Iudici Ecclesiastico.

Sup. hoc in Ref. præterita & in aliis eius not.

Sup. hoc, & seq. in hac Ref. supra in Ref. 112. §. vlt. post medium, & in Ref. 113. & in tom. 7. tit. Ref. 19. §. Sed omitto. ante medium, à verf. Et quidem.

RESOL. CXVI.

An minister laicalis possit spoliare Clericum armis prohibitis, & priuare absque metu excommunicationis, & maxime tempore noctis?

Et an compelli possit à Iudice Ecclesiastico arma illa restituere?

Et an Clericus ferens arma possit resistere cum armis birruario volenti eum capere?

Et an Clericus exercens prohibitam venationem, vel piscationem possit spoliari à Iudice sæculari, vel suis ministris auibus, vel canibus, vel aliis instrumentis? Ex part.1. tract.2. Ref.10. aliàs 9.

Sup. hoc supra in Ref. §.1. tom. §. 1. in principio.

AFfirmatiuam sententiam docet Couarruuias *pract. qq.cap.33.nu.7.* Azeuedus *tom.1. lib.1. tit.3. leg.9.n.3.* Borellus *de præstant. Reg. Cath. cap.71. n.45.* Duenn. *Reg.15.* Plaza *de delictis, l.1. c.8. n.9.* Ant. Gomez *in leg.45. Taur. n.48.* Iul. Clar. *in pract. crim. q.36. n.26. & q.82. stat.6. n.1.* Cenedo *in collect. iur. can. p.1. collect.38. num.17.* Morla *in empor. iur. part.1. tit.1. q.16. num.17.* Bobadill. *in Polit. t.1. lib.2. cap.18. n.71.* Ludouicus Mexia *in prag. taxæ panis, conf.5. num.58.* Io. Heuia *in Curia Philippica, part.3. §.3. num.9.* Vbi asserunt, Clericum arma prohibita portantem, à ministris laïcæ iurisdictionis armis his exponi posse; & priuari, absque metu excommunicationis; & maximè tempore noctis, vt vult Ceuallos *tract. de cognit per viam violentiæ, part.2. q.54 num.17.* Nec compelli posse à Iudice Ecclesiastico arma illa restituere, cùm ita se habeat consuetudo, & tacita Ecclesiasticorum permissio.

verf. præde. & infra late in tribus Ref. hanc sequentib.

Sup. hoc in Ref. 1. noc. præteritæ, & in eodem §. & verf. & in fine huius Ref.

2. Sed, quod magis mirot, non desunt præstantissimi Theologi, qui hanc sententiam defendunt, vt Rodriquez *in summ. tom.2. cap.237. num.13.* Ioan. de la Cruz *in direct. conscient. part.1. precep.8. q.3. art.1. dub.1. concl.3.* Bañez *in 2.2. q.67. art.1. dub.2. concluf.5.* Graffius *in decis. part.1. lib.4. cap.18. num.158.* Coriolanus *in Bull. Cœn. excommun.20. fol. mihi 956.* Ortiz *in summ. cap.4. num.9. & cap.7. num.1.* Petrus Lorca *in part.2. tom.2. tr. de legib. disp.25. membr.4 fol. mihi 486.* & Vasquez etiam *in part.2. tom.2. disp.167. cap.4. n.31.* qui duo vltimi asserunt, in tali casu ministros regios, auferendo arma Clericis, non inducere pœnam legis; sed efficere, vt lex seruetur, & impedire transgressionem legis. At falluntur viri docti: nam vt benè obseruat contra Vasquez, Salas *de legib. quæst.96. tract.14. disp.14. sect.9. num. 106.* non spectat ad Iudices sæculares, propria authoritate efficere, vt leges ciuiles à Clericis obseruentur, cùm nullam in eos iurisdictionem habeant. Ideò puto omninò dicendum, minimè posse ministros laicalis iurisdictionis, Clericos armis prohibitis spoliare: quia Clerici ad obseruanda statuta laicorum sunt cogendi per Iudicem Ecclesiasticum; vnde non poterunt per laicum armis spoliari: tantùm ad obuiandum delictum, poterunt duci ad Episcopum, vt inferiùs dicendum est; & in Episcopi potestate erit dispensare de armis. Et ita docent Doctores, quos citat, & sequitur Barbosa *in suis coll. tom.1 lib.3. tit.1. cap.2. num.6. & tom.2. lib.5. tit.39. cap.25. num.4.* quibus ego addo Madium *tract. de sacris Ordinib. cap. 14. num.21.* Bonacinam *de legibus disp.10 q.2 punct.1. §.1. num.2.* Duardum *in Bull. Cœnæ, lib.2. can.12. quæst.11. num.91.* Bellettum *in disquis. cler. p.1. tit.2. §.2. num. 38.* Martham *de iur. part.4. cent.1. cas.7. num.20.* Megalam *in 3. part. lib.3. cap.11. num.20.* Genuensem *in praxi, cap.74. num.6.* & Riccium *part.3. decis.299. per totam*, vbi quærit an Clericus ferens arma possit resistere cum armis birruario laico, volenti eum capere, & respondet affirmatiuè.

3. Ex his sequitur, esse reiiciendos, Villalobos *in summa tom.2. tract.10. difficul.16. num.2.* Ledesmam *in summa to.2. tract.8. cap.9. concluf.33.* Salsedum *addit. ad Diaz. cap.68.* Morlam *in empor. iur. part.1. tit. 1. q. 16. & seq.* Cened. *in collect. iur. part.1. collect.37. num.19.* asserentes, Clericum exercentem prohibitam venationem, vel piscationem, posse spoliari à Iudice sæculari, vel suis ministris, auibus, vel canibus, vel aliis instrumentis. Vide etiam, circa præsentem quæstionem, Anguianum *tract. de leg. lib.2. contr.15. num.31.* qui ex parte nobiscum sentit, asserens nullo pacto esse sustinendam sententiam illorum DD. asserentium, arma Clericorum posse per sæculares Iudices capientibus adiudicari.

Sup. hoc supra in Ref. 101. §. 1. verf. Y lo mesmo. & infra in Ref. seq. §. Vnde.

RESOL. CXVII.

An minister laicus possit spoliare Clericũ armis prohibitis?

Et

Sup. hoc in principio huius Ref. & in aliis eius prima not.

Et an index laicus possit spoliare Clericum exercentem venationem, aut piscationem prohibitam, auibus, vel canibus, aut aliis instrumentis

Et an minister laicalis possit tollere à Clericis vestes prohibitas deferentibus ex aliqua Pragmatica Regis, vel auferre annonam à Clericis?

Et an iudex Ecclesiasticus teneatur punire Clericos pœnis statutis à lege laicorum? Ex part. 3. tract. 1. Resol. 28.

Sup. hoc in Resol. præterita. & in Resol. seq. §. 2. & in Resol. 1. post. seq. & supra in Resol. 101. §. 1. cursim in principio. vers. Puede.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docent Naldus *in summa ver. Clericus, num. 23.* Caballus *centur. 1. cas. 9. num. 13.* Ignatius Salsedo *in tract. crim. cap. 66. §. quamuis ab hac opinione.* Villadiego *in polit. §. 20. n. 66.* vide etiam Peguera *decis. 56. num. 14. 15. & 17.* Afflict. *in prælud. const. Neapol. q. 7. num. 2.* Pereira *tr. de manu Regia in Concordatis Ioannis I. art. 15. num. 118.* & alios quos citaui *in tr. 1. part. 1. de immun. resol. 9.* & citat doctus Rodericus Acugna Archiepiscopus Bracharensis *in commen. ad Decretum Gratiani part. 1. dist. 31. cap. 8. num. 2.*

2. Sed ibi meritò contrariam sententiam tenui, & nunc teneo cum Suarez *in defens. fidei lib. 4. q. 34. n. 14.* etiamsi armorum vsus tanquam Reipublicæ pernicios us, ita prohibitus sit, vt neque domi retinere concessum sit, quidquid in hoc cum Vasquez dissentiat Layman *in Theol. mor. lib. 4. tract. 9. cap. 4. num. 7.* & ratio est, quia armorum spoliatio, & amissio violentiam continet, & rationem pœnæ habet, quam sæcularis iudex propria authoritate, & sine vlla expressa, aut tacita commissione in Clericos exercere non potest. Ergo, &c.

Sup. hoc in Resol. præterita §. vlt. in principio, & in alio vers. eius primæ not.

3. Vnde ex his infertur contra Ortiz *in summa cap. 4, num. 9.* Prosperum Rendellam *tr. de pascuis p. 1. cap. 13.* Villadiegum *in polit. cap. 5. §. 20. num. 84. & 86.* Bobadillam *vbi suprà num. 119.* Azeuedum *recopil. lib. 7. tit. 8. leg. 3. in fine.* Ioann. de Heuia *in Curia Philippica part. 3. §. 3. num. 11.* & alios non posse iudicem laicum spoliare Clericum exercentem venationem, aut piscationem prohibitam auibus, vel canibus, vel aliis instrumentis; & ideo etiam non est audiendus Bobadilla *in polit. tom. 1. lib. 2. cap. 18. num. 121.* vbi, sed malè, asserit, posse ministros laicalis iurisdictionis tollere à Clericis vestes prohibitas deferentibus ex aliqua Pragmatica Regis, neque est audiendus Naldus *vbi suprà, in summa verb. Clericus, num. 23.* non bene asserens posse ministrum sæcularem auferre annonam à Clericis; nam hæc omnia habent rationem pœnæ, quam non potest laicus in Clericum exercere; vt ego ipse satis probaui *in dicto tract. 2. p. 1. de immun. Eccl. resol. 15.*

Quæ hic est supra Resol. 100. &c. Et pro contento in hoc §. vlt. ibidem, in eius §. vlt. & in aliis eius not.

4. Nota hîc obiter quòd Tamburinus *de iure Abbatum tom. 1. disp. 15. q. 19. num. 30.* docet quòd iudex Ecclesiasticus non tenetur punire Clericos pœnis statutis à lege laicorum, quod etiam notauit Bonacina *de legibus q. 2. disput. 10. punct. 1. §. 1. num. 29.* Ignatius Salzedus *in pract. crim. cap. 56. §. 4. minimè,* & nos alibi.

RESOL. CXVIII.

An valida sit lex, qua permittit Magistratibus secularibus, vt arma horis prohibitis Clericis capiant?

Et in tali casu, an iudex secularis possit damnare Clericum ad pœnam pecuniariam à lege impositam? Ex part. 4. tract. 1. Resol. 19.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Pereira *de manu Regia part. 2. cap. 43. num. 2.* vbi sic ait: Receptissima est opinio posse legem sæcularem ita statuere, & vigore illius posse talia arma capi sine metu excõmunicationis, quia omnibus armorum vsus prohibitus est, tam laicis, quàm Clericis: vnde fit, quòd cùm arma attento iure Canonico Clericis prohibeantur rectè potest lex ciuilis adiuuando iuris Canonici prohibitionem pœnas addere. Facit deinde, quia hæc lex lata generaliter ob publicam vtilitatem Clericos illigat. Ita ille.

Quæ hic est supra Resol. 116. & in Resol. 117. & infra in Resol. seq. & sup. in Resol. 101. §. 1. cursim in principio vers. Puede.

2. Sed ego hanc sententiam *in part. 1. tract. 2. resolut. 9.* satis reprobaui, & ad rationes Pereiræ respondeo quòd licèt lex lata generaliter ob publicam vtilitatem, liget etiam Clericos, hoc tamen intelligendum est vi directiua, non coactiua, ita vt possit priuari authoritate propria armis; nec valet dicere, quòd arma non tolluntur in pœnam transgressionis legis, sed potiùs ne Clericus prosequatur in legis violationem, nam hæc responsio admittenda foret, vt obseruat Castrus Palaus *tom. 1. tract. 3. disp. 1. punct. 14. §. 6. n. 9.* si Clerico postea redderentur arma, sed ipsa tolluntur & applicantur fisco Regio, vel birruariis: ergo in pœnam delicti commissi: vnde iam puniuntur Clerici à sæcularibus iudicibus. Et licèt arma portare prohibitum sit Clericis à iure Canonico, non tamen ex hoc sequitur posse illos ex hac legis trãsgressione à iudice laico puniri, sed ab Ecclesiastico, vnde ad euitanda scandala solent aliqui Episcopi, (quod approbat Bonacina *in Bull. Cœn. disp. 1. quæst. 16. punct. 5. num. 27.*) dare facultatem birruariis laicis, vt si noctu inueniant Clericos cum armis prohibitis, illos capiant, & ad eos deducant, & sic euitentur scandala, & consulatur bono publico, sine tamen diminutione immunitatis Ecclesiasticæ. Nec valet dicere, quòd arma in tali casu cadunt in commissum, nec capiuntur cum aliqua controuersia iudiciali. ergo, &c. Nam respondeo, hanc esse speculationem chimæricam, nam, vt supradictum est, semper hoc procedit ex pœna apposita in ipsa lege: sed Clerici non tenentur nisi condemnati à iudice Ecclesiastico ad pœnam impositam à lege, etiamsi sit lata in bonum publicum: ergo iniustè armis spoliantur à iudice laico.

3. Hinc à fortiori explodenda est opinio Redini, quam in puncto iuris veriorem existimat Pereira, asserentis in tali casu iudicem sæcularem posse damnare Clericum ad pœnam pecuniariam impositam à lege: sed hæc opinio est contra communem, & sacros Canones, vt alibi probatum est; ergo, &c.

Alibi supra in Resol. 100. in fine §. & §. seq. & in aliis positis in annot. dicti §. 2.

RESOL. CXIX.

An Ministris laicalis iurisdictionis liceat auferre Clericis arma prohibita? Ex part. 5. tr. 1. Resol. 4.

Quæ omnes Resol. hic citatæ sunt proxime præcedentes, & in alio §. & vers. earum primarum annotationum.

§. 1. DE hac quæstione egi *in 1. part. tract. 2. resolut. 9. & part. 3. tract. 1. resol. 28. & part. 4. tract. 1. resolut. 19.* sed nouissimè Cutellius *ad leg. Federici cap. 15. not. 17. num. 2.* contra me, negatiuam sententiam docentem, sic loquitur. Non possum eius doctrinæ non indignari, hominis alioqui considerati, qui cùm Regis nostri vassallus sit nullũ vsque huc omisit lapidem, quem aduersùs Regem non poiecerit, delitescentes opiniones in medium proferens. Ita ille.

2. Sed quid effaris, mi Cutelli? numquid ego sum ex progenie Semei, qui tulit lapides cõtra Dauid 2. *Reg. 16.* ergo Pater Suarez, Pater Azorius, Pater Castrus Palaus, Sebastianus Acosta, Iacobus Sahagun, Valboa de Magroviejo, Augustinus Barbosa, & alij docti Iurisc õsulti, & Theologi Hispani, qui scripserunt contra Tribunal de la fuerca & Regium exequatur, vel alias sententias, tenuerunt in fauorem libertatis Ecclesiasticæ, proiecerũt lapides in Regem? si

si ita res esset? tu quidem, sicut Iudæi Stephanum iam lapidibus summum Pontificem obruisses. Verùm vt ad rem veniamus, dico, non posse laicos spoliare Clericum armis prohibitis, quia si id faciunt per vsum iurisdictionis, vel aliqualis punitionis, clarum est hoc esse illicitum; si verò per modum iustæ defensionis ad tollendam occasionem rixæ, vel periculum perturbationis ciuitatis, tunc non auferuntur in pœnam: ergo non erit licitum ex vi talis facti omninò spoliare Clericum armis, priuando illum dominio eorum, quia nullus apparet iustus titulus, quo id fieri possit. Igitur tantùm, debent pro illa occasione auferri, vt postea ei, vel suo Superiori reddantur, & ideò dum huic argumento non satisfaciunt aduersarij, semper ego huic sententiæ adhæream. Alias verò rationes pro hac firmanda sententia adducit Marta *de iurisdiction. part.4. cens. 1.cas.7.* qui respondet ad consuetudines aliquorum Regnorum, quas adducit Cutellius. Vide etiam Doctores à me *vbi suprà* citatos, qui plures sunt, nec perfunctoriè, vt vult Cutellius; de hac quæstione loquuntur. Adde quòd magis ratione quam Doctorum multitudine nitendum sit. Et post hæc scripta inueni supradictam sententiam me citato, docere etiam doctum & amicissimum Augustinum Barbosam *de iure Eccles. lib.2.cap. 4.num.140.* Merollam *tom.2.disput.4.c.3. difficult. 2.n. 608.* & Baldellum *tom.1.lib.5.disput.57.n.8.* vbi ex pluribus firmant Clericos nõ posse per laicos armis spoliari. Vnde ex his patet responsio ad ea quæ in fauorem contrariæ sententiæ adducit Ioannes de Boa in *Apol.de iur. Princip.quæst.2.num. 70.* qui pro sua firmanda sententia, hanc etiam rationem adducit, videlicet quia prohibitio iudicis laici fertur super arma ipsa, quæ clericali tonsura non gaudent: an potest dici res magis ridicula? sed iste Auctor meritò in nostro indice Hispano fuit inter Auctores prohibitos annumeratus.

RESOL. CXX.

An ad declinandum forum iudicis secularis sufficiat possessio Clericatus?

Et an Clericus, qui in re aliqua in Trid. sess. 23. c. 6. præscripta defecit, ob idque foro laicali subiicitur, non solum à iudice laico, sed etiam à iudice Ecclesiastico possit puniri, atque iudicari?

Et an prima Tonsura vnius testimonio probetur? Ex part. 3. tract.1.Resol.48.

§.1. NEgatiuam sententiam mordicus tenet Ignatius de Salzedo *in pract.Bernardi Diaz c.62. n.*18.& Carolus de Grassis *de effectibus cler. in præludiis, num.*226.cum aliis penes ipsum.

2. Sed ego contrariam sententiam tenendam esse puto cum Belletto *in disquis.cler.p. 1.tit. de funore cleric. person.* §.14.*n.*13.& Mascardo *de probat.vol.1. concl.*302.*n.*14.Boërio *decis.*171. *n.*13. Masullo *in addit. ad Capyc.dec.*171. *n.*6.Aufrerio *in addit. ad Capell. Tholos. decis.*117. & aliis: vnde miror, falsam hanc sententiam vocari à Salzedo, est enim probabilissima, & in praxi, vt ait Mascardus, obseruatur. Sed licèt stando in prima opinione possessio clericatus non probet clericatum, attamen operatur, vt transferat onus probandi contrarium in iudicem laicum vt ipsemet Carol.de Gras.*vbi supr.*ex multis adnotauit, quod est valde mente tenendum pro casibus occurrentibus.

3. Notandum est tamen hic obiter vnum, de quo olim quidã Iurisconsultus nõ prudenter dubitabat nempe quòd Clericus, qui in re aliqua in Trid. *sess.* 23.*c.*6.præscripta deficit, ob idque foro laicali subiicitur, non solùm à iudice laico, sed à iudice Ecclesiastico potest puniri, atque iudicari. Et ita ex sacra Cardinalium Congregatione determinat Bonac.*de legib.disp.* 10. *q.*2. *punct.* 1.§.4.*n.*19.

4. Nota etiam hic, quòd prima tonsura vnius testimonio probatur, secundum Petrum Rebuffum *tit. de forma literarum tonsuræ, num.*24. & Matthæum de Afflictis *in constit. Neapolit.tit.*3.*num.*12.licèt Couarruu. *pract.qq.cap.* 33.*num.*3.cum aliis dissentiat.

RESOL. CXXI.

An Clericus, qui aliquando dimittit habitum, & Tonsuram, amittat priuilegium fori, & iudex laicus possit illum punire?

Et an vero requiratur trina monitio, vt Clericus incedens sine habitu, & Tonsura perdat priuilegium fori? Ex part.1.tract.2. Resol. 34. alias 33.

§.1. REspondeo negatiuè: & vt amittat supradictum priuilegium, opus est tanta perseuerantia in dimissione habitus, vt publicè æstimetur, vt laicus. Ita Prosper de Augustino *in addit. ad summam Quar.vers Habitus cler.* Layman *in Theol. moral.lib.*4. *tr.*9.*c.*6.*n.*2.*asser.*1. Suarez *de cens.disp.*22.*sect.*1.*n.*11. Bonac.*de legib.disp.*10.*q.*2.*p.*1.§.4.*n.*14.vbi asserit Sacram Cardinalium Congregationem declarasse, Clericum, qui dimisso clericali habitu homicidium commiserat, & sine clericali habitu â laica potestate captus fuerat remittẽdum esse ad forum Ecclesiasticũ, quia non præsumitur dimisisse habitum animo illum deserendi, sed, vt commodiùs delictum perpetraret: quod est valde notandum: & hoc etiam notauit Capiblancus *in tract. de offic. Bar. prag.*8.*p.*3.*n.*34.

Sup. hoc supra lege doctrinam Resol.109.& infra in Ref. seq.& in Ref. 1.post seq.§. 2.ad med. & in §.vlt. non seq.

2. An verò requiratur trina monitio, vt Clericus incedens sine habitu,& tonsura perdat priuilegium fori: Respondeo, quòd de iure antiquo requirebatur, vt patet *ex c.finali.de vita,& honest.Clerie.* Sed hodie de iure nouo Concl.Tridentini non requiritur. nam dictum Concilium loquitur cum dictione, *nisi*, quæ excipit *iuxta leg.actione.C.de act.*& Decium *in c. si pro debilitate.ff.de offic.deleg.*& ita docent Mar. Ant. *lib.* 3.*res.*48. *n.*7.& Ric.*p.*4.*decis.* 154.*n.*4.qui testantur ita fuisse declaratum à Sacra Cardinalium Congregatione: & ita tenet Bellet. *in disquis. cler.part.*1. *tit.*3. §.8.*n.*6.& alij.

Sup.hoc supra in Ref. 109. §. Sed lege, paulo post initium, & infra in Ref. 162. §. Ab his. & in Ref.328. §.4. paulo post initium.vers Nam si.& in tom.5. tr.13. Ref 61. §. Tertio.

RESOL. CXXII.

An Clericus in Minoribus, vt gaudeat priuilegio fori opus sit, vt tempore delicti, vel saltem captura reperiatur in Tonsura, & habitu?

Et an si aliquis Clericus dimisisset habitum Clericalem, & illum reassumeret, etiam sine licentia Episcopi, gaudeat priuilegio fori, etiam si in Synodo hoc prohibitum esset fieri?

Et an priuilegio fori gaudeat Clericus incedens in habitu & Tonsura, & per paucas vices in Choro, & Processionibus interfuit, quamuis de mandato Episcopi alicui Ecclesiæ non inseruiat, vel beneficium Ecclesiasticum non habeat? Ex part.4. tract.1. Resolut. 18.

§.1. PEreira *de manu Regia, part.*2. *cap.*26. *num.*5. aduersùs aliquos Doctores asserentes quod necessarium sit vt tempore criminis commissi in habitu & tonsura delinquens incedat, quia ad gaudendum foro delicti tempus inspicitur, vt colligitur ex *l.*1.*ff. de pœn.* tamen ipse consideruns quòd sæpe dicta

sine habitu & tonsura committuntur, & delinquentes reassumunt habitum vt foro gaudeant, putat vt sufficeret si tempore capturæ in tonsura & clericalibus vestibus induti reperiantur. Ita ille.

2. Sed contrariam sententiam tenendam esse puto. Dico igitur cum Paulo Squillante *de priuileg. Cleric. cap. 7. dub. 1. num. 10.* quòd carens tonsura, vel habitu clericali tempore delicti, vel capturæ, non amittit priuilegium fori si alias erat solitus deferre, & ita decisum fuisse in sacro Consilio Neapolitano testatur, quod etiam ante ipsum docuerat Regens Tapia *in constit. Regni de personis, num. 17.* Riccius *in praxi. tom. 1. resolut. 530. n. 6.* Grassus *de effect. Cleric. effect. 1. num. 910.* Genuensis *in praxi cap. 38. num. 6. in fine.* Antonius de Marinis *resolut. quotid. cap. 50. num. 3.* & alij; & ego ipse hæc omnia docui *in part. 1. tract. 2. resolut. 33.* vbi ex Bonacina & Capiblanco adduxi pro hac sententia declarationes Cardinalium. Vnde, vt dixi, Clericus etiamsi dimisso habitu delictum commiserit, & etiam sine habitu à iudice laico fuerit captus, si aliàs in tonsura & habitu incesserit, remittendus est ad iudicem Ecclesiasticum.

Quæ hic est Ref. antecedens. Sed lege etiã alias eius notationum, & ex Ref. seq. §. 2. ad medium.

3. Notandum est hic obiter quòd si aliquis Clericus dimisisset habitum clericalem, & illum reassumeret, etiam sine licentia Episcopi, gauderet priuilegio fori, etiamsi in Synodo hoc fieri prohibitum esset Clericis. Ita Squillante *de priuileg. Cler. c. 6. dub. 1. n. 19.* Riccius *part. 2. decis. 167.* & alij.

Sup. hoc infrà in Ref. 148.

4. Nota secundò, quod fori priuilegio gaudet Clericus incedens in habitu & tonsura descriptus in Catalogo Clericorum, qui in Synodo diœcesana obedientiam præstitit Ordinario, & per paucas vices in choro & processionibus interfuit, attentis circunstantiis, quamuis alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi non inseruiat, vel beneficium Ecclesiasticum non habeat. ita determinauit sacra Congregatio Concilij *in Nullius... die 28. Martij anno 1628.*

Sup. hoc infra in Ref. 135. §. 2. & in Ref. 138. §. etiam 2.

RESOL. CXXXIII.

An Clericus gaudeat priuilegio fori, & sit à laica iurisdictione exemptus, si tantum deferat habitum, & non Tonsuram: vel è contra?

Et an Clericus gaudeat priuilegio fori si tempore capturæ inueniatur sine vestibus Clericalibus, dummodo tempore delicti illas gestauerit? Ex part. 1. tract. 2. Resol. 33. àliàs 32.

Sup. hoc in Ref. seq.

§. 1. NEgatiuè respondent Bellettus *in disquis. cler. p. 1. tit. 3. §. 8. n. 7,* & Riccius *part. 4. decis. 154. n. 8.* qui notant, ita declarasse Sacram Cardinalium Congregationem. Et ratio est: quia Concilium Tridentinum loquitur copulatiuè, nempe, vt Clerici deferant habitum, & tonsuram, & alicui Ecclesiæ deseruiant.

2. Non reticebo tamen Marium Antonium Maceratensem, Vicarium Generalem Cardinalis Borromæi, contrarium asserere *in suis variis resolutionibus lib. 3. resol. 48. n. 5.* vbi tenet, Clericum inuentum sine habitu, sed cum tonsura, vel cum habitu, & sine tonsura, gaudere priuilegio fori. Et Capiblancus *de offic. Bar. pag. 8. cap. 3. n. 18.* putat, dimissionem tonsuræ non esse tantæ solemnitatis, si cætera concurrant: & citat Barbosam. Notandum est etiam contra Guttierrez *qq. canon. lib. 1. cap. 12. num. 9.* Mexiam *in prag. taxa panis, concluf. 1. num. 31.* & alios, Clericum gaudere priuilegio fori si tempore capturæ inueniatur sine vestibus clericatus, dummodo tempore delicti illas gestauerit. Et ita declarasse Sacram Cardinalium Congregationem anno 1586. notauit Marius Antoninus *vbi supra lib. 3. resolut. 48. num. 7.* & docet Sanchez *de matrim. tom. 2. lib. 7. disp. 46. num. 10.* qui multos alios citat. Et ratio est: quia ad gaudendum priuilegio fori, non attenditur, nisi tempus commissi delicti: parum ergo refert, si tempore capturæ Clericus sine habitu inueniatur; si tamen tempore quo commisit delictum illum gestauerit.

Quoad hoc lege suprà doctrinam §. 1. Ref. 121. & ex Ref.

122. §. 1. & 2. &c.

RESOL. CXXIV.

An Clericus incedens in habitu, si omittat portare Tonsuram, perdat priuilegia fori? Ex part. 4. tract. 1. Ref. 93.

Sup. hoc in Ref. præterita.

§. 1. AFfirmatiuè videtur respondendum ex Concil. Trident. *sess. 23. cap. 6.* vbi statuitur, quòd vt priuilegio fori potiri possint Clerici in minoribus, debent deferre habitum & tonsuram, & ita docet Barbosa *de potestate Episcopi, part. 2. alleg. 12. num. 19.* Riccius *tom. 4. decis. 154.* Bellettus *in disquis. Cleric. part. 1. tit. de fauore Clericorum personali, §. 8. n. 7.* & alij penes Barbosam *loco cit.* quibus adde Gauantum *in enchirid. Episc. ver. fori priuilegium, n. 8.*

2. Sed contrariam sententiam docet Marius Antoninus *variar. resolut. lib. 3. resolut. 48. num. 9. & 10.* Capiblancus *de officio Bavonum tom. 1. pragmat. 8. part. 3. num. 29.* & Elisæus Danza *in pugna DD. cap. 1. de Clericis, num. 15.* vbi asserunt quòd dicti Clerici, si neglexerint portare tonsuram, non amittunt priuilegium fori, quia tonsura non est tantæ solennitatis. Vide etiam Scacciam *de iudiciis tom. 1. lib. 1. cap. 11. num. 9.* & Farinacium *quæst. 8. num. 65.* asserentes in Clericis non coniugatis vt gaudeant priuilegio fori, sufficere alterum istorum, sc. vt deferant habitum, vel deferant tonsuram. Et ad verba Concilij. Tridentini respondet Marius Antoninus *vbi suprà*, quòd licèt loquatur per copulam &, quæ requirit concursum copulatorum; tamen *in cap. si index, de sentent. excommunicat. in 6.* legitur copula &, circa dictam delationem, vt legitur in Concil. Trident. & tamen de iure communi sufficit delatio alterius, & & Concil. Trident. *in dicto loco* non videtur inducere correctionem iuris communis: ergo, &c. Vnde ego huius dubij resolutionem remitto ad sacram Congregationem.

RESOL. CXXV.

An Clericus, vt gaudeat priuilegio fori, debeat portare non solum pallium, sed etiam togam vsque ad talos? Ex part. 4. tract. 1. Ref. 91.

Sup. hoc in Ref. seq. & cursim in fine Ref. 1. post ne seq.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam tenebat in facti contingentia quidam Iurisconsultus, & adducebat Bullam Sixti V. & hoc etiam docet Moscosus *de maiest. milit. Ecclesiæ, lib. 1. part. 2. c. 2.* Venerus *in exam. Episcop. lib. 5. cap. 5. n. 2.* vbi asserunt tunicam Clericorum esse debere nigram & talarem, & hanc sententiam docet etiam Cæpolla *cons. 11. n. 30.*

2. Sed ego tunc contrariam sententiam docui cum Ioanne Maria Nouario *in nouo iure Pontificio concluf. 117. n. 6.* vbi sic ait: Dicendum est Clericum in habitu & tonsura incedere, quando fert pallium talare, licèt toga non tangat genu, & consequenter debet priuilegio fori frui, tanquam satisfaciens dispositioni Concilij Tridentini *sess. 23. c. 6.* vbi cautum est Clericos in minoribus teneri deferre habitum & tonsuram. Ita ille. Vide etiam Antonium de

Ballis

Ballis *tract.var.lib.5.pragmat.1.tit.10. n.53.* & hanc sententiam in terminis dictæ Bullæ Sixti 5. quam ille Iurisconsultus afferebat, tenet Garcias *de beneficiis tom.2.p.7.c.1.n.23.* & alij penes ipsum,asserentes Clericis non esse necessarium portare duas vestes longas, sed quòd vna sufficiet, vel tunica,vel pallium. Verùm circa præsentem quæstionem communem doctrinam adducit Farinacius *q.8. n.69.* & Scaccia *de iudiciis tom.1.lib.1.c.11.n.84.*

RESOL. CXXVI.

Clericus qualem habitum deferre debeat, vt gaudeat priuilegio fori?

Et si controuertatur, an habitus, cum quo inuentus est Clericus, sit Clericalis,an inquam, hac habitus cognitio ad Ecclesiasticum pertineat; & dum hæc coram iudice Ecclesiastico pendent, debeat iudex laicus supersedere, & aliter faciens immunitatem Ecclesiasticam infringat? Ex part.3. tract.1.Resol.63.

Sup. hoc in Resol. præcedenti, & breuiter in fine Resol. seq.

Sup. hoc in Resol. seq. & in aliis eius primæ annotationis.

§. 1. REspondeo Clericos circa habitum se locorum consuetudini accommodare, vt tradit Ambrosinus *de immun.cap.23.num.13.* ego verò absolutè loquendo, illum priuilegio fori gaudere arbitror, qui eo vtitur vestium genere,vt si à populo videatur,clericus iudicetur,si autem controuertatur, an habitus cum quo inuentus est clericus,sit clericalis,hanc habitus cognitionem ad Ecclesiasticum iudicé pertinere,quidquid aliqui asserant,& pessimè in praxim deducût aliqui iudices, nixi authoritate Iul. Clar.*lib.5.q.36.n.11.*& Masc.*cõcl.961.n.4.*& aduertat iudex laicus,quòd dum hæc coram iudice Ecclesiastico pendent,debet supersedere,vt nos alibi etiam docuimus, & aliter faciens immunitatem Ecclesiasticam infringit, licet nonnulli apud Carolum de Grassis *de effectibus clericatus, effect.1.n.1257.& seq.* oppositum sentire videantur,sed malè;quia fieri potest, vt in tali casu iudex laicus exerceat iurisdictionem in personam exemptam,& quia sequeretur elusoriam esse cognitionem iudicis Ecclesiastici,& hæc omnia docet,& probat Bonacina *in Bull.Cœn.tom.3. disp.1.q.16.sect.1.punct.6.num.30. 31. & 32.* cum aliis communiter.

Alibi in Resol. seq.& vlt. ad fin.

RESOL. CXXVII.

Vtrum iudex laicus possit in casu contingenti cognoscere de Clericatu,vel habitu?

Et an si Clericus captus incedat in habitu laicali,an tunc possit detineri per iudicem secularem, donec iudex Ecclesiasticus ferat declarationem; & dum pendet talis cognitio, iudex secularis debet supersedere a progressu in causa delicti?

Et quid, si in dicto casu fama esset publica, & notoria, quod ille esset Clericus, quamuis inuentus sit in habitu laicali an in tali casu statim remittendus sit ad iudicem Ecclesiasticum,& ante cognitionem Clericatus?

Et quæ autem vestes censendæ sint Clericales in Clericis prima Tonsuræ,& initiatis minoribus Ordinibus? Ex part.1.tract.2.Resol.28 aliàs 27.

Supra hoc quoad habitum in Resol. præterita cursim ad fin.& infra in tribus Resol. seqq. & quoad cognitionem de Clericatu in Resol. seq.& superius in tr.1.Resol.120. §.1.post med.

§. 1. MVlti Regij ad Iudicem secularem spectare hanc cognitionem contendunt:& sic olim male obseruabatur in nostra Sicilia,& hodie obseruatur multis in locis.Et ita docent,Borell. *de protect.Reg.Cath.c.76.n.308.* Guido Papa *q.138* Grat.*discept.forens.p.2.c.190.n.30.*& alij apud Ceuall. *tract.de cognit.per viam violentia, in Proœm.c.8.n.39*

2. Sed absolutè contrariam sententiam amplectendam esse puto *ex cap.si Iudex laicus,de senten.excomm.in 6.*Et ita docent communiter Doctores Couarr.*pract.qq.c.33.*Zerola *in praxi Episc.p.1.verf.Clericus.n.3.*Salzedus *in pract.crim.* Diaz *c.62.n.14.*Marius Antoninus *lib.3.resp.48.*Ioan. de la Cruz *in directo conscient. p.2.de Sacram Ordinis q.5.dub.8.concl.1.* Molina *de iustit tom.4.tract.3.disp.49.n 6.& 11.*Layman.*in Theol.mor.lib.4.tract.9.cap.7. n.6.*Cuallos *vbi supr. tractat.de cognitione*, &c. *p.2. q. 44. num.1.* Itaque coram Iudice Ecclesiastico de clericatu, & habitu habenda est discussio, & cognitio;citatis tamen Iudice,& Fisco sæcularis Curiæ: & postquam Iudex Ecclesiasticus,declarauit N.Clericum gaudere priuilegio fori,petenda est remissio cum intimatione dictæ declarationis *iuxta cap.Iudex cit.* quæ quidem remissio à Iudice sæculari debet fieri sine Clerici dedecore,vt obseruat Marius Antonius *vbi suprà n.2.*& infrà certum terminum, nempe,viginti horarum; aliàs sæcularis Iudex dictum Clericum non remittens, vltra prædictum tempus *ex d.cap.Iudex* in excommunicationem incurreret.

3. Nota verò,quòd si captus incedebat in habitu laicali,tunc potest detineri per Iudicem secularem, donec Iudex Ecclesiasticus ferat declarationem: & dum pendet talis cognitio,Iudex secularis debet supersedere à progressu in casu delicti. Nota etiam,quòd si Clericus fuerit comprehensus in habitu laicali,& fama esset publica, & notoria, quòd ille esset Clericus, vtique in tali casu remittendus est statim ad Iudicem Ecclesiasticum,& ante cognitionem clericatus. Quomodo autem probetur clericatus,vide Bellettum *in disquis.cler.p.1. tit.3.§.14.n.10.* Quæ autem vestes censendæ sint clericales,in Clericis primæ tonsuræ, & initiatis minoribus Ordinibus, vide Bonac.*de legib,disp.10. q.2.punct.1.§.4 nu.17.*Couar. *pract.qq.cap.31.num.7.*& Iul.Clar. *lib.5. sent.15.vlt.q.36.n.13.*cum aliis. Ambrosin. *de immunit.Eccles.cap.23.*

Sup. hoc in Resol. 1. nor. præteritæ, post medium.

Sup. hoc in duabus præcedentibus Resol. in principio.

RESOL. CXXVIII.

An iudex laicus possit cognoscere de Clericatu, vel de habitu? Ex part.3. tract.1.Resol.15.

§. 1. AFfirmatiuè mordicus respondent aliqui,& ita obseruatur in Lusitania teste Valasco *tom.1.alleg.44.n.10.& 12.* in Gallia teste Rebuffo *ad l.Gallia tom.1.tit.de litteris obligat.art.11 glossa 3.n.15* in Hispania,teste Couarruuia *pract.qq.c.33.n.1.*& in Regno Neapolitano, teste Borello *in sum omnium dec.tit.44 de cit.n.425.* & ratio est; quia huiusmodi quæstio facti est,& in facto consistit;cuius cognitio ab omni iuris spiritualis cognitione remota est; & ita hanc sententiam præter Doctores citatos tenent Salgado *de protect. Regia tom.2.p.4.c.14.num.81.82. & 85.* Pereira *tract.de manu regia in concordatis D. Ioan.1.art.9.n.183.& in concord.1. Regis D.Dimis art. 13.num.62.* Rupelanus *lib.4. instit. forens.* Francus *dec.329.num.9.* & alij.

Suprà hoc quoad habitum supr. in Resol.126. ad l.n.6.versan habitus,& in Resol.127 & inf. in duab. Resol. seqq. & quoad cognitionem de Clericatu in Resol. 2. huius not. & superius in tr. 2. Resol.120. §.1. cursim post medium.

2. Sed ego *in tract.1.part.1.resol.27.de immunitate Eccles.*contrariam sententiam tenui, nec aliter tenendum est; & contrarium facientes in excommunicationem incurrunt; & hoc determinatum à Bonif.VIII. *in cap.iudex, de sent.excom.in 6.* & hanc sententiam tenent DD.quos citat,& sequitur doctus Barbosa *vbi infra n.2.*quibus ego addo Cenedum *in qq.Canon.q.4.n.32.* Bellettum *in disquis. cler.p.1 tit. de fauore clericorum personali §.14.n.4.* D.Carolum de Grassis *de effectibus Cleric.effect.1.n.1162.*Bobadillam

in politic.tom.1.lib.2.c.18.n.106. Mastrillum *p.2.decis. 113.num.16.* Martham *de iurisdict.p.2.c.31. n.16.* Narbonam *in 3 p.recopil.lib.4.tit.1.l.20 gloss.23.n.16.* præter illos, quos adduxi *in d.resol.27.*

Quæ hîc est Resol. antecedens.

3. Ad contrariam verò obseruantiam, & praxim illorum Regnorum, quam adducunt DD.citati,respondet Barbosa *in collect.1.3.lib.5.tit.11.c.11.n.3.* id tribuendum alicui speciali Summi Pontificis priuilegio, quod si adest, videant illi ad quos spectat.

RESOL. CXXIX.

An iudex laicus possit cognoscere,vtrum Clericus vestis Clericali amictus sit, vt gaudeat priuilegio fori? Ex part.3.tract.1.Resol.10.

Sup. hoc in Resol. seq. & sup. in Resol. 126. ad lin. 6. vers. an habitus. & in Resol. 127. & 128.

§.1. ALiqui Iurisconsulti affirmatiuè respondent, & nouissimè inter illos ita fuisse iudicatũ testatur Paponius *lib.1.tit.5.arrest.4.* vbi sic asserit. Iudex laicus cognoscere de proprietate tonsuræ non potest,& tamen cognoscere potest vtrùm vestes quibus Clericus vestitus reperitur,conuenientes sint,an aduersæ eius professioni;huiusmodi quippe cognitio sæcularis est, provt fuit iudicatum *arrest.1384.* Ita ille

2. Sed hæc opinio est contra communem,vt docet Bellettus *disquis.cler.tit.3. §.14. n.4.* & nouissimè illam refellit Barbosa *in collect.1.3.lib.5.tit.11.c.12. n.2.* citans Farinac. *in praxi crim.q.8.nu.34.* & patet *ex c.si iudex de sent.excomm.in 6.* sed de hac quæstione vide me ipsum *in resol 27. tr.2. part.1.* Nec valet dicere, quòd in aliquibus Regnis ita à iudicibus laicis obseruatur, nam respondetur forsitan id facere ex priuilegio Summi Pontificis.

RESOL. CXXX.

An cognitio de habitu Clericali spectet ad iudicem laicum? Ex part.4.tract.1.Resol.5.

Sup hoc suprà in Resol 126.ad lin. 6. & vers. an habitus.& in Resol.127. 128. & 129.

§.1. AFfirmatiuam sententiam præter DD. quos adduxi *in part.1.tr.2.resol.27.& p.3. tract.1. resol.15.* tenet nouissimè iterum Pereira *de manu Regia part.2.cap.44.num.3* putant enim per *cap.si iudex, de sentent.excommunic.in 6.* non esse licitum laicis cognoscere quæstionem iuris circa Clericos; secus, quoad quæstionem facti, vt est cognitio de habitu clericali; & addit Pereira *de bigamia, de tonsura, & aliis conditionibus requisitis à Concil. Trident. sess.23. cap.6.* Vide etiam nouissimè Ioannem Honorium *in compend.iuris Canonici lib.3.tit.1.n.15.* qui etiam hanc sententiam tenet.

2. Sed ego *locis citatis* contrarium docui,& nunc iterum doceo,præter Doctores, quos *vbi suprà* citaui,tenet hanc opinionem Duardus *in Bull.Cœn.lib.2. can.19.quæst.8.num.19.* Molina *de iust. tract.3. disp. 49.num.11.* Gauantus *in enchiridio Episc.ver.fori priuilegium,n.32.* Sanchez *in opusc.tom.2.lib.6.c.1.dub.1. num.16.* Castrus Palaus *in opere morali tom.2. disp. vnica, punct.4.num.7.* Melchior Lotherius *de re beneficiaria lib.3.quæst.36.n.69.* Scaccia *de iudiciis lib.1. cap.11.num.8.* Menochius *de præsumption. lib.6.q.76. num.341.* Genuensis *in praxi c.38 n.6.in fine.* Ambrosinus *de immunit Eccles cap.23. num.15.* Bonacina *in Bull.Cœn.disp.1.quæst.16.sect.1.punct.6. nu.31.* Rolandus à Valle *lib.1.cons.4.num.33.* Suarez de Paz *in praxi tom.2. prol. 2. num.9.* Nauarrus *in cap.nouit.de iudic.notab.66.num.44.* Gratianus *in disceptation. forens. tom.1.c.190.n.15.* & alij penes ipsos. Nam si cognitio, an sit Clericus,per dictum *c.si iudex,* spectet ad iudicem Ecclesiasticum, non video cur cognitio de habitu non spectet ad eumdem,cùm vtraque cognitio tendat ad idem. Et licèt sit controuersia de facto,est tamen de quodam facto spirituali, scilicet Ordinis, ad ipsúmque pertinens. Item in iure Canonico statuitur Clericum fori priuilegio gaudere,si habitum & tonsuram deferat.Ergo ad iudicem Ecclesiasticum pertinet,& non ad sæcularem,decidere quis dicatur tonsuram & habitum deferre. Deinde ad Episcopum pertinet habitum à Clericis deferendum præscribere; ergo ad eumdem etiam spectat cognoscere an habitus sit clericalis.Vnde affirmatiuam sententiam falsam esse,& sacris Canonibus contrariam,docuit Paramus *in respons.1.pro iurisdict sancti officij,c.4.n.2.* & Franciscus *quæst.8.num.34.* & ideo nostram opinionem non solùm tenuit sacra Rota Romana *dec.202. de sent.excommun.in nouis;* sed illam determinauit sacra Eminentissimorum Cardinalium Congregatio *die 11. Iulij anno 1595.* Vnde nescio quomodo aduersarij affirmatiuam sententiam tueantur, cùm eorum opinio sit contra communem Doctorũ opinionem, contra sacram Rotam Romanam, & contra sacram congregationem Cardinalium.

RESOL. CXXXI.

An iudex laicus possit punire Clericum, qui assumpsit habitum Clericalem post delictum patratum, intentione subtrahendi se a seculari potestate?

Et notatur in tali casu non posse iudicem laicum talem Clericum ordinatum in fraudem punire quoad pœnam corporalem, sed tantum quoad pœnam pecuniariam & confiscationem bonorum, quamuis hoc non careat difficultate, quia exempta persona non potest in rebus molestari. Ex par.1.tract.2.Resol.27.alias 26.

Sup. hoc in Resol. seq. & infrà ex doctrina Resol. 164. §. 1. & in alia Resol. eius notat.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam communiter docent Doctores vt Molin.*de iust.tom.4.tr. 3.disp.49.n.21.* & alij penes Ambrosinum *de immun. Eccles.c.19.n.5.* Menochium *de præsumpt.lib.6. q.76. num.35.* Guttierrez *pract.qq.lib.1. q.5.* Ceuallos *tr.de cognit.per viam viol.p.2.q.44.n.7.*

2. Sed non reticebo,contrariam sententiam docere Bonacinam *de legib.disp.10.q.2.punct.1.§.1.n.16.* & Episcopum Iserniensem M.Anton.Genuensem *in pr. c.8.n.5.* vbi sic ait: [Verior mihi semper visa fuit illa opinio,quòd Iudex sæcularis non potest procedere,nec in causa criminali,nec in causa ciuili,contra laicum conuentum,posteà effectum Clericum;quoniam si confugiens ad Ecclesiam post delictum animo fraudandi Curiam sæcularem,gaudet immunitate,quamuis remaneat laicus,& ad tempus in ea moretur;multò magis gaudere debet,qui personam suã per ordinis susceptionem Deo consecrat,vt illi perpetuò famuletur.] Ita ille;quod etiã probat *ex text. in l.qui cum vno.§.reus ff. de re milit.* vbi videtur casus expressus:nã reus capitalis criminis accusatus,si efficiatur miles,non remittitur;sed à Iudice militiæ iudicandus est:multò magis id procedere dicendum erit in effecto milite cœlesti.Facit etiam Concilium Tridentinum *cap.4. sess.23. de reform.* dum prohibet Episcopis ordinare illos qui fraude, vt fugiant iudicium sæculare, Ordines suscipiunt: quæ quidem prohibitio frustrà fuisset facta, si fraus illos à laica potestate non eximeret. Neque obstat,quòd si talis sententia esset vera, multi in perniciem reipublicæ & eius fraudem, vt euitarent pœnam vltimi supplicij, ordinarentur: nam respondeo,quòd satis à sacris Canonibus fuit prouisum,& præcipuè à sacro Concilio Tridentino,vt Episcopi prædictos non ordinent, nisi subtiliter scrutando mores,& vitam; & in specie præcipit non ordinari eos,qui sæcu-

lare

lare iudicium fugiendi animo, & fraude, ordinati veniunt.

3. Notandum est verò, quòd stando in prima sententia, DD. citati asserunt, non posse iudicem laïcum talem Clericum ordinatum in fraudem punire quoad pœnam corporalem; sed tantum ad pœnam pecuniariam; confiscationem bonorum. Ita Bellettus *in disquis. cler. p. 1. tit. 3. §. 4. num. 3.* qui citat octodecim Doctores. Petrus Cenedo *in collect. iur. can. part. 1. collect. 3. num. 13.* & alij penes ipsum. Molina *tract. 3. disp. 49. n. 22.* & Bonacina *vbi suprà*. Sed hoc etiam displicet Genuensi loco citato: quia, vt *suprà* etiam sæpè dictum est, Canones determinant in specie, vt exempta persona Clerici, non possit in rebus molestari, ne per vnum viam concedatur, quod per aliam denegatur. Et ita habetur *in c. vnic. de cleric. coniug. in 6.* Sed circa præsentem quæstionem vide etiam Laymã. *in Theol. mor. lib. 4. tract. 9 c. 4. n. 13. & seq.* Suarez *contra Regem Angliæ, lib. 4. cap. 15. n. 17.* refellentes quandam sententiam Couarr. & Iulij Clari.

Supra in Resol. hic est supra 66. & in cæteris aliis eius anno, vit.

RESOL. CXXXII.

An qui assumpsit habitum Clericalem post delictum animo subtrahendi se à laica potestate, gaudeat priuilegio fori?

Et si quis dicat se suscepisse habitum Clericalem ex vi voti, an ipsius iuramento standum sit? Ex part. 3. tract. 1. Resol. 67.

§. 1. DE hac quæstione olim mihi magna controuersia fuit cum quodam supremo ministro Regio, & afirmatiuam sententiam ipse docui *in tract. de immun. eccles. res. 26.* & nunc iterum doceo quia dici potest istum vti iure suo, assumendo statũ clericalẽ, qui licèt illum assumpserit hac intentione, non videtur priuari ipso facto priuilegio clericali, licèt fortasse dignus sit qui tali priuilegio priuetur, & ita hanc sententiam docet Suarez contra Regem Angliæ *lib. 4. c. 15. n. 17.* & iterum Bonac. *in Bull. Cœn. tom. 3. disp. 1. q. 16. sect. 1. p. 5. n. 9.* quidquid etiam in contrarium asseruat DD. quos citaui *in d. res.* quibus nunc addò Zerolam *ver. Clericus n. 6.* Iulium Clarum *q. 36. n. 38.* & eius additionatorem *ibid. lit. .G.* & alios penes ipsos. Sed si aliquis vellet stare in opinione negatiua, dicendum est in negantem incumbere onus probandi statum clericalem assumptum fuisse per fraudem; quomodo autem id probetur, vide Mascardum *tom. 2. concl. 15.* Gabrielem *in comm. opin. tit. de præsump. concl. 13. n. 2.* Ambrosinum *de immun. cap. 19.* Duardum *in Bull. Cœ. lib. 2. can. 15. q. 11.* Martam *de iur. par. 4. cas. 176.* & alios penes ipsos.

Quæ hic est Resolutiones & in alio §. eius primæ annot.

2. Si autem quis dicat se suscepisse habitum clericalem ex vi voti, an ipsius iuramento standum sit, negat Farinacius *tit. de Inquis. q. 8. n. 114.* & alij; sed affirmat Decianus; & alij penes Ambrosinum 11. quibus ego addo Hieronymum Rodriquez *in compen. qq. Regul. resol. 101. n. 9.*

RESOL. CXXXIII.

In Diœcesi volentes ad Ordines promoueri prius adscribuntur Ecclesiæ Cathredali, & per annum gestant habitum Clericalem inseruiendo eidem Ecclesiæ, prout faciunt Clerici iam ordinati: quæritur, an in dicto anno gaudeant priuilegio fori?

Et an omnes seruientes Ecclesiis, gaudeant priuilegio fori, maxime Scholares addiscentes & seruientes Ecclesiæ? Ex part. 6. tract. 1. Resol. 36.

§. 1. NEgatiuè respondet Bonacina *tom. 2. disp. 10. quæst. 2. §. 2. n. 2.* Suarez *contra Regem Anglia' lib. 4. cap. 29. n. 9.* Gambacurta *de immun. lib. 7. cap. 1. n. 7.* Reginal. *tom. 1. lib. 9 c. 23. n. 354.* & alij. Probat Bonacina hanc sententiam. Primò, quia tales non gaudent priuilegio Canonis, ergo neque gaudere debent priuilegio fori. Secundò quia in Concilio Tridentino non solùm, vt quis gaudeat priuilegio fori; præscribitur ei delatio habitus, sed etiam tonsuræ. Tertio quia supradicti non sunt personæ Ecclesiasticæ.

Supr. hoc in Resseq.

2. Verùm ego affirmatiuæ sententiæ tanquam magis Ecclesiæ fauorabili libenter adhæreo, quam tuetur Decianus, quem citant & sequuntur Ambrosinus *de immun. c. 22. n. 6.* & Farinac *in Praxi Crim. q. 8. n. 5.* quibus ego addo Bellettum. *in disquisit. Cleric. titul. de fauore Cleric. personali §. 2. n. 2.* Barbosam *de iur. Eccles. lib. 1. c. 3. §. 2. n. 52.* & alios penes ipsos asserentes priuilegium fori extendendum esse ad seruientes Ecclesiis. Et probant hanc sententiam *ex c. 2. de foro compet.* vbi sic habetur. Nullus iudicum neque Presbyterum, neque Diaconum, aut Clericum vllum, aut minores Ecclesiæ sine permissu Pontificis per se distringere, aut condemnare præsumat. Vbi gloss. per minores Ecclesiæ intelligit seruientes deputatos ad eius obsequium.

3. Nec obstat dicere cum Gambacurta & Reginaldo vbi suprà, quòd text. *in dicto. cap. 2.* intelligendus est de illis, qui sunt perpetuò adstricti seruitio Ecclesiæ: nam hoc gratis dicitur: cùm enim inseruientes Ecclesiæ priuilegio fori decorentur, non in gratiam propriæ personæ, sed in gratiam ipsius Ecclesiæ, vt patet *ex dicto cap. de for. compet. & ex cap. Ecclesiarum seruos 12. quæst. 1.* Sequitur, quòd qualitas perpetuitatis non possit esse considerabilis, vt sine illa inseruientes non debeant gaudere immunitatibus: pro tempore enim, quo inseruiunt famuli temporales, eodem modò inseruiunt respectu illius temporis, quo perpetui respectu perpetuitatis: neque enim perpetuitas imprimit characterem prout Clericatus, cuius ratione non possint perpetui conueniri coram iudice Laico: sed ideò conueniri non possunt, quia Ecclesiæ inseruiunt, quæ qualitas seruitij ita cadit in temporario, prout in perpetuo. Cùm igitur seruire non importet necessariò actum perpetuum, cùm ad tempus quis possit inseruire, & respectu illius temporis eadem sit vtilitas Ecclesiæ, pro qua inductum fuit priuilegium, ratione serui temporarij, quæ est ratione serui perpetui, Ergo cùm vt Ecclesia seruitium consequatur, dum effectualiter famulus inseruit, non sit necesse, vt addictio sit perpetua, in consequens per necesse sequitur, quòd exemptio, quæ est concessa intuitu seruitij Ecclesiæ, non sit concessa intuitu perpetuitatis: & sic quòd perpetuitas, vel temporalitas non potest aliquid importare, vt ex ea concludatur exemptio. Et ita hanc sententiam Gambacurtæ & Reginaldi de seruis perpetuis & temporariis optimè refellit Hispania Narbona *in recopilat. part. 3. lib. 4. titul. 1. leg. 20.* Gloss. 1. *num. 27.* & alij.

4. Nec secundò obstat dicere cum Suarez. *n. 11.* textum *in dicto cap. 2.* intelligendum esse de seruientibus Ecclesiæ non omninò Laicis, sed habentibus saltem primam tonsuram, nam hoc etiam gratis dicitur. Et miror alioquin virum doctissimum hæc dixisse, nam ante Concilium Tridentinum omnis Clericus etiã primæ tonsuræ sine seruitio Ecclesiæ gaudebat priuilegio fori, vt late & doctè more suo probat Thomas Vallascus Lusitanus *tom. 1. alleg. 10. n. 12.* & 13. Ergo nullum priuilegium haberent seruientes Ecclesiis virtute *dict. cap. 2. de foro compet.* Sed vt vult

Suarez, Clerici esse deberent: nam Clerici etiam non deseruiendo Ecclesiæ tunc, vt dictum est, priuilegio fori gaudebant.

5. Dicendum est igitur absolutè seruientes Ecclesiis gaudere priuilegio fori, & maximè in casu nostro, cùm deseruiant in habitu Clericali & in ordine vt ad Minores promoueantur. Vnde hanc sententiam videtur satis firmare Siculus noster Barbat. *in dicto c. 2. de foro compet. n. 29.* vbi sic ait. In Glossa quæritur, quid comprehendatur appellatione minorum Ecclesiæ, qui non possunt distringi, aut comdemnari à iudice Laico. Respondet, quòd sunt scholares, vel seruientes Ecclesiæ deputati ad eius obsequium: quia illi eodem priuilegio gaudere debent *12. quæst. 2. cap. Ecclesiarum seruos*: habuit fortè respectum ad quasdam Ecclesias, maximè in Alemania, vbi sunt scholares addiscentes, & seruientes Ecclesiæ: simile habetur *in cap. 1. de celebrat. Missar.* Veniunt etiam seruientes ipsi Ecclesiæ, si ad obsequium eius deputati sunt. & sic non sufficit seruire Ecclesiæ, sed oportet deputatum esse ad eius obsequium. Vidi ego sæpenumero fornarium meum seruientem Ecclesiæ in Missa, vt propter hoc non gaudeat priuilegio Ecclesiæ, quia ad illud seruitium non est deputatus. Sed Vincentius videtur intelligere in iunioribus deputatis Ecclesiæ obsequio, vt aduenientè ætate promoueantur ad Ordines. Hucvsque Barbatia, cuius vltima verba mirificè faciunt pro casu nostro, & ea quoque, quæ addit postea *num. 33.*

6. Restat modò respondere ad argumenta Bonacinæ in principio posita. Et ad primum, quòd isti Ecclesiæ seruientes non gaudent priuilegio Canonis; ergo neque gaudere debent priuilegio fori. Respondeo negando consequentiam: nã familia Laica Episcopi, vt iteratis vicibus declarauit Sacra Congregatio; & ego satis firmaui ex communi Doctorum sententia in Apologetica disceptatione contra Moscosum *resolut. 2.* gaudet priuilegio fori, & tamen non gaudet priuilegio Canonis. Valet quidem argumentum, vt obseruat Suarez *contra Regem Angliæ. lib. 4. cap. 29. num. 7.* Layman *lib. 3. tract. 9. cap. 7. num. 1.* & me citato Ambrosius Machin. *vbi infra artic. 4. n. 37.* valet inquam, argumentum, gaudet quis priuilegio Canonis; ergo gaudebit priuilegio fori, sed non è conuerso.

Quæ hic est infra in tr. 8. Resol. etiam 2. §. 1. post medium, à vers. An familia Episcopi. & seq. & in Resol. not. seq. & aliis earum annotat.

7 Ad secundum. Quòd ex Concilio Tridentin, o vt quis gaudeat priuilegio fori, debet non solùm gestare habitum, sed tonsuram. Respondeo, quòd Concilium, vt legentibus patet, loquitur de priuilegio fori, quo debent gaudere Clerici, vt Clerici: non de priuilegio, quod aliis competit ex alio capite. Et ideò Concilium asserit. Nullus Clericus prima tonsura initiatus, &c. Vnde Stephanus Bauny Auctor parum fauens Ecclesiasticæ immunitati, licèt alioquin vir doctus & eruditus in Theolog. Moral. *tom. 1. tract. 11. quæst. 37.* & alij quos ad satietatem adduxi *in dict. disceptatione Apologetica, resolut. 8.* mordicùs hanc sententiam tenent.

Quæ hic est infra in tr. 8. Res. 8. & in Resol §. & vers. annot. præteritæ, & infr. in Res. 182. & in cæteris aliis eius primæ annot.

8. Ad tertium argumentum, quòd dicti seruientes non sint personæ Ecclesiasticæ; Respondeo hoc esse verum, sed non sequitur. Ergo non gaudent priuilegio fori: quia, vt dictum est, hoc priuilegium illis nõ datur à sacris Canonibus intuitu personarum sed ratione solius vtilitatis Ecclesiæ: sicut seruientes Episcopis non sunt personæ Ecclesiasticæ, & tamen gaudent priuilegio fori. Vnde non desinam hic apponere verba Ambrosij Machin. *in allegat. pro iurisd. Ordinum militarium articul. 6. num. 58.* vbi sic ait. [Muy differente razon es de los Clerigos à los de la familia del Obispo que gozan del fuero, y no del Canon: porque el fundamento de gozarle no es el mismo pues no se les da como à personas Ecclesiasticas, si no come à familiares del Obispo, à quien el derecho le da.) Hæc ille; quæ indiuidualiter deseruiunt pro casu nostro: & pro responsione ad omnia argumenta Bonacinæ. Contrà quem etiã facit * casus vxoris Clerici coniugati, vt me citato docet nouissimè Merolla *tom. 3. disputat. 6. cap. 3. num. 52.* & ego addo, vxores Equitum Diui Iacobi Alcantaræ, &, Calatranæ; quas certum est non gaudere priuilegio Canonis, neque esse personas Ecclesiasticas, & tamen gaudent priuilegio fori: vt inter alios nouissimè solidè probat eruditus Franciscus de Amaia *in Cod. lib. 20. titul. 39. n. 12. & seq.* Ergo idem dicendum est de seruientibus Ecclesiis, qui licet non gaudeant priuilegio Canonis, neque sint personæ Ecclesiasticæ, non ex hoc sequitur contra Bonacinam non posse gaudere priuilegio fori, & maximè in casu nostro, vbi tales incedunt cum habitu Clericali, & seruiunt Ecclesiis intuitu suscipiendi ordines minores. Et ita standō in terminis iuris communis ego probabiliter sentio, saluo semper aliorum doctorum virorum meliori iudicio & Sacræ Congregationis immunitatis oraculo.

* Stp. conté to in hoc vers. cum eis. dem author bus & aliis infr. in Res 156. §. Probatur primo & in aliis eius annotat. & pro priuilegio Canonis melius intro. 5. tr. 2. Resol. 43. §. Sed an.

RESOL CXXXIV.

An Clerici inseruientes verè adstricti alicui Ecclesiæ, licet primam tonsuram non habeant, gaudeant priuilegio fori?

Et explanatur, quod quamuis Clerici, qui dicuntur, Saluatici, *non gaudent priuilegio Canonis, neque exemptione gabellarum, tamen gaudeant priuilegio fori.* Ex part. 3. tract. 1. Res. 69.

§. 1. NEgatiuè respondet Bonac. *in Bull. Cœn. 3. disp. 1. q. 16. punct. 3. n. 7.* quia talis clericus non gaudet priuilegio canonis; ergo neque gaudet priuilegio fori, & hanc sententiam videtur innuere Reginald. *tom. 1. lib. 9. c. 23. n. 355.* cæteras rationes videbis apud Bonacinam.

Sup. hoc in Res. præterita, & pro priuilegio Canonis lege §. not. seq.

2. Sed his non obstanibus non desunt Doctores post Concilium Tridentinum scribentes, qui asserunt dictos clericos priuilegio fori gaudere, & ita tenet Bellettus *in aisquis. cler. part. 1. tit. de fauore clericorum personal. §. 2. num. 2.* Ambrosinus *de immun. cap. 22. n. 6.* & Decianus *in tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 8. n. 2.* & ad argumentum quod adducit Bonacina *vbi supra* posset aliquis respondere; quòd clerici, qui dicuntur *saluatici* non gaudent priuilegio canonis, neque exemptione gabellarum, & tamen gaudent priuilegio fori, vt declarauit sacra Cardinalium Congregatio 10. Kalendas Iunij 1632. cuius verba affert Paulus Squillante *de priuileg. cler. cap. 7. dub. 2. n. 4.* & Nouarius *de elect. fori q. 52. sub. n. 13. sect. 2.* in vltima impressione Neapolitana, sed circa supradictos clericos saluaticos multas quæstiones suscitat nouissimè Aloysius Riccius *in praxi fori eccles. tom. 4. resol. 223. vsque ad resol. 131.* lege illum, & non pigebit.

Sup. hoc priuilegio Canonis in to. 5. tr. 2. Res. 9. §. vlt.

RESOL. C.

An Clericus incedens cum habitu, & Tonsura sed non deseruiens alicui Ecclesiæ, gaudeat priuilegio fori?

Et notatur, quod licentia Episcopi deseruiendi in certa Ecclesia sufficit, vt obtineatur oretenus, sed non sufficit seruitium in temporalibus, sed in spiritualibus, & sufficit, si seruitium præbeatur alteri Ecclesiæ, quam illi, in qua mandauit Episcopus, etiam si seruiat Capellæ existenti

existenti in Ecclesia, quæ ab Episcopo Confraternitati laicorum pro Oratorio esset assignata.

Et alia circa hoc in textu huius Resolutionis explanantur; & tandem quæritur obiter, an percutiens Clericum non deferentem habitum, & tonsuram incurrat in excommunicationem Canonis. Si quis, &c. Exp. 1. tr. 2. Res. 35. alias 34.

§. 1. Affirmatiuè respondet Mar. Antonin. *lib. 3. resolut. 48. n. 14.* Sed negatiuam sententiam docet Bonacina *de legib. disp. 10. q. 2. punct. 1. §. 4. n. 10. & 15.* Ambrosinus *de immunit. Eccles. cap. 17. num. 13.* Menoch. *tom. 10. cons. 912. n. 27. & alij.* Et ratio est: quia, vt *suprà* diximus, Concilium loquitur copulatiuè, videlicet, Clericus deferat habitum, & tonsuram, & alicui Ecclesiæ deseruiat.

2. Notandum est tamen, quod dicta licentia Episcopi deseruiendi in certa Ecclesia, sufficit, vt obtineatur ore tenus; nec sufficit, vt bis, vel ter talis Clericus deseruiat: quia verba Concilij requirunt actum perseuerativum. Verùm tamen est, quòd verba Concilij non sunt intelligenda ita literaliter, & rigidè, id est, pro omni tempore; sed pro maiori parte ipsius, Et ita declarasse Sacram Cardinalium Congregationem testatur Riccius *p. 4. decis. 154. n. 5.* & Capiblanc. *in tract. de offic. Bar. pragm. 8. p. 3. n. 30.* cum Gratiano *in disceptat. tom. 3. c. 440. n. 6.* Vnde si aliquo impedimento fuerit dictum seruitium interpellatum gaudebit vtique Clericus priuilegio fori: & sufficit, si ante mensem, quo perpetratum fuit delictum, inueniatur dictum seruitium præstitisse, licèt Concilium loquatur de præsenti, ibi: *Inseruit.* & ibi: *Versetur.* nam dicta verba intelligenda sunt moraliter Et tandem nota, quòd supradicta verba intelligenda sunt de seruitio spirituali, & non sufficit seruitium in temporalibus, & aliqui addunt, non sufficere seruitium, si præbeatur alteri Ecclesiæ, quàm illi, in qua mandauit Episcopus.

3. Sed contrariam sententiam tenendam esse puto, quam docet Capiblancus *vbi sup. num. 33.* & Riccius *part. 4. decis. 111. num. 5.* vbi ita declarasse Sacram Cardinalium Congregationem testantur. Et ita consuluisse nostrum doctissimum Aponte, notauit Prosper de Augustino *in addit. ad summam Quaranta, verb. habitum Clericorum*, quòd asserit, etiam procedere, si dictus Clericus deseruiret Capellæ existenti in Ecclesia, quæ ab Episcopo Confraternitati laicorum, pro Oratorio esset assignata. Et ita declarasse Sacram Cardinalium Congregationem obseruat Riccius *p. 4. decis. 154. num. 2.*

4. Sed hæc dicta sufficiant circa exemptionem Clericorum in minoribus à iurisdictione laicali, & intelligentiam verborum Concilij Tridentini, circa quæ hoc vnum addam, hic Concilium loqui tantùm de priuilegio fori, & non Canonis: & ideò percutiens Clericum non deferentem habitum, & tonsuram, incurrit in excommunicationem Canonis, *Si quis.* Et ita declarasse Sacram Cardinalium Congregationem, testatur Gonzales *in regul. Cancell. Gloss. 5. §. 5. n. 7.* & docet Bellettus *in disquis. cleric. p. 1. tit. 3. §. 8. n. 59.* Vnde caute legendi sunt Azeued. *de exeq. mand. p. 1. c. 22. n. 12.* & Menoch. *lib. 6. de præsumpt. 76. n. 12.* asserentes, non incurrere in excommunicationem illum, qui percutit Clericum repertum in habitu laicali. Sed ad alias circa immunitatem Ecclesiasticam quæstiones deueniamus.

RESOL. CXXXVI.

An Clericus in Minoribus amittat priuilegium fori, si non deseruiat Ecclesiæ ad certum ministerium, ex Episcopi mandato?

Et an sufficiat, quod Clericus inseruiat in Diuinis etiam alteri Ecclesiæ, quam illi, cui fuit per Episcopum adscriptus?

Et quid, si deseruiat alicui Ecclesiæ etiam si hoc non faciat de mandato Episcopi? Ex p. 4. tr. 1. Res. 2.

§. 1. Affirmatiuè respondet Pereira *de manu Reg. part. 2. cap. 26. num. 7.* vbi sic ait. An autem affixatio, vel deputatio facta in ipsismet chartis Ordinum, dum dicit, cùmque suæ parochiæ affiximus, sufficiat? dubitatum est in Senatu, & non sine fundamẽto, videtur enim quod in casu requiratur specialis Episcopi affixatio ad certum ministeriũ in Ecclesia obeundum; non verò generalis, sícque iudicauimus visa forma sacri Concilij. Sic ille.

2. Sed negatiua sententia vera est, vt praxis demonstrat, & ideo DD. quos ego citaui *in part. 1. tr. 2. resol. 34.* asserunt absolutè, Clericos minores gaudere priuilegio fori, si deseruiunt alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi, nec vllam faciunt mentionem de affixatione speciali ad certum ministerium: quod manifestiùs apparet ex illa doctrina, quòd Clericus si deseruiat alicui Ecclesiæ, etiamsi hoc non faciat de mãdato Episcopi, gaudet priuilegio fori, & ita tenet & obseruat determinasse sacram Cardinalium Congregationem *die 29. Iunij 1628.* Sellius *in select. can. cap. 18. num. 22.* Idem etiam testatur Francisc. Capiblanc. *de offic. Baron pragm. 8. part. 3. num. 32.* Riccius *part. 4. decis. 111. n. 5.* Marius Antonin. *var. resol. lib. 3. resol. 48.* Riciullus *de iure personarum, &c. lib. 7. cap. 6. num. 15.* Quaranta *in sum. Bull. ver. habitus clericalis,* & Nouarius *in iure Pontificio tit. de foro compet. concl. 6.* aliàs 92. *n. 5.* vbi sic ait. Sufficit quòd Clericus inseruiat diuinis etiam alteri Ecclesiæ, quàm illi cui fuit per Episcopũ adscriptus, vt declarauit sacra Cardinalium Congregatio, & decisum refert Riccius *in curia Archiep. Neapol.* inferens ex hoc hodie adscriptionem in Ecclesia de mandato Episcopi non esse necessariam, sed sufficere quòd realiter fiat seruitium, in diuinis; & meritò quidem, cùm ad id Concilium habuerit mentem, & ita obtinui in magna curia Vicariæ in fauorem Clerici Dominici Port, qui fuit remissus ad curiam Archiepiscopalem, probato seruitio in diuinis, licèt non fuisset assignatum à suo Episcopo; hæc Nouarius, quæ à fortiori militant aduersùs sententiam Pereiræ Vnde non est audiendus Barbosa *de potestate Episc. part. 2. alleg. 12. n. 14.* Bonac. *in Bull. Cœn. disp. 1. quæst. 16. sect. 1. punct. 6. n. 34.* & Carol. de Grassis *effect. 1. n. 1170.* asserentes Clericum inseruientem alteri Ecclesiæ, quàm illi, cui Episcopus inseruire præcepit, non gaudere priuilegio fori: nam contrarium, vt dixi, declarauit sacra Cardinaliũ Congregatio, quam, me etiam citato, adducit nouissimè Anton. de Marinis *quotidian. resolut. c. 58. n. 12.* & Paulus Squillante *de priuileg. cap. 7. dub. 1. n. 13* & ideo contra Pereiram non est ab hac sententia recedendum, quam denique mutans opinionem, etiam me citato, tenet Barbosa *de iure Pontificio lib. 1. cap. 39. §. 2. n. 35.*

RESOL. CXXXVII.

An Clericus deseruiens Ecclesiæ ex licentia obtentâ à vicario Episcopi, gaudeat priuilegio fori?

Et an adscriptio in Ecclesia hodie non sit necessaria de mandato Episcopi, sed sufficiat, quod realiter fiat, seruitium in diuinis?

Ex quo infertur Clericum in Minoribus constitutum & habitum, & tonsuram deferentem, & Ecclesiæ de-

seruientem non tamen de mandato Episcopi gaudere priuilegio fori. Ex p.9.tract.6.& Misc.1.Resol.6.

§.1. NOua, curiosa, & practicabilis quæstio, & ad illam negatiuè respondet Regens D. Franciscus de Vico *in legib.& Pragmaticis Regni Sardiniæ, tom.1.tit.7.cap.13.num.8.* vbi sic ait: [Quæro, an licentia, de qua, *in d.cap. Nullus.* Concil. Trid. *sess.23.* ab alio, quàm Episcopo dari possit Clericis ad effectum studiendi, vel inseruiendi alicui Ecclesiæ:& dic,quòd non, ex *infrà* notandis. Primò,quia ex eodem Concil. apparet,fuisse hanc cognitionem Episcopo delegatam, & consequenter, non potest in ea se intromittere illius Vicarius, ex notatis à Federico de Sen.*in cons.130.in fin.vers.Potest dici*,

2. Secundò, quia, quoties alicui aliquid committitur,debet pet nominatum in commissione, & non per alium exequi. Ita Bald. *in cons.123.in fin.lib.5.*& cùm concessio huiusmodi licentiæ sit Episcopo commissa,non debet ab alio exequi ex doctrina Bald.*vbi suprà:* quod multò fortiùs procedit in casu præsenti, in quo videtur electa industria Episcopi,& non sui Vicarij, nec alterius ministri. Felinus *in cap.fin.§.Est autem,num.4.* tum maximè,quia summus in executione facti.Berous *in cap.Quoniam.* Abbas *in fin.de offic.delegat.*in quo datur forma, quòd licentia sit Episcopi, quæ nullatenus omitti potest,per notata à Mascard. *vers. Electa persona industria, concl.594.num.1.5.& 6.* vt communiter.DD.

3. Tandem, quia in dispositione *d. cap. Nullus.* fuit præcipuè habita ratio dignitatis Episcopalis,& vbicunque fundatur actus in nomine appellatiuo,in fauorem illius tantùm factus intelligitur, *l. Turpia. §.fin.& l.Seruus.§.fin.ff. de legat.1.l. Annua, §.Attia, ff.de annuis legat* Signorol.*cons.90.col.6. post medium.* Cravet.vbi plures *in cons.507.num.10.* Vide Menoch. *de arbitrar. lib.4. concl.121.*] Hucusque Regens de Vico, cuius sententiam ante ipsum docuerat Petrus de Vrries *in otio æstiuo.part.2. num.363.* vbi ita asserit: & ad suprapositam resolutionem redeundo,illam ex superioribus ampliabis. Primò,vt, scilicet procedat,etiamsi adscriptio ad Ecclesiam facta fuerit per Vicarium Episcopi: quoniam, nec adhuc eo casu censebitur adimpletum dictum requisitum. Et ratio est: quia, cùm textus *in d.cap.6.*Concil.Trident. inducat formam, vt *suprà* resolutum est, non dicetur adimpleta pet æquipollens,id est,per mandatum,seu adscriptionem Vicarij,cùm sit certum in iure, quòd forma legis non potest per æquipollens adimpleri. Gloss,*verb.Tertiò.in Clement.1.de vit.& honest. Cleric.* Tiraquell.*de retract.lignag.§.1.gloss.21.num.11.* Boër. *decis.1. num.44.* cum aliis adductis per Medic.vt refertur *tom.1.reg.iur.lib.1.verb. Æquipollens non sufficit.* Ludouicus Molina *de Hispan.primogen.lib.2.c.6.n.37.* Ioan.Guttier. *in repet.l. Nemo potest. num.114. ff.de leg.1.*Guillelm. Benedict. *d.verb.in eodem. testament. num.7.* Ovid.de Amic. *de iure emphyt.quæst.1.num.2.* Gaball. *Milleloq.375. part.* Escobar. *de ratiocin. c.33. num.12.*& sic adscriptio ad Ecclesiam, in suprædicta specie,necessariò est facienda per ipsum Episcopum. Ita Vrries.

Supr. hoc in tom. 7. tr.2. ex Res.vnica §.1.

4. Sed ego affirmatiuam sententiam teneo:nam appellatione Episcopi venit Vicarius: & patet ex Concil.Trident.*sess.24.cap.6.de reform.*vbi, cùm voluit Vicarium excludere,expressit dicens: *Eis tantùm non eorum Vicariis sit permissum.* Item, in eodem Trident.*sess.25.cap.3.de reform.*dicitur, solos Episcopos posse concedere litteras excommunicationis,pro rebus ablatis: & tamen id posse Vicarios generales,ac nomine Episcoporum comprehendi certum est. Et hanc opinionem tenent Suar. *tom.5.in 3.part.disp.7. sect.3.num.10.* Sanchez *lib.3. de matrim. disput.29. num.16.* Henriquez *lib.11.cap.5. num.5.*Garzias *de benef.part.5.cap.8. num.52.* Stephan. Grat. *discept. forens.tom.1.*& alij.

5. Confirmantur suprædicta à fortiori, ex doctrina Riccij *part.4.decis.111.num.5.* & aliorum asserentium, adscriptionem in Ecclesia hodie non esse necessariam de mandato Episcopi;sed sufficere,quòd realiter fiat seruitium in diuinis. Et ideò,teste Barbosa *in Concilium Tridentinum.sess.23.cap.6.num.32.*Sacra Congregatio declarauit *in vna Valentina, 29. Iunij* 1628.Clericum in minoribus constitutum Ecclesiæ deseruientem non tamen ex mandato Episcopi, habitum, & tonsuram deferentem,gaudere priuilegio fori. Quod etiam, me citato, docet Garzias *in tract.1.difficult.3.punct.1.nu.10.*

Sup. hac ad. scriptione in Res.præterita §. vlt.post medium.

Sup. hoc ibidem, in dicto §. paulo post init.

RESOL. CXXXVIII.

An Clerici Minores, vt gaudeant priuilegio fori debeant in Dominicis diebus cum superpelliceo Diuinis interesse? Ex p.4.tr.1.Resol.88.

§.1. HÆc quæstio à nobis posita est per quãdam pragmaticam huius Regni, quam citat & sequitur Maurus Burgius *de modo procedendi ex abrupto,cent.1.quæst.65.num.29.*in qua statuitur, vt Clerici volentes gaudere priuilegio clericali, debeant per Regnum perseueranter incedere cum clericali habitu & tonsura, atque diuinis officiis quibuslibet diebus Dominicis, & festiuis, horis congruis, cum superpelliceo personaliter interesse.

2. Sed quòd Clericus, vt gaudeat priuilegio fori debeat seruire singulis diebus Dominicis,& festiuis, cum superpelliceo diuinis Officiis, falsum est.Nam Concil.Tridentinum *sess.23. cap.6.* statuens vt Clerici debeant deseruire alicui Ecclesiæ, non est intelligendum ita liberaliter & rigidè, id est, pro omni tempore,sed pro maiori parte ipsius, vt ex sacra Cardinalium Congregatione ego adnotaui *in 1. part. tract.2. resolut.34.*& docet Riccius *part.4.decis. 154.num.5.*Gratianus *in discept. forens. tom. 3.cap.440 num.6.* Mastrillum *tom.1. decis.113. num.13.* & alij. Nec obstat pragmatica huius Regni: nam aduersùs illam insurgit nouissimè Sebastianus Guazzinus *de defensionibus reorum, tom.2.defens. 20.cap.9.num. 35.* Vide etiam Alexandrum Trentacinquum *consil. 12. num.75.volum.2.* Tritum est enim Clericos non posse ligari pragmatica iudicis laici; & licèt Anton. de Ballis *in tract.variar. lib.5.pragm.1. tit.10. num.5.*asserat, quòd ista pragmatica tanquam coadiuuatiua dispositionis iuris communis, licèt sit facta à laico, sustineri potest; tamen quicquid sit de hac doctrina, assero dictam pragmaticam imponere onus Clericis, quod ius commune illis non imponit, vt probatum est: ergo non potest ligare Clericos,& ideo ex defectu iurisdictionis nullam esse dicendum est.

Quæ hic est supra Resol. 135. §. 2. paulo post initium. & in Res. 122. §.vlt.

RESOL. CXXXIX.

An Clerici in Minoribus, obseruantes requisita Concilij Tridentini, gaudeant omnibus priuilegiis, quibus gaudent Clerici in sacris constituti?

Et docetur omnes consuetudines trahendi Clericos coram iudice laico etiam in ciuilibus esse reprobatas in Concil.Trident.& aliis iuribus. Ex p.4.tr.1.Resol.20.

§.1. NEgatiuè respondet Pereira *de manu Regia, part.2.cap.33. num.2.* vbi sic ait. Clerici in minoribus

minoribus sæculares reputantur in omnibus, nisi in causis criminalibus, in quibus suo gaudent foro, & ideò nihil mirùm est vt compellantur incendiis occurrere personaliter ac cæteri laici : & *infra in fine numeri*, sic etiam ait. Circa Clericos in minoribus minus erit dubij, vt à Principe sæculari compelli possint, cum legibus sæcularibus subsint, excepto casu quo foro gaudeant ad criminalia.

2. Sed ego nescio quo pacto hæc dici possint, cùm Concilium Tridentinum *sess.23.c.6.* asserat absolutè, & sine vlla distinctione supradictos Clericos cum aliquibus requisitis gaudere priuilegio fori, ergo etiam in ciuilibus. Imò si non obseruent dicta requisita in Concilio posita, gaudeant priuilegio Canonis, & secundùm veriorem & communiorem sententiam exemptione gabellarum, quæ omnia satis à nobis probata sunt *in part.1. tract.2. resolut.36.* & ideo hanc sententiam vt certam docet Suarez contra Regem Angliæ *lib.4. cap.26. num.3.* & ex *cap.2.de foro compet.& cap.cùm non ab homine, de iudicijs*; vnde *num.5.* sic asserit. Omnia quæ hactenus de generalitate exemptionis tam in criminalibus & ciuilibus indiciis, quàm in legibus etiam ciuilibus & tributis diximus, ad omnes Clericos cuiuscumque Ordinis in statu clericali perseuerantis, æqualiter applicanda sunt, quia iura quoad hanc partem nihil inter eos discernunt. Ita ille. & ante illum Comitolus *in respons.moral.lib1,quæst.54.* vbi loquens de Clerico primæ tonsuræ sic ait : Priuilegia, quæ Clericus ex prima tonsura nanciscitur, hæc sunt. Primum, quòd in religiosam Domini sortem cooptari certum est, atque ex laicis, & profanis personas fieri sacras. Secundum, quòd Sacerdotij, seu beneficij Ecclesiastici capaces euadunt. Tertium, quòd Ecclesiæ iurisdictionis participes sunt, id est, potestatis excommunicandi, interdicendi, suspendendi. Quartum, quòd in eos imperium, & ius Magistratus sæcularis non habet, quod priuilegium dicitur fori. Quintum, quòd nemo iis violentas manus potest adferre, quin in censuram incidat excommunicationis. Sextum est priuilegium immunitatis suorum bonorum omnium, siue illa iure patrimonij, siue beneficij Ecclesiastici, possideant. Hæc omnia Comitolus, & Doctores communiter, & ideo (vide, quæso, si rectè dicat Pereira (Clericos in minoribus constitutos sæculares reputari in omnibus : nisi in causis criminalibus, & si iudices sæculares possint illos compellere sicut laicos ad occurrendum incendiis, vel ad separandum rixantes, vel ad delinquentes capiendum. Dicendum ex igitur Clericos minores obseruantes, requisita Concilij Trident. gaudere omnibus priuilegiis quibus gaudent Clerici in Sacris constituti. Sed si aliquis dicat quòd hæc opinio Pereiræ procedit ratione consuetudinis, iam hoc *suprà* reprobatum est : vnde nunc addam tantùm Peregrinum *de immunitate Eccles.cap.2. num.24.* vbi docet omnes consuetudines trahendi Clericos, etiam in ciuilibus, coram iudice laico, esse reprobatas à Concilio Tridentino, & aliis iuribus. Si autem cum dicta consuetudine adsit consensus, & tolerantia approbatiua Summi Pontificis, videant illi, ad quos spectat; dixi *approbatiua* quia simplex tolerentia non sufficit, per ea quæ *suprà* adduximus & facit textus D.Thomæ *in 1.2.quæst.97.art.3. ad 3.* quem sapienter ponderat Ludouicus Maëratius *in summam tom.1. tr. de legibus disp. 5.sect.11.in fin.*

Per hic est Res. 40. in alia eius not.

Sup. hoc in Res. 40. §. 2. in principio.

Supra in Res. hoc proxime. & Res.

Supra in Res. quæ hic est etiam supra 11. & in alia eius not.

RESOL. CXL.

An iudex laicus possit punire Clericos in Minoribus constitutos?

Et adducuntur, & explanantur omnia, quæ determinauit Concilium Trid.sess.23. cap.6. vt quis gaudeat priuilegio fori.

Et tandem quæritur, vtrum Clericus habens beneficium, sed non deferens habitum, & Tonsuram, nec ali cui Ecclesiæ deseruiens, gaudeat priuilegio fori? Ex p.1. tract.2.Res.29.alias 28.

§.1. QVando tales Clerici subiiciantur Iudicibus laïcis, determinauit sancta Synodus Tridentina, ita loquens *in sess.23. cap.6.* [Nullus prima tonsura initiatus, aut etiam in minoribus ordinibus constitutus, fori priuilegio gaudeat, nisi beneficium Ecclesiasticum habeat, aut clericalem habitum, & tonsuram deferens, alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi inseruiat, vel in Seminario Clericorum, aut in aliqua Schola, seu vniuersitate, de licentia Episcopi, quasi in via ad maiores Ordines suscipiendos versetur.] Ita Concilium : cuius verba nouissimè à Iurisconsulto Hispano Torreblanca *lib.3.de Magia,cap.9.n.40.* contra communem fuerunt exposita, non de omnibus Clericis minorum Ordinum; sed de his tantùm, qui ante decimumquartum ætatis annum versantur, de quibus in præcedentibus verbis fit mentio; vel de incorrigibilibus, & facinorosis, & qui se immiscent sæcularibus : nam ij dispositioni causam dederunt. Sed licèt hæc expositio sit ingeniosa; est in contrarium communis DD. sententia; & ideò circa prædicta verba, multa scitu digna, non solùm Theologi, sed etiam Iurisconsulti notarunt. Quorum libros quia forsitan multi non habent; in gratiam Confessariorum, ex industria, & non sine labore, quæ in illis dispersa hinc inde inueniuntur, hîc simul colligere conabor, resolutoriè, & breuiter more nostro. Ideò,

2. Quæritur primò, vtrùm Clericus habens beneficium, sed non deferens habitum, & tonsuram, nec alicui Ecclesiæ deseruiens, gaudeat priuilegio fori? Respondeo, quod Suarez *de censuris, disp.22.sect.1. num.11.* & Ambrosinus *de immunit. cap.13.* videntur docere, quòd Clericus beneficiatus non gaudeat, nisi alicui Ecclesiæ deseruiat. Sed hoc est contra mentem Concilij; nam in citatis verbis duos modos distinxit vnum absolutè, si Clericus primæ tonsuræ habeat beneficium : alium, si tonsuram, & habitum clericalem deferat, & alicui Ecclesiæ deseruiat : & sic verba Concilij alternatiuè procedùt. Et ita tenet Rodriquez *in summa, tom1. cap.155. concl.2.* Azeuedus *lib.1.leg.1.tit.4.num.9.* Bobadilla *in Polit.tom.1. lib.2. cap.18.num.120. in Glossa litera E*, noster Franciscus Aponte *lib.1. cons.24.* Guttierr. *pract.qq. lib.1.q.7.* Marius Antonius *lib.3. resol.48. num.22.* Ceuallos *tract. de cognit.per viam violentia, in Proœm. cap.8.num.14. & p.2.q.44.n.3.* Bonacina *de legib.disp.10.q.2.punct.1. §.4.num.10.* Hi omnes asserunt, vt Clericus gaudeat priuilegio fori, sufficere, vt habeat tantùm beneficium, seruitium verò Ecclesiæ, vt *infrà* patebit, est necessarium in Clerico incedente cum habitu & tonsura. Vide Riccium *part.4.decis.357.num.1.*

Sup. hoc in Res. seq.

Infra in Res. quæ hic est supra 135. & in alia eius primæ not.

RESOL. CXLI.

An Clericus in Minoribus, si habeat beneficium, & non deferat habitum, & Tonsuram, gaudeat priuilegio fori? Ex part.4.tract.1.Res.89.

§.1. NEgatiuam sententiam docet Maurus Burgius *de modo procedendi ex abrupto, centur. 1.quæst.65.num.23.* vbi inuehitur contra Farinacium, & asserit hanc opinionem docere Concil.Tridentin. *sess.23.*

Sup. hoc in Res. præterita §. Quæritur.

sess.23. cap.6. Sed omnino fallitur: nam affirmatiua sententia quam tenent communiter Doctores, fundatur in Concilio Tridentino, vbi ponit particulam, *aut*, quæ desiungit, sic enim asserit. Is fori priuilegio non gaudeat, nisi beneficium Ecclesiasticum habeat, aut Clericalem habitum, &c. Et ita hanc opinionem præter Farinacium docet, me citato, Paulus Sapillante *de priuileg. Cleric. cap.7. dub.1. num.* 23. Hœuia *in curia Philippica part.3. §.1. num.3.* Bobodilla *in polit. tom.1. lib.2. cap.18. num.102.* Cenedus *in qq. canon. quæst.4. num.29.* Nouarius *in nouo iure Pontificio conclus.117. num.6.* & Salzedo *in pract. crimen. Bernardi Diaz cap.62. num.9.* vbi sic ait. Si Clericus prima tonsura initiatus beneficium Ecclesiasticum obtinuerit, quamuis non deferat vestes clericales, gaudere debet priuilegio fori Ecclesiastici, vt constat ex Concil. Tridentino. Sic ille. Vnde non est audiendus Burgius.

RESOL. CXLII.

An si dictus Clericus habeat tantum titulum & collationem beneficij, non autem possessionem gaudeat priuilegio fori, & sit à iurisdictione laica exemptus?

Et an hoc etiam procedat in Clerico possidente beneficium, sed sine redditibus? Ex part.1. tract.2. Resol.30. alias 29.

§.1. NEgatiuè respondet, ex Theologis Lopez *p.1. cap.286.* & ex Iuristis Iulius Clarus *lib.5. §.fin. q.36. num.21.* & alij.

2. Sed contrarium asserendum est cum Anastas. Germonio *lib.3. cap.15. num.59.* Gigante *de pensionibus, cap.94. num.11.* & ita declarasse Sacram Cardinalium Congregationem, notauit Parisius *de resignat. benef. lib.7. q.1. num.47.* Et ratio est: quia per solam collationem, & titulum beneficij, etiam sine eius possessione, quis dicitur beneficium habere, vt docet Romanus *cons.350.* Couar. *lib.3. var. cap.16.* Vide etiam Bonacinam *de legibus, disp.10. q.2. punct.1. §.4. num.12.* vbi ex professo probat hanc sententiam, quæ quidem sententia procedit etiam in Clerico possidente quidem beneficium, sed sine redditibus; quia habet titulum beneficij: & hoc solum requirit Concilium hîc; & beneficium sine redditibus assignatur in fauorem alterius: & Episcopi titulares faciunt omnia, quæ solent facere cæteri Episcopi: & tamen ex suis Episcopatibus nullos redditus percipiunt. Ergo, &c. Et ita docet noster D. Carolus de Grassis *de eff. cler. eff.1. num.1224.*

RESOL. CXLIII

An Clericus, qui habet pensionem tantum super aliquo beneficio, gaudeat tanquam Beneficiatus priuilegio fori, ita vt exemptus sit à iurisdictione seculari?

Et quid, si incedit in habitu, & Tonsura? Ex p.1. tract. 2. Resol.31. alias 30.

§.1. NOn gaudere respondet Azeuedus *tom.1. lib.1. leg.1. tit.4. numer.5. Recopil.* Gonzales *ad reg.8. cancell. 9. offic. §.5. num.7.* & Carol. de Grassis *de eff. cl. eff.1. num.1198.* Bonacina *de leg. disp.10. q.2. punct.1. num.11.* Flamnius *de resignat. benef. lib.1. q.11. n.70. & lib.2. q.15. n.15.* qui cum Gonzales asserit ita declarasse Sacram Cardinalium Congregationem, 19. Iunij, 1586. his verbis: *Cui reseruata fuit pensio, si non incedit in habitu, & tonsura, non gaudet priuilegio fori.*

2. Sed contrariam sententiam docet Suarez *contra Regem Angliæ, lib.4. cap.26. num.9.* Zerola *in praxi Episc. verb. Clericus. §.2. ver. ex hac doctrina.* Lasarte *de decim. vend. cap.19. num.24.* Rodriquez *in summa. tom.1. cap.155. n.11.* & Salzedus *in pract. crimen. Diaz cap.64. num.10.* vbi ita consuluit in Academia Complutensi anno 1584. & ita iudicatum fuisse in Supremo Concilio Regis, testatur. Adde etiam, quòd Armandariz *in addit. ad Recop. leg. Nauar. lib.2. tract.19. de foro compet. num.5. & 7.* testatur, ita declarasse Sacram Cardinalium Congregationem.

3. At Bellettus *in disquis. cler. part.1. tit.3. §.8. num.11.* & alij conantur concordare supradictas sententias: asserunt enim, quòd prima opinio loquitur in casu, quo pensio non excedit summam sexaginta ducatorum auri de camera, vt Bulla Sixti V. quæ incipit, *Pastoralis*, sub anno 1589. Marcus verò Antoninus Cucchus *lib.5. tit.8. num.17.* aliter concordat: dicit enim si Clericus habeat pensionem loco tituli beneficij, reputatur beneficiarius, & per consequens gaudebit priuilegio fori: secus autem, minimè gaudebit. Vide etiam Ceuallos *tract. de coguit. per viam violentiæ, part.2. quæst.62. num.31.*

RESOL. CXLIV.

An Capellanus, cui capella in perpetuum, vel in titulum fuerit à Papa, vel Episcopo assignata gaudeat priuilegio fori?

Et quid dicendum, si habeat capellaniam, vel beneficium, vulgariter dictum seruitium Missarum?

Et quid si clericus habeat Præstimonium, seu Fratransiam, si dictum Præstimonium possideat in titulum perpetuum, & aliquod spirituale annexum habeat? Ex part.1. tract.2. Resol.32. alias 31.

§.1. REspondeo affirmatiuè: nam beneficium Ecclesiasticum, dicta Capellania iudicatur. Et ita docet Azorius *part.2. lib.10. cap.3. q.5.* Nauarr. *de Horis can. cap.20. num.17.* Salsedus *in pract. crim. Diaz cap.64. num.12.* & alij. Secùs autem, si habeat Capellaniam, seu beneficium vulgariter dictum, *seruitium Missarum*: quoniam tales capellaniæ non dantur in titulum, nec in perpetuum, sed sunt amouibiles; nec veniunt appellatione beneficij, vt notauit Azeuedus *tom.1. lib.1. leg.1. tit.4. num.7. Recopil.* & alij. Et ita etiam gaudere priuilegio fori dicendum est, si Clericus habeat præstimonium, seu fratransiam: si dictum tamen præstimonium possideat in titulum perpetuum, & aliquòd spirituale annexum habeat: nam cum istis conditionibus præstimonia pro beneficiis habentur. Et ita probat Azeuedus *vbi supr.* Menochius *cons.201. num.56.* Parisius *de resignat. benef. lib.1. quæst.1. ex num. 124.* Gonzales *ad reg.8. Cancell. glos.5. §.2. num.11.* Garsias *de benef. tom.1. part.1. cap.2. num 117.* Bonac. *de legibus, disp.10. q.2. punct.1. §.4. num.11.* & alij.

RESOL. CXLV.

An habens Coadiutoriam à Papa concessam gaudeat priuilegio fori?

Et quid de Clerico, qui beneficium obtinet, quod obtinere non poterat, puta, quia illegitimus, irregularis, vel si ordinatus est cum falsis Dimissoriis, vel sine illis?

Et quid, si ordinatus fuerit ante legitimam etatem, vel per simoniam? Ex part.3. tract.1. Ref.62.

§.1. REspondeo affirmatiuè, quia talis dicta coadiutoriam habens beneficiatus appellatur, & ita

ita tenent Doctores quos citat & sequitur Barbosa *de potest. Episc. part. 2. allegat. 12. num. 4.*

2. Notandum est etiam hîc obiter, quòd si Clericus obtineat beneficium, quod non poterat obtinere, quia illegitimus, vel irregularis, & de facto reperitur in possessione beneficij, gaudet adhuc priuilegio fori, & ita fuisse decisum in M.C. Vicariæ Neapolitanæ testatur Francus *dec.* 189. & tenent DD. quos citat Ioan. Baptista de Thoro *in compen. decis. Neapol. ver. clericus, fol.* 94.

Sup. contenta hoc §. in Resol. seq.

3. Nota etiam, quòd licèt olim clericus in minoribus constitutus à non suo Episcopo sine literis dimissoriis, vel cum falsis, posset gaudere priuilegio fori, vt notant DD. quos citat Squillante *de priuil. cler. cap. 7. dub. 2. num. 29.* Hodie tamen per constitutionem Vrbani VIII. datam Romæ 11. Decembris 1624. taliter ordinatus minimè priuilegio fori gaudebit; ordinatum verò ante legitimam ætatem gaudere dicto priuilegio fori tradit Carol. de Grassis *de effect. cleric. effect. 1. num. 666.* sicut etiam ordinatum per simoniam.

RESOL. CXLVI.

An ordinatus ante legitimam ætatem, vel extra tempora, &c. gaudeat priuilegio fori?

Et quid de eo, qui ordinatus fuit sine dimissoriis, aut cum falsis?

Et quid est sentiendum de Clerico ordinato per symoniam, vel ab Episcopo impedito ordines faciendi, v. g. excommunicato suspenso, interdicto, &c. an gaudeat supradicto priuilegio fori? Ex part. 4. tract. 1. Resol. 26.

Sup. contenta in hac Resol. tempora, difficultates, ex dictis posita in §. vlt. huius Resolut. & præterita.

§. 1. NEgatiuam sententiam tenent Bernardus Diaz, Rolandus & Chassaneus, quos citat Pereira *de manu Regia part. 2. cap. 26. num. 18.* quibus adde Vasquez *allegat. 45. num. 20.*

2. Sed contraria est vera, quam cum multis tuetur nouissimè Paulus Squillante *de priuileg. Cleric. cap. 7. dub. 3. num. 29.* quia talis est verè ordinatus, & ei impressus fuit character. Notandum est tamen quòd licèt hanc sententiam olim probabiliter docuerint de Clerico ordinato à non suo Episcopo sine literis dimissorialibus, vel cum falsis, multi DD. hodie tamen ex constit. S.D.N. Vrbani. VIII. *die* 11. *Decembris* 1624. taliter ordinati non gaudent priuilegio fori. Vnde affirmatiua sententia, quam tenet Barbosa *de potestate Episc. part. 2. alleg. 8. n. 18.* & alij penes ipsum, probabilis erat ante dictum decretum Vrbani VIII. nunc verò non est admittenda

3. Notandum est etiam hîc obiter Clericum ordinatum per simoniam, vel ab Episcopo, qui erat impeditus Ordines conferre aliquo iuris impedimento, nempe excommunicationis, suspensionis, interdicti, &c. gaudere priuilegio fori.

RESOL. CXLVII.

An qui beneficium habens delinquit, & postea matrimonium contrahit, sit à iudice laico puniendus?

Idem est dicendum de Clerico coniugato, qui post commissum delictum tempore quo omnia requisita habebat, vt fori priuilegio gauderet, effectus est bigamus iniens aliud matrimonium? Ex part. 4. tract. 1. Resol. 6.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Pereira *de manu Regia part. 2. cap. 42. n. 8.* quia omne delictum de se temporale est, solùmque ratione personæ ad hoc, vel illud iudicium spectat: vnde cùm priuilegiū personæ attendi debeat, quando iudicium incipit, ex *l. cùm quædam puella ff. de iurisd. omn. iud.* & ex *cap. penult. de foro compet.* planè si eo tempore Clericus nullum habet priuilegium, nulla ratio est, ob quam ad iudicium Ecclesiasticum remitti debeat.

2. Sed ego contrariam sententiam doceo per ea, quæ adduxi *in 3. part. tract. 1.* * *resol. 34.* & ita hanc sententiam docet etiam Baiardus *in addit. ad Jul. Clar. quæst. 36. num. 46.* vbi sic ait. Si Clericus commisit delictum tempore quo erat Clericus, & postea vxorem duxit, debet puniri ab Episcopo, & non à iudice laico, vt iudicatum fuit per sacrum Consilium Neapolitanum. Ita ille, & ante illum Franchus *de decis. 417. num. 4. vol. 2.* apud quem videbis rationes fundantes nostram sententiam, & nouissimè hanc sententiam, me citato, docet etiam Squillante *de priuileg. cleric. c. 7. n. 110. & 38.* vbi citat Gratianum *in discept. forens. c. 224.* & Barbosam *de potest. Episc. part. 2. allegat. 12. n. 6.* quibus ego addo Sanchez *vbi infra.* & Bonacinam *in Bull. Cœn. disp. 1. q. 16. sect. 1. punct. 3. n. 14.* & Gauantum *in enchir. Episc. ver. fori priuilegium, n. 31.*

* Quæ hic est infra Resol. 166. & sup. ex doctrina Resol. 108. prope finem, à vers. Idem dicendum. & lege etiam Resol. not. seq.

3. Idem est de Clerico coniugato, qui post commissum delictū tempore quo omnia requisita habebat vt fori priuilegio gauderet, effectus sit bigamus iniens aliud matrimonium, nam in tali casu gaudebit priuilegio fori, cùm in his casibus ad tempus commissi delicti spectetur. Vide Doctores citatos, & Riccium *p. 5. collect. 1864.* quibus nouissimè adde Sanchez *in opusc. tom. 2. lib. 6. c. 1. dub. 3. num. 1.* quæ quidem omnia confirmantur ex declaratione sacræ Cnngregationis immunitatis *in Nullius Garopoli. die 9 Septembris* 1631. vbi determinatur, quòd fori priuilegio gaudet laicus pro tempore quo fuit Clericus.

Sup. hoc infra in Resol. 149. & lege etiam doctrinam Resol. & vers. annot. præteritæ.

RESOL. CXLVIII.

An Clericus coniugatus cum vnica & virgine vestes Clericales, & Tonsuram deponens, si postea illas reassumat, gaudeat priuilegio fori? Ex part. 1. tract. 2. Resol. 80. aliàs 79.

§. 1. NEgatiuè respondent aliqui Iurisconsulti ex neotericis. Hoc etiam docet Auendaño *de exequend. mandatis Reg. lib. 1. c. 32. n. 15.*

Sup. hoc supra in Resol. 122. §. penult.

2. Sed contrariam sententiam amplectendam omninò esse iudico. Et ita docet M. Antonius Cucchus *in instit. lib. 3. tit. 9. n. 67.* vbi ita asserit: [Si Clericus coniugatus, qui clericales vestes induere non solebat, eas tandem cum tonsura assumpserit, priuilegio fori potietur.] Vide etiam Barbosam *in l. Titia. 35. num. 33. ff. de solut. matr.* Clarum *lib. 5. receptarum §. fin. q. 36. num. 15.* & alios.

RESOL. CXLIX.

An Clericus solutus in Minoribus tempore delicti, si postea viduā ducat ex bigamia amittat priuilegium fori

Et an sit bigamus, ita vt amittat priuilegium fori, si quis feminam prius à se cognitam ducat postea in vxorem? Ex part. 4. tract. 1. Resol. 27.

Sup. hoc supra in Resol. 147. §. vlt.

§. 1. DE hoc casu olim interrogatus fui, & negatiuam sententiam docui cum Pereira *de manu Regia part. 2. cap. 26. num. 17.* vbi sic asserit. Quid dicendum quando, bigamia contracta sit post delictū an inducat priuilegij amissionem: prout si quis erat solutus in minoribus tempore delicti, & postea viduam duxit, an obstet bigamia. Videtur quòd sic, quia tempore capturæ reperitur bigamus, & deuenit

res ad casum, à quo non potuit incipere; obstat tamen, quòd habilitas personæ circa priuilegium, solùm consideratur tempore delicti commissi, illa enim post delictum non nocet: vnde is, tanquam Clericus solutus, remittetur, attento delicti tempore. Ita Pereira; cui adde Alexandrum *cons.* 149. *n.* 9. *lib.* 5. & alios communiter.

Sup. hoc priuilegio fori in tom. 6. tr. 7. Resol. 60. §. Confirmatur.

2. Notandum est tamen hîc non esse bigamum, ita vt amittat priuilegium fori, si quis fœminam priùs à se cognitam ducat postea in vxorem, quicquid aliqui asserant, quia talis non potest dici ducere virginem: sed tu ne recedas à nostra sententia, quia talis viri caro non est diuisa, nec potest censeri diuisa ratione vxoris, quæ alteri fuerit permixta, nec aduersùs hanc sententiam procedunt canones *curandum*, & *præcipimus*, *dist.* 24. quia possunt explicari quòd per virginem intelligatur non ab alio corrupta, & ea quæ fictione iuris in eo casu virgo reputatur; videri potest glossa *in cap.* 2. *de bigamis, ver. diuisis.* Et ita hanc opinionem tenet Ioan. Præpositus *in* 3. *part. quæst.* 5. *de irregular. dub.* 17. *num.* 134. Vnde si talis sumat Ordines minores, gaudebit priuilegio fori tanquam Clericus coniugatus & non bigamus.

RESOL. CL.

An iudex laicus possit cognoscere, si Clericus sit bigamus? Ex part. 4. tract. 1. Resol. 71.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet Pereira *in manu Regia*, *part.* 2. *cap.* 24. *num.* 3. vbi sic ait. Si quæstio sit super bigamia, laicus iudex erit competens.

2. Sed contrariam sententiam tenendam esse puto ex *cap. si iudex laicus, de sentent. excommunicat. in* 6. & ita tenet Alexander *consil.* 149. *volum.* 6. Vnde Nicolaus Harpsfeldius *in historia Anglicana*, *sæcul.* 13. *cap.* 9. notat. quòd inter alios abusus, & iniustitias contra libertatem & immunitatem Ecclesiasticam, quæ tempore Eduardi Regis efficiebantur in illo Regno, vna hæc erat, quòd laici cognitionem bigamiæ ad se rapiebant. Ita ille. Vnde nostram sententiam aduersùs iudicem laicum docet nouissimè Gabriel Lotherius *de re beneficiaria*, *lib.* 3. *quæst.* 36. *n.* 73. vnde non est audiendus Pereira, vir alioquin doctissimus.

RESOL. CLI.

An Minister laicalis iurisdictionis possit exercere iurisdictionem circa Clericos coniugatos non in criminalibus, sed in ciuilibus?

Et an Clericus negotiator, si ter non fuerit monitus non subiaceat statutis laicorum?

Et an omnis negotiatio, qua aliis Clericis prohibita est, etiam coniugatis prohibita censeri debeat? Ex par. 1. tract. 2. Resol. 51. aliàs 50.

Sup. hoc in Resol. seq.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Couarruuias *practic. qq. cap.* 31. *num.* 7. Barbosa *de potest. Episcop. part.* 2. *allegat.* 12. *num.* 25. Cenedo *in qq. canonicis*, *q.* 4. *num.* 18. & 19. Guttierrez *pract. qq. lib.* 1. *quæst.* 5. *num.* 3. Azeuedus *tom.* 1. *lib.* 1. *leg.* 2. *tit.* 4. *Recop.* Sanchez *de matrim. tom.* 2. *lib.* 7. *disp.* 46. *num.* 22. Megala *in* 3. *part. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 40. & Coriolan. *in Bulla Cœnæ*, *excommun.* 16. *fol. mihi* 945. Layman. *vbi infra*, cum aliis. Probatur hoc ex *cap. vnico, de Cler. coniug. in* 6. vbi solùm conceditur Clericis coniugatis priuilegium Canonis, & fori, in cæteris autem minimè. Et licèt textus loquatur etiam de causis ciuilibus, intelligendus est, quoad capturam personæ non autem si merè ciuiliter contra bona sine carceratione agatur; vt fuit resolutum *in Cabell. Tholosana*, *decis.* 184. & apud Guidum Papam *decis.* 13.

2. Sed mihi contraria sententia videtur probabilior. Dico igitur, Clericum coniugatum, si contraxit cum virgine, & tonsuram, & habitum clericalem gestet & alicui Ecclesiæ deseruiat, gaudere priuilegio fori, non solùm in criminalibus, sed etiam in ciuilibus, & ante iudicem Ecclesiasticum esse conueniendum, vt patet *ex cap.* 2. *de foro compet. & cap. vnic. de Cleric. coning.* vbi habetur, neque ab ipsis sæcularibus Iudicibus eos debere personaliter, vel etiam pecunialiter nullatenus condemnari. Vbi pondera verbum illud, *nullatenus*, quod totum negat, & vniuersaliter iurisdictionem Iudicis sæcularis excludit. Et dato, quòd hic casus esset * dubius in iure, potiùs pro iurisdictione Ecclesiastica iudicandum est, quam pro iurisdictione laicali. Et ita docuit quidam regius, is est Ceuallos *in tract. de cognit. per viam violentiæ*, *part.* 2. *quæst.* 73. *num.* 4. aduersùs alios Iuristas. Et ex nostris docet etiam hanc sententiam Duardus *in Bulla Cœnæ*, *lib.* 2. *can.* 15. *quæst.* 4. *concl.* 3. *num.* 12. Riccius *in suis decisionib. par.* 4. *decis.* 320. *num.* 5. & *collect.* 308. & nouissimè ex Iuristis Martha *de Iurisdict. p.* 1. *centur.* 2. *cas.* 159. *num.* 5. Vide etiam Zanardum *in director. Confessar. part.* 1. *de Sacr. Matrim. cap.* 23. *quæst.* 24. & alij apud Ceuallos. Notandum est etiam cum nostro D. Carolo de Grassis *de effect. Cler. eff.* 2. *num.* 118. & aliis, Clericum negotiatorem, si ter non fuerit monitus, non subiacere statutis laicorum: & Layman notauit, quòd omnis negotiatio quæ aliis Clericis prohibita est, etiam coniugatis prohibita censeri debet. Ita ille *in Theol. moral. lib.* 4. *tract.* 9. *cap.* 8. *num.* 5. & Suarez *contra Regem Angliæ*, *lib.* 4. *cap.* 28. *num.* 9. cum aliis, quidquid in contrarium asserat Clar. §. *fin. q.* 30. *n.* 12.

* Sup. hoc inf. in Resol. 107. in fine, & in Resol. 287. §. 2 post med. & in Resol. 297 fol. & 328, §. 9. ante med. &c.

Sup. hoc latè infra in Resol. 265, 266. & 267.

RESOL. CLII.

An Clerici coniugati gaudeant priuilegio fori etiam in ciuilibus?

Et Clericus coniugatus post dimissum habitum, & tonsuram si pro delicto aliquo in curia laicali est citatus, & ob contumaciam condemnatus fuerit, si deinde reassumpto habitu & tonsura Ecclesiæ deseruiat, an possit à iudice laico propter delictum in carcerem conjici, aut personaliter adstringi?

Et quid, si Clericus coniugatus pro crimine capiatur, incedens sine habitu, & tonsura, & deinde è carcere fugiens habitum, & tonsuram reassumat; &c. Ex part. 4. tract. 1. Resol. 78.

§. 1. NEgatiuam sententiam tenet nouissimè Pereira *de manu Regia part.* 2. *cap.* 26. *num.* 10. & Ludouicus Correa *select. de immunit. Eccles. part.* 2. *num.* 33. vbi sic ait. Clerici coniugati, quantumuis adimpleant omnes conditiones, non sunt exempti à iudicio sæculari, in causis merè ciuilibus, nec obstat textus *in cap. vnico*, ibi, *aut ciuiliter ad iudicium sæculare*, vbi dicitur, quòd Clerici coniugati etiam in causis ciuilibus à iudicio sæculari eximuntur, nam rejecta multorum scribentium resolutione *in dict. cap. vnic.* respondeo verbum illud *ciuiliter* intelligi, ita vt Clerici huiusmodi eximantur à sæculari iudicio in causis criminalibus, quamuis ciuiliter motis. Ita ille, & alij, quos citat & sequitur Antonius de Ballis *in tract. var. lib.* 5. *tit.* 10. *num.* 18. Elisæus Danza *in pugna Doctorum cap. vnic. de Clericis coniugatis*, *num.* 13.

Capiblancus

Capiblancus *de officio Baronum tom. 1. pragmat. 8. part. 3. n. 52.*

Quæ hic est Reformatio dicta.

2. Sed ego *in 1. part. tract. 2. resol. 50.* meritò affirmatiuam sententiam docui cum multis Doctoribus, quibus nunc addo Speculatorem *in tit. de comper. iudic. addit. §. 1. num. 24.* Francum *in cap. vnic. de coniugat. in 6.* Cœpollam *consil. crimin. 10.* Mandosium *in addit. ad Lapum allegat. 40. & 118.* & Camillum Borellum *in speculo Principum rubr. 11. §. videamus, in princ. litt. A,* quos citat & sequitur Riccius *part. 3. decis. 170. num. 1.* & ita hanc affirmatiuam sententiam nouissimè, me citato, tenet etiam Paulus Squillante *de priuileg. Cleric. cap. 7. dub. 2. num. 27.* & Antonius de Marinis *quotid. resol. cap. 58. num. 2.* ex Concil. Trident. *sess. 23. cap. 6. de reformat.* & ex aliis iuribus, quæ ego ipse *vbi supra* adduxi, & hanc opinionem tenet etiam Gauantus *in enchirid. Episc. ver. Clericus num. 84.* quæ præsertim procedit in Regno Neapolitano, vt ipsemet testatur ex declaratione sacræ Congationis 27. *Februarii. 1630.*

3. Notandum est etiam hic obiter, quòd sacra Cardinalium Cogregatio censuit Clericum coniugatum qui post dimissum habitum & tonsuram clericalem pro debito aliquo in Curia laicali est citatus, & ob contumaciam condemnatus fuerit, si deinde reassumpto habitu & tonsura (modò non in fraudem) Ecclesiæ inseruiat iuxta decretum Concilij *vbi supra*, non posse à iudice laico propter id delictum in carcerem coniici, aut personaliter astringi, & ad hæc facit *cap. si iudex laicus, de sentent. excommun. in 6.* Et licèt Cabedo *part. 1. decis. 58. num. 8.* doceat, quòd si Clericus coniugatus pro crimine capiatur, incedens sine habitu, & tonsura, & deinde è carcere fugiens, habitum & tonsuram reassumat, & in ea iterum capiatur, non gaudet priuilegio fori, *in c. ex parte, de priuileg.* tamen hæc opinio displicet Barbosæ *de potest. Episc. part. 2. allegat. 12. num. 29.*

RESOL. CLIII.

An Græcus, qui post contractum matrimonium, initiatus est minoribus ordinibus, gaudeat priuilegio fori? Et docetur Clericos in Minoribus coniugatos orientales, quos Græcos appellamus, gaudere priuilegio Canonis, & fori, etiam si Ecclesia non deseruiant Ex part. 5. tract. 1. Res. 26.

§. 1. CAsus hic ardenter his diebus fuit inter viros doctos agitatus, & videtur prima facie negatiuè respondendum, ex *c. cùm olim, de Cler. coniug.* in illis verbis, *iuxta ritum Græcorum vxorem duxerit, in minoribus Ordinibus constitutus,* & paulò infra. *Quoniam Orientales in minoribus contrahunt.* & ideò glos. *in c. quæsitum, de pœn. & remiss.* sic ait. *Presbyteri Græci, qui vtuntur matrimonio in minoribus Ordinibus contracto*, &c. vnde Ioan. Honorius *in comp. iur. Can. lib. 3. tit. 2. num. 6.* ita asserit. In Orientali Ecclesia Clerici in minoribus constituti, contrahunt matrimonia, & in superioribus Ordinibus vtuntur matrimonio contracto. Hæc ille, cui adde Belletum *in disquis. p. 1. tit. de discipl. Cler. §. 9. n. 4.* & tandem in terminis Venerus *in exam. Episc. lib. 3. c. 32. n. 3.* ita ait. Quid priùs Clerici Græci sumunt; Ordines, an vxores? Respondeo, priùs quatuor Ordines, & post vxores. Sed in casu de quo loquimur, reus priùs contraxit matrimonium, & postea Ordines minores accepit, ergo. Confirmatur hæc ratio authoritate Marcelli Vulpe *in praxi, cap. 40. num. 10.* asserentis, quod laicus post contractum matrimonium cum vnica, & virgine non potest initiari prima Tonsura, & effici Clericus coniugatus, vt gaudeat priuilegio fori. At hoc accidit in casu nostro: ergo, &c.

2. Verùm ego affirmatiuæ sententiæ adhærendum esse puto, pro qua firmanda dico cum Azorio *part. 1. lib. 5. cap. 11. q. 7.* & Baldello *in Theol. mor. lib. 5. disp. 41. n. 2.* quòd post separationem Ecclesiæ Orientalis ab Occidentali, & post translatum Imperium à Græcis ad Germanos sub Leone III. communiter Clerici Orientales, & Græci non tenentur legibus Pontificiis, quæ de nouo emanant pro Ecclesiasticis quia intentio Pontificis non se extendit ad illos, vt manifestè colligitur. Nam cùm in pluribus discrepent à Latinis, nullus tamen ex Pontificibus eos reprehendit, & damnat, etiam quando sunt inter Latinos. Ex quibus Azorius, & Baldellus obseruant dictos Græcos etiam coniugatos, posse promoueri ad Ordines. ergo etiam ad minores, cùm loquantur absolutè, & sine vlla distinctione. Nec assignari potest ratio quare sit licitum Græcis initiari post coniugium sacris Ordinibus, & non minoribus: vt peperam voluit Venerus, & infrà magis patebit. Vnde Squillante *de priuileg. Cleric. cap. 8. num. 11.* & Quaranta *in summa Bull. verb. Græcorum ritus, in principio* sic asserunt: Sacerdotes Græci vtuntur legitimo matrimonio cótracto in laicali habitu, vel dum erant in minoribus: ergo Græci possunt Ordines minores suscipère, non solùm ante, sed etiam post matrimonium contractum; alioquin non dixisset Quaranta, & Squillante, quòd possunt vti matrimonio in habitu laicali contracto. Quod manifestè etiam probatur, quia minorem incompatibilitatem habent Ordines minores cum coniugio, quam Ordines sacri, cùm istis, vt patet, annexum sit castitatis votum. ergo si Græci post coniugium possunt sacros Ordines suscipere, vt docet Vasquez *in 3. part. tom. 3. disp. 248. num. 2.* Faustus *Thes. relig. lib. 7. quæst. 9.* & alij communiter; à fortiori dicendum est minoribus etiam initiari posse; cui enim conceditur maius, & minus concedi videtur ex *l. filius, §. fin. ff. de donat. l. Marcellus, ff. de donat. caus. mort. l. non debet, ff. de reg. iur.* & ex *cap. ex parte, de decimis;* vnde cui licèt quòd est plus, licèt etiam quod est minus, ex *cap. licet, de regul. iur. in 6.* Et ideo Doctores, qui absolutè docuerunt Græcos post coniugium posse ascendere ad sacros non limitarunt suam sententiam, nisi Ordines minores fuerint ab ipsis assumpti ante initum matrimonium; nec vlla ratio apparet quare talis limitatio apponenda foret, esset enim limitatio tidicula, & impertinens; nam assumptio Ordinum minorum ante coniugium, nullam ei tollit deformitatem, quoad suscipiendos Ordines sacros, vt patet: & probatur in Clericis coniugatis Latinis qui non obstante quòd sumpserint Ordines minores ante coniugium, non possunt tamen ad Sacros ascendere; quia vsus matrimonij etiam post minores Ordines suscepti est indecès cum sacris Ordinibus, & ideo à iure Latinis prohibitus: qui quidem cùm Græcis licitus sit, & permissus, sequitur sacros Ordines ipsos posse suscipere, non solùm si minores Ordines ante matrimonium sumpserint, sed etiam postea. Quod apertè confirmatur ex praxi, vt testantur fides subscriptæ ab eorum Archipresbyteris, in quibus apparet Græcos initiari minoribus Ordinibus & ante, & post susceptum matrimonium. Sed vsus est optimus interpres priuilegiorum, vt notat Salas loquens in quodam casu de Cleticis Græcis *disp. 14. sect. 5. n. 64.* & patet ex *cap. cùm dilectus, de const. l. minim. ff. de legibus, & l. si de interpretatione, eodem tit.* ergo, &c. Dicendum est igitur reum, de quo loquimur, non esse priuilegio fori priuandum. Et ideo Paulus Squillante *de priuil. Cleric. cap. 6. num. 20.* loquens

Sup. hoc in tom. 3. tr. 5. Resol. 86. §. Nec obstat dicere. ad medium, vers. Quod confirmatur, & in aliis eius not.

Et sup. hoc priuilegio canonis clerici Græci in minoribus in Resol. vlt. huius annot. & pro consequentia deducta in hoc textu cum eisdem DD. infr. in Resol.163. §. Nota etiam. prope finē, &c. & pro priuilegio fori in to.5. tract.2. Resol. 43 §.1.& 2.

indiuidualiter in puncto casus nostri, de Clerico Græco in minoribus, qui matrimonium contraxit in habitu laicali, docet gaudere priuilegio Canonis, sed qui gaudet priuilegio Canonis, gaudet priuilegio fori, vt tenet Suarez *contra Regem Anglia. lib. 4. c. 29. n.7.* Layman. *in Theol. mor. lib.4. tr.9.c.7.n.1.*& me citato, doctissimus Ambrosius Marchin. Archiepiscopus Calaguritanus *in resol.pro iurisd. Ordinum militarium, art. 4.n. 37.* ergo, &c. vide etiam Carolum de Grassis, *effect.1. n.82.*& iterum Squillante *c.7.n.16.* asserentes ex Camillo de Curis, Clericos coniugatos Orientales, quos Græcos appellamus; gaudere priuilegio fori, etiamsi Ecclesiæ non deseruiant, iuxta dispositionem Concilij Tridentini. Nec te terreat hoc vltimum; nam vt rectè obseruat Baldellus *vbi suprà* Græci non tenentur ad leges conditas in Conciliis generalibus pro Ecclesiasticis post factam separationem, vt est Concilium Tridentinum.

3. Restat modò respondere ad argumenta contraria superiùs adducta, & ad *cap. olim*, respondeo Græcos non posse vti matrimonio in sacris Ordinibus contracto, vt patet ex *canone 6 Trullano*, & obseruat Acugno *in Decretum Gratiani part. 1 distinct. 31.c.12. num.4.* Sanchez *de matrim. tom.2. lib.7.disp. 28. n. 4.* Tannerus *tom.4. disp.7.quæst.4.dub.2. num. 40.* Ochagauia *de sacram. Ordinis, tract. vnico, quæst. 10. n.5.* Pontius *de matrim. lib.7. cap.23 num.15.* Hurtado *de sacram. Ordinis, diffic.24. & 25.* Pesantius *in addit. ad 3 part. quæst. 40. disp. 3. concl. 3.* Layman. *lib.3. tract. 9.c. 11.n. 9.* Præpositus *in 3.p.D. Thomæ, de sacram. Ordinis quæst. vnica, dub. 21. num. 209.*& alij communiter. Vnde dum in citato *cap. cùm olim*, & penes glossam, Honorium, & Bellettū, dicitur Orientales Clericos vti matrimonio in minoribus Ordinibus contracto, hoc, inquam, non dicitur, quia non possunt post initum matrimonium Ordines minores sumere, vt suprà satis probatum est, ex praxi, & authoritate Doctorum; sed quia matrimonio in minoribus Ordinibus inito, vti quidem possunt, & ad sacros Ordines ascendere, non autem matrimonio, vt dictum est, in sacris Ordinibus contracto; nec obstat auctoritas Veneri, nam ex supradictis satis labefactata remanet, & Abbas quem ipse pro se adduxit, nihil de hac re loquitur, vt legenti patebit.

4. Ad doctrinam verò Marcelli Vulpe, respondeo ipsum loqui de Clerico Latino, & ideo est dispar ratio, Latinus enim cùm non possit coniugatus Ordines sacros suscipere, præsumitur minoribus Ordinibus initiari, post coniugium in fraudem laicalis iurisdictionis, vt ei non subiiciatur, & ideo rectè à Summo Pontifice prohibetur non ordinari. Quæ quidē præsumptio non militat in Clerico Græco, qui post initum matrimonium si sumat Ordines minores, potest quandocumque voluerit adhuc sacros Ordines recipere, & vti matrimonio contracto. Vel melius respondendum est vno verbo, ex doctrina Baldelli, Azorij, & aliorum, prohibitiones Pontificias quoad Latinos, non extendi ad Græcos ex mente ipsorū Pontificum, non quia Græci non sint Romanæ Ecclesiæ subditi. Vnde ex his apparet nō esse denegandū priuilegiū fori supradicto Clerico, de quo est quæstio.

RESOL CLXIV.

An vxor Clerici Græci, vel Latini in Minoribus cōstituti gaudeat priuilegio fori in casu, quo eius vir gaudet?

Et an supra dicta vxor gaudeat priuilegio fori etiam mortuo viro, donec alteri nubat?

Et an vxores viduæ Equitum D. Iacobi, Alcantaræ, Calatravæ, &c. etiam gaudeant exemptione gabellarum? Ex part.3. tract. 1. Resol. 45.

§.1. NEgatiuè respondet Bonacina *de leg. disput. 1. quæst. 3. punct.8.§.2.n.9.* & ante illum Sanchez *de matrim. tom.2.lib.7. disp.47. num.3.* cum aliis penes ipsum, putant enim hoc priuilegium esse personale ratione ordinum, sicut, & Religiosis ratione religionis.

2. Sed mihi contraria sententia placet, quam tuentur Doctores, quos citant, & sequuntur Paulus Squillante *tract. de priuileg. cler. cap.7.dub.2.n.34.* Bellettus *in d.quisc. cler. part.1. tit. de fauore clericorum reali, §.1.n.24.* Carolus de Grassis *de effect.cler.effect. 1.num. 155.* & ratio est, quia vxor ratione matrimonij sortitur forum viri, ex *l. cùm quadam, ff. de iurisdict. omnium iudic.* vnde in dispositione quauis stricta, & concessa viro, censetur quoque vxori concedi, ex glossa *in cap. admonere, ver. part. 33. q. 2.* & hanc sententiam probabilem esse concedit ipsemet Sanchez *vbi supra*, & illam absolutè tenent, præter Doctores citatos, ex Iurisconsultis Hispanis Auiles *in cap. prætorum proœmio gloss. 1.n.28.* & Perez *lib. 1. tit. 3. l.1. fol.57.9. vxor etiam Clerici.* vbi plus addit, nempe hoc priuilegio gaudere talem vxorem etiam mortuo viro, donec alteri nubat, quod etiam placuit Belletto *loco cit. n.25.* quia dum vidualis vita durat, censetur in priori matrimonio esse. vide *l.filii, §. 1. ff. ad municip.* & Socinum seniorem *cons. 12. num.28. vol.1.*& omnia supradicta videtur confirmare Barbosa *de potest. Episcop. part.2. alleg.13. num. 14.* vbi ex multis probat, vxores viduas Equitum D. Iacobi, Alcantaræ, etiam gaudere exemptione gabellarum, quod est valde notandum.

Sup. duabus primis diffic. positas in titulo huius Resol. in Resol. seq. & in Resol.1. post seq. §. 2. & inferius in tra.8. Resol.7. ad medium, à vers. Et hæc. & ibi ex Resol.7. de §. Nec valet. ante medium, à vers. Sic est. & in tom.5. tr.2. ex Resol. 43. §. Sed an. ad lin.10.

Et pro hoc priuilegio vxoris mortuo viro in fine Resol. seq. & in Resol. 1. post seq. §. Probatur tertio. maximè in fine, & infrà in Resol.157.& pro contento ad finē, ante finem huius Resolibidem, & in Resol.156. §. vlt.

RESOL. CLV.

An vxores Clericorum coniugatorum gaudeant priuilegio fori?

Et an non solum viuente viro, sed etiam mortuo, durante viduitate; ita vt vxor Clerici, qua commisit homicidium viuo marito, vel durante viduitate, debeat conueniri coram Episcopo, non autem coram iudice seculari? Ex part.4.tract.1. Resol. 41.

§.1. COntra Bonacinam & Sanchez, quibus nunc addo Antonium de Marinis *quotidianarum resolut. cap.58.num.14.* Castrum Palaum *tom.2. disp.vnica, de immunit. Eccles. punct.2. num.10.* & Io. Andream *in cap.vnic. de Cleric.coning.in 6.* docui affirmatiuam sententiam *in part.3. tr.1. resolut.45.* quam scio cuidam Iurisperito displicuisse, sed immeritò; & ideo iterum illam doceo. Vnde, præter Squillante, Bellettum & de Grassis *vbi supr.* citatos, tenet nouissimè hanc sententiam Ludouicus Correa *in relect. ad cap. inter alia, de immunitate Eccles. part.2. num.33.* vbi sic ait. Probabile est quòd vxores Clericorum eodem gaudeant foro, & probatur nostra resolutio ex *glossa prima in cap.eos, 32. dist. & cap.2. 11. quæst. 1.* confirmat hæc iura Abbas *in cap. 2. de foro compet. num.9.* Felinus *ibidem num.5.* nec non iure ciuili, secundùm quod dicitur vxores sequi forum mariti; *in l.fin. C. de incolis*, vbi expressè hoc probatur. Ergo si vxores foro mariti adhærent, non est cur hoc deficiat in Clericorum vxoribus. Ita ille, & Sanchez, qui docuit contrariam sententiam, docet etiam hanc nostram *in opusc. tom.2. lib.6. cap 1. dub.3 num.2.* vbi sic ait. * Vxor Clerici coniugati gaudet etiam fori priuilegio, & hoc non tantùm viuo marito, sed etiam eo mortuo, durante viduitate; quare vxor Clerici, quæ homicidium commisit viuo marito, vel durante viduitate, debet conueniri coram Episcopo, non autem coram iudice seculari. Ita Sanchez, qui citat

Quæ hic est Resol. antecedens, & in aliis eius nor. 1. pro hac quæst.

* Sup. hoc in Resol. præcedenti a post medium §. 2. à vers. Vbi plus addit. & in Resol. seq. & Probatur tertio, prope finē, & infrà in Resol.157.

citat Hostiensem, Imolam Panormitanum, Montaluum & alios.

RESOL. CLVI.

An vxores Equitum D. Iacobi, Alcantaræ, Calatrauæ, &c. gaudeant priuilegio fori?

Et an dicta vxores gaudeant supradicto priuilegio fori etiam mortuo viro, donec alteri nubant?

Et quid dicendum est mortuo viro, si in viduitate permaneant, de exemptione gabellarum, quod idem dicendum est de vxore Clerici coniugati & Sacerdotis Græci?

E an, si in dicto casu gabellas defraudent, non, sit illis, deneganda absolutio sacramentalis? Ex part. 6. tr. 8. Misc. 3. Resol. 6.

§. 1. SVppone ex his quæ alibi sæpius firmauit, dictos Equites vel esse vere Religiosos, vel saltem esse personas Ecclesiasticas, & ideo gaudere priuilegio fori; hoc supposito, quod negari non potest, ad positam quæstionem affirmatiuè respondeo, & ideo assero eorum vxores eodem fori priuilegio gaudere.

hoc in duabus præcedentibus Resol. & in aliis earum primæ notationi pro hac quæst. & cum eodē Merolla, & Amaia tandē citatis hic in Resol. 154. vlt. ad finem.

2. Probatur primo, quia vxor Clerici coniugati & Sacerdotis Græci gaudet priuilegio fori, secundum opinionem probabiliorem, vt me citato docet Merolla *tom. 3. disp. 6. c. 3. n. 52.* cum aliis 23. Doctoribus, quibus ego addo nouissimè Amaiam *in Codicem lib. 10. tit. 39. n. 10.* & Fagund. *de iust. lib. 5. cap. 11. num. 28.* Ergo & eodem priuilegio gaudere debent vxores Equitum D. Iacobi, &c.

3. Secundò probatur *ex leg. vlt. lib. 10. Codicis tit. 39.* in qua Imperatores Valentinus, Theodosius, & Arcadius sic asserunt. Mulieres honore maritorum erigimus & genere nobilitamus & forum ex eorum persona statuimus. Sed cum ex habitu militari oriatur qualitas honorifica, sequitur ex honore etiam affici eorum vxores, & forum ex viro sortiri eaiamsi illud ius sit personalissimum.

4. Probatur tertiò *ex leg. penultim.* vbi Glossa *Cod. de Fabric. lib. 11.* vbi dicitur quod vxor Fabricensis gaudet eodem priuilegio fori, quo gaudet vir. Idem etiam probatur *ex leg. ne ad diuersa Cod. de silentiar. lib. 12.* vbi statuitur, quod vxor silentiarij gaudeat eodem priuilegio fori, quo silentiarius, & Glossa *ibi* allegat alia iura concordantia, & tamen silentiarij officium non poterat conuenire mulieribus, nam erat officium palatinum, agendo excubias in Palatio, & adstamen ad eius limina. Vnde non valet dicere quòd mulier cum non sit capax Ordinis militaris, non potest sortiri forum viri, nam sufficit quod sit capax honoris, quo fulget maritus, à quo accipit omnia, quæ ex illo honore proueniunt, vt visum est in vxore silentiarij. Et ideo priuilegiū personale manumissoris ne in ius vocaretur, eius vxori communicatur *in leg. 1. Cod. de in ius vocan.* & vxor Consulis, cuius officium personale erat, claritate mariti fruebatur, vt patet *in Authent. de consul. c. 2.* Rectè igitur ex dictis concludendum est vxores Equitum D. Iacobi, Alcantaræ & Calatrauæ gaudere priuilegio fori, & esse exemptas à iurisdictione iudicis sæcularis; & ideo ex supradictis, & aliis rationibus nostram sentētiam in terminis vt dici solet terminantibus tenet nomissimè nunquam satis laudatus Franciscus Amaia *in suis eruditis commentariis super Codicem lib. 10. tit. 39. n. 16. & sequ.* Qui etiam rectè obseruat *num. 24.* priuilegium supradictum non deperdi mortuo marito, sed etiam in memoriam pristini matrimonij perdurare, si tales viduæ honestè vixerint; vnde aliqui, vt Perez *lib. 1. tit. 3. leg. 1. folio 57. vers. vxor. etiam Clerici*, Bellettus *in disquis. Cler. tit. de fauore Clericorum reali* §. 1 *n. 24. & sequ.* cum aliis, & ego alibi, docent vxores Clericorū etiam mortuis viris gaudere priuilegio fori, donec alteri nubant; quia cum vidualis vita durat censetur in priori matrimonio esse *ex leg. filij* §. 1. *ff. ad municip.*

hoc in Resol. & in

in aliis eius primæ not.

Alibi in duabus præcedentibus Resol. & in vtraq; propc finem & in Res. seq.

5. Sed quid dicendum de exemptione gabellarum, negatiuam sententiam docet nouissimè Ægidius Trullench *in Decalogum tom. 2. lib. 7. c. 12. dub. 5. num. 27.* & alij, quia putat vxores dictorum Equitum non gaudere priuilegiis maritorum, cum dicta priuilegia sint personalia, sed hanc rationem suptà iam refutauimus, & latiùs refellit Amaia loco citato; ideo dicendum est, vt alibi adnotaui, vxores dictorum Equitum esse exemptas à solutione gabellarum etiam post mortem viri, dum alteri non nubant, & honestè vixerint sicut idem dicendum est de vxore Clerici coniugari, & Sacerdotis Græci, & ita me citato tenet nouissimè Facund. *de iustit. & contract. lib. 5. cap. 11. num. 28.* Et omnia supradicta probabilia esse fatentur ipsimet aduersarij, vt Sanch. *de matrim. lib. 7. disp. 47. num. 2.* qui postea se retractauit. *in opusc. tom. 2. lib 6. cap 1. dub 3. num. 2.* & absolutè nostram sententiam docuit; vnde ex his sequitur non esse denegandam absolutionem viduæ, olim vxori Equitis D. Iacobi, aut Calatrauæ, seu Alcantaræ, si gabellas defraudet.

Alibi in Resol. quæ hic est sup. 154. in fine, & infrà lege Resol. seq.

RESOL. CLVII.

An vxor Clerici coniugati, vel Sacerdotis Græci, vel Equitis D. Iacobi, Alcantaræ, Calatrauæ, &c. durante viduitate, gaudeat priuilegio fori, & exemptione gabellarum?

Et explanatur quod vidua, & pupilli professorum, Doctorum, Medicorum, studiosirum, ipsisque inseruientium, Parentum, maritorúmque prædefunctorum gaudent Immunitatis comoditate, id est priuilegio fori? Ex part. 8. tract 7. & Misc. Res. 23.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docui *in part. 6. tr. 8.* * *resol. 6.* Scio hanc sententiam aliquibus Iurisconsultis non placuisse, quia forsitan est in fauorem immunitatis Ecclesiasticæ: nam alioquin ipsi sunt acerrimi defensores, vt eorum vxores gaudeaot suis priuilegiis. Respondeo igitur iterum ad casum propositum affirmatiuè, ex his quæ in citata resolutione docui, & per ea quæ docent duo sapientissimi viri; Hunnius & Besoldus, inclytæ notionis Germanicæ ornamentum, qui diuinitus illustrati post Lutheranismum abiuratum ad fidem Ca-holicam & Romanam Ecclesiam redierunt. Sic itaque asserit Christophorus Besoldus *in dissertatione de Studiosis, Magistris, Licentiatis, & Doctoribus, cap. 2.* Quamuis itidem priuilegatis personis, immunitates tantùm cessæ censeantur, quoad viuunt, *l. Archiatros, in fin. C. de metall. lib. 12.* Nihilominus tamen viduæ' & pupilli Professorum, Doctorum, & studiosorum, ipsísque inseruientium, parentum, maritorúmque prædefunctorum gaudent immunitatis commoditate, quod docet Cothin. *cons. 15.* & asserit quoque Hunnius *cap. 1. quæst. 4.* In genere enim, vidua priuilegium habet prædefuncti mariti. Et vidua dum est in viduitate, nomen vxorium, & dignitatem retinet præmortui viri. *l. fœmina. ff. de Senator. l. mulier. C. de dignit. lib. 12.* adeò vt ex stupro in personam eius commisso, iniuria fieri etiam mortuo viro intelligatur, gloss. *in l. fideicommissum. C. de fideicommiss.* & *ibi* Bartolus notat, in specie, cum qui offenditur ex

Quę hic est Res. antecedens §. Probatur tertio ad medium, à vers. Rectè igitur. & vers. Qui etiam. & supra prope finem Res. 154. & Res. 155. etiam prope finem, & pro exemptione gabellarum, in Res. 1. huius not. §. vlt. & in fine Res. 2.

Et pro seruitoribus contentis in hoc textu, & famulis Doctorum, studiosorū, &c. infrà ex doctrina Res. 161. à lin. 6. vsque in finem, & infrà in tr. 8. Res. 3. §. Probatur tertio. & pro Parentibus lege Res. 2. not. vlt. huius Res.

adulterio, matrimonio durante, offendi itidem ex ſtupro durante viduitate; ad quod eſt ſimilis gloſſa *in l. ſororem C. de his quib. vt indign.* Facitque optimè id, quod dicitur, viduam ſtuprum committentem, amittere dotem, non ſecùs ac ſi adulterium commitreret in vita mariti. Quod ſpecialiter in argumentum ad hoc præſens noſtrum ſcitum, adducit Petr. de Rauenen. *in tit. 5. quib. mod. feud. amitt.* §. 1. ac quoque Oſaſc. Cacheranus *deciſ. Pedemont. 77.*

2. Sicque non ſecus ac domino viuente, pudoris iura, vaſſallus in perſona viduæ domini ſui, ſacra & illibata ſeruabit; & ſtupri reatum, ac pœnam, iſto, non minùs quàm adulterij in caſu incurrit, commiſiſque crimen, & pœnam haud euadit, cùm nempè eandem mortuo domino reuerentiam debet perſoluere, quam viuo. Ardizo *cap. 83.* faciunt tradita Anton. Borninij *in tract. de caualcata & vaſſallorum ſeruitiis, part 2. cap. 5. §. 1.* licèt poſt alios diſſentiat Gothofred. Antonius *diſput. feud. 11. theſ. 5. lit. B.*

3. Quò itidem confert, quòd Ioan. Baptiſta Aſinius *tract. de execut. §. 1. cap. 52. n. pen. & vlt.* ex Guidone Papa refert (vbi quærit, quid dicendum ſit de viduis quondam vxoribus Conſiliariorum Parlamenti & Auditorum Cameræ Computorum Delphinatus, & aliorum Nobilium; an in oneribus, & ſubſidiis Delphinatus contribuere teneantur; Et tandem concludit, durante viduitate, cum plebeis, & alijs ignobilibus contribuere eas non debere, nec cogi poſſe, dummodò in viduitate caſtè, & honeſtè viuant, per text. *in l. quæ adulterium, in fin. C. de adulter.* Et ita inquit fuiſſe conſultum à Dominis illius Parlamenti, in Camera Conſilij. Confirmatque hanc concluſionem Capyc. *deciſ. 129. num. 8. & 9.* & Roland. à Valle *conſ. 86. num: 8. vol. 2. & conſil 15. n. 15. vol. 3.* qui inquit: Reginam Galliæ, dum eſt in viduitate, Reginam vocari, & vti ac frui omnibus priuilegiis, quibus Rex ipſe, dùm viuebat, vtebatur & fruebatur; per ea, quæ voluit Baldus *in l. voluntas. C. de fideicommiſſ.* & latè perſequitur Tiraquell. *in tract. de legib. connub. de leg. 15. per tot.* & præſerim *num. 53. & in tract. Ceſſante cauſa, part. 1. num. 107.* concludens, id etiam in priuilegiis exorbitantibus locum habere.

4. Ac licèt ex parte diſſentiat Eraſmus à Cochier *in tract. de iuriſd. in exempt q. 29.* non tamen hoc impedire ſententiam noſtram debet. Plerumque enim in fundationibus, vt in noſtrate iam ſuprà allegata, non ſolùm Magiſtris & ſtudioſis, ſed & nominatim vxoribus, liberiſque eorum, immunitates conceduntur. Cum autem eæ, ex ipſo priuilegio, in perſonis vxorum ſint radicatæ: ideò non niſi cum illis, & quandiu non aliorum vxores nominari poſſunt, emoriuntur: vt & *in l. quoties. C. de priuil. ſcholar.* textum habemus expreſſum, quòd immunitates, priuilegia & prærogatiuæ, quæ perſonis priuilegiariis indultæ atque conceſſæ ſunt, earundem quoque viduis ſimpliciter ſint attribuendæ: ita vt diſputationi vlteriori, altercationique non debeat eſſe locus. Nec dici poteſt, quemadmodum immunitas ſeruis, & famulis Doctorum data, domino morte ſublato, vel miniſtetio finito, ſimul etiam expirat; ita hoc quoque de vxoribus, liberiſque dicendum eſſe: nam manent liberi, & viduæ, quaſi in familia defuncti, ab eóque habent denominationem, & multis modis inter eos, demortuúmque vinculum durat. Abſurdum eſt dicere; quòd nihil neque ad aliquod tempus poſterorum res, ad parentes, alioſque pertineant, dicente Ariſtotele *lib. 1. Ethic. cap. 11.* Quod de ſeruis & famulis dici nequit. Hucuſque Beſoldus.

5. Sed audiamus Hulericum Hunnium *comment. Auth. Habita. C. ne filius pro parte, de priuileg. ſtudioſorum, cap. 1. quæſt. 6.* vbi ſic aſſerit. Tertium priuilegium Profeſſoribus ac ſtudioſis tributum, eſt priuilegium fori; vt nempè peculiares ſuos ac priuilegiatos iudices habeant, nec ad alium ſub grauiſſima pœna trahi queant. Atqui vxor ſequitur forum mariti *l. 19. ff. de iuriſdict. cap. exigere, extr. de iudic.* Igitur vxor ſcholaris, vel Profeſſoris gaudet fori priuilegio ſui mariti, hoc etiam docet Matthias Stephanus *de iuriſdict. lib. 3. part. 2. cap. 10. num. 29. & ſeq.*

6. Non reſiſtit *primò* quòd priuilegia ſint perſonalia, perſonam non egrediantur, nec aliis communicentur, Reſp. Nam cùm priuilegia mariti communicantur vxori, non poteſt dici ea egredi perſonam cui ſunt conceſſa, cùm vxor ſit vna perſona cum marito; vt proinde in hoc caſu priuilegium non extendatur extra perſonam priuilegiati, ſed in ea perſona pleniorem interpretationem accipiat, iuxta *l. pen. ff. de conſtit. Princip.*

7. Sed prolixiori refutatione hæc opinio non indigere videtur, cùm moribus, ſtatutis & praxi omnium Academiarum hodie ſit exploſa, & ſatis refellitur ex *l. 2. §. 8. C. de Epiſc. & Cler.* vbi prærogatiuæ Clericorum tribuuntur eorum vxoribus & liberis: & *in l. Medicos. G. de Profeſſor.* priuilegia Medicis tributa, dicuntur etiam ipſorum liberis & vxoribus competere. Idem igitur de priuilegiis Profeſſorum, & ſtudioſorum dicendum, quòd communicentur vxoribus, & liberis illorum. Hæc omnia Hunnius, qui poſtea firmat hæc priuilegia competere vxoribus poſt mortem viri, durante tantùm eorum viduitate, quia ait ipſe *in l. 2. fin. C. de Epiſcop. & Cleric.* ſancit Conſtantinus Imperator, prærogatiuas Clericorum etiam coniugibus & liberis eorum competere, ita vt, à muneribus ſemper immunes perſeuerent, quæ verba clariſſimè ſignificant, quòd etiam poſt mortem maritorum & patrum ab oneribus liberi permaneant, iiſdémque gaudeant immunitatibus, quibus antea, cùm adhuc in viuis eſſent mariti. Idem ergo de Profeſſorum & ſtudioſorum, aliorúmque Academicorum viduis & liberis dicendum, quia à ſtudioſo ad Clericum bonum, & validum argumentum ducitur.

8. Pro hac ſententia inſuper facit expreſſus textus *in l. 3. C. de priuileg ſcholar.* vbi non ſolùm ſcholaribus, ſed eorum quoque vxoribus immunitates conceduntur, ſiue adhuc viuerent earum mariti, ſiue poſt mortem eorum in viduitate conſtitutæ ſint.

9. Et quòd vidua honorem, dignitatem & forum, nec non domicilium priuilegiaque mariti retineat, ſatis perſpicuè videtur euincere, *l. 8. ff. de Senatoribus: l. 22. §. vidua, ff. ad municipalem.* Ita Hunnius; qui doctè vt ſolet reſpondet ad omnia argumenta quæ in contrarium adducuntur. Ex quibus omnibus apparet me rectè exiſtimaſſe & docuiſſe *vbi ſuprà* vxores Clericorum & Sacerdotum Græcorum, & Equitum D. Iacobi Alcantaræ, & Calatrauæ, Monteſæ, &c. gaudere priuilegio fori & exemptione gabellarum, quia eorum mariti his priuilegiis fruebantur; licèt Eminentiſſimo Cardinali de Lugo *de Iuſt. tom. 2. diſp. 36. ſect. 7. num. 14.* hoc nimium videatur quoad vxores Equitum; ſed tu ne deſeras noſtram ſententiam.

10. Vide etiam ad confirmationem ſupradictorum Matthiam Stephanum *de iuriſd. lib. 3. part. 2. c. 10. n. 29. & ſeq.* Baumeiſterum *de iuriſdict. d. lib. 2. cap. 18. & ſeq.* Peckium *de teſtam. coniug. lib. 4. c. 35. num. 6.* quibus adde poſt hæc ſcripta viſum Gaſparem Clockium *in tract. Nomicopolitico, de contribut. c. 15. à num. 32. vſque ad n. 40.*

RESOL.

Sup. hoc priuilegio in tom. 6. tr. 1. ex lata doctrina Reſ. 132. in diuerſis eius verſ. ſignanter ad lin. 6. §. 1. & in fine §. Sed his. verſ. Nono accedit. ſed lege eam per tot. & nõ pigebit.

Pro his libris in Reſ. ſeq. & in alia eius not. Sed ne deſeras infrà in tr. 8. ex Reſ. 7. legere ad verſ. Et hæc medium vſque ad verſ. Ergo Et pro vxore ibi vnde ex Reſol. 3. §. Nec valet ante medii, à verſ. Sic etiam. & hic ſuprà lege doctrinam Reſ. 154. & aliarum eius primæ annot.

RESOL. CLVIII.

An filij Clericorum gaudeant priuilegio fori, ita vt iudex laicus illos non possit punire?
Et an etiam gaudeant exemptione gabellarum?
Et an doctrina huius Resolutionis intelligatur tantum de filiis legitimis, & viuente Patre? Ex part. 3. tract. 1. Resol. 7.

§. 1. GAudere priuilegio fori, nec illos iudices laicos posse punire, docet Doctissimus Iurisconsultus Decianus *in tract. crim. lib. 4. c. 9. n. 49.* quia ait ille, pater, & filius reputatur vna, & eadem persona, *l. fin. C. de impuber.* Et filius dicitur persona corporis patris, *l. cum scimus, §. fin. Cod. de agric. & cens. lib. 10.* ideo exclusa persona patris, censetur exclusa persona filij, & in existimatione communi, pater, & filius reputantur pro vno capite, & sic sufficit vt alter ipsorum regiſtret bona: hæc omnia Decian. quem postea sequitur Carol. de Grassis *de effect. cler. effect. 1. num. 189.* & Ioan. Maria Nouarius *in quæst. forensib. p. 1. q. 98. n. 2.* & hanc sententiam post hæc scripta inuenio docere etiam Paulum Squillante *de priuileg. cler. cap. 7. dub. 2. n. 35.* qui etiam *c. 8. dub. 1. n. 13.* docet filios Clericorum gaudere exemptione gabellarum: quæ omnia sunt valde notanda.

Sup. hoc in fin. præmitt. §. Sed priuilegium. & Resol. seq.

2. Sed aduerte hanc opinionem esse veram in filiis legitimis, & viuente patre; nam patre mortuo, etsi filij sint legitimi, minimè priuilegio fori gaudebunt, & iudicem laicum illos punire posse dicendum est.

RESOL. CLIX.

An filij Clericorum gaudeant priuilegio fori Ecclesiastici?
Et an Clerici ligentur statuto laicorum, edito super iure, quod vocant congrui?
Et an Clericus emphyteuta sit conueniendus coram iudice laico ad solutionem laudemij vel coram Ecclesiastico? Ex part. 4. tract. 1. Resol. 111.

Quæ hic est dubitatio, remittit in fin. §. eius.

§. 1. PRo affirmativa sententia *in 3. part. tract. 1. resol. 7.* adduxi plures Doctores; sed scio hanc sententiam displicuisse cuidam ministro Regio, viro doctissimo & amicissimo; immeritò quidem, nam illam præter Doctores *vbi supra* à citatos tenet nouissimè Augustinus Barbosa *de iure Pontificio, lib. 1. c. 39. §. 2. num. 62.* vbi etiam testatur sacram Cardinalium Congregationem *die 18. Martij 1631.* nostram sententiam declarasse, nempe Clerici filium legitimum ante Clericatum susceptum gaudere priuilegio fori durante vita eius patris.

Quòd hic est fundamentum Resol. 78.

2. Notandum est etiam hîc obiter supradicto ministro Regio displicuisse aliam sententiam, quam docui *in dicta 3. p. tract. 1. resol. 43.* nempe Clericos non ligari statuto laicorum edito super iure quod vocant congrui; sed ego illam iterum doceo, cùm ita decisum sit à sacra Rota *in Romana domo de Scapuciis 19. Ianuarij 1611.* coram Illustriss. Domino meo Coccino, viro doctissimo, & publico bono nato, quam decisionem affert Marchesanus *de commiss. p. 1. cap. de commiss. appell. in posses. fatu. §. 2. decis. 8.* Dicendum est igitur nullatenus laicum validè posse quidquam statuere circa vtile dominium emphyteutæ Ecclesiæ; quicquid in contrarium asserat Valascus *de iure emphyteut. quæst. 17. n. 12. & 13.* Gratianus *discept. forens. cap. 460. n. 26.* & alij.

3. Et tandem nota etiam hîc contra Chassanæum *in consuet. Burgund. rubr. 11. §. 1. vers. lors, num. 9.* quòd Clericus emphyteuta non est conueniendus coram iudice laico ad solutionem laudemij, sed coram Ecclesiastico. Ita Maurus Burgius *de laudemio part. 3. inspect. 1. n. 4.* & Amadæus à Ponte *eod. tract. quæst. finali, num. 5.*

RESOL. CLX.

An familia Clericorum gaudeat priuilegio fori?
Et an serui perpetui Clericorum, etiam si sint Mauri, Turcæ, & à Catholica Ecclesia alieni, gaudeant tamen hoc priuilegio fori? Ex part. 3. tract. 1. Resol. 47.

Sup. contento in hoc §. infrà in §. vltim. huius Resol. & in alia eius not.

§. 1. SI loquimur de seruis perpetuis, vt mancipiis, non dubito, quin gaudeant priuilegio fori, & ita docent Doctores, quos ad satietatem citat, & sequuntur Bellet. *in disquis. cler. part. 1. tit. de fauore clericorum reali, §. 1. num. 12.* Carol. de Grassis *de effect. clericatus, effect. 1. n. 149.* & Menoch. *de arbitr. cent. vlt. casu 562. num. 3.* & ratio est, quia tales serui habentur tanquam pars patrimonij, & substantiæ dominorum.

Supr. hoc in Resol. seq. §. 1. cursim. in fi; & inferius in tr. 8. Resol. 3. §. vltim.

2. Difficultas est de seruis clericorum temporalibus, & conductoriis; negant DD. citati, quibus adde Cened. *in qq. canon. q. 4. n. 26.* Iul. Clar. *in pract. crim. lib. 5. §. fin. c. 35. n. 17.* Octau. Vulp. *tract. de libert. Eccl. p. 3. n. 24.* Capyc. *decis. 12. num. 2. in fin.* Guttier. *pract. qq. lib. 1. q. 4. n. 2.* Gratianum *decis. 233. n. 3.* Couarruuiam *pract. q. cap. 35. n. 2.* Borellum *in summa decis. tit. 43. de foro compet. n. 143.* & alios penes ipsos.

3. Non desunt tamen contrarium sentientes, & præter 12. Doctores, quos citat Menochius *vbi supr. de arbitr. cas. 562. num. 7.* nouissimè ex Iurisconsultis Hispanis docet hanc sententiam doctus Narbona *in 3. recopil. lib. 4. tit. 1. leg. 20. gloss. 1. num. 27.* vbi sic ait: Licèt nonnulli affirment, id solum intelligendum esse in mancipiis, & famulis perpetuis Clericorum, & Ecclesiarum, secus tamen in famulis non perpetuis, sed temporalibus, conductitiis, vel mercenariis, annua, menstrua, vel diurna mercede seruientibus, ad quos non extendi priuilegium dominorum existimant. Id tamen non omnino tutum crederem, imò in puncto iuris verius existimarem, hos quamuis serui perpetui non sint, sed ad tempus pretio, aut mercede conducti, dominorum priuilegiis participes futuros; cùm famulis non propter ipsos, sed propter dominorum personas priuilegia concessa reperiantur. Quo fit vt nulla discriminis ratio habeatur inter seruum perpetuum, vel temporalem, cùm negari non possit, quin respectu illius temporis, serui, aut famuli, vt quid accessorium ad dominos ipsorum habeantur, ita vt sine eis stare nequeant, qua ratione meritò ad eos priuilegia prorrahi debent, ex *c. quanto, de priuilegiis, & c. licet, eod. tit. in 6.* Ita Narbona, cuius sententia multo fortius erit vera, si clerici graui aliquo incommodo arbitrio iudicis mensurando afficiantur, eo quòd serui, aut famuli ipsorum, vel cæteri de familia, foro, vel alio priuilegio non fruantur, vt si seruitium, vel obsequium ab ipsis, qui domesticam curam, vel bonorum administrationem gerunt, præstandum impediri, cum dominorum damno, & detrimento contingat, & in hoc casu Narbonæ, & aliorum DD. affirmatiuam sententiam, tenet etiam Gratian. *discep. forens. tom. 2. c. 340. n. 4. & 5.* Paul. Squill. *de priuil. cler. c. 7. dub. 2. n. 57.* Menoch. *vbi sup. n. 12.* & Carol. de Grass. *n. 150.*

Sup. hoc supra in §. 1. huius Resol. & in Resol. seq.

4. Notandum est etiam hic, quod serui clericorum perpetui, etiamsi sint Mauri, Turcæ, & à Catholica Ecclesia alieni, gaudent tamen hoc priui-

legio fori, Et ita docet Paramus *in defens. iurisdict. Sancti Officij, cap. 14. num. 47.* & Narbona *vbi supra in 3. part. recopil. lib. 4. tit. 1. leg. 20. gloss. 1. num. 34.* vide etiam Crotum *lib. 3. cons. 363. num. 19.* & Angelum *in l. vtimur, ff. de Sepulchro violato, & in l. 1. ff. ad leg. Iuliam Maiestatis.*

RESOL. CLXI.

An serui Clericorum gaudeant priuilegio fori?

Et an doctrina huius quæstionis debeat accipi de famulis professorum, & studiosorum quotidianis, necessariis, perpetuis, & propriis; & quid de familia laica Episcoporum? Ex part. 7. tract. 7. Resolut. 62. aliàs 61.

§. 1. NOn loquor de seruis vendititiis, nam de illis nullus sermo in hoc Tractatu, sed de* perpetuis, & hos priuilegio fori gaudere docet Carauita *Ritu 46 n. 27.* Menoch. *de Arbitr. cent. 6. cons. 562. n. 3.* Thesaurus *dec. 22.* & alij quos citat Squillante *de Priuil. Cler. c. 7. n. 57.* & Carolus de Grassis *de effectib. Clericat. effect. 1. n. 149.* Vide etiam circa præsentem materiam Hulricum Hunnium, *in Comm. de Priuileg. Studiosorum, cap. 5, quæst. 5.* vbi probat seruos gaudere priuilegio fori, quo gaudent scholares Domini; & ideo sic ait: Famulos atque ministros professorum ac studiosorum, quandiu in ministerio illorum sunt, iisdem, quibus Heri, gaudere Priuilegiis, certi videtur, & expediti esse iuris; Tum quia *in l. 3. C. de scholar, lib. 11.* expressè scholarium seruis idem tribuitur priuilegium, quod ipsis scholaribus: Tum quia quod vni conceditur Priuilegium id quoque cæteris concessum, & indultum intelligitur, sine quibus hic priuilegio suo commodè frui non potest, *arg. leg. 2. ff. de iurisdict.* Atque studiosi & professores, quibus conceditur, vt securè ad ea loca proficiscantur, vbi studia litterarum exercentur, ibique sine iniuria habitent atque versentur, non possunt hoc frui beneficio, nisi idem quoque suæ familiæ, si quam habuerint tribuatur: Igitur Imperator Fridericus, concedens professoribus & studiosis, vt securè, & tutò habitent, permittere quoque censetur, vt non soli, sed cum illis, quibus cum habitandum est, & sine quibus honestè vel commodè habitare non possunt, habitent: Tum quia Clericis tributa priuilegia concessa ad familiam quoque Clericorum extenduntur *leg. 2. C. de Episcop. & Cleric.*

* Sup. hoc in §. 1. & vlt. præcedentis Resolution.

Sup. his sup. ex doctrina Res. 157. §. 1. cursim ad mediũ. verf. Nihilominus & melius inf. in tra. 8. Res. 3. §. Probatur tertiò.

Supr. hoc in Res. præterita à §. 2. vsque ad §. vltimum, & in alio §. posito in annot. dicti §. 2.

2. Cæterum hoc ipsum hanc recipit interpretationem, quòd referri debeat ad eos famulos, & seruos, quos vsus sui causa circa se habent, eo in loco, vbi commorantur *leg. 203. de verb. signif.*

3. Hinc itaque constare videtur quòd priuilegiis professorum, & studiosorum omnibus immunitatibus gaudeant quoque eorundem famuli & serui, quos nempè sua in familia habent, quod etiam ad fori Priuilegium extendendum existimo, sic, vt non oppidano, sed academico magistratui subsint: Quanquam nonnullis in Academi s famuli studiosorum, nisi immatriculati priuilegio fori non gaudeãt, quod in Gallia obseruari scribit Rebuffus, de iure communi secundùm prædicta secus esse opinor.

4. Deinde prædicta accipi debent de famulis professorum & studiosorum, quotidianis, necessariis, perpetuis & propriis, qui scilicet operam suam professoribus, & studiosis, ita addixerunt, vt ad eorum iussum adsint, iisque seruiant, & velut accessio illorum sint. Hucusque Hunnius, cuius opinio non solùm deseruit pro præsenti quæstione, sed etiam pro familia laica Episcoporum.

Super hac familia laica Episcoporũ latè infrà in Res. 182 &c.

RESOL CLXII.

An Religiosus professus, qui miscuit se in criminibus enormibus, amiserit priuilegium fori, ita vt sine metu censurarum possit illum iudex laicus punire?

Et supponitur Religiosum professum nunquam perdere priuilegium fori, etiam si apostataret à Religione, habitúmque dimitteret, &c.

Et explanatur, quæ sunt necessaria, vt Religiosus, & Clericus perdant priuilegium fori.

Et an in dicto casu Religiosus à suo Superiore sit degradandus, & Curia seculari tradendus, quod idem dicendum est de Clerico? Ex part. 1. tract. 2. Res. 130. aliàs 129.

§. 1. SVppono primò, Religiosum professum nunquam perdere priuilegium fori, etiamsi apostataret à Religione, habitúmque dimitteret, nisi in casibus, quibus illo priuilegio priuantur Clerici, in sacris constituti, propter delicta in aliquo canone expressa. Ita DD. communiter. Vide Layman *in Theolog. mor. lib. 4. tract. 9. c. 7. n. 5.* Aldrete *de religiosa disciplina tuenda, lib. 1. c. 3. per tot.*

2. Suppono secundò professum Religionis approbatæ æqualem esse initiato Ordinibus sacris quoad priuilegium fori: est enim mancipatus seruitio Ecclesiæ, & Religionis, & addictus diuino obsequio; nec ampliùs ad sæcularem statum redire potest. Ita Nauarr. *de priuilegiis cons. 25. n. 7.* Rodriquez *tom. 2. q. 2. art. 5.* Scaccia *de iudic. tom. 1. c. 1. n. 82.* Sylvester *verb. excom. 6 n. 7.* & alij.

3. His suppositis, posset aliquis respondere ad dubitationem propositam affirmatiuè. Primò, ex authoritate *cap. perpendimus, de sent. excom.* Secundò, *ex c. 1. de apost.* Tertiò, *cap. ex parte de priuileg.* Et ita docent Doctores, quos citat, & sequitur Farinac. *de inquisit. q. 8. n. 54.* & Iul. Clarus *in pract. crim. lib. 5. q. 26. n. 23.* quibus ego addo Sylvestrum *verb. excommunic. 6. n. 7.* Caietanum *in summa verb. excommunicat. c. 11. not. 7.* Coriolanum *in expos. Bull. Cœn. excom. 19. cas. 3.* Molinam *tom. 4. tract. 3. disp. 49. n. 21.* Reginald. *tom. 1. lib. 19. cap. vlt. sect. 1. n. 79.* Graffium *in dec. aur. par. 1. lib. 4. c. 20. n. 151.* Bobad. *in polit. tom. 1. lib. 2. c. 18. n. 95.* Heuia *in Curia Philippica part. 3. §. 3. n. 30.* Scaccia *de iudic. to. 1. c. 11. n. 79.* & Ricc. *in praxi tom. 1. ref. 172. n. 2.* vbi asserit, quòd in Regno vtriusque Siciliæ, ad instantiam Imperatoris Caroli V. Summus Pontifex Clemens VII. pro bono regimine concessit, ne absque trina monitione procedi possit contra Clericos incedentes sine habitu, & tonsura, ac se immiscentes sæuis, & enormibus.

Sup. hoc sup. in Res. 5. dict. in to. §. tra. ex Res. 37. lege §. 2. ad mediũ, quia priuilegium fori est indultum à iure diuino.

4. At his minimè suffragantibus, contrariam sententiam prorsus amplectendam esse existimo. Dico igitur, supradictum N. Religiosum gaudere priuilegio fori, eò quòd non fuerit monitus. Et ita in terminis casus nostri docet sapientissimus senex Nauar. *de priuileg. cons. 25. per totum*, loquens de quodam Religioso professo, non autem sacris Ordinibus initiato, qui plurima, & enormissima delicta perpetrauerat. Idem etiam docent communiter Theologi, vt Ioan. de la Cruz *in direct. conscient. p. 2. de Sacram. ordin. dub. 8. concl. 4.* ex Societ. Iesu Comitol. *in respons. moral. lib. 1. q. 96. n. 3.* Filliuc. *tom. 1. tract. 16. cap. 11. numer. 314.* ex nostra Religione Megala *in 3. p. lib. 3. c. 11. num. 30. 31. & 32.* Franciscus Aponte *cons. 24. num. 4.* vbi ex Butrio, & aliis, sic asserit: [Sunt necessaria ad hoc, vt clericale priuilegium, quoad forum, perdatur, primò, quòd non incedat in habitu. Secundò, quòd immisceat se enormibus. Tertiò, quòd in aliis frequẽtauerit. Quartò, quòd in illis sit deprehensus. Quintò quòd

Sup. contentis abhinc vsque ad §. Ad priuilegium, huius Res. supra in Res. 109. per

quòd sit monitus. Sextò, quòd post monitionem fuerit incorrigibilis.] Ita etiam docet Rodriquez *tom.2. q.2.art.5.* Bonacin. *de legib.disp.10.q.2. punct.1.§.1.n.5.* Argelus *in verb. Clericus* 10.*n.1.* Tabiena *verb. excommunicatio*, 5.*n.25.* vbi carpens Syluestrum, sic ait: [Quidam dicunt, quòd opinio, quæ dicit, quòd perdit priuilegium fori, est practicanda: sed, me degente Bononiæ, practicata est opinio contraria, toto approbante studio.] Nec desunt pro hac sententia doctissimi Iurisconsulti: nam præter Abbatem, Ioan. Andr. & alios quos adducit Farinac. *vbi suprà*, illam mordicus tenet Ceuallos *tr. de cognit. per viam viol. p.2. q.75. per totam* Anguiano *de legibus lib.2. contr. num.19.21. & 24.* Albertinus *in cap. quanquam de Hæret. quæst.14. num.11.* Alexander de Imola *lib.1. cons.8.* Salsedo *in annot ad pract. crim. Bernardi Diaz, cap.141.* Bellettus *in disquis. cler. p.1. tit.3.§.7. num.3.* Barbosa *in collect. tom.2. lib.5. tit.39. c.25. num.2.* Ambrosinus *de immun. Eccl. c.17. n.16.* Fachineus *in controuer. lib.9. c.28.* Triuisanus *lib.2. decis.48. num.117.* & alij penes ipsos. Vide etiam Zipeum *in nouo iure pontificio, lib.2. tit. de foro compet. n.36.* & ratio est clara, & expressa habetur *in c. in audientiam & in c. contingit. de sent. excom.* vbi Summus Pontifex determinat, quòd non præcedente trina monitione, Clericus non amittit priuilegium fori. Quæ doctrina est ita vera, vt Clericus etiam incorrigibilis non amittat priuilegium fori, nisi priùs ter fuerit monitus, vt ex multis probat Altherius *de censuris tom.1. disp.1. lib.2. c.6. fol. mihi* 183. Vide etiam pro hac sententia Decretalem Bonifacij Octaui *Si Index laicus. de sent. excomm. in 6.*

5. Nec faciunt pro contraria sententia Canones adducti: nam dicendum est, vt iura iuribus concordemus, Canones illos intelligendos esse, quâdo præcessit trina monitio, cùm alia iura clament, vt notatum est; Clericos non amittere priuilegium fori, nisi præcedente monitione. Ergo, &c. Et ita respondet noster Megala *vbi suprà in 3.p. lib.3.c.11. num.31.* & Ambrosinus *de immun.c.17.num.16.* cum aliis. Vnde Albertinus *vbi sup. in c. quanquam de Hæret. q.14.n.11.* Ioan. Lupus *tract. de libertate Eccles. p.2. q.9.* Altherius *de cens. tom.1. disputat.1. lib.2. cap.6. fol.185. col.1.* putant in casu, *cap. perpendimus.* præcessisse monitionem. Nec valet dicere cum Vincentio de Franchis *decis.463. n.15.* & aliis, quod in nostro casu idem operatur diuturnitas temporis, quod trina monitio: nam respondetur, quod iura non distinguunt, sed absolutè asserunt necessariam esse monitionem. Et Doctores pro nostra sententia adducti loquuntur de Clericis in enormitatibus inueteratis: & ita intelligunt illa iura, prout realiter, & sine tali distinctione intelligenda sunt.

6. Vel posset aliquis respondere *ad cap. perpendimus.* quod loquitur de priuilegio Canonis; & non fori: & ita præter DD. citatos respondet Coninch. *de Sacr. disp.14. dub.15. n.180.* & Suarez *vbi infrà, & de censuris, disp.22. sect.1. c.13.* & patet ex contextu litteræ: nam in d. cap. narratur, quendam Comitem curasse suspendi Presbyterum, qui abiecto habitu seditionem fecerat; diciturque illius Interfectores non mittendos quidem pro absolutione ad Pontificem, quia, scilicet, non erant excommunicati) iniungendam tamen iis esse pœnitentiam; quia, scilicet, peccauerãt vsurpando iurisdictionem in nõ subiectum. Si autẽ talis Sacerdos amisisset priuilegium fori, fuisset subiectus illi Comiti, & merito suspensus, atque ita eius interfectores non peccassent. Vnde, vt diximus, clarè patet, quod in hoc Canone Summus Pontifex loquitur de priuilegio Canonis, & non fori. Vel dicendum est cum Anguiano *tract. de legib. lib.2. contr.15. n.29.* quod in casu particulari *dicti c. perpendimus*, periculum erat in mora: quod non accidit in casu nostro. Ergo, &c.

7. *Ad cap.1. de apostatis*, respondeo cum Suarez, *vbi infrà*, quod loquitur de Clericis minoribus. Vel melius dicendum est, quod in hoc textu non dubitatur de iurisdictione Ecclesiastica; sed an Clericus perdat priuilegium clericale sine vlla monitione. Et huic dubitationi respondet Pontifex: *Eum per censuram Ecclesiasticam non præcipimus liberari.* & sic nõ vult Pontifex ei succurrere, vt liberetur. Et assignat rationem: quia indignum est, eis ab Ecclesia subueniri, per quos constat in Ecclesia scandalum generari: & sic non dicitur in eo textu, an ij, qui talem Clericum comprehendunt, & manus violentas in eũ iniiciunt, excommunicationem incurrant; sed, quòd non deceat tales Clericos iuuare. Neq; ex hoc bene sequitur, permitti Iudicibus sæcularibus facultatem eos apprehendendi, tanquam exutos omni priuilegio clericali. Ratio autem dubitandi erat: quia adhuc Clericus retinebat priuilegium clericale, ex eo, quia ter monitus non fuit. Et ita respondet ad verbum Ceuallos *tract. de cognit. per viam viol. p.2. q.75. n.15.* & ante illum Fachineus, *vbi supr. in contr. lib.8. cap.29.* Vnde noster P. Megala asseruit *in 3. p. lib.3. c.11. q.1. n.31. dictum c.1. de Apostat.* non probare, Iudices laicos posse punire prædictos Clericos Apostatas; sed tantùm non præcipere Iudicibus Ecclesiasticis, vt per nouas censuras cogant Iudices sæculares, qui huiusmodi Clericos retinent, ad illos dimittendos. Vnde fit, vt in hoc casu possint Episcopi, si volunt, cogere, laicos per censuram Ecclesiasticam, vt huiusmodi Clericos captos ad sua Tribunalia remittant; hoc tamen facere non tenentur. Sed quamuis Episcopi taceant, nullum tamen ius laici acquirunt, ad puniendos prædictos Clericos, cùm ab hoc de illorum foro non efficiantur. Ita noster Megala.

8. *Ad c. ex parte, de priuilegiis*, multipliciter respondent Doctores apud Barbosam *in collect. tom.2. lib.5. tit.33. c.27. n.3.* Sed mihi placet responsio Patris Suarez *contra Regem Angliæ, lib.4. cap.27. n.24.* Butrij *d.c. ex parte*, Couarruuiæ, & aliorum, quòd *dictum c.* loquitur de Clericis minoribus, vt *cap. vnicum de vita, & honest. Cler. & clem.1. eodem tit.* vel dicendum est cum Abbate *in d. cap. perpendimus. n.8.* Couar. *pract. qq. cap.42. num.2.* quia dictæ constitutiones pœnales sint; ideò non habent ad alium casum extendi; & cùm sint casus particulares, non est trahenda illatio ad alios casus etiam maiores, vt rectè notat Altherius *de censuris tom.2. disp.1. lib.2. c.6. fol.184. col.2.§. hoc autem. & fol.184. col.2.§. respondeo.* & Fachineus *vbi suprà, lib.9 contr. cap.28. in fine.*

9. Ad priuilegium verò Clem. VII. in contrarium adductum, respondeo, quòd firmat nostram sententiam: nam ex illo apparet, non posse sine monitionibus Principes Clericos facinorosos punire. Sed an dictum priuilegium sit verum, nescio; & an sit reuocatum per Bullam Cœnæ, remitto me ad Patres Theologos Religionis seruorum *in defens. censur. Pauli V. c.8. n.19.* Ioan. Beltramum de Gueuara *in propugnat Eccl. libertatis, §.17. n.43. asser.1.* Sayrum *de censuris, lib.3. c.25. n.10.* Duardum *in Bull. Cœn. lib.3. §.5. q.1. n.1.* Maynardum *de priuil. Eccl. p.2. art.18. num.10.* Barbosam *in collect. tom.1. lib.1. tit.2. cap.10. num.25.* & alios. Adde quod, licèt tale priuilegium non esset reuocatum; tamen nihil operatur in casu nostro: nam hoc priuilegium, vt patet ex ipsius contextu apud Martham *de inrisd. p.2. c.32. n.38.* loquitur de Clericis minoribus; nõ autem de Religiosis professis; qui, vt *supr.* notauimus, æquiparantur initiatis sacris Ordinibus. Vnde ex his omnibus manifestè apparet, supradictum Religiosum gaudere priuilegio fori,

nec posse illum vllo pacto Iudicem laicum, sine incursu censurarum punire. Vnde ex ipsismet aduersariis Clarus, & Farinacius cum formidine, & cum protestatione correctionis Romanæ Ecclesiæ contrariam sententiam docent: & Caballus, licèt cum Farinacio, & aliis stet aduersus nostram sententiam; tamen *vbi supr. cas.* 60. *n.* 22. tandem in hæc verba prorupit [Non caret (ait) dubitatione opinio per Franciscis firmata, quòd tali priuilegio priuatus sit Clericus, quando plura commiserit delicta, in eis perseuerauerit: nam multi non modicæ authoritatis contrarium tenent, & adhuc monitionem necessariam dicunt vt ex *superiùs* allegatis appareat: & negari non potest, quin in dubiis amplectenda sit opinio, quæ fauet Religioni, & Ecclesiasticæ libertati.] ita Cabal. Puto igitur, in casu occurrenti consulendum esse Summum Pontificem: & obsecro Dominos Iudices, vt legant doctissimum Patrem Suarez *contra Regem Angliæ lib* 4. *c.* 27. *n.* 24. *&* 25.

Sup. hoc infrà in Resol. 20. & late in cæteris eius Res. & §§. eius not.

10. Sed aliquis forsitan instabit dicendo, quòd saltem à superiori supradictus Religiosus sit degradandus, & Curiæ sæculari tradendus: nam propter homicidia, & alia crimina qualificata esse Clericos degradandos, & curiæ sæculari tradendos docent plures Doctores, quos citat, & sequitur Farinac. *vbi supr.* quibus ego addo Aldrete *de disciplina religiosa tuenda, lib.* 4. *c.* 15. *n.* 4. Molin. *de iust. tom.* 4. *tr.* 3. *disp.* 49. *n.* 18. Anilam *de censuris, p.* 4. *disp. vnica dub.* 3. *concl.* 5. Gambacurtam *de immun. Eccl. lib.* 7. *c.* 14. *n.* 12. Delriũ *in disq. mag. lib.* 5 *sect.* 16. Altherium *de censuris, tom.* 1. *disput.* 1. *lib.* 2. *c.* 6. *fol.* 186 *col.* 1. Villalobos *in summa, tom.* 1. *tract.* 18. *dubit.* 12. Ambrosinum *de immunitate Ecclesiæ, c.* 17. *n.* 40. Bellettum *in disquis. cler. p.* 1. *tit.* 3. §. 10. *n.* 6. Barbosam *de potest. Episc. p.* 3. *alleg.* 110. *num.* 13. & alios.

Sup. hoc supra in Resol. 55 & late infra in resol. 328. §. 5. & sequent. & in tom. 2. tr. 3. ex doctrina Resol. 79. per tot. & signãter §. Verum.

11. Respondeo, quòd aliqui docent Clericum non esse degradandum, nisi in casibus exceptis, videlicet, hæresis, falsi commissi in Litteris apostolicis, & conspirationis in proprium Episcopum: & ita tenent Aretinus, Albertinus, & Leccius, qui respondent ad omnia argumenta Abbatis; & alij penes Aldrete, & Farinacium locis citatis. Idem ex neotericis docuit Couarruu. *lib.* 2. *var. c.* 20. *n.* 7. Fachineus *vbi supr. in contr. lib.* 8. *c.* 30. Sousa *in Bull. Cœn. c.* 16. *disp.* 82. *n.* 2. Iulius Clarus *in pract. crim. lib.* 5. *q* 36. *n.* 36. Modius *de sacris ordinibus, c.* 32. *n.* 7. Altherius *de cens. tom.* 2. *disput.* 2. *c.* 2. §. 7. & alij. Vnde stante contrarietate dictarum opinionum, existimo, dictam degradationem minimè à Superiori regulari faciendam esse, nec dictum Religiosum Curiæ sæculari tradendum, nisi priùs consulto Romano Pontifice, vt volunt ipsimet aduersarij, Farinacius *vbi supra de inquis. q.* 8. *num.* 81. & Felicianus Episcopus Scalensis, *tract. de cens. c.* 14. & Albertinus *in c. quamquam. de hæreticis, in* 6. *q.* 11. *num.* 45. sic asserit: [Episcopus debet consulere Summum Pontificem, quando delictum est enorme: quod est notandum contra multos miseros Episcopos, qui Clericum captum pro enormi delicto sine consultatione Papæ degradant: & tradunt Curiæ sæculari.] Sic ille: & ita Florentiæ consuluerunt Pontificem in casu Clerici banniti, apud Cabal. *vbi sup. cas.* 60. *n.* 23. Papiæ in casu Clerici assassini, apud Maceratensem *var. lib.* 3. *ref.* 2. & Hispali in casu quorundam Religiosorum, qui suum prouincialem occiderunt, apud Bernard. Diaz *in pract. crim. c.* 97. Vnde non assentior sententiæ Delrij *in disq. mag. lib.* 5. *sect.* 16. Et hæc satis dixisse sit circa præsentem quæstionem, quam subscripserunt manu propria, viri doctissimi ex Societate Iesv, P. Ioan. Hieronym. Soptanis Præfectus studiorum in Romano Collegio: P. Gregor. Pogius, Pœnitentiarius Sanctiss. Dom. N. ad S. Petrum: ex nostra Religione P. D. Alexander Peguinus, P. D. Thomas Pellicionius, P. D. Marcellus Megala, & P. D. Thomas Afflicto.

RESOL. CLXIII.

An Nouitij in Religione Clericorum regularium, tempore hospitij, gaudeant priuilegio Canonis, & priuilegio fori?

Et an Nouitius cum licentia Patris Generalis acceptatus in nostra Religione ante pubertatis annum, sit propriè Nouitius, ita vt gaudeat priuilegio Canonis, & fori?

Et an impuberes admissi ad religionem ante annos pubertatis gaudeant priuilegio Canonis, & per consequens etiam priuilegio fori?

Et an supradicti, Nouitij hospites gaudere etiam debeant priuilegio exemptionis gabellarum, si aliqua bona possideant?

Et an Clerici coniugati, & laici seruientes Episcopis, licet gaudeant priuilegio fori, non tamen gaudeant priuilegio gabellarum?

Et an illi, qui assumpto aliquo habitu Religioso adhibentur ad seruitia, & obsequia Monialium & ad petendum pro ipsis eleemosynam, gaudeant priuilegio Canonis? Ex part. 6. tract. 8. & Misc. 3. Resol. 7.

§. 1. NEgatiuè respondet Pasqualigus *decis.* 424. *num.* 2. *& sequent.* quia tales non sunt Deo dicati, quia adhuc laici, & solùm habent externum habitum Religionis, & proinde vocantur hospites ad significandum nondum esse admissos ad formalem habitum Religionis, & eodem pacto se habent, ac si quiliber Laicus vestiret vestes, quibus vtuntur Religiosi. Ita ille.

Sup. hoc supra in tr. 2. Resol. 107. §. Sed hic, & infra in Resol. 263. circa in duab. vltimis lin. quibus ibi dicit pro Nouitiis in aliis Religionibus.

2. Sed libenter in viro amicissimo hanc sententiam non improbarem si ansam non præberet Episcopis, imò iudicibus Laicis in dictos nostros hospites iurisdictionem exercere, nam totum hoc sequeretur ex doctrina Pasqualigi, cùm asserat supradictos se habere tanquam Laicos, & ideò priuilegio Canonis non gaudere. Verùm hæc omnia reiicienda esse puto; dico igitur supradictos gaudere priuilegio fori, & illos verberantes incurrere in censuram Canonis *si quis suadente.* Et ratio est, quia eo ipso quod aliquis receptus est in nostra Religione more solito, licèt sit intra tempus Hospitij, tamen mancipatus est obsequiis Religionis, & viuit sub obedientia Prælati, vestitus, eadem veste religiosa, vt cæteri, & facit omnes obseruantias regulares, & contraueniendo in illis punitur, gaudétque omnibus priuilegiis Religionis, ita vt Superiores cum ipso tempore hospitij vtantur omnibus facultatibus quibus vti solent cum aliis Nouitiis, & præsertim circa Sacramenta Ordinis, & Pœnitentiæ, vt patet ex praxi. Quis igitur ex his audeat negare supradictos hospites non esse personas Ecclesiasticas, & in via ad Religionem, & participare secundùm aliquem modum de statu Religionis, ita vt secundùm illam participationem sint Deo dicati, & dicantur largo modo Nouitij, & sub eorum nomine comprehendantur, ita vt si aliquis in eos manus iniiciat, incidat in censuram Canonis.

3. Probatur manifestè hæc opinio, nam vt docet Sanchez *in summa tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 24. & Bonacina *disp.* 2. *de excomm. quæst.* 4. *punct.* 3. *num.* 7. Impuberes admissi ad Religionem ante annos pubertatis, & non sunt propriè Nouitij, nihilominus largo modo vocantur Nouitij, & gaudent priuilegio Canonis ergo etiam gaudere debent Hospites nostri, de quibus loquimur; & ideo indiuidualiter pro casu nostro

nostro P. Peregrinus *in constit. pari. 2. cap. 5 litera R.* §. 6. sic ait. Dubitari potest an Nouitus cum licentia Patris Generalis acceptatus in nostra Religione ante pubertatis annũ sit propriè Nouitius, ita vt gaudeat priuilegio Canonis. Respondeo quòd largè dicitur Nouitius, tamen cum valeat ingressus, gaudebit etiam priuilegio Canonis concesso Nouitiis. Ita ille, qui, vt vides ex solo legitimo ingressu in nostram Religionem concedit impuberibus priuilegium Canonis. Ergo, &c.

4. Nota etiam quod post hæc scripta inueni supradictam sententiam docere etiam Ambrosium Marchinum Archiepiscopum Calaguritanum *in Resolutione pro Ordin. militaribus art. 6. num. 58.* vbi sic ait. [Aunque el admitido a la Religion ante annos pubertatis no sea propriamẽte nouicio, goza del priuilegio del Canon concedido à los Nouicios; y se reputa por Ecclesiastico y como parte inperfecta, y adhærente a la Religion por la misma razon ha de gozar del priuilegio del fuero.] Ita ille. Quæ quidem omnia à fortiori procedũt in nostris Nouitiis hospitibus. Ergo, &c. Adde quod, si secundùm Bordonum *in Consiliis Regularibus resol. 28. n. 19.* & Bonacinã *disp. 1. de excomm. q. 4. punct. 3. nu. 10.* Illi qui assumpto aliquo habitu religioso adhibentur ad seruitia & obsequia Monialium, & ad petendam pro ipsis eleemosynam gaudent priuilegio Canonis; quantò magis eo gaudere debent Hospites nostræ Religionis, ex rationibus superius dictis. Dicendum est igitur illos non solùm gaudere priuilegio Canonis, sed etiam fori, quod probatur ex doctrina quam tenet P. Suarez contra Regem Angliæ *lib. 4. cap. 19. num. 7.* Layman *lib. 4. tract. 9. cap. 7. num. 1.* & me citato Marchinus *vbi supra art. 4. num. 37.* asserentes, quod qui gaudet priuilegio Canonis, debet etiam gaudere priuilegio fori.

Sup. hoc cum eidem Bonacino priuilegio fori; infra in Resol. 165. §. 1. in fin. & pro priuil. Canonis, quam tenentur in tom. cit. 1. Resol. 168. Notandum est, Regulares in hoc consentientia in hac huius §. Nota tamen eidem Bonac. disp. 1. q. 5. punct. 6. §. Verum, pro hac sum.

5. Sed difficultas est, an supradicti Nouitij hospites gaudere etiam debeant priuilegio exemptionis gabellarum, si aliqua bona possiderent; & quidam vir doctus licèt mordicus mecum teneret supradictos gaudere, vt visum est, priuilegio fori, & Canonis, tamen quoad priuilegium exemptionis gabellarum, valde dubitabat, quia aiebat ipse, bona supradictorum non pertinent vllo pacto ad Religionem. Sed si hæc ratio esset admittenda contra nostros Hospites, procederet etiam absolutè quoad omnes alios Nouitios; nam eorum bona non pertinent ad Religionem, cum sit penes ipsos eorum dominium, & ipsi illa vendunt, donant, &c. Sed cum hoc non obstante, communiter asserant Doctores, vt alibi fæpius satis probaui, & probat nouissimè Palaus *tom. 3. tract. 16. disp. 1. punct. 11. num. 9.* & me citato, Trullench *in Decalog. tom. 2. lib. 7. cap. 12. dub. 5. num. 26.* nempè Nouitios gaudere exemptione gabellarum, ita etiam gaudere nostros hospites dicendum est, qui largo modo etiam dicuntur Nouitij & sunt personæ Ecclesiasticæ. Ergo, vt tales cum gaudeant priuilegio fori, & Canonis, debent etiam gaudere priuilegio exemptionis gabellarum. Nec obstat dicere: quod ex diuersis non fit illatio, *leg. Papinianus, ff. de minor.* Et ideo Clerici coniugati, & Laici seruientes Episcopis, licèt gaudeant priuilegio fori, non tamen gaudent priuilegio gabellarum. Nam respondeo cum Ambrosio Marchino *vbi supra* quod quando fundamentum concedendi hæc priuilegia est idem tunc benè valet illatio; sed in nostro casu fũdamentum concedendi dictis hospitibus priuilegium est, quia sunt personæ Ecclesiasticæ, & comprehenduntur sub nomine Nouitiorum; ergo sequitur gaudere his tribus priuilegiis fori, Canonis, & exemptionis gabellarum, quia sunt inter se connexa; nisi in casu quod iura illa diuiderent, & limitarent, vt est in casu Clericorum coniugatorum: & ad casum de familiaribus Laicis Episcopi; respondeo priuilegium non esse idem; nam non conceditur eis quia sunt personæ Ecclesiasticæ, sed quia sunt familiares Episcopi, qui de iure habent familiam armatam, & exemptam. Ad argumentum verò quod Hospites retineant dominium suorum bonorum, respondeo quod hoc non impedit quin dicta bona sint bona personarum Ecclesiasticarum.

Alibi fæpius in Resol. quæ est infra Resol. 161. & in alijs eius prima an.

Sup. his trib. priuilegijs

in Resol. not. præcritæ per totam

RESOL. CLXIV.

An Nouitius ob delictum ab eo ante Religionis ingressum commissum, sit à iudice laico puniendus, etiam si hoc in fraudem fecerit?

Et an in hoc euentu ad summum possit prædictus Nouitius puniri a iudice sæculari in pecunia, & bonis, non autem in corpore? Ex part. 3. tract. 1. Resol. 33.

§. 1. HAnc quæstionem ex Neotericis latè tractat Bartholomæus de Vecchis *in praxi Nouitiorum disp. 12. per totam*, vbi *num. 11.* sic asserit. In eo casu in quo ingressus in Religionem factus fuit cum fraude, licèt talis criminosus iuxta Sixti V. constitutionem omnibus habitibus Religionis spoliari, punirique debeat à iudice sæculari, ac si Religionem ingressus non esset; attamen quia hanc constitutionem in hac parte moderatus fuit Clemens VIII. ingressus Religionis dicitur validior ad hoc, vt Nouitius priuilegio fori gaudeat instar clerici, qui statum clericalem cũ fraude assumpsit. Et ideo quemadmodum hic clericus puniri nequit à iudice sæculari corporaliter sed solùm in pecunia, & bonis, ita vt idem iudex sæcularis sit iudex tantùm causæ, nũ autem Personæ, vt docẽt communiter Iuristæ. Ita eodem prorsus modo Nouitius in hoc euentu ad summum puniri potest à iudice sæculari in pecunia, & bonis, non autem in corpore.

Sup. hoc in Resol. seq. lege doctrinã Resol. not. seq.

Pro Clerico sup. in Resol. 111. & 132. & in fine Resol. not. præcritæ.

2. Dixi *ad summum*, quia est etiam satis probabile nequaquam posse puniri Nouitium in Pecunia, & bonis à iudice sæculari, etiam si cum fraude veniat ad Religionem, provt latè doctéque probat Marta *de iurisd. part. 4. cent. 2. cas. 121. à n. 22. vsque ad finem*; qui in ingrediente Religionem non admittit præfatam distinctionem, an scilicet sit cum fraude ingressus, nec nè; sed sustinet cognosci iudicarique debere in omni euentu, per iudicem Ecclesiasticum. Ita etiam obseruari debet quidquid in contrarium docent Bonac. *de legib. disp. 10. q. 2. punct. 1. §. 6. num. 6.* qui citat Molin.

RESOL. CLXV.

An iudex laicus possit punire aliquem, qui post diffamationem, & inquisitionem homicidij ingressus est Religionem?

Et in prædicto casu, an talis Nouitius puniri possit tantum in pecunia, & bonis a iudice sæculari, non autem in corpore, etiam si cum fraude ingressus sit Religionem? Ex part. 4. tr. 1. Resol. 95.

§. 1. DE hoc casu controuersia mihi fuit cum quodam Iurisconsulto, qui in facti contingentia adducebat pro parte affirmatiua Bullam Sixti. V. & quòd delinquens in tali casu præsumatur habitum Religionis in fraudem suscepisse.

Sup. hoc in Resol. præterita, sed lege etiam doctrinam Resol. not. seq.

2. Verum ego negatiuam sententiam teneo, quam in terminis docet Homobonus *in consult. moral. vol. 1.*

vol.1.prael.8.part.2.resp.190.& ante illum Bartholom. de Vecchis *in praxi nouit. disp.11.dub.12.num.11.* vbi rectè probat, in supradicto casu Nouitium ad summum puniri posse à iudice sæculari in pecunia & bonis, non autem in corpore, etiamsi cum fraude ingressus sit Religionem. Imò Marta *de iurisd. part.4. cent.2.cas. 121. a. num. 22.* latè probat dictum Nouitium etiam neque in pecunia & bonis, posse puniri à iudice sæculari, quod ego alibi de Clerico satis probaui. Ad Bullam verò Sixti V. assero iam moderatam fuisse à Clemen. VIII. vt notant supracitati Doctores. Ergo, &c.

Alibi in Res. Res.quæ hic est sup. 131. §.vlt.ad medium, & in aliis eius annot.

RESOL. CLXVI.

An Nouitius, habitu Religionis dimisso, possit à iudice sæculari puniri ob delictum tempore Nouitiatus commissum?

Idem dicendum est de Religiosis emissis ex Societate Iesu, si vxorem ducant, vel liberi in sæculo maneant.

Et notatur non posse Nouitium cogi à Prælato Religionis ad luendam pœnam delicto suo condignam, etiam si re integra, id est ante ceptum iudicium discedere velit à Religione.

Et de delicto cuiusdam Clerici, qui statu Clericali dimisso, vxorem duxerat: Ex part. 3. tract.1. Res. 34.

§.1. MOlina Theologus *de iust. tom. 4. tr.3. disp. 49. num. 24.* affirmatiuam sententiam docet,& idem dicendum esse de Religiosis emissis à Societate Iesv testatur, sic enim ait.Quando eiusmodi verè Religiosi nostræ Societatis non professi delicta committerent, ob quæ digni essent pœna graui,iudicarenturque Societate indigni, integrum est superioribus iuxta nostræ Societatis priuilegia in meliorem eiusdem Societatis conseruationem eos à Societate dimittere, vota illis relaxando, & tunc iudices tribunalis sæcularis, ad quos pertinere inciperent, punire eos posse puto iuxta delicta, (dum erant Religiosi) commissa, ita Molina, & hanc sententiam de Nouitiis loquens tenet etiam Ioannes de Heuia *in Curia Philippica part.3.§.1.num.12.* qui citat Bobadillam,& nouissimè Bartholomæus de Vecchis *in praxi nouitiorum disp. 11. num. 6.* asserens. Si è monasterio discedat Nouitius recusans ob delictum commissum iudicio Prælati se subiicere,puniri potest à iudice sæculari, quia in eo casu non habetur pro Religioso, quod intelligendum est dummodo Nouitius nullo ordine insignitus sit. Ita ille, & aliqui Iurisconsulti, quibus omnibus accedit nouissimè Peregrinus *in commen. ad nostras constit. part. 2. cap.5. littera R. §. 1.*

2. Sed tu prorsus negatiuam sententiam tene, quàm tuetur Bonacina *de legibus disp.10.q.2. punct.1. §. 2.num.5.* qui citat Sayrum, Abbatem, Clarum,& alios.Et idem etiam docet nouissimè Paulus Layman *in Theol. mor.lib. 4.tract. 9.cap. 8.num.5.* vbi sic ait Ecclesiasticæ personæ, quæ statum mutabilem habent, quem fermè arbitratu suo abiicere possunt,eo deposito clericalibus priuilegiis spoliantur, vt Clerici in minoribus constituti, & Religionum nouitij, præterquam quòd ob crimina in statu Ecclesiastico commissa, post eius mutationem non à sæculari,sed Ecclesiastico magistratu conueniri, ac puniri debeant, quia tempus delicti inspiciendum est.Sic ille.Et ita in Concilio Neapolitano, teste Grammatico *decis. 10. num.3.* decisum fuit circa delictum cuiusdam Clerici, qui statu clericali dimisso vxorem duxerat.

Sup. his sup in Res. 147. §. 1. & 2. & in alio eius primæ not. & lege etiã doctrinam Res. eius secundæ annot.

3. Dicendum est igitur, Nouitium postquam religionem deseruit non posse puniri à iudice laico propter delictum perpetratum tempore nouitiatus, & idem contra Molinam dicendum est de Religiosis emissis ex Societat. Iesv,si vxorem ducant,vel liberi in sæculo maneant, nam illos non posse iudicari à potestate laica propter delicta in religione perpetrata existimo.

4. Notandum est etiam hic obiter contra Suarez *de Religione tom.3.lib. 5.cap.16.num.8.* non posse Nouitium cogi à Prælato religionis ad luendum pœnam delicto suo condignum, etiamsi re integra id est, ante cœptum iudicium discedere vellet à Religione, & ita docet Bartholomæus de Vecchis *vbi supra in praxi Nouit.disp.11.n.5.*& alij.

RESOL. CLXVII.

An Equites Nouitij D.Iacobi, Alcantaræ, Calatrauæ S.Ioannis,&c.gaudeant priuilegio fori?

Et quid de ipsis Equitibus iam professis D. Iacobi, Alcantaræ, Calatrauæ, &c?

Et an idem dicendum sit de Militibus Montesæ, S.Stephani, & S. Lazari & secus autem dicendum sit de Equitibus aurei velleris, S.Michaelis, Annunciationis, B.Mariæ Virginis, & de Militibus Garreriorum, & illis vulgo dictis de la Banda, *de omnibus aliis absque Sedis Apostolicæ authoritate erectis?*

Et quid de exemptione gabellarum supradictorum Equitum Nouitiorum? Ex part.4.tract.1.Res. 36.

§.1. REgatiuam sententiam docet noster Marius Giurba *in consilis criminal. cons. 77.num.21.* vbi asserit dicto Equites quamdiu professi non sunt, minimè priuilegio fori gaudere, quia non sunt verè Religiosi,& in hoc ponit differentiam inter Equites D. Ioannis, & hos, quia illi etiam nouitij gaudent priuilegio fori, hi autem minimè, & hanc sententiam ante illum docuerat Bobadilla *in polit.tom.1.lib. 2.cap.19.num.16.* Mastrillus *decis.290. num.166.* Villadiego *in polit.cap. 5.§.20. num.112. & 114.* Cenedus *in quæst. Canon. quæst. 4.num. 40.* Rodriquez *in qq.regul. tom. 2.quæst. 62. art.14.* & alij

Sup. hoc in Res.seq.

2. Sed hos milites esse verè Religiosos, satis ego probaui *in part.1.tract. 2.* * *res.49.*& ideo etiam docui nouitios dictarum Religionum gaudere priuilegio fori, & exemptione gabellarum, quam sententiam, etiam quoad nouitios, aduersùs Giurbam nominatim tenet Nouarius *in tract. nouissimo de pract. fori sect.2. quæst. 66. n. 29.*& Riccius *in praxi tom.4.resolut. 181. num. 2.* Idem docet Valenzuela *tom.1.consil. 95. num. 53.* Didacus la Mota *de confirmatione Ordinis D.Iacobi lib.2.cap. 2.§.8.num.28.* doctus Scipio Rouitus *consil. 96.* Barbosa pater & filius, hic *tract. de potestate Episcopi part. 2.allegat. 12. num.45.* ille *in remission. ad ordinat. Lusitan. lib.2. tit.12.§. 1.num.2.* vbi affirmat, ita iudicatum esse in Regio Senatu Portugalliæ, & sic etiam fuisse decisum in sacra Rota Romana,& in Congregatione Eminentissimorum Cardinalium testatur Riccius *vbi supra*Dicendum est igitur, Equites D. Iacobi, Alcantaræ,& Calatrauæ gaudere priuilegio fori, non solùm emissa professione, sed etiam tempore nouitiatus.

* Quæ hic est infra Res. 262. à lin.5. & pro exemptione gabellarum dicta Res. in principio, & in fine, & in Res.171.in fine,& in Res. 172.§.vlt. & tom.7.tr.1. Res.54.§.vlt.

3. Nota etiam quòd Riccius & Nouarius *loc. cit.* & alij id quod asserunt de Equitibus D. Iacobi, Alcantaræ, & Calatrauæ dicendum affirmant, & meritò, de militibus Montesæ, sancti Stepbani, sancti Lazari, secus autem dicendum est de Equitibus aurei Velleris, sancti Michaelis, Annuntiationis B. Virginis, & de militibus Garreriorum, & de illis vulgò dictis *de la Bunda*, & de omnibus aliis absque Sedis Apostolicæ authoritate erectis.

Sup. contenta in hoc §. in Res.seq.§. 2 à lin.10. & lege infra ex Res.171.§. An vero.& seq. & Res.172.

RESOL.

RESOL. CLXVIII.

An Nouitij D. Iacobi, Alcantaræ, Calatrauæ, & præsertim D. Ioannis gaudeant priuilegio fori?
Et ex doctrina huius quæstionis infertur an Prælati Religiosorum ex iusta causa possint differre professionem Nouitij apti? Ex part. 5. tract. 1. Res. 18.

§. 1. His diebus in facti contingentia accidit casus hic de quo interrogatus fui, & negatiuam sententiam tenet Mastrillus *decis. 290. nu. 166.* vbi sic ait. An miles huiusmodi Ordinum, qui adhuc professionem non fecerit, gaudeat priuilegio fori? Dico quod non, secundùm Socinum *in cap. proposuisti, de foro competenti* & Bossium *eod. tit. num. 144.* & ita alias vidimus practicatum in Regno. Ita ille. Cui adde Villadiego *in Polit. cap 5. §. 20. num. 112. & 114.* Bobadillam *in Polit. tom. 2. lib. 2. cap. 19. num. 16. & seq.* Rodriquez *in qq. reg. tom. 2. q. 62. art. 14.* & Hieronymum Cenedo *de paupert. Religiosa, dub. 50. n. 20.* ibi, [Lo qual se entiende si delinquen despues de professos.]

2. Sed ego affirmatiuam sententiam prorsus tenendam esse puto, quam alibi docui, & me citato docet nouissimè Illustr. & amantiss. Dominus meus Ambrosius Marchin. Archiep. Calaguritanus *in res. pro Nouitiis dictorum Ordinum*, vbi *in fine*, sic asserit. [De todo lo qual consta que todos los Nouitios de todas las tres dichas Ordenes Militares sin differencia ni distinction alguna en todos, y qualesquier delictos sin excepciõ alguna dellos gozan del priuilegio del fuero. y lo mismo se ha de desir de los * de Montesa y de todas las demas Religiones militares, que tuuierẽ la misma forma de los tres votos, y constituciones confirmadas por la Sede Apostolica.] Ita sapientissimus ille vir, cui adde videndum eruditum, & doctum Thom. Carleualium *de iudiciis, l. 1. tit. 1. q. 6. sect. 3. à n. 239. vsque ad n. 445.* qui respondet ad ea, quæ asserit Bobad. & ratio est, quia sicut Nouitij Religionum Regularium gaudent priuilegio fori ante emissam professionem, sic etiam Nouitij harũ Religionum Militarium. nam, vt probat amicissimus & doctus Nouatius *tom. 1. qq. forens. cap. 24.* valet argumentum de statu Regularium ad statum & Religionem Religiosorum Militarium; & ita declarasse sacram Congregationem Cardinalium, testatur Riccius *in praxi tom. 4. ref. 249. num. 3.* quæ quidem omnia procedunt, à fortiori in Nouitiis Religionis D. Ioan. Vnde nescio quomodo aliqui ausi sunt sine timore censurarũ Bullæ Cœnæ consulere potuisse Principẽ laicum quemdam Nouitium dictæ Religionis carcerare, cum supradicta Religio sit vt aliæ Religiones Regularium, & dissoluat matrimonium ratum, & non consummatum, & contrarium asserere esset censura dignum: ergo, &c. Et ideo non est attendenda contraria consuetudo si adesset, etenim esset contra immunitatem Ecclesiasticam à sacris Canonibus & Bulla Cœnæ singulis annis reprobata.

3. Nec valet dicere, quòd supradicti Equites aliquando multos annos remanent in Nouitiatu: nam hoc non tollit eis priuilegium fori, vt probat Marchinus *vbi sup.* adi illum & non pigebit, acutè enim & doctè, vt semper solet, materiam hanc pertractat. Et pro Regularibus obseruat ex Rodriquez & Sanchez. [que pueden los Superiores por iusta causa diferir la profession de los Nouitios aptos, y assi confirmase de hõbres doctissimos de la Vniuersidad de Salamanca, se dilato en la Orden de San Francisco la profession de vn Nouitio hasta que cumplio los veyente annos, por que a quella edad era necessaria para disponer de vnos bienes.] Ita ille quod est valde notandum, & ego olim consului. Vnde ex his & per ea, quæ latè adducit Marchinus, & Carleualius, satis remanet confutata doctrina Petri de Vrriez *in Æstino otio p. 2. n. 109.* quem meritò inter auctores prohibitos annumerauit sacra Congregatio Indicis *in decreto edito die 4. Februarij 1627.*

RESOL. CLXIX.

An iudex laicus possit ciuiliter, seu criminaliter cognoscere causas aduersus Equites D. Iacobi, Alcantaræ, Calatrauæ, &c?
Et An dicti equites gaudeant priuilegio Canonis, & fori? Ex part. 1. tract. 2. resol. 73. alias 72.

§. 1. Affirmatiuè respondent, qui opinantur, dictos Equites nõ esse verè Religiosos, quorum sententiam * *suprà* refutauimus.

2. Et ideò asserendum est supradictos esse verè Religiosos, & gaudere priuilegio fori, sicut gaudent cæteri mendicantes: & eorum Iudices Conseruatores possunt excommunicationem fulminare aduersùs iudices laicos qui illos cognoscere volunt. Et ita docet doctissimus Mota *de confir. ord. D. Iacobi, lib. 2. cap. 1. §. 9.* ex Bullis Pontificiis Alexandri III. & aliorum. Idem docuit Franciscus Molina, & Michaël Carranca præstantissimi Theologi apud eundem Motam *lib. 2. c. 2. §. 32. num. 31. & 43.* Et nouissimè hanc sententiam amplexus est Ceuallos *tract. de cognit. per viã viol. p. 2. q. 149. n. 23.* vbi ita pluries fuisse iudicatum in Hispania, testatur. Mastrillus verò *tom. 3. dec. 280. n. 165.* adducit litteram Regiam, datam die 10. Ianuarij, 1609. vbi statuitur, huiusmodi Milites in causis criminalibus, & mixtis gaudere priuilegio fori; causas verò ciuiles terminari debere iuxta stylum, & consuetudinem loci. Sed pro omnimoda exemptione fori dictorum Militum, facit doctrina Layman *in Theol. mor. lib. 4. tr. 9. c. 7. num. 1.* & Suarez *contra Regem Angliæ, lib. 3. cap. 29. num. 7.* asserentium, gaudentes priuilegio canonis, gaudere priuilegio fori. Sed dicti Milites D. Iacobi, Calatrauæ, &c. gaudent priuilegio canonis, vt ex multis notat Bonacina *de censuris, disp. 4. q. 4. punct. 1. num 7.* Filliucius *tom. 1. tract. 15. c. 1. q. 4. n. 14.* Marinus Antoninus *var. resol. lib. 1. cap. 112. cas. 63.* Carolus de Grassis *de effect. cler. effect. 9. n. 131.* Nauarrus *cons. 11. de Regular.* Giptius *de cas. reser. cap. 3. num. 15.* & alij. Ergo debent gaudere priuilegio fori; quia aliter in iure non est determinatum, vt de Clericis minoribus, qui gaudent priuilegio canonis, sed non fori, si conditiones Concilij Tridentini non obseruant.

* Sup. in Res. quæ hic est infra 262. & in aliis multis eius not. positis ad lineam §.

Sup. hoc in tom. 5. tr. 1. Resol. 49. & 50.

RESOL. CLXX.

An Fratres D. Ioannis, qui portant mediam Crucem albam gaudeant priuilegio fori, & gabellarum? Ex part. 3. tract. 1. Res. 51.

§. 1. Negatiuè respondet Bobadilla *in politica tom. 1. lib. 2. can. 18. num. 233.* sic ait. [Los Confrayles de la Orden de san Iuan de Rodas, que traen media Cruz blanca, ò vn Tao blanco, que son seglares, y viuen sin regla y con sus bienes y habito, y se casan, no gozan del priuilegio del fuero, y essencion de tributos.]

2. Non desinam tamen hîc adnotare, nouissimè Episcopum Vicequensem Aloysium Riccium *in praxi tom. 4. resol. 177. num. 3.* affirmatiuam sententiam docere;

cere putat enim dictos Fratres remitti debere ad magnum Magistrum eorum ordinarium superiorem, cùm sufficiat, quòd militent sub dicta Religione,& ideò tanquam alij debent quoque fori priuilegio gaudere.

RESOL. CLXXI.

An Milites D.Ioannis gaudeant priuilegio fori?
Et si dicti Equites D.Ioannis exerceant officia sæcularia, & in illis delinquant, an possint puniri a iudice laico?
Et an vero idem dicendum sit de Equitibus S.Stephani & S. Lazari?
Et quid de quibuslibet aliis Religionibus Militaribus tria vota emittentibus in manibus Prælati,& a sancta Sede Apostolica approbatis?
Et quid sentiendum est de exemptione gabellarum?
Ex part.4.tract.1.Resol.86.

§. 1. SVperuacanea videtur hæc quæstio, & tamen non defuit Villadiego *in polit.c.5.numer.*112. qui hæc scripsit. [Es competente el Iuez seglar contra los caballeros de la orden militar de san Iuan en las causas ciuiles,y en las que delinquieren en officios seglares de Regidores, corregidores, y en los delittos graues.] Sic ille.

2. Sed immeritò quidem nam extra controuersiam est quòd in omnibus delictis, licèt grauibus,& atrocibus,supradicti milites gaudent priuilegio fori, cùm sint verè Religiosi. Vnde Principes in dictos iurisdictionem exercentes contrauenium Bullæ Cœnæ, & incurrunt in excommunicationem.Vide Barbosam *de potest.Episc.part.2.allegat.12. num.*45.Paulum Squillante *de priuileg.Cleric.cap.7.num.*46.& nouissimè Guazzinum *de defens.reorum tom. 1. defens.1. cap.2.num.*5.Io. Marium Nouarium *de elect.fori sect. 2.quæst.69.per totam*,& ideo si dicti Equites D.Ioannis exerceant officia sæcularia,& in illis delinquant, non possunt puniri à iudice laico, vt probat Bellett. *in disquis.Cleric.part.1.tit.3.§.1.num.*16. Caballus *centur.1.cas.*64.Narbona *in recopilat. leg. Hispan.leg.*20. *glossa* 20.*num.*34.& ego ipse alibi.

Sup.hoc supra in Resol. 68. §. 2. in fine, &c.

Alibi ibidem Sup. hoc in Resol.not. seq.

3. An verò idem dicendum sit de Equitibus S. Stephani & S. Lazari, negatiuè respondet Elisæus Danza *in pugna DD. cap.1.de qualitate officialium, num.*82.vbi sic ait. Quod verò ad duorum Stephani & Lazari Equites,quia in eorũ priuilegiis non habẽt *Exequatur*,& sic in illis militiæ Iesu Christi in Lusitania, isti S.Stephani à Duce Florentiæ,& in eorum delictis isti milites Lusitaniæ S. Stephani,& S. Lazari à iudicibus sæcularibus cognoscuntur,& fori declinatoriam non opponunt. Sic ille.

Quæ nunc hanc sequetur, & ne prætermittas legere alios §§. eius primæ notat.

4. Sed ego *in 3.part.tract.1.resol.*61.docui supradictos Equites gaudere priuilegio fori, & adduxi multos Doctores, quibus nunc addo Nouarium *de electione fori, in editione nouissima, sect.2.q.69.n.*31. Bonacinam *de cens.disp.2.quæst.4.punct.3.num.*9. & Ioannem Sancium *in selectis, disp.*49. *num.*13. vbi sic ait.Verè Religiosos esse Equites Christi,& de Atis in Lusitania, & Montesæ in Aragonia,& S.Stephani in magno Ducatu Florentiæ,probabiliter arbitror, cùm hi etiam milites professionem trium votorum in manibus Prælatorum emittant,non aliter ac milites S.Iacobi,Alcantaræ,& Calatrauæ,præter Equites S.Stephani,qui votum castitatis,obedientiæ,& charitatis emittunt,& non paupertatis, vt ex Bulla Pij IV. ad fundationem concessa *anno* 1560. Cosmo de Medicis Florentiæ magno Duci constat,quam ego vidi.Et idem iudico de quibuslibet aliis Religionib. militaribus tria vota emittentibus in manibus Prælati, & à Sede Apostolica approbatis. Hæc Sanctus. Vide Caball.*centur.2. cas.*225. & Viuianum *tract. de iurepatronat p.2.lib.6.c.2.n.*19.qui ponit Bullas exemptionis dictorum Equitum; vnde ex his apparet non esse audiendum Villadiego *in polit.cap.5.num.*116. & 117. asserentem priuilegia dictorum Equitum esse tantùm localia, nam cùm sint verè Religiosi,vt patet ex Bullis Pontificiis, eorum priuilegium est absolutum,& eo gaudere debent vt Religiosi in omnibus mundi partibus, vt de Equitibus D.Ioannis, D.Iacobi, Alcantaræ & Calatrauæ,&c. dicendum etiam est.Vnde ex his rectè docuit Barbosa *de potest. Episcopi part.2.allegat.*13. *num.*14. cum Nauarro supradictos milites S. Stephani gaudere exemptione gabellarum.

Sup. hoc in Resol. seq. §. vltim. & in aliis eius annotat.

RESOL. CLXXII.

An Milites S.Stephani,& S.Lazari gaudeant priuilegio fori?
Et an dicti Equites,etiam nouissimi gaudeant exemptione gabellarum: Ex parte 3.tr.1.Resol.61.

§. 1. CArolus de Grassis *de effect.clericatus, effect.* 1.*n.*115. testatur quòd in hoc Regno Siciliæ dicti milites non gaudent priuilegio fori,& idẽ procedere in Regno Neapolitano testatur Imbrianus *in tr.de Iudice, & c.p.vlt. n.*25. quia non habent Regium *exequatur* in suis priuilegiis.

Sup. hoc in Resol. præter. §.An vero.& seq. & vide doctr. §. vlt. Resol.167.& ex Resol.168.§.sed ego à lin.10.

2. Sed quidquid sit de hac praxi, ego puto dictos milites gaudere priuilegio fori,quia connumerantur inter personas Ecclesiasticas, & profitentur religionem approbatam à Summo Pontifice, & ita docet Bonacina *in Bull.Cœn.tom.3.disp 1 q.16.punct. 3.num* 16. Nauarr.*cons.*12.*de regular.*Barbosa *de potest.Episc.p.2.allegat.12.n.*45. & nouissimè Aloysius Riccius *in praxi tom.4. resol.76. num.*3. loquens de Religione sancti Lazari, asseruit esse veram religionem, & gaudere priuilegio canonis, & quòd Pius IV. confirmando anno 1565. priuilegia dictæ religionis, exemit ipsam in omnibus casibus,in quibus est exempta religio sancti Ioannis Hierosolymitani, & etiam Marius Antoninus *lib.2.de resol.*112.*cas.*63. docet dictam religionem sancti Lazari esse veram religionem.

3. Notandum est tamen hîc obiter dictos Equites etiam nouissimos gaudere exemptione gabellarum, sicut alibi diximus de nouitiis D.Iacobi, Alcantaræ, & Calatrauæ; quidquid in contrarium asserant nostri Regnicolæ, Mastrillus *p.3. dec.* 290.*num.*166. & Giurba *in consiliis crim.cons.*77.*n.* 21. sed nostram sententiam nouissimè tenet Riccius *vbi supra in praxi tom.4.resol.*249. *n.*2.vbi citat Nouarium *tom.1.qq.cap.*42.

Sup. hoc quoad equites professos in fin. Resol. 1 not. præter & pro Alibi. posito in lin. 3.huius §. in tom.7. tract. 3. Resol 54.& pro Equitib. etiã Nouitiis sup. in Resol. 167.§.Sed &c.

RESOL. CLXXIII.

An Rectores Hospitalium gaudeant priuilegio fori?
Ex part.3.tract.1.Resol.66.

§. 1. AFfirmatiuè respondent DD. quos citat Carolus de Grassis *de effectibus clericatus effect.*1. *num.*118. si promittunt in manibus Episcopi castè viuere,& portant aliquod signum super vestimentum;secus autem dicit Abbas *in c.2.n.*11.*de foro competen.* si isti hospitalarij vruntur coniugio, & habent, & retinent proprium,& sunt laici.

Sup.hoc infra in Resol. 177. circum in fine.

2. At his non obstantibus Barbosa *de potest.Episcop.part.2.alleg.*12.*num.*40. & Valascus *cons.*105.*n.*3. asserunt

asserunt simpliciter hospitalarios Prælati authoritate deputatos ad aliquod hospitale erectum authoritate Episcopi gaudere priuilegio fori. Sed de hoc dubio vide Decianum *in tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 9. num. 39.* Duardum *in Bull. Cœnæ lib. 2. can. 15. quæst. 9.* & alios.

RESOL. CLXXIV.

An eremitæ gaudeant priuilegio fori?
Et quid de Eremitis profugis, qui non subsunt alicui Superiori Ecclesiastico? Ex part. 4. tract. 1. Res. 35.

§. 1. REspondeo affirmatiuè, si edito voto paupertatis, vel alia susceptа obligatione apud Prælatum Ecclesiasticum, vel Episcopum Ordini, vel Ecclesiæ alicui speciatim addicti sint: secus autem dicendum est de Eremitis profugis, qui non subsunt alicui superiori Ecclesiastico, & ita docet Antonius de Marinis *in resolut. quotid cap. 114. num. 8.* Marta *de iurisdict. part. 4. cent. 2. cas. 213. num. 4. 5. & 6.* Squillante *de priuil. Cler. cap. 7. dub. 1. num 44.* Layman. *in Theol. moral. lib. 1. tract. 5. part 2. cap. 5. num. 4.* Barbosa *de potest. Episcopi par. 2. alleg. 12. num. 43.* Duardus *in Bull. Cœn. lib. 2. can. 15. quæst. 6. num. 2.* Idem etiam docet Coninch *de Sacrament. disp. 14. dub. 15. n. 164.* & nouissimè Bonacina *in Bulla Cœnæ disp. 1. quæst. 16. sect. 1. punct. 3. num. 18.* vbi ex Duardo extendit priuilegium fori non solùm ad Eremitas, qui in communitate viuunt in aliqua Congregatione sub aliquo Prælato ex tacita, vel expressa Pontificis authoritate, quamuis non faciant professionem sed etiam ad Eremitas, qui vt *suprà* diximus, peculiarem viuendi modum tenent, habitum religiosum deferentes, alicui sacro loco ex obligatione seruientes, sub obedientia Episcopi, vel alterius Prælati, quidquid aliqui in contrarium asserant.

RESOL. CLXXV.

An Tertiariæ D. Francisci, seu Bizocche, *vel* Beatæ, *vt vocant, gaudeant priuilegio fori, & possint consequi legatum pro Monachatu?*
Et quid de priuilegio Canonis?
Et an viri Tertij Ordinis D. Francisci, aliique similes, si collegiater viuant, seu cum claustralibus habitent, gaudeant priuilegio fori? Ex part. 1. tract. 2. Res. 85. alias 84.

Sup. hoc in Resol. §. vltimo princip. & in to. 2. tract. Res. 1. §. 1. post medium, à verbo.

§. 1. GAudere, si in communitatibus viuant, putauit Barbosa *de potest. Episc. p. 2. allegat. 12. n. 41.* & alij penes ipsum. Difficultas verò est, si non collegialiter viuant, sed in propriis domibus. Negatiuam sententiam docuit Carolus de Grassis *de eff. cler. eff. 1. num. 93.* & præter illos quos ipse citat, mordicùs docet hanc sententiam Ceuall. *in tract. de cognitione per viam violentiæ, p. 2. q. 61.* vbi *n. 24.* asserit, quòd etiamsi collegialiter supradicti Fratres viuant, non gaudent priuilegio fori ex determinatione Leonis X. Et sic non est amplius de hoc dubitandum, cùm causa sit iudicio Ecclesiæ decisa. Ita ille.

2. Sed fallitur: nam, vt benè notant Poncius, *vbi infra*, & Ioan. Baptista Confettus *in collect. priuil. tit. 23. c. 14. in fine*, postea supradictus Pontifex per aliam suam Constitutionem in specie illud Breue derogauit, & deinde Paulus IV. Gregor. XIII. & Sixtus V. in eorum literis, dictorum priuilegiorum confirmatoriis, eiusdem Concilij Lateran. Decretis derogarunt. Ergo non benè asserit Ceuallos, hanc sententiam esse ab Ecclesia decisam, & ideò multi contrariam opinionem tuentur, nempe, supradictas mulieres, quamuis possint contrahere matrimonium; tamen interim, donec religiosè viuant, gaudere priuilegio fori, & canonis, sicut Clerici in minoribus: & Nouitij possunt contrahere matrimonium: & tamen fori priuilegio gaudent. Et in fauorem dictarum mulierum tertij Ordinis D. Francisci, nouissimè ex Felino, & aliis docet Gratianus *in discep. tom. 3. cap. 413. num. 38.* & ex Theologis Rodriquez *in qq. regular. tom. 2. q. 65. art 5.*

Sup. hoc priuilegio canonis in Res. 1. not. præteritæ, §. vlt. in principio.

2. Sed quid ego sentiam, dicam breuiter. Igitur, si viri huius Ordinis collegialiter viuant, & mulieres, si vitam virginalem simpliciter, expresséque vouerint, etiamsi habitent in propriis domibus, puto priuilegio fori gaudere. Et ita docet Basilius Poncius *de impen. matr. cauf. 27. c. 19. §. 5.* Portell. *in dubiis regular. ver. Tertiarij, n. 7.* Piasecius *in praxi Episc. nouissima, p. 2. c. 3 art. 7. n. 11.* & Ghetubinus *in compen d. Bullar. tom. 1. const. 22. Leonis X. Schol. 2.* ex declaratione Illustriss. Cardinalium ita asserentium: [Sacra Congregatio Cardinalium Tridentini Interpretum consulta respondit, Fratres Tertiarios, Mantellatos, Corrigiatos, aliósque similes, ita demum Ordinis, cuius tertiæ Regulæ habitum assumpserunt, priuilegiis potiri, & ab Ordinarij iurisdictione exemptos esse, si viri collegialiter viuant seu cum Claustralibus habitent, & mulieres virginalem, seu cœlibem, aut castam vidualem expresso voto, & sub dicto habitu vitam traduxerint, quemadmodum cauetur Constitutione Concilij Lateranen. sub Leone X. quæ habetur *sess. 11. in fin.* Hoc autem voto mulierum, alia duo, scilicet, paupertatis, obedientiæ nequaquam includi. Quinimo huiusmodi mulieres, si vitam virginalem, aut cœlibem simplicitet, expresséque vouerint, etiam in consanguineorum, & affinium suorum, aut propriis domibus, vel seorsum habitantes, supradictis priuilegiis ordinis, cuius tertiæ Regulæ habitum deferunt, exemptionéque ab Ordinarij iurisdictione frui debere, quemadmodum idem Leo posteà declarauit, Constitutione edita die prima Martij, anno 1518. Quòd si Fratres, Sororésque tertij Ordinis, quid ampliùs prætendant vigore consuetudinis, posse ius suum prosequi in iudicio ordinario Hier. Card. Pamphilius.

Sup. hoc etiã cursim in tom. 5. t. 2. Res. 52. ad lin. 5.

3. Ex his apparet, me his diebus probabiliter respondisse Gubernatoribus Montis Pietatis, supradictas mulieres Tertiarias, si habuerint requisita expressa in dicto responso Cardinalium, consequi posse legatum relictum pro Monachatu; licèt contrarium doceat noster Franciscus del Castillo *lib. 1. decis. 88. n. 2.* & Aloysius Riccius *part. 4. collect. 1051.* Et ratio nostræ sententiæ desumpta est *ex §. sed hoc præsenti. Authen. de sanct. Episc. coll. 9.* Nec obstat Bartolus *in leg. commodissimè ff. de fil. & posth.* quia loquitur de ingressu Monasterij, non autem de simplici Monachatu. Et ita fuisse decisum apud Rectores Orphanarum, & in Curia Archiepiscopali Panormitana, testatur Castillo; *vbi suprà*, licèt, vt diximus, ipse contrarium sentiat. Idem etiam fuisse decisum apud Rectores S. Barbaræ, & Montis Pietatis, mihi constat. Et ita etiam tenuit P. Ioseph Raguſa, Societatis Iesv, in quodam Consilio in fauorem Monachatus dictarum mulierum. Vide etiam Soufam *in tract. de Tertiariis.*

Sup his mulieribus in fine Resol. seq. & in to. 7. tr. 1. Res. 352. & in alio §. eius not.

RESOL. CLXXVI.

An oblati viuentes in aliquo Monasterio gaudeant priuilegio fori?
Et an illi homines, qui assumpto habitu Religioso adhibentur

adhibentur ad seruitia, & obsequia Monialium ad petendas pro ipsis eleemosynas, gaudeant priuilegio fori?

Et an mulieres Tertiariæ, vulgo dictæ Bizocche, *gaudeant priuilegio fori, & exemptione gabellarum, & cùm requisitis conditionibus possint consequi legatum relictum pro Monachatu, non obstante, quod viuant in propriis domibus?* Ex part.4.tr.1.Res.31.

§. 1. AFfirmatiuè respondeo, & ita determinasse sacram Cardinalium Congregationem *die 26.Ianuar.anno* 1606. Testatur Marta *de iurisd. part.4. cent.2.cas.113. num.37.* Idem etiam docet Duardus *in Bulla Cœn.lib.2. can.15 quæst.7.conclus.3.* Squillante *de priuileg Cleric.cap.7. dub.1. num.3.* Barbosa *de potestate Episcopi part.2.alleg.12. num.39.* Riccius *part.2. decis.88.* Grassus *de effect. Cleric. effect. 1. num.96.* & alij; quos citat & sequitur Antonius de Marinis *resol. quotidian. cap.114. num.6.* qui docet *num.7.* quòd hi vt gaudeant priuilegio fori, has conditiones debent habere. Prima, quòd alicui Religioni probatæ eorum personam per legitimam & expressam dedicationem obtulerint, & dicauerint. Secunda, quòd fiat oblatio, nulla bonorum reseruatione, aut eorum vsusfructus facta, ita vt in oblationis instanti omnia ad monasterium transferantur. Tertia, quòd in eorum domibus, & cum vxoribus non commorentur. Quarta, quòd perpetuò stent & seruiant Religioni. Quinta, quòd modo debito Religionis portent habitum à sæcularibus euidentiùs distinguentem. Ita ille. Obseruat etiam dictos oblatos quoad delicta ante oblationem commissa gaudere priuilegio fori, si absque fraude se & sua monasterio obtulerint, quòd si fraus subsit, possunt à iudice laico puniri pœna pecuniaria, non autem corporali. Ita sacra Congregatio, teste Aldano *in compend. Canon. resol. tit.10. num.15.* Non desinam hîc admodum adnotare doctrinam Martin. Bonacinæ *in Bulla Cœn. disp.1.q.16 sect.1.punct.3. n.18.* asserentis illos homines, qui assumpto habitu religioso adhibentur ad seruitia & obsequia Monialium, ad petendas pro ipsis eleemosynas gaudere priuilegio fori.

Sup. hoc supra in Res. 163. ex doctrina §. Nota, signanter ad medium. * Quæ hic est Resantecedens, sed pro priuilegio fori tantum, & non pro exemptione gabellarum, & in alio §. eius not.1.

2. Notandum est etiam obiter me satis firmasse *in part 1.tract.2.* * *resol.84.* mulieres tertiarias, vulgò dictæ *Bizocche*, cum conditionibus ibi expressis gaudere priuilegio fori, & exemptione gabellarum, & hanc sententiam docet nouissimè, me citato, Paulus Squillante *de priuileg. Cleric.cap.7. dub.1. num.42.* & Antonius de Marinis *vbi supra num.11.* & Nouaritis *de electione fori, in editione nouissima, sect.1. q.66. num.13.* qui etiam *num.16.* me citato, firmat dictas tertiarias cum requisitis conditionibus, id est, si castam & cœlibem vitam agant, ex voto castitatis emisso in manus Superioris Religionis posse consequi legatum relictum pro Monachatu, non obstante quòd viuant in propriis domibus.

Sup. hoc in Res. præterita, §. vlt. & in tom.7.tr.1. Res.352. & in alio §. eius annot.

RESOL. CLXXVII.

An Confraternitates laicorum gaudeant priuilegio fori, ita vt Episcopis sint subiectæ?

Et quid, si in eis opera charitatis, & pietatis & exercitia spiritualia exerceant, quod idem dicendum est à fortiori de Hospitalibus?

Et an bona supra dictarum Confraternitatum possint alienari sine assensu Apostolico? Ex part.4. tract.1. Res. 37.

§. 1. NEgatiuam sententiam docet Aponte *vol.1. cons.18.* vbi probat confraternitates & Collegia, quæ per laicos reguntur, dici sæcularia, & licet denominentur sub nomine alicuius Sancti, vel Ecclesiæ, minimè dicuntur religiosa, & Episcopo sub ecta. Idem docet Viuius *in addit. ad decision.517. n.40.* & Gabriel *in suis commun.opin. concl.1.* Tamen quando in dictis confraternitatibus exercentur opera charitatis & pietatis, & exercitia spiritualia, puta, quia sunt ibi destinata aliqua bona in alimoniam pauperum, vel infirmorum, aut in redemptionem captiuorum, pauperúmque nuptias, & alia huiusmodi, existimo esse loca pia. Nec obstat quòd non fuerint erecta authoritate Episcopi, nam ex exercitio operum charitatis, & pietatis negari nequit, quin non debeant appellari pia, nec enim necesse est, quòd locus sit pius sed sufficit quòd in eo opera pietatis exerceantur; quia hoc priuilegium non datur loco, sed causæ, & ideo bona supradictarum confraternitatum non possunt alienari sine assensu Apostolico: vnde hanc affirmatiuam sententiam ex multis aliis rationibus docet Nouarius *tract.de elect.fori, sect.2 q.56.n.8.* Riccius *in praxi tom.3.resol.142.* Peregrinus *de immunit. cap.4. num.64.* & alij penes ipsos, asserentes dictas confraternitates esse loca pia. Vnde infert Nouarius *n.13.* quòd vbi tales confraternitates sunt adaptatæ ad pias exercendas causas, deberi restitutionem in integrum, etsi authoritate Episcoporum non sint fundata, sufficit enim vt in eis charitatis opera exerceantur. Vide etiam Barbosam *de potestate Episcopi.part.3.allegat 71. num.38.* quæ omnia à fortiori procedunt in Hospitalibus, licèt non fuerint erecta authoritate Episcopi, vt firmat idem Nouarius *c.54. per totum*, & alij penes ipsum.

Sup. hoc supra in Res. 173.

RESOL. CLXXVIII.

An iudex laicus possit dirimere controuersias ortas inter Confraternitates in aliqua processione? Ex part.3. tract.1.Res.70.

§. 1. AFfirmatiuè respondet noster D.Carolus de Grassis *de effectibus clericatus eff.1. n.613.* vbi sic ait, quoad locũ incedendi in processionibus, vt si debet incedere in quarto, vel in quinto loco, in talibus namque controuersiis est iudex Illustrissimus Senatus huius Vrbis, qui summariè, & absque visione scripturarum, solet causas istas terminare, & cognita differentia statim causam terminat: quando autem est differentia an aliquis sit bene, vel malè cancellatus à Societatibus, & confraternitatibus, vel sit recipiendus, vel non, vel an sit canonicè quis electus ad gubernium, & administrationem, tales, & similes controuersiæ dirimuntur per Archiepiscopum, vel suum Vicarium. Ita ille.

2. Sed obseruat Barbosa *de potest. Episc. part.2. alleg.78. n.40.* quòd quamuis hæc Caroli de Grassis sententia circa primum membrum videri possit tolerabilis, quando agitur de iudicio possessorio, tamen extra illud non est admitenda, sed potiùs dicendum est ad iudicem Ecclesiasticum dictas controuersias pertinere dirimere, quæ essent inter dictas laicorum confraternitates circa modum procedendi, vel circa habitum, vel quid simile. Sic Barbosa.

RESOL. CLXXIX.

An sint exempti ab onere hospitandi Patres, & fratres Clericorum, dum vna simul habitant?

Et notatur Magistratus sæculares non posse hospitari facere Milites in domibus Ecclesiasticarum personarum

personarum, quamuis laicis locatis. Ex part. 4. tr. 1. Res. 32.

§. 1. CLericos cogi non posse ad hospitandum, patet ex *l. 1. C. de Episc. & Cler.* & *ibi* glossa cum DD. communiter. Sed difficultas est, an hoc priuilegium extendatur ad patres & fratres, & nepotes habitantes cum ipsis Clericis in indiuiso? Affirmatiuam sententiam docet Antonius de Marinis *resolut. quotid. cap.* 167. *num.* 4. si Clerici sint in Sacris constituti; secus autem si essent Clerici minores. Paulus verò Squillante *de priuileg. Cleric. cap.* 9. *num.* 4. cum nostro Molfesio *in sum. tom.* 2. *tract.* 12. *cap.* 22. *num.* 166. putat hoc priuilegium laicos parentes Clericorum cum illis commorantes habere, tantùm in ordine ad hospitandum, scilicet ne cogantur milites hospitari, ne Clericus inde sustineat incommoda; tenentur tamen contribuere in pecunia.

2. Verùm Riccius *part.* 3. *resol.* 28. *n.* 1. & 2. Carolus de Grassis *de effect. Cleric. effect.* 3. *num.* 122. & alij penes ipsum docent, immunitatem hospitandi concessam Clericis extendi ad patres, & fratres, si habitant in domo communi, quia priuilegium alicui concessum extenditur ad eius socios, & in specie quod socius consequatur immunitatem ab oneribus concessam suo consocio, docet glossa *in l. fin. C. de muner.* & Surdus latè *consil.* 301. *num.* 8. vbi docet quòd immunitas concessa Doctoribus extenditur ad eorum fratres; sed fratres, patres, &c. Clericorum cum ipsis in vna domo commorantes, etiamsi solùm soluerent pecuniam, vt voluit Molfesius & Squillante non gauderent in hoc casu priuilegio quo gaudét Clerici parentes; ergo, &c. Deinde Doctores absolutè & sine vlla distinctione asserunt, priuilegium non hospitandi concessum Clericis, extendi ad eorum patres, & fratres. ergo videtur non esse restringendum tantùm ad Clericos Sacris initiatos, & non ad Clericos in minoribus constitutos, neque dicendum est teneri contribuere in pecunia.

3. Notandum est etiam hîc obiter, sacram Congregationem Episc. & Regul. *in vna Nouarien. die 9. Iunij anno* 1617. declarasse, milites hospitari facere non posse magistratus sæculares in domibus Ecclesiasticarum personarum, quamuis laicis locatis, cùm per indirectum in bonorum Ecclesiasticorum præiudicium redundet.

RESOL. CLXXX.

An Episcopus possit cognoscere de delicto admisso à laico Officiali suo?

Et si aliquis iudex secularis vellet cognoscere delicta supradicti Officialis, an possit Episcopus illum excommunicationis nexu vincire?

Et an Carcerarij, Fiscales, Commissarij, Magistri, Notarij, lictores, &c. Episcopi, etiam si sint laici, gaudeant priuilegio fori? Ex part. 3. tract. 1. Res. 12.

§. 1. NEgatiuam sententiam docet Paponius *de ire Franc. lib. 1. tit. 4. arest.* 8. vbi sic asserit, Iudex Ecclesiasticus de delicto admisso à Commentariensi suo, idest, eo qui carceribus eius præpositus est, eo quòd custodiam dimiserit, seu euadere fecerit aliquem, vel quòd delictum circa custodiam admiserit, non potest cognoscere, sed à iudice suo laico puniendus est. Idem iudicatum est de Procuratore officij iurisdictionis Ecclesiasticæ, de quo si laicus sit, iudex Ecclesiasticus nullam habet cognitionem, etiamsi de re agatur, quæ ad ipsum officium sui Procuratoris spectat; Episcopus enim ne laicorum officialium opera vtatur cauere debet, neque enim in eos agendo vllam iurisdictionem admittere sibi potest. & ita iudicatum fuisse bis in Curia Parisiensi testatur Paponius.

2. Sed hæc opinio refellitur ex multis rationibus, quas adducit Riccius *in praxi tom. 1. resol. 47. per totam*, vbi quærit, an Episcopus possit magistratum actorem laicum suæ Curiæ punire? & affirmatiuè respondet; dicendum est igitur Carcerarios, Fiscales, Commissarios, Magistros, Notarios, lictores, &c. etiamsi sint laici, gaudere priuilegio fori Ecclesiastici, & eorum omnia delicta Ecclesiasticum, non autem iudicem laicum cognoscere, & punire posse, & ita etiam docet Barbosa *de potest. Episcop. part. 1. allegat.* 107. *n.* 11. *& sequen.* cum aliis Doctoribus communiter penes ipsum. Vnde si aliquis iudex sæcularis vellet cognoscere delicta supradictorum, posset Episcopus illum excommunicationis nexu vincire. Rationes horum omnium inuenies apud Barbosam & Riccium *vbi sup.*

Sup. his in Resolutionibus non præteritæ.

Sup. hoc signanter in §. 1. & 2. Resol. seq.

RESOL. CLXXXI.

An Episcopi possint excommunicare iudices laicos, qui volunt cognoscere delicta suorum famulorum?

Et an Episcopi post Concilium Tridentinum possint tenere familiam armatam, qua quidem familia, licèt laica, an gaudeat eo priuilegio, sicut ipsi Clerici gaudent. Ex part 1. tract. 2. Res. 98. alias 97.

§. 1. NEgatiuam sententiam docuit nouissimè Gabriel Pereira *in tract. de man. regia, p. 1. c. 19. n.* 13. vbi asserit, quòd, licet de iure communi competeret Episcopis priuilegium pro tota familia; attamen ex iure nouo Concilij Tridentini *sess. 23. cap. 6.* contrarium tenendum esse affirmat, quia Concilium ibi statuit, priuilegium clericale neminem iuuare, nisi beneficium habeat, vel Ecclesiæ sit affixus, vel clericalem deferens habitum in ordine ad maiores ordines, in vniuersitate, vel Collegio degat.

Sup. hoc lege doctrinã Resol. seq. & aliarum eius primæ not. & signanter in fine Res. præteritæ à vers. Vnde.

2. Sed miror, doctissimum Virum hæc cogitasse, & typis mandasse: nam Concilium loquitur de Clericis; non autem de aliis, qui ex alio capite, priuilegio fori, & Ecclesiastico gaudere possunt; & ideò post Concilium Tridentinum nostram sententiam, & meritò, docent Doctores, quos citat, & sequitur Bellet. *in disq. cler. p. 1. tit. de fauore cleric. reali*, §. 1. *n.* 13. *& seq.* Idem etiam docent Riccius *in praxi, p. 1. resol.* 473. *n.* 2. Marius Antoninus *var. lib. 3. resolut.* 14. *à n.* 1. Campanili *in diuersiur. canon. rubr.* 12. *c.* 13. *n.* 88. & nouissimè Barbos. *de potest. Episc. p. 3. allegat.* 107. *n.* 1. *& seq.* Madius *in tract. de sacris Ordinib. c.* 14. *n.* 46. Leo *in Thes. fori Eccles. p. 1. cap.* 11. *n.* 19. Zerola *in praxi Episc. p. 1. verb. Episcopus, n.* 11.

3. Dicendum est igitur, etiam post Concilium Tridentinum, Episcopos posse tenere familiam armatam, quæ quidem familia, licèt laïca, gaudebit eodem priuilegio fori, sicut ipsi Clerici gaudent. Vide Narbon. *in 3. part. recopil. lib. 4. tit. 1. l. 10. gloss 22. n.* 4. Cened. *in q. can. 4. n. 26.* Gratianum *decis. Marchiæ* 233. *n.* 1. Martham *de iurisdict. p. 4. cas.* 111. *n.* 3. & alios communiter. Vnde apparet, sententiam Pereiræ pugnare cum omnibus recentioribus, non solùm Theologis, sed etiam Iurisconsultis.

Pro familia armata contenta in hoc §. lege doctrinam Resol. præteritæ, & & seq. §. 2. à lin. 6. & Res. 1. post seq. à principio vsque ad §. vlt. & inferius in tr. 8. ex Res. 1. vers. Secundo. & late in Res. 5. à lin. 3. &c.

RESOL. CLXXXII.

An familia laica Episcoporum gaudeat priuilegio fori?

Et quid de Notariis, Fiscali, Actuariis, Scribis, &c. Curiæ Episcoporum in omnibus delictis etiam commissis extra Officium, an debeant gaudere priuilegio fori? Ex part. 4. tract. 1. Res. 30.

Sup. hoc lege doctrinã præcedentis Resol. §.1. & 2. & signanter in Resol. seq. §. vlt. & sup. ex Resol. 133. §. Restat. & seq. & inferius in tr. 8. Resol. 2. §. 1. post medium, à vers. An familia. & in Resol. 8. à lin. 6. & in aliis earum notationum

§. 1. AFfirmatiuam sententiam tenet ex veteribus Canonistis *in cap. fin. de offic. Archid.* Hostiens. *num.* 14. Io. Andreas *num.* 15. Butrius *num.* 2. & Panormitanus *in cap.* 2. *num.* 6. *de foro compet.* & alij quos citat Antonius de Marinis *resolut. quotidian. cap.* 117. *n.* 1. Mauritus Alzedus *in praxi Episc. part.* 1. *c.* 12. *num.* 77. & Barbosa *de potestate Episc. part.* 3. *allegat.* 107. *num.* 1. & 9. nec de hoc hodie potest dubitari, cùm ita declarauerit sacra Cardinalium Congregatio *die* 7. *Iunij anno* 1595. teste Gauanto *in enchirid. Episc. ver. familiaris Episcopi, num.* 2. & hanc sententiam nouissimè ex *dicto cap. fin. de offic. Archidiaconi*, tenet Hermanus Stamm. *de seruitute personali lib.* 2. *c.* 7. *n.* 6.

Sup. his Officialibus in Resol. not. seq.

2. Cùm igitur hæc opinio firmata sit tot Doctorum authoritate, aliqui ministri laicalis iurisdictionis inuenerunt quamdam distinctionem, & asserunt, quòd aut sunt familiares commensales, vel conductij, & mercede seruientes Episcopis, qui domesticis seruitiis mancipantur, & istos putant gaudere priuilegio fori. Vel sunt Officiales qui inseruiunt Episcopo in eius curia & iurisdictione, & isti si sunt laici, gaudent tantùm in delictis perpetratis sub prætextu officij, secus autem in delictis communibus, sed hæc dictinctio non est admittenda, quia officiales & seruientes curiæ, sunt verè familiares, & de familia dicuntur: ergo debent gaudere priuilegio fori, quo gaudet familia Episcopi. Vnde *cap. fin. de offic. Archidiac.* in quo fundatur hæc exemptio, indistincte & simpliciter absque distinctione personarum, & delictorum loquitur, vt legenti patet. Ergo officiales tamquam familiares absolutè, & sine vlla distinctione gaudebunt priuilegio fori; & ridiculum esset stabularium, seu cocum Episcopi gaudere in omnibus priuilegio fori, non autem eius Magistrum, Notarium, &c. & ideo contrariam sententiam esse contra sacros Canones testatur ex Paulo V. Cardinalis Gallus *in quadam epistola dat. Romadie* 2. *Martij* 1611. vbi inter alia sic habetur. [E perchè si è auuertito che in detta hortatoria è vna clausula nella quale si dichiara, che gli officiali e familiari del vescouo quando sono laici no deuono godere del priuilegio del foro Ecclesiastico nei delitti communi ma solo in quelli chè sono commessi sotto protesto dell'officio, ne meno deuono godere della essentione delle gabelle e datij regij, essendone trattato con il Signore, sua santità ha comandato che si scriua, che si riuochi detta clausula essendo manifestamente contraria alla dispositione dei sacri canoni, e della raggione cómune, e pregiudiciale alla iurisdictione Ecclesiastica.] Sic ibi. Igitur omnes Notarios, Actuarios, scribas, &c. curiæ Episcoporum in omnibus delictis, etiam commissis extra officium, debent gaudere priuilegio fori, & ita tenent Riccius & Barbosa, quos citaui *in part.* 3. *tract.* 1. *resolut.* 12. quibus nunc addo Doctores, quos citat & sequitur. Bonacina *in Bulla Cœn. disp.* 1. *quæst.* 16. *punct.* 3. *n.* 7. Squillante *de priuileg. Clericor. cap.* 7. *num.* 54. & Antonium de Marinis *resolut. quotidian. cap.* 117. *num.* 2. Alzedum *in praxi Episcop. part.* 1. *cap.* 12. *num.* 77. Gauantum *in enchirid. Episc. ver. forum Episcopale, num.* 31. & Gratianum *decis.* 233. *& disceptat. forens.* 2. *cap.* 340. Sententiam verò Pereiræ, quòd familia laica Episcopi non gaudet priuilegio fori de iure nouo Concilij Ttident. iam refutaui *in part.* 1. *tract.* 2. *resol.* 97. licèt illam etiam teneat Ceuallos *tract. de cognit. per viam viol. part.* 2. *q.* 58. *n.* 10. sed, pace doctorum virorum, non est digna responsione.

Quæ hîc est suprà Resol. 1. post præteritam, & infrà in Resol. seq. a principio vsque ad §. vlt. & inferius in tr. 8. Resol. 1 §. Secundo. & late in Resol. 6. & lege etiã ibi Resol. 5. &c. Resol. citat. in fine huius §. hîc est antecedens.

3. Notandum est etiam, quòd post hæc scripta inueni apud Sellium *in select. canon. c.* 18. *n.* 25. sacram Congregationem *in vna Sorana die* 25. *Aprilis* 1614. declarasse Barisellum Episcopi, cùm sit de illius familia armata, fori priuilegio gaudere, & *die* 15. *Aprilis* 1615. declarauit, illum non posse, nec de iure debere, per laicum iudicem captari. Et idem Sellius *num.* 26. eandem S. Congregationem *die* 11. *Decembris* 1615. declarasse Fiscalem Episcopi tamquam ipsius familiarem fori priuilegio gaudere, & ad personalia ciuitatis munia non teneri, quod de Notario Episcopi eadem S. Congregatio declarauit *die* 6. *Augusti* 1602.

RESOL. CLXXXIII.

An ministri Curiæ Episcoporum gaudeant priuilegio fori in delictis extra officium commissis?

Et explanatur laicos familiares Episcoporum gaudere priuilegio fori, quamuis non habeant requisita Concilij Trid. sess. 23. *c.* 6. Ex part. 5. tr. 1. Resol. 1.

§. 1. NEgatiuam sententiam docet Cutellius *in Codice legum Sicularum Martini Regis post cap.* 21. *in concord. Inquis. cap.* 2. *num.* 10. *& sequent. & in Patrocinio Regiæ iurisd. n.* 201. vbi tamen pro affirmatiua adducit plures Doctores, omnes excusans, quare hanc tenuerint sententiam, & aliquos, quia videlicet erant Ecclesiastici viri, solùm in me, qui tamen Ecclesiasticus etiam sum, solùm inquam, in me, conuertit ferrum, in me acuit iram, & contra me solum inuehitur, hoc pulchro elogio condecorans: Pater Diana præcipitanter non solùm hanc sed multas reprobas opiniones stabilire conatus est, in hac iurisdictionali materia, quæ ignorantibus scandali, sapientibus risus occasionem præbent, ac in vniuersum in præiudicialibus Regiæ potestatis Ministrorum, quibus curæ hæc est non vulgari, somnolentiam, omissionem, ac conniuentiam demonstrant. Ita ille. Vidisti, Lector beneuole, modestiam hominis? Poteras, ô Cutelli, vtique me refellere, sed vrbanè, vt ego feci cum Gambacurta & Pereira, sed sine probris, sine indignatione. Quorsum hæc? Non enim ego adeò sum indocili ingenio & infrunito, vt ad mutandam in melius sententiam, egeam plagis, & fustibus. Igitur per te somnolentiam, imò conniuentiam contra Regiam iurisdictionem demonstrarunt non solùm Ministri huius Regni Siciliæ, sed etiam Regni Aragoniæ, vbi approbante Domino D. Ferdinando Borgia Prorege moritissimo, opera mea Cæsaraugustæ anno 1632. edita fuerunt, & directa Doctissimo & Illustrissimo D. Augustino de Villanoua, Iustitiæ summo Præsidi. Per te etiam somnolenti fuerunt vigilantissimi, & sapientissimi Senatores supremi Consilij Castellæ, qui Madriti permiserunt opera mea nouissimè hoc anno 1637. typis mandari. Mira res, quòd tu solus pro tuitione Regiæ iurisdictionis oculatus sis Argus, cæteri autem cæcutientes talpæ. Sed reuera qua ratione Ministri Regis poterant libros meos typis non permittere mandari, si omnes sententias, quas pro libertate Ecclesiastica ego doceo, ante me Suarez, Azorius, Castrus Palaus, & alij plures Theologi & Iurisconsulti etiam Hispani docuerunt. Si ergo illis hoc permissum fuit, quare mihi denegandum erat? Ridicula simul, & iniusta res esset originale intactum relinqui, & exemplar deleri. Danda est scriptoribus libertas, vt vnusquisque abundet in suo sensu, dummodo tamen opiniones probabiles doceat. Hinc si ego meis in operibus aliquam non attuli opinionem, quin priùs, vt dixi, à doctissimis Theologis, & Iurisperitis non fuerit validissimis rationibus corroborata, quo pacto, mi, Cutelli

Sup. hoc in Resol. not. seq.

Cutelli, potes asserere, sententias meas fuisse præcipitanter dictatas? Quæ quidem etiamsi risum, vt tu dicis, doctis hominibus præbuissent, vtique Resolutiones meæ (vt aliquorum Codices, tractatus & Decisiones) quasi quædam mulieres delicatæ in primo partu periissent, & cum tineis, blattis, faliginibus, & puluere penes Librariorū armaria quietè commorarentur: sed ad Dei gloriam, à quo omne bonum, labores hosce meos per spatium annorum nouem à quo primam lucem aspexere, decies iterum lucem nouam aspexisse vidimus. Etenim de illis in Italia, Gallia, Hannonia, & Hispania decem editiones vsque adhuc factas esse conspicimus. Est ne hoc, mi Cutelli, risum, vt asseris, an plausum à doctis hominibus habere? Poteras igitur ex his de paupere Parre Diana Siculo, & qui te in nihilo vnquam offendit, si non cum multis scriptoribus, atque etiam Iurisconsultis aliquid boni sentire, saltem cum ipso, vt par erat, magis modestè te habere.

2. Sed omnia tibi condonando, ad rem veniamus. Dico igitur ad quæstionem propositam in titulo huius Resolutionis, affirmatiuè respondendum esse, cùm ita determinatum sit à sacra Congregatione, facto verbo cum Sanctissimo, vt apparet per Epistolam, quam per extensum ponit Raus *in dubiis de immunitate Ecclesiast. fol. mihi* 94. & ego cum aliis Declarationibus dictæ sacræ Congregationis adduxi *in part. 4. tract. 1. resol.* 30. & præter Barbosam, Riccium, Gratianum, Gauantum, Squillantem, Marinum, Bonacinam & Alzedum quos, ibi citaui, tenet etiam affirmatiuam sententiam Aponte *decis.* 36. Aurelius Augustinus *in cons.* quod ponit Barbosa *in iure Ecclesiastico lib. 1. cap. 39. §. 14. & sequent.* Quazzinus *in defens. reorum tom. 1. defens. 20. capit. 9. num. 24.* Martha *de iurisd. part. 4. cent. 20. cas. 3. n. 1.* Genuensis *in praxi capit. 9. num. 4.* Maceratensis *lib. 1. resolut. 75.* ex Doctoribus Hispanis Alponsus Narbona *in recopilæ. lib. 4. tit. 1. lib. 20. gloss. 22. num. 9.* & ex nostris Regnicolis Simeon Raus *loco citato*, vbi multos adducit casus, in quibus magna Curia huius Regni remisit Episcopis aliquos officiarios laicos prosequutos de criminibus extra officium commissis. Et Marius Giurba *consil. 70. num. 20.* ponit etiam alium casum, in quo officiarius laicus de crimine extra officium commisso à magna Regia Curia fuit Episcopo remissus, gaudendo immunitate Ecclesiæ, & tandem Maurus Burgius *de modo procedendi ex abrupto, cent. 1. quæst. 65. num 81.* vbi etiam testatur ita seruari in M.C.V. Regni Neapolis. Et rectè quidem. nam iura quæ priuilegium fori tribuunt Episcoporum familiaribus, indistinctè, absolutè, & absque vlla distinctione personarum, & delictorum loquuntur, vt patet ex text. *cap. fin. de. offi. Archidiaconi*, vt notat Imola *in cap. 2. de foro competen.* quem refert Capyc. *decis. 12. sub nu. 2. circa medium.* Sed dicti officiarij includuntur sub familia Episcopi, vt probant late suprà citati Doctores, & præsertim Raus. ergo, &c. Hoc non solùm ex iure Canonico probatur, verùm etiam ex iure ciuili, in quo patet officiales gaudere priuilegio fori, cuius sunt officiales, textus est *in l. in sacris, C. de proximis sacr. scrin.* vbi scrinia, scilicet Secretarij, vel Archiuarij, cæterique qui in scriniis militant, & in Epistolarum, Libellorum, sacrarúmque Imperatoris dispositionum memoriā ac custodiam inseruiunt. priuilegio fori Imperiales non solùm ipsimet, sed eorum familiæ gaudent, ita vt nō possint cognosci ab Ordinariis locorum, sed conuenirī debeant coram Magistro Officiorum ipsiusmet sacri Palatij, his verbis: in sacris scriniis militantes, & parentes, atque vxores, eorúmque liberos ex sententia suæ Celsitudinis criminales & ciuiles intentiones agentium excipere iubemus, insuper & colonos; seu adscriptitios & seruos eorū. Ex quibus quilibet, quòd officiales scriniarij gaudent priuilegio; vt familiares sacri Palatij. Et notandū primò quòd officiales sunt verè familiares: Secundò quòd gaudēt priuilegio fori in criminalibus & ciuilibus, absque limitatione: non enim dicit textus, quòd gaudeant in delictis sub prætextu officij, & non in delictis communibus, sed indistinctè in omnibus causis; imò voluit Imperator quòd etiam substituti scrinio gauderent eodem priuilegio, vt extat in text. *supr. cit. C. de prox. sacr. scrin.* quantò magis familia & officiales Episcopi confirmatur supradicta sententia: nam si sumenda esset interpretatio, quòd familiaris tunc tandem vtitur priuilegio fori, si deliquerit in officio, duplex sequeretur inconueniens, quòd aliqui familiares, in quibus non posset cadere delictum, eo quia nullum habent officium, excluderentur à priuilegio fori, & quòd familiares viri nobiles minus essent priuilegiati, quàm mercenarij, & infimæ conditionis homines deputati ad certum seruitium, quòd non est admittendum, cùm ex fauore speciali concedatur distinctè priuilegium fori familiaribus Episcopi, tam in causis ciuilibus, quam criminalibus. Deinde dum admittitur facultas in Episcopo cognoscendi, & puniendi delicta suorum familiarium commissa in officio, prout comperit ex eductis, non exinde excluditur concessio animaduertendi in familiares extra officium delinquentes: nam, dum officialis delinquit in officij sui exercitio, non sortitur forum ratione loci, in quo reperitur, sed ratione officij, & iurisdictionis, ita vt tunc non consideretur vt homo vassallus, sed vt officialis, vt docet Carauita *in dicta resolut. 49 num. 13. & 14.* Hinc fit quoad alia crimina extra officium remanere in suo robore priuilegium, quod habet iudex Ecclesiasticus, puniendi familiares. Et hæc omnia docet Narbona, qui optimè refellit rationes Vulpellij, & Augustinus, qui respondet etiam ad argumenta Antonij Thesauri. Et post hæc scripta inueni hanc sententiam docere etiam Malderum *in 2. 2. D. Thom. de Iust. & iure, tract. 6. cap. 1. dub. 8. dist. 6. in fine.* Zipæum *in iure Pontific. lib. 2. tit. de foro compet. num. 47.* & Bellettum *in disquis. Cler. part. 1. tit. de fauore Cler. reali 91. num. 21. & 22.* licèt ibi apponat particulam *præsertim*; sed nihil obstat. nam hæc dictio, vt optimè obseruat Natta *tom. 3 cons. 590. num. 4.* Cassiodorus *decis. 4. num. 8.* Cenedo *sing. 8. num. 2.* & alij, denotat idem iuris esse in casu contrario. Et ideò Doctores viginti sustinent nostram sententiam in terminis, vt dici solet terminantibus. Sed non egemus, Doctorum auctoritate, vbi adest clara & expressa declaratio sacræ Congregationis, vt suprà notatum est, asserentis contrariam sententiam, esse manifestè contra dispositionem sacrorum Canonum, & iuris communis, & multo præiudicialem iurisdictioni Ecclesiasticæ, cui quidem declarationi standum est necessariò, cum fuerit emanata facto verbo, cum Summo Pontifice Paulo V. & de eius ordine.

Ideo non grauabor hic apponere per extensum litteras Eminentissimi Cardinalis Galli, tenoris sequentis.

Illustre e molto Reuerendo Monsignor come fratello. E piacciuto à N. S. che V. S. difenda l'immunita Ecclesiastica circa li suoi officiali, non essendoci dubio, che quella competa alla famiglia del Vescouo etiandio laica, è che sotto il detto nome non si comprendano ancora gli officiali, massime quelli che sono necessarij al gouerno del Tribunal:

Que hic est lit. antecedens, in §. 2. n. 2. & supra in Resol. 180. in fin. & n. 2. & in Resol. 181. vers. & infra in tr. Resol. vers. Secundò, & late in Resol. 183. n. 3.

si come sono Fiscali, Notarii, Nuncij, Sbirri, custodi di carceri, e simili; tanto più hauendo ancora la consuetudine per lei si com'ella auuisa potrà adunque continuare scriuendo di mano in mano quello che seguirà acciò secundo l'occorrenza se le possano ancora dar i remedij opportuni. per fine Iddio li consoli. Da Roma li 16. d'Aprile 1611.

Di V.S. come fratello il Cardinale GALLO.

Illustre e molto Reuerendo Monsignor come fratello. La sacra Congregacione ha veduto quanto V.S. ha scritto con la sua delli 16. di Gennaro prossimo passato, e quanto all'Hortatoria mandatali dal Sing. Vicerè per occasione d'hauer'ella scommunicato al Capitano, & altri Sbirri di cotesta Città, ch'estrassero vn delinqente dalla Chiesa doue s'era ritirato, si bene vede ch'in questo cessa ogni molestia, già ch'ella auuisa essere stato consignato à lei il detto carcerato, nondimeno pe ch'in detta Hortatoria, è quella clausola cosi pregiudiciale, nella quale si dichiara espressamente che gli officiali, è famigliari di V. S. che sono laici, non deuono godere dell'immunità del foro nelli delitti communi, ma solo in quelli, che commettono sotto pretesto dell'officio, hanno questi miei Illustrissimi Signori ordinato che si scriua, come s'è fatto al Sign. N. che reuochi la detta Hortatoria, del che è parso bene far consapeuole à V.S. auuisi poi quanto seguirà, è tratanto dourà spedire quanto prima la causa del priggione consignatoli, conforme à i termini della Bolla di Gregorio XIV. Da Roma li 2. di Marzo 1611.

Di V. S. come fratello il Cardinale GALLO.

Illustrissimo e Reuerendissimo Signor mio Osseruantissimo il Vescouo di Lipari ha mandato alla sacra Congregatione vna Hortatoria speditali contra di V. S. Illustrissima, ad instanza delli Deputati di quell'Isola, per hauere scommunicato il Capitano, è Sbirri, che haueuano estratto vn delinquente dalla Chiesa di quell'Isola, è se bene auuisa esserli poi statò consignato il detto priggione, acciò possit cognoscerè se deue godere, ò no dell'immunita Ecclesiastica, nondimeno per che s'è auuertito ch'in detta Hortatoria è vna clausola, nella quale si dichiara espressamente, che gli officiali, è famigliari del Vescouo, quando sono laici, non deuono godere del priuilegio del foro Ecclesiastico, nei delitti communi, ma solo in quelli che sono commessi sotto pretesto dell'officio: essendosene trattato con N.S. sua Santità ha comandato che si scriua à V.S. Illustrissima, che si contenti ei reuocare la detta Hortatoria, non potendosi credere, che detta clausola vi sia stata posta di sua saputa, essendo manifestamente contraria alle dispositioni di sacri Canoni, è della ragione commune, è cosi pregiudiciale alla giurisditione Ecclesiastica, di cui si stima che la sua bonita, è pietà sara sempre partialissima Protetrice, si degnerà perciò darci il remedio che bisogna, & io in tanto le bascio humilissimamente le mani. Di Roma li 2. di Marzo 1611.

Di V.S. Illustrissima seruitore il Cardinale GALLO.

2. Et hoc etiam antea sæpiùs sacra Congregatio declarauerat. nam 25. Aprilis 1614. dum fuisset processum contra Capitaneum, vel Barisellum Episcopi Sorani per Viceducem ciuitatis Sotæ, ordinauit de mandato Sanctissimi, attento quòd Barisellus est de familia armata Episcopi, & ideò non potest de iure per laicum capturari, ordinauit, inquam, Auditori Cameræ, vt capturam, & acta nulla declararet. Rursus petente Episcopo Vaisonensi, an Fiscalis, & Iudex Camerarius deberēt vti priuilegio fori, & immunitate ab oneribus personalibus? sacra Congregatio sub die Decembris 1614. respondit, officiales prædictos vti familiares Episcopi fori priuilegio gaudere, & ad personalia ciuitatis munia sebeunda non teneri. Et tandem mandauit Episcopo Ortunensi die 9. Augusti 1602. ne suspenderet censuras latas contra Gubernatorem Lanciani, nisi priùs relaxato è carceribus eius Notario Regiis Hortatoriis, ac aliis quibuscumque non obstantibus.

4. Vnde ex supradictis apparet, quàm cautè sit legendus Carauita *ritu 45. numero. 24.* vbi docet Officiarios laicos Episcoporum non gaudere priuilegio fori, non solùm in delictis communibus, sed etiam in delictis commissis in officio. Sed nostra sententia absolutè tenenda est, quam præter Doctores citatos tenet post hæc scripta visus, Ioannes Baptista Ciarlinius *in contr. forens. c. 20. n. 34. & 25.*

5. Et tandem pro coronide huius resolutionis nota refellendam esse opinionem Cutellij *in patrocin. reg. iur. cap. 1. num. 21.* asserentis laicos familiares Episcoporum non gaudere priuilegio fori, quia non habent requisita Concilij Tridentini *sess. 23. cap. 6.* Vide contra illum nonissimè eruditum Hispanum Torreblanca *in tract. spir. lib. 13. cap. 6. num. 56.* & Cenedum *in qq. can. quæst. 4. num. 26.* præter alios Doctores, quos citaui contra Ceuallos, & Pereiram *in part. 1. tract. 2.* resol. 97. & in part. 4. tr. 1. resolut. 30.* * Quæ hic sunt Ref. 181. & 182.

RESOL. CLXXXIV.

An familia laica Episcopi Titularis, vel aliorum Prælatorum habentium territorium, & iura Episcopalia cum potestate iurisdictionis, vt est in Sicilia Archimandrita Messanensis, gaudeat priuilegio fori?
Et in casu occurrentis an pro delicto punienda sit supradicta familia Episcopi Titularis ab ordinario loci, & non ab ipso Episcopo Titulari? Ex part. 5. tract. 1. Ref. 25.

§. 1. NOn inuenies apud plures hæc dubia pertractata, & ideo quoad primum affirmatiuè respondendū est; quia Episcopi titulares retinēt Episcopalem dignitatem, vt patet. Sed in Episcopalis dignitatis priuilegium familia Episcopi gaudet priuilegio fori. ergo, & ita determinauit sacra Congregatio *sub die 3. Ianuarij 1620.* in verbis. Sacra Congregatio Cardinalium cōtrouersiis iurisdictionalibus præpositorum, censuit familiares etiam Episcopi titularis gaudere debere priuilegio fori, ita tamen vt conueniri debeant, & sint puniendi ab Ordinario loci vbi degunt, non ab ipso Episcopo, seu Archiepiscopo titulari *Octauius Cardinalis Bandinus.* Et hanc declarationem affert, & sequitur Ioannes Baptista Ciarlinius *contr. forens. cap. 20. num. 19.* vbi etiam testatur Serenissimum Ducem Mantuæ *sub die 6. Aprilis 1629.* remisisse ad Episcopum Regiensem familiarem Archiepiscopi titularis qui tormentum bellicum contra quendam exploserat. Quoad secundum dubium, etiam affirmatiuam sententiam docet idem Ciarlinius *vbi supra anum. 26. vsque ad num. 31.* quia cùm tales Prælati in sua Diœcesi plenam habeant Episcoporum iurisdictionem, ab illisque sola consecratione differant, & diœcesani appella

Sup. hoc dicta in tract. 1. Resolut. 16. §. Tertiò, & hoc. & infra in tr. 8. Ref. 4. ad fin. 4. vers. Quam etiam.

appellatione comprehendantur, & ipsi expediant, quæ propria Episcoporum sunt circa iurisdictionem, non videtur eis denegandum idem priuilegium, quod non fundatur in potestate Ordinis, sed potiùs dignitatis, vnde ipsi Ordinarij vocantur; quæ omnia à fortiori procedunt in nostro Archimandrita Messanensi. Vide dictum Ciarlinium, qui omnia iuribus comprobat. Et hæc duo dubia præsentis resolutionis, deseruient pro Illustrissimo D. Didaco Richisens Carthaginensi Archiepiscopo, & Messanensi Archimandrita, maiorum bonorum dignissimo. Ad ea verò, quæ Cutellius scripsit *in patrocinio Regiæ iur. part.2. à num. 195. & seq.* esse contra declarationes sacræ Congregationis, patet *in resolut.1. huius Tractatus.*

Qui hic est Rex, accedens.

RESOL. CLXXXV.

An familia Vicarij Episcopi, gaudeat priuilegio fori? Ex part. 3.tract.1. Res. 46.

§. 1. SAtis alibi firmatum est familiam Episcopi gaudere priuilegio fori; nunc videndum est, an hoc priuilegium extendatur ad familiam eius Vicarij & affirmatiuè respondeo cum Ioan.Antonio de Nigris *in Clem. vnica, de vit.& honest. cler.* Squillante *de priuileg. cler. cap.7.dub.2.n.45.* Nouatio *de elect.fori, quæst.36.sect. 2.*& Aloysio Riccio Episcopo Vici Equensis *in praxi tom.1. resol. 471. n.6.*

RESOL. CLXXXVI.

An indices laici possint præscribere numerum satellitum Episcoporum, vulgo dictorum Alarij? Ex part.4.tr.1 Res. 100.

§.1. NEgatiuè respondeo, & ideo, teste Gauanto *in enchirid. Episc. ver. forum Episcopale, n.36.* & Barbosa *de iure Pontificio lib.1. cap. 11. num.75.* Sacra Cardinalium Congregatione *die 14. Aprilis anno* 1615. decreuit, quòd Episcopus potest habere tot satellites, quot voluerit. Vnde tempore Philippi Regis Franciæ, cùm ministri Regij contra Prælatos illius Regni instarent, quòd dicti Prælati magnam haberent multitudinem officialium, tunc Cardin. Petrus Bertrandus *in 2. Responsi. ad articulos laicorum, num.7.* sic respondet *fol. mihi 272.* Tam de ratione, quam de iure, & consuetudine quilibet Prælatus in quacumque parte suæ diœcesis potest habere officiales suos, & alias personas ad iurisdictionem Ecclesiasticam exercendam; quilibet enim dominus temporalis vbicumque in terra sua potest habere gentes, & iustitiarios suos, & eadem ratione & spiritualis iudex. Sed si tales Commissarij abusi fuerint in aliquo seu etiam abutantur, parati erunt Prælati tales abusus corrigere, & apponere remedium opportunum; vel si alicubi sit talium commissariorum nimia multitudo, ipsi de sufficienti numero prouidebunt. Ita Bertrandus. Vnde ex his apparet non posse Principes laicos determinare numerum satellitum Episcoporum pro quacumque ciuitate, & si de illis esset nimia multitudo, instent & rogent Episcopos vt ipsi de sufficienti nùmero prouideant, qui quidem iustis petitionibus Principum debent acquiescere. Et ita post hæc scripta inueni hanc sententiam docere Venerum *in examine Episc. lib.4. cap. 12. num. 5.* vbi sic ait: Si fuerit controuersia, vel querela inter iudicem sæcularem & Ecclesiasticum, propter multitudinem ministrorum, quis debet determinare numerum certum? Respondeo iudex Ecclesiasticus superior; nam iudex laicus, etiamsi sit Prorex, non potest cognoscere causam Ecclesiasticam Episcopi, vel Vicarij, aliàs incidit in excommunicationem latam à iure; bene tamen potest obseruare, vt talis numerus reformetur repræsentando damna & incommoda. Ita Venerus.

RESOL. CLXXXVII.

An offendentes cursorem, seu alium Ministrum Episcopi, non in executione officij, sed ex odio, & inimicitia priuata sint puniendi, ab Ecclesiastico, vel à iudice sæculari?

Et an saltem hic casus sit mixti fori?

Et in exemplum adducuntur alij diuersi casus pro praxi. Ex part. 6.tr.8. & Misc.3. Res.3.

§.1. CAsus in facti contingentia nouissimè accidit, de quo magnam controuersiam scio extitisse, quid ego sentiam more meo breuiter exponam. Dico igitur, tale dilectum priuatiue ad Ecclesiasticum spectare posse suaderi, quia iurisdictioni Iudicis habentis personam subiectam, delinquens in illam, subiicitur, vnde parum refert si persona subiecta offendatur intuitu officij vel ex odio priuato. Ergo, &c.

2. Sed ego de hoc casu interrogatus ab eruditissimo, & nunquam satis laudato Domino meo Merlino Sacræ Rotæ Decano libenter eius voto mihi exhibito tunc adhæsi: & ideo assero hoc delictum vt suprà expositum, esse delictum mixti fori, & ita si iudex Laicus præueniat, non posse iudicem Ecclesiasticum illum inhibere. Probatur hæc opinio reiiciendo argumenta superiùs posita. Et primò: Quia offendens vel iniurians Clericum, quem certum est esse personam subiectam Iudici Ecclesiastico, magis quam officialem Curiæ Episcopalis, tamen hoc non obstante potest puniri à judice Laico, si præueniat. Ergo à fortiori offendens Officialem Episcopi, licèt sit persona Episcopo subiecta puniri potest à Iudice Laico, sicuti vt dictum est puniret offendentem Clericum.

3. Nec valet dicere antecedens esse falsum, nam Gl. *in Auth. Item nulla. Cod. de Episc. verb. ab Ecclesia* Bartol. *leg.1. n.244. de sũma Trinit.* Maranta *in speculo part.6.n.141.* & alij asserunt, in tali casu punitionem offendentis Clericum, ad solum Iudicem Ecclesiasticum pertinere. Non inquam valet hoc dicere, nam bene perspecta generalitate textus *in c.1. de foro competen.* dicendum est tale crimen esse mixti fori, vt rectè obseruat inter alios Hispanus Valboa de Magrouejo in Lectionibus Salmanticensibus *super dict. cap.§.4. n.34.* Martha *de Iurisdict. part.2. cap.27. num. 6.* & alij quos citat & sequitur Chartarius *Decis. 6. criminali n.2.* Non est igitur admittendum argumentum contrarium: videlicet persona officialis Episcopi est ei subiecta; ergo illam offendens non potest puniri à Iudice Laico, sed subiicitur iurisdictoni Episcopi priuatiuè, nam Clericus est persona etiam Episcopo subiecta, & tamen, vt dictum est, si à Laico offendatur, potest Laicus à sæculari iudice puniri, si præueniat.

Quamvis non plenè sup. hoc lege tamen infra doctrinam Res. 286. & 287.

4. Probatur secundò nostra sententia, quia est dispar ratio quãdo quis offendit officialem Episcopi in executione sui officij, & quando hoc facit ex odio & priuata inimicitia, & ideo in primo casu cõcedo cognitionem talis delicti priuatiuè spectare ad Iudicem Ecclesiasticum, non autem in secundo casu. Adesse verò magnam differentiam inter

vtrumque casum, confirmatur variis exemplis. Et primò, in offendente Consiliarium Principis, qui licèt incurrat in crimen læsæ maiestatis, vt tradit Rolandus *cons.*88. *num.*2. *lib.*2. Decianus *consil.*18. *num.*317. *vol*1. Peregrinus *de Iure fisci lib.*4. *tit.*5. *n.*27. & Doctores communiter *in leg.quisquis, C. ad leg. Iul.* Tamen hoc intelligendum est, si intuitu & contemplatione Officij illum offendat, secus autem si hoc fiat ex odio, & inimicitia particulari, vt optimè obseruat Fabius de Anna *consil.* 67. *num.*2. *volum.*1. Hondedeus *consil.*105. & 108. *lib.* 1. Capicius *Decis.*130. Sforza Oddus *consil.* 88. & alij Et ideo notat Vincentius de Franchis *Decis.*326. Caballus *resolution. crimin. cas.*148. *num.*5. Rouitus *in Prag.de Exulibus num.*4. quod Indultum excipiens offensam factam in personam Officialis, locum sibi vendicat, si talis offensa proueniat intuitu, & contemplatione officij, non autem si facta fuerit ex odio & inimicitia priuata. Secundò offendens Ministros S. Officij non intuitu ipsius & in executione officij, sed ex odio perticulari non includitur in pœnis Bullæ Pij V. *Si de protegendis*, vt optimè docet Carena *in tract.de modo procedendi in S Officio tit.*10. §.6. *num.*25. Et tandem tertiò Bulla Cœnæ non afficit eos qui ad Romanam Curiam veniunt, si illos offendant, non vt venientes ad Apostolicam Sedem, sed vt inimicos particulares. Ita Duardus *in Bull.Cœna lib.*2. *can.*9. *quæst.*32. & alij communiter. Sic igitur in casu nostro necessariò constituenda est differentia inter casum, quando Minister Episcopi offenditur vt talis & intuitu, & executione officij, & quando offenditur vt persona particularis ex odio priuato; nam in isto casu læditur tantùm persona ipsius passi. In primò verò non solum læditur persona offensi, sed etiam iurisdictio personæ cuius ipse Minister est, & ordinem exercet. Ergo rectè priuatiuè in hoc secundo casu punitiuo delinquentis spectat ad Iudicem Ecclesiasticum, cuius auctoritas, dignitas, & iurisdictio læsa remansit. Vnde hìc intrat Regula, quod turbans Iurisdictionem Iudicis, punitur ab illo iudice cuius iurisdictio turbata est, etiamsi alias esset iudex incompetens, quantò magis & in casu nostro. Ita Menochius *consil.*230. *num.*82. *& sequent. lib.*2. Eugenius *consil.*31. & alij. Ideo dicendum est non procedere argumenta contraria superiùs adducta quæ quidem admittimus in casu, quo iudex Ecclesiasticus inciperet iudicium contra offendentem suum officialem ex inimicitia priuata, nam vt dictum est tale delictum est mixti fori, vnde si iudex Ecclesiasticus præueniat, iudex Laicus non potest amplìus se intromittere; pro quo mirificè facit Glossa, perpetuò menti tenenda, *in cap.*1. *de pœnis, in* 6. asserit, Episcopum posse punire iniuriantes propriam familiam, etiam quod iurisdictionem non impediant, & in terminis huius casus iustè contra laicum processit Sperellus tanquam Episcopi Vicarius, vt patet in suis eruditis Decisionibus *decis.*86.

5. Scio virum doctum, & mihi amicissimum huic sententiæ non adhærere, mordicus asserentem in tali casu cognitionem talis criminis priuatiuè spectare ad iudicem Ecclesiasticum, sed vt dixi saluo meliori iudicio, ego puto esse casum mixti fori; neque in hoc existimo parum fauere Ecclesiasticæ libertati; nam Segura Dauolos *in Direct. Iudicum Eccles.part.*2 *cap.*6. *n.*10. docet quod iudex Ecclesiasticus est iudex competens, si iniuria illata sit eius familiæ, tanquam officiali, secus autem si illata fuerit tanquam priuatæ personæ, & Carthatius *Decis. Crimin.*96. *num.*30. 33. & 34. asserit Laicos offendentes executores Curiæ Episcopalis etiam in exercitio officij posse puniri à iudice Laico si præueniat: vnde putat talem casum esse mixti fori contra Farinacium *cons.*234. *num.*3. Sed Segura prorsus est refellendus & ego puto contra Chartarium cum Farinacio, & Domino meo Merlino cognitionem in hoc casu spectare priuatiuè ad iudicem Ecclesiasticum, ex rationibus superiùs adductis.

RESOL. CLXXXVIII.

An Episcopi possint visitare Hospitalia, etiamsi à Patrono in ipsius fundatione aliter cautum sit, & maximè consentiente ipso Episcopo?

Et quid in casu negligentiæ, si fundator, aut testator alios executores non substituerit? Ex part.1. tract.2. Ref.84. aliàs 83.

§.1. REspondeo negatiuè; nam, licèt DD. communiter asserant, posse Episcopum visitare Hospitalia: esto, si testator prohibuisset, ne se Episcopus intromitteret, vt docet Duardus *in expos.Bull. Cœn. lib.*2. *can.*15. *q.*7. *n.*10. Vgol. *de potest. Episcop. cap.*24. §.1. *num.*3. Cochier *de potest.ord. in exemptos, p.*4. *q.*53. Zerola *in praxi Episcop.p.*1. *verf.Hospit.n.*2. Martha *de iur. part.*4. *cent.*2. *cas.*88. *n.*14. & *cas.*113. *n.*31. Fuschus *de visit.lib.*2. *cap.*12. *num.*7. & 8. Vide etiam Riccium *p.*4. *decis.*209. *per totam*, cum multis aliis.

2. Tamen ista opinio est limiranda, vt non procedat, quando Episcopus in ipsa fundatione consensit, vt rectè obseruarunt doctissimi Iurisconsulti, Perez de Lara *de Anniuers.& Capell.lib.*2. *c.*1. *num.*48. Guttierrez *in repet.in l nemo potest ff de legat.*1. *n.*451. *iuncto cons.*1. *num.*1. & Gonzalez *sup.*8. *Reg.Cancell. gl.*5. *n.*41. qui citat Rochum de Curte, Abbatem, Felinum, & Lambertinum.

3. Et ratio est: quia, licèt Episcopus non possit consentire in præiudicium, & derogationem iuris acquisiti Episcopatui: potest tamen iuri quærendo præiudicare. Et licèt supradicta limitatio non admittatur à Federico de Senis *consil.*247. & aliis; attamen post Concilium Trident. *sess.*22. *cap.*8. & 9. meo iudicio non est dubitandum; nam, vt notat, *vbi supr.* Gonzalez *num.*48. cùm Ecclesiæ, & loca pia fundari nequeant sine consensu Episcopi, præsupponendo Concilium validam fundationem: disponit, quòd clausula, & conditio, expressè apposita, quòd Ordinarius non se intromittat, est seruanda. Ergo Concilium intellexit, quòd si Episcopus in fundatione consentiat, non possit postèa locum pium visitare, & ita possit in iure quærendo Episcopatui præiudicare.

4. Sed, quidquid sit de hac quæstione, etiamsi Episcopus non consentiat, dummodo Fundator in fundatione Episcopum à visitatione excluserit, puto non posse Hospitale illud visitare. Et ita declarauit Sacra Cardinalium Congregatio, vt notat Armend. *in addit.ad leg.Nauar.lib.*1. *tit.*6. *leg.*5. §.2. *num.*66. in hæc verba: [Si in fundatione Hospitalis sit dictum, quòd Ordinarius non possit se intromittere in eius visitatione, non poterit illud visitare.] Stante dicta declaratione in vna Abulensi ita fuit decisum per Sacram Rotam Romanam, vt patet apud Farinacium *tom.*1. *p.*2. *decis.*33. Vide etiam Ricc. *in collect.*1227. & 1228. Et ita sentiunt DD. communiter, Azeuedus *tom.*2. *lib.*4. *tit* 1. *leg.*10. *num.*29. Mura *decis.*28. *n.*29. Carolus de Grassis *tract.de effect.cleric.effect.*1. *n.*610. & Garzia *de benef.tom.*1. *part.*1. *c.*2. *num* 98. & 104. vbi asserit, ita nouissimè declarasse S.D.N. Paulum V. die 7. Aprilis 1626. in causa Abulensi, pro Comite de Oropesa, contra Episcopum, vt in eius Breui sub annulo Piscatoris.

5. Vnde

5. Vndo per dictas declarationes apparet primò, reprobandam esse sententiam Zerolæ, qui *in praxi Episc.part.1.verb. Hospitale, num.3.* putauit Concilium Tridentinum, *vbi suprà*, loqui tantùm in casu visionis computorum, non autem in casu visitationis: nam Congregatio Cardinalium extendit verba Concilij, non solùm ad visionem computorum, sed etiam ad visitationem.

6. Secundo,reprobatur etiam sententia Alexandri Monetæ,qui *in tract.de commut. vlt. volunt. capit.10. conclus.7. num.478.* asseruit, quòd Concilium loquitur solùm de administratoribus fabricæ alicuius Ecclesiæ.Sed fallitur:nã illa verba Concilij *Nisi secus in institutione*, intelliguntur etiam habere locum in visitatione,& casu visionis computorum alicuius Hospitalis,vt aduertit Guttierrez *can.qq.lib.1.cap.55.n.29.* quem sequitur Rodriquez *in summ.tom.3. c.198.n.3.* & patet ex verbis declarationis Cardinalium, quæ *suprà* adduximus. Nec minùs fallitur hic Author, dum asserit quod quando testator excludit Ordinarium à visitatione, intelligendum est, cùm agitur de immutanda principali dispositione defuncti,non autem præcisè exequenda. Sed hoc gratis dictum nam in casibus,in quibus fuerunt factæ dictæ declarationes clarum est,quod Episcopi non intendebant visitare illa Hospitalia ad immutandas Fundatorum, & testatorum voluntates; sed ad exequendas. Et hoc non obstante, responderunt Domini Cardinales absolutè, & sine vlla distinctione,quòd si in fundatione dictum sit, quòd ordinarius non possit se intromittere in eius visitatione, non potest illud visitare.

7. Tertiò exploditur Augustinus Barbosa *de potest.Episc.part.3.alleg.75. num.9.* qui docet, suprà dictas declarationes Cardinalium intelligendas esse de Hospitalibus,quæ à laicis reguntur, quasi merè laïcalia, & in quibus piæ dispositiones non adsunt;vel de loco pio, hospitalitatis causa priuatim instituto, intra ipsiusmet instituentis ædes intercluso,ita vt ab extra, si quod opus sit spiritualitatis vocetur. Sed miror, Barbosam, aliàs virum doctum,sic leuiter in hac materia loqui: nam declarationes Cardinalium loquuntur de Hospitalibus omnibus in communi,& absolutè, & sine vlla distinctione, & in quibus piæ dispositiones adsunt, & erectæ sunt Capellæ, cum onere Missarum,vt patet in illa declaratione facta in causa Hospitalis de Holmedo ciuitatis Abulensis, & in multis aliis.

8. Quartò, non valet dicere, quòd declarationes Cardinalium loquuntur de Episcopo,qui vult visitare aliquod Hospitale, vt Episcopus; non autem, vt apostolicæ Sedis Delegatus, vigore Concilij Tridentini *sess.23.cap.8.*Et pro hac opinione faciunt ea, quæ adducit Marius Antonius *var.resolut.lib.1.resol. 66.num.4.*Sed hæc responsio est ridicula: nam Cardinales fuerunt interrogati in ordine ad dictum Decretum Concilij;& ipsi de dicto Decreto loquentes responderunt. Et ratio, per quam adstricti fuerunt ad faciendas illas declarationes, nempe, vt seruetur forma in fundatione apposita; non solùm militat, si Episcopus velit visitare Hospitale, vt Episcopus;sed etiam,vt Delegatus apostolicus.Et ita in casibus occurrentibus,pro quibus emanarunt dictæ declarationes, Episcopi se abstinuerunt à visitatione Hospitalium, & aliorum locorum piorum, & in quorum fundatione cautum erat, ne Episcopi se intromitterent.

9. Et tandem pro complemento huius quæstionis licèt Garzias, *vbi suprà, de benef. tom.1. cap.2. num.98.* cum aliis, asserat, dictas declarationes non esse intelligendas in casu negligentiæ;nam Fundator, seu testator, non potest prohibere,ne Episcopus se intromittat circa implementum,& executionem eorum,quæ ad pias causas relinquuntur,vt *ex cap. ina nobis.§.1.de testam.*probat Bobadilla *in polit.lib.2.cap. 17. num.102.* Suarez *in praxi. tom.2. pral.2. num.44.* Sarmiento *lib.1.select. cap.11.à num.14.* Spino *in speculo testam.gloss.28.principali,num.20.* & alij: tamen quidquid sit de hac opinione, notandum est,quòd si esset amplectenda,limitanda foret,vt non procederet,quando in casu negligentiæ Fundator,seu testator, alios executores substituerit, vt rectè notant Aufrerius *in Apost. decis.112. Capellæ Tholosanæ*, & Alexander, *vbi suprà, de commut.vlt.volunt.cap.10. conclus.7.num.475.*cum Couarruuia *in cap.tua nobis,de testam.num.2.*& Matienzo *lib.5.tit.4.leg.7.gloss.2.n.2. fol.220. & leg.14.gloss.1. num.45. fol.130.* tunc enim excluditur Episcopus,donec substituti constituantur in negligentia. Et ita etiam docet Perez *de Anniuers. lib.2.cap.9.num.26.*Et hæc dicta sufficiant circa præsentem satis difficilem quæstionem.

10 Hoc vnum addam, & multùm notandum, quòd licèt Concilium Tridentinum *in sess.22.*annullet omnia priuilegia exemptionis,Hospitalibus concessa in illis verbis *cap.8.Etiamsi exemptionum priuilegio sint munita,*tamen hæc verba intelligenda sunt de priuilegiis extrà, & non in ipsa fundatione concessis.Et ita declarauit Sacra Congregatio,exponens suprà dictum locum Concilij,in hæc verba:[Si loca pia, in eorum fundatione exempta facta fuissent ab Ordinario, per hoc decretum nihil est eis derogatum.] Hanc declarationem ego inueni in schedis meis,desumptam olim ex Farinacio.

RESOL. CLXXXIX.

An Episcopus possit visitare Hospitalia, & Confraternitates quoad decentiam Diuini cultus, etiam si existant sub protectione Regum?

Et explanatur, quod licet Episcopus non visitet Capellas particulares,& exemptas,tamen potest inquirere, an decenter ibi Sacra ministrentur? Ex part.1.tr.2. Res.101.alias 100.

§.1. TAles Confraternitates,& Hospitalia nullo pacto in omnibus ab Episcopis visitari posse,docent ex Concilio Tridentino communiter Doctores,quos citat,& sequitur Barbosa *de potest.Episc. p.3.allegat.75.num.16.* quibus ego addo Piasecium *in praxi Episcop.part.2. cap.6. art.5.num.11.* Azeuedum *tom.5 lib.8. tit.14.l.13.n.9.* & Vgolin.*de potest Episc. cap.24.§.1.num.3.*

2. His tamen non obstantibus, posse Episcopos in dictis locis visitare diuinum cultum,& ornamenta,docuit Gabriel Pereira *in tract.de man.regia,part. 2.cap.17.num.12.* vbi sic asserit: [In his Confraternitatibus de Regum protectione possunt Prælati visitare decentiam diuini cultus, & ornamentorum *ex reg.cap.2.in fine,de custod.Euchar. & per totum titulum de Relig.& vener.Sanct.*Vnde Abbas *in c.vlt. de cens.* & plures,quos citat Parisius *cons.34.*inquiunt,quòd licèt episcopus non visitet Capellas particulares, & exemptas; tamen potest inquirere, an decenter ibi sacra ministrentur.Nec obstat Concil.Trident. *sess. 22.cap.8.*quia procedit circa opera, quæ illis in locis exercentur,& circa petendas rationes eorum,quæ ibi expenduntur;non autem de visitatione circa cultum diuinum,quæ ad Episcopum necessariò, & priuatiuè spectat;quia res spiritualis est, & Ecclesiastica, & debet intelligi, vt Ordinarij non visitent in his, quæ sub protectione Regum comprehenduntur

non

non verò de diuinis, in quibus Reges iurisdictionem non habent: stylus tamen aliter obseruat. Viderint, qui aliter iudicant.] Ita Pereira.

RESOL. CXC.

An iurisdictio temporalis Archiepiscopi Montis Regalis sit à Rege Guilielmo II. ita ei concessa, vt omnem Superioritatem à se abdicauerit, & possit ab illo exerceri per Gubernatorem Ecclesiasticum? Ex part. 7. tract. 10. & Misc. 1. Resol. 4.

§. 1. SVppono concessionem iurisdictionis temporalis factam à Guilielmo II. Ecclesiæ Montis Regalis non esse feudalem, sed puram & liberam donationem, quod patet primò; quia in dicta concessione nulla inuenitur mentio de feudo, nec de aliquo seruitio, nec de vllo præstito iuramento fidelitatis. Ita Menoch. *conf. 1 num. 28. & 31. & conf. 191. num. 17. & 18.* & alij. Imò in d. priuilegio habentur hæc verba: *vt ea* (loquitur de rebus concessis) *omni futuro tempore in perpetuum liberè, & absque omni seruitio teneat & possideat.* Sic ibi. Adde quòd licèt in dubio omnis præsumptio sit capienda ad excludendam donationem, etiamsi actus redderetur nullus, ex *l. si non sortem. §. si falsò, ff. de cond. indeb.* & *ibi* Bart. Zasius *in l. 1. Denique, num. 13 ff. de verb. obligat.* Tamen ex quo facta fuit Ecclesiæ, magis præsumitur donatio libera, quàm concessio feudalis, vt docet Menoch. *vbi suprà*, Cephal. *conf. 369. num. 73.* Roland. *lib. 1. conf. 85. num. 18.* quibus adde duos doctiss. Neotericos Io. Baptistã Spadam *in conf. crimin. Farinacij tom. 3. conf. 198. numero 28.* & Io. Cochier *in vindiciis libertatis Ecclesiasticæ part. 1. cap. 17. num. 17.*

2. Secundò probatur hanc concessionem non esse datam in feudum ex illis verbis priuilegij, ibi. *Perpetuò concedimus.* Etenim hoc verbum importat puram, & liberam donationem, vt tradit Ioannes Solorzanus *de Indiarum iure libro tertio, capite primo, numero 44.* Cephalus *dicto consil. 369. numero quinto, & sequent.* Rolandus *libro primo, consil. quinquagesimo, numero vigesimo quinto, & libro secundo, consil. 102. numero duodecimo,* & alij etiam quos citat & sequitur Spada *vbi suprà, numero vigesimo-sexto*, & Cochier *numero decimo octauo.* Probatur hoc etiam aliis verbis in dicta concessione appositis: vbi Rex asserit dictam concessionem ex sua liberalitate fecisse: quæ quidem verba etiam puram, & liberam donationem significant, vt obseruat Cochier *loco citato. capite decimo-septimo, numero vndecimo, & vigesimo-tertio,* cum Oldrado *consil. 159 numero tertio*, Cephalo *consil. 369. numero quadragesimo nono*, Bursato *libro primo, consil. quadragesimo-quinto, numero secundo*, Iason *in leg. si consortem, §. libertus. num. octauo, de condit. indeb. & in leg. & hoc iure, quinquagesimo-quarto, ff. de iustit. & iur.* & aliis. Et hanc sententiam ex nostris Regnicolis docet Guilielmus de Perno *conf. quinto*, vbi ex pluribus probat concessionem Guilielmi II. factam Ecclesiæ Montis Regalis esse liberam donationem.

3. Hoc suppositò (quod etiam *infrà* magis patebit) videlicet hanc concessionem iurisdictionis factam à Guilielmo Rege Abbati & Ecclesiæ Montis Regalis non esse infeudatam, sed esse puram, & liberam donationem: sequitur ipsum Regem Guilielmum voluisse à se abdicare, & de facto abdicasse omnem superioritatem, & aliud dominium, & in Ecclesiam transtulisse. Et ita ex pluribus Doctoribus solidè probat doctus Ioannes Spada Fiscus Cameræ Apostolicæ, *vbi suprà, inter Concilia criminalia Farinacij tomo 3. conf. 198. per totum*, & Ioannes Cochier *in vindiciis libertatis Ecclesiasticæ part. 1. cap. 20. per totum*, & alij penes ipsos. Nam non potest assignari solida differentia, cur Princeps laicus non possit, aut non abdicare velit à se iurisdictionem supremam, quando libere donat Ecclesiæ Romanæ: vt optimè præter Cochier & Spadam probat Mandellus *de Abba. libro primo, consil. 62. num. 15. & 16. & conf. 64. n. 83.* Nam ex parte donantis vtraque donatio sit à Principe laico, in cuius præiudicium facienda est interpretatio ex *leg. finali. de constit. Princip.* Cephalo *conf. 369. numero 73.* & aliis infrà. Deinde quæ donantur Ecclesiæ inferiori, censentur donata esse Ecclesiæ Romanæ, vt probat Cochier *vbi suprà cap. 16. num. sexto*, Spada *numero vndecimo*, & Mandellus *conf. 62. n. decimoquinto*, quia omnes Ecclesiæ sunt vna Ecclesia, & membra vniuersalis Ecclesiæ, *ex leg. penultima, §. vna verò, de summ. Trin.* Felino *cap. qua in Ecclesiarum, numero 74. de Constit.* Lapo *Allegat. 92.* Tuscho *tom. 4. concl. 40. numero octauo* & ideo bona singularum Ecclesiarum censentur bona Ecclesiæ Romanæ, vt docet Spada *loco citato*, Cùm ergo in bonis, quæ donantur liberè Ecclesiæ inferiori, militet eadem ratio, quæ militat in bonis donatis Ecclesiæ Romanæ, sequitur quòd in eis militare debeat eadem dispositio, vt nulla superioritas in eis reseruata sit. Cæteras rationes videbis penes Spadam, Cochier, & Mandellum *locis citatis*, & ideo hanc sententiam in terminis casus nostri docet Guilielmus de Perno *dicto consil. quinto*, vbi loquens de hac donatione facta à Guilielmo II. Ecclesiæ Montis Regalis, asserit de illa philosophandum esse, quemadmodum de donatione Constantini Imperat. facta Ecclesiæ Romanæ.

4. Sed aduersus supradicta dices primò, quòd in concessione iurisdictionis supremæ semper superioris auctoritas censetur excepta, & reseruata, cùm inhæreat eius ossibus, vt tradit Tapia *ad rubr. ff. de Constit. Princ. cap. 2. numero decimo-quinto*, Bobadilla *in Polit. libro secundo, capite decimo-sexto, num. 83.* Salgado *tomo primo, parte prima, cap. secundo, num. 37.* Sotomaior *de Tertiis, tomo septimo, capite quadragesimo, num. decimo-sexto*, & alij. Vnde Peregrinus *tom. primo, conf. primo. num. nono.* & Cacheranus *conf. tertio, num. sexto*, & alij penes ipsos negatiuam sententiam contra ea., quæ *suprà* docuimus, mordicus tenuerant asserentes in donatione facta Ecclesiæ inferiori, Principes laicos non abdicare à se supremam iurisdictionem, & altum dominium; sicut in donatione facta Ecclesiæ Romanæ; Et etiam quoad hanc ausus est negare Thomas Michaël *in Conclusionibus Theorico-Practicis de iurisdiction. Thes. 25. litera B.*

5. Sed respondeo distinguendo; nam vel donatio iurisdictionis conceditur personis laicis, & tunc dico veram esse doctrinam supradictam; quod Princeps semper censetur sibi reseruare supremam iurisdictionem: vel concessio, seu donatio iurisdictionis efficitur Ecclesiæ etiam inferiori, & tunc Princeps censetur à se abdicare etiam altum dominium per ea quæ superiùs dicta sunt. Quibus nunc addo disparitatem rationis, quia in primo casu laici remanerent Acephali per tradita ab Abbate *in cap. non liceat. num. 16. de Prascription.* & *ibi* Felinus *num. decimo, & vndecimo*, quod non militat in donatione facta Ecclesiæ, non enim possunt remanere Acephalæ, cùm subsint suis superioribus Ecclesiasticis, & Sedi Apostolicæ, vt tradit Felinus *vbi suprà*, cui adde Cochier *cap. vigesimo, num. quarto.* & Spadam. *vbi suprà, num. decimo octauo*, & Mandellum *consil. 62. num. decimo, & duodecimo, & num. 35. & 36.* Et licèt contrariam sententiam, vt dixi, teneat Peregrinus, Cacheranus, & alij,

alij, asserentes supremam iurisdictionem semper reseruati in donatione facta Ecclesiæ inferiori, non sunt tamen audiendi; quia pro dicta sententia 13. Doctores tantùm adducuntur, sed pro sententia quam ego doceo Doctores 42. citat Ioannes Baptista Spada *in dicto consil. 98.* quibus adde Ioannem Cochier *vbi supra in vindicijs libertatis Ecclesiasticæ, parte prima, capite vigesimo*, vnde hanc sententiam tanquam magis communem, & magis veram, & Ecclesiæ fauentem omnino amplectendam esse existimo, satis enim firmat Martha *de iur. parte quarta, cen. 2. cas. 16.* Barbosa *de iurisdictione Ecclesiastica libro tertio, cap. decimo tertio, numero trigesimo quinto*, Valenzuela *in Manitorio Pauli V. parte prima, numero quadragesimo tertio*, Bellettus *in Disquisitione Clericorum, parte prima, titulo de Exemptione Clericorum à statutis, §. quarto, numero tertio.* & alij, quos ego citaui *in parte prima, tractatu secundo, Resolutione 65.* in diuersis opinionibus illam sequendam esse, quæ fauet Ecclesiæ, & eius iurisdictioni, etiamsi contraria esset communis, vt docet Sousa *in Bulla Cœna, capite decimoquarto, disputatione 176. numero quinto*, quantò magis procedere dicendum est in casu nostro supradictam doctrinam, cùm communis opinio stet pro Ecclesia.

Qui sic est dicta Resol. sup. in Resol. 162. 4. Ad priuilegium. cur. fin in fin. & Resol. in Resol. 190. in fine, & in Resol. 207. §. Igitur. & in Resol. 214. §. 4. post medium, & supra in tra. 1. in Resol. 42. §. 2. prope fin. 1 vers. Et hinc. & in Resol. 118. §. vlt. & in Resol. 128. §. Selue. in fine, & infra in tra. 3. Resol. 81. §. 1. ad medium, vers. quod dictum est. & inferius in tra. 8. Resol. 46. Sed file. in com. 4. tra. Resol. 119. §. Igitur ad medium.

6. Dices secundò. Quòd in priuilegio, de quo loquimur, non præbetur Abbati territorium cum mero & mixto imperio; sed tantum efficitur Iustitiarius, ergo debet subesse magno Iustitiario, & à fortiori ipsi Regi; quod est argumentum adductum à Capicio *decis. 47. numero decimoquarto.* Sed respondeo, in verbis dicti priuilegij concedi territorium cum mero & mixto Imperio, non solùm quia Abbas creatur Iustitiarius, sed etiam quia in dicto priuilegio per liberam donationem, vt probatum est, conceduntur Ecclesiæ illæ, terræ, castra, & villæ: ergo territorium & iurisdictio cum mero & mixto imperio conceduntur, vt cum Dyno firmat Perno *consil. quinto*, quibus adde Bartolum *in lege prima, §. cum vrbem de Offic. Præfect. Vrb. numero quinto & nono, & in leg. prima, numero decimo sexto de iurisdictione omn. iudic. & in leg. si quando num. nono, Cod. de bon. vacan. libro decimo*, Oldradum *consil. 252.* Lucam de Peña *in dicta leg. si quando num. 14. Cod. de bon. vacan. & in l. prima, num. decimo octauo, de priuil. Schol. lib. duodecimo*, Ancharanum *in cap. præterea de offic. deleg.* Felinum *in c. Rodulphus de Rescript. & in cap. quod sedes*, vbi Alciatus *num. 85. de offi. ordin.* Suarez *allegat. 7. num. octauo*, & alios quos adducit & sequitur Ioann. Vicentius de Anna *allegat. 52. num. primo, & sequent.* Secundò additur cum omnibus tenimentis & pertinentiis; in quibus verbis, licet aliqui asserant quod etiam concedantur Regaliæ, vt docet Menochius *consil. 504 n. quadragesimo nono* & Bruchman *ad Rubric. Quæ sint Regalia, capite quinto, num. 42. & 54.* & alij. Tamen quicquid sit de hoc certum est appellatione Pertinentiarum venire iurisdictiouem & imperium tam merum quàm mixtum, vt rectè probat Henricus Bocerus *tractat. de iurisdict. cap. octauo, num. vigesimo-quarto*, Wesember *part. 2. consil. 78. num. septimo*, Parisius *consil. nono, num decimosexto & vigesimo, vol. primo.* Tertiò adduntur etiam hæc verba. *Et quidquid est in Demanio, & Demanium quidem libere.* Quæ quidem verba, vt obseruat Gulielmus de Perno *dicto consilio quinto*, important ea, quæ sunt iuris Regij, & quæ sunt appropriata ipsi Principi. Demania enim sunt illa, quæ reseruata sunt & retenta per Principes in potestate, & sub dominio non donata, seu concessa aliis. Vide dictum de Perno, qui fusè & doctè ad corroborandam nostram sententiam explicat supradicta verba Priuilegij Gulielmi secundi. Notandum est etiam hîc cum Spada *vbi suprà num. trigesimotertio*, in difficultate, de qua loquimur, Doctores non considerare, an fuerit concessa Regalia, sed solùm considerare, an fuerit facta libera donatio Castri, Terræ, &c. & tunc concludunt, quòd si donatio est facta etiam Ecclesiæ inferiori; quòd tunc Princeps Laicus censetur à se supremam iurisdictionem abdicasse: sed totum hoc accidit in casu nostro. Ergo, &c.

7. Adde, quòd si Rex Gulielmus Magno Iustitiario, vt vult Capicius *vbi infrà*, vel sibi aliquam superioritatem voluisset reseruare; illam aut expressè reseruasset; aut in feudum talem iurisdictionem concessisset: quod cùm, vt docet Spada, *vbi suprà num decimoquarto & trigesimoprimo*, non fecerit, dicendum est illam sibi noluisse reseruare, neque reseruasse, ex *l. quicquid adstringenda. ff. de verb. oblig.* Vnde in dubio in ipsius præiudicium interpretatio facienda est, nam donationem factam Ecclesiæ à Principe Laico in eius præiudicium interpretandam esse tradit Kochier *cap. 32. num. 2.* cum Gratiano *in Disceptatione tom. primo, capit. 154. num. 31.* Rolando *consil. octauo, num. decimo octauo lib. primo.* Cephalo *consil. 369. num. 73.* & aliis. Hinc Wamesius *consil 154. num. septimo, de appell.* Erasmus Kochier *de iurisd. tom. primo, part. prima, quæstione 85.* dixerunt quòd in dubio præsumendum est bona Ecclesiæ concessa esse purè, simpliciter & pleno iure, nulla etiam concedenti cognitione reseruata: & ideò Felinus *in cap. solitæ de maior. & obed.* cum Ioann. Kochier *vbi supra cap. trigesimoprimo, num. vigesimosecundo*, tradunt in dubio censeri iurisdictionem concessam Ecclesiæ totaliter. Sed nos sumus in claris, vt patet ex verbis priuilegij *suprà* consideratis: vel saltem dato & non concesso, sumus in dubio, vt patet ex ipsomet Capicio *loco citato.* Ergo, &c.

8. Verùm omnia supradicta non solùm probantur ex iure, vel ratione priuilegij dicti Gulielmi II. vt visum est; sed etiam ex legitima præscriptione, iura enim Principi sunt præscriptibilia, vt docet Alberic, *in leg. imperium col. duodecima, Digest. de iurid. omn. iudic.* & Ioan. Kochier *cap. trigesimo primo, num. quinto.* Vnde Sixtinus Regnerus *de Regul. lib. primo, capite quarto, num. 136. & sequent.* ex multis firmat Regalia acquiri ex præscriptione & consuetudine: & præscriptionē procedere contra Imperium docet ex Baldo Nandellus de Alba *cons. 64. numero 91.* etiam de his, quæ sunt reseruata in signum superioritatis, vel præminentiæ: vbi adducit plures alios DD. qui loquuntur de præscriptione ndn solùm cum titulo sed etiam sine titulo. Nec valet dicere, quòd ius supremi domini nullo tempore præscribi potest ex *leg. competit*, vbi gloss. & Doct. & *Codice de præscript.* & Iason. *cons. 113. vol. primo.* cum Zazio *libro secundo, cons. decimosexto, num. duodecimo.*, Rossantaul. *de feud. capite quinto, conclusione decimasexta, num. primo, in gloss. lit. A.* Baldo *in leg. imperium. ff. de iurisd. omn. iudic.* & aliis. Nam respondeo contrariam sententiam veriorem esse, quam docet Felinus post Abbatem *in cap. cum non liceat num. decimo, de præscript.* & fatentur ipsimet Aduersarij, vt Cacheranus *consil. tertio, num. decimosexto*, quibus etiam adde Doctores, quos citat, & sequitur Sixtinus Regnerus *de Regal. libro primo, cap. quarto, n. 143* Confirmantur supra dictam etiā ex Doctoribus, quos citat & sequitur Paramus *in responsione 1. pro iurisdictione Sancti officij in præfatione num. octauo, & in responsione secunda, num. 82.* sic asserens: [Quando no huuiera esta immemorial, nos bastera la costumbre prescritta por espacio di 30. ò 40. años y aun de diez: quia consuetudo tribuit iurisdictionem, merum & mixtum imperium.] Sic ille ex multis Doctoribus.

9. Nec

9. Nec valet etiam dicere, possessionem in corporalibus, cuiusmodi etiam sunt Regalia, non dari sine scientia Aduersarij, & per consequens præscriptiones, & consuetudines ex *leg. finali, ff. de seruit. leg.1.§.fi.ff.de seruitut.rustic.pradior.leg.si à te emero.ff. de seruitut. vind.* vt docet Menochius *de arbit. lib.2. cent.2.cas.161.num.quarto*, & in indiuiduo casus nostri docet Cochier, *de vendic. libertatis Ecclesiastica. parte prima, cap.26. num.31.* Cui ego addo Alexandrum *consil.16. num.19.* Oldradum *cons.254. num.4.* Salicetum *in leg. vectigalia num.5. & 6. Cod. de nou. vectigal.instit. non posse.* Abbatem *in cap.cùm Ecclesia Sutrina,num.67.de caus. possess. & proprietat.* Soccinum *in capite cùm contingat, num. decimo-tertio, de foro competenti.* Non valet, inquam, hoc dicere:nam verius est præscriptiones & consuetudines validas esse sine scientia & patientia aduersarij,cùm habeant vim specialis concessionis ac legis,ac titulum certum pariant,ex *leg.hoc iure,§.ductus aquæ, ff. de aqu.quotid. & æstiu.*& ex *cap.1.de præscript.in 6.*& ex Doctoribus, quos citat & sequitur Sextinius Regnerus *de Regal. lib.1.cap.4. num. 150.* Sed in nostro casu non adest difficultas: nam non solùm adest scientia Principis, sed etiam approbatio. Etenim Philippus II.per Epistolam datam Bruxellæ die decima-octaua Martij 1558. executioni mandatam Messanæ, anno 1559. die vigesima Aprilis,non solùm confirmat priuilegia Eccl.siæ Montis Regalis concessa,sed etiam consuetudines & vsus.

10. Igitur ex supradictis remanet satis probatum iurisdictionem temporalem, quam exercent Domini Archiepiscopi Montis Regalis, non fuisse eis concessam in modum feudi,sed purè & simpliciter donatam,& in eis totaliter sine vlla reseruatione translatam, tanquam donationem factam Ecclesiæ. Vnde patet responsio ad ea, quæ nouissimè adducit Marius Cutellius *in C.l.Sicul. Iacobi Regis cap.37 not. 50.num.3.*negans Archiepiscopos Montis Regalis,& Episcopos Pactenses pro iurisdictione temporali exercenda, posse constituere Gubernatores Laicos: non enim vt vult Cutellius,opus est,vt talis Gubernator sit subditus Regi: nam eo ipso quòd Rex Gulielmus dictam iurisdictionem modo quo suprà explicatum est, Ecclesiæ & Abbati transtulerit, & à se omnem superioritatem abdicauerit, sequitur posse Dominos Archiepiscopos illam vel per seipsos tantùm, vel per Gubernatorem Laicum, seu Ecclesiasticum exercere: vt de facto per curricula tot annorum fecerunt. Et ideo dicendum est illos non solùm vigore priuilegij,sed etiam hoc facere vigore immemorialis præscriptionis,& consuetudinis; vt certum est:quòd quidquid potest priuilegio concedi, potest etiam præscriptione adquiri, vt docet Iason *in leg. Imperium. ff. de iurisdictione omnium Iudicum*, Mandellus *cons.64.num.8.* & satis probatum est *vbi suprà in respons. ad tertium argumentum*, euidentisque iuris est, quòd consuetudo & priuilegium purificantur ex *cap.consequutus 9.quæst.3.cap.quia, distinct.64.*& docet Innocentius *in capite nouit.de indic.& ibi* Gloss.*verb. consuetudinem*, cum Cochier *cap.26.num.27.* & aliis communiter.Vnde asseritur ab omnibus consuetudinem tribuere iurisdictionem non habenti, vt patet ex *l.Viros, Cod.de diuers.offic.lib.12.*& ex *cap. irrefragabili,§.excessus de offic.Ordin.cap. dilecti, de Arbitris, cap.Romana,de Appellation.in 6.capite cum quidam, de except.* & docent innumeri peñes Portocarrero *in competen.iurisd.Sancti Officij.n.27.*Narbonam *in recop. lib.4.tit.1 leg.20 gloss.22.n.27.* Wamesl.*cent.1. cons.16. n.4.* Bobadill.*in Polit.to.1.lib.2.c.17.n.70.* & Martha *de iurisdict.part.4.centur.2.cas.101.num.3.* Igitur cùm clarè constet Dominos Archiepiscopos Montis Regalis ex curritulo tantorum annnorum pro administranda iurisdictione temporali creasse Gubernatores Ecclesiasticos, dicendum est eis hoc competere non solùm vigore priuilegij,sed etiam ex legitima præscriptione,& consuetudine scita & approbata ab ipso Rege,*vt suprà* dictum est. Et licèt contraria opinio esset tenenda, nempe in concessione facta Ecclesiæ inferiori non censeri abdicatam supremam iurisdictionem,hoc ad summum, vt notat Aponte *decis. 2. num.20.* & Mastrillus *de Magist. tom.1. lib.3. cap.8. num.30.& 34* Suarez de Paz,*in practica tom.2. part.5. cap.vnico,num.4.* Scaccia *de appell.lib.3.cap.2.quæst.8. num.96.*& alij procederet quoad appellationem,non autem vt in Archiepiscopatu sit apponendus Gubernator Laicus, vt vult Cutellius. Et ideò Emin.Cosmus Cardinal.de Torres heu quondam amantissimus Dominus meus, cùm epistolam hortatoriam à M. R C.olim accepisset, per aliam epistolam omnia à me superiùs dicta confirmauit: pluráque alia notatione digna addidit. Vnde visum est mihi in gratiam futurorum illam hic per extensum apponere.

[Illustr. & Eccellent. Signor. Hò riceuuto vna lettera di V.E.e sua Regia Gran Corte sotto la data del primo del corrente, con la quale messorta, che per non pregiudicare alla giurisdittione reale mi voglia contentare di non far amministrare la giurisditione temporale di questa mia Chiesa da persona Ecclesiastica,ma Laica, conuenendo così al seruitio di S.M.In risposta della quale dico à V.E.che mi dispiace di non poter in cio conformarmi col senso suo come farò sempre in tutte quelle cose, che dipenderanno dalla mia volunta,e non saranno pregiudiciali alla giurisdittione di questa mia Chiesa,& à suoi priuileggi, come è la presente. Et accio che V. E. sia à pieno informata,sappia che Guilielmo II.nominato il buono Rè di Sicilia, doppo di hauere fundata la Chiesa Monreale, e dotatala di molti beni temporali, Città, Castelli,Terre, villaggi, gli diede multi priuileggi,essentioni,immunità,e tutte quelle libertà, che dalla liberalita reale puo partire, donandoli tutto quello,ch'è in Demanio, e seruitio del Rè,& il Demanio libero;& auendoli transferito il mero e misto Imperio di d.Città,Castelli, Terre & villagi, non in feudo, ma in libero e diretto dominio,expressaméte volse e dichiarò che l'Abbate di d.chiesa,non ostante che fosse persona Ecclesiastica,e Regolare,e non subdito alla giurisdittione reale amministrasse il detto mero e misto Imperio,e che non fosse in modo alcuno vessato,e molestato da officiali Regij nell'amministratione di d.mero e mixto imperio,come si legge nel priuileggio della donatione che ne fece alla Beatissima Virgine: e commandò che da nessuno fossero sminuite, ò in deteriore condicione mutate le gratie, priuileggi, essentioni, immunità & libertà da lui concesse in fauore di d.Chiesa per le sequenti parole. *Nec aliquando alicui liceat de his, qua auctoritate nostra sibi fuerint indulta, aliquid infringere, aut euacuare, vel in deteriorem ipsius Monasterij conditionem sub aliqua specie commutare;sed suis semper subnixa viribus,& libertate perseuerent, sicut apparuerint nostra liberalitate concessa.* E tutti li suddetti priuileggi sono stati Confirmati dalli Re successori fino à Filippo II. de gloriosa memoria,il quale per vna sua lettera data in Bruxelles à 18,di Marzo del 1558. confirmò non solo li priuileggi concessi à detta Chiesa, ma encora le consuetudini, & vsi,de quali era in possesso detta Chiesa, e la sudetta lettera fu causa cognita con la R. G. C. dal vicere Duca di Medina Cœli *l'anno 1559.* essecutoria in Messina à 20. d'Aprile 2. Indict. e ad instanza e petitione delli medesimi Re, che li concessero, furono confirmati da Alessandro III. Lucio

Lucio III. Clemente III. e Paolo III. Sommi Pontefici e con Censure Ecclesiastiche commandata l'osseruanza di essi, e le lettere Apostoliche di Sommi Pontefici sono state essecutoriate in questo Regno dalli Ministri di S. M. in conformità de quali priuileggi l'Abbati & Arciuescoui tanto per se stessi, quãto per menzzo de suoi Gouiern. Ecclesiastici, come secolari hanno sempre amministrata la Giurisdittione di questa mia Chiesa, e sono sempre stati in questa quiete, e specifica possessione come V.E. vedrà dalla qui acclusa fede, che le mando, senza che mai ci sia stato fatto intorno à cio difficultà alcuna, e l'istesso ò osseruato io insino al presente giorno: Onde mi gioua sperare dalla rettitudine di V.E. che non permettera di tetare nouita tale in preiudicio delli priuileggi, immunità, & libertà di questa mia Chiesa, tanto più che in essa non vi puto essere cosa contraria alla Giurisdittione Reale, essendo la medesima Chiesa del Patronato die S. M. & essercitandouisi ogni giurisdittione per la sua real presentatione à V.E. che essendosi discussa molte volte l'istessa materia in altre patti, & in questo Regno ancora, sempre è estata risoluta à fauore de gli Ecclesiastici, come V.E. vedrà dall'accluса copia di littera scritta al Vescouo di Patti: e come segui alcuni anni sono tra il Vescouo di Nouara, & il Gouernatore di Milano per le Terre dell'Isola d'Orta, che possiede quella Chiesa, & vltimamente nel Pontificato di Clemente VIII. trà il Vescouo di Ceneda e la Republica di Venezia, che fece il medesimo tentatiuo. E cosi spero che riconosciute e considerate tutte le sopradette ragioni restarà V.E. seruita ordinare che si reuochi la detta lettera; di che per l'obligo che tengo d'assistere alla cõseruatione delli priuileggi e libertà di questa Chiesa, ne supplico instantemente à V.E. e frà tanto per fine li baccio le mani. Monreale li 15. d'Agosto. 1637. Di V.E. Partialissimo seruitore. Il Cardinale de Torres.]

11. Epistola verò scripta ad Episcopum Pactensem; de qua testatur Eminentissimus Antistes, emanauit ab Eminentissimo Cardinali ab Auria; quum hoc Regnum feliciter vice Regis regeret. Et sic habet [Philippus &c. Consiliari deuote, Per vestre letere delli 12. del passato mi è auuisato quello che per due nostre lettere v'hauemo essortato circa il deputare nell' officio di Gouernatore della Terra di Librizzi persona secolare, e che à questa S. Chiesa fu anticante concessa la sudetta & altre Terre del Comte Ruggero, e che hauendo tutti li vostri Predecessori amministrato per spatio di 500. anni indifferentemente in essa giustitia temporale tanto per se stessi, quanto per mezzo di loro Gouernatori, così Ecclesiastici, come secolari, hauete continuato à fare l'istesso voi ancora, come meglio per dette lettere si contiene, delli quali fattoni relatione per la R.G.C. prouidimo in dorso di quelle à 16. del presente, Respondeatur prout conuenit. In risposta delle quali vi dicciamo, che possiate libramente seguire l'amministratione della giustitia di detta Terra tanto per voi stesso, quãto per mezo di vostri Gouernatori cosi Ecclesiastici come secolari dell'istesso modo, che li vostri Predecessori hanno fatto, & voi hauete continuato à fare, che quando occorrerà cosa di difficoltà, vi essortaremo. Datum Panormi die 21. Iulij 1616. Il Cardin. Doria V.F. P. V. Zoppetta, V. Castillio, V. Mastrilli V. Sicomus F.P.] Vnde licèt Cutellius verè asserat fuisse scriptam Epistolam Hortatoriam Episcopo Pactensi anno 1616. ne in Terra Librizzij Gubernatorem Ecclesiasticum constitueret, debebat tamen addere, quòd M.R.C. postquam rationes in fauorem dicti Episcopi maturè considerauit, postea ei rescripsit, vt patet ex suprà scripta Epistola, quòd liberè, sicut alij Episcopi Prædecessores fecerant, possit constituere in dicta Terra non solùm Laicum, sed etiam Ecclesiasticum Gubernatorem. Et ita ego sentio; Saluo semper, &c.

RESOL. CXCI.

An quando Clericus instituit heredem alium Clericum, vel laicus condidit testamentum ad pias causas, possit iudex Ecclesiasticus dicta testamenta publicare. Ex part. 1. tract. 100. aliàs 99.

§. 1. NEgatiuè respondet Barbosa *in leg. Hæres absens, ff. de iudiciis, num.* 189. & Pereira *in tract. de manu regia, p. 1. c. 16. n.* 18. vbi pro affirmatiua sententia, citat Molinam Theologum.

Sup. hoc in tom. 6. tr. 8. Resol. 39. §. 2. prope finẽ, à vers. vbicumque igitur, vsque in finem dictæ Resol.

2. Sed ego sententiam affirmatiuam, contra Peteiram cum Molina amplectendam esse puto, & illam cum Iurisconsultis neotericis docet Guttierrez *pract. qq. lib. 2. q. 49. num.* 5. 6. & 7. & Ioan. de Henia *in Curia Philippica, p.* ... *§.* ... *n.* 26. vbi sic asserit: [La insinuacion, y publicacion del testamento, ò donacion, en que el Clerigo instituye por heredero, ò dona à otro Clerigo, aunque no sea para causas pias, ò instituye, ò done à ellas, y el inuentario, que se hiziere, se ha de hazer ante el Iuez Ecclesiastico, como, alegando otros, lo trae Tello Hernandez, de que se sigue lo mismo se ha de dezir en esta succession ab intestato.] Ita ille. Dicendum est igitur, in dictis casibus publicationem testamenti spectare etiam ad Iudicem Ecclesiasticum.

Sup. hoc inuentario lege doctrinã Resol. seq. & alterius eius annot.

RESOL. CXCII.

An mortuo Episcopo inuentarium pro spolio possit fieri à iudice laico? Ex part. 4. tract. 1. Resol. 110.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Guttierrez *in pract. qq. lib. 2. quæst. 49. num.* 3. Cabedo *decis.* 83. & Ceuallos *de cognit. per viam violent. par. 2. quæst.* 78. *num.* 13. vbi sic ait. [De aqui se saca la practica de inuentariar los corregidores la hazienda de los Obispos, y Arçobispos y si esto se les impediere que se saque la ordinaria por via de fuerça del Consejo Real, adonde se manda alçar las censuras, y se remite la causa al Iuez seglar, para effecto de pagar las deudas de criados y otras cosas tocantes al buen gouierno.] Sic ille.

Sup. hoc in tom. 6. tr. 9. Resol. 66. & lege doctrinam prope finem Resol. præteritæ à vers. Y el inuẽtario, que se hiziere.

2. Sed tale inuentarium à iudice Ecclesiastico faciendum esse existimo cum Marta *de iurisd. part. 4. cas. 122. num.* 15. & Franc. Marco *in Delphin. decis.* 105. *part. 1.* Ratio est clara, quia tam mortui, quàm successores dictorum bonorum sunt personæ Ecclesiasticæ. nam in tali casu ex morte; v.g. alicuius Episcopi, vel ad dicta bona succedunt Episcopi eligendi, vel Ecclesia, vel Camera Apostolica, quæ quidem omnes sunt personæ prorsus exemptæ à iurisdictione laicorum. Ergo nescio quomodo in tali casu inuentarium supradictorum bonorum possit fieri à iudice laico, qui nullam habet in dictas personas, nec in eorum bona iurisdictionem. Et ita hanc sententiam post hæc scripta inueni docere nouissimè ex Doctoribus Hispanis Augustinum Barbosam *de iure Pontificio lib. 1. cap.* 8. *n.* 88.

RESOL. CXCIII.

An iudex laicus possit cognoscere in casu hæresis, si agatur de quæstione facti?

Et an iudices, laici non possint cognoscere de crimine, Sortilegij, quando hæresim continet? Ex part. 3. tract. 1. Resol. 2.

Sup. hoc in Resol. seq. & inf. ex Resol. 326. lege doctrinam §. 6. paulo post initium, & in tom. 5. tr. 12. Resol. 3. in fine.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Gabriel Pereira *tract. de manu Regia in concordat. D. Ioannis 1. art. 1. n. 175.* Ceuallos *tractat. de cognit. per viam violentiæ, part. 2. q. 56. n. 39.* cum aliis.

2. Sed tu contrarium omninò tene, ex authoritate *cap. vt inquisitionis, §. prohibemus, de hæret. lib. 6.* & vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, & ita hanc sententiam docent Doctores veteres magni nominis, vt Felinus *in cap. cùm sit, n. 1. de foro competen.* Alexander *in l. Titia. num. 13. ff. soluto matrimonio.* Idem etiam docet doctus Simancha *Instit. Cathol. 36. in principio,* & Decius *in cap. 2. num. 24. de iudic. in fine,* vide etiam *suprà in resol. 77.* Doctores quos citat, & sequitur Sanctarellus *in tract. de hæresi, cap. 10. dub. 4. num. 22.* & nouissimè hanc sententiam docet Tuschus *tom. 4. verf. Iudex Ecclesiasticus, conclus. 446 n. 4.* & Barbosa *in collect. tom. 3. lib. 5. tit. 2. cap. 18. num. 9.* qui citat alium Barbosam, vnde non est audiendus Pereira, & Ceuallos *vbi suprà.* Nota etiam hîc obiter à fortiori contra Gregorium de Valentia *tom. 4. disput. 6. q. 13. punct. 4.* iudices laicos non posse cognoscere de crimine sortilegij, quando hæresim continet, & ita tenet Farinacius *de hæresi, quæst. 18. §. 4. num. 101.* & ego *in tractat. de officio & potest. Inquisitorum.*

Quæ hîc est inf. Resol. 309. quamuis ibi nō est appositus talis Sanctarellus.

Sup. hoc in tom. 5. tr. 10. Resol. 103. & ibi in tr. 12. Resol. 10. §. 1.

RESOL. CXCIV.

An iudex laicus possit cognoscere de crimine hæresis? quando agitur de quæstione facti? Ex part. 4. tract. 1. Resol. 58.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet nouissimè Seraph. Freitas *in 3. edit. de Confessar. solic. quæst. 5. num. 86.* quia quæstio facti criminis hæreseos non est magis spiritualis, quàm quæstio facti aliorum spiritualium, de quibus sæcularis cognoscit, prout est beneficialis causa & matrimonialis, & similes; de quibus multa exempla inuenies apud Pereiram *de manu Regia part. 2. cap. 50. num. 16. cap. 29. n. 4. cap. 63. num. 18. & 19. cap. 74. num. 4. cap. 43. num. 4. cap. 44. num. 14. & cap. 52. num. 41.* & confirmatur, quia cognitio de quæstione facti non est propriè cognitio de crimine.

Quæ hîc est Resol. antecedens, & in aliis eius primæ not.

2. Sed hanc opinionem ego reprobaui cum multis DD. *in part. 3. tract. 1. resol. 2.* & nunc iterum reprobo cum Barbosa *in l. Titia 55. ff. soluto matrim. num. 85. tom. 2.* & Moura de Insul. *sect. 3. cap. 1. n. 34.* dico enim quòd licèt iudices sæculares de crimine hæresis olim poterant cognoscere, vt patet ex *§. si verò, in Authent. de sanctiss. Episc. & ex l. 1. §. final. C. de summa Trinit. & l. quicumque. §. vlt. C. de hæret.* Verùm hoc illis prohibetur iure Canonico sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda: vt patet *in cap. ex inquisitionis officio. §. prohibemus, de hæret. in 6.* vbi sic habetur, Prohibemus quoque districtius Potestatibus, Dominis temporalibus, & Rectoribus, eorúmque Officialibus supradictis, ne ipsi de hoc crimine, cùm merè sit Ecclesiasticum, quoquo modo cognoscant & iudicent. In quibus verbis notandum est illud verbum *quoquo modo,* quod omnem speciem cognitionis excludit, est enim dictio generalis omnia comprehendens, vt patet *in l. 1. ver. quoquo modo, ff. de testam. milit.* iuncta glossa *ff. de fideicommiss.* & aduertit Ruinus *consil. 98. n. 11. vol. 1.* Rolandus *consil. 80. num. 37. vol. 3.* Cephalus *consil. 58. n. 17. vol. 1.* & alij, & ideo nouissimè Pereira *de manu Regia part. 2. c. 65. num. 24.* licèt pro affirmatiua sententia aliquas rationes adduceret, tandem asserit quòd si contingat iudices sæculares se in his casibus velle immiscere, possint à iudicibus Ecclesiasticis inhiberi, ne procedant, & ita dicendum est cum Barbosa *vbi suprà,* quòd de causa hæresis sæcularis cognoscere non potest, etiamsi quæstio ad solum factum pertineat.

RESOL. CXCV.

An iudex laicus possit punire Apostatas?

Et explanatur, quod in conflictu opinionum illa magis est amplectenda, quæ fauet Ecclesiæ? Ex part. 4. tract. 1. Resol. 12.

Sup. hoc in tom. 5. tr. 12. Resol. 3. in fine.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Pereira *de manu Regia part. 2. cap. 74. num. 3.* quando quæstio versatur circa factum simplex, an quis fuerit Apostata, & fidem omninò dimiserit, quia quæstio facti huius criminis non est magis spiritualis, quàm quælibet quæstio facti matrimonij, vel similium, de quibus iudex laicus cognoscit: ergo, &c.

2. Sed hæc opinio prorsus non est tenenda: nam Apostasia non est peccatum specie distinctum ab hæresi, vt docet Bannez *in 2. 2. quæst. 12. art. 1.* Valentia *tom. 3. disp. 1. quæst. 11. punct. 1.* Azorius *tom. 1. lib. 8. cap. 21. quæs. 3.* Caietanus *in 2. 2. quæst. 10. art. 1.* Castrus *lib. 1. de iuncta hæretic. punit. c. 7.* Pegna *in direct. inquis. part. 2. comment. 74.* Becanus *in 2. 2. disp. 17. dub. 1.* & alij communiter. Sed iudex laicus non potest se ingerere ad cognoscendum de hæresi, etiamsi agatur de quæstione facti, vt ego probaui *in 3 part. tract. 1. resol. 2.* & dicam infrà. Ergo neque de quæstione facti Apostasiæ. Vnde apparet quàm latè in his materiis iurisdictionalibus procedant hodie quidam recentiores: nam non solùm conantur ingredi in aulas Episcoporum, sed etiam in secreto tribunali Inquisitorum.

Quæ nunc est prima Resol. post præteritam.

3. Notandum est hic obiter, ipsum Pereiram *num. 5. in fine,* asserere suam sententiam repugnare communi opinioni, sed illam sequi posse, quia Reges non tenentur sequi communes opiniones, sed probabilem. Verùm ego puto hanc sententiam non esse probabilem, cùm sit contra *cap. vt inquisitionis, §. prohibemus, de hæret. in 6.* vbi absolutè in causa hæresis prohibetur laicis se ingerere, & vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus; & ita docent Doctores quos citaui *in dicta resol.* Sed quoad electionem opinionum in casibus similibus, Reges obseruent consilium alterius senatoris, & non Pereiræ; is est doctus & pius Valenzuela *in defens. monitorij Pauli V. part. 1. num. 45.* vbi docet, quòd in conflictu opinionum illa magis est amplectenda, quæ fauet Ecclesiæ.

Sup. hoc inf. Resol. 201. & in multis aliis eius annot.

RESOL. CXCVI.

An Reges possint statuere, vt Familiares S. Inquisitionis non gaudeant priuilegio fori in aliquo delicto sine consensu DD. Inquisitorum?

Et ex doctrina huius quæstionis infertur differentia inter priuilegium concessum à Principibus laicis Ecclesiæ, & priuilegium concessum ab Ecclesia Principibus laicis; nam hoc reuocari potest tanquam priuilegium concessum subditis, illud autem minime, quod est valde notandum.

Et ideo priuilegium cognoscendi causas Clericorum concessum

cessum Principibus reuocari potest, etiam si per consuetudinem immemorabilem tali priuilegio innixam obseruatum fuerit?

Et contra non potest Princeps condere statutum abrogans aliud statutum suum, quod Clericorum priuilegium continebat. Ex part.4.tract.1.Res.82.

§.1. REspondeo negatiuè, quia iurisdictio quam habent Inquisitores in suos familiares, est Ecclesiastica,vel dato,& non concesso quòd sit Regia, iam per vnionem & incorporationem cum Ecclesiastica iurisdictione ipsa etiam Ecclesiastica effecta est.Deinde addunt aliqui quòd dicta exemptio etiamsi procederet à Rege,quia fuit data propter benemerita, & publicum bonum, nempe pro seruitiis, in quibus occupantur familiares pro officio sanctæ Inquisitionis, effecta est irreuocabilis : & ideo hanc sententiam docet Io.Dionysius Portocarrerus *in allegat. pro iurisdictione S. Inquisit. num.* 44. & quia codex rarus est, & non facile inuenitur, ponam eius verba. Sic itaque asserit. [En las concordias que se han tomado con la inquisiçion sobre estas causas,ha sido tan necessario el consentimiento de los Señores Inquisitores Generales, y de su Consejo, que sin el, no pudieron tener fuerça porque si las dichas esenciones y Iurisdiçiones proceden de la autoridad Apostolica, nadie puede disponer sobre ella] quacumque præditus potestate, cui obsequendi manet necessitas, non authoritas imperandi, ad notata *in cap.decernimus, de iudiciis, cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, de constit.* Sesse *tom.2. decis. in epist. Reg. num.* 52. [Mayormente que aunque las esenciones fueran original, y principalmente concedidas por los Reyes hauiendolo sido à personas benemeritas y en premio de su occupacion en seruiçio del santo officio y beneficio publico son irreuocables.] Baldus *in l.quæ ex relationibus, notabil.* 3. *C. de leg.* Curt. iunior *consil.* 144. *n.*4. Decius *consil.* 186. *num.*4. Romanus *consil.* 436.*num.* 14. Gonzales *in reg.* 8. *Cancellar. glos.* 18. *num.*23. [Y mucho mas siendo en fauor de la Yglesia.Matta 4.*part. centur.*1. *cas.*52. *n.*17. y otros. Sic Portocarcero. Vide etiam Narbonam *in* 3 *part.recopilat.lib.*4. *tit.*1. *leg.* 10. *glos.* 22. *num.* 21. docentem etiam hanc sententiam, necnon & Paramum *in resp.*2.*pro iurisdictione S.Officij,num.*149. & 154. qui probat hanc opinionem esse veram, non obstante concordia anno 1581.vbi videtur, Regem sibi reseruasse potestatem hanc de qua loquimur.

2. Igitur dato,& non concesso, quòd iurisdictio Inquisitorum in familiares procedat ex facultate Regia;tamen cùm sit priuilegium concessum non subdito ampliùs non potest reuocari, per ea, quæ adducit Basilius Pontius *de matrimonio lib.*8.*cap.*29.§.2. *num.* 12. Suarez *de legibus lib.* 8. *cap.* 37. *num.* 2. & alij communiter *in cap. nouit, de iudiciis.* Vnde infertur hanc esse differentiam inter priuilegium concessum à Principibus laicis Ecclesiæ, & priuilegium concessum ab Ecclesia Principibus laicis. nam hoc reuocari potest tamquam priuilegium concessum subdito, illud autem minimè. Hinc rectè Bonacina *in Bulla Cœnæ disp.*1. *quæst.* 15. *punct.* 4. §. 1. *num.* 6. & alij, docent priuilegium cognoscendi causas Clericorum Principibus concessum reuocari posse, etiamsi per consuetudinem immemorabilem tali priuilegio innixam obseruatum fuerit;quia priuilegium subdito concessum reuocari posse,communis est Doctorum opinio. Sed priuilegium cognoscendi causas Ecclesiasticas concessum est subdito, etiamsi concessum sit Imperatori, vel Regi, Papa enim est illis superior, cùm Christus generaliter dixerit Petro & consequenter eius successoribus, *Pasce oues meas :* ergo, &c. Vide Suarez contra Regem Angliæ *lib.*4 *c.*34.*n.*27. & Cardinal. Tuschum *tom.*5. *ver. libertas Ecclesiastica,concl.*342.

3. Deinde confirmatur nostra sententia ex doctrina Azorij *part.*1. *lib.*5. *cap.* 13. *quæst.*5. Pesantij *tract. de immunit. Ecclesiast. disp.*9. Filliucij *tom.*1. *tract.* 16. *cap.* 10. *num.*269. Alterij *de censuris tom.*1. *disp.*16.*lib.*5. *cap.*6. & aliorum, quos ego ipse adduxi *in part.*1.*tract.*2. *resolut.*60. asserentes contra nonnullos,non posse Principem condere statutum abrogans aliud statutum suum, quod Clericorum priuilegium continebat, quia priuilegium concessum, postquam ratum habetur ab eo, in quem collatum est, transit in ius.ergo Princeps laicus, potuit à principio priuilegium Clericis non concedere, sed semel concessum non potest amplius reuocare,vt habetur ex Felino *cap.Ecclesia sanctæ Mariæ, de constit. num.* 124. Sed hæc omnia accidunt in casu nostro, quia hoc priuilegium concessum est Clericis & Tribunali Ecclesiastico sanctissimæ Inquisitionis ergo &c. Quæ nunc hanc sequetur.

4. Facit etiam quòd supradictum priuilegium fuit concessum propter benemerita & seruitia facta Tribunali sancti Officij ad bonum publicum; ergo est priuilegium remuneratorium, quod transiuit in vim contractus, & factum est irreuocabile, per ea, quæ tradit Bayetola *in allegat. pro iurisdictione sancti Officij art.* 5. *num.*91. Cochier *de libertate Ecclesiastica part.*1.*cap.*30. *num.*10. Rolandus à Valle *volum.*3. *consil.*13. *num.*30. Grammaticus *decis.*65. *n.*24. Osasseus *decis.* 139. *num.*28. Surdus *consil.* 140. *num.* 38. Aponte *consil.*60.*num.*22. & alij communiter : ergo, &c. Quoad hoc inf. ex Res. 325. lege doctrinam §.3.& 4.

RESOL. CXCVII.

An si Princeps condaret statutum abrogans aliud statutum, quod Clericorum priuilegium continebat, peccet contra Immunitatem Ecclesiasticam,& taliter faciens incurrat excommunicationem Bullæ Cœnæ ?

Et aduertitur statutum esse contra libertatem Ecclesiæ, quando est contra libertatem vnius Ecclesiæ tantum? Ex part.1.tract.2.Res.61.alias 60.

§.1. NEgatiuam sententiam docet Sousa *in Bulla Cœn.cap.*16.*disp.*84.*concl.* 5. *n.* 6. Duardus etiam *in Bulla Cœn.lib.*2.*can.*15.*q.*27.*num.*16. Villalobos *in summa, tom.*1.*tract.*17. *dub.*21. *num.*4. & alij, dummodo, vt *in alia Resol.supra*, diximus, huiusmodi priuilegium non fuerit confirmatum per Summum Pontificem : putant enim hi Doctores, priuilegia particularia huius, vel illius Ecclesiæ Religionis vel personæ, directè non pertinere ad immunitatem Ecclesiasticam, & posse reuocari.Et ratio est: quia lex ad libitum statuentis, præsertim quando sponte facta est, & adest iusta causa, reuocari potest. ergo & priuilegium Ecclesiæ concessum : nam, qui est causa iuris, potest etiam esse causa reuocationis illius; quod sine iniuria tertij fit, cùm adest causa.Et cùm per reuocationem illius, quòd priùs concessum fuerat, aliquid reducitur ad ius, quod priùs competebat antiquitùs, conqueri non potest, qui ex tali reuocatione damnum patitur, vt docet Glossa *in leg. si vnus.*§.*pactum ne pereat.verb.quod in specie. ff. de pactis.* Ergo,&c. Sup. hoc in Res. præterita. §. Deinde. Sed ad firmandam doctrinam huius Res. lege doctrinam omnium Res. & §§. annot. 11 dictæ Resol. quæ est apposita in §. Igitur. dictæ Res

2. His tamen non obstantibus, contrariam sententiam amplectendam esse puto, quam ex Theologis docet Azorius *part.*1.*lib.*5.*c.*3.*q.*5. Coriolanus *in Bulla Cœnæ,excommunicat.*15.*fol. mihi* 935. Pesantius *tract.de immunit. Eccles. disputat.*9. & ex Iurisperitis

Martha *de iurisd. p.4.cent. 1.cas.62. num. 6.* Altherius *tom.1.disp.16.lib.5.cap.6 fol.703. col.2.* qui citat Felinum *in cap.Eccles. S.Maria,num 124.de constitut.* & copiosè noster D.Carolus de Grassis *de effect.cler.eff. 2.n.14.& 23.* Filliucius *tom.1. tract.16. cap.10.n.469.* qui citat Sayrum, & Sylvestrum;& alij.Et ratio est: quia priuilegium concessum,postquàm ratum habetur ab eo, in quem collatum est, transit in ius:ergo laïcus potuit à principio priuilegium Clericis non concedere;sed semel concessum non poterit ampliùs reuocare, vt habetur ex Felino *in c. S.Maria.n.124. de constit.*

3. Deinde, priuilegium concessum alicui non subdito, reuocari non potest;vt habetur *in c.nouit.de iudiciis,*& notat Abbas *in c.inter alia.n.19.de immun. Eccles.*& alij. Sed Clerici non sunt subditi sæcularibus:Ergo priuilegium illis concessum,amplius auferri non potest, & aliter facientes in excommunicationem Bullæ Cœnæ incurrerent:quod in verbis Bullæ determinatum videtur,ibi:*Quarumcumque Ecclesiarum iuribus quomodolibet praiudicatur.*Item semper indirectè per statutum contra particularem Eccclesiam præiudicatur cæteris generaliter.Ergo,&c.Et ita,stante hac opinione,si erat statutum antiquum laïcorum, vt singulis annis certo die cuiusdam mensis,cuidam Collegio Clericorum, vel Monasterio Regularium, erogarentur certæ eleemosinæ sed deinde efficerent aliud statutum,ne in posterum ea eleemosyna præbeatur;secundum hanc posteriorem sententiam,tale statutum esset contra libertatem Ecclesiasticam. Vide etiam circa præsentem quæstionẽ Genuensem *in pract. Eccl.triennario 17.9.480.n.2.*qui contra aliquos probat statutum esse contra libertatem Ecclesiæ, quando est contra libertatem vnius Ecclesiæ tantùm.

RESOL. CXCVIII.

An statuta laicorum etiam fauorabilia Clericis sint valida?

Et an statuta, & leges Principum sæcularium etiam licita, & honesta, & propter commune bonum facta, & quæ priuilegia Ecclesiæ non læderent, adhuc non ligent Clericos?

*Et notatur, quod quando Clerici, & Ecclesia in aliquo statuto non nominantur, possint cogi statuentes declarare,quod non comprehenduntur Ecclesia, & persona Ecclesiastica.*Ex part.3.tract.1.Resl.13.

§.1. REspondeo negatiuè ex defectu potestatis, & iurisdictionis,& habetur *in c.Ecclesia Sanctæ Maria,de constit.& ibi* Abbas *n.10.* & Felinus *n.80.* vide etiam Beroum *vol.1.consil.31. num.22.& 24.*Riminaldum seniorem *volum.2. consil.218. n.8.* Oddum *consil.44. n.13.* Menochium *vol.3. consil.291. n.25.* & alios penes ipsos. Si tamen aliqua lex Principis esset merè priuilegiata rerum Ecclesiasticarum siue Clericorum,tunc valeret,etiam quòd laici nullam habeant superioritatem in spiritualibus,nam non subdito priuilegium concedi potest, dummodo tamen talis lex non contineat præceptum, vel necessitatem, quia etiam quòd Ecclesiæ esset fauorabilis,& priuilegiata, tamen propter præceptum, & necessitatem, quam imponeret clericis, non valeret, sed secus, si resolueretur in vim consilij, seu priuilegij. Vide Surdum *vol.1.consil.2.num.19. & vol.3. cons.301.num.13.& 24.* Hondedeum *vol.1.consil.3.num.11. & vol.2.consil.29. n.17.*& alios,quos ipsi citant.

Sup. hoc supra in Resl. 92.§. Sed vt. cursim in principio, & infrà in Resl. 209.§. Adde. & in Resl.210. §.2. ad medium, & in Resl.334. § 6. & inferius in tr. 3. Resl. 15.§. 2. & in alio §.earum annotationum.

Sup. hoc & contento in hoc §. penult. infra in

2. Notandum est etiam hîc obiter, (& in hoc multi errant,) statuta, & leges Principium sæcularium etiam licita, & honesta, & propter commune bonum facta, & quæ priuilegia Ecclesiæ non læderent; adhuc non ligare Clericos, quia in statuente non sufficit iusta causa, sed requiritur iurisdictio;nam necessitas, seu bonum commune, vel iusta causa, nunquam tribuunt iurisdictionem laicis in Clericos. Vide Menochium *vol.3.consil.291.n.25.* Surdum *vol. 1.consil.2.num.33.& vol.3.consil.301.num.11. & 28.*& alios penes ipsos.

Resl.210. §.1. post medium a vers.Necessitas,&c.

3. Nota etiam quòd quando Clerici, & Ecclesia in aliquo statuto non nominantur, possunt cogi statuentes declarare, quòd non comprehendantur Ecclesia, & personæ Ecclesiasticæ, vt docet Ioannes Bertran.de Gueuara *in propugnaculo libert. Eccles. asser.2. §.2. num.63.* Ancharanus *num.1.* Geminianus *num.4.*Francus *num.2.in c. finali de immunit. Eccles.in 6.*D.Antoninus *part.3.tit.12. cap.3.§.5.* & alij quos citant, & sequuntur Maynardus *de priuileg. Eccles. part.1.art.22. num.31.* & Surdus *volum.3. consil. 301. num.45.*

Sup. contento in hoc § vlt. in Resl. seq. & infrà in Resl.282.§. Dicendum. post medium, vers. Vnde, &c.

RESOL. CXCIX.

Quid facere debeat Episcopus, dum iudices laici edunt aliquod statutum contra libertatem Ecclesiasticam? Ex part.3.tract.1.Resl.68.

§.1. SI dubium sit an illud statutum libertati Ecclesiasticæ aduersetur, & damnum Ecclesiis, vel clericis, inferat, cogere potest conditorem ad declarandum expresè tali statuto clericos, & Ecclesias non comprehendi. Si verò, perspicuè constet illud statutum esse contra libertatem Ecclesiasticam, præcipere debet conditori, & ipsis ad quos pertinet, vt illud omnino tollant, & si hoc ipsi minimè efficere volunt, debet ipse authoritate sua tollere,& declarare huiusmodi statutum, legem,actum, pragmaticam, aut aliam ordinationem esse irritam, & inualidam. Vide Felinum *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, num. 145. de constit.* Altherium *lib.5. disput. 16.cap.6. dub.54.* Sayrum *de cens. lib.3. cap.34. n.17.* & alios.

Sup hoc in Resl. præterita §.vlt.&infrà in Resl. 282. §. Dicendum post medium, vers. Vnde. & infra in tr. 3. lege §.3.Resl. 21.&c.

RESOL. CC.

Quando statuta laicorum sint contra Immunitatem Ecclesiasticam?

Et pro praxi explanantur quinque casus prater alios iam discussos in aliis Resolutionibus in hoc ipsomet tractatu, & nouo Ordine. Ex part. 4. tract. 1. Resol.55.

§.1. PRimò, quandoEcclesia & personæ Ecclesiasticæ prohibentur,aut impediuntur vti rebus, aut facultatibus à iure communi sibi concessis. Ita Felinus *in cap. Ecclesia S.Mariæ,de constit.nu.111. & ibi* Imola, & Butrius, Alexander *lib.1. consil.121. & lib.2.consil.208.* Tuschus *tom.5.concl.342. num.13. 19.& 137.*& probatur ex *d. cap. Ecclesia S. Mariæ,4. de priuileg.cap.fin.de immunit.Eccles.in 6.*

Sup.hoc primo infrà in Resl. 208. § vlt. post medium, & in Resl. 209. Sed his. & magis late in Resl. 212. & 214. §. Confirmatur & in Resol. 282.§. ante medium & in Resol. 294.§.2.

2. Secundò, quando diminuuntur, vel tolluntur priuilegia,Ecclesiis, & Clericis concessa à Deo, Summis Pontificibus, aut aliis Principibus sæcularibus. Ita Cynus, & Salicetus *in Authent. cassa & irrita.* Baldus *in l. cunctos populos.* Imola *in cap.nouit de iudicijs ,num.2.* Abbas *n.2.*Alexander *lib.1. consil. 209.n.3.*

3. Tertiò, quando Clerici & Ecclesiasticæ personæ efficiuntur timidiores.Ita Angelus de Perusio *in l.1.§. quæ onerandæ, ff. quarum rerum,* & Bartho. *ibi* cum

Sup.hac ratio infrà in Resl.205. §. ad medium.

cum DD. *in c. Ecclesia*, & Cardinalis Tuschus *tom. 5. concluſ. 342. num. 39.*

4. Quartò, quando Clerici efficerentur deterioris conditionis quàm laici. Ita Felinus *in dicto cap. Ecclesia, num.* 111. Pechius *de amortizat. cap. 6.* Zabarella *in cap. peruenit, de immunit. num. 3.* & Probatur ex *cap. quanto, de priuileg.* & ex *cap. fin. de immunit. Eccles. in 6.*

5. Et quintò, illa ſtatuta ſunt contra libertatem Eccleſiaſticam, quæ ſunt apta afferre Eccleſiis & Eccleſiaſticis perſonis ſemper incommodum; vt notat Felinus *in d. cap. Eccleſia, num. 69.* etiamſi indirectè noceant Eccleſiis, quamuis diſpoſitio & ſtatutum non diſponat ſuper illis, ſuper quibus Eccleſia haberet ſpecialia priuilegia, vt patet ex *cap. quanto 26. de priuilegiis*, & probat Felinus *vbi ſupra, num. 104.* & Tuſchus *num. 140.*

6. Sunt etiam præter prædicta, aliqua ſtatuta contra immunitatem, de quibus *ſuprà* dictum eſt, vnde infertur cum Angelo de Peruſio *conſil. 48.* Felino *in d. cap. Eccleſia, num. 148.* Lapo *allegat. 92.* & Pechio *de amortizat. c. 6.* quàm periculoſa ſit hæc materia ſtatutorum, ne lædant immunitatem Eccleſiaſticam: vnde aduertant Confeſſarij, vt ab huiuſmodi ſtatutis ferendis pœnitentes deterreant.

RESOL. CCI.

Quando ſumus in dubiis, an aliquod ſtatutum ſit contra Immunitatem Eccleſiaſticam, an debeamus opinionem, qua fauet Eccleſiæ, amplecti? Ex part. 1. tract. 2. Reſ. 66. alias 65.

§. 1. REſpondeo affirmatiuè: quod eſt valde notandum; quia quotidianum. Et ratio eſt: quia in dubio tenenda eſt opinio, quæ fauet Eccleſiæ, vt patet *ex c. fin. de ſent. & re iudicata, & ex l. ſunt perſonæ. de relig. & ſumpt. funer.* Idem docet ex veteribus Felinus *in c. 1. n. 104. de conſtit.* Iaſon, *in l. filiusfam.* §. *Diui. n. 82. & in repet. n. 110. ff. de leg. 1.* Decian. *lib. 3. conſ. 80. n. 22.* Hondedeus *lib. 1. conſ. 3. n. 24.* nouiſſimè Bellett. *in diſquiſ. cler. p. 1. tit. 6. §. 4. n. 13.* & Maynardus *de priuil. Eccl. contra Venetos, p. 2. art. 22. n. 61.*

RESOL. CCII.

An Principes ſtatuentes, ne in eorum ſtatu poſſint adificari de nouo Eccleſia, & Monaſteria ſine eorum licentia, derogent Immunitati Eccleſiaſticæ?

Et an Conſtantinus Imperator conceſſerit facultatem, vt Eccleſiæ per totum Orbem poſſint adificari? Ex p. 1. tract. 2. Reſ. 62. alias 61.

§. 1. SEptem arguimenta pro parte negatiua adducit Anton. Bouius *in reſponſ. pro cenſuris Pauli V. contra Venetos*, quæ poſtea ſolide euertit, & impugnat, probans, tale ſtatutum eſſe contra libertatem Eccleſiaſticam. Idem etiam docet Vgolin. *in reſponſ. ad Iuriſc. Gymnaſij Patauini contra Venetos. c. 6. §. 1. 2. 3. 4. & 5.* Collegium Bononienſe *pro libert. Eccleſ. contra Venetos, n. 43.* Philip. Maynard. *de priuileg. Eccl. contra Venetos, p. 2. art. 24. per totum.* Bellet. *in diſq. cler. p. 1. tit. 6. §. 1. num. 20.* Duard. *in Bull. Cœn. lib. 2. can. 15. q. 19. n. 98.* Aloyſius *in praxi, tom. 3. reſolut. 207. num. 7.* Patres Theologi Religionis ſeruorum *in defenſ. cenſ. Pauli V.* Ioan. Franc. Fagnan. *in tr. de iuſt. cenſ. eiuſdem Pauli V. p. 2. fol. 26.* Ferdinan. de Baſtidia *in Antidoto contra Paulum Venetum, part. 2. argum. 10. & ſequent.* Valenzuela *in defenſ. Monit. Pauli V. p. 2. n. 28. & ſeq.* Lupus *tract. de liber. Eccleſ. q. 4. n. 7.* & Paulus Comitol. *in tr. de apolog. contra Venetos cap. 1. num. 17.* qui hoc probat ex multis, & præcipuè *ex diſt. 1. de conſecratione*, & in particulari *ex can. de locorum. Gelaſij Papæ: ex can. Eccleſiæ, Nicolai Papæ: ex cap. nemo Concilij Aurelianenſis: & ex decretalibus ſub titulo, de Eccleſ. adific. vel reparandis.* & maximè *ex Decret. finali.* & ex illa, quæ incipit, *Ad audientiam.* & ex illa Bonifacij VIII. quæ incipit, *Auctoritate de priuileg. in 6* patet hoc etiam *ex auth. de Eccleſ. tit per totam, & auth. vt null. fabric. orat. & hoc.* Et licèt à Valente, Theodoſio, & Arcadio Imperatoribus fuerit prohibitum, Eccleſias ædificari ſine Principis licentia, vt patet *ex l. nemo. C de relig. & ſumpt. funerum.* hoc tamen Imperatores illi effecerunt de facto, & propterea totum hoc fuit poſteà reuocatum à Iuſtiniano *in leg. ſancimus, §. ſiquidem, C. de Epiſc. & Cleric. & in dicta authent. vt null. fabr. &c.*

2. Sed audiamus de hac re diſſerentem Cardinalem Baronium *in ſua Paraneſi ad Rempublicam Venetam*, quæ tale ſtatutum contra libertatem Eccleſiaſticam fecerat, & propterea à Paulo V. excommunicata; vbi *fol. 15.* ſic aſſerit: Exagitamini inſuper literis apoſtolicis: per vos ſtatutũ. Ne quis Eccleſias, Monaſteria, atque alias religioſas Domos Venetiis, & vbique locorum Dominio veſtro ſubiectorum ſine veſtra ſpeciali licentia fundet, & erigat. Quàm autem contra ius, faſque id præſumpſeritis, quæ dicturi ſumus, vos commonebunt. Nam illa occidentalis Imperij culmina auguſtiſſima æquè, & robore militari potentia, ſimúlque doctrina rerum facrarũ conſpicua, Carolus, & Ludouicus, cum faterentur ſuper Eccleſias nullum ſibi vendicandum eſſe dominium, verè legitimi laudati ſunt Imperatores, vt qui lege ſcripta profeſſi ſũt non tantum in Eccleſiarum conſtructione aliquod ius non eſſe conceſſum Imperatoribus, ſed neque abſque Epiſcopi licẽtia domi ſuæ Oratorij conſtruendi habere aliquam facultatẽ, quod probè cognitum, pragmatica ſanctione ita relinquere voluere teſtatum his verbis. [Placuit nobis, ſicut ab Epiſcopis, & reliquis Sacerdotibus, ac Dei ſeruis admoniti fuimus (ne Capellæ in noſtro Palatio, vel alicubi ſine permiſſu Epiſcopi, in cuius eſt parochia, fiant.) Si igitur nec Capellam vnam, & in ſuo Palatio ædificandi abſque licentia Epiſcopi, tanti Imperatores facultatem ſe habere teſtati ſunt, quomodo ædificandi Eccleſias, & alia religioſa loca dandi licentiã, vel negandi, vos ita vobis arrogatis authoritatem?] Ita Cardinalis Baronius; qui ex aliis exemplis probat, tale ſtatutum infringere Eccleſiaſticam libertatem.

3. His omnibus addendum eſt, quòd Conſtantinus Imperator conceſſit facultatem, vt Eccleſiæ per totum orbem poſſint ædificari, vt patet *in c. futuram. 12. q. 1.* Ergo non poſſunt Principes, etiam aliàs abſoluti, & imperio non ſubiecti, reuocare priuilegia ab imperio Eccleſiæ conceſſa: nam, vt notat Fillliucius *tom. 1. tr. 16. c. 10. n. 270.* & alij penes Valenzuelam *vbi ſuprà in defenſ. Mon. Pauli V. p. 2. n. 36.* ſtatuta quæ reſtringunt priuilegia conceſſa toti Eccleſiæ à Deo, Papa vel Imperatore, tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus, ſunt contra libertatem Eccleſiaſticam. Quod etiam notauit Maynardus *de priuileg. Eccleſiæ part. 2. art. 22. n. 95. & art. 23. n. 24.*

RESOL. CCIII.

An edictum, ſeu ſtatutum de non ædificandis Monaſteriis, ſeu habendis cœtibus Religioſorum ſine licentia Principis, ſit contra Immunitatem Eccleſiaſticam? Ex part. 1. tract. 2. Reſol. 129. alias 128.

Supr. hoc in Ref. præterita.

§. 1. POsset aliquis respondere, quòd non: quia per decretum hoc consulitur aliis Monasteriis, iam erectis, ne scilicet, alimenta eis desint ob aliorum ædificationem, & multitudinem, & ne prætextu boni, & quæsito pietatis colore, pernicioſæ societates incantur.

2. Sed tale statutum esse contra Ecclesiasticam immunitatem, docent Doctores, vt Vgolinus *in Respons. ad Iurisconſ. Gymnaſij Patauini, cap. 6. §. 5. n. 2.* Valenzuela *in defens. Pauli V. part. 2. per totum.* Collegium Bononiense *in respons. pro libert. Eccles. num. 43.* & alij: quia hoc est iurisdictionem Ecclesiasticam vsurpare: & ideò inter alias causas, ob quas licentia Prælatorum requiritur, dum Monasteria, & nouæ Religiones in Ciuitates introducuntur, hæc est, vt videant, ac perspiciant, vnde, & quomodo dicti Regulares sustentari possint: non enim permittitur eorum ædificatio, si non habent, vnde sustententur. Hæc omnia igitur spectat ad Ecclesiasticos, & non ad Principes laicos considerare. Vide *suprà in resol. 62.*

Quæ hic est Resis antecedens.

RESOL. CCIV.

An Principes possint statuere, ne beneficia Ecclesiastica exteris conferantur?

Et infertur non esse liberum Magistratibus & iudicibus sæcularibus litteras Pontificias reiicere, quarum authoritate beneficia exteris conferuntur, & aliqua alia cursim explanantur valde notanda, & scitu digna.

Et an possit Romanus Pontifex iuri Patronatus laicorum derogare, si velit? Ex part. 3. tract. 1. Ref. 26.

Sup. hoc in Ref. seq. §. vlt. & supra in Ref. 99. §. vlt. & in to. 7. tr. 6. ex Ref. 17. lege §. 1.

§ 1. REspondeo negatiuè cum Tamburino *de iure Abbatum tom. 1. disp. 15. quæst. 19. num. 21.* & aliis, *vbi infrà*; & si in Regno Portugalliæ, Castellæ, Nauarræ, Aragoniæ, & in Regno Franciæ exteri non admittuntur ad beneficia, totum hoc procedit ex consensu, & priuilegiis Summorum Pontificum multis Regibus concessis, vt notat Barbosa *in collect. tom. 1. lib. 1. tit. 5. cap. 4. n. 7. & seq.* & Reginaldus *in praxi tom. 2. lib. 30. tract. 3. c. 11. n. 160.*

2. Ex his sequitur, vt optimè docet, & aduertit Alexander Pesant. *tract. de immunit. Eccles. disp. 17.* Bonacina *de legibus disputat. 10. quæst. 2. punct 1. §. 1. n. 13.* & Azorius *p. 1. lib. 5. c. 14. q. 3.* non esse liberum Magistratibus, & iudicibus sæcularibus literas Pontificias reiicere, quarum authoritate beneficia exteris conferantur, sed licitum erit opponere de subreptione talium literarum apud iudicem Ecclesiasticum. Immo si in literis exprimatur derogatio iurispatronatus, licitum est appellare ad summum Pontificem, & supplices libellos offerre; & interim literarum Apostolicarum executionem impedire, modo id efficiant opera iudicum Ecclesiasticorum, & supplicationem coram Sede Apostolica legitime prosequantur: nam sententia communis est posse Romanum Pontificem iuri patronatus laicorum derogare, si velit; ac proinde si velit, non inferre iniuriam, neque vim laicis, quia vtitur iure suo, & solùm id ius adimit laico, quod habuit ab Ecclesia non adempto sibi reuocandi iure. Vnde quando Papa, non obstante supplicatione, & appellatione Principum, expresè iuri patronatus deroget, debent prophani iudices obedire, etiamsi Principes nollent, & non obstantibus eorum legibus.

Sup. hoc supra in Ref. 35. §. Sed dices.

RESOL. CCV.

An statuta, in quibus cauetur, ne quis possessionem apprehendat alicuius Ecclesia, vel beneficij sine facultate Principis, vel suorum Ministrorum, sint contra libertatem Ecclesiasticam?

Et an hæc non procedant in Regibus, qui ex priuilegio Summi Pontificis habent collationem, &c. vt in eorum Regnis nullus extraneus beneficium possit obtinere? Ex part. 1, tract. 2. Ref. 63. aliàs 62.

Sup. hoc supra in Ref. 35. §. Verum. & in fine Ref. 99.

§. 1. REspondeo affirmatiuè cum Canonistis, & Theologis, qui communiter reptobant *cons. 23.* Angel. & Camillum *in diuers. iur. p. 2. c. 2. n. 137.* Ita docet ex veteribus Abbas *lib. 1. cons. 83.* Felinus *in c. Eccl. S. Mariæ. de const. num. 96.* & ex neotericis Vgolin. *Bull. Cœn. p. 2. cap. 13. ver. 4. Quinæ illa. num. 2.* Laderchius *cons. 103. num. 4.* Altherius *de censur. tom. 1. disp. 16. lib. 5. cap. 5. fol. mihi 699. col. 1.* & Alexander Pesantius *tract. de immun. Eccl. disp. 10.* cum Azotio. Et ratio est: quia Ecclesia habet ius immittendi Clericos in possessionem beneficiorum & Clerici ex isto statuto redduntur timidiores, & laici in statuendo audaciores. Vnde notat Altherius *vbi suprà, cap. 6. fol. 704. col. 2.* quòd si possessio beneficij à Clerico legitimè capiatur, nec testes, nec Notarius, qui interfuerunt, incurrunt vllam pœnam dicti statuti: quia quando statutum inualidum est, pœna in eo apposita non ligat, *ex Auth. Caßan. C. de sacr. Eccles. & cap. nouerit. de sent. excommun.* Imo ita statuentes sunt excomnicati.

Sup. hoc supra in Ref. 200. §. Tertio quando.

2. Limitatur supradicta sententia à Duardo *in Bull. Cœn. lib. 2. can. 15. q. 11. num. 59.* & Marth. *de iurisp. 4. cent. 1. cas. 46. num. 8. & 14.* non procedere in Regibus, qui ex priuilegio Romani Pontificis habent collationem beneficiorum vel priuilegium, vt in eorum Regnis nullus externs beneficium possit obtinere, vt habet Rex noster.

Supt. hoc in Ref. præterita §. 1. & lege etiam doctrinam Resol. & §§. eius annot.

RESOL. CCVI.

An iudex, & Minister Regius possint cognoscere causam, cum agitur, v. g. vt Petrus Clericus recuperet Ecclesia possessionem, à qua est eiectus per vim, vel retineat beneficij possessionem, in qua ab alio turbatur?

Neque ob receptam consuetudinem hæc causa ad iudices sæculares pertinere potest, neque potest adduci tolerantia Pontificis? Ex part. 1. tract. 2. Ref. 67. aliàs 66.

Sup. hoc in Ref. seq. & lege etiam alium §. eius primæ not.

§. 1. QVicquid in contrarium asserant Doctores, quos refert Couarruuias *practicarum quæstionum, cap 35. num. 1.* negatiuè respondendum est. Et ita docet Pesant. *in tract. de immun. Eccles. disput. 15.* Duard. *in Bull. Cœn. lib. 2. can. 15. quæst. 19. n. 47. & seq.* Azor. *part. 1. lib. 5. cap. 14. quæst. 1.* Et ratio desumitur ex authoritate *clement. 1. de cauſſ. poſſeſſ. & clement. 1. de ſequeſt. poſſ.* vbi causa de beneficio, siue iure petitorio, siue possessorio, spiritualis censetur. Neque ob receptam consuetudinem, hanc causam ad Iudices laicos pertinere posse, contra Christophor. de Anguian. *in tract. de leg. tom. 1. lib. 2. contr. 19. num. 30.* Couarruuiam, & Matthæum de Afflictis *decis. 24.* testantem de vsu Regni Neapolitani, notat Pesant. & Azor. quia per consuetudinem Iudex laicus non potest sibi vendicare ea, quæ sunt Ecclesiastici iuris, vt *suprà* satis probatum, & fusè probat Carolus de Grassis *de eſſ. cler. eſſ. 1. num. 372. vſque ad num. 387.* neque potest adduci tolerantia Sum. Pontificis: nam, quidquid aliqui asserant, quotannis in Bulla Cœnæ omnes istas consuetudines, tanquam corruptelas, damnare Summ. Pontifices apparet. Ergo &c.

RESOL.

RESOL. CCVII.

An iudex laicus possit cognoscere de causa possessoria beneficij, si agatur inter duos Clericos, vel quando reus est Clericus?

Et an iudex laicus, si pro sua iurisdictione habeat opinionem probabilem, sed excommunicatur, ab Episcopo, vel declaratur incidisse in excommunicationem latam à iure, stante probabilitate contraria, sit vere excommunicatus & teneatur ei obedire?

Et an in conflictu opinionum ista sequenda sit, qua fauet Ecclesiæ?

Et quando est dubium, an, statutum sit, vel non sit contra Immunitatem Ecclesiæ an prius consulendus sit Summus Pontifex?

Et tandem docetur, quod quando est controuersia inter iudicem secularem, & Ecclesiasticum, an sua sit iurisdictio, iudex Ecclesiasticus tanquam dignior de hoc debet cognoscere: Ex part. 5. tract. 1. Resolut. 23.

§. hoc in Resp. præter. n. 18. & infra Resol. 310. & §. per totum

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet Esse *de inhibit. cap. 8. §. 3. num. 16. & seq.* Bobadil. *in Polit. tom. 1. lib. 2. cap. 17. num. 153.* Ceuallos *in tract. de cognit. per viam violent. part. 2. quæst. 65.* Torrehlanca *de Magia, lib. 1. cap. 26. num. 2.* Garsias *de Nobil. glos. 9. num. 48* Auend. *de exequ. mandat. part. 1. cap. 1. num. 32.* Palaez *tract. de maior. part. 3. quæst. 11. num. 11.* Valascus *consil. 93. num. 3.* Cabedus *part. 2. decis. 31. num. 3.* Mendez à Castro *in praxi Eccles. Lusit. lib. 2. cap. 4. num. 14.* Gail. *lib. 1. obseru. 28. num. 2.* Mynsingerus *cent. 2. obseru. 67.* Degrassalius *in Regal. Franc. lib. 2. in. 7.* Guidus Papa *decis. 85. num. 2.* Thesaurus *decis. 81.* Afflictus *decis. 24.* Igneus *in l. necessarios, §. non alias, ff. ad SC. Syllan. num. 466. & sequent.* & alij penes Guttierr. *pract. qq. lib. 2. q. 20. & qq. Canon. lib. 1. c. 34. num. 16.* Probatur hæc opinio primò ex consuetudine & praxi plurimorum Regnorum. Secundò, quia possessio magis est facti, quàm iuris, *c. cùm nostris, de cenes. præben.* Sed de facto cognoscit laicus, *c. decernimus, de sent. excomm. in 6.* ergo, &c. Tertiò adducuntur pro hac sententia *c. vlt. de iudic. & c. petimus, eod. tit.* Et ideò *glos. 1. in c. litteras, de iuram. calum. & ver. cum iuram. cap. cùm dilectus de elect.* asserit causam possessionis beneficiariæ esse temporalem & profanam.

2. Sed his non obstantibus contrariam sententiam tenendam esse puto: nam possessio beneficij causa est Ecclesiastica. Nam beneficium Ecclesiasticum nunquam sine Canonica institutione obtineri potest, *cap. ex frequentibus, de iustit. cap. 1. de eo, qui mittitur in possessionem in 6.* ideò vt agens interdicto. *Vnde vi,* de titulo docere debet, vt docent Doctores *in cap. in litteris, de restit. spoliat.* ergo &c. Deinde probatur hæc opinio irrefragabili argumento, nam ad redimendam in beneficio vexationem, vt ex pecunia non committatur simonia, & titulum, & possessionem habere necesse est, *cap. dilectus el 1. de simonia.* quòd si titulum quis habeat, possessionem tamen litigiosam pecunia redemerit, simoniam vtique committit, vt docet *gl. 1. in cap. dicimus, el 3. 16. q. 7.* Abb. *num. 8.* Ananias *in 4. in d. cap. dilectus.* Simonia tamen committitur dumtaxat in spiritualibus, & illis annexis, *cap. qui studet 1. quæst. 1. quia Clerici, de iure patron.* Ergo clarè apparet causam possessionis beneficiariæ propriè & purè Ecclesiasticam esse: vnde iudex laicus incapax est. Et hæc omnia docent duo lumina inclytæ Academiæ Salmanticensis, Valboa de Magrouejo, & Sahagun de Villa Sante *in cap. decernimus, de iudiciis,* ille *num. 95.* hic *num. 184.* Et hanc opinionem communiter docent Theologi, vt Azorius *tom. 1. lib. 5. cap. 14. quæst. 1.* Castr. Palaus *tom. 2. tract. 12. disp. vnic. p. 7. n. 4.* Baldell. *in disp. Theol. tem. 1. lib. 5. disp. 29. n. 2.* Pesantius *tr. de immun. Eccl. disp. 15.* quibus ex Iurisconsultis adde etiam Martam *de iurisd. p. 4. cent. 1. cas. 34.* Marium Antoninum *lib. 1. resol. 91.* Monetam *de decimis c. 1. num. 11.* Garsiam *de benef. part. 1. cap. 2. num. 50.* Guttierrez *can. qq. lib. 1. cap. 34. num. 26.* & alios penes ipsos. Vide etiam decisionem sacræ Rotæ Romanæ coram Peña *die 1. Decembris 1595.* in fine huius Tractatus appositam.

3. Restat modò respondere ad argumenta contraria; & ad primum de consuetudinibus Regnorum respondeo approbandas esse, vt docet Castr. Palaus si aliquo speciali priuilegio à Sede Apostolica concesso muniantur; quod Regi Gallorum concessum esse à Leone X. *die 17. Nouembr. 1513.* testatur Boërius *decis. 69. n. 23.* Guilielmus Benedictus *in c. Raynutius, vir. & vxorem. decis. 2. num. 89. & seq.* cum Osasco *decis. 116* Ad secundum argumentum respondeo quod esto possessio sit in apprehensione, causa tamen apprehendendi, ad ius & titulū pertinet; sed iudex laicus iuris directè incapax est, imò neque de facto cognoscit, nisi existente subiecto, & cùm is deficiat, cognoscere non poterit. Ad tertium argumentum respondeo quòd *c. fin. de iudiciis,* non de dignitate Ecclesiastica, sed sæculari eiusque iurisdictione tractat; & non inter Clericos, vt patet in illis verbis, *Tempus regiminis elabatur.* ergo non beneficij. Ad *cap. petimus,* respondeo quòd ibi non cognoscit laicus, sed Ecclesiasticus, qui auxilium iudicis sæcularis implorat. Ad glossam respondeo communiter improbari ex rationibus allatis.

4. Non desinam tamen hîc adnotare, Valboam *vbi suprà* nostram sententiam, vt diximus, docere, in vera tamen & iudiciali cognitione, secus autem in extraordinaria, & extraiudiciali, quæ fit per viam violentiæ; sed hanc ego etiam non admitto, per ea quæ superiùs in resolutione contra Sotum Maiorem dicta sunt. Et nota quòd Iacobus Sahagun de Villa-Sante *loc. cit. n. 188.* testatur in Regno Hispaniarum, vbi tot sunt suprema Regis tribunalia de possessorio recuperandæ, vel retinendæ in beneficiis, Consiliarios causas non admittere. Ita ille: quod an hodie obseruetur nescio.

5. Et tandem quærendum est hîc obiter, an iudex laicus si pro sua iurisdictione habet opinionem probabilem, sed excommunicetur ab Episcopo, vel declaretur incidisse in excommunicationem latam & inflictam à iure stante probabilitate contrariæ, sit verè excommunicatus, & teneatur illi obedire? & respondeo affirmatiuè cum Villalobos *in summ. tom. 1. tract. 16. diffic. 11. num. 7.* vbi sic ait. [Aduierteſe que de todos eſtos caſos para que ſe diga, que la cenſura es nula, ha de ſer manifieſta ſu nulidad, que en duda ſe ha de preſumir por el juez, que eſtá en poſſeſſion de mandar conforme à quella regla que dize; In dubio melior eſt conditio poſſidentis. Y ſi el Iuez pone cenſura ſiguiendo opinion probable, ligará, aunque ſegun otra ſentencia ſea nula, y no puede el ſubdito hazer contra ella, aunque ſea de opinion contraria, que no puede en eſte caſo ſeguir ſu opinion, porque como la ſentencia en alidad de verdad es valida, obliga, y ſu opinion no es practicamente verdadera.] Ita ille, quod est valde notandum à iudicibus laicis, qui etiam vellem vnum valde ab ipsis considerati, videlicet calamitates, bella, fames, pestilentias, & alia id generis in Regnis euenire ex statutis contra libertatem Ecclesiasticam. Testis huiusce veritatis sit Basilius Imperator Nicephori Phocæ successor, qui contra eiusdem Nicephori

Sup. hoc eſt eodem Villalobos hic citato in to. 5. tr. 1. Reſ. 30. ſignanter in fine, & in Reſ. 31. & in alia earum notat.

ſtatutum in hæc verba ſanciuit. Diuinitus conſtituta maieſtas noſtra, cùm à Monachis, quorum teſtata, pietas atque virtus eſt, & ab aliis multis cognouerit legem à Domino Nicephoro, qui ad imperium peruenit, de Eccleſiis Dei, Religioſiſque omnibus latam, tum præſentium malorum, tum vniuerſalis huius euerſionis, atque confuſionis cauſam & radicem extitiſſe. Nam ex quo lex illa robur habuit, nihil boni penitus in hodiernum vſque diem vitæ noſtræ contigit, ſed potiùs contrario nullum omnino genus calamitatis intermiſit, ſtatuit per auream hanc Bullam, cui ſubſcripſit, indicatam ab hoc præſenti die ceſſare debere ac deinceps irritam, nulliúſque momenti manere conditis ante illam legibus, tam de Eccleſiis, quàm de Religioſis domibus, vim robúrque ſuum obtinentibus. Hactenus Baſilius Imperator, vt patet apud Berſamonen *in Nomocanone Photij*, & Leunclauium *tom.1.lib.2.iur.Orient.*

6. Nec deſinam hîc apponere id quod notat Illuſtriſſimus, & doctiſſimus Archiepiſcopus Bracharenſis Acugna *in Decret.Gratiani. cap.ſi gens Anglorum.n.5.diſt.56.* Barboſa *de iur. Eccleſ.lib.1. c.39.§.2. n.200.* Franciſc. Longus *in Breuiar. Chronol. anno Domini 704.* Cochier *in vindiciis libert.Eccleſ. p.1. c.33. n.23.* & ante illos Cardin. Baron. *anno Chriſti 701.* nempe, olim Deum florentiſſimum Regnum Hiſpaniæ Mahometanis & Mauris tradidiſſe, non quia in fide (ſemper enim Hiſpani fideles) ſed quia in iuriſdictione à ſancta Sede Apoſtolica defecerat. *Vnde intelligant Principes* (ſubdit Baronius) *quam mulè ſibi, ſuiſque Regnis conſulant, qui Eccleſiæ iura tollere, vel imminuere conantur*, quod ipſum repetit rurſus aliis locis *anno 1100.n.34.* item *1104.n.14.* & *1148. n.47.* vbi oſtendit Principes opprimendo Eccleſiaſticam iuriſdictionem Regnorum ſuorum interitum & amiſſionem accerſere.

7. Igitur Principum Conſiliarij ſi deſiderant regna ſtabilire, & ab eis calamitates arcere, conſulant Reges, vt imitentur Baſilium, nihilque contra libertatem Eccleſiaſticam conſtituant, ſed ſi qua conſtituta ſunt, abrogent omnino, & in conflictu opinionum illam ſequantur, quæ magis fauet Eccleſiæ vt tradunt Doctores, quos citaui *in p.1.tract.2. rel.* Quæ hic eſt ſupra Reſol. 201 & in Reſ.162.§.Ad priuilegium, in fin. & in Reſ. 190. § Sed. prope fin. & in fine Reſ. 195. & infrà in Reſ. 214.§.1. poſt medium, & ſupra in tr.1. Reſ. 42 §.2. prope finē, à verſ. Et hāc, & in Reſ.118. §.vlt. & in Reſol.128.§. Sed nc. in fin. & infra in tract. 3. Reſ.11.§.1.ad med.& inferius in tr.8. Reſ.4. §.Sed ſilere. & in to.6. tract.7. Reſol. 119. §.Igitur, ad med.

ſol.65. Imò Antonius Souſa *in Bull.Cœn.c.14.diſp.76. num.5.* docuit, quod opinio communis non eſt attenda, quando altera contraria fauet iuriſdictioni Eccleſiaſticæ. Vnde Sanchez *in opuſc.tom.1.lib.2.cap.4. dub.15.n.31.* Baldellus *tom.1.lib.5.diſp.39. n.1.* & Suarez *contra Regem Angliæ, cap.34.num.4.* docuerunt in hac materia obſeruandum vt in fauorem Religionis, & conſequenter in fauorem exemptionis amplietur potiùs, quàm reſtringatur Eccleſiaſtica immunitas. Et ideo Iaſon *in l. filiusfamilias, §. Diui, ff. de leg. 1. num.82.* aſſeruit, in dubiis opinionibus conſulendo, & iudicando eam eſſe tenendam, quæ fauet Eccleſiæ, ex *cap.fin.de ſent. & re iudic.* & ex *l. ſunt perſonæ.ff.de relig. & ſumpt.funer.* & ita etiam docuit ſacra Rota *in vna Veneta cenſ.anno 1606.* quam penes me impreſſam habeo, *fol.25.* Vel ſaltem quando, v.g. eſt dubium, an ſtatutum ſit, vel non ſit contra immunitatem Eccleſiaſticam, conſulatur priùs Summus Pontifex, vt docet Bernardus Iuſtus *in defenſ.libert. Eccleſ.fol.27.* quod etiam docuit Carolus Imperator adductus à Granado *in cap.memoriam 19.diſt.* in his verbis. Vſquequo per epiſtolam, aut per idoneos ſuæ partis Legatos Apoſtolicam interpellet ſublimitatem, vt potiſſimum ſua ſancta legatione dignetur decernere, & quid in talibus ſancta Romana lex ſtatuit definire, & is corrigatur, & cæteris modus imponatur. Ecce quid faciendum ſit in caſibus dubiis, nempe ad Summum Pontificem recurrere. Et clarum eſt, quòd quando adeſt controuerſia inter iudicem a cum, & Eccleſiaſticum, an ſua ſit iuriſdictio, iudex Eccleſiaſticus, tanquam dignior de hoc debet cognoſcere, vt ex Sanchez & aliis notaui *in part 4.tract.1.reſol.64.* quibus nunc addo Narbonam *in recopil.leg.20.gloſſ.23.num.17.* Paramum *in reſponſ. 1.pro iuriſd.S.Officij, c.4.num.1.* & Lælium Baglione *in defenſ.lib.Eccleſ.part.2.propoſ.16.fol.53.* vbi ſic ait: [E chiaro che quando foſſe in dubio ſe la giuriſditione ſia dell'Eccleſiaſtico ò del laico, che deue il Eccleſiaſtico como quello che è più del puo cognoſcere il fatto.] Sic ille.

Quæ hic eſt inf. Reſ.297. & in Reſol. 298. & 187. §.2. ad med. & in Reſol. 328.§.9. ante med. verſ. Et tandem, & aliis §§. earū notationum.

RESOL. CCVIII.

An ſi Princeps ſtatuat, ne ſuis priuilegiis potiantur ij, qui ſubditi non ſunt, fiat contra Immunitatem Eccleſiaſticam, & Clerici illis non poſſint vti?

Et deciditur, quod ſtatutum, per quod tolluntur alicui Clerico ea quæ de iure communi ſibi competunt, eſt contra libertatem Eccleſiaſticam. Ex part.1.tract.2. Reſ.60.aliàs 59.

§.1. NOn eſſe ſtatutum contra immunitatem Eccleſiaſticam putauit D.Carolus de Graſſis *de effectib.cler.effect.1.n.26.* Azorius *p.1. lib.5. cap.23.* qui citat Bartolum, & Felinum *in cap.Eccleſia S.Mariæ*, & ideò Clericos huiuſmodi priuilegio non gaudere. Et rationem adducit: quia Princeps in tali ſtatuto nullam facit mentionem de Clericis; & ideò non eſt inualidum defectu iuriſdictionis. Deinde, aliud eſt, beneficium, vel priuilegium non concedere; aliud verò derogare: nam hoc, quod eſt concedere, abſque vlla iniuria altérius ſit, adimere verò, tollere, aut ex parte minuere, ſine iniuria, & damno minimè contingit. Ergo, &c.

2. Sed ego de hoc caſu interrogatus à Sereniſſ. Principe Philiberto, reſpondi affirmatiuè, & adduxi noſtrum P.Duard, qui *in comment. in Bull. Cœn. lib.2. can.15.g.19.n.41.* contra Azorium in ſpecie loquens, hanc ſententiam docet. Et ratio eſt: quia, vt *in ſuperiori Reſol.* dictum eſt, ſtatutum, per quod tolluntur alicui Clerico ea, quæ de iure communi ſibi competunt, eſt contra libertatem Eccleſiaſticam, vt notat Filliucius *tom.1.tract.16.c.10.q.8.n.271.* Riccius *in praxi tom.2.reſol.207.num.8.* Mandellus de Alba *lib.1. conſ.8.n.3.* & 10. cum aliis. Sed in noſtro caſu denegatur Clericis priuilegium, quod de iure communi illis competit. Ergo, &c. Probo minorem. Nam de iure communi Clerici poſſunt gaudere, & vti beneficio ſtatutorum, & priuilegiorum alicui Vniuerſitati, vel certo generi perſonarum concelſorum, vt patet *ex c.conſtit.de reſtit.in integr.* vt notauit Duard. *vbi ſup. n.11.14.31.33 40.* & 41. Ergo, &c. Et ita ſecundùm hanc ſententiam tunc fuit determinatum.

Quæ mox hanc ſequetur, §. Sed his. ad med.

Sup. hoc in reſ. not. præteritæ, & in eodem §. in princ. & ſup. in Reſol. 74. §.2. ad med. & infr. in to 3. Reſ.6. §.1. ad med.

RESOL. CCIX.

Quædam ciuitates habent priuilegium, vt qui ad eas confluunt habitationis cauſa, non poſſint per quinquennium ab eorum creditoribus conſtringi: quæritur, an ſi Princeps in cauſa particulari ſtatuat per publicam ſcripturam, ne aliqui debitores, inter quos nominat quendam Sacerdotem, poſſint dicto priuilegio frui, an inquam, hoc ſtatutum ſit contra Immunitatem Eccleſiaſticam?

Et ſupponitur primo de iure communi Clericos poſſe gaudere, & vti beneficio ſtatutorum priuilegiorum alicui Vniuerſitati, vel certo generi perſonarum.

Secundo

Secundo, quod statutum, per quod tolluntur clericis ea, quæ de iure communi illis competunt, est contra libertatem Ecclesiæ.

Et pro firmanda doctrina supradicta difficultates aliæ etiam cursim valde notandæ explanantur. Ex part. 1. tract. 2. Resol. 59. aliàs 58.

§. 1. DE hoc casu interrogatus fui in causa Dominorum de N. & pro statuto, & validitate actus, adsunt multa argumenta.

Primo: Quando Princeps ex iusta causa reuocat priuilegium Clericis, vel Ecclesiæ concessum, non facit contra libertatem Ecclesiasticam, dummodo non sit receptum à Summo Pontifice; sed hoc, imò minùs, accidit in casu nostro: ergo, &c. Minor patet. Maior probatur ex authoritate Fulgosij *in l. si quis Curialis C. de Episc. & Cler.* & aliorum Iurisconsultorum: & ex Theologis mordicùs sustinet hanc sententiam Iosephus Sousa *in Bull. Cœn. cap. 16. disp. 84. concl. 5. num. 6.* Et Decius *in cons. 83. num. 4. & consil. 275. num. 3.* asseruit, valere Principis statutum, per quod Clericis, & Ecclesiæ denegantur beneficia, & priuilegia aliorum statutorum.

2. Secundò Princeps in casu nostro non reuocat, sed declarat primam concessionem priuilegij non fuisse ad similem euentum extensam: nam, si docti, & similes creditores inter quos adest Clericus, gauderent; vergeret hoc in detrimentum Regis & Regni; & ideò talis casus ex natura rei non intelligitur inclusus in prima concessione; quia priuilegium generaliter inductum non includit casum, publicæ vtilitati contrarium, vt ex multis notat doctus Mexia *in pragm. taxæ panis. concl. 4. num. 20.* Azeuedus *lib. 6. leg. 1. tit. 1. num. 25. recopil.* & nouissimè Gironda *in tract. de priuileg. q. 70. n. 334.*

Sup. hoc supra in Ref. 94. Deinde, & in Resol. 100. §. Quarto quando.

3. Tertiò: Tunc aliquod statutum est contra libertatem Ecclesiasticam, quando Clerici ex illo efficiuntur deterioris conditionis, quàm laici, vt probat Riccius *in praxi, tom. 3. resol. 207. num. 7.* & Megala *in 3. part. lib. 3. cap. 10. quæst. 1. num. 51.* & alij communiter. Sed in nostro casu Clericus non efficitur deterioris conditionis, quàm laicus: nam priuilegium vtrique negatur. Ergo, &c.

Sup. hoc in Resp. & in aliis eius not. & si placet, lege etiam Ref. 1. & notationem.

4. Quartò: Statutum contra libertatem politici conuictus, non est contra libertatem Ecclesiasticam, vt fert sententia Caietani *in summ. cap. 31.* & Nauarri *cap. 27. num. 11.* Sed hoc statutum Principis respicit tantùm libertatem politicam, nempe, personam dicti Clerici; non quatenus Clericus est, sed vt persona politica, & vassallus. Ergo non est contra libertatem Ecclesiasticam.

5. Sed his non obstantibus, tunc ego, vt dixi, interrogatus de hoc casu contrarium censui: & consulentes postea mihi dixerunt, ita etiam sensisse P. Iosephum de Augustino Societatis Iesv, vitum mihi amicissimum, & doctissimum. Et primò, suppono, de iure communi Clericos posse gaudere, & vti beneficio statutorum, & priuilegiorum alicui Vniuersitati, vel certo generi personarum concessorum, vt patet *ex cap. constitutus, de restit. in integr.* & notauit noster P. Duardus *in Bulla Cœnæ, lib. 2. can. 15. quæst. 19. num. 11. 13. 31. 33. 40. & 41.* Secundò notandum est quòd statutum, per quod tolluntur Clericis ea, quæ de iure communi illis competunt, est contra libertatem Ecclesiasticam, vt docent Decius & Felinus *in cap. Ecclesia S. Mariæ, de const.* hic *in num. 69.* ille *in num. 8.* Mandell. de Alba *lib. 1. conf. 8. num. 3. & 10. consil. 164. num. 13.* & ex Theologis Fillicius *tom. 1. tr. 16. cap. 10. num. 271.* & Megala *in 3. p. lib. 3. c. 10. q. 1. num. 56.* cum aliis communiter.

Hoc in præteritis prope finem, à vers. Num de iure & in aliis eius vit. not. Ex pro secundo notando connecto ad medium huius §. ibidem. a fin. §. vlt. & sup. in Ref. 200. §. 1. & magis late infra in Ref. 212. & 214. §.

6. His verò suppositis, sic argumentor: Statutum, quod aufert alicui Clerico ea, quæ de iure communi sibi competunt, est contra libertatem Ecclesiasticam: sed in nostro casu denegatur Clerico priuilegium, quod sibi de iure communi competit, vt *suprà* probatum est: ergo tale statutum erit contra libertatem Ecclesiasticam. Nec valet dicere, quòd in nostro casu, etiam laici non gaudent, vt apparet ex lectura statuti: ergo neque debet gaudere Clericus, quia cessat ratio nostri argumenti. Nam respondeo, quòd hoc esset verum, si Princeps per dictum actum, & statutum generaliter denegaret in posterum omnibus laicis tale priuilegium, sed cùm denegat tantùm aliquibus, manet adhuc ius, & vrget ratio nostræ argumentationis.

Confirmantur, & seq. & in Ref. 282. §. 2. a vers. Supponendum. & in Ref. 294. §. Sed hæc.

7. Deinde, & hoc est maximum argumentum, Princeps in isto actu vtitur verbis imperatiuis, dicens, *mandauit, & mandat*: quod quidem verbum præsupponit iurisdictionem: nam inducit præceptum, vt inter multos notat Salas *de legibus. disp. 10. sect. 9. num. 35.* Bonacina etiam *de legibus, disp. 1. q. 1. punct. 7. §. 4. num. 7.* Vasquez, Sanchez, & alij penes ipsos. Sed Princeps non habet iurisdictionem in Clericos. Ergo nullus erit actus, & contra Canonem 15. Bulla Cœnæ, vbi prohibetur Principibus, condere statuta, & ordinationes ex quacunque causa contra Clericos.

8. Adde, quòd Princeps in ista ordinatione facit specificam mentionem de Clerico: sed statuta laicorum, etiam Clericis fauorabilia, si de illis mentionem faciant, sunt nulla, & contra libertatem Ecclesiasticam, vt ex communi sententia Doctorum notat Alexander *lib. 2. consil. 211. num. 2. & 6.* Surdus *lib. 2. cons. 301. num. 13.* Oddo *lib. 1. cons. 44. num. 3.* Cioffus *lib. 1. cons. 84.* Plotus *cons. 93. num. 2.* Caualcanus *lib. 3. decis. 33. num. 16.* Decius *in cap. quæ Ecclesiarum. de constit. num. 38.* & alij. Ergo nullum erit statutum, de quo loquimur, ex defectu potestatis, qua caret Princeps in nominando Clericum.

Sup. hoc supra in Ref. 92. §. Sed vt in priuilegio. & in Ref. 193. §. 1. & infra in Ref. seq. §. 2. & in Ref. 334. §. 6. & inferius in tr. 3. Ref. 11. §. vlt. & in Ref. 15. §. 2.

9. Restat modò respondere ad argumenta in principio posita. Ad primum dico, doctrinam illam non procedere in casu nostro, vbi reuocatur Clerico priuilegium, quod ei competit de iure communi, vt *suprà* probatum est; sed procedere in casu, quo statutum denegaret aliquibus Clericis beneficium proprium, vt v. g. posset Princeps reuocare per statutum eleemosynam singulis annis faciendam Ecclesiæ, vel Clericis, per alterum prius statutum dispositam. Sed quia hæc opinio, vt *infrà* videbimus, mihi non placet, ideò respondetur ad argumentum, negando absolutè illam sententiam, vt de facto negauit Martha *de iurisdict. p. 4. cent. 1. cas. 52. num. 6. & seq.* & præter Doctores, quos ipse citat, refellunt etiam hanc opinionem Altherius *de censuris. to. 1. lib. 5. disp. 16. dub. 1.* Fabius de Anna *lib. 1. cons. 86. num. 4.* M. Antonius Genuensis *in Pract. Eccles. Tricen. 6. q. 158. n. 1* Azorius *p. 1. lib. 5. c. 13. q. 5.* cum aliis.

10. Ad secundum respondeo, Principem non declarasse, sed statuere, & ordinare, vtendo verbis præceptiuis, & nominando Clericum in specie, quæ omnia sunt contra libertatem Ecclesiasticam, & Bullam Cœnæ Domini: secùs autem, si generaliter declararet similes debitores non gaudere, nec fuisse inclusos in priuilegio ciuitatis Agrigentinæ, non nominando Clericos.

11. Ad tertium respondetur, quòd in nostro casu Clericus efficitur deterioris conditionis, quàm laici, non quidem prænominati in tali statuto, sed in aliis. Et ratio est: quia iste actus nó reuocat generaliter priuilegium illius ciuitatis pro omnibus laicis, sed pro aliquibus, vt dictum est: & sicut multi laici ante hoc decretum pro simili causa (vt mihi asse-

runt

runt) vsi sunt tali priuilegio; sic & in posterum vtentur: quia, vt diximus, reuocatio talis priuilegij minime generica, sed specifica est. Deinde in hoc statuto maximè Clericus efficitur deterioris conditionis, quàm laicus: quia potest quidem Princeps ratione iurisdictionis in suis ordinationibus facere specificam mentionem de laicis; non autem de Clericis, quod factum in isto statuto apparet: ergo, &c.

Sup. hoc infra in Res. 215. Sed ne deseras hic supra legere §. Tertio tunc. huius Res. & §§. eius annot.

12. Et tandem ad quartum respondetur, falsam esse illam sententiam Caietani, vt *suprà* probatum est. nam ex illa sequeretur, posse Principes statuere, ne Clerici quid emant, aut vendant; ne alterius operas conducant; ne apud aliquos faciant molere suum triticum, aut panem coquere; ne transeant per pontem, ne habitent in aliqua Ciuitate; & similia: quæ omnia absurdissima esse satis apparet. Ita Reginaldus *tom.1.lib.9.c.24.sect.2.nu.*358. & alij.

RESOL. CCX.

An statutum, quando fundatur in publica vtilitate, etiam si faciat mentionem de Clericis, sit inualidum, & lædat Immunitatem Ecclesiasticam?

Et an statuta laicorum, etiamsi sint Clericis fauorabilia, si de illis mentionem faciant, sint nulla & contra libertatem Ecclesiasticam? Ex part.4.tract.1.Res.14.

Sup. hoc in Res. præterita §. Quarto. & supra in Res. 198. signanter in §.2. & infra in tr. 3. Res. 15. §. Sed ad rem. & seqq. & in aliis vlt. not. huius Res.

§.1. NEgatiuè respondet Pereira *de manu Regia part.2.cap.67.num.*11. vbi sic ait. Nec obstat quòd in hac lege de Ecclesiis mentio fit, quo casu censetur in eius odium, & succedit reg. *in cap.fin.de immun. Eccles.in 6.* quia vtique illud procedit in dubio, quando constat de publica vtilitate, & illa communis opinio, quæ habet legem ciuilem non valere facta mentione Clericorum, non procedit quando talis lex fundatur in ratione naturali, & quæ publicæ conueniat vtilitati. Ita ille. Et *cap.*38.*num.*32. ita etiam asserit. Dicendum est quòd laicorum statuta generalia, quæ gubernationem respiciunt, etiamsi Clericorum mentionem faciant, non ob id nulla sunt si rationabilia, & iuri non contraria existant, imò valent, & ipsos tanquam ciues ligant. Hæc ille, & idem asserit *in cap.*39.*num.*6.

2. Sed si hæc opinio esset vera, omnes Principes possent impunè in suis ordinationibus & legibus nominare Clericos: nam omnis lex publicatur ad bonum commune, & propter publicam vtilitatem, aliter lex esset iniusta, vnde affirmatiuam sententiam prorsus sustinendam esse puto, cum communi sententia Theologorum, Canonistarum & Iuristarum, per *cap.fin.de rebus Eccles.non alien.* & per *cap. Ecclesia sanctæ Mariæ, de constit.* & docent Doctores, quos citat & sequitur Bertran.de Gueuara *in propugn. lib. Eccles.assert.*1. §.6. *num.*55. & 58. Surdus *consil.* 301. *num.*11. & *cons.*560. *num.* 11. Aponte *in resp. pro cens.Ven.fol.*71. & *seq.* Maynardus *de priuileg. Eccles. part.*2.*art.*22. *num.*46. & hæc opinio est ita vera, vt etiamsi statuta laicorum sint Clericis fauorabilia, si de illis mentionem faciunt sunt nulla; & contra libertatem Ecclesiasticam, & ita tenet Surdus *vol.* 2. *consil.*301.*num.*13. Caualcanus *lib.*3.*decis.*33. *num.*16; Plotus *consil.*93.*num.*2. Cioffus *lib.*1.*cons.*81. *num.*84. & alij communiter. Vide etiam Layman *in Theol.moral.lib.*1. *tract.*4.*cap.* 13.*num.* 1. Suarez *de legib. lib.*3. *cap.*34.*num.*13. & contra Regem Angliæ *lib.*4.*cap.*16. *num.*7. & alios penes ipsos. Vnde opinio Pereiræ est contra communem, & prorsus non admittenda.* Necessitas enim publica non tribuit iurisdictionem laico, vt statuat contra non subditos, vt probat Baldus *in l.cunctos populos, num* 20. *C. de summa Trinit.* Decius *in cap.Ecclesia sanctæ Mariæ, de constit. num.*7. & Felinus *num.*18. & alij: vnde si opinio Pereiræ esset vera, omnes leges contentæ in corpore iuris ligarent Clericos, nam omnes respiciunt publicam vtilitatem; vt optimè obseruat Fagnanus *in resp. pro censuris Pauli V. fol. mihi* 65. Gueuara *vbi suprà*, & alij communiter, cum Anastasio Germonio *in asser. liber. Eccles.cap.*7.*fol.*81. & Collegio Bononiensi *in Resp. pro libert.Eccles.num.*20. & Batiola *consil.*38.

Sup. hoc in Res. præterita §., Adde. & in cæteris eius not.

* Sup. hoc infra ex doctrina §. Verum. Resol.

214. Sed lege eam per tot. & si placet etiam, alias & §§. Omnis eius anno. tationum, & sup. ex Res. 198. §. Notandum est. & infra ex Res. 334. §. 6, & inferius in tr.3. Res.15. §. Sed ad rē. & seqq.

RESOL. CCXI.

An statutum, si tollat Clericis ea, quæ tanquam ciuibus sibi competunt, sit contra libertatem Ecclesiasticam? Ex part.4.tr.2.Res.15.

Sup. hoc supra in Res. 200. §.1. & in Res. sol. §. vltim. ante medium, & in Res. 208. §. Sed his, post medium, & infra in Res. 214. §. Confirmatur. & seq. & in Res. 221. §.2. ante medium, à vers. Supponendum. & in Resol. 294. §. Sed hæc.

§.1. NEgatiuè respondet Pereira *de manu Regia, part.2.cap.67.num.*15. dummodo tale statutum non fuerit factum in odium Ecclesiasticorum; quare vbi odium non detur, sed sub ratione boni publici statuatur, licèt in aliquo minuetur ciuilis societas, vel libertas Clericorum, non ideo statutum desinet valere, cùm non libertati Ecclesiasticæ, sed ciuili obuiet. Ita ille, qui respondet ad *cap. finale, de immunit. Eccles.in 6.* asserens Pontificem illud statutum reprobasse ex præsumpto odio: secus autem, quando non ex praua intentione, sed propter publicam vtilitatem tale statutum promulgatum sit. Ergo, &c.

2. Sed hæc opinio est contra libertatem Ecclesiasticam, tum quia Ecclesiastici ob huiusmodi statuta timidiores fiunt, tum quia libertas Ecclesiastica consistit in facultate faciendi quidquid fieri licet, Ecclesiastici autem non possunt quidquid ab eis fieri licet, dum magistratus huiusmodi statuta, vel decreta edunt: ergo, &c. Deinde licèt talia iura communia ciuibus, non debeantur Clericis, quia Clerici sunt, debentur tamen ipsis vt ciuibus, etiamsi statum diuersum habeant à laicis, imò quia Clerici sunt, ideo illis nouo & maiori titulo debetur, ne his communibus iuribus priuentur, quia propter statum clericalem non amittunt iura communia ciuium, & alioqui ratione status maiori honore & reuerentia digni sunt: ergo ad immunitatem naturali iure debitam Clericis pertinet vt his iuribus non priuentur. Adde quòd Summ. Pontifex *in Bull. Cœn.* absolutè loquitur de libertate Ecclesiastica, qua videlicet gaudent personæ Ecclesiasticæ, etiamsi versetur circa rem communem laicis & Ecclesiasticis, cum quia Summ. Pontifex consulere intendit Ecclesiasticis personis ne à sæcularibus magistratibus vexentur; graue autem damnum Ecclesiastici paterentur, si laici eos impunè vexare possent in iis, quæ ad conuictum politicum spectant, ergo, &c, & hæc omnia docet Bonacina *in Bulla Cœnæ disp.*1. *quæst.*16.*sect.*2.*punct.*2.*n.*4. Suarez contra Regem Angliæ *lib.*4. *cap.*22. *num.*19. Carolus de Grassis *de effect. Cleric. effect.*2. *quæst.*44. *num.*358. & *seq.* Duardus *in Bulla Cœn.can.*15.*quæst.*19 *num.*83. & alij penes ipsos & penes me alibi. Ad id verò quod asserit Pereira, nempe tale statutum esse contra immunitatem Ecclesiasticam, quando efficeretur ex odio. Respondeo cum docto Iurisconsulto Hispano Io.Bertran.de Gueuara *in propugn.libert.Eccles.assert.*1.§.6.*num.*10. & 11. quòd libertas & immunitas Ecclesiasticorum non dependet ex bono, vel malo animo statuentium, sed ex natura rei, & ex priuilegiis, quæ illis absolutè competunt de iure diuino & humano: & si opinio Pereiræ esset vera, omnes laici efficerent talia statuta, asserendo se illa non efficere

Alibi in Resolutionib. & §§. non. præteritæ.

efficere ex odio. Non est igitur talis opinio admittenda, vnde præter Doctores citatos communiter illam refellunt omnes Canonistæ *in cap. final. de immun. Eccles. in 6.* Nec obstat dicere cum Pereira *num. 16.* quòd *in dicto cap. fin.* continetur prohibitio absoluta & generalis: secus autem in nostro casu, in quo prohibitio est particularis; nam respondeo cum Guenara *vbi suprà num. 33.* eamdem esse rationem prohibitionis, & valere argumentum de toto ad partem, ex *l. qua de tota. ff. de rei vindicat.* & plus & minus non differunt specie, *l. final. ff. de fundo instructo.* Ad aliud verò argumentum Pereiræ, super verbo *præsumuntur*, quod positum est *in dict. cap. final.* respondet idem Gueuara *à num. 67. vsque ad num. 76.* & Maynardus *de priuileg. Eccles. part. 2. art. 22. num. 25.*

RESOL. CCXII.

An statuta prohibentia extractionem annonæ, videlicet vini, frumenti, bladæ, leguminum, & huiusmodi extra territorium, deferri, vt conseruetur abundantia in Ciuitate, comprehendant Clericos extrahentes huiusmodi bona, vel fructus à suis prædiis collectos? Ex part. 1. tract. 2. Resol. 69. alias 68.

§. 1. Affirmatiuè respondent Menochius *tom. 8. cons. 800. num. 38.* & ex Hispanis Mexia *in prag. taxa panis, concl. 5.* Auilez *in cap. 17. præter glos. 1. ver. buenas, num. 12.* Pereira *tract. de manu regia, p. 1. in concordatis Regis Sebastiani concord. 291.* Cum aliis Iurisperitis.

2. Sed contrarium omninò asserendum est, cum Azorio *part. 3. lib. 5. cap. 19. q. 13.* Bartholomæo à S. Fausto *in speculo Confess. disp. 33. q. 20.* Belletto *disquis. cler. p. 1. tit. 6. §. 3. num. 1.* Martha *de iurisd. p. 4. cap. 83. num. 1.* Grammat. *decis. 100. num. 15.* Bursato *lib. 1. cons. 42. num. 28.* Ioann. de Amico *cons. 18. num. 17.* Baiardo *in addit. ad Iul. Clar. §. fin. q. 82. num. 87.* Rolando *lib. 4. cons. 61. num. 22.* & aliis.

3. Nec valet dicere, quòd ad publicam, & communem vtilitatem spectat, vt supradicta extra territorium non extrahantur: nam respondetur, licèt sit bonum commune; non tamen ex æquo respicit Clericos, vt laicos: & ideò Clerici sunt exempti. Ad authoritatem Menochij respondeo, licèt ipse doctissimus equidem Iurisconsultus fuerit; tamen in illo consilio cautè legendus est: nam multa dicit non ferenda contra libertatem Ecclesiasticam. Vnde meritò Carol. de Grassis *de eff. cler. eff. 2. num. 420.* sic asseruit: [Cauendum est à consilio 800. Menochij: nam in multis libris deletum est; quia est contra libertatem Ecclesiasticam.] Ita ille. Idem dicendum est de cons. 100. eiusdem Authoris, aduersùs quæ scripsit tunè sapientissimus Surdus *consil. 301.* quod omninò videatur. Et etiam in hoc casu cautè legendus Bobadilla *in Polit. tom. 1. lib. 2. cap. 18. num. 117.* quem *suprà* refutauimus.

RESOL. CCXIII.

An statuta prohibentia introduci in Ciuitatem vinum recollectum, vel aliud extra territorium comprehendant Clericos? Ex parte 1. tractat. 2. Resolut. 70. aliàs 69.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docuit Mexia *super pragm. taxa panis, consil. 5. num. 17.* Mórla *in empor. iur. part. 1. tit. 1. q. 16. num. 19.* & alij.

2. Sed non sunt audiendi: & ita contra dium docet Bellettus *in disq. cler. p. 1. tit. 6. §. 3. n. 3.* Baldus *lib. 2. cons. 198. vers. non obstat.* Martha *de iurisd. p. 4. centur. 1. cas. 2. num. 10. & 13.* Ripa *tract. de peste, tit. de remed. ad conser. vbertatem. num. 122.* Grammaticus *decis. 100. num. 15. & 16.* Ioan. de Amico *cons. 18. in fine*, & Menochius *lib. 8. cons. 800. num. 30.* cum aliis. Et ratio est: quia tale statutum non respicit publicam vtilitatem: sed priuatam, illorum ciuium, qui habent vineas, & prædia in territorio; sed Clerici non tenentur, quando statutum latum est propter publicam vtilitatem, si talis vtilitas non respiciat æquè principaliter Clericos, vt laicos, ergo, multò magis non obligabit, si respiciat tantùm vtilitatem aliquorum, vt est in casu, de quo loquimur. Vnde non approbo consuetudinem huius vrbis si adhuc tamen obseruatur, in quam non possunt introire vina recollecta extra territorium, si Clericos comprehandat: nam, vt diximus, non includuntur, neque possunt includi in tali statuto. Et etiam nostram sententiam præter Doctores citatos docet Bursatus *lib. 1. cons. 42. num. 18. & cons. 93. n. 26.* & Couar. *in cap. possessor. p. 2. §. 4. n. 8. de reg. iur. in 6.*

RESOL CCXIV.

An statutum ne extrahatur vel introducatur in Ciuitatem vinum, frumentum, &c. comprehendat Clericos?

Et doctrina huius Resolutionis est valde notanda, quia ex ea multi casus ex supra dictis, & sequentibus docte, & late referuntur, & explanantur circa Immunitatem Ecclesiasticam.

Et tandem quæritur, an Clerici peccent mortaliter, si leges Principum secularium non obseruent? Ex part. 6. tract. 8. & Misc. 3. Resol. 4.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docet Ioannes Ruiz de Laguna vir quidem doctus, & supremi Consilij Italiæ Fiscus, in Allegatione lingua Hispana conscripta, & edita Matriti die 16. Maij anno 1638. qui *in art. 2. num. 52.* nominatim contra me negatiuam sententiam tenentem inuehitur. [Como, ait ille, en todas las demas cosas, que tocan à la iurisdicion secular.] Sed in hoc puto me rectè gessisse: nam in conflictu opinionum illa est anplectenda, quæ fauet Ecclesiæ, vt optimè obseruant Doctores in superioribus Disceptationibus adducti, & docet nouissimè Caspensis in cursu Theologico *tr. 11. disp. 4. sect. 3. num. 15.* & ante illum omnino videndus Boëtius Epo. *in quæstionibus Heroicis lib. 3. comm. in c. 4. non minus num. 38. & 39.*

Sup. hoc supra in Resol. 201. & 207. §. Igitur & in multis aliis earum annotat.

2. Sed ad quæsitum dèueniendo ipse Laguna adhæret affirmatiuæ sententiæ: quia hæc statuta respiciunt vtilitatem & bonum publicum Ciuitatis; & Clerici sunt pars populi, & veniunt appellatione Ciuium. Ergo, &c. Ego verò iterum opinionem negatiuam teneo, quam præter Doctores, quos citaui *p. 1. tract. 2. in resolut. 69. & 70.* tenet etiam inter Neotericos Iurisconsultos Hispanos doctus Ioannes Beltram de Gueuara *in propugnaculo libertatis Ecclesiasticæ, assert. 1. §. 3. num. 11.* Sperellus *decis. 12. n. 45.* Carpanus *ad statuta Mediolanens. in Præludio num. 183.* Montanarus *in Pragmaticis, de Administratione Ciuitatis, num. 86. & 87.* Genuensis *in praxi cap. 74. num. 4.* & nouissimè me citato Ciarlinius *in controuers. forens. lib. 1. cap. 31. per totum.*

Quæ hic sunt supra Resol. 212. & 213. & in alio §. earum notat.

3. Verùm pro firmanda nostra sententia certum est statuta Laicorum non comprehendere Clericos: quia in ipsis deficit vnum ex requisitis ad ferendas leges validas quæ explicat S. Thomas *1. 2. q. 96. tra.* quem refert & sequitur Felinus *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ*

§. 1. cursim ante mediùs.

Maria num.39.de constitutionib. Videlicet, vt in ordine ad bonum commune, quod feratur secundùm æqualitatem proportionis; & præcipuè quòd in Legislatore sit authoritas: ita vt lex non excedat potestatem ferentis; nec immeritò, quoniam in vnaquoque actu ad illius validitatem necessaria est legitima potestas *cap. cùm super, de offic. deleg. l. cùm te.* vbi Baldus *num.2. Cod. de donation. ante nupt.* Decius *consil.198. num. 3.* & potestatis defectus semper & indistinctè nullitatem producit. Abbas *in cap. final. num.3. de rebus Eccles. non alienand.* Decius *in cap. Ecclesia S. Mariæ num.89. & 90. de constitut.* Babatia *consil.14. num.2. lib. 1.* Socinus *consilio 36. num.1. lib.1.* Surdus *consil.2. num. 33. lib.1. & consil.101. num.15. & 16. lib.3.* Quæ tamen potestas in Ecclesias & Ecclesiasticas personas Laicis non est attributa *cap. benè quidem 96 distinct. cap. Laicis 16. quæst.7. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, de constit. c. cum Laicis, de rebus Eccles. non alien.* vt ibi notat Hostiensis *num.10.* Panormit. *n.3.* & Franciscus Cardinalis Zabarella *in capite perpendimus num.13. vers. his attentis, de sentent. excommuni.* & Barbatia *in rubr. de reb. Eccles. non alienan.* Socinus *consil.14. num.1. & consil.71. num.10. & num.25. lib.4.* Iacobus Mandellus *lib.1. consil.8. n.8.* Et cùm statuere sit actus iurisdictionis, Bartolus *in leg. omnes populi num.3. ff. de iust. & iur.* vbi Iason *num.22.* & Romanus *consil.218. num.2.* & alij. Ergo, &c.

Sup. hoc supra in Ref. 210. §.2. post mediùm vers. Necessitas. & infra in Ref. 334. §.6.

4. Vnde ex his inferunt Doctores, quòd quando statutum est generale prohibens alienationem immobilium indistinctè in non subditos, nulla facta mentione de Ecclesia, vel Ecclesiasticis personis; in quibus terminis licèt respectu Laicorum sit validum iuxta communem opinionem, de qua testatur Albericus *tract. de stat. part.2. quæst.2. num.10.* & Curtius senior *consil.27. num.8.* & Iason *in dicto §. Diui in 2. lectura num.106.* & ibi Ripa *num.74.* nihilominus tale statutum generale non comprehendit Ecclesias, neq; Ecclesiasticas personas ex defectu potestatis & voluntatis, quæ à potestate regulatur, & si eas statuentes intenderent comprehendere, esset omninò inualidum iuxta veriorem, magisque receptam sententiam: quam profitentur Canonistæ *in cap. final. de immunitat. Eccles. lib.6.* vbi Ioannes Andreas *num.1. & sequent. vers. vidi dubitari*, & Ancharanus *num. 1.* & Geminianus *num.1. & 3.* & Franchus *num.2.* Antonius de Butrio *in cap. tua nuper, per illum textum num.3. & 4. de decim.* Panormitanus *in cap. à nobis il primo, 4. & 5.* & ibi Marianus Socinus *num.7. de sentent. excommunic.* & ibi Panormitan. *in cap. relatum il primo num.5. de testam.* Felinus *in cap. Ecclesia S. Maria, quæst.9. num.89. vbi de communi, de constitut.* Quam sententiam professus olim Oldradus, quem refert & sequitur Bartolus *in dicta leg. filiusfamilias, §. Diui. num11. & 12 ff. de legat.1.* & Crotus *num.80.* & Ripa *num. 81. vers. secunda conclusio*: vbi affirmauit hanc esse communem opinionem tam Legistarum, quam Canonistarum. Iason *in dicto §. Diui. in prima lectura, num.72.* vbi dicit eam tenere Albericum, Angelum, Florianum, Imolam, Raphaëlem, & Alexandrum; & sic neminem scribentium discrepare à sententia Bartoli. Et idem Iason ibidem *num 82.* addit iudicando & consulendo tenendam esse Bartoli sententiam, quam etiam tuetur & communem asserit Ruinus *à num.92. vsque ad num.95.* Crotus *num. 80.* Ripa *num.81.* Marianus Socinus *num.166.* & idem videtur sentire Ambrosius de Opizonibus dicens sanctius esse tenere hanc partem. Idem Bartolus *in leg. final.18. Cod. de sacrosanct. Eccles.* Ioannes Baptista de Sancto Seuerino, *in leg. omnes populi, num 98. vers. ex prædictis. ff. de iustit. & iur.* Ioannes de Platea *in leg. in hisnum.1. ver. nota, Cod. de prad. & reb. nauicular. lib. 11.* Albericus de Rosate *tract. de statut. part.2. quæst.2. num.5. & 7. & sequentib.* Cassanæus *in consuetud. Burgund. Rub.9. §.10. num.49.* Bertacchinus. *de Episcop. part.4. lib.4. quæst.45. num.147.* Iulius Clarus *in pract. criminal. quæst.82. §. statutum.5. num.2. vers. Sed quæro.* Fabianus de Monte, *tract. de empt. & vendit. quæst.3. pracip. num.45. vers. Sed non valeret.* Petrus Iacobus *in pract. in Rubr. de successione Regni Franciæ fol.77. pag 2. col.1. in principio, vers. ad primum dico.* Angelus *consil.48. num.3.* Paulus de Castro *consil.89. n1. lib.2.* Curtius senior *consil. 62. num.7. vers. non obstat statutum Mediolani.* Idem *consilio 72. num.13. vers. secundò respondeo.* Marianus Socinus *consil.76. num.30. lib.3.* dicens in dubio non esse recedendum ab opinione Bartoli & communi. Hippolytus Riminaldus *consilio 15. num.85. lib.1.* latè Mandellus *consil.8. lib.1.* Euerardus *consil.30. num.16. & consil.239. num.18. & 19.* Plotus *consil.19. num.11. & 12.* dicens etiam communem. Lapus *allegat.92.* Abbas *consil.27. num.1. lib.1.* Cardinalis *consil.66. num.2.* Calderinus *inter consilia Ancharani consil.12.* idem Ancharanus *consil.155.* Antonius de Butrio *consil.40.* Nauarus *cons.4. num.6.* attestans quoque de communi, *tit. de constitut. lib.1.* Surdus *consil.301. num.12, & sequen. & num. 70. lib.3.* & alij penes ipsos, quibus etiam adde Doctores quos nouissimè citat & sequitur Ciriacus *in controuers. forens. lib.3. contr.530. num.58.*

Sup. hoc infra in tr.3. Res. 6. & in aliis eius primæ annot.

5. Huius autem sententiæ firma & constans ratio est; quia dispositio statuti generalis non trahitur ad ea, quæ non possunt fieri in specie. Ioannes Monachus *in cap. vt animarum, num. 2. vers. & est ratio, de constitut. lib.6.* Crotus *in dicto §. Dini n.80.* quoniam generalis dispositio non comprehendit quæ specialiter non venirent. *leg. obligatione generali ff. de pignor.* nec sub generalitate verborum venit illicitum *leg. si pater. ff. de his quæ in fraud. credit. cap. veniens, de iureiuran.* nec venit iniustum. *cap. super quibusdam in fin. de verbor. signification.* Vnde Baldus *in capite cùm venissent num.6.* de eo, qui mittitur in possessionem, affirmauit statutum laicorum siue actiuum, siue passiuum non includere Clericos: quia si generaliter disposuit, non faciens mentionem expressam de Clericis, debet intelligi secundùm ius: si verò eos exprimit, & si verbis eos comprehendat, non potest tamen re ipsa: idem Baldus *consilio 300. num.4. lib.1.* clarius loquutus concludit statutum generale Laicorum non comprehendere Clericos, tam ex defectu potestatis quàm voluntatis: quia cùm hoc sit impossibile statuentibus, non debet ad id eorum voluntas extendi; cùm impossibilium nulla sit dispositio. *leg. confessionibus ff. de interrogat. actionib.* tum quia nemo videtur manum imponere ad sibi illicita, & impossibilia. *leg. miles. §. ream,* vbi Angelus *ff. ad leg. Iuliam de Adulter.* & Ancharanus *in Repetitione cap.1. num.29. de constitut.* tum quia in dubio non præsumitur voluisse in sua dispositione comprehendere ea, de quibus expressè disponere non potest. *leg. Lucius §. vltim. ff. ad Municipal. cap. à nobis il primo, de sentent. excom.*

6. Cùm igitur ex omnibus supradictis satis probatum sit statuta Laicorum non comprehendere Clericos quoad vim coactiuam: vt nouissimè in specie determinauit Sacra Rota in Romana Donationis die 23. Iunij 1634. coram bon. mem. Coccino, ideircò male senserunt aliqui posse Ministros Laicos tempore penuriæ compellere Clericos ad vendendum frumentum: sed hoc debet fieri, nisi periculum sit in mora, ab Episcopis: necessitas enim publica non præbet auctoritatem Laicis supra Clericos. Difficultas igitur est, si Clerici comprehendantur in his statutis, saltem quod vim directiuam.

Sup. hoc supra in Ref. 90. §. Dim igitur. & in multis aliis eius not. quæ sunt in superiori Ref. not. seq. in diuersis eius §§.

7. Et

7. Et respondeo negatiuè in casu statuti de quo loquimur: nam tunc statuta lata propter bonum publicum & publicam necessitatem ligant Clericos quoad vim directiuam: quando neque directè, neque indirectè lædunt immunitatem Ecclesiasticam. Aliter enim omnes Clerici quoad vim directiuam tenerentur ad omnes leges Iustinianj, & aliorum: nam semper leges pro communi bono, & publica necessitate editæ sunt, & sine hoc non essent leges iustæ. Et ita docet Salas *de legib. disp.* 14. *sect.* 8. *num.* 92. & 93. Baldellus *lib.* 5. *disp.* 33. *n.* 14. Bonacina *in Bull. Cœn. disp.* 1. *quæst.* 16. *sect.* 2. *punct.* 2. *n.* 12. Aponte *in responsis super Censuras Pauli V. fol.* 15. Collegium Bononiense *in Responsis pro libert. Ecclesiast. num.* 24. Molin. *de iustit. tom.* 1. *tract.* 2. *disput.* 31. *num.* 15. Squillante *de priuileg. Clericorum cap.* 7. *dub.* 3. *num* 94. & alij asserentes Ecclesiasticos teneri ex vi directiua ad seruandas leges Principum sæcularium quoties Ecclesiasticæ libertati aliquo modo non repugnant, neque sunt præiudiciales eorum immunitati. Vnde hæc propositio à multis Iuristis acclamata: Clerici tenentur obseruare leges propter bonum commune latas; non est vera absolutè intellecta; sed intelligenda est, quando non violant eorum immunitatem.

8. Hoc igitur supposito, sic argumentor. Leges latæ propter bonum publicum obligant Clericos quoad vim directiuam, quando immunitatem Ecclesiasticam non frangunt: sed statuta, ne extrahatur, vel introducatur annona in Ciuitate, lædunt immunitatem Ecclesiasticam, ergo quoad vim directiuam in illis non comprehenduntur Clerici. Probo minorem, videlicet, hæc statuta frangere immunitatem Clericorum. Nam statutum prohibens, vel præcipiens Clericis id quod eis nec diuino, nec humano iure prohibitum, vel præceptum est, violat immunitatem Ecclesiasticam, vt docet Sousa *in Bull. Cœn. cap.* 16 *disp.* 84. *concl.* 3. Alderanus Mascardus *de Interpret. statut. concluf.* 1. *n.* 88. Filliucius *tom.* 1. *tr.* 16. *c.* 10. *n* 270. §. *Tertiò ea.* Reginaldus *tom.* 1. *lib.* 9. *c.* 23. *num.* 358 §. *tenendum est tertiò.* Duardus *in Bull. Cœn. lib.* 2. *can.* 15. *quæst.* 19. *num.* 1. Laderchius *consil.* 103. *num.* 1. Annibaldus *in Addit. ad Mandellum lib.* 1. *consil.* 8. *lit. H.* Sayrus *de censur. lib.* 3. *cap.* 19. *num.* 9. §. *Sic etiam.* Bonacina *in Bull. Cœn. disp.* 1. *q.* 16. *sect.* 2. *punct.* 2. *n.* 51. & alij.

9. Sed neque de iure diuino, neque humano prohibetur Clericis vendere res suas vbicunque voluerint; imò hoc est eis concessum, iura enim concedunt cuilibet licere vendere & emere nec illis impedimentum præstari posse vt ex Sacra Rota notat Nouarius *de Grauaminib. vassall. tom.* 1. *grauam.* 62. *n.* 2. *& ex text. in leg. libertas negociationis ff. de Iurepatron.* & ex aliis iuribus & Doctoribus, quos affert & sequitur Montanarus *in Pragmat. de Administr. Ciuit. n.* 87. *&* 88. Menochius *consil.* 626. *n.* 14. *vol.* 7. Sperellus *decis.* 12. *num* 40. *& decis.* 13. *num.* 6. Ergo statutum prohibens Clericis extrahere vel introducere venditionis causa res suas, immunitatem Ecclesiasticam lædere dicendum est: prohibet enim illis, vt dictum est, id quod à nullo iure prohibitum habent, imò concessum, nisi in peculiari & raro vsu, vt infrà videbimus.

10. Confirmantur suprædicta ex auctoritate aliorum Doctorum asserentium statuta Laicorum, quæ tollunt Clericis id quod de iure communi eis competit, esse contra libertatem Ecclesiasticam, vt patet *ex text. in cap fin. de immun. Eccles. lib.* 6. Vbi Bonifacius VIII. in derogationem libertatis Ecclesiasticæ esse declarauit statuta Laicorum prohibentia subditis suis; ne Prælatis, aut Clericis, seu personis Ecclesiasticis quicquam vendant aut emant aliquid ab eisdem. Cùm enim isti contractus emptionis & venditionis liciti sint de iure communi, & vnicuique permissi, sicut etiam permissum est vt homines alia obsequia mutuò sibi exhibeant, grauiter lædituer Ecclesiastica libertas, cùm ista personis Ecclesiasticis interdicuntur. Et tantò grauius est grauamen, & præiudicium Ordini Clericali illatum, quanto difficiliùs tolluntur, quæ iure communi competunt, quam quæ iure speciali. *Auth. de non alienan. reb. Eccles. §. quia non verisimile. leg. eius milites, §. militia missus ff. de milit. testament.* Qua ratione motus hanc sententiam tenuit Felinus *in dicto cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, n.* 69. *vers. tertia fuit opinio, de constit.* vbi Decius *n.* 7. *vers. secundo quando auferuntur ea,* post Antonium de Butrio, consulrò dixit, magis esse contra libertatem Ecclesiasticam ea, quæ tollunt iuris communis beneficium, quam quæ priuilegium auferunt. Baldus *consil* 300. *incip. Statuto cauetur, n.* 4. *lib.* 1. Socinus *consil* 56. *num.* 2. *lib.* 1. Alciatus *consil.* 30. *incip. verbis Statuti, n.* 6. *lib.* 2. & alios pro hac sententia allegat Couarruias *in Regul. possess. part.* 2. §. 4. *n.* 8. *vers. Ex qua contitutione,* vbi expendit textum *in dicto cap. fin. de immun. Eccles. lib.* 6. Euerardus *consil.* 239. *incip. Vltra longè lateque deducta n.* 18. Matthæus Afflictus *in constitut. Neapol. Rubr.* 21. *de succes. in feud. n.* 4. Iason. *in l. filiusfamilias, §. Diui, in prima lectura, num.* 74. *ff. de legat.* 1. Petrus Peckius *tract. de Amortizatione, c.* 6. *num.* 1. Grammaticus *decis.* 100. *num.* 13. Seraphinus *tract. de priuileg. iuram. priuil.* 77. *num.* 23. Iacobus Mandellus *consil.* 8. *num.* 3. quorum doctrina Sacris Romanorum Pontificum Constitutionibus est conformis: nam Cælestinus III. *in cap. cùm terra, de elect.* in perniciem & grauamen Ecclesiasticæ libertatis esse dixit Electionem contra ordinem & dispositionem iuris communis celebratam. Similiter Alexander IV. *in cap.* 1. *de immunit. Eccles. in* 6. grauiter arguit Magistratus sæculares qui libertatem & immunitatem Ecclesiasticam lædere ac minuere molientes, Ecclesias & Ecclesiasticas personas coarctare nitebantur, vt ratione bonorum, quæ acquisiuerant tributa persoluerent, vel bona acquisita extra manum suam ponerent. Ista enim expressè sunt contra Iuris communis regulas & receptas dispositiones. Quamobrem sic statuentes ipso iure sunt excommunicati, *dicto cap. final. de immun. Eccles. lib.* 6. vt notant communiter Canonistæ, Ioannes Andreas *n.* 3. Ancharanus *n.* 1. Philippus Francus *ante n.* 1. & Geminianus *n.* 4. quam excommunicationis sententiam contra talia statuta edentes iam antea tulerat Honorius IV. *in cap. nouerit. §. item excommunicamus, & in cap. grauem, de sent. excommunicat.*

11. Hanc etiam sententiam nempe statuta, quæ tollunt Clericis id quod eis competit de iure communi, esse contra libertatem Ecclesiasticam, docet etiam Riminaldus, Alexander, Maluasia, & Hondedeus: quos citat & sequitur Philippus Maynardus *de priuileg. Eccles. part.* 1. *art.* 1. *n.* 24. quibus ego addo Chartarium *decis.* 46. *n.* 38. *& decis.* 54. *n.* 28. Castillum Sotomaiorem *tom.* 3. *de tertiis, cap.* 9. *n.* 6. Badellum *lib.* 5. *q.* 36. *n.* 21. Cochier *in vindiciis libertatis Ecclesiasticæ, part.* 2. *cap.* 11. *num.* 6. Et nouissimè hoc determinauit Sacra Rota Romana in vna Salmonensi die 7. mensis Iunij anno 1627. coram Duran. *decis.* 91. *num.* 10. *&* 11. *tom.* 1. Et magis nouissimè in Hydruntina pecuniaria die 26. Iunij 1641. coram Domino meo Merlino, viro eruditissimo, & nunquam satis laudato.

12. Hoc igitur supposito sic argumentor. Statuta, quæ Clericis auferunt aliquid, quod eis de iure

Resol. 211. & inf. in Resol. 282. §. 2. ante med. à vers. Supponendum. & in Resol. 294. §. Sed hæc.

Sup. hoc in Resolutionibus not. præteritæ.

communi conceditur,lædunt immunitatem : sed statuta, de quibus loquimur, tollunt Clericis id quod eis competit de iure communi ; vt patet ex iuribus, quæ affert Nouarius *vbi suprà*,& Fabianus de Monte *tract. de Empt. q.3.princip.num.1.* Molfes. *in summa tom.2. tract.12. cap.5. n.47. & 119.* & alij. Vnde Menochius *consil.626. num.14. vol.7.* & Sperellus *decis.12.n.41.* asserunt de iure communi licitam esse transportationem rei propriæ ad omnia loca:& idem Sperellus *num. 45.* & Carpanus *de statut. Mediolanens.in Pralud. num.583.* hoc exemplificant , si denegaretur introductio v. g. vini nati extra territorium : quod non minùs competit de iure communi, quam ipsa extractio. Et quidem libertas Ecclesiastica hoc Clericis præbet, vt habeant facultatem faciendi , quod eis placet , nisi lege prohibeatur ; vt *ex leg.libertas ff.de stat. homin.* & docet in terminis Cochier *de libert. Ecclesiast. part. 2. cap.11. num.6.* Catticus *in Allegatione pro Ecclesia, fol.218. §.tertiò probatur.*Sperellus *decis.12. num.42.* & Bonacina *in Bullam Cœnæ disp.1.quæst.16.sect.2.punct. 2.num.4.* & Reginaldus *tom.1.lib.9.cap. 23.num.358.*Ergo supradicta statuta esse contra libertatem Ecclesiasticam omninò dicendum erit.

13. Sed instabis aduersùs hæc : quia ex doctrina superiùs adducta se queretur Clericos,neque vi directiua teneri non extrahere frumentum tempore necessitatis,quando in Ciuitate adesset magna penuria, & sic de aliis rebus concernentibus annonam. Respondeo , quòd statuta respicientia extractionem vel introductionem annonæ aliquando concernunt tantum aliquorum vtilitatem, vt v.g.Statutum alicuius Ciuitatis,ne introducatur vinum ab exteris : respicit enim vtilitatem dominorum vinearum in eius territorio existentium : & in hoc casu minimè dubitandum est Clericos in illo minimè inclusos esse;vt ego vbi suprà adnotaui,& notat etiam in specie Alexander Sperellus *decis. 13. num.10.* Aliquando verò respiciunt publicam vtilitatem non solum in ordine ad abundantiam,sed in ordine ad necessitatem & penuriam annonæ : & tunc docet Decianus *lib. 3. consil. 51. num.31.* tale statutum Clericos ligare; quando illa necessitas & penuria aliter euitari non potest,nisi etiam Ecclesiastici concurrant. Vnde in tali casu. docet Marta *p.4.art. 1. casu 1. num. 48. iuncto casu 2. nu.5. & 10.* Ciarlinius *in controuers. forensib. lib.1. cap.31.num.10.*& alij,quod Clerici tenentur obseruare illa statuta in subsidium *ex .ext.in cap.non minùs de immunit.Eccles. & cap.1.eod. tit. in 6.* cum Doctoribus communiter. Sed quid in tali casu faciendum sit,& quo iure tunc teneantur Ecclesiastici seruare statutum, & non extrahere annonam, docent ex Iurisconsultis Surdus *consil.301.* & Sperellus *decis. 13.*egregiè dissentes contra Menochium *consil. 800.* & Gabrielem *consil. 37.*

Sup. hoc in Resolutionibus positis in textu §. Sed ad quæsitum huius Res.

14. Dicendum est igitur , quòd tempore penuriæ Clerici non vi edicti Magistratus Laici,sed vi rationis naturalis, & ex debito charitatis abstinere tenentur ab extractione frumenti, cæterorùmque victualium, tanquam pars Reipublicæ , quæ in tali necessitate cum toto concordare debet : & in hoc sensu intelligendi sunt Doctores asserentes Clericos vi directiua sub prohibitione legum sæcularium comprehendi. Vide Vasquez *in part.2. tom.2.disp.167.cap.4. num. 24.* & alios. Et ideò ad prospiciendum bono communi consulo Episcopis tempore penuriæ, alteriúsue necessitatis coadiuuare suis edictis Principum sæcularium proclamata, vt notat suprà Surdus *n.39.* Sperellus *decis.12.num.58.* Quod quidem fecit Sanctus Carolus Borromæus prohibens ne oriza seminaretur,& pluries ordinauit Sacra Cõgregatio:& ita signanter rescripsit Nuncio Neapolitano sub die 3. Septembris 1591. & 13. Augusti 1593.Et Episcopo Parmensi de anno 1599. Vide ea, quæ ego ipse adnotaui *in part.4. tract. 1.resol.87.*

15. Vnde ex his infertur à fortiori, quòd , si in aliqua ciuitate adesset statutum,vt aliqui tantùm vẽdant frumentum, vinum, &c. Et hoc quia ex dicto Monopolio Ciuitas lucraretur magnam pecuniarum summam , largiendam postea ad manutentionem alicuius Hospitalis,vel Monasterij Monialium,aut ad subleuandas ipsius Ciuitatis necessitates,vel redditus conseruandos. Ex his inquam infertur hoc statuto non obstante posse Clericos aperire tabernas , & vendere suum vinum, frumentum , &c. Et ratio est clara,quia, vt in terminis casus nostri obseruat Azorius *part. 3. lib.5.cap.19. quæst.13.* Faustus *de contract disp. 33. quæst. 20.* & alij, publica vtilitas , quæ ex hoc statuto intenditur, non respicit Clericos principaliter, sed solùm secundariò,vt sunt membra Communitatis : secus autem esset,si illa summa pecuniarum expenderetur à Ciuitate pro opere aliquo æquè primario in vtilitatem Laicorum & Clericorum faciendo. Et ideò contra Lagunam ,*vbi suprà art. 1. num.11.* dicendum est Clericos non teneri contribuere ad reparationem fontium , pontium , &c. teneri autem ad reparationem aggerum , ne flumen vicinos agros Clericorum & Laicorum inunder, cum debitis tamen requisitis; de quibus in facti contingentia vide me ipsum *in part. 1.tract. 3. resolut. 22.* Et miror Lagunam pro sua firmanda sententia adducere *leg. ad instructiones Cod. de sacrosanct. Eccles.* cùm talis lex non solùm fuerit correcta per Pontifices *in cap. non ,minus , & cap. aduersùs, de immunit. Eccles.* Sed etiam per Imperatores , vt patet *in Authent. item nulla Communitas Cod. de Episcop. & Cleric.* Vnde ex omnibus supradictis corruunt ea , quæ in toto *art.1.*dictæ Allegationis conatus est stabilire Laguna.

Quæ hîc est sup. Res. 89. & in alia Res. eius adnot.

Sup. hoc firmatur ex doctrina Res. fol. 95.

Quæ nunc inuenietur in tom.7. n. 6. Res. 35. & infrà in Res. 249.§.1.& in Res.253.& 254.in fine, & lege etiã doctrinam Res. 336. & 337.&c.

16. Dicere autem cum ipso dicta statuta non infringere libertatem Ecclesiasticam:quia non efficiuntur animo eam præiudicandi , sed propter bonum commune. Respondeo hoc prorsùs non esse admittendum ex his quæ ego adduxi *in tract.2.resolut.83.* & nouissimè adducit Baldellus *lib.5.disp.36.n. 13.* & antea Suarez *contra Regem Angliæ lib 4.c.33. num.12.* Læsio enim immunitatis non pendet ex bono vel malo animo statuentium : & sic si iudex Laicus ex praua intentione nocendi Ecclesiasticis legem ferret, si illa per se loquendo non esset apta illis nocere,non læderet immunitatem , neque incurreret censuras. Igitur attendendum est ad ipsam legem & statutum, an directè vel indirectè libertatem Ecclesiasticam infringat.

Quæ hîc est inf. Res.240. §.1. ad medium, & in Res.241.§. etiã ad medium.

17. Et tandem pro Coronide huius resolutionis, si aliquis dicat cum Laguna *art.2. n.45.* nostram sententiam saltem non esse admittendam, quando Clericus introduceret in locum aliquem,vinum, frumentum, &c. vt ibi cariùs vendat:nam in tali casu adesset negociatio Clericis prohibita,vt docet Grassus ab ipso citatus. Respondeo in tali casu minimè adesse negociationem, vt nominatim contra Grassum meritò docent Sperellus *decis. 94.num.8. & sequent.*cum Bonacina *tom.3. in Bull.Cœn.disp.1.q.19.punct.3.n.6.* Et ego satis firmaui *in part. 5.tract. 1. resol. 27.*cum Sousa *in Bull.Cœn.cap.19. disp. 92. conclus.1.num. 4.*& aliis. Et ratio est , quia , vt notat Pereira *de Manu Regia part.2. cap. 24. num. 34.* Ceuallos *tract. de cognit. per viam violent.part.2.quæst. 64.num. 21.*Castrus Palaus *tom. 2. tract. 12. disp. vnic. punct. 9.num. 16.* Tannerus *tom.3.disp.4.quæst. 7.dub. 2.num. 69.* Turrianus *tom.2.in 2.2.disp. 59.dub.2. num.1.*& alij : non

Quæ hîc est infrà Res. 256. & lege etiam distinctionem Res. eius primæ, & secundæ annot.

omnis

omnis negociatio lucratiua est interdicta Clericis;sed illa tantùm:quando res ipsa non meliorata catiori pretio vendenda est, quàm empta fuit. Ex quo patet falsitas opinionis Caroli de Grassis:nam Clericus fructus suos,vt alibi cariùs vendantur,asporrans, non dicitur negociator;& ideò ad gabellam minimè tenetur. Vide omnino Marcabrunum *consil.*18. *n.*241.*& seqq.*& nouissimè Fagundez *de iustit. lib.*5. *cap.*37.*num.*13.

18. Ex supradictis verò duo Corollaria valde à iudicibus Laicis notanda sunt. Et primò malè illos facere,dum vexant famulos,colonos, vel Ministros alios Clericorum,qui de eorum mandato in Ciuitate vinum, frumentum, vel aliquid aliud introducunt vel extrahunt:hoc enim indirectè est contra libertatem & immunitatem Ecclesiasticam:& ita in terminis docet Ciarlinius *in controuers forensib. lib.*1. *c.*31. *in fin.*& Sperellus *decis.*12.*num.*61. *& decis.*4. *num.*7. qui testatur ita passim respondere Sacram Congregationem immunitatis. Et ratio est clara; quia operarij ad nihil tenentur, quando obediunt mandato conductoris in re,quæ de sui natura non sapit delictum,*ex Gloss. in leg. in rem* §. *signum ff. de rei vendic.* quam sequuntur omnes teste Decio *in leg.velle* & ibi Cagnolus *num.*11.*de regul. iur.* Deinde in tali casu ministri Clericorum nullum ius habent in re; & ideò iudicium non substantiatur in eis, sed in Clericis,quorum negotium gerebant.Ergo causa pertinet ad forum Ecclesiasticum,per ea quæ adducit Sperellus locis citatis:adi illum & non pigebit.

19. Secundò infertur ex supradictis malè etiam facere iudices Laicos auferentes annonam Clericorum, quæ extrahitur vel introducitur in Ciuitatem contra eorum proclamata:vt ego sæpius firmaui, & præcipuè contra Cutellium *in par.*5.*tract.*1.*resolut.*6. & docet etiam Sperellus, *vbi supra decis.*12.*num.*59. nam talis retentio habet rationem pœnæ,ergo illam contra Clericos nullo pacto iudices Laici infligere possunt. Deinde sicut Laici nullam habent iurisdictionem in personas Clericorum; ità neque in eorum bona: bona enim sequuntur personam.Et ideò ego olim respondi Ædilem Ciuitatis non potuisse vinum, quod Clericus recollectum ex eius prædio per alium in tabernà vendebat, quia malum erat, in via publica vertere:sed in tali casu debebat ad iudicem Ecclesiasticum recurrere, & interim Laico venditori ordinare,ne vinum illud venale haberet.

20. Atque hæc defensionis causa dicta esse volo circa ea,quæ contra me in sua Allegatione adnotauit Laguna:vnde ex his omnibus etiam refellendus venit nouissimè Baptista Fragoso *in Regimine Christianæ Reipublicæ part.*1. *lib.*7. *disp.*19. *n.*48. vbi tenet posse Decuriones Ciuitatum edere statuta in quibus prohibetur, ne in oppida vinum forense inferatur, vel ex oppido ne extrahatur, asseritque, in dictis statutis Clericos comprehendi, quod omnino negandum est,vt ex supradictis apparet.

21. Et tandem pro coronide huius Resolutionis in gratiam curiosorum non desinam hîc obiter adnotare,nouissimè Franciscum Caspensem Doctorem Hispanum docere Clericos transgredientes leges ciuiles non peccare mortaliter,sic enim asserit in cursu Theologico *tom.*1.*tract.*13.*de legibus disp.*4.*section.*2. *num.*15. An verò Clerici peccent mortaliter,si leges Principum sæcularium non obseruent;probabile est non peccare mortaliter, quia Clerici non tenentur directè legibus ciuilibus,quia nullus est directe subditus legibus illius,qui non habet iurisdictionem in ipsum,Princeps autem Laicus non habet iurisdictionem in Clericos: ergo secluso scandalo mortaliter non peccant. Ita ille,qui pro hac sententia citat Bonacinam & Salas,quos ego adduxeram *in part.*1. *tract.*10.*resol.*12.Verùm alij Doctores tenent Clericos legibus ciuilibus teneri eadem obligatione ac tenentur Laici,excluſa tamen coactione: quia non apparet vnde minuatur eis obligatio si semel ponamus legibus illis astringi.Vide Castrum Palaum *to.*1. *tractat.*3. *disput.*1. *punct.* 24. §. 6. *num.*2. Ioannem Præpositum *in part.*2.*D.Thoma quæst.*95.*disp.*4.*dub.*3. *num.*7.& alios.

RESOL. CCXV.

An Principes possint statuere, ne laici vendant Clericis,ne molant,aut coquant panem, vel ne exhibeant aliqua seruitia & obsequia,an ita statuentes incidant in excommunicationem Bullæ Cœnæ? Ex part.1. tr.2. Res.54. aliàs 53.

§. 1. ITa facientes non incurrere in excommunicationem Bullæ Cœnæ, putauit Caietanus *in summa,verb.excommunicatio, c.*31. Nauarrus *in Manuali,c.*27.*num.*119. Et hanc sententiam nouissimè probabilem vocat Fillincius *tom.*1.*tr.*16.*c.*10. *n.*271. & illam absolutè etiam docetPereira *de manu regia, prælud.*3.*n.*7.& Anguiano *in tract. de legibus, tom.*1. *lib.*2.*contr.*15.*n.*39.*& seq.*

Sup.hoc cum eisdem Caietano & Reginaldo pro affirmatiua, & negatiua sententia hîc appositis suprà in Res. 209.§.vlt. & lege hic §. Tertio. & aliàs Resol. eius annot.

2. Sed ego falsam existimo. Dico igitur,Principes ista statuentes in excommunicationem Bullæ Cœnæ incidere:quia tale statutum est contra libertatem Ecclesiasticam,vt habetur *in 6.eos, de immun. Eccl.in* 6,his verbis:[In eos,qui temporale dominium obtinentes suis subditis, ne Prælatis, aut Clericis, seu personis Ecclesiasticis quidquam vendant, molant;coquant panem; aut alia obsequia exhibere præsumant,aliquando interdicunt, cùm talia in derogationem libertatis Ecclesiasticæ præsumantur,eo ipso excommunicationis sententiam decernimus.]Ita textus.Et ita docent communiter omnes Theologi, vt Suarez *de censuris,disp.*21.*sect.*2. *n.*93. Reginaldus *tom.*1.*lib.*9.*c.*24.*num.*358. Gambacurta *tractat. de cas. reseru.c.*10.*n.*10.Coriolanus *in Bulla Cœnæ,excommun.* 15.*fol.mihi* 937.Filliucius *vbi sup.* & alij.

3. Nec valet dicere,quòd talia statuta sint potiùs contra libertatem politici conuictus,quàm contra Ecclesiasticam libertatem:nam respondetur primò:Saltem indirectè supradicta statuta sunt contra immunitatem Ecclesiasticam: sed in Bulla excommunicantur etiam, qui indirectè aliquid statuunt contra dictam libertatem:ergo, &c.Secundo: Durius est, & incommodiùs vexantur Clerici in his, quæ pertinent ad politicum conuictum, quàm in aliis,quæ pertinent ad Ecclesiam,vt Ecclesia est:ergo &c.Tertiò:Est contra libertatem Ecclesiasticam denegare Clericis ea,quæ de iure communi illis competunt:sed iure communi quilibet alteri obsequia prædicta præstare potest:ergo, &c. Et ideò nostra sententia omninò tenenda est.

RESOL. CCXVI.

An statutum laicorum prohibens generaliter librorum impressionem absque eorum licentia comprehendat Clericos?

Et an Episcopi possint hoc statuere? Ex part.4. tract.1. Resol.60.

§.1. VIdetur affirmatiuè respondendum,quia Episcopi ordinant, ne quis libros imprimere

audeat sine illorũ licentia qua sane ordinatione non solùm sæculares, sed etiam Regulares exempti comprehenduntur. Ergo & Princeps sæcularis poterit idem statuere, obligando non solùm laicos, sed etiam Clericos exemptos, vt conseruetur æqualitas, iuxta textum *in l. fin. C. de fruct. & lit. expens.*

2. At his non obstantibus Aloysius Bariola *consil. 34. per totum* contrariam sententiam tenet, quia statutum vires acquirit à potestate statuentium, ex *l. final. ff. de iuriurisd. omn. iudic. & cap. à nobis, de sentent. excommunic.* Sed sæculares supra Ecclesiasticos nullam habent facultatem, ex *cap. Ecclesia S. Maria, de constit.* ergo, &c. Deinde si Clericus in summam D. Thom. vel in Bullam Cœnæ librum imprimere vellet, si Potestas sæcularis velit in vim sui statuti facultatem illum imprimendi concedere, id aliud non erit, quàm in causis spiritualibus & Ecclesiasticis ad ipsius forum non modò indirectè, sed directè trahere. Sed hoc est contra Canonem 15. Bullæ Cœnæ. ergo, &c.

3. Ad argumentum verò respondetur Episcopos posse id statuere ad finem spiritualem Clericos & sæculares propriæ diœcesis ligando, ex Concilio Lateranensi *sess.* 10. tum ex Triden. *sess. 4.* tum ex Bullis Apostolicis & decretis Cardinalium, vnde non est attendenda ratio inæqualitatis. Adde quòd in tali casu Episcopi habent potestatem ligandi laicos, non autem è contra laici ligandi Clericos, etiamsi tale statutum feratur ob bonum publicum, quia vtilitas publica non confert iurisdictionem Principi laico in personas Ecclesiasticas. Et hæc omnia docet Bariola *vbi supra* qui respondet ad alia argumenta contraria, & adducit pro hac firmanda sententia, multas alias rationes: tu adi illum, & non pigebit.

RESOL. CCXVII.

An Pragmatica super Chartam, vulgo dictam Papel sellado, *violet Immunitatem Ecclesiasticam?*

Et pro roboranda doctrina huius quæstionis aliquæ aliæ diuersæ difficultates pro Immunitate Ecclesiastica discutiuntur. Ex part. 6. tract. 8. & Misc. 3. Resol. 1.

§. 1. DE hoc casu consultus fui anno 1638. ab Excellentissimo Principe Paternionis tunc in Regno Siciliæ Prorege meritissimo, & ei responsum dedi taxationem supradicti papyri signati, nomine tantùm Regaliam, sed reuera Gabellam existimandam esse. Vnde, ad subleuandas Regis vrgentes necessitates, in Parlamento, seu Comitiis Regni imponendam necessarium dixi, exclusis tamen ab eius solutione Ecclesiasticis, sed pro negatiua sententia aliqua adduci possunt argumenta, quæ hîc ex propria penu, Doctorum auctoritate stabilire conabor, vt veritas nostræ sententiæ, postea magis eluceſcat.

2. Probatur igitur primò opinio negatiua; quia Clerici sunt ciues, & pars Reipublicæ, vt habetur *in cap. cum nullus, de temporibus ordinand.* & docet Bart. *in leg. 1. ad municip.* Villalobos *in summa tom. 1. tract. 2. difficult. 31. num. 1.* & alij. Ergo sunt adstricti seruare leges latas pro bono publico, vt probat Castillo Sotomaior *de tertiis, tom. 7. cap. 8. num. 21.* & alij, sed talis est lex, de qua loquimur: nam Papyrum signatum efficitur ad conseruandam legalitatem Scripturarum, & ad falsitates euitandas. Ergo, &c.

3. Secundò, quia impressio Regij sigilli super Chartam est Regalia; ergo in casu nostro charta signata effecta est res propria Regis: vnde potest illam vendere, & eius pretium taxare. Et sicut Clerici, vt notat Auendaño *de cens. cap. 32. num. 10.* Lasarte *de Decima, cap. 10. num. 3.* Mexia *in Pragmat. Tax. Pan. concl. 5. n. 39.* Salas *de empt. dub. 9. n. 2.* & alij communiter, tenentur soluere pretium rerum venalium à Principe taxatarum: ita tenebuntur soluere pretium dictæ chartæ signatæ, quam vt rem propriam Princeps vendit cum Regio sigillo.

4. Tertiò, certum est, quòd ex iusta causa Rex potest alteri concedere venditionem aliquarum mercium, vt tradit Azorius *tom. 3. l. 8. cap. 18.* Filliucius *tom. 2. tract. 35. cap. 8. num. 223.* Molfesius *in summa tom. 2. tract. 12. cap. 5. num. 113.* & alij communiter: ergo dicendum est posse priuatiuè reseruare sibi venditionem papyri signati, per ea quæ adducit Molina *de iustit. tom. 2. tract. 2. disp. 345. num. 3.* Et ideò in Hispania multæ merces dicuntur vulgo *Estancatæ* & pertinent ad Regem, vt sal, piper, chartæ pictæ, &c. Vnde non desinam hic apponere verba Aristotelis *lib. 1. Politic. cap. 11.* sic asserentis. Quare, & nonnullæ Ciuitates hanc sibi viam ad pecuniam parandam, cùm eius indigent, muniunt: assequuntur enim, vt singularem rerum venalium vendendarum facultatem, solæ habeant. Ita ille. Hinc Gaspar Klockius *tract. Nomico-politico, de contribut. cap. 1. num. 117.* & Christophorus Besoldus *in discurs. Politic. de Ærario. cap. 4. num. 15.* obseruant, quòd Rex Galliæ non patitur, quemquam Regni sui salem vendere: sic & in casu nostro, vt dictum est, potuit Rex priuatiuè sibi reseruare venditionem chartæ signatæ. Sup. hoc infra in §. 11. & in alio eius not.

5. Quartò, Clerici in aliquibus locis soluunt ius tractæ ex rebus, quas extrahunt extra Regnum ratione Regaliæ, quæ competit Regi ex Portu, vt docet Carolus de Grassis *de effect. Cleric. effect. 2. num. 294.* Ergo & in casu nostro soluenda erit quantitas taxæ pro papyro signato, tanquam fructus ex Regalia proueniens.

6. Sed his minimè suffragantibus, puto supradictam Pragmaticam Papyri signati, si comprehendat Clericos, infringere libertatem Ecclesiasticam. Quod patet primò ex verbis Bullæ Cœnæ, in qua Pontifices *in Canon. 15.* dant pro infectis, & anathematizant omnes ordinationes & constitutiones: vnde libertas Ecclesiastica directè, vel indirectè, vel alio quouis modo restringitur: sed in casu, de quo loquimur saltem indirectè libertas Ecclesiastica læditur & restringitur. Ergo, &c. Probo minorem: nam libertas Ecclesiastica hoc Clericis præbet, vt habeant facultatem faciendi quod eis placet, nisi illicitum sit, vt patet *ex leg. libertas, ff. de statu hominum.* & docet Cochier *de libert. Ecclesiast. p. 2. c. 15 n. 6.* Gatticus *in allegat. pro Ecclesia, fol. 208.* §. *Tertiò probatur.* Sperellus *decis. 12. n. 42.* Bonacina *in Bullam Cœna, disp. 1. quæst. 16. sect. 2. punct. 2. num. 14.* Reginald. *tom. 1. lib. 9. cap. 23. num. 358.* & alij. Sed per pragmaticam, de qua loquitur, Papyri signati, Clerici non possunt ampliùs facere id, quòd prius liberè eis facere permissum erat; nam non possunt ampliùs in iudicio vti chartis Papyraceis, & alia instrumenta efficere, nisi Papyrus sit regio sigillo signata: ergo clarè apparet dictam Pragmaticam esse contra libertatem Ecclesiasticam, cùm illam lædat, ac restringat: etenim Clerici per illam non possunt deinde illud facere, quod antea impunè, & licitè faciebant. Confirmantur supradicta; nam ordinationes, Pragmaticæ, & statuta prohibentes vel præcipientes Clericis id quod eis, nec diuino, nec humano iure prohibitum, vel præceptum est, violant immunitatem Ecclesiasticam, vt docet Felinus *in cap. Ecclesia S. Mariæ, de constit.* §. Restat. num. Sup. hoc sup. in Resol. 94.

num. 72. & 73. Quem citat & sequitur Humada *in scholio ad Gregorium Lopez leg. 3. tit. 2. part. 1. gloss. 6. num. 3. fol. 28. col. 4.* Zecchius *de Republ. Christ. tit. de Clericis fol. mihi* 410. Sousa *in Bull. Cœna, cap. 16. disput. 84. concl. 3.* Alderanus Mascardus *de interpret. statut. concl. 1. num. 88.* Filliuc. *tom. 1. tract. 16. cap. 10. num. 270. § tertiò ea.* Reginaldus *tom. 1. lib. 9 cap. 23. n. 358. § tenendum est tertiò.* Duardus *in Bull. Cœn. lib. 2. can. 15. quæst. 19. num. 1.* Laderchius *cons. 103. n. 1.* Annibaldus *in additionib. ad Mandellum lib 1. consil. 8. litter. H.* Sayrus *de censur. lib. 3. can. 19. num. 9. §. Sic etiam.* Bonacina *in Bull. Cœn. disput. 1. quæst. 16. sect. 2. punct. 2. num. 51.* & alij. Sed nullo iure prohibitum est Clericis, ne instrumenta conficiant, neque in iudicio vtantur alia charta, qua vsque adhuc omnes liberè, licitè & impunè vsi sun : ergo hanc Pragmaticam prohibentem ne Clerici vtantur alia charta in iudiciis, quam signata sigillo Regis esse contra immunitatem Ecclesiasticam dicendum est, cùm prohibeat Clericis id quod eis nec diuino, nec humano iure prohibitum est.

7. Probatur secundò. Non solùm de iure humano, sed etiam de iure diuino Clericos esse exempros à solutione Gabellarum ex multis iuribus & Doctoribus firmauit nouissimè Sacra Rota in Albanensi Gabellæ, die 28. Iunij 1630. coram Domino meo Merlino, nunc meritissimo Decano, & in Barchinonensi exemptionis die 28. Iunij 1636 coram bon. mem. Coccino; & ego satis probaui *in part. 5. tract. 1. resolut. 21.* Sed ex sumptione Papyri signati Clerici soluerent gabellam : ergo necessariò sequitur supradictam Pragmaticam dictam Papyrum statuentem violare libertatem Ecclesiasticam. Minor argumenti, in quo adest difficultas examinanda erit : nam aduersarij putant, vt supra dictum est, hanc non esse gabellam, sed Regaliam, quæ etiam Clericos includit. Sed hoc purum figmentum esse puto, & chimericam speculationem vt docent : nam Klochius *in tr. Nomico Politico de contribution. cap. 3. n. 288.* Cabedo *part. 2. decis. 42. num. 4.* & alij, etiam Gabellæ dicuntur Regaliæ, sub quo Regaliarum nomine comprehenduntur etiam Angariæ, & Parangariæ, vt obseruat Sixtinus *de Regal. lib. 2. cap. 13.* Cuiacius *in leg. vlt. Cod. de Fabricens. lib. 11.* Hotomanus *in Lexico feudali ver. Angaria.* Godelinus *de iure nouissimo lib. 5. cap. 3.* Lidemanus *in exercitat. feudal. cap. 3. num. 57.* Alfarus *de officio fiscalis Gloss. 20. § 12. num. 471.* Et tamen, vt certum est, non ex hoc sequitur Clericos ad illas teneri. Adde quod multæ aliæ exactiones prouenientes ex Regaliis impositis, dicuntur etiam gabellæ à Doctoribus. Et ideo licèt salinæ sint de Regalibus, tamen redditus ex ipsis fisco prouenientes inter vectigalia ab Vlpiano numerantur *in leg. inter publica §. vltim. ff. de verbor. signification.* vt notat Bulengerus *de Imperator. Rom. lib. 9. cap. 21.* Iacobus Bonitius *in tract. de ærario lib. 5. cap. 4.* Christophorus Besoldus *in discur. Polit. de ærario cap. 4. num. 13.* Gasparus Klochius *tract. Nomico-Politico de contribut. cap. 1. num. 116.* Bodinus *de Republica lib. 1. cap. 10. num. 170.* Vnde Titus Liuius *lib. Decad. 3. de Bello Persico*, sic asseruit, Vectigal etiam nouum ex salaria annona statuerunt. Item Piscariæ de Regalibus, vt tradit Decius *consil. 196. num. 1.* Cabedo *part. 2. decisione. 54.* Sixtinus *de Regalibus lib. 2 cap. 18. num. 12.* & tamen eorum redditus vectigalia vocantur à Bucero *de Regalibus cap. 3. num. 141.* Alberico Gentili *in Commentar. ad tit. de verb. signific. leg. inter. publica fol. 49.* & Dominico Arumæo *in discurs. Academ. vol. 2. discurs. 15. n. 65.* qui notat in dicta *leg. inter publica.* vectigalia piscaria ab Vlpiano vocari. Item Ripatica sunt de Regalibus, vt tradit Bucerus, *vbi suprà num. 154.* & Arumæus *num. 93.* qui tamen eorum prouentus vectigalia vocat : quod etiam fecit Mastrillus *de Magistrat. lib. 3. cap. 10. num. 291.* Et tandem licèt Portus connumerentur inter Regalia, tamen eorum prouentus, qui ad Regem spectant, gabellæ nominantur, vt loquitur Arumæus *vbi suprà volum. 1. discurs. 30. cap. 3. num. 44.* & alij, quos citat, & sequitur nouissimè Solorzanus *de Indiarum iure tom. 2. lib. 1. cap. 1. num. 52. & sequent.* cui etiam adde Alfarum *de officio fiscalis, Glossa 20. § 2. num. 16. & 18.* & clariùs *§. 8. num. 114.* & patet in dicta leg. *inter publica §. final. ff. de verbor. significat.* vbi Prouentus ex Portu inter fisci vectigalia apponuntur : & dicitur vectigal Portus, & alio nomine Portorium, de quo fit mentio *in leg. 3 Cod. de vectigal.* & de quo etiam fit mentio inter vectigalia, quæ Nero abrogare volebat apud Tacitum *lib. 13.* & ideo Portorium & vectigal idem sunt, vt patet *in leg. cùm & plures. §. vehiculum ff. locati.* Et Tullius *in orat. pro Manilio.* sic habet : Neque ex Portu, neque ex Decumis, neque ex scriptura vectigal conseruari potest. Vnde infrà in responsione ad quartum argumentum probabitur ius Tractæ, quod soluitur ex extractione aliquarum mercium ex Portu, esse gabellam, & ad illam Clericos non teneri, nisi merces negociationis causa extraherent. Vnde ad confirmationem supradictorũ Althusius in Politica *c. 12. n. 16.* docuit quod omne id ex quo censum fiscus accipit vectigal dicitur, vt ait ille vectigal portus salinarum, metallorum, piscatiorum, &c. quod idem docuit Arumæus *de iure publico vol. 2. discurs. 20. n. 6.* & Besoldus *Politico iuridica de inrib. Maiestatis, c. 7. n. 8.* & Henning. Arnisæus *de iur. Maiestatis, lib. 3. cap. 5. n 3. 4. & seq.*

8. Sed hæc omnia magis verificantur in charta signata de qua loquimur; quam quidem nomine Regaliam, sed reuera gabellam esse apertè patet; quia eius taxatio est tam magna, & immoderata, cùm soluantur pro vnica charta aliquando sex Tareni, vt meritò nomen pretij non mereatur : ergo clarè apparet habere rationẽ tributi; sicut antiquitus extabat *vectigal Chartiacum*, ex quo soluebantduos folles Officialibus pro chartis, vt ex Zonara obseruat Bulengerus *de Imperat. Roman. lib. 9 c. 79.* follis autem, id est obolus, vt vertit Isaacus Casaubonus *exercit. 16 ad Baronium*, erat genus quoddam pecuniæ. Nec valet dicere, quòd sicut Princeps potest valori naturali, & intrinseco monetæ alium maiorem extrinsecum addere, & sibi applicare pro publica necessitate subleuanda : ita & in casu nostro licèt pretium Papyri signati sit excedens, & improportionatum, potuit Rex illud augere pressus tam vrgentibus bellorum necessitatibus. Non valet, inquam hoc dicere : nam respondeo, quod si in casu nostro augmentum pretij Papyri signati sumitur, vt asserunt aduersarij, eo pacto quo Princeps accipit augmentum extrinsecum monetæ : ergo reuera gabellam esse dicendum est. Probo consequentiam, nam Princeps, vt obseruat Cabedo *part. 2. decis. 45. n. 7.* Sixtinus *de Regal. lib. 2. cap. 7. n. 5. & sequent.* Ioannes Kitzolinus *tract. de re monetaria clas. 5. qu. 1. n. 34.* & alij, tunc potest augere vel minuere valorem monetæ, quando adest necessitas publica, cui populus tenetur subuenire, & marsupium Principis euacuatum est; & tunc augmentum monetæ habere rationem gabellæ tradit Mariana *de instit. Reg. lib. 3. cap. 8.* Basilius Pontius *variarum disputationum. Relect. 1. de augmento monetæ part. 1. propos. 4. fol. 514. col. 1. & fol. 516. col. 1.* & ideo Bonitius *tract. de ærario, lib. 6. cap. 6.* mutationem monetæ posuit sub Titulo de Vectigalibus extraordinariis. Sed

certum est Clericos non teneri ad onera, & tributa pro subleuandis necessitatibus publicis, nisi cum certis conditionibus dispositis à Concilio Lateranensi, quæ habentur *in cap. non minus. & cap. aduersùs, de immunit. Eccles.* de quibus ego ipse multa disserui *in part. 4. tract. 1. resol.* 11. Ergo, &c. Confirmantur supradicta ex eo quòd Paulus Layman *in Theol. Moral. lib. 3. tract. 3. part. 1. c. 5. n. 7.* & alij, loquentes de mutatione monetarum ob publicam necessitatem, supponunt non solum talem mutationem esse gabellam; sed addunt non habere requisita iusti tributi, & continere in se multa inconuenientia: Ergo ex supradictis apparet parum conferre argumentum de augmento pretij monetæ ad augmentum pretij papyri signati, imò nostram sententiam potius confirmare videtur.

Quæ hic est infra Resol. 248. & in Resol. 337. in princ.

9. Et tandem probatur tertiò, nostra sententia quod est valdè notandum, quia Pragmatica, de qua loquimur, non videtur lata propter bonum publicum ad euitandas falsitates instrumentorum, vt ab aduersariis supponitur: ergo Clerici non tenentur illam obseruare. Probo antecedens: nam non obstante supradicta Pragmatica hodie instrumenta possunt falsificari, vt antea: nam soluto pretio chartæ bullatæ, sigillum illud Regium non efficit, vt aliquis, si velit, non possit illa charta signata aliquod instrumentum, Notarij, vel aliquod mandatum iudicis cum falsa subscriptione efficere: & certum est, quod non relinquet hoc facere, quia tenetur soluere pretiũ chartæ signatæ: ergo manifestè apparet, quòd hæc charta signata deseruit tantùm ad exigendum eius pretium pro soluendis necessitatibus Regis, non autem ad conseruandam legalitatem scripturarum, & ad falsitates euitandas: nam Respublica hodie manet subiecta etiam fraudibus, vt priùs ante chartam signatam subiecta erat. Vnde ex his patet reuera gabellam esse, & ideò ad illam soluendam Clericos non teneri.

10. Restat modò respondere ad argumenta contraria: ex quorum solutione magis firmabitur nostra opinio. Respondeo igitur ad primum argumentum, tunc leges, & statuta propter bonum publicum ligare Clericos: quando neque directè, neque indirectè Ecclesiasticam immunitatem lædunt, vt docet Salas *de legib. disp. 14. sect. 8. n. 92. & 93.* Bâldellus *lib. 5. disput. 33. num. 14.* Bonacina *in Bullam Cœnæ, disput. 1. quæst. 16. sect. 2. punct. 2. num. 12.* Aponte *in Responsione super censuras Pauli V. fol. 15.* Collegium Bononiense *in Respons. pro libertate Ecclesiastica, num. 2.* Molina *de iustit. tom. 1. tract. 2. disput. 31. num. 15.* Squillante *de Priuileg. Cleric. cap. 7. dub. 3. num. 94.* & alij: sed in nostro casu dictam Pragmaticam lædere immunitatem Ecclesiasticam suprà satis iam probatum est. Ergo, &c.

Sup. hoc cũ eisdem authoribus hic citatis suprà in Resol. 214. §. Et respondeo. & in aliis eius not.

11. Ad secundum argumentum patet responsio ex dictis: nam taxatio chartæ signatæ, de qua loquimur, est ita in ratione pretij excessiua, vt limites iustitiæ omnino excedat: & ideò potiùs onus gabellæ dicendum, quàm pretium rei. Nec valet dicere cum Petro Nauarra *lib. 3. c. 1. n. 331.* & Antonio Fabro *de variis numm. debit. solut. c. 1. n. 62.* quòd sicut impressio signi publici valorem monetæ intrinsecum auget: ita & in nostro casu sigillum Regium augeat pretium Papyri signati: nam respondeo cum Layman *lib. 3. tract. 3. part. 1. c. 5. n. 4.* Ioanne Kitzolio *tract. de iure monet. clas. 5. quæst. 1. num. 37.* & aliis penes ipsum, publicum signum in moneta augere eius valorem tantùm in modico, sed in casu nostro sigillum Regium valorem chartæ signatæ vnius grani auget vsque ad Tarenos sex: ergo tale augmentum iniustum esse necessariò dicendum erit. Et si dicas iustificari, quia sumitur propter publicas necessitates subleuandas. Respondeo, ideò nomen tributi, seu oneris, vel exactionis subterfugere non posse, ergo, illud soluere Clerici non tenentur.

12. Ad tertium argumentum, quod rex potest aliquando vel ipse facere, vel aliis concedere monopolium circa aliquas merces. Respondeo primò aliquos hæc monopolia absolutè tanquam illicita damnare. Ita Caietanus *in 2. 2. quæst. 77. art. 1.* Sotus *de iustit. lib. 6. quæst. 3. artc. 2.* Syluester *verb. emptio, q. 28.* Conradus *de contractib. disput. 51. propè finem.* Rebellius *part. 2. lib. 9. quæst. 7. num. 5.* Layman *lib. 3. tract. 4. cap. 17. §. 7. num. 42.* & alij. Respondeo secundò. Monopolia magis probabiliter aliquos concedere, si iustum pretium vendendis mercibus imponatur, vt tenent Ioannes Wigers *de iustit. in 2. 2. tract. 5. cap. 5. dub. 11. num. 63.* Bonacina *de contractibus, disputat. 3. quæst. 2. punct. 5. n. 9.* & alij: sed hoc tamen non admittunt in mercibus vsu frequentibus, vt est in casu nostro: & maximè ego addo, quando ex illis onus imponeretur Clericis cum violatione Ecclesiasticæ immunitatis, vt accidit ex charta signata. Ergo, &c. Adde quod non benè affertur ab Aduersariis exemplum chartarum pictarum, piperis, &c. quia has merces nemo cogitur emere, vt obseruat Lessius *lib. 2. cap. 21. dub. 1. n. 149* Reginaldus *in praxi tom. 2. lib. 25. cap. 22. num. 327.* & alij: & ideo nemo grauatur ex earum pretio, nisi qui sponte vult: quod quidem non accidit in casu papyri signati, cuius emptio, omnibus tam necessaria est. Ergo, &c.

Sup. hoc tom. 6. tr. 2. Resol. 65. §. vlt.

13. Ad quartum argumentum. Quod in aliquibus locis Clerici soluunt ius tractæ, quando extrahunt à portu aliquas merces. Respondeo talem consuetudinem improbandam esse, sicut illam improbat Ciarlinius *in controuersiis forensib. cap. 31. n. 15. & 16.* nominatim refellens Carolum de Grassis, quia Clerici non tenentur, vt dictum est suprà, soluere gabellas. Et licèt portus sint de Regalibus, tamen id quod imponitur ratione extractionis alicuius mercis à portu gabellam esse, suprà etiam probatum est: & ideo illam Clerici soluere non tenentur, vt præter Ciarlinium docet etiam Sousa *in Bullam Cœnæ, cap. 19. diff. 92. conclus. 1. num. 4.* & Laurentius Orosius *in su Pina de Rosas lib. 4. cap. 2. fol. mihi 380.* & alij. Ergo, &c.

14. Nota tamen quòd post hæc scripta peruenerunt ad manus meas erudita Commentaria Sapientissimi Patris Magistri Araujo ex inclita Religione Dominicana Doctoris Hispani, & Sacræ Theologiæ Professoris in celebri Academia Salmanticensi, qui *in 1. 2. D. Thoma, quæst. 97. disput. 3. sect. 5.* latè, & solidè, vt solet, probat nostram sententiam firmans ex multis aliis rationibus Pragmaticam vulgò dictam, *Papel sellado*, esse contra immunitatem Ecclesiasticam, adi illum, & non pigebit.

RESOL. CCXVIII.

An Principes, si per aliqua statuta disponant de his, quæ ad funera, & exequias pertinent, efficiant contra libertatem Ecclesiasticam, & sint excommunicati?

Ex part. 1. tract. 2. Res. 65. alias 64.

§. 1. HIc casus agitatus, & discussus fuit tempore Excellentiss. Proregis D. Francisci de Castro, & tunc respondi cum Felino *in cap. Eccles. S. Mariæ. de constit. n. 112.* & alios, distinguendo. Vel in simili statuto Princeps disponit de his, quæ spectãt ad Clerum, vel cultum diuinum, aut ad animarum salutem, putà de numero Missarũ, de cãdelis, de eleemosyna Clericorũ & de eorũ numero, vel Religiosorũ, qui

qui debent comitari funus, & similibus. Et in hoc casu statutum esset contra libertatem Ecclesiasticam. Sed si Princeps in statuto prohiberet abusus circa pompam funeris, vt de vestibus lugubribus, de pannis nigri coloris, ne cubicula parentur pannis nigris, & de aliis externis solemnitatibus, quæ nullam habent relationem ad cultum diuinum, & ex quibus nihil vtilitatis minuitur Ecclesiis, aut Clericis, neque aliquid detrimenti patitur cultus diuinus, vel, Ecclesia; tunc eiusmodi statutum esset validũ, nec aliquid contra immunitatem Ecclesiasticam contineret. Et ita ex neotericis docet Alterius *de cens. tom. 1. disp. 16. lib. 5. c. 6. fol. 704. col. 2.* Reginaldus *in praxi, tom. 1. lib. 9. cap. 23. num. 360.* Duard. *in Bul. Cœn. lib. 2. can. 15. q. 19. n. 7.* Megala *in 3. p. lib. 3. c. 10. q. 3. n. 54.* Carol. de Grassis *de effect. cler. eff. 2. n. 467.* Marth. *de iurisd. p. 4. cent. 1. cas. 54.* Naldus *in summ. verb. Statutum, n. 2.* & alij.

2. Ex his apparet, non esse admittendam sententiam Caietani *in summ. verb. excomm. c. 31.* Nauarr. *in man. c. 27. n. 120.* Graffij *in decis. p. 1. lib. 4. c. 18. n. 135.* Sousæ *in Bull. Cœn. cap. 16. dist. 9. concl. 2. n. 3.* Layman *in Theol. mor. lib. 4. tract. 9. c. 9. n. 3.* asserentium, posse Principes in suis statutis, Clericis moderari sumptus ceræ, & candelarum: nam, si intelligunt de cera, & candelis, quæ in Ecclesia, & apud funus comitantes remanent, hoc statutum esset inualidum: quia ex illo impediretur eleemosyna, & minueretur aliqua vtilitas Ecclesiæ, & Clericis, seu Religioni. Et ita docent Doctores citati, quibus adde doctissimum Tabienam *verb. excomm. G. cas. 20. n. 5. fol. mihi 672.* qui notat, tale statutum esse contra libertatem Ecclesiasticam: nam indirectè prohibet liberam facultatem dandi eleemosynam Clericis, & Ecclesiis.

3. Vnde non benè dixerunt Sousa, & Graffius, *vbi suprà*, quòd numerus candelarum ordinetur ad pompam, & temporalem honorem defuncti: nam vt benè notat Tabiena, dictæ candelæ, quæ remanent apud Ecclesiam, & Clericos, non solùm deseruiunt ad honorem defuncti, sed etiam ad eleemosynam Ecclesiæ, & Clericorum, seu Religiosorum.

4. Idem, quod diximus de cereis, & candelis, dicendum est de culcitris, quæ apponuntur super corpus defuncti: quidquid in contrarium asserant Duardus, & Martha: nam de illis nihil potest statuere Princeps laicus, cùm remaneant apud Ecclesiam; & ex illis postea aliquando, efficiuntur paramenta pro ornamento altarium, vel vestes sacerdotales, vel saltem remanent pro eius ornamento, nam, vt hîc, & in ciuitate Neapolitana vidimus, in diebus festiuis Ecclesiæ integræ de illis ornantur, & sic non dubito, dictas culcitras non solùm deseruire pro honore temporali defunctorum; sed etiam pro eleemosyna Ecclesiarum, vbi defunctus sepelitur. Et ita Syluester *verb. imm. 5. n. 10. vers. Stat. q. 2. ver. 8.* ait prædicta statuta esse licita laicis, quatenus disponunt in his, quæ non applicantur Ecclesiis: sed dictæ culcitræ, & de quibus loquimur, Ecclesiis applicantur: ergo &c. Ita etiã Paludan. *in 4. dist. 18. q. 3. art. 3.* vbi sic asserit: [Videtur esse contra Ecclesiasticam libertatem, statuẽdo, quòd super mortuum non sit, nisi talis pannus, vel tot cerei, & huiusmodi: quia liberæ Ecclesiæ etiam liberas oblationes habere debent.] An verò, quod dictum est de culcitris, dicendum sit de extructione sepulturæ, negant Duardus, & Martha: sed affirmat D. Carol. de Grassis *de effect. cler. eff. 2. n. 493.* vnde tẽpore, vt dixi, Excellent. Comitis de Lemos, Proregis meritissimi huius Regni, nihil circa hoc innouatum est. Scio, Filliuc. *tom. 1. tr. 16. c. 10. n. 273.* vocare opinionem Caietani probabilem, licèt ipse nostram sententiam teneat; tamen in praxi talem opinionem admittendam esse minimè existimo. Sed ad alia deueniamus.

RESOL. CCXIX.

An lex seu statutum, quod aliquis adiens hæreditatem non confecto inuentario, teneatur vltra vires hæreditatis, comprehendat Clericos?

Et an idem, quod de Clericis dictum est in supradicto casu, dicendum sit de Ecclesia, vel Monasteriis? Ex part. 1. tract. 2. Res. 71. aliàs 70.

§. 1. AFfirmatiuè respondent aliqui; etiamsi Clericus fuisset institutus hæres amore Dei. Ita Morla *in empor. iur. tit. 1. q. 16. num. 11.* & alij, quos citat, & sequitur Carolus de Grassis *de effect. cler. eff. 2. num. 252.*

2. Sed ego contrariam sententiam amplectendam esse puto, quam docet noster P. Duardus *in Bull. Cœn. lib. 2. can. 15. q. 17. num. 8.* vbi sic ait: [Ecclesiastici hæredes instituti, non conficientes inuentarium, non tenentur vltra vires hæreditatis in solidum omnibus creditoribus hæreditariis iuxta text. *in l. si te bonis, & l. fin. 15. cùm igitur. C. de iur. delib.* & citat Ioan. Andream. Idem etiam ex neotericis docet Martha *de iurisd. p. 4. cent. 1. cas. 75. num. 5.* qui *num. 12.* optimam rationem adducit pro hac sententia; nempe talem legem non comprehendere Clericos ex defectu iurisdictionis. Adi illum, & non pigebit: Notandum est tamen, quòd etiam stando in prima opinione, illa non procederet, cùm Ecclesia, vel Monasterium instituitur hæres: nam licèt non confecerint inuentarium, non propterea tenentur vltra vires hæreditatis. Ita de Grassis *vbi supr. n. 253.* & Morla *n. 12. in fin.* Abbas, & Felinus *in c. Eccles. S. Mariæ, de constit.* hic *num. 66.* ille *num. 13.* cum aliis.

RESOL. CCXX.

An statutum, vt quis, qui nondum habet ius in re bonorum, quæ possessurus est, Dominus sit, si non ingrediatur Religionem, sin vero amittat, an inquam, tale statutum sit illicitum, & contra Immunitatem Ecclesiasticam?

Et an si legentur ducenta si nubat, & centum si Religionem ingrediatur, debeantur ducenta Religionem ingredienti? Ex p. 1. tr. 2. Res. 125. alias 124.

§. 1. NEgatiuè respondet Bartolus *in leg. final. C. de pactis, n. 6.* Sed contrariam sententiam meritò docet Dec. *in c. in præsentia de probat. n. 52.* & nouissimè Basilius Pontius *de matrim. lib. 3. c. 8. n. 25.* vbi sic asserit: [Statutum, quo decerneretur, vt is, qui nondum habet ius in re bonorum, quæ possessurus est, dominus sit, si in sæculari conuictu permaneat: eorundem autem non liberum dominium nanciscatur si religionem ingrediatur; nequaquam licitum est: libertati enim Ecclesiasticæ aduersari videtur: ac proinde tenentur eius Authores excommunicatione, quæ est in Bulla Cœnæ.] Ita Pontius. Sup. hoc in Resol. not. seq.

2. Ex quibus inferendum est, non esse admittendas illas conditiones, quas aliqui in eorum testamentis apponunt, videlicet, *Do, lego. si Relig nõ ingred. sed in sæculo perm.* Quidquid in cõtrarium asserat Sanchez *de matr. tom. 1. lib. 1. disput. 34. n. 11.* quem meritò Põtius *vbi sup. n. 20.* solidè, vt semper solet, impugnat. Et ego etiam puto contra eundẽ Sanchez *n. 12.* Molinam *tom. 1. tract. 2. disp. 207. à n. 13.* & alios, si legentur ducenta si nubat; centum verò si Religionem ingrediatur, debeti ducenta religionem ingredienti. Ita Lessius *lib. 2. c. 18. dub. 15.* Comitolus *in Resp. mor. lib. 7.* & alij. Sed de hac quæstione nos fusiùs *alibi. Sup. hoc in tom. 6. tr. 8. Res. 42.

* Alibi in Res. quæ hic sunt in tom. 6. tr. 8. Res. 41. §. Sexto. & in Res. 44. §. vlt.

RESOL CCXXI.

An Princeps possit leges condere circa matrimonium?
Et quid circa accessoria matrimonij?
Et an circa alia accidentalia, vel accessoria possit ferre leges, v.g. circa dotem, & lucrum dotis, vel donationem inter virum, & vxorem, & sponsalitiam largitatem, & similia? Ex part.1.tract.2. Resolut.128. aliàs 127.

§.1. POsse quidem, quantùm ex se est, attamen eam potestatem sibi reseruasse Pontifices, putat Sanchez *tom.2.lib.7.disp.3.num.2.*

Sup. hoc in Resol.seq. §. Verum & latè in aliis Resol. eius not.

2. At contrariam sententiam docet Basilius Pontius *de matrimon.lib.7.cap.2.num.3.* nempe, ex se non posse Principes legem aliquam constituere circa matrimonia: quòd enim materia huius Sacramenti contractus sit, non satis est, vt possit Princeps sæcularis leges condere ad substantiam matrimonij directe, vel indirectè pertinentes, cùm ex eo, quòd ea materia per Christum sacra facta est, iam extra iurisdictionem, & potestatem sæcularem sit.

Sup. hoc cũ eodem Pontio infra in Resol. 226. post med. & in Resol. 340. §. 4. ante med.

3. Ex his infert idem Pontius *num.4.* neque circa accessoria matrimonij posse Principem sæcularem, ex defectu potestatis, legem ferre, si eo accessorio impeditur principale; posse tamen circa alia accidentalia, vel accessoria, quæ non pertinent ad eius substantiam, neque ex se impediunt principale, vt verbi gratia, ferre leges circa dotem, & lucrum dotis, vel donationes inter virum, & vxorem & sponsalitiam largitatem, & similia. Vide etiam Riccium *part...decis.178* & Bellettum *in disquis.par.1. tit.de exemptione Clericorum à statutis secularium*, § 4. *n.43.* & 44. vbi latè differunt, an Principes possint statuere aliquid contra matrimonij libertatem: Sed de hoc *supra* etiam satis dictum est.

Supra in tribus Resol. primis post. seq.

RESOL. CCXXII.

An Principes laici possint statuere impedimenta dirimentia matrimonium?
Et difficultas est, an si Princeps Christianus apponeret de facto aliquod impedimentum dirimens, non obstante hac reseruatione factum teneret, & matrimonium cum tali impedimento contractum validum esset?
Et an sola consuetudine possit introduci impedimentum dirimens? Ex part.5.tract.1.Res.16.

§.1. AD hanc quæstionem respondet nouissimè Cælestinus *in compen. Theol. moral. tract.2. c.31.n.1.* vbi sic ait: Principes fideles si præcise eorum potestas spectetur, possunt ex iusta causa statuere impedimenta matrimonium dirimentia respectu suorum subditorum tam fidelium, quàm infidelium in terris suis degentium. Ita D.Thom. *in 4. distinct. 34. quæst.1. art.1.ad 4.* Et Becanus *de Sacrament. cap.49. q.3.* vbi tamen rectè notat hanc potestatem impediri posse à Pontifice respectu subditorum fidelium, non autem infidelium, quia Pontifex reseruauit sibi causas matrimoniales, vt patet ex *gloss.fin.cap.si quis ingenuus 1.quæst.2.* Quia verò statutum hoc est positiuum humanum, & potuit à primæua sua publicatione non recipi in aliquibus Prouinciis & Regnis, vel si receptum fuit, potuit per non vsum abrogari. Hinc fit vt si in aliquo Regno & Prouincia edicto cautum esset, ne quis contraheret matrimonium parentibus renitentibus, vel etiam ipsomet Principe, sub pœna nullitatis matrimonij, edictum huiusmodi seruandum esset. Et si quis contra formam in illo contentam celebraret matrimonialem contractum, irritus, cassus, & nullus omnino foret, prædicti statuti virtute, modò tamen sit longo vsu confirmatum, & ab immemorabili tempore ad abrogandam legem aliquam Ecclesiasticam requisito ac sufficienti receptum. Ita Cælestin. *loco cit.*

Alibi in Resol. præterea §.1. & 2. & infra in Resol. 340. & 342.

2. Verùm ego sentio, vt alibi cursim adnotaui cum Basilio Pontio *de matrim.lib.6.cap.1.* & 2. Principem sæcularem ex vi suæ iurisdictionis & officij non posse statuere impedimenta dirimentia, quia matrimonium, quamuis ex se contractus quidam sit subiectus etiam Principi sæculari, tamen per Christi institutionem eleuatum est ad rationem Sacramenti, itaque res sacra est. ergo non subditur ex eo tempore, potestati Principis sæcularis, etiam fidelis, quòd enim materia huius Sacramenti contractus sit, non satis est vt possit Princeps sæcularis leges condere, cùm ex quo ea materia per Chrstum sacra facta est, iam extra eius iurisdictionem & potestatem sit; sicut licèt homo ante ordinationem sit materia subiecta iurisdictioni sæculari, & similiter bona & prædia, tamen post ordinationem, vel postquam donatione sacra, vel Ecclesiastica facta sunt, extrahuntur à dominio sæcularis Principis: & nullam neque in personas, neque in bona iurisdictionem habet. Sic ergo & in nostro casu dicendum est, postquam matrimonio accessit ratio Sacramenti. Et ita præter Pontium hanc sententiam docet Couarruuias, & alij, quos citat & sequitur Doctissimus & amicissimus Patet Gaspar Hurtadus *de matrimon. disput. 12.difficult. 12. num. 7.* Dicendum est igitur, quia contractus matrimonij in baptizatis ex institutione Christi desinit esse ciuilis & sæcularis vtpote factus sacer, & Sacramentum: ergo desinit esse subditus potestati ciuili, seu sæculari, quam solum habet Princeps sæcularis.

3. Notandum est tamen quòd licèt Coninch *de Sacrament. disput.30. dub.1.* Filliucius *tom.1.tract. 10. cap. 1. num.4.* Tannerus *tom.4.disp. 38.quæst.4. dub.1. num.16. & 17.* Gamachæus *in 3.part. D. Thom.de sacram. matrim.* Ochagauia *de Sacram.tract.3.de matrimon. quæst.32. num.3.* Kellisonius *in 3.part.tom.2.q.50. art.vnic. dub. vnic.* Turrianus *in sum p.2.c.109. dub.5. concl. 1.* Syluius *in 3.p.q.50. art.vnic.concl.6.* Ludouicus de San Iuan *de sacram matr. quæst. 6.art. 1.dub.1. conclus. 2.* Layman *lib.5. tract. 10.part.4. cap.1. q.1.* Sanchez *de matrim. tom. 2.lib.7. disp. 3.* Mercerus *de Sacram. in supplem.q.50. vers. quæritur secundò.* Bonacina *de matrim. 3. punct.1.num.5.* Rebellius *part.2.lib.3. q. 1.* Cornejo *in 3.p.tract.6.de imped. matrim.disput.7. dub. 3.* Villalob. *in sum. tom. 1.tract.4.diffic.1.n.3.* & 4. cum aliis, doceant Principes ex natura suæ potestatis, vt *supra* dixit Cælestinus, & Becanus, posse quidem impedimenta matrimonij apponere, tamen asserunt vsum huius potestatis eis interdictum fuisse ab Ecclesia, & Summis Pontificibus reseruatum. Ratio verò quare Ecclesia hoc sibi reseruari potuerit, ex eo ostendi potest, quia Respublica temporalis est quodammodo subiecta Reipublicæ spirituali, & potestas temporalis spirituali potestati, in his saltem, quæ cum spiritualibus coniuncta sunt, & ad finem spiritualem, seu supernaturalem ordinantur. Ergo potestas spiritualis potest ex iustis causis moderari potestatem sæcularem circa res prædictas.

4. Sed difficultas est, an si Princeps Christianus de facto apponeret aliquod impedimentum dirimens, non obstante hac reseruatione factum teneret, & matrimonium cum tali impedimento contractum validum esset, quamuis ipse peccaret faciendo contra reseruationem ab Ecclesia factam. Et videtur quòd sic, quia per talem reseruationem non videtur abeo ablata

ablata potestas, sed solùm vsus illius verùm respondendum est negatiuè, quia taliter est interdictus Principibus sæcularibus huiusmodi vsus; vt ab eis in contrarium facta ipso iure irrita, & nulla sint. Neque in hoc audiendus est Petrus Sotus *lect.4. de matrim.* oppositum docens vt in specie tenet Cornejo *vbi suprà*.

5. Vnde displicet mihi id, quod nostris temporibus circa præsentem quæstionem docuit Ioannes Præpositus *in 3.part. D. Thom.q.7. de.impd. matrim. dub.1.num.1.circa finem.* vbi sic ait: Princeps sæcularis iuxta quosdam potest impedimenta matrimonij constituere respectu fidelium sibi subiectorum, cùm Ecclesia non videatur posse restringere eius potestatem quippe qui non sit Ecclesiæ subiectus. Ita ille, qui reprobando hanc sententiam, videtur tanquam probabilem admittere opinionem Petri Soto, quam omnes Doctores citati tanquam falsam & improbabilem refellunt, & maximè illi, qui mecum sentiunt Principes laicos etiam ex vi suæ iurisdictionis non posse fidelibus subditis impedimenta matrimonij apponere, quod non solùm docuere recentiores citati, sed etiam veteres, vt D. Bonauentura *in 4. dist. 42. art.2.quæst.2.* Richardus *art.2. quæst.2.* & Paludanus *quæst.1.art.2.* Et hæc olim Romæ *anno* 1634. adnotaueram, cùm ibi inter viros doctos, occasione cuiusdam matrimonij magni Dynastæ quæstio hæc ardenter agitaretur. An verò sola consuetudine possit introduci impedimentum dirimens, agit Cornejo *in 3. p.tract.6.de imped.matri. disp.7.dub.4.per totum*, & alij DD. superiùs à me citati.

Pro hac sententia Præpositus lege dicta ex Resol. 240. §. 19.

Sotus ibidem.

RESOL. CCXXIII.

An valeat statutum, in quo cauetur, ne filia, vel filius possit contrahere sine consensu Patris, alias cadat ab hæreditate?

Et ex doctrina huius Resolutionis aliqua alia circa hoc inferuntur, & explanantur valde notanda, & menti tenenda.

Et etiam quæritur, an statutum puniens contrahentes matrimonium cum hominibus alterius Ciuitatis infringat Ecclesiasticam libertatem?

Et an Pater incurrat excommunicationem Concilij, si iniustè impediat matrimonium filiorum?

Et an Testator possit disponere, vt sua filia nubat de consilio alicuius? Ex part.1.tract.2.Res.75.alias 74.

§.1. ALiqui affirmatiuam sententiam docuerunt: & ita ex Soto docet Ledesma *in sum.tom.2. in Addit. ad Mart.cap.7. concl.5.fol.mihi 57.* vbi defendit legem quandam Hispaniæ ita decernentem, vbi sic ait. [Esta sentencia tiene el Padre Maëstro Soto, y otros Dottores. La razõ es, porque el casarse sin la voluntad de los padres.es contra la ley natural, y es pecado, que perturba la paz de la Republica, como se vee la experiencia. Luego justamente las leyes pueden castigar el tal pecado.] Ita ille. Et idem ex neotericis tradit Cancer *p.1.cap.24.num.4. & p.3.cap.11. num.4.* & testatur, in senatu Regio Cathaloniæ ita fuisse iudicatum, 1. Octobr. 1605. Vide etiam Menchac. *tract. de succes. creat.§.10. num.628.* & Lup. *in repet.cap.per verba.not.3.§.3. num.9.de donat.inter vir. & vxor.*

Sp. hoc in fi. n Res. 226. ponitur. in Res. 5. an. 2. diuisus.

Sp. hoc in fi. n. nor. sequitur.

2. Sed meritò aduersùs dictam legem insurgunt etiam Doctores Hispani, vt Couarru. *super.4. decr.p. 2.cap.3.§.8.n.5.6.& 7.* & nouissimè Franciscus Molinus *de ritu nupt. lib.2.differ.7. num.14.* Veracruz *in Specul.coniugp.3.art.10.concl.3.trat.2.* Corduba *in tr. cas.consc.q.171.* Nauarrus *in Manuali, cap.14. num. 15.* Molina *de primog.lib.2. cap.16. num.6.* Guttierrez *pract.quæst.lib.2.quæst.1. num.2.* Matienzo *in leg.1. tit. 1.gloss.4.num.2. lib.5.* & alij penes ipsos. Et ratio est: quia disponet de spiritualibus; & ideò est contra libertatem Ecclesiasticam: & ita etiam Ludou. Mor. *cons.97.num.8.* vbi multos adducit. Martin. Vran. *lib. 1.cons.4. num.34.* R auſner *lib.1.cons.10.* & alij. Vnde statutum puniens contrahentes matrimonium cum hominibus alterius ciuitatis, infringit Ecclesiasticam libertatem, & non est validum. Ita Ludou. Mor. *cons.* 225. *96.n.9.* & alij. Vide Carolũ de Grassis *de effect.cler.eff. 2.n.81. & sequ.* & nouissimè Bellettum *in disquis.cler. par....tit.6.§.4.num.43.* vbi sic ait. [Neque vim legum habent leges, quæ inferunt pœnas matrimonium contrahentibus sine parentum consensu, etsi Principes eas tulerint ad honestatẽ persuadendam, quæ consistit in exigendo parentum consensu ab ipsis filiis ad coniugalem contractum; non tantẽ habẽt vim, cùm id spectet ad Summ. Pontificem: laici etenim nihil possunt statuere, quod matrimonij liberum consensum impediat, etiam circa accidentia ipsi matrimonio.] Ita ille, qui adducit nouem Doctores pro hac sententia: vnde de illa non est dubitandum, vt ex aliis iuribus, & rationibus probat Martha *de iurisd.part.4. cent.1.cas.80.num.5.* vbi *num.11.* notat, hoc procedere, si in statuto requiritur consensus de necessitate: secùs autem si de consilio: quia si testator potest disponere, vt eius filia nubat de consilio alicuius: ergo & id poterit induci per statutum.

Sup. hoc infra in Res. 225.

3. Notandum est etiam, quòd in Concilio Tridentino *sess.24.cap.9.* sic habetur: [Præcipit Synodus omnibus, cuiuscunque gradus, dignitatis, & conditionis existant, sub anathematis pœna, quam ipso facto incurrant ne quouis modo, directè, vel indirectè, subditos suos, vel quoscunque alios cogãt, quominùs liberè matrimonia cõtrahant.] Ex quibus verbis videant ministri laici, ne statuendo aliquid circa matrimonia, incurrant in dictam excommunicationem: in quam minimè incurrerent Reges, & Imperatores, si talia statuta efficerent, quia oportet illos exprimere, vt alibi expressit Concilium *sess...cap. 11.de reform.* & in Bulla Cœnæ, vt notat Henriquez *lib.11. cap.6. num.6. in Glossa, lit. G.* & Guttierrez *tract.de matrim. cap.79. num.12.* Neque etiam talem excommunicationem incurreret pater; si iniustè impediret mattimonia filiorum: quidquid in contrarium asserat Martha *vbi sup.de iurisp.4.cent.1.cas.71. num.23.* Et ita docet Sanchez *de matr.tom.1.lib.4.disp. 22.num.8.* Nauarrus *in sum.cap.27.num.150.* Molina *tract. 2. disp. 176.* Henriquez, & Guttierrez, *vbi suprà*, cum aliis. Ex his omnibus apparet, patrem non debere, neque posse in foro conscientiæ exhæredare filiam, etiam stantibus his legibus, si nupserit contra eius voluntatem; nec posse Confessarium absoluere patrem in articulo mortis, nisi priùs reuocet testamentum vbi eam exhæredauit.

Sup. hoc in tom. 2. tr. 6. Res. 58. §. Notandum est in fine.

4. Post hæc scripta inuenio Ioan. Valerum *in suis differentiis vtriusque fori, verb. matrimonium, differ.1.* hanc quæstionem tractare, & nobiscum sentire. Vnde miror, Rebellium *p.2.lib.2.p.14. sect. vlt.29.* contrarium docere: quia tales leges tantùm per accidens derogant libertati Ecclesiasticæ: ergo non sunt iniustæ, & inualidæ, vt docet Caietanus *in sum. verb.excomm.cas.31.& 37.* Nauarr. *cap.21.num.120.*

5. Sed hanc sententiam Nauarri, & Caietani *suprà* refutauimus: ergo non est audiendus Rebellius. Ad illud verò, quod asserit Ledesma, quòd dictæ leges sunt latæ propter bonum commune, vt conseruetur pax, & concordia inter ciues; respondeo, quòd vtilitas publica, & bonum commune non confert iurisdictionem laicis. Vt possint statuere aliquid in detrimentum

detrimentum libertatis Ecclesiasticæ, vt norant communiter Doctores, tam Theologi, quàm Iurisconsulti: sed hoc accideret in casu nostro: ergo, &c.

RESOL. CCXXIV.

An Princeps sæcularis possit ferre aliquam legem aduersus filios contra iustam parentum voluntatem nubentes? Ex part.1.tract.2.Resol.105.alias 104.

Sup. hoc in Resol.præterita,& infra in fine Resol.226. & 343. §.3. ante medium, & signanter, §.11.

§.1. AFrmatiuam sententiam docent non pauci Iurisconsulti; & inter Theologos illam docet Molina *de iust.tom.1.tract.2.disp.176.à num.24.* & Rebell.*de obligat.iustit. part.2. quæst.14.sect.3.* quos nouissimè sequitur Pontius *de Sacr. matr.lib.2.cap.1. §.3.num.29.*& ex Iuristis neotericis Cancer.*lib.3.var. cap.11.n.4.* & Anguiano *in tract. de legib.tom.1.lib.2. contr.13.num.15.& 30.*

2.Sed meritò supradictâ sententiâ non admittit Bellet.*in disquis.cler.p.1.tit.de exemptionib. cleric.à statut. sæcul.§.5.n.43.qui citat* 8.Doctores, quibus ego addo ex Theologis Sanchez *de matr.to.1.lib.4. disp.25.n.2.* & Vasquez *in 3.p.tom.4.disp.4.de matr.cap.2. num.24.* Dicendum est igitur, supradictas leges esse contra immunitatem Ecclesiasticam: &, licèt filij non benè agant,si nubant sine parentum licentia,attamen non est ferenda lex,quæ eos exhæredari à parentibus permittat, si velint: & hoc etiamsi supradicti filij indigne nuberent, obseruat Sanch.*num.3.* Vide citatos Doctores.Et ratio est:quia ius canonicum omninodâ in matrimonio libertatem poscit: & ideò reiicit pœnam in sponsalibus positam, *cap. gemma de sponsalib.* Sed propter pœnam exhæredationis, vel aliam valde minuitur dicta libertas.Ergo dictæ leges erunt cõtra ius canonicum, & sunt ab illo correctæ.Et ideò Valerius *in diff.vtriusque fori,verb. matr.diff.1. num.2. & seq.* supradictas leges,tanquam improbas, in foro conscientiæ damnat, & reprobat, sicut etiam damnatunt Doctores, quos citat Molinus *de ritu nupt. lib.2.diff.7.num.57.*Nec obstat contra supradicta,lex quædam, quæ obseruatur in Regno Cathaloniæ: nam hoc pertinet ad factum; & in Regno illo leges conduntur in Comitiis generalibus, non solum à laicis, sed etiam ab Episcopis, & aliis Ecclesiasticis. Ergo, vt ait Molinus *vbi suprà*, iustificantur supradictæ leges ex scientia, & tolerantia Romani Pontificis.Sed de hac scientia, & tolerantia dictum est *suprà*: ad alia igitur procedamus.

Sup. hoc supra in Resol. præterita in fine §.1.

RESOL. CCXXV.

An statutum disponens mulierem extra territorium nubentem cum sua familia priuandam fore hæreditate, etsi ei sit quæsita, sit contra Immunitatem Ecclesiasticam? Ex part.1.tract.2.Resol.57.alias 56.

Sup. hoc supra in Resol. 223.§.2. ante medium, vers. vnde statutũ.

§.1. SI in hoc Siciliæ Regno tale statutum adesset, non pauci illud frangerent. Sed ad rem.Multi hoc statutum valere opinati sunt:& ita docet Baldus *in leg.si matre.C.de suis,& legit.her.*idem Baldus *lib.1. cons.357.& in cap.consului.num.6. de offic. deleg.* Socinus, & Iason *in l.1.§. veteres.ff. de acquir.possess.*Alexander *lib.2.cons.251.num.2.* Ruinus *lib.3. cons.49.* & alij. Et ratio est: quia huiusmodi statuta facta sunt in bonum Reipublicæ,ad eam replendam liberis, & vt etiam plures sint in ea, qui gabellas soluant, & onera sustineant. Sed contrariam sententiam omninò amplectendam esse puto: quia matrimonia libera esse debent ab omni coactione, *ex leg.Titia ff.de verborum oblig.* Vnde & in terminis huius quæstionis non valere similia statuta, etiamsi colorem quendam publicæ vtilitatis præseferant, docet Panormitanus *in cap.1.de sponsa.*Decius post Felinum *in cap. Ecclesia S. Maria num.36.de condit.* & hanc opinionem communem esse testatur Gabriel *lib.2. cons.12. num.9.* & illam nouissimè docuit Molina *de ritu nuptiarum, lib. 2.differ.7.num.26.* & post illum Barbosa *in collectan. tom.2.lib.4.tit.1.cap.1.num.7.*

RESOL. CCXXVI.

An Princeps laicus possit imponere pœnas, ne matrimonia inter consanguineos contrahantur, & illas exigere, etiam impetrata à Pontifice dispensatione?

Et an circa accessorium matrimonij possit Princeps sæcularis leges ferre, aut pœnas imponere matrimonium contrahentibus sine parentum consensu?

Et infertur, quod iudices laici possunt pœnas imponere contra non obseruantes dies festos; Verum si Episcopus dederit licentiam alicui laborandi in die festo, non possunt propterea iudices laici illum punire,vt transgressorem Festorum, stante dicta licentia Episcopi? Ex part.5.tract.1.Resol.17.

§.1. AFfirmatiuam sententiam docet Cutellius *in Cod.leg.Sicul.ad legem Federic.cap.83.not.88. num.2.*

2. Sed hæc opinio mihi non placet, vt patet ex Decreto Concil.Tridentini, *sess.24.c.9. de reform.matrimon.* in quo sub anathemate interdicitur Principibus sæcularibus ne directè, vel indirectè matrimonij libertatem impediant. Sed quis non videt quòd per supradictas pœnas impediretur matrimonij libertas, nam contrahentes non valentes ex paupertate soluere pœnas à iudice laico impositas,& per Cutellium adduc obligantes, etiam post obtentam dispensationem à Pontifice, vtique retraherentur ab ineundo matrimonio.ergo, &c. Deinde matrimonium initum post obtentam dispensationem à Pontifice inter consanguineos est licitum, quomodo igitur potest puniri per iudicem laicum, etenim pœna non est danda sine culpa. Confirmantur hæc omnia ex doctrina, quam affert Barbosa *in Collectan. Doctor. ad Concil. Trid.sess.25.de Regul.cap.12.num.11.* vbi docet quòd iudices laici possunt pœnas imponere cõtra non obseruantes dies festos; verùm si Episcopus dederit licentiam alicui laboranti in die festo, non possunt propterea dicti iudices laici illum punire,vt transgressorem festorum,stante licentia obtenta ab Episcopo, & ita ait fuisse decisum à sacra Congregatione *die 9. Nouembris* 1619. Facit etiam pro hac sententia doctrina Basilij Pontij *de matrimon.lib.6. cap.2. num.4.* vbi docet, neque circa accessorium matrimonij posse principem sæcularem, ex defectu potestatis leges ferre, si eo accessorio impeditur principale, & licèt postea Pontius addat leges laicorum, quæ pœnis constitutis adiuuant prohibitiones Ecclesiasticas circa matrimonium esse validas, tamen hoc intelligendum est,vt diximus, si adhuc persistant Ecclesiasticæ prohibitiones, sed in casu, de quo ampliùs non adest prohibitio Ecclesiastica. ergo, &c. Et ideò ex his docet Bellettus *in diquis. Cler. part.1. tit. de exempt. Cler. à stat. sæculari*, §.4. *num.* 47. quod vim legum non habent leges, quæ inferunt pœnas matrimonium contrahentibus sine parentum consensu, nam etsi Princeps eas tulerit ad honestatem persuadendam, quæ consistit in exigendo parentum consensu ab ipsis filiis ad coniugalem contractum, non tamen habent

Sup. hoc infra in Resol. 312.

Sup. hoc eidem Pontio supra in Resol.221. §. vlt. & infra in Resol.340. §.4.

Sup. hoc supra in Resol. 223. & 224. & infra in Resol.343. §. & 11.

tamen habent vim,cùm id spectet ad Summum Pontificem:laici enim,vt dictum est,nihil possunt statuere quod matrimonij liberum consensum impediat, etiam circa accidentia ipsi matrimonio.

RESOL. CCXXVII.

An laicus sit iudex competens, quando agitur de possessorio matrimonij? Ex part.1. tract. 2. Resol. 56. alias 55.

§.1. AGitur de possessorio,v.g. inter virum, & vxorem;& vir innititur possessione aduersùs mulierem,quæ propria authoritate diuertit,vel è contra quæritur,an Iudex laicus sit competens in hoc casu?Affirmatiuã sententiam ex neotericis Iurisconsultis docet Thesaurus *decis.*117.& ita fuisse decisum in Senatu Pedemontano testatur.Sed malè,& contra iurisdictionem Ecclesiasticam: nam matrimonialis possessoria admixtam habet causam spiritualitatis simul,& titulũ:& Iudex laicus certum est, quòd potest cognoscere de possessoriis rerum Ecclesiasticarum,quando per titulum iustificari debent: vnde possessorij causa mixtam habens causam spiritualitatis,ad solos Iudices Ecclesiasticos pertinet.Et ita in terminis hæc omnia probat nouissimè Franciscus Molinus *tract.de ritu nupt.lib.2.differ.*10. *n.*19. & *seq.* Adi illum, & non pigebit.

RESOL. CCXXVIII.

An iudex Ecclesiasticus sit competens in causis Sponsalium?

Et quid,si iuramento firmata sint,vel an saltem sint missi fori? Ex part.1.tr.2.Ref.131.aliàs 130.

§.1. REspondeo affirmatiuè.Ità docet Marius Antoninus Maceratensis *lib.*1.*resol.*79.*n.*8. Reginaldus *in praxi, tom. 2. lib. 31. cap. 36. num.*268. Sanchez *de matrim.tom.*1.*lib.*1.*disp.*69.*num.*19. Vnde secundùm Marium Antoninum, *vbi suprà*, non sunt audiendi, Glossa *in cap.non est.in ver.vxores*, & ibi Abbas *num.*3.& 6.*de sponsal.* Couarruuias *de spon. part.*2.*cap.*7.*num.*3. & alij asserentes, Iudicem sæcularem posse compellere partes,ad obseruanda sponsalia:sed Sanchez *loc.cit.disp.*29.*n.*9.docet, Iudicem vtriusque fori competentem esse ad sponsaliorum coactionem dummodo de ipsorum valore nihil agatur:Quo casu,solus Iudex Ecclesiasticus est competens.Sed,dum sponsalia certa sunt,potest Iudex sæcularis,vt dictum est,ad ea compellere, licèt iuramento firmata sint. Vide Abbatem *in cap. ex literis. el.*2.*de sponsal.n.*4.Rosellam *ver.sponsalia,n.*3. Brunellum *de sponsal.concl.*16.*n.*6.& alios.

RESOL. CCXXIX.

Ad quem iudicem spectat spiritualem, vel secularem, pendente lite super matrimonio,vel in sponsalitiis,sequestrare puellam,causa explorandi voluntatem? Ex part.1.tract.2.Ref.132.aliàs 131.

§.1. AD Iudicem tantùm Ecclesiasticum,hoc spectare,tradunt communiter Doctores *ex cap.cùm locum.de Sponsi.* Et ita hanc sententiam docet Genuensis *in prax.cap.*14.Ragucius *in lucerna Parochorum,de matr.q.*96.& 128. Vide etiam Gutierrez *de matr.ca.*37.& ideò cùm ad Episcopum spectet,iudicare de libertate consensus puellæ,poterit etiam iudicare de loco tuto,per quem peruenitur ad dictam libertatem consensus,ex regula *l. adrem mobilem. l. ad legatum ff.de procur.* vnde non valebit,laico Iudici se offerre velle tradere puellam in loco,vbi vult ipse Iudex Ecclesiasticus.Et si interuenerit casus, vt ad tollendam suspicionem coactionis necesse sit extra ciuitatem puellam extrahi,tunc equidem ipsa sponsa ex authoritate Iudicis Ecclesiastici adducetur.Casus autem esse potest,si timeatur præsentia Principis, vel alicuius potentis: & ita in facti contingentia euenisse Mediolani testatur Riccius *in praxi tom.*1. *resol.*216.*n.*3.& notarunt etiam Genuensis *vbi sup. cap.*14.*n.*4.& Ragucius *q.*128.*n.*2.

RESOL. CCXXX.

De sequestrando Nouitio à Religione,vel puella pendente lite matrimonij,vt eorum voluntas cognoscatur.

*Et docetur potestatem secularem non posse cogere Religionem ad ita exponendum Nouitium, deponendumve,nisi illis ex parte Religionis vis fieret manifesta,& extra hunc casum iudices seculares, si id tentarent, grauissime peccarent, & excommunicationem Trid. sess.*25.*c.*18.*de Regul.ipso facto impositam incurrerẽt.*

Et quid est dicendum si id ex authoritate Ecclesiastica Summi Pontificis,vel Nuntij Apostolici fiat?

Et quid de secundo casu,an iudex secularis possit se intromittere,& sequestrare puellam in loco tuto ad finem tollendi violentias,&c? Ex part.11. tract. 3. & Misc.3.Resol.20.

§.1. QVoad primum assero cum Fagundez *in Decalog.tom.*2.*lib.*3.*cap.*31. *num.*11. dupliciter posse extrahi nouitium à Religione.

2. Primò à potestate publica ad instantiam consanguineorum,vel parentum,& tunc deponitur, seu depositatur nouitius in aliqua Religiosorum domo,vel sæcularis magnæ virtutis, & confidentiæ, vt examinetur de voluntate, & vocatione, ad quod examen Nouitius non accedit spontè, & voluntariè sed ex imperio potestatis publicæ;voluntariè enim, & sponte ipse poterit Religionem deserere,si voluerit:ad id enim nouitiatus tempus statutum est,vt videat an sibi Religio conueniat:& vt Religio experimentum faciat an ille sibi sit vtilis.In hoc ergo examine duo sunt communiter recepta.

3. Verùm est,Potestatem sæcularem non posse cogere Religionem ad ita exponendum nouitium, depositandumve,nisi illi ex parte Religionis vis fieret manifesta,& verò si extra hunc casum ministri sæculares id tentarent,grauissimè peccarent, & vim inferrent Religioni vsurpando iurisdictionem Ecclesiasticam,impendiendoque iniustè nouitium, vel exponendo illum sine causa iusta,& legitima periculo perdendi Religionem,& excommunicationem Concilij Tridentini *Sess.*25.*cap.*18.*de Regularibus* ipso facto impositam iis,qui sine iusta causa personam aliquam retrahunt à Religione incurrent,si fuerit fœmina,non masculina ipsa persona, quæ extrahitur, vel tali periculo exponitur,de qua re supra egimus, *num.*7.

4. Alterum est quando id fit ex auctoritate Ecclesiastica Summi Pontificis vel Nuntij Apostolici, & tunc vt licitè fiat,debere dari, & præcedere sufficientem causam ab ipso prius examinatam, & approbatam, v. g. si ei prius constet ingressum non fuisse legitimum ex aliquo defectu, vel nouitium fuisse deceptum, aut leuiter motum; probatio verò huius causæ incumbit parentibus nouitij, vel aliis, qui illius egressum requirunt, vnde si fiat sine causa

Ref. & infrà in Ref. 341. per tot.

causa iusta, vel sine sufficienti examine causæ, erit illa dispositio, & extractio illicita, & peccaminosa, quia fieret moralis violentia Religioni, & quia exponeretur nouitius graui periculo Religionis deserendæ, vt optimè notat Rebellius *1.part.lib.5. quæst. 15.in fine*, & Molina *tom.4. tract. 4. disput. 51. concluſ.1.§.ſecunda verò pars*, non tamen incurretur excommunicatio in Concilio Tridentino imposita ipso facto iis, qui quouis modo sine iusta causa impediunt Religionis ingressum, nisi persona, quæ sic impeditur, sit fœmina: quia Concilium loquitur dumtaxat de impedientibus fœminas, quæ excommunicatio, cùm sit pœna, non est extendenda ad personas masculinas, *vt num.7. diximus*, imò affirmat Rebellius allegatus, & optimè, teneri Prælatos Religionis ex officio, prædictos nouitios in eo casu defendere, quantùm licitè poterint. Caueant igitur ex dictis, iudices laici non se intromittere in tali casu, nisi vis illata nouitio sit manifesta, & iudices Ecclesiastici non ad simplicem querelam parentum, sed causa sufficienti examinata prius, & probata, nouitios extrahant in loco tertio pro eorum voluntate cognoscenda.

5. Quoad secundum punctum, sic asserit Genuensis *in praxi Archiepiscop.* Romæ impressa anno 1609. apud Iacobum Mascardum *cap.15.* Sed an iudex sæcularis possit se intromittere & sequestrare puellam in loco tuto ad finem tollendi violentias? Et veritas, est quòd si matrimonium est iam contractum, & mouetur quæstio super eo ex aliqua causa, cùm quæstio sit merè spiritualis, non potest iudex laicus aliquo modo se intromittere *d.cap. tuam*, & sic procedit *cap. cum locum*, si verò non est contractum matrimonium, nec pendet lis coram Ecclesiastico, poterit iudex laicus ex officio sequestrare puellam, ne illi inferatur violentia, cùm Reipublicæ interſit scandala, & violentias toll' .e. Textus *est in l. prima C.de nupt.vbi notab.* Bald. Benè verum est, quod postquam iudex laicus sequestrauerit puellam, poterit etiam Episcopus, ad quem spectat concedere licentiam contrahendi, ponere eam in alio loco, & explorare eius voluntatem: Nam ad ipsum præcipuè pertinet prouidere, ne matrimonia sint coacta, vt supra dixi, & aliàs non cõcedere licentiã contrahendi.

Sup. hoc in Resl. præterita & lege doctrinam alterius Resol. eius annot.

Verum ego obseruo, quod supradicta verba non inueniuntur impressa in vltima editione dictæ praxis directa ad Cardinalem Bisciam, & edita Romæ apud eundem Mascardum anno 1630.

6. Vnde ex his apparet, primam sententiam Genuensis non placuisse postea censoribus Romanis & quidem hanc potestatem in tali casu, non solùm Episcopo, sed etiam iudici laico competere, tradit Emanuel Themudo *in decisionibus Olyssiponensibus tom.2.decis.238.num.1.* vbi sic ait: Hæc causa deducta fuit in iudicium, Vicarius Generalis dubitare cæpit, quid in causa agere deberet, cui respondi præ nimia inter me, & ipsum amicitia, quod quando timetur persuasio ad contrahendum, ipsam sequestrari posse puellam in domo tuta, & honesta etiam ex officio, quinimò etiam iudex sæcularis orphanorum, & multò melius Rex in hoc casu potest manus apponere, vt in effectu vulnerata iam causa euenit, & bona inuentariata; qui citat Couarruuiam, Azeuedum, Auendanum, Riccium & alios.

7. Omninò tamen certum est, quod pendente lite super matrimonio, videlicet super electione viri inter concurrentes in vnam puellam, nè illi inferatur violentia, & eius consensus sit liber.

8. Itaque quod in tali casu potest Episcopus puellã sequestrare ad finem explorandi voluntatem, & locus tutus in hoc proposito decreto iudicis assignatus, poterit esse, vel Monasterium, vel domus paterna cum matre, & patre, fratre, & aliis sororibus nubilibus, & cùm hi aderint, non erit reponenda in Monasterio, vt tradit decisum per Rotam Grassis in vna de diuortiis, sed si timeatur iniusta persuasio per dictos consanguineos, non erit ibi reponenda, vt in vna Romana decisum fuit coram Blanchetto 1565. Sed in hoc multum valebit Officium Iudicis, vt eam non reponat in loco suspecto.

9. Et si interuenerit casus, vt ad tollendam suspectionem coactionis, necesse sit extra Oppidum, vel Ciuitatem puellam extrahi, si tutè id fieri potest, tunc communibus expensis, scilicet sponsi, & sponsæ, ipsa sponsa adducetur. Casus autem posset esse, si timeatur præsentia Principis, vel alicuius Potentis.

Et ita præter Doctores citatos tenet Ragucius *in Lucerna Parochi de matrimonio quæst.128.* Et in casu contingenti iudex Ecclesiasticus non deserat videre Guttierrez *de matrim.c.27.* & secundum eius doctrinam se gerere.

RESOL. CCXXXI.

An de causa dotis principaliter, & non incidenter intẽtata possit iudex Ecclesiasticus inter laicos cognoscere? Et quid, quando dos in testamento relicta est puellæ pauperi? Ex part.1 tract.2.Resl.117.aliàs 116.

§.1. DOctores pro negatiua, & affirmatiua sententia vsque ad satietatem adducit Cenedo *in canonicis quæstionibus, q.37.per totam*, & Ceuallos *tract.de cognit.per viam violent.p.2.q.13.per tot.* Ioan. de Heuia *in Curia Philippica p.1.§.1.num.9.* & ipsi negatiuam sententiam sequuntur, quam veriorem existimat nouissimè Augustinus Barbosa *in suis collect. tom.1.lib.3.tit.21.cap.5.n.3.* & Christoph. de Anguiano *in tr.de legib.tom.1 lib.2.contr.13. n.17.*

2. Sed, quidquid sit de hoc certum est, quòd quando dos in testamento relicta est puellæ pauperi, tunc non Iudex sæcularis; sed Iudex Ecclesiasticus erit competens contra laicum: etiam principaliter, & ad instantiam partis. Et ita docet Bobadilla *in polit. tom.1.lib.2.c.17.num.10. in fine, & in Glossa littera C.* Guttierrez *pract.qq.lib.1.q.44.n.10. & lib.3.q.29.n.30.* Cenedo *n.7.* Ceuallos *n.4.vbi suprà*, & alij.

RESOL. CCXXXII.

An principes, seu ministri laici possint statuere irritando aliqua iuramenta, qua in certis contractibus apponuntur, vt super matrimonio, decimis, & similibus? Ex part.1.tract.2.Resl.74. alias 73.

§.1. AFfirmatiuè videtur respondendum: & ita in Lusitania *iure regio noua Recopil.l.4. tit.73.* irritantur omnia iuramenta, quæ in contractibus, & promissionibus apponuntur. Sed negatiua sententia prorsus sustinenda est: quia lex lata à Principe sæculari nihil potest circa iuramentum, cùm negotium merè spirituale sit, vt *suprà*, de matrimonio, decimis, & similibus. Et præter Doctores, quos citat, & sequitur Carolus de Grassis *de effect.cler.eff.2. num.81.* docent hanc sententiam Duardus *in Bull. Cœn. lib.2. can.15.q.19.num.56.* & pius, & doctus Iurisconsultus Martha *de iurisp.p.4.centur.1. cas.72. num.18.* qui contrariam sententiam falsam vocat: & reverà est: & multos alios citat, quidquid sit de illa lege Lusitaniæ, quam conatur defendere Fagundez *de Præcep. Eccles. tract.1. lib.3. cap.7. num.17.* vbi putat, Reges

Quoad hæc in Resl. not. seq. & infra in Resl.180. §.Confirmatur. & magis latè in Resl. 182.§.1.& §. Sed restat. & seqq. & in fine alterius Resl. earum annot.

Reges illam legem constituisse, ex priuilegio Summi Pontificis, quod licèt modò non extet, sufficit extare illius famam tempore immemorabili per effectum, & vsum priuilegij probatam. Dicendum est igitur, quòd quoties statutum facit mentionem de iuramento, etiamsi hoc efficeret propter bonum finem, & bonum commune; est contra iurisdictionem Ecclesiasticam. Vnde, si statutum præciperet, ne minores, & mulieres possint contrahere, non seruata certa solemnitate, & contractus aliter factus sit nullus, presumptus, & simulatus, atque præsumendum minores dolo inductos ad contrahendum, etiamsi iurauerint, non valet: quia disponit de iuramento per indirectum, imò & de directo, cùm faciat expressam mentionem de iuramento. Posset tamen dictum statutum sustineri, concurrentibus duobus, de quibus Martha *vbi supra* n.28. Sed de hac quæstione vide *infrà*.

Infra in Resol. quæ hic est 235.

RESOL. CCXXXIII.

An princeps secularis possit relaxare obligationem iuramenti præstiti?

Et an saltem, si non possit proprie iuramenta relaxare, possit tamen condonare, & remittere obligationem, quam pars ipsa, cui iuratur, concedere potest? Ex part. 1. tract. 2. Res. 115. aliàs 114.

Sup. hoc inf. Resol. 115. cum mediis, & lege ea à principio.

§.1. Affirmatiuè respondent aliqui, quos refert Couarruuias *in relect. de iuram. p. 1. §. 3. n. 10.* & ex recentioribus Theologis docet etiam hanc sententiam Molina *de iust. tom. 1. tr. 2. disp. 249. vers. dixi deinde.* & cum aliqua formidine Raphaël de la Torre *in 2. 2. tom. 2. q. 89. a. 9. dub. 5.* Vide etiam Layman *in Theolog. moral. lib. 4. tract. 3. cap. 11. num. 10.*

2. Sed contrariam sententiam omninò affirmandam esse censeo: & ita docet Ledesma *in summ. tom. 2. tr. 11. c. 4. dub. 3.* vbi sic asserit: [El Principe seglar no tiene authoridad para relaxar los iuramentos de sus subditos, ni para quitar su effetto. Esta conclusion es comun entre los Theologos. La razon es porque el iuramento pertenece derechamente à la virtud de la Religion, y su vinculoès cosa espiritual, y en orden à las cosas espirituales no tienen authoridad los Principes seglares.] Hanc sententiam etiam tenuit Barbosa *in l. 1. p. 1. n. 77. ff. solut. matr.* & Ioan. Guttierr. *in auth. Sacram. pub. n. 46. C. si aduers. vendit.* Azeuedus *in Recopil. tom. 1. lib. 5. leg. 11. n. 3.* & alij.

3. Verùm est, quod aliqui notant, quòd licèt Princeps sæcularis non possit propriè iuramenta relaxare; potest tamen condonare, & remittere obligationem, quam pars ipsa, cui iuratur, concedere potest. Et ita docet Sanchez *in summ. tom. 1. lib. 3. c. 22. n. 15.*

RESOL. CCXXXIV.

An iudex secularis possit cogere laicos ad condonandam obligationem iuramenti metu, aut iniuria extorti?

Et an quando iudex laicus potest hoc efficere, poterit etiam iudex Ecclesiasticus? Ex part. 1. tract. 2. Resol. 116. aliàs 115.

§.1. Dvbius manet Felinus *cap. cùm sit generale. n. 7. de foro compet.* an possit Iudex laicus: sed affirmatiuam sententiam docet Azorius *tom. 1. lib. 11. cap. 9. q. 6. ini. fin.* Auendaño *in cap. prætorum. p. 2. c. 27. n. 15.* Molina Theologus *de iust. tom. 2. tr. 2. disp. 249. vers. aliud accipe.* Afflictus *decis. Neapol. 263. n. 3.* Guttierrez *authent. Sacram. pubertum. n. 160. C. si aduersus vendit.* & alij.

2. Verùm hæc opinio limitanda est: nam, quando constat de recipientis turpitudine, tenentur ipsum relaxare, si verò dubium adest, solus Iudex Ecclesiasticus erit competens, non autem laicus. Ita Tabiena *verb. iurare. q. 20. num. 21.* Afflictus & Molina *vbi suprà*, Abbas *in c. 2. de iureiur. n. 3.* & *ibidem.* Alexander de Nouo *n. 3.* cum aliis. Et quando res, circa quam præstitum est iuramentum, alioquin pertinet ad forum sæculare: nam, si ad ipsum non spectat, non potest Iudex laicus de tali iuramento cognoscere, ex Molina *loco citato.*

3. Notandum est etiam, quòd quando Iudex laicus potest hoc efficere, poterit etiam Iudex Ecclesiasticus: & ideò iurans potest relinquendo Iudicem laicum, adire Iudicem Ecclesiasticum, vt compellat creditorem remittere huiusmodi iuramentum. Ita habetur *in cap. 2. de iureiur.* & ita docet ibi Abbas *n. 3.* Alexander de Nouo *n. 8.* & Couarr. *var. lib. 1. c. 4. n. 5.* Sed ad alia transeamus.

RESOL. CCXXXV.

An Principes seculares non tantum possint resistere iuramento, ita vt prohibeant, ne fiat, sed etiam possint impedire effectum illius, ita vt si fiat, nullatenus sequatur obligatio?

Et quid circa hoc in Regno Cathaloniæ, & de ordinatione Lusitana prohibente apponi iuramentum in vllo contractu?

Et an non solum iudex laicus ad obseruationem iuramenti super contractu, vel simili negotio interposti, laicos suos compellere potest, sed etiam iudex Ecclesiasticus, ita vt in tali casu materia iuramenti sit mista?

Et an illæ leges irritantes contractum solum propter adiectionem iuramenti sint saltem indirectè contra libertatem Ecclesiasticam? Ex part. 1. tract. 2. Resol. 114. aliàs 113.

§.1. Affirmatiuam sententiam docent nouissimè Pereira *de manu regia, cap. 19. per tot.* & alij penes ipsum, quibus ego addo ex Theologis Molinam *de iust. tom. 1. tract. 2. disp. 147. n. 13.* Sanchez *in summa, tom. 1. lib. 3. c. 22. n. 10. & 11.* Vasquez *de testam. cap. 3. dub. 2.* Pontium *de matrim. lib. 12. c. 8. §. 5. n. 39.* & Layman *in Theol. moral. lib. 4. tr. 3. c. 11. n. 9.* Sed aduersùs Theologos pugnant in hac quæstione præstantissimi Iurisconsulti, vt Martha *de iurisdict. part. 4. cent. 1. cas. 62.* & nouissimè Molinus *de ritu nupt. lib. 1. compar. 19. n. 60.* qui excusat huiusmodi statutum in Regno Cathaloniæ; quia leges municipales in illo Regno conduntur in Comitiis generalibus, non solùm à laïcis, sed ab Ecclesiasticis. Et Ioan. Valerus *in differentiis vtriusque fori, verb. Iuramentum differen. 9.* reprobat quandam ordinationem Lusitanam, prohibentem apponi iuramentum in vllo contractu, eò quòd fuerit lata non fauore publico, nec in bonum publicum; sed fauore tantùm regio, & fauore eius iurisdictionis; ne videlicet, ratione iuramenti, contrahentes traherentur ad forum Ecclesiasticum, *iuxta cap. nouit. de iudiciis.* Et dato, & non concesso, quòd opinio contraria esset vera; tamen, vt benè obseruant Alexander *lib. 1. cons. 59. num. 9.* Couarruuias *in cap. quamuis pactum, p. 2. §. 1. num. 8.* Barbosa *in leg. 1. §. 1. num. 70. & 71. ff. solut. matr.* Parladorius *rer. quotid. lib. 2. cap. 4.* Valerus *vbi suprà* & alij, possunt Principes resistere iuramento, & prohibere, ne fiat, non tamen possunt ita impedire, vt si iuramentum efficiatur, nulla sequatur obligatio: ideò in tali casu contra Sanchez, & alios, iuramentum est obseruandum, donec relaxet Episcopus. Et ita hanc sententiam ex Theologis docet P. Suarez *de Relig. tom. 2.*

Sup. hoc supra in Resol. 233.

tract.5.lib.2.cap.38.n.15. vbi sic asserit: [Ad leges aliquorum Regnorum respondetur, in illis nullum esse verbum de irritatione iuramenti: nam talis irritatio, etiamsi directè fieri posset, non posset fieri per legem ciuilem, cùm sit extra forum eius. Solùm ergo irritantur ibi contractus ciuiles, quando iuramentum eis additur. Et tunc, licèt ex contractibus non nascatur obligatio ratione illarum legum, iuramentum per se obligabit ad id, de quo factum est, quodque sine peccato fieri potest: hoc enim non potest impedire lex ciuilis, stante tali conditione, vt illis iuramentis reuera stat, non obstantibus illis legibus: nam, si iuramentum est de non contraueniendo illis contractibus, quantumuis nullis, licitè seruari potest: seruandum ergo est. Non carent tamen difficultate illæ leges, irritantes contractum solum propter adiectionem iuramenti: nam videntur, saltem indirectè esse contra libertatem Ecclesiasticam, licèt lex Castellæ expressè id neget & in ea dicatur, ita post diligentem inquisitionem iudicatum esse. Sed hoc examinare, ad rem præsentem non spectat.] Ita Suarez. Ex quibus verbis apparet, quòd vir doctissimus valdè dubitauit de supradictis legibus, an sint contra Ecclesiasticam immunitatem: ideò Principes ex illis abstineant: nam efficerent contra libertatem Ecclesiæ, vt nos *suprà in Resol.65.* diximus, & nunc dicemus. Non reticebo tamen, pro coronide huius Resolutionis, Layman *in Theol. moral. lib. 4. tract.3.c.11.n.10.* adnotare, quòd non solum Iudex laicus, ad obseruationem iuramenti super contractu, vel simili negotio interpositi, laicos suos compellere potest, sed etiam Iudex Ecclesiasticus, sicuti habetur *in cap. vlt. de foro compet. in 6.* vbi Doctores adnotant, quòd iuramentum non mutat forum, sed addit forum foro. Sensus est, si contractus, v.g. iuramento confirmatus sit, potest quidem iurans ratione contractus politici, coram sæculari Iudice conueniri, vt is totam litem definiat: sed potest etiam conueniri coram Iudice Ecclesiastico, ratione interpositi iuramenti, cuius obligatio per se ad forum Ecclesiasticum spectat: quare in tali casu materia iuramenti mixta est.

Sup. hoc suprà in Res. 232. & infrà in Res. 280. §. Confirmatur. & magis late in Res. 282. §. 1. & §. Sed restat. & in fine alterius Res. earum annotationum & inferius in tr. 8. Res. 7. prope finem à vers. Ad id.

RESOL. CCXXXVI.

An index Ecclesiasticus sit competens non solum quoad relaxationem iuramenti, sed etiam ad effectum agendi, vt præstita relaxatione annullet, & rescindat ipsum contractum?

Et quid, si causa agatur cum hæredibus iurantis? Ex part. 1. tract. 2. Res. 120. aliàs 119.

§.1. NEgatiuam sententiam docet Guttierrez *de iurament. confirmat. p.3. cap. 12. n. 6* Decius, Couarruias, & alij penes ipsum.

2. Sed affirmatiuam opinionem amplectendam esse existimo; & præter DD. quos citat, & sequitur Suarez de Pax *In praxi, tom.1. prælud.2.n.39.* tenet etiam hanc sententiam ex Hispanis Iurisconsultis Ioan. de Heuia *in Curia Philippica, p.1.§.5.n.16.* vbi sic ait: [Quando se pide esta relaxacion, ad effectum agendi, se puede pedir juramento juntamente con ella en el libelo, y peticion que se pide la nulidad, y recision del contrato jurado ante el Ecclesiastico, y conocerse por el della, aunque sea entre legos, y contra ellos, porque por razon del juramento es su Iuez, y assi la causa del contrato jurado, aunque sea contra legos, est mixti fori de entrambos fueros Ecclesiastico, y seglar, tratandose con el lego jurante, que hizo el jurameuto, mas no si se trata con sus herederos, ò successores que entonces; siendo legos no puede conocer della el Ecclesiastico, porque no passo à ellos, quanto à esto, y el perjuro el juramento, aunque si quanto à la confirmacion del contrato, y fuerça, que por el se le dio.] Ita ille, & ante illum Antonius Gomez *tom.2.var.c.12.n.22.*

RESOL. CCXXXVII.

An Principes imponentes gabellas, licèt iustas super bona Ecclesiasticorum, incurrant in excommunicationem Bullæ Cœnæ, vel tantum incurrant in aliam excommunicationem Papalem, à qua, satisfacta parte, per Bullam Cruciatæ absolui possint? Ex part. 1. tr. 2. Res. 48. aliàs 47.

§.1. NEgatiuam sententiam docet Graffius *in decis. p.1. lib.4. c.18. n.84.* Filliuc. *tom.1. tract.16. c.5. n.105.* Villalobos *in summ. tom.1. tract.17. dub.20. n.18.* Altherius *tom.1. disp.6. lib.5. c.4. fol. mihi 507.* Sousa *in Bulla Cœnæ, c.6. disp.41. concl.3. n.3.* & Salonius *tom.2. in 2.2.q.78. art.5. contr.2.* vbi ait: [Qui iustas, & quas à sæcularibus exigere possunt, à Clericis gabellas exigunt, non incidunt in Bullam Cœnæ; sed in aliam tantùm excommunicationem Papalem, qua percutiuntur *in cap. quanquam,* & aliis, à qua, satisfacta parte per Bullam Cruciatæ absolui possunt.] Ita Salonius. Et hoc priùs docuerat Nauarrus *in Manuali, c.27 n.61.* cùm enim semel Bulla Cœnæ excommunicet eos, qui nouas gabellas, ad id potestatem non habentes, imponunt, vt patet ex *clausula* S. & postea *clausula* 17. excommunicet omnes, qui gabellas imponunt, aut exigunt impositas à personis Ecclesiasticis, aut ex eorum, vel Ecclesiarum bonis; putat ipse Nauarrus priori non excommunicari eos, qui Ecclesiasticos grauant gabellis, modò illicitæ non sint respectu laicorum; posteriori verò non excommunicari eos, qui eas exigunt ratione bonorum patrimonialium à Clericis, cùm restringatur censura ad reditus Ecclesiasticos.

2. Sed in hoc posteriori fallitur bonus senex: nam imponentes gabellas super bona patrimonialia Clericorum, excommunicantur *in illo canone* 17. Bullæ, vt *suprà* probatum est. Quoad excommunicationem verò canonis S. probabiliter opinatur cum Doctoribus *suprà* citatis, licèt contrariam sententiam probabiliorem esse putem, cum nostro Megala *in 3.p. lib.3.c.4. n.14.* Suarez, Gabriele, D. Antonino, Angelo, Tabiena, apud Fillincium, *vbi supr.* & Duard. *in Bull. Cœn. lib.2. can.5.q.6.n.15.* vbi ex multis probat, Principes imponentes gabellas, licèt iustas, super bona Ecclesiasticorum, incurrere in censuram Canonis S. Bullæ Cœnæ. Et ratio est: quia excommunicatio in illo Canone fertur contra eos, qui imponunt gabellas, nisi in casibus à iure permissis: sed ius non permittit imponere gabellas super bona Clericorum: ergo illas imponentes incurrunt in hanc censuram. Cæteras verò rationes videbis apud Duardum. Sed, quia circa præsentem immunitatem Ecclesiasticorum à gabellis multa notauimus in quodam occurrenti casu, de quo consultus fui ab Illustriss. Senatu huius Vrbis Panormi, ideò in gratiam Confessariorum, non pigebit hîc ponere ea, quæ tunc hinc inde pro indaganda veritate collegi.

Sup. in Res. quæ hîc est infr. 257.

RESOL. CCXXXVIII.

An aliqua Ciuitas, vel Princeps possint exigere tributa à Clericis, quia per consuetudinem immemorabilem ita semper factum est? Ex part. 1. tr. 2. Res. 97. aliàs 96.

§.1. Affirma

§.1. AFfirmatiuam sententiam docet Gabriel Pereira *in tract. de man. regia, p.1. c.10.n.2.* Vide etiam Paulum de Castro *in cons.423.*

2. Sed hæc sententia prorsus est abiicienda: nam, vt in casu simili docet noster doctissimus P. Megala *in cons.71.n.4.* Bulla Cœnæ Domini non solùm tulit quascumque consuetudines, etiam immemorabiles; sed etiam continet clausulam irritátem, quæ destruit, & inficit titulum & possessionem. Et ita citans alios DD. asserit Megala decreuisse Romanam Rotam, die 10. Decembris 1598.

RESOL. CCXXXIX.

An principes laici consuetudine possint acquirere ius collectandi Ecclesiasticos?

Et an colore talis prætextus liberentur à censura excommunicationis, & restitutionis debito? Ex part.4.tr.1. Resol.101.

§.1. REspondetur quòd secundùm opinionem communem Canonistarum & Iurisperitorum, si bona Clericorum & Ecclesiæ iure diuino exempta sunt, & hæc libertas eodem iure inducta sit, consuetudo non potest eam tollere, quia in ea quæ sunt iuris diuini, consuetudo suam non exercet vim. Si autem hæc exemptio non est iuris diuini, sed positiui, adhuc respondendum est consuetudinem non valere, & iniustam esse, qua vsurpatur potestas à laicis collectandi & grauandi Clericos, & quo diturnior, eo est damnabilior. Nam consuetudo cui lex resistit eam improbando, non valet. Felinus *in cap. accedentes, de præscript. post col. 4. fallent.3.* qui etiam alios allegat. Panormitanus *in cap.cùm ex officij. eodem titulo.* Franciscus Baldus *de præscript. in 5. part. quinta principalis, quæst. 9. prope finem* Nec mirum, cùm hæc consuetudo dicatur irrationabilis, quam iura improbant, per multa iura allegata à glossa *in cap. fin. de consuet. & ibidem.* Doctores. Sed vtrumque ius improbat consuetudinem contra libertatem Ecclesiasticam, & eam non valere vult, quæ Ecclesiis, earúmque ministris inducit grauamen, *cap.1.de consuet.* arg. *cap.quamquam, de consuet. in 6. & cap.1. de iureiurand. eodem lib. & cap. & si pignorationes, de iniuriis. ibid. & in Authent. Cassa. C. de sacrosanct. Ecclesiis.* Cassa & irrita (ait) esse denuntiari per totam Italiam præcipit omnia statuta, & consuetudines contra libertatem Ecclesiasticam, &c. & de cæteto similia attétata ipso iure nulla esse decernit. Hæc ibi. Vnde Doctores communiter concludunt, statuta & consuetudines contra libertatem Ecclesiasticam non valere, & nullius esse roboris. His accedit, quod Nauarrus *in manuali cap. 27. num.72.* declarat, quòd censuræ Bullæ Cœnæ includunt omnes, etiam Imperatores, & Reges, & vniuersitates, & quòd nulla consuetudo, etiam immemorabilis, nec præscriptio quælibet longissima contra eas prodest. Non ergo sæculares titulo consuetudinis possunt inducere exactiones, & grauamina contra Ecclesias, & Clericos, nec colore talis prætextus liberantur à censura excommunicationis, & restitutionis debito. Quare mirandum, quòd aliquando nasuti, & qui gloriantur de aliquali scientia, velint sua facta in his excusare prætextu consuetudinis, quam rectiùs corruptelam, & abusum nominarent, & verendum iure, vt etiam Nauarrus *cap. 17. num. 203.* obseruat, ne Deus omnipotens in dies magis magisque iratus Consultores Principum de prædictis Canonibus parum curantes, & Principes nimium illis credentes grauissimè tandem castiget. Et hæc omnia supradicta docet doctus Binsfeldius *in comment. de iniuriis & damno dato. cap. 7. concl.12. dub.3.* Vide me ipsum *part.1.tract.2.resol.96.*

Vnde ex his apparet quàm male & contra sacros Canones loquuntur fuisse circa præsentem quæstionem Nicodemum de Florentia *in speculo Confessar. cap.73.*

Quæ hic est Res. antecedens.

RESOL. CCXL.

An quadam doctrina Syluestri de gabella soluenda à Clericis super carne, vino, &c. sit vera?

Et an laici possint aperire tabernas in quibus sine onere vectigalis confluere possint Clerici? Ex part.1.tract.2 Res.83.aliàs 82.

§.1. IN *verb. immunitas, p...num.* 22. Syluestet sic asserit: [Posito, quòd propter debitá, aut aliud, Consules gabellam ponant super carne, aut vino, & huiusmodi, quam Ecclesiæ soluunt indirectè, cùm emant cariùs; distinguendum est: nam, si eam ponunt propter abusum, & excessum eorum, scilicet, quem fecerunt; sic non licitè ponunt, sed soluant de suo; si verò ponunt propter communem vtilitatem, tam Clericorum, quàm laicorum; sic licet eis. Si verò propter vtilitatem laicorum principaliter; Clericorum verò indirectè, & à remotis, putà quia ciuium prosperitas in Ecclesiam, & Ecclesiasticarum personarum vtilitatem redundat; iterum distinguitur: nam, aut faciunt animo extorquendi pecunias ab Ecclesiasticis, quas extorquere alio modo non possunt; & sic non licèt: aut non faciunt eo animo; quia, etsi non essent Ecclesiasticæ personæ, adhuc eam imponerent; & sic licèt eis. [Ita ille: & aute illum Angelus *in verb.immunitas. num.42.* Idem docet Hentiquez *lib.10. c.15.n.5. & in Glossa, lit.O.* Paulus de Castro *cons. 433. lib. 2.* Octauianus Vulpellius *de libert. Eccles.p.2. num.51.* Lopez *in instruct. p.1.cap. 40.* Vide etiam Malderum *in 2.2. tract.5.c.6. dub.11. in fine.*

Sup. hoc in Res. seq. & infrà in Res. 244.

Sup. hoc suprà in Res. 214.§.Dicere autem.,& in Resol.1. not. præteritæ. §. 1. ad medium.

2. Sed falluntur equidem, & cautè legendi sunt: nam vt *suprà* probatum est, Ecclesiastici non tenentur soluere gabellam, quæ principaliter concernit laicorum vtilitatem, & secundariò Clericorum. Et ridiculum est dicere, quod dicti Authores asserunt, Clericos tunc non teneri ad solutionem dictæ gabellæ, quando extorquetur ex animo accipiendi dictas pecunias ab Ecclesiasticis, quas extorquere alio modo laici non possent, secus autem, si non eo animo: nam respondetur, exemptionem Clericorum non dependere ex bono, vel malo animo imponentium gabellas; sed ex priuilegio, quod ex iure, diuino, & humano habent non soluendi illas: & si talis oponio esset vera, semper laici imponerent gabellas absque illo malo animo; & sic Clerici semper illas soluerent. Dicendum est igitur Clericos exemptos esse à dicto onere gabellarum super carne, vino, serico, &c.

3. Et ideò Rodriquez *in summ. tom.2. c.74. n.14.* ita ait: [Ni desto se pueden quexar los Clerigos, pues pueden comprar estas cosas en sus carnicerias, y tauernillas, y oficinas, particularmente deputadas para ellos, donde comodamente las pueden tener. Verdad es, que donde comodamente no pueden auer estas oficinas particulares, tenia por muy sospechosas las dichas imposiciones respecto de los Ecclesiasticos.] Sic ille. Et absolute, tanquam fallam, hanc opinionem Angeli, & Syluestri refellit ex nostris P. Megala *in p.2. lib.2. c.16.q.9.n.106.* & Guttierrez *in tract. de gabellis, q. 92. num.60.* Sed, an in dicto casu possint laici aperire tabernas, in quibus sine onere vecti-

Sup. hoc in Res. 2. not. seq. §. vlt. ad medium.

galis confluere possint Clerici, respondent Rodriquez, & Henriquez, *vbi suprà* affirmatiuè; quibus etiam adde Ledesma *in summ. tom. 2. tract. 7. cap. 2. concl. 27.* Sed hoc difficultate non caret. Vide *suprà concl. 44.*

Quæ hic est infr. Resol. 143 Sed magis ad rem in Resol. 244.

RESOL. CCXLI.

An tributum sit iniustum, eo quod indirectè grauentur Clerici, v. g. super carnibus, pane, vino, oleo, &c? Ex part. 4. tract. 4. & Misc. Resol. 174.

Sup. hoc in Resol. præterita, & inf. in Resol. 244.

§. 1. NEgatiuè respondet Sanchez *in opusc. tom. 1. lib. 2. c. 4. dub. 55. n. 40.* vbi sic ait. Impositionem factam sæcularibus arietes vendentibus in macello, quod vocant *Bustro*, quòd scil. ex singulorum arietum pretio duos soluant argenteos, non esse illicitam, licet inde resultet quòd Ecclesiastici cariùs emant. Probatur, quia non est iniustum tributum, eo quòd indirectè grauentur Clerici, nam ex alcauala: & vectigalibus, i. *pasajes*, quæ mercatores ex mercibus soluunt, quas, ab vno loco in alium transuehunt, & vendunt, sequitur, quòd Clericis cariùs stent merces illæ, & non ob id sunt iniusta vectigalia illa. Insuper hanc sententiam tenēt aliqui Doctores qui proponunt hunc casum, an possit imponi tributum super carnibus, vino, &c. indistinctè sine exceptione Ecclesiasticorum & obiiciunt videri non esse licitum, quia inde indirectè grauantur Clerici, cùm hæc cariùs emant, & posita hac obiectione, respondent, quòd si faciunt animo iniuriandi Clericis, & extorquendi pecunias, quas alio modo extorquere nequeunt, est illicitum; si verò non hoc animo, quia licet non essent Clerici, adhuc imponerent, nec imponunt magis super his, quæ sæpiùs emuntur à Clericis, est licitum, nec possunt conqueri Clerici. Sic respondent Sylvester *verb. immunitas 1. quæst. 6. in fine.* Lopez *part. 1. instruct. cap. 190.* Astensis *lib. 6. summ. tit. 30.* Angelus *ver. immunitas, num. 42.* Et in hoc casu constat non malo animo iniuriandi Clero impositum esse tributum, quia licèt non essent Clerici, imposuissent, & non magis imposuerunt in his quæ sæpiùs emuntur à Clericis, & sic tenuerunt docti recentiores Magistri. Ita Sanchez.

Sup. hoc in Resol. 1. not. præteritæ §. 1. post medium, & suprà in Resol. 214. §. Dicere autem.

2. Sed hæc doctrina stante Bulla Cœnæ ibi directè, vel indirectè mihi non placet, & Doctores quos pro sua firmanda sententia adducit Sanchez, ego reprobaui *in 1. part. tract. 2. resolut. 82.*

Quæ hic est Resol. antecedens.

RESOL. CCXLII.

An emens victualia pro filio Clerico, vel Capellano suæ familiæ, teneatur soluere gabellas?

Et additur, quod in tali casu Patres possunt donationem facere filiis de tota illa summa, quam expensuri sunt pro illis, & postea eorum nomine illam expendere in eorum seruitium. Ex part. 4. tract. 4. & Misc. Resol. 175.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Thom. Sanchez *in opusc. tom. 1. lib. 2. cap. 4. dub. 54. num. 2.* quia dominium eorum, quæ consumuntur, non est Clerici, sed patris, vel domini sæcularis; sicut Clericus, qui sustentat plures famulos sæculares, non tenetur soluere gabellam pro parte quam famuli consumunt, sic docti recentiores. Ita Sanchez.

2. Sed contrariam sententiam prorsus renendam esse puto, & ita communiter obseruatur, & præsertim in nostro Regno Siciliæ, vbi supradicti sunt immunes à gabellis pro victualiis emptis in sustentationem Clericorum, quia Clericus est ab omni exactione immunis pro ea parte, quam ipse consumit, nec valet dicere cum Sanchez, quòd dominium eorum, quæ consumuntur, non est Clerici, nam respondeo quòd sufficit, quòd illa victualia emantur pro Clericis, eaque ipsi consumant, & ita sentiunt plures Magistri Societatis Iesu & aliarum Religionum de hoc casu à me consulti. Adde quod in tali casu patres possunt donationem facere filiis de tota illa summa quam expensuri sunt pro illis, & postea eorum nomine illam in eorum seruitium expendere, & sic cessaret ratio Sanchez.

RESOL. CCXLIII.

An licite Senatus Panormitanus, & alia Respublica exigant gabellas ab Ecclesiasticis cum animo restituendi eas in fine anni? Ex part. 1. tract. 2. Resol. 45. aliàs 44.

§. 1. AD hanc quæstionem negatiuè respondent viri docti, Duardus *in Bull. Cœn. lib. 2. can. 18. q. 15. n. 3.* & Alterius *de cens. tom. 1. disp. 19. lib. 5. cap. 3. fol. mihi 734.* vbi sic asserit: [Notandum est, non excusari ab hac censura, qui exigunt, vel mandant exigi huiusmodi gabellas à Clericis, animo restituendi in fine anni; quamuis profiteantur hunc modum seruare, causa euitandi fraudes publicanorum exigentium gabellas. Et ratio est: quia cogunt anteà ad soluendum: & hoc est magnum onus, & incommodum Clericis.] Ita Alterius. Quocirca addit Duardus: [Qui supradicto animo hæc onera à Clericis exigunt, si volunt effugere huius censuræ vinculum, in fine anni curent ipsis Clericis restituere aliquid plus, suprà id, quod exegerunt in recompensationem dicti incommodi, & interesse.]

2. At, his non obstantibus, puto sine vllo scrupulo nostram Ciuitatem hanc consuetudinem obseruare; nempe in fine anni pro victualibus soluere Clericis, vt vulgò dicitur, *lo scasciato*: quia totum hoc factum fuit, & efficitur ex concordatis factis cum Episcopis consentientibus, & volentibus ipsis Clericis; non autem renuntiantibus priuilegio, sed sustinentibus eius effectum: differri in tempus, quod proximè sit magis opportunum sine vllo onere, & interesse.

RESOL. CCXXLIII.

An si Princeps, vel aliqua Respublica propter aliquam iustam causam auxerit tantillum pretium carnis vini, olei, &c. vt illud plus conuertatur in illam causam, non quidem in grauamen Clericorum faciens principaliter, sed generaliter in grauamen omnium, incurrāt in excommunicationem Bullæ, si talem gabellam à Clericis exigant; vel in tali casu an aperienda sit alia taberna in quam sine tributo confluere possint Clerici ad emendum vinum, oleum, &c. iusto pretio? Ex part. 1. tract. 2. Resol. 46. aliàs 45.

§. 1. NEgatiuè respondendum videtur ex Angelo *verb. immunitas, numer. 42.* & ex Sylvestro *eodem verb. 1. quæst. 6. num. 22.* quem sequitur Coriolanus *in Bulla Cœnæ, excommunic. 18. fol. mihi 949.* Lopez *in instruct. p. 2. cap. 40. fol. mihi 127.* & facit Henriquez *lib. 5. cap. 15. numero 5.* quem posteà sequutus est Malderus *in 2. 2. tractat. 5. cap. 6. dub. 11. in fin.* vbi sic ait: [Est licita contributio à laicis imposita, quando in valdè modico grauat Clerum,

Sup. hoc sed verb. Prā in Resol. 240. & 244.

Clerum, & ipse Clerus sine magna molestia eximi non potest, vtpotè si grauamen vino sit impositum, quod ex communi laicis taberna accipere velit [Et ita etiam hanc sententiam ex Iurisperitis tenet Paulus de Castr. *lib.2. cons.323.* Vide etiam Rosellam *verb.pedagium,num.17.* Richardum *quodlibeto 2.q.30.* & Astensem *in summ.lib.2.tit.30.art.4.*

2. Sed his non obstantibus, contrariam prorsus sententiam amplectendam esse puto. Dico igitur, talem impositionem, quoad Clericos, esse illicitam, & taliter facientes incidere in excommunicationem: quia in Bulla Cœnæ non solùm excommunicantur, qui directè imponunt gabellas Clericis; sed etiam indirectè. Nec valet dicere, quod talis gabella non sit posita principaliter in grauamen Clericorum; sed generaliter in grauamen omnium: nam ita secundariò indirectè Ecclesiastici grauantur, quos indirectè, vt diximus, per Bullam grauare prohibitum est. Ergo, &c. Cæteras rationes videbis apud nostrum Megalam, qui doctè, vt semper solet, hanc sententiam sustinet, & defendit *in part.2.lib.2.c.17. quæst.6.num.107.* & idem docet Alterius *tom.1.disp. 19.lib.5.cap.6.fol.mihi 740.col.2.*

3. Neque obstat, quòd dicta gabella sit posita ex iusta causa, v. g. ob communem Clericorum & laicorum vtilitatem: nam respondetur, hoc efficiendum esse cum consensu Clericorum, *vt suprà* probatum est. Hinc ipsemet Henriquez *loco citato, in Glossa, littera P,* voluit aliam tabernam aperiendam esse, in quam absque tributo confluere possint Clerici ad emendum vinum, oleum, &c. justo pretio. Sed hoc etiam non caret difficultate: nam Clerici sunt liberi, vt possint emere victualia in omnibus locis, absque onere alicuius gabellæ: ergo non sunt coactandi, vt emant in tali loco.

Sup. in Resol. hic est infra 246. &c.

Et pro tuta conclusa in hoc vertu supra in fine Resol. 149.

RESOL. CCXLV.

An si Princeps laicus, iustè statuendo pretium legitimum vini, vult postea super emptore laico gabellam, quam, extra pretium legale iustum datum venditori, debeat ipse emptor tribuere pro bono, & necessitate publica, quæritur, an talis gabella sit contra Immunitatem Ecclesiasticam? Ex p.1.tr.2.Resol.49.alias 48.

§.1. PRo parte negatiua arguitur primò: tunc impositio gabellæ est contra immunitatem Ecclesiasticam, quando directè, vel indirectè læditur ipsa Ecclesia: sed in nostro casu Ecclesia non læditur, neque per indirectum: ergo, &c. Probatur minor: nam tunc Ecclesia dicitur læsa indirectè, quando emptores rerum Ecclesiasticarum nimis grauarentur, & magis quàm emptores laicorum: sed hoc non accidit in casu nostro: ergo, &c. Et ita in specie docet Feder. de Senis *cons.111.n.10.* & Felinus *in c.Eccles. S.Maria, de constit. n.99.*

2. Dices: Læditur indirectè Ecclesia in hoc casu: quia, propter onus gabellæ, sentiet in vendendo vinum suum, aliquod damnum? Respondeo, hoc non posse facilè euenire: nam, ideò Princeps ponit pretium legale vino; quod quidem pretium consistit in indiuisibili mathematico, neque potest alterari ab ementibus, & sic Ecclesia semper habebit iustum pretium rerum suarum: & si aliquod damnum forsitan in hoc adueniret, esset per accidens, & secundariò, quod non est considerabile. Et ita in terminis docet Menoch. *de arbit.lib.2.cent.6.cas.562.n.46.* Velascus *de iur.emphyt.q.17.n.5.* & Molina *de iust.tom.3.tr.2.disp. 663.n.5. in fine,* vbi sic asserit: [Exemptio Ecclesiasticorum, & Ecclesiarum, solùm est, vt ipsi non soluãt tributum ex suis rebus: non verò, vt alij non soluant tributum ex rebus, quæ emptione, aut permutatione ad ipsos sunt peruenturæ; esto per accidens sequatur, quòd cariùs, ob ea tributa ad ipsos perueniant.] Hæc Molina. Ita etiam Henriquez *in summa,lib.10. c.15.n.6. in Glossa, littera V,* & Rodriquez *in summ. tom.4.c.166.n.7.* & hæc sunt eius verba: [Los seglares vendiendo à los Ecclesiasticos, ò Regulares algo, obligacion tienen de pagar alcauala, aunque por esto los dichos Ecclesiasticos, y Regulares las dichas cosas por mas alto precio compren, ni por esto es quebrantada su immunidad Ecclesiastica.] Et hanc doctrinam docuerat Mexia *in prag. taxæ panis, concl.5. n.39.* & Lassarte *de decim. vendit. c.19. n.10.* vide etiam Rodriq. *qq.regul.tom.3.q.74.art.7.*

3. Secundò arguitur: Gabella reuerà non est pars pretij, sed tantùm nomine, vt obseruant Megala *in p.2.lib.2. cap.17. q.6. n.108.* Aluarus Valascus *tom.1.consil.70.num.14.* Parlador. *rer.quot.lib.1.c.3.§.1. num.21.in fine.* Gratian *in discept.tom.2. c.258. num.42.* Castillo *lib.2.decis.127.num.12.* Comitolus *in respons. mor.lib.4.q.39.n.3.* & alij. Ergo potest separari à pretio. Nec venditor iustè ex ista separatione conqueri potest, nam cùm gabella non sit pars pretij, ad illum nõ potest pertinere, & sine gabella iam ipse obtinet iustum pretium rei suæ. Ergo, &c. Et, vt rectè notant Felicianus *de cens.lib.2.c.1.n.14.* Azeuedus *tom.6.lib.9. tit.17.leg.1.n.81.* Auendañus *de cens.Hispan. c.28.n.4.* vbi ex onere gabellæ, adiecto emptioni, & venditioni, nihil commodi actu percipiunt emptor, aut venditor, id non habetur loco pretij: nam tunc onus gabellæ, pars pretij esse dicitur, quando inest rei, vel quando aliquid commodi ex eo peruenit ad emptorem, vel venditorem. Vide etiam Gutierrez *de gabellis, q.67.*

4. Tertiò, argumentantur pro ista sententia, ex authoritate Doctorum, qui illam tuentur, & sunt Boërius *decis.213.n.19.* Bursatus *lib.1. cons.42. n.14.* Alexander *de iure fisci, lib.1.resol.5.num.7.* Purpuratus *cons.489. n.7.& 8.* Tiraquellus *de retract. consanguin. §.1.gloss.13.n.12.* & alij quam plures. Hi omnes asserunt, gabellam impositam super emptore rerum Ecclesiasticarum esse licitam.

5. At, his non obstantibus, non desunt Doctores pro contraria sententia, asserentes, talem gabellam esse iniustam, & contra Ecclesiasticam immunitatem. Et ita docet Gratianus *in discept.forens. tom.2.c.290. per totum.* Menochius *lib.2.cons.136.* Laderchius *cons.103. à num.8. vsque ad n.15.* Riccius *in praxi, tom.2.resol.187.num. 2. & resol.283.per tot.* Surdus *cons.305.num.80.* Homobonus *de exam.Eccles.p.2. tract.9.c.1 q.1.* & Zerola *in praxi Episc. p.1. verb. gabellam.quæst.4.* vbi probat, talem gabellam indirectè latam esse contra Clericos: ait enim: [In quibusdam locis Regni, ratione velaminis alicuius Vniuersitatis, laici imponunt gabellam super serico, vel vino, vel aliquo huiusmodi, & volunt, vt soluantur duo carleni, vel quid simile pro libra, vel dolio, & quia vident, se non posse adstringere personas Ecclesiasticas vendentes, statuunt, vt soluant ementes: & non vident, quòd indirectè ista gabella cadit super personas Ecclesiasticas; etsi dicant, non Clericos, sed ementes soluere: nam propter onus gabellæ soluendum, viliùs emunt.] Ita ille.

6. Secundò ita argumentatur Laderchius, *vbi sup.* Ementes à Clericis de iure communi non tenentur soluere gabellas: ergo si statutum hoc addat, dicitur contra libertatem Ecclesiasticam. Probatur consequentia: nam illud statutum, quod coarctat Clericos, & adimit id, quod communi iure eis permissum est, dicitur violare libertatem Ecclesiasticam: at Clerici

hoc sup. in Resol. 244.

ſecundùm ius ciuile, & canonicum poſſunt liberè contrahere cum laicis quibuſcumque, nec illi tenentur ſoluere gabellam: ergo, ſi ſtatutum hoc addat, vt dixi, erit contra Eccleſiaſticam libertatem. Et ſic ſubdit Laderchius: [Dicat Eccleſia: Tolle ſtatutum, & ſi emptores tenentur ad gabellam, compelle: ſiu minùs, ne mihi ius meum auferas, intereſt enim mea habere emptores immunes.]

7. Tertiò, lex, & Magiſtratus, ſeu communis prudentum exiſtimatio, in impoſitione iuſti pretij alicuius rei, multas circunſtantias, tam intrinſecas, quàm extrinſecas conſiderat, & præcipuè onus gabellæ, inter illas, reſpicit. Ita Leſſius *lib.2.c.33.dub.8. n.68.* & ſic, ait Molina *tom.3.tract.2.diſp.678. num.6.* tota latitudo pretij franci, & alcaualæ, eſt pretium iuſtum rei: ergo gabella eſt pars pretij, vt ipſemet Molina aſſerit etiam *in diſp.658.n.1.in fin.* Malder. *in 2.2.tract.5.c.6.dub.5.in fin.* Bonac. *de contract. diſp.2. q.9 punct.1.n.4.* Vaſquez *opuſ.de reſtit. c.6. §.2. dub.9. n.52.* Turrian. *tom.2.in 2.2.diſp.46.dub.8. n.9.* qui citat Molinam in alio loco *ſuprà* non adducto. Molfeſ. *in ſumma tom.2.tract.12.cap.22.n.123.* Laſſarte *de decim.vendit.c.15.n.19.* Paul. de Caſtr. *conſ.433. nu.2.* & alij. Cùm igitur gabella ſit pars pretij, ſemper inuoluitur in pretio, nec poteſt ab illo ſeparari: ergo iuſtum pretium alicuius rei dicitur, tam pretium francum, quàm ipſa gabella. Vnde licèt Clerici non ſoluant vectigal ratione rei vendendæ debitum; poſſunt tamen rem illam vendere pretio ordinario, & non minore; quia in ipſo inuoluitur gabella, vt apparet ex Leſſio, *vbi ſupr. lib.2.c.33.dub.8.n.68.*

8. Hæ ſunt contrariæ ſententiæ ſuper poſitam quæſtionem, quas conatur concordare Bellet. *in diſquiſ.cler.part.1.tit.de exemptionib.Clericor. §.8. num.2.* cum illa celebri diſtinctione Baldi *conſil. 31.* quam poſteà amplexi ſunt Roland. à Valle *lib.4. conſil. 61. n.18.* Riminald. *lib.6.conſ.724. num.49. & 50.* Surdus *conſ.127.n.66.* & alij. Aut onus gabellæ eſt annexum contractui, vt ſi, v.g. ponatur ſtatutum, quòd ſoluantur duo ſolidi pro quolibet dolio vini, quod emitur, vel venditur; hæc gabella immediatè reſpicit contractum, vt eſſet in caſu noſtro, & lædit emptorem, & venditorem immunem: nam propter onus gabellæ, vel cariùs, vel viliùs emet, ſeu vendet. Aut onus gabellæ adiicitur actui ſeparato ab ipſo contractu, vt ſi ſtatutum dicat, quòd qui vult exportare dolium vini ex ciuitate, ſoluat gabellam; tunc hæc gabellæ ſolutio non reſpicit immediatè contractum ipſum, ſed actum exportationis, qui nil commune habet cum ipſa Eccleſia, ſeu immuni. Hac ſuppoſita diſtinctione ait Bellettus, primam ſententiam negatiuam *ſuprà* poſitam, eſſe amplectendam, quando onus gabellæ adiicitur actui ſeperato ab ipſo contractu: ſecundam verò ſententiam affirmatiuam eſſe veram, quando onus gabellæ eſt annexum ipſi contractui. Et hæc olim, circa præſentem quæſtionem in caſu propoſito, vt dixi, à Senatu Panormitano collegeram, pro ſubleuando labore Theologorum, qui conſulendi erant: & quia res viſa eſt difficilis, & periculoſa, Senatus non poſuit dictam gabellam.

RESOL. CCXLVI.

An Princeps, ſeu alius Superior laicus ſine conſenſu Cleri poſſit imponere gabellas ſuper eius bona ex aliqua publica neceſſitate, vt peſtis? &c. Ex part.1. tract.2.Reſ.41.aliàs 40.

Sup. hoc in. fra in Reſ. §.1. HÆc quæſtio fuit diſcuſſa anno præterito, quando Illuſtr. Senatus Panormitanus impoſuit aliqua vectigalia pro expenſis factis, tempore morbi contagioſi, qui ciuitatem hanc miſerrimè afflixit. Et reſpondi negatiuè: quia obligatio totius populi non ſufficit ad obligandum Clerum: & cùm ageretur de vtilitate vtrorumque, neceſſe erat vtrorumque interuenire conſenſum. Et ita in terminis reſoluit hunc caſum Rodriq. *in ſumma, tom.2.c.75. nu.13.* Petr. Ledeſma *in ſumma, tom.2.tract.7.c.2. concl.27.fol. m hi 205.* Ioan. de la Cruz *in direct. conſcient. part.1. præcept.7.q.7.art.3.dub.1.conel.1.fol.98.* Azorius *p.3. lib.5.cap.19.q.11.* & Lopez *in inſtruct.part.2. cap.40.* agens de peſte graſſante olim Hiſpali. Idem docet Sylueſter *verb.immunitas.q.2.* Alterius *de cenſur. tom.1. diſp.16.lib.5.c.6.dub.15.* Saloninus *tom.2. in 2.2. q.78. art.5.contr.1.* Bellettus *in diſquiſ.cleric.part.1.tit.5.§.2. n.6.* & alij penes ipſos: vbi aſſerunt, quòd quando neceſſitas publica concernit de directo, & principaliter æquè vtilitatem Eccleſiaſticorum. & laicorum tunc debent Eccleſiaſtici contribuere, non tamen ad deliberationem ſolius populi, ſed oportet, quòd Clerus, & populus ſimul conueniant, & deliberent: quia, quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari. Et ſi in tali caſu Clerus, ſine legitima cauſa, nollet conſentire; poſſent laici implorare auxilium Superioris Eccleſiaſtici, vt compelleret Clericos.

253. & in aliis eius, primæ not. & ſignanter ſupra in Reſ. 89.§.vlt. prope finem. Sed aduerte, quid in iſto caſu ſit faciendum, infra in Reſ. 248. ex do. Cſtrina §. eius penult. poſt medium, & in Reſ. 336. per tot. & Reſ. 337.

2. Sed notandum eſt, quòd in hoc caſu non habet locum diſpoſitio *c.aduerſus* de conſultatione Romani Pontificis: nam contributio in iſto caſu non fit ſolùm propter vtilitatem publicam, ſed ob priuatam vtilitatem Clericorum: & *d.c.aduerſus.* tractat in caſu vbi agitur de vtilitate publica. Et ita docet Tab. *verb. excommunicatio, §.caſ.18.n.4.* Sylueſter *verb immunitas.q.5.n.20.* Angel. *eod.verb.n.17.* Layman *in Theolog.mor.lib.4.tract.9.c.6. n.7.* Molina *de iuſtit. tom.3. diſp.672.n.5.concl.3.* Megala *in part. 3. lib. 2. cap. 17. q.6.n.121. & conſ.72. num.18.* Ledeſma, Rodriquez, Lopez, & Ioan. de la Cruz, *vbi ſuprà.* Et ſecundùm hæc, quæ dicta ſunt, intelligendus eſt Bobadill. *in Polit.tom.1.lib.2. c.18.n.291.* vbi ait: [En la ſiſa, ò repartimiento; que ſe è hecha para guardar el pueblo de peſte, en lo qual por ſer para coſa commun aſſi à Clerigos, como à legos, deuen contribuir los Eccleſiaſticos.] Et idem docet Garſias *de nobilit. Hiſpan. Gloſſ.9.num.53.* cum aliis, quorum opinio admittenda eſt, præcedentibus iis, quæ *ſuprà* narrata ſunt: nam ſolus populus, vel Princeps, ſine conuocatione, & conſenſu Cleri, hoc minimè efficere poteſt, vt *ſuprà* probauimus.

Sup. hoc in Reſ. ſeq. & in Reſol. 2. poſt ſeq. §. Verum inter princip. & med. & infra in Reſ. 250. & 337. & in tom. 3. tr. 6. Reſ. 10. §. Sed hæc.

RESOL. CCXLVII.

An in caſu, quo collecta, ſeu gabella iuſtæ Clericis imponuntur, poſſint imponi, inconſulto Romano Pontifice? Et an dicta gabella, ſi excedant octauam partem valoris rei, ſint iniuſtæ? Ex p.1.tr.2.Reſ.133.aliàs 132.

Quæ hic eſt Reſ. antecedens in eius §. Sed & in aliis eius not.

1. DE primo dubio huius quæſtionis egi *ſuprà in reſol.41.* & cum aliquibus DD. ſententiam affirmatiuam tenui, quibus nunc addo Hippol. de Marſiliis *in pract.§.aggredior, n.63.* Guilielm. Benedict. *in relect.cap. Raymutius, verb. & uxorem, deciſ.5. n.470.* Gratian. *in diſcept.forenſ.tom.2.c.390. num.19.* Caroc. *de locat.p.4.de collectis, n.37.* & alios adductos per Decian. *vol.2.conſ.51.n.61.* Hi omnes aſſerunt, in tali caſu ſufficere conſenſum Epiſcopi cum interuentu Cleri: quia tunc neceſſitas æquè primariò reſpicit vtilitatem laicorum, & Clericorum.

2. Non reticebo tamen, quòd aliqui hanc opinionem intelligendam eſſe exiſtimant. quando tanta adeſſet neceſſitas, quòd ſine periculo, aut ſcandalo

Sup. conſente in hoc §. ad in Reſ. 163.

Summum

Summum Pontificem recurri non possit: quia in tali casu sufficient Episcopi, & Clericorum consensus; aliter minimè. Et ita tenent decem Doctores, quos citat, & sequitur nouissimè doctus Narbona *in 3.p. recopil. lib.2. tit.4.leg.57.glossa vnica,n.24* quibus ego addo Peirinum *in priuileg. Minimor.to.1.Constit.2. Iulij 2.§.33.n.141.* Videetiam Medin. *de rest.q.15.* Gig. *de pens. q.90.in fine.* Guttierrez *qq.pract.lib.1. q.3.per tot.* Azeuedum *in l. 11. tit. 3. lib.1.n.7.* Lopez *part.1. tit.6.l.54. ver. Son tenudos.* Aulez *in c.23. Prætorum, Glossa,de Ordin.n.7.*& alios.

3. Quoad secundum dubium, respondeo, aliquos dubitasse de iustitia gabellæ, quando excedit octauam partem valoris rei,ex authoritate *l.ex præstatione.C.de vectigalibus.* Et ita videtur docere Regens Corsettus, vir doctissimus, *in propugnaculo vectigalis serici, fol. mihi 21.*

4. Sed Iacobus de Grassiis *in suis decis. part. 1.2. cap.126. n. 37.* non obstante dicta lege, docet hodie non posse dari certam regulam, nec assignari certum terminum, quando gabella sit excessiua: & ideò totum remittit arbitrio boni viri, attenta necessitate, causa, tempore, & loco. Ita Grassius. Ego verò puto absolutè,si gabella ex aliis circunstantiis sit iusta,non obstare supradictam legem:quia leges positæ *sub tit. de vectig.* obligant tantùm in Regnis nunc subditis Imperatori. Ita Suarez *de legib. lib. 5.cap.16.n.5.& 8.* Vide etiam Megalam *in p. 2.lib.2.c.17. q.5.num.71.* & alios. Sed quicquid sit de hoc,

5. Existimo, supradictam legem esse per contrariam consuetudinem abrogatam: & ita in casu *l.vniuersi. sub eodem tit. de vectigal.* docuit Azorius *p. 3. lib.5. c.21.*non esse consuetudinem damnandam, vbicunque ea extiterit, soluendi collectas, vel gabellas, etiam ex rebus, ad vsus proprios necessariis:quia non sunt istæ gabellæ prohibitæ iure naturali,sed solùm ciuili, quod potest consuetudine abrogari. Sed totum hoc accidit in casu nostro. Ergo. Vide etiam Malder. *in 2.2. tract. 5. c.6.dub.5.in fine.* Layman *in Theol. mor. lib.3.tract.3.sect.5.p.1. cap.3.num.3.* Faustum *in specul. Confess. disput.33. q.22.n.5.* Tannerus *in 2.2.disp.4.q.6. dub.12.n.345.* Ioan. de la Cruz *in direct. conscient.p.1. precept.7.art. 3.dub.1.concl.1.* Duard *in Bull.Cœn.lib.2. can.5.q.5.n.6.* Graff. *decis. p.1.lib.4.c.18.n.82.* & alios. Et ita ex multis aliis iuribus, & rationibus, à P. Alexandro Neuola, & P. Cæsare Bosco, Societatis Iesv, viris doctissimis, & amicissimis, cum aliis præstantissimis Iurisconsultis, etiam me præsente, & consulente, fuerunt ad instantiam Illustriss. Senatus huius Vrbis, approbatæ multæ gabellæ, quæ in hac nostra Ciuitate excedunt in magna summa,octauam partem valoris rei.

RESOL. CCXLVIII.

De conditionibus, quas requirit Cap. Non minus, & Cap. Aduersus de Immunitate Eccles *vt Clerici possint collectari in communibus vtilitatibus, vel necessitatibus?* Ex part. 5.tract.1.Res.11.

§.1. CAsus est practicabilis, & de illo in specie tractat sacra Rota Romana *in vna Brundusina Gabellæ die 13. Februarij 1604.coram Pegna,* cuius magistralem decisionem nouissimè impressam inuenies apud posthumas Farinacij *tom. 2. decis. 42.* quam in facti contingentia omninò videbis. Ego verò, in hac resolutione circa præsentem casum non incuriosas pertractabo difficultates. Cùm igitur Clerici vt possint collectari, requiratur inter alias conditiones, vt facultates laicorum non sufficiant, vt adsit consensus Episcopi & Cleri, & vt præcedat licentia Pontificis.

2. Quæro primò, an in tali casu inconsulto Summo Pontifice sufficiat ad validitatē actus consensus Episcopi & Cleri & in affirmatiuam sententiam tenet Suarez *lib.4.de immun. cap.25.num. 17.*vbi sic ait: Existimo si Episcopus & Clerus cōsentiant inconsulto Summo Pontifice,licèt malè faciant,& puniri possint, nihilominùs factum tenere, quia *in cap. aduersus,* non additur verbum irritans consensum eorum, & alioqui habebant iure ordinario potestatem ad illum consensum præstandum. Itaille,& post illum Bonacina *in Bullæ Cœnæ, disput.1.q.19 punct.3.§.3.n.16.* Azorius *tom.1.lib.5. cap.13. quæst.8.* ibi, *vel saltem Episcopi.*

3. Verum ego contrariæ sententia adhæreo. Dico igitur quòd si Pontifex consuli potest, non posse absque illius consensu Clericos ad tributa, vel alias exactiones obligari, quia, vt patet *in cap. aduersus*, ad hanc obligationem inducendam requiritur Pontificis consensus, propter imprudentiam quorundam, ergo si non adsit talis consensus, cessat conditio necessaria ad obligationem, & consequenter ipsa obligatio, & non seruata forma concessionis corruit actus, vnde non erit necessarium decretum irritans. Et ita hanc opinionem docet Castr. Palaus *tom.2.tract.12. disp.vn.punct.9. num.7.* & Marchinus *de peste, part.4. cap.4.n.14.* & nota hîc consensum Pontificis esse requirendum, etiam quando necessitas,vel vtilitas publica concernit æquè principaliter Clericos ac laicos,non obstantibus quæ dixi *in part. 1. tract.2.resol.40.*nam sunt intelligenda in casu, quo periculum esset in mora, secus autem si Summus Pontifex consuli potest, ego ipse notaui *in d. tract. 2. resol. 132.* & nunc me ipsum magis declaro. Sed Doctores pro vtraque sententia præter à me citatos *vbi suprà* multos alios adducit Marchinus *de peste, p. 4.c. 4.* & Castillo *de Tertiis,tom.7.c.9.num.32. cum sequent.*vbi tamen concludunt esse petendam licentiam à Summo Pontifice, quod etiam ante ipsos latè adnotauerat Guttierrez *de Gabellis quæst.92.* per totam omnino videndum, & ita determinauit sacra Rota Romana *in vna Leodiensi Gabellæ die 19. Martij 1604.*coram Attrebatens. & habetur *in decis. nouis.* Farinacij *tom. 1.decis. 72. num.2.*& ideò ciuitas Florentina *anno 1600.*teste Marta *de iurisdict. part. 4. cent.1.cas. 1.num.52.* impetrauit à Clement. VIII. Bullam pro imponenda collecta Clericis ad reparandum flumen Arni, cùm penè omnia Clericorum bona erant prope dictum flumen, & anno 1634. nostra ciuitas Panormitana pro expensis factis tempore pestis, impetrauit à sanctissimo D.N.Vrbano VIII. Bullā datam Romæ *die 26.Augusti,*cuius vigore Clerici fuerunt inclusi per aliquot annos in collecta posita super vino in introitu portæ ciuitatis. Simile etiam Breue concessit idem Vrbanus VIII. pro Ducatu Mediolanensi *die 10. Maij 1624.* & ante illum pro Etruria Gregor. XV. *die 23. Febr. 1622.* Vndè, vt dixi,non existimo admittendam esse in praxi contrariam sententiam asserentem in tali casu, quando videlicet collecta imponenda proximè & immediatè concernit etiam Clericos,non esse requirendum consensum Pontificis,nisi,vt dixi, periculum esset in mora,nam tunc clarum est Episcopi & Cleri consensum sufficere,tunc enim adest Summi Pontificis præsumpta voluntas. Verùm aduertant Principes laici,& simul Episcopi, quòd hæc necessitas, vt imponatur gabella inconsulto Pontifice, potest contingere in exactione, quæ ad vnum actum, vel ad breue tempus fit,nam si longiori tempore sit duratura,licèt,vt dictū est, in casu necessitatis possit inchoari inconsulto

Pontifice, vt longiori tamen tempore protrahatur, necessariò consulendus erit. Igitur potest contingere ad imponendum tributum non posse consensum Pontificis postulari, stante vrgente necessitate, at ad illius continuationem, cùm id fieri potest, omninò consulendus est. Ita Suarez, & Castrus Palaus *vbi suprà*.

4. Quæro secundò, quando dicitur, vt Collecta Clerici imponatur, necesarium esse consensum Episcopi & Cleri, quid sub nomine *Cleri* intelligatur? & solum Capitulum intelligi tenet Suarez *de Immunitat. lib.4.cap.26. num.16.* & Castrus Palaus *tom.2.tract.12. disput.vnic. punct.9. numero* 8. quia Capitulum sub nomine *Cleri* sæpiùs intelligitur, & regulariter à toto Clero commissa est potestas Capitulo Ecclesiæ Cathedralis decidendi negotia, quæ ad totum Clerum pertinent. Sed sub nomine *Cleri* non esse intelligendum solum Capitulum, sed Clerum totius Diœcesis, vel saltem alia Capitula eiusdem Vrbis, si in illa adsunt, & Vicarios foraneos, tradiderunt Barbosa *in Collect. ad ius Canon. tom.2. lib.3 tit. 49.n.7.* Bellettus *in disquis. Cler. part.1. tit. de exempt. Cler. & eorum bon. §.2.num.5.* Megala *in pars.2. lib.2. cap.17.q.6.n.124.* Bonacina *in Bulla Cœn. disp. 1.q.19. punct.3.§.3. n.16.* & Marchinus *de Peste, part.4.cap.4. n.11.* vbi sic ait: Nomine *Cleri* non solùm intelligitur, Episcopus cum Capitulo suæ Chathedralis, vt explicat Suar. sed etiam vocanda essent alia Capitula eiusdem Vrbis, & ex Diœcesi saltem Vicarij foranei, & ita in facti contingentia ann. 1624. practicatum fuit Nouariæ, & Mediolani, dum Ecclesiastici ad munitiones vrbis Nouariæ: & aliorum locorum Mediolanensis Ducatus ex Decreto Vrban. VIII. cogerentur. Ita Marchinus, vnde in facti contingentia puto non esse amplectendam sententiam Suarez, maximè quia contra illam stat Sacra Rota Romana *vbi supr.* apud posthumas Farinacij *tom.2. decis.42. num.7.* vbi sic asserit: Quartò requiritur quod ad onus huiusmodi imponendum vocetur, & consentiat Clerus, nec sufficeret Episcopus cum Capitulo, quia quod omnes tangit, ab omnibus particulariter approbari debet, *cap. cum omnes, de const. & cap. quod omnes, de reg. iur. in 6.* & probatur *in cap. aduersùs.* ibi: *Verùm si quando fortè Episcopus simul cum Clericis.* Hæc sacra Rota. Vnde apparet, quam cautè in his materiis sit procedendum.

Sup. hoc in Resol. seq. & in tom. 7. tr. 6. Resol.33. §. Sed hæc.

5. Quæro tertiò, quando censeantur facultates laicorum non sufficere; vt Clerici possint collectari? Castrus Palaus *tom.2.tract.12.disput. vnic.punct.9.n.9.* docet, tunc censeri laicorum facultates non suppetere, quoties non suppetunt facultates communes ciuitatis. Si enim de singulorum ciuium facultatibus hoc intelligendum esset, rarò, vel nunquam Clerici obligari essent ad collectas, tum, quia rarò facultates ciuium ita exhaustæ sunt, vt ad hæc opera necesaria non suppetant: tum quia ferè erit impossibile Prælatis Ecclesiasticis inuestigare an facultates singulorum laicorum sufficiant, dicendum ergo est facultates communes esse attendendas. Ita Palaus.

6. Sed in his verbis nimis laxè in fauorem laicorum loquitur vir doctus, ideò putò in similibus casibus, & ad facultates communes, & ad singulares attendendum esse, quod euidenter probo ex Bulla Vrbani VIII. concessa pro Ducatu Mediolanensi, quam per extensum ponit Marchinus *de Peste, part.4. cap.4. post num.* 28. vbi Pontifex sic loquitur: Cùm autem sicut eadem expositio subiungebat in muniendis ciuitatibus, & locis prædictis ingenti pecuniarum vi opus, ærariúmque ipsius Philippi Regis valde exhaustum & attritum sit, ex munitionéque huiusmodi totius status, ac tam Cleri, quàm populi securitati prospiciatur, communitatum verò ac Vniuersitatum & hominum eiusdem status propter eorum inopiam ad totam impensam necessariam supportandam facultates non suppetant, nisi Clerus & Ecclesiastici quoque cò aliquid conferant, &c. In quibus verbis clarè apparet non solùm facultates communes, sed etiam particulares attendendas esse, & ideò Pontifex post illa verba, *communitatum, & vniuersitatum*, subiunxit, *& hominum eiusdem status*, &c. Et ideò Marta *de iurisd. p. 4. cent.1. cas.1. n.49.* asserit tunc Clericos teneri ad collectas in publicis necessitatibus, quando facultates Communitatis, & laicorum non sufficiunt. Nec Suarez, quem sequitur Marchinus *vbi supra, num.20.* ita absolutè vt Palaus loquutus est, nam voluit tunc facultates laicorum non sufficere, quando moraliter constet communia bona non sufficere, & singulos non posse sine magno grauamine suis solis sumptibus tale opus perficere. Et si opinio Castri Palai esset admittenda, fere semper Clerici tenerentur soluere collectas, nam ciuitates nunquam in communi ita diuites sunt, vt ex communibus redditibus publicæ necessitati, vel vtilitati prouidere possint. Adde, quòd ex opinione Castri Palai priuilegiũ Clericorum remanet irritum, nam etiam laici, quando bona ciuitatis sufficiunt, non tenentur ad collectas, vt docet Megala *in p.2.lib.2.cap.17.q.6. n.123.* ergo pari passu procederent laici ac Clerici in soluendis collectis, & eiusdem essent conditionis, sed hoc dicere, vt patet, est absurdum: ergo. Dicendum est igitur cum Megala *vbi sup.* tunc facultates laicorum non sufficere, vt Clerici in subsidium ad collectas teneantur, quando laici per gabellam imponendam cogerentur se eis priuare, quæ quotannis illis necessaria essent ad viuendum secundùm conuenientiam sui status.

7. Sed notandum est hic aliquos docere excussionem hanc bonorum, si laicorum suppetant facultates, esse faciendam tantùm in communibus necessitatibus, & vtilitatibus, quæ principaliter ipsos laicos respiciunt, & remotè, & per consequentiam clericos, secus autem quando collectæ imponuntur pro necessitatibus æquè respicientibus Clericos ac laicos, nam in hoc casu Clerici non minùs, quàm laici pro reparatione damni imminentis contribuere tenentur, & ita in specie notauit Ancharanus *in d. c. non minus.* Menochius *cons. 800.n.9.* Ceuallos *tom.4.com.contra com. q.899. num. 162. & seq.* & alij penes ipsos. Non desunt tamen Doctores contrarium sentientes, nempe etiam in casibus, in quibus collecta poneretur pro necessitate æquè respiciente Clericos ac laicos, adhuc priùs excussionem faciendam esse, si laicorum suppetant facultates; ita vt si eis damnum sufficienter reparari possit, ad bona Ecclesiarum & Clericorum non recurratur; sin verò aliter se habet, ad bona Clericorum pro collectis deueniendum erit, & ita tenet Sousa *in Bull. Cœn.cap.19. disp.92.num.2.* Gratian. *in discept. forens. tom.2. cap. 390.num.19.* Marta *de Iurisd.part.4. cent. 1. cas. 1.* & alij & ego, vt verum fatear, video Summos Pontifices huic sententiæ adhærere, nam Vrban. VIII. concessit in Bulla supra cit. Clericos Panormitanos posse collectari pro expensis factis tempore pestis in subsidium, supposito videlicet quòd facultates laicorum non suppeterent, vt ei narratum fuit, & ideò postea subiunxit loquendo cum Archiepisc. Panormitano hæc verba: *Iniungimus vt constito tibi de narratis*, &c. Hoc etiam patet in Bulla Clement. VIII. concessa Florentinis pro nessitate concernente æquè principaliter Clericos ac laicos, nempe pro reparatione fluminis Arni deuastantis possessiones tam Clericorum, quàm laicorum, & tamen Sum. Pontifex *in dicta Bulla* concedit

Sup. hoc supra lege doctrinam Resol. 246. & Resol. eius prima not.

Sup. hoc infra in Resol. 254. lege 5. vlt. prope fin. & supra

cedit Ecclesias, Ecclesiasticos teneri in subsidium,& propterea mandauit Nuntio Florentino, vt discussis priùs bonis laicorum, si non sufficerent condemnaret prædictos Ecclesiasticos ad contribuendum, teste Sousa & Marta *vbi supra*.

3. Notandum est etiam hîc obiter,Dominos Episcopos non debere statim licentiam Pontificum executioni mandare, nisi visis videndis, nam in dictis licentiis & Bullis Pontificiis ponuntur hæc,aut similia verba,*stantib.præmissis,Constito tibi de narratis*, &c. quæ quidem, aut similia verba,vt aduertit Marchinus *vbi supr.de peste,part.4. c.4. num.20.* videntur requirere aliquam cognitionem judicialem narratorum, & cum in dictis Bullis dicatur *vocato Clero*,&c. ex dictis verbis videtur etiam dicendum, vt obseruat idē Marchinus,non solùm habendam esse narratorum iudicialem cognitionem, sed etiam habendam esse audita parte, nempe Clero, & aliis, de quorum interesse agitur. Et nota etiam quòd exactio contributionis in dictis casibus per Ecclesiasticos persoluenda, per personas similiter Ecclesiasticas tantùm ab Episcopis deputandas efficienda erit, vt habetur in Bulla Vrbani VIII. concessa pro Ducatu Mediolanensi,ibi, *Volumus autem*, &c.quod etiam patet ex his quæ adducit Guttierrez *de Gabellis quæst. 92. num.65.*

RESOL. CCXLIX.

Quando laicorum facultates non sufficere censendum sit, ad hoc vt Clerici cum consensu Episcopi, & consulto Romano Pontifice contribuere in aliquibus casibus teneantur?

Et supponitur Clericos non teneri ad tributa, qua imponuntur ad reficiendas vias, pontes, fontes, aut muros Ciuitatis, & similia. Ex part.1.tract. 2. Resol.134. alias 133.

§.1. HAnc quæstionem non inuenies apud multos Authores: ideo supponendum est,Clericos non teneri ad tributa,quæ imponuntur ad reficiendas vias, pontes, fontes, aut muros ciuitatis, & similia, ad communem vsum ciuium, & etiam Clericorum necessaria, nisi in subsidium, nempe, quando deficeret facultates laicorum.Hoc supposito, Suarez *contra Regem Anglia,lib.4.cap.25.num.* 15. putat, verba illa, *Vbi laicorum non suppetunt facultates*, quæ habentur *in cap.non minùs, & in cap.aduersùs,de imm.* intelligenda esse,non de facultatibus singulorum ciuium, sed de facultatibus communibus Reipublicæ. Et ita etiam docet Narbona *3.p.Recopil.lib.3.tit.4.l.* 57. *Glossa vnica, num.21.*

2. Sed Megala *in p. 2.lib. 2. c.17.9.6.n.123.* magis amplè in fauorem Clericorum de hac re loquitur:sic enim asserit: [Tunc facultates laicorum non sufficere censendum est, quando cōsiderata proportione inter necessitatem, vel vtilitatem pro qua gabella imponitur, & ciuium facultates, quæ ad soluendam gabellam non sufficiunt; nisi ciues cogantur se eis priuare, quæ quotannis illis necessaria sunt ad viuendum secundùm conuenientiam sui status, quem, vt Reipublicæ subueniant, minuere nō tenentur:ac ideò eorū tunc facultates ad soluendas gabellas nō sufficere censendum erit. Et de facultatibus particularium ciuium loquor: nam, si ciuitas in communi diues est,vt ex communibus reditibus communi necessitati vel vtilitati commodè prouidere possit; tunc nec ab ipsis sæcularibus gabellæ exigendæ sunt, nisi ex consuetudine legitimè præscripta hoc introductum esset.]Ita Megala, ex cuius sententia sequitur, quam rarò Clerici teneantur, pro supradictis gabellis contribuere:nam difficulter potest accidere casus, in quo bona propria omnium, & singulorum ciuium, ad huiusmodi opera efficienda non sufficiant.

RESOL. CCL.

An Clerici teneantur soluere gabellas, si Episcopus, & Clerus consenserunt, inconsulto Summo Pontifice?

Et quid dicendum,si Princeps impetret Bullam à Summo Pontifice; an tunc necessarium sit seruare formam Cap. Non minus de Immunitate Eccles. Ex part.5.tract. 1. Resol. 15.

§.1. SVppono per ea, quæ alibi notaui, Clericos teneri ad collectas positas pro communibus necessitatibus,concurrentibus aliquibus conditionibus,& præsertim si adsit consensus Episcopi & Cleri,& consulatur Summus Pontifex: sed difficultas est an inconsulto Summo Pontifice sufficiat Episcopi & Cleri consensus? Et affirmatiuam sententiam tenet Pater Suarez *contra Regem Anglia, lib.2.cap.25. nu.*17.vbi sic ait: Existimo si Episcopus & Clerus consentiant inconsulto Summo Pontifice, licèt malefaciant & puniri possint,nihilominus factum tenere,quia *in cap.aduersùs* non additur verbum irritans consensum eorum, & alioqui habebant iure ordinario potestatem ad illum consensum præstandum. Ita ille.

2. Verùm contraria opinio mihi placet. Dico igitur quòd si Summus Pontifex consuli potest,non posse absque illius consensu Clericos ad tributa, vel alias exactiones obligari, quia, vt patet *in cap. aduersùs*, ad hanc obligationem inducendam requiritur Pontificis consensus propter imprudentiam quorundā Ergo si non adsit talis cōsensus,cessat cōditio necessaria ad obligationem,& consequenter ipsa obligatio,& ideò non erat necessarium decretum irritans. Et docet Castrus Palaus *tom.2.tract.12. disput. vnic. punct. 9.num.*7.qui etiam *num.*8. rectè notat consensum Episcopi & Cleri in tali casu ita requiri, vt vnum sine altero non sufficiat, quia vtriusque iudicium æquanimiter expostulatur *in cap.non minus*,ibi, *Nisi Episcopus & Clerus tantam necessitatem, vel vtilitatem aspexerint*, &c. *& in cap. aduersùs.* ibi, *Verùm si quando Episcopus simul cum Clericis tantam necessitatem, vel vtilitatem perspexerint*, &c. Nota tamen nostram sententiam veram esse in casu,quo Summus Pontifex consuli potest; nam si periculū esset in mora; vnde id fieri non possit, clarum est Episcopi & Cleri consensum sufficere, quia tunc adest Summi Pontificis præsumpta voluntas. Sed quid dicendum si Princeps impetret Bullam à Summo Pontifice, an necessarium sit seruare formam dicti *cap.non minus, de immun. Eccles.* vide Valboam de Magroviejo in his quæ scripsit ad Regem nomine Decani, & Capituli Ecclesiæ Salmaticensis *concl. 12.num.*147. *& seq.* vbi affirmatiuæ sententiæ adhæret.

3. Verùm aduertant Principes laici & Episcopi, quòd hæc necessitas,vt imponatur gabella inconsulto Summo Pontifice, potest contingere in exactione, quæ ad vnum actum, vel ad breue tempus fit; nam si longiori tempore sit duratura,licèt, vt dictum est,in casu necessitatis possit inchoari inconsulto Summo Pontifice, vt longiori tamen tempore protrahatur necessariò consulendus erit.Igitur potest contingere ad imponendum tributum non posse consensum Pontificis postulari stante vrgente necessitate,& ad illius continuationem,cùm id fieri potest, omnino

Alibi in Resol. quæ hic est sup. 248. & in aliis eius primæ not. Et pro diffic. contenta à lin. 5. huius textus, sup. in Res. 246. §. vlt. & in Resol. 247. à §. 1. & in Resol.248. §. Quæro primo. & infra in Res.337. & in to.7 tr.6. Res.33. §.Sed hæc. Et pro contento in hoc §.Verùm contraria. infra in Res. 317. §. Et ideo.& seqq. & in alio §. eius not.

Sup. hoc supra ad literam in Res. 248. §.Verū. prope finē; & infra in Res. 337. §.6. ante med.

omnino consulendus est. Ita Suarez, & Castrus Palaus *vbi suprà*. Et ad omnia supradicta stabilienda non desinam hìc apponere verba Concilij Lateranensis sub Leone X. *anno 1521. sess. 9. sub finem*, §. *& cùm à iure tam diuino*, &c. vbi sic habetur. Innouamus omnes Apostolicas sanctiones in fauorem libertatis Ecclesiasticæ contra eius violatores quomodolibet editas, & cùm in Lateranensi pariter ac Conciliis generalibus sub excommunicationis pœna prohibitum fuerit, ne Reges, Principes, Duces, Comites, Barones, Respublicæ, aliique Potentatus quicumque Regnis, Prouinciis, ac terris quoquomodo præsidentes, collectas, decimas, & alia huiusmodi onera Clericis, Prælatis, & aliis quibuscumque personis Ecclesiasticis imponant, exigántque, néve à sponte etiam dantibus, & consentientibus recipiant, atque in præmissis auxilium fauorem, vel consilium palàm, vel occultè præstantes in excommunicationis latæ sententiæ pœnam eo ipso incidant. Et ipsæ quoque Respublicæ, ac communitates & vniuersitates circa hoc quomodolibet delinquentes Ecclesiastico eo ipso subiiciantur interdicto. Prælati etiam præmissis absque expressa Romani Pontificis licentia vltrò consentientes, excommunicationis & depositionis pœnam ipso facto incurrant, statuimus & ordinamus vt de cætero talia præsumentes, & si (vt præfertur) qualificati fuerint; vltra supradictas pœnas, quas contrauenientes ipso facto incurrere volumus, innouamus quòd ad omnes actus legitimos inhabiles, & intestabiles habeantur. Hæc in dicto Concilio Lateranensi, quæ vtinam aliqui considerarent, & vt par est timerent. Sed circa materiam præsentis resolutionis, vide infrà in Magistrali decisione Rotæ coram Peña *in vna Brunduſina Gabellæ, die 13. Februarij 1604.*

Decisio hæc est infra in fine huius tom. 9. pag. 497.

RESOL. CCLI.

An Ecclesiastici teneantur soluere gabellas impositas pro primo introitu Regis in Ciuitatem? Ex part. 3. tract. 1. Resol. 11.

§. 1. Affirmatiuè respondet nouissimè Paponius *lib. 5. tit. 11. arrest. 15.* vbi sic asserit. Iudicatum fuit in Curia Parisiensi mense Aprilis 1595. aduersùs Clerum Trecensem, qui depulsùs fuit ab oppositione facta aduersùs adscriptionem collationis impensarum factarum ab incolis prædictæ ciuitatis Trecensis, cùm Rex Henricus IV. eam primum solemniter ingrederetur anno 1595. decretùmque fuit Ecclesiasticos cogendos captis pignoribus, seu bonis temporalibus ipsorum. Ita ille, & Remigius de Gom. *tract. de charitatiuo subsidio 9. 59. num. 13.*

2. Sed contrariam sententiam omnino amplectendam esse puto, cum communi consensu Theologorum, & ita docet in terminis Azorius *part. 3. lib. 5. cap. 19. q. 11.* & ex Iurisconsultis noster D. Carolus de Grassis *de effect. cler. eff. 3. num. 264.* Aluarez *in specula Pont. cap. 35.* Aloysius de Leo *in l. placet n. 1. C. de sacr. Eccles.* qui omnes asserunt text. dictæ leg. *placet*, esse correctum per Authen. *item nulla communitas, eod. tit.* & ratio est, quia licèt supradicta gabella sit imposita propter publicam necessitatem, tamen dicta necessitas publica solis laicis est communis, & tantùm indirectè, ac remotè, ad clericos quoque pertinet, in quo casu ipsi non tenentur ad contributiones, vt satis probatum est *suprà in tr. de immunitate Ecclesiastica part. 1. in * resol. 40.* & docet inter multos Lessius *lib. 2. cap. 33. dub. 3. n. 24. & 25.*

* Quæ hic est supra Resol. 246. & in aliis eius primæ not.

RESOL. CCLII.

Virum Clerici teneantur ad gabellam, quæ imposita est pro manutenendo exercitu in partibus inimicorum, vt tutius confinia Regni conseruentur? Ex part. 1. tract. 2. Resol. 79. aliàs 78.

§. 1. Affirmatiuè respondet Henriquez *lib. 10. cap. 15. dub. 5. in glossa litt. Q.* vbi sic asserit: [Anno 1590. consulti Salmanticenses Iurisperiti, Moya, Solis Didacus, Henriquez, Sahagum, Bernal, & ex Theologis Magister Gueuara, Bañez, & plerique alij, admittunt, iustè compelli Clerum per Episcopum, contribuere pro ingenti pecunia, quam Regna, & Senatores vrbis promiserant Regi pro adiuuandis Catholicis contra Hæreticos Gallos, & vt tutiùs conseruarentur confinia Hispaniæ.] Ita Henriquez.

Sup. hoc infra in Resol. 336. per tot. sed lege etiã alias Resol. eius primæ not.

2. Sed contrariam sententiam docet Carolus de Grassis *de eff. cler. eff. 3. num. 243.* vbi putat, quòd tunc Clerici tenentur contribuere, quando vtilitas, siue necessitas principaliter, & immediatè, & non mediatè, & in remotis tangit illos, vt ait ipse, quando Princeps vellet imponere gabellam, seu collectam pro manutenendo exercitu, & faciendo bellum in partibus inimicis, ne inimicus accederet ad suas ciuitates; licèt ex isto actu ciuitas, cui imponitur gabella, consequatur vtilitatem; scilicet, quòd propter tale bellum hostes non possunt molestare ciuitatem. Ita ille. Et hæc opinio contra Henriquez est omninò tenenda, vt nos *suprà* etiam firmauimus.

RESOL. CCLIII.

An Princeps laicus possit imponere gabellas super bona Ecclesiasticorum propter reparationem pontium, murorum, viarum? &c.

Et an Clerici teneantur ad contributionem, vt oppidum, quod Rex vendere parat, se redimat? Ex part. 1. tr. 2. Resol. 39. aliàs 38.

§. 1. Affirmatiuè respondent aliqui Iurisconsulti ex authoritate leg. *Ad instructiones itinerum, pontiumque, etiam diuinas domus, & venerabiles Ecclesias, libenter adscribimus.* Et præter Iuristas, quos adducit Borellus *de præst. Reg. Cathol. cap. 62. num. 48.* Salgado *de protectione regia, part. 3. cap. 5. num. 9.* & nos adduximus *in tract. de Parlament.* docet hanc sententiam ex Theologis Viualdus *in Candelabro aureo super Bullam Cœn. casu 18. num. 3.* Henriquez *in summa, lib. 10. cap. 15. num. 5.* vbi *in Gloss. lit. L*, asserit, ius ciuile in hoc non esse correctum; sed declarare ius canonicum, & mentem Pontificis.

Sup. hoc in tom. 7. tr. 6. Resol. 33. & sup. in Resol. 214. § 15. post medium. & in Resol. 246. & infra in Resol. 336. & lege etiam doctrinam Resol. nostri, & in Resol. 249. recitantes in princ.

2. Sed hæc opinio exploditur communiter à Theologis, quos citaui dicto tract. quibus nunc addo Homobonum *de exam. Eccl. p. 2. tract. 11. cap. 6. quæst. 9. suppos. 2.* Layman *in Theol. mor. lib. 4. tract. 9. c. 6. nu. 6.* Ioann. de la Cruz *in director. conscient. part. 1. præcept. 7. q. 7. art. 3. dub. 1. conclus. 1.* Augustinum Barbosam *in suis consiliis post Flores direct. Inquis. cons. 2.* Salonium *tom. 2. in 2. 2. quæst. 78. art. 5. contr. 5.* Sousam *in Bull. Cœn. cap. 19. disp. 92. num. 6.* Bellettum *in disquis. cleric. part. 1. tit. 5. §. 2. num. 12.* Portel. *in addit. ad dubia regularia, verb. tributum, num. 5. & 8.* Alterium *de cens. tom. 1. disp. 19. lib. 6. cap. 6. dub. 8.*

3. Ad Argumentum verò desumptum ex leg. *Ad instructiones.* respondeo cum Lessio *lib. 2. cap. 33. dub. 3.*

dub. 3. num. 25. cùm sit contra immunitatem Ecclesiarum, vim non habere, & fuisse correctam à iure canonico, vt notat Glossa *in cap. generaliter. verf. Nouarum. & verf. Collationibus. 6. q. 1.* Et contrarium etiam posteà docuisse ipsos Imperatores in iure nouo ciuili, *ex authent. item nulla communitas. C. de Episc. & Cler.* tenet Azorius *part. 3. lib. 5. cap. 19. quæst. 10.* & Portel. *in addit ad dubia regularia. verb. Tributum. n. 11.* qui citat textum *in leg. placet. de sacros. Eccles. & leg. 2. C. de Episc. & Cler.*

4. Sed, quidquid sit de hoc, in ordine ad ius ciuile, certum est ex iure canonico, Clericos non teneri ad dictas contributiones vt apparet *in cap. non minus. & in cap. aduersùs. de immunit. Eccles. & ex canone Bullæ Cœnæ.* Ex his omnibus apparet, cautè legendum esse Henriquez, *vbi suprà*, qui etiam *in pen. Glossa, lit. L.*, asserit per sententiam Senatus Regij declaratum esse, teneri Clerum ad distributionem, vt oppidum, quod Rex vendere parabat, se redimat: quod etiam posteà docuit Bobadilla *in polit. tom. 1. lib. 2 cap. 18. num. 286.*

Sup. hoc in Resol. 4. nor. remittit. & signanter infra in Ref. 256. vlt.

5. Sed hæc sententia mihi displicet: nam id bonum non æquè principaliter, primariò, directè concernit Clericos, sed laicos: & ideò Clerici non tenentur ad contributionem supradictam: quia, vt obseruant contra sententiam Henriquez, & aliquorum Iurisconsultorum, omnes Theologi, & ex ipsamet Societate Lessius, Molina, & alij à me citati *in tract. de Parlam.* quando bonum commune, & publicum non tangit principaliter Clericos sed secundariò, vt est in casu supradicto. Et in reparatione viarum, turrium, murorum, &c. Clerici non tenentur contribuere, licèt contrarium docuerit Henriquez, & ideò non sequendus, vt *suprà* probatum est.

RESOL CCLIV.

An Clerici teneantur, & possint per iudices sæculares cogi ad reparandam viam ante domos suas?

Et quid, si graculi, aut vermes, vel locustæ, seu bruchi nascantur in vineis, & messibus alicuius Clerici, vel pro reparatione aggerum, ne flumen vicinos agros Clericorum. & laicorum inundet? Ex part. 1. tract. 2. Ref. 76, aliàs 75.

§. 1. Affirmatiuè respondet Petrus de Cenedo *in collect. iuris can. p. 1 collect. 37. num. 4.* Humada *in l. 54. tit. 6. p. 1. gloss. 2. n. 18.* Tiraquel. *de retractat. lignag. §. 32. gl. vnica, num. 80.* Ludouicus Mexia *in pract. taxa panis. concl. 5. num. 70.* vbi ait, Clericos, Ecclesiasticásque personas cogi posse per sæculatem potestatem reparare viam ante domum, & itineris pertinentia sua mandare facere suis expensis; quod est notandum in praxi, circa ordinationes Hispalenses. [Para que no echen agua suzia por la calles, ni otras immundicias.] Et ad mandata Præfecti vrbis Hispalensis pro mundandis per vicinos viarum suis pertinentiis, vt ab his munditiis Clerici etiam non excusentur, nec à pœnis, & mulcta effundentium amurcam per vias publicas, quod iam vidi practicari. Ita ille, & alij Iurisconsulti.

Sup. hoc supra in Ref. 256. vlt. & infra in Ref. 260. circa fin.

2. Sed hæc omnia sunt contra immunitatem Ecclesiasticam, vt in casu simili aduersùs Henriquez *lib. 10. cap. 15. §. 7. in Glossa, lit. C*, rectè notauit Viualdus *in candelabro super Bull. Cœn. cas. 18. num. 9.* Et ita asserit Ludouicus Molina *de iustit. tom. 3. tract. 2. disp. 261. num. 6.* Si vicini omnes contribuant ad sternendam lapidibus viam, quæ est ante ianuas ipsorum; tunc etiam Ecclesiastici, qui ibi habent domum, tenentur similiter contribuere. Sed in tali euentu non possunt sæculares per se ipsos compellere Ecclesiasticos, vt contribuant, si Ecclesiastici renuant; sed id efficere debent per Episcopum, aut per alium legitimum Iudicem Ecclesiasticum. Idem etiam docet Layman *de Theol. moral. lib. 4. tract. 9. cap. 6. num. 7.* Falsum est etiam, quòd tenentur ad pœnam effundentium amurcam, & similia per vias publicas: nam Clerici non subduntur pœnis impositis à sæculari potestate, ex defectu iurisdictionis. Et horum omnium ratio iam *suprà* sæpiùs explanata est.

3. Nec etiam mihi placet doctrina illa, quam adducit dictus Mexia *loco cit. num. 44.* nempe, quòd si graculi, aut vermes, vel locustæ, seu bruchi nascuntur in vineis, & messibus alicuius Clerici, per statutum cogi potest cum aliis, in quorum vineis, & messibus reperiuntur huiusmodi animalia, vt suis expensis eas capiat, & occidat: quo in casu, quantumcunque priuilegiati, ne & alij inficiantur, possunt cogi etiam de facto, vt suis expensis id faciant; & ita se vidisse practicari testatur: non, inquam, hæc doctrina mihi placet, & illam reprobat Molina, *vbi suprà*: nam in tali casu Ecclesiastici, licèt teneantur, debent tamen ad id compelli per Iudicem Ecclesiasticum, & non per sæculares. Et exempla quæ adducit Mexia ad confirmandam sententiam, non faciunt ad rem: quia in illis casibus adest necessitas, nec aliter fieri potest, neque tempus concedit adire Ecclesiasticum superiorem. Ergo, &c. Et ita etiã docet in similibus casibus Ioan. Salas *de legib. disp. 13. sect. 9. & sect. 11. num. 114.* vbi sic ait: [Quando contributio facienda est æquè primariò in vtilitatem Clericorum, ac laicorum, v. g. pro reparatione aggerum, ne flumen vicinos agros Clericorum, & laicorum inundet, non potest tamen tunc per se potestas laica Clericos recusantes compellere; sed per Ecclesiasticam. Quòd si id commodè fieri non posset, putant quidam, non esse omnino improbandam realem executionem: quia in tali casu præsumi potest ratihabitio, seu tacita licentia Summi pontificis. Sed tutius censet Lessius, & ego omninò necessarium, vt hæc expressè ad tales casus per Principes petatur.] Hæc Salas.

Sup. hoc sitpra lege ex Ref. 248. §. penul. in fine, & alium §. 8 vers. eius annot.

RESOL. CCLV.

An Principes possint imponere gabellas super bona patrimonialia Clericorum? Ex p. 1. tr. 2. Ref. 40. alias 39.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docet ex Iurisconsultis neoteticis Bobadila *in polit. tom. 1. lib. 2. cap. 18. num. 160.* qui *in Glossa, litera F*, citat pro hac sententia quamplurimos Iuristas, & cum limitatione, vt hoc non intelligatur, quoad bona patrimonialia, ad quorum titulum ordinati sunt.

Sup. hoc supra Ref. 56 §. Sed hæc. inter principium, & medium: & in Ref. 70. & signanter infra in Ref. seq. §. Restat. & in Ref. 1. post seq. & in tom 7. tr. 6 Ref. 33. §. 1. in fine, & §. vlt. post medium, & in tom. 6. tra. 9. Resol. 66. §. Denique. Per tot.

2. Sed communi calculo Theologorum, hæc doctrina, tanquam sacris Canonibus contraria, meritò explosa est: & illam reprobant Homobonus *de exam. Eccles. part. 2. tract. 11. cap 6. quæst. 9.* Riccius *part. 2. decis. 299. num. 3.* Syluester *verb. immunitas*, 1. *n. 6.* Duardus *in Bulla Cœn. lib. 2. can. 18. q. 5. n. 4.* Laymã *in Theo. mor. lib. 4. tr. 9. c. 6. n. 9.* Lessius *lib. 2. c. 33. dub. 3. n. 19.* Azorius *p. 3. lib. 5. c. 19. q. 7.* Reginaldus *tom. 1. lib. 9. c. 25. n. 379.* Filliucius *tom. 1. tr. 16. c. 11. n. 297.* Molina *tom. 3. tr. 2. disp. 671. n. 2.* Molfesius *in summa, tom. 2. tr. 12. c. 22. n. 166.* Alterius *de cens. tom. 2. disp. 19. lib. 5. c. 6. dub. 2.* Suarez *contra Regem Angliæ, lib. 4. c. 24.* & 25. Coriolanus *in Bul. Cœn. excom. 18.* Prosper de Augustino *in addit ab summ. Quarãta, verb. vectigal.* Megala *in p. 2. lib. 2. c. 17. q. 6. n. 14.* Salonius *tom. 2. in 2. 2. q. 78. art. 5. contr.*

5. contr.2.num.2. Sayrus *de censur.lib.3.cap.22. num 9.* Bartholom.à S.Fausto *in Spec.Confess.disput.33.quæst. 13.num.2.*Bellett.*in disquis.cler.part.1.tit.5.§.5. num.1.* & Authores veteres penes ipsos.

3. Probatur hæc sententia *ex cap.1. de immunitat. Eccles.cap.quanquam,de cens.in 6.* & præcipuè *ex canon. Bulla Cœnæ*, in illis verbis : *Imponentes decimas, &c.personis Ecclesiasticis, ac eorum, & Ecclesiarum bonis.* Vbi dictio illa,*eorum*, contradistinguitur contra alteram dictionem sequentem *Ecclesiarum :* & ideò non nisi de bonis patrimonialibus, & propriis Clericorum, & aliis, quæ ad Ecclesiam non pertinent,intelligi potest.

RESOL. CCLVI.

An Clerici teneantur soluere vectigal in extractione frumenti, vini, & similium, quæ ex bonis patrimonialibus collegerunt, vt alibi conducendo carius vendant?

Et infertur illam esse negociationem Clericis prohibitam tantum, qua debitum tributi habeat annexum, in qua lucrum intenditur ex emptione prius facta, secus si lucrum non ex emptione sed aliunde proueniat.

Et late explanatur Principes seculares non posse super bona Clericorum patrimonialia gabellas imponere? Ex part.5.tract.1.Res.27.

Sup. hoc supra in Res. 56.§.Sed hæc & in Res.70. & 214. §. Et tandem. 11. & signanter in fine, & in Res.355.& in aliis eius not. & infra in Res. seq. §.1.2,& 3.

§.1. AFfirmatiuè respondet Carolus de Grassis *de effectibus Clericatus,effect.3.num.178.* vbi sic ait:Ampliatur ista fallentia, vt procedat in Clerico, qui vellet fructus recollectos in propriis prædiis,vel Ecclesiasticis aliò exportare causa lucri faciendi, & vt cariùs ibi illos vendat ; quia etiam isto casu tenetur soluere vectigal, vti negotiator. Sic ille. Potest etiam hæc opinio probari ex doctrina Melchioris Phœbi *tom.1.decis.19. num.4.* Palatij *in rep. cap.per vestras §.39.num.11. extrà de donat.* Azeuedi *lib.2.tit. 1.l.2.num.37.*& aliorum quos citat, & sequitur Ramirez *in legem regiam, §.36. num.6. in gloss. littera I.* asserentium Clericos quoad bona patrimonialia reputari vt laicos.Et ideo in specie Bobadilla *in Polit.tom. 1.lib.2. cap.18. num.260.* & Doctores, quos citat in glossa *littera F,*docent Principes sæculares posse supra bona Clericorum patrimonialia gabellas imponere, quod etiam docuit Nauar. *in Manual. cap. 27 num.118.*

2. Sed his non obstantibus opinionem supradictam Caroli de Grassis omnino refellendam esse puto;& ideo in casu, de quo loquimur,Clericum non teneri aliquid soluere, docuit ex Dominicanorum familia doctus Antonius Sousa *in Bulla Cœna,cap.19. disp.92.conf.1.num.4.*vbi sic ait : Negotiatio lucratiua dicenda non est in casu quo Ecclesiasticus bona sua mittit ad locum, vbi plus valent.Vnde ex saccharo, & aliis, in quibus Rex Episcopis, & Clericis vltramarinis stipendium soluit, tributum exigi nonlicèt, quando illa venditionis causa ad hoc regnum asportantur : quia,propriè loquendo, hoc non est negotiari.Ita ille.Et nominatim contra Carolum de Grassis hanc sententiam docuit etiam nouissimè Martinus Bonacina *tom.3. in Bulla Cœna, disp.1. quæst.19. punct.3.§.3.num.6.* vbi sic habet : Ille non dicitur negotiari, qui vinum, oleum, & alia, quæ ex suo agro colligit,vendit, siue in eodem loco vendat, siue aliò transferenda curet,vbi cariùs vendere possit; nullus enim negotiari censetur vendendo res ex propriis bonis, Ecclesiasticis, vel patrimonialibus collectas.Hæc Bonacina.Et tandem hanc sententiam docere Laurentium Osorium *en su Pinna de rosas, lib.4.cap.2.fol.mihi 380.* patet ex his verbis : [Quando el Clerigo negocia con sus bienes, no pierde el privilegio, aunque los lleue al puerto, ò à otra parte à vender por via de negociacion, de los quales no deue alcauala,ni se la deuen pedir,so pena de caer en la censura de la Igletia.] Ita ille.

3. Et ad magis labefactandam opinionem Caroli de Grassis supponendum est,præsertim cum Ceuallos *tract.de cognit.per viam violentiæ, part.2. quæst. 64.num.21.* & Pereira *de manu regia, part. 2. cap.24. num.34.*Auctoribus non bene affectis erga Clericos, & immunitatem Ecclesiasticam, non omnem negotiationem lucratiuam esse interdictam Clericis, sed illam tantùm, quando res ipsa non meliorata cariori pretio vendenda est,quàm empta fuit.Et ita etiã docet Molina *de iustitia, tom.2.tract.2.disp.342.* Lessius *lib.2.cap.21.dub.1.num.4. & seq.* Bellettus *in disquis.part.1.de disciplina Clericali, §.21. num.7.& seq.* Alterius *de cens. tom.1. disput.19. lib.5. cap.6. dub.7.* Duardus *in Bullam Cœnæ.lib.2. can.28.q.8.num.14. & seq.*Malderus *de iustit.tract.5.cap.2. dub.4.* Syluius *in 2.2.D.Thomæ, quæst.77. art.4. conclus.4. ad 6.*Tannerus *tom.3.disp.4.q.7.dub.2. num.69.* Turianus *in 2.2. tom.2.disp.59.dub.2.num.1.& seq.* Rebellius *part.2.lib. 9.quæst.vltima.sect.1. & 2.* Riccius *in praxi, tom.1. resol.317.*Marta *de iurisdict.p.4.cas.3. n.9.& 10.*Faustus *in speculo Confess.disp.33.q.17.*Barbosa *in Collect.in ius Canon.tom.2.lib.3.tit 50.cap.6 num.3.* Et tandem Castrus Palaus *tom.2.tract 21.disp.unica.punct.9.num.16.* sic asserit. Respondeo illam esse negotiationem Clericis prohibitam, & quæ debitum tributi habet annexum, in qua lucrum intenditur ex emptione priùs facta ; secus si lucrum non ex emptione formaliter, sed aliunde proueniat, & sic negotiator non es, si vendas vinum, triticum, oleum ex redditibus tui beneficij,aut ex possessionibus tuis patrimonialibus collecta, quia illi non sunt fructus emptionis, sed tuarum possessionum.Ita Palaus.

4. Ex quibus satis apparet falsitas opinionis Caroli de Grassis : nam Clericus fructus recollectos ex suis bonis, vt cariùs vendantur, aliò asportans, non dicitur, vt ipse perperam supponit, negotiator. Ergo non tenetur soluere gabellam,& aliter facientem clarum est violare libertatem Ecclesiasticam, & in censuras Bullæ Cœnæ incidere.

5. Nec valet dicere id quod exigitur in casu, de quo loquimur, à Clericis non esse gabellam, sed regaliam debitam Regi;portus enim,vt patet, annumerantur inter Regum regalia. Respondeo, quòd licèt portus sit Regis regalia, non sequitur ex hoc quòd in illo exigitur, non esse gabellam;& ideo gabella à D D. nominatur. Poteram hoc probare ex verbis Sixtini Regneti *de Regalibus lib.2. cap.5. num.* 10.Henninhi Armæi *de iure Maiestatis lib.3. cap.5. num* 3.Dominici Ammæi *de iure publico vol. 3. discur. 15. num.* 58. Sed quia sunt Auctores damnati, non merentur hunc honorem;ideo apponam hîc tantùm verba Montani *de Regalibus, verb.Portus num.2.* vbi sic ait:Hoc vectigal portus duplex est, alterum vocatur anchoragij, alterum verò ius exituræ, quod soluitur ex his, quæ extrahuntur à portu causa mercimonij. Sic ille. Vnde *in l. inter publica, §. finali, ff. de verb. signific.* prouentus ex portu inter fisci vectigalia numerantur, & dicitur vectigal portus, & alio nomine Portorium,de quo fit mentio *in l.3.C.de vectigal.* & de quo etiam fit mentio inter vectigalia, quæ Nero abrogare volebat apud Tacitum *lib.13.*& M. Tullius *in orat. pro Manlio*, sic asserit : Neque ex portu, neque ex decumis, neque ex scriptura vectigal conseruari potest.Et Symmachus *lib.5. Epistolarum* vocat quadragesimæ, quinquagesimæque portorium,

Sup. hæc negotiatione lucratiua, & meliorata supra in Res. 214.§.Et tandem 1. per tot, & infra in Resol.261. §.2.& in tom. 6.tr.3. Resol. 187.§.1. à fin. 5.& in §. 2. Prope finem vers. Et tandem & in Res. 188. §. Item illa mutatio. & pro negotiatione lucratiua,sed re non meliorata, confirmi in Res.1. & 2.huius not.&melius cum multis DD. in Res. 4.§. Respondeo,ante medium, à vers. Quia illa tantum,& in tom. 6.tr.3. Res.179.

vel vectigal ; & ideò portorium , & vectigal idem sunt, vt patet, ex *l. cùm in plures, §. vehiculum, ff. de locat.* vbi vectigal quod in transitu alicujus pontis sumitur, nominatur portorium. Et tandem doctissimus, & amicissimus Regens de Napoli *in allegat. contrà Messan.* prouentum soluendum ex extractione serici è portu Messanæ vectigal vocauit, vt patet *in titulo dictæ allegationis , & imus fol.* 21. 24. 28. *&* 29. Cùm igitur ex dictis , vt satis probatum est, portorium, siue vt vulgò dicitur, extractio, seu ius tractarum sit gabella , sequitur necessariò Clericos ad illam non teneri, ergo, &c.

6. Restat modò respondere ad ea , quæ suprà in fauorem opinionis Caroli de Grassis adducta sunt. Dico igitur quòd glossa *in cap. similiter* 16. *q.* 1. tenet bona patrimonialia Clericorum gaudere eodem priuilegio, quo gaudent bona Ecclesiarum; & licèt aliqui hoc admittant in casibus tantùm à iure expressis; certum, & inconcussum tamen est, quòd sicut non possunt collectari res Ecclesiæ, ita nec bona Clericorum patrimonalia, vt ego ipse aduersùs politicum Bobadillam docui cum 19. Auctoribus , *in part.* 1. *tract.* 2. *resolut.* 39. quibus nunc addo Gregorium Lopez, Rouitum , & Constantium , quos citat , & sequitur Antonius de Marinis *quotidian. resolut. cap.* 37. *num.* 9. Idem docet Marta *de Iurisd. part.* 4. *cent.* 1. *cas.* 49 *num.* 9. Et penes ipsum Ioan. Antonius de Nigris, Archidiaconus, Baldus, Afflictus , Geminianus , & Buonius. Et tandem hanc sententiam tenet etiam Imola , Riminaldus iunior, & Ripa, quos citat , & sequitur Tamburinus *de iure Abbatum tom.* 1. *disp.* 15. *quæst.* 20. *n.* 3. Barbosa *de iure Eccles. lib.* 1. *c.* 39. §. 5. *n.* 6. Baldellus *lib.* 5. *disputat.* 34. *num.* 2. Ciarlinius *contr. for. cap.* 31. *num.* 7. Guilenzonius *cons.* 53. Castillo, Sotomaior *de Tertiis tom.* 7. *cap.* 9. *num.* 18. Castrus Palaus *tom.* 2. *tract.* 12. *disput. vnica punct.* 9. *num.* 2. me citato, Paulus Squillante *de priuileg. Cler. cap.* 8. *num.* 34. Vnde nouissimè hanc sententiam canonizauit sacra Rota Romana *in vna Albanensis gabella die* 23. *Iunij* 1630. coram Merlino , vbi sic habetur : Bona patrimonialia Clericorum etiam laïcalia sunt immunia ab omnibus laïcalibus ob dignitatem personarum, quæ dignitas personæ influit immunitatem in ipsa bona; illa enim adhærent personæ Clerici, nec persona dici potest plenè, & perfectè exempta , nisi etiam illius bona exempta sint. Ita Abbas, Decius Felinus , & alij Canonistæ cómuniter *in c. Ecclesia sancta Mariæ.* Baldus *in l.* 2. *C. de Episc. & Cler.* & alios refert, & sequitur Suarez *li.* 4. *c.* 25. *n.* 4. *& seq.* Huc vsquesacta Rota, cuius decisionem penes me impressam habeo ex munere dicti Illustrissimi Merlini domini mei amantissimi, & admirabilis eruditionis viri. Cùm igitur hæc opinio sit communis inter Theologos Canonistas, & Iuristas, nescio, quo pacto aliqui his dictis contrariam ausi sint adducere, sine timore censurarum Bullæ Cœnæ , vt inter alios obseruat Riccius *in praxi tom.* 4. *resolut.* 93. *num.* 2. Et ad auctoritatem Nauarri respondeo vt obseruat Faustus *in specul. Confess. disput.* 33. *quæst.* 13 *num.* 2. esse sibi contrarium, nam *in cap.* 17. *num.* 202. ait, eos qui pedagia à Cleticis exigunt, aut exigi iubent , incurrere censuras Bullæ Cœnæ, etsi id, quod vehunt important, vel asportant, sit de eorum patrimoniis. Vnde ex his omnibus patet Clericos esse exemptos à solutione vectigalis , quod soluitur pro extractione frumenti, vini, &c. intra Regnum Siciliæ, neque aliter sentiendum esse puto.

Quæ hic est Resol. annexa lege dictæ Resol. cum not. & infrà in Resol. seq.

7. Sed aduersùs supradicta , dicet aliquis obstare consuetudinem in hoc Regno , de quo testatur Carolus de Grassis *effect.* 2. *num.* 294. asserens, ab illo non posse extrahi bladа , accætera comestibilia sine licentia Proregis, & solutione dritti, seu extractionis; licèt tales res fuissent productæ & recollectæ in prædiis Ecclesiasticis , & Clericorum ; & Clerici contrauenientes tali statuto asserit non posse puniri per Principes sæculares, sed per suos superiores. ergo si Clerici per extractionem suorum bonorum extra Regnum soluunt gabellam , seu ius tractæ, dicendum est etiam eamdem gabellam soluendam esse in extractione infra Regnum, contra id quod superiùs firmatum est, nam in vtroque casu militat eadem ratio, vt patet, & ideo debet esse eadem iuris dispositio, ex *l. illud. ff. ad leg. Aquil.* ex *l. illud, C. de sacros. Eccles. l. si postulauerit. §.* 2. *ff. ad leg. Iul. de adult.* & aliis iuribus.

8. Respondeo , quòd consuetudo etiam immemorabilis, quæ præiudicat aliquo modo libertati Ecclesiasticæ , non valet , nec admitti debet ; etiamsi sit consuetudo mixta laicorum, & Clericorum, quia Clerici etiam volentes non possunt se submittere iurisdictioni laicali , vnde non est vis facienda in tali practica. Et ita in terminis, vt dici solet, terminantibus nominatim contra Grassum, & contra consuetudinem huius Regni , firmat & docet hanc sententiam Ioannes Baptista Ciarlinius *in controuers. forens. o.* 31. *n.* 15. *&* 16.

Super hac mixta consuetudine infra in Resol. 295. & in aliis eius not.

RESOL. CCLVII.

An Princeps possit imponere gabellas super bona Clericorum , siue patrimonialia sint , siue ipsis donata , aut empta, aut quouis alio titulo quæsita sint?

Et an Clerici teneantur soluere gabellas impositas super bona laicorum ad ipsos postea aliquo titulo superuenientia? Ex part. 1. tr. 2. Resol. 43. alias 42.

§. 1. HIc casus ponitur maximè pro Regno Neapolitano vbi de iure eius municipali Clerici non gaudent immunitate collectarum in bonis donatis , vt notat, nec improbat Riccius *part.* 4. *collect.* 901.

2. Sed non posse Principes hoc efficere, docet noster P. Duardes *in Bull. Cœn. lib.* 2. *can.* 18. *q.* 6. *n.* 1. *& seq.* & patet ex verbis Bullæ, ibi : *Imponentes decimas,* &c. *personis Ecclesiasticis , ac eorum , & Ecclesiarum bonis.* Ex quibus verbis bona Clericorum eximuntur ab oneribus huiusmodi : & cùm textus Bullæ generaliter loquatur de bonis Ecclesiasticorum , non debemus illum restringere; sed generaliter , vt loquitur, intelligere de quibuscunque eorum bonis , siue patrimonalia sint, siue donata, siue empta , aut quouis alio titulo quæsita. Et ita etiam hanc sententiam docet Barbosa *in suis collect. tom.* 1 *lib.* 3. *tit.* 49. *c.* 4. *n.* 4. Filliucius *tom.* 1. *tr.* 16. *c.* 11. *n.* 298. Reginaldus *tom.* 1. *lib.* 9. *c.* 25. *n.* 377. Altherius *tom.* 1. *disp.* 19. *lib.* 5. *c.* 2. *fol. mihi* 307. *col.* 2. Lessius *lib.* 2. *c.* 3. *dub.* 3. *num.* 19. & alij, qui non solùm docet, vt *suprà* probatum est, bona patrimonialia Clericorum esse exempta sed etiam alia, alio quouis titulo quæsita.

Sup. hoc suprà lege doctrinam Resol. 237.

Sup. in Resol. quæ hic est 255. & in aliis eius not.

3. Ex his igitur apparet , censura Canonis 17. Bullæ Cœnæ innodari omnes illos, qui imponunt collecta-, decimas, tributum, siue gabellam cuiuscunque generis super omnia Clericorum bona , siue sint patrimonialia, siue acquisita ex testamento, donatione, emptione , aut quouis alio titulo : & ideò consuetudo Regni Neapolitani videtur improbanda.

4. Non reticebo tamen, aliquos Doctores illam approbare, vt Coriolanum *in Bull. Cœna, excomm.* 18. *fol. mihi* 951. & Prosperum de Augustino *in addit. ad summam Quaranta, verb. vectigal. fol. mihi* 632. Sed an probabiliter , videant viti docti, & iudicent. Duardus *vbi supra nu.* 12. talem consuetudinem improbat,

& asserit, quòd si in Regno Neapolitano non adest priuilegium Pontificis id concedentis, illam consuetudinem, seu Constitutionem imponendi gabellas super bona Clericorum donata, esse contra libertatem Ecclesiasticam, & nullam prorsus retinere firmitatem. Sed an, Clericus teneatur soluere gabellas impositas super bona laicorum, ad ipsum posteà aliquo titulo, de quibus *suprà*, peruenientia? respondeo distinguendo: vel illa bona habebant annexam aliquam gabellam, vel collectam certam perpetuam, & inuariabilem, nimirum vt ex eis quotannis soluatur certa pensio in perpetuum: vel illa bona erant solùm obligata ad Collectas, obligatione indeterminata, & variabili ad tempus, nimirum, ad soluendas collectas pro varietate temporum, & necessitatum occurrentium. In primo casu tenentur Clerici soluere supradicta onera: in secundò minimè. Et ita docet Filliucius *tom.1.tr.16.c.11.num.294.* Azorius *p.3.lib.5. c.19. q.8.* Duardus *in Bull.Cœnæ, lib.2. can.18. q.6.n.6.* Megala *in part.2.lib.2.c.17.q.6.n.98.& 103.* Alterius *tom. 1. disp.19.lib.5.c.6.fol. mihi 719.* Prosper de Augustino *in addit.ad Summam Quarantæ, verb. vectigal.* Sousa *in Bulla Cœnæ, c.19.disp.92. n.5.* Molfesius *in summ. tom.2.tract.12.c.22.n.167. & 168.* Turrianus *tom. 2. in 2.2. disp.44.dub.4.n.13.* Molina *tom.3.tr.2.disp.672.* & alij. Vide etiam Layman *in Theolog.mor. lib 4.tr.9. .6.n.5.* Malderum *in 2.2. tr.5. c.6. dub.9.* & Suarez *contra Regem Angliæ, lib.4.c.20.*

Sup. hoc in Resol. seq & in tom. 6. tr.9. Resol.66. §. Accedit.

RESOL. CCLVIII.

An Clerici teneantur soluere collectam certam & inuariabilem impositam per statutum super aliqua bona, priùsquam ad eos peruenissent?

Et an prædia omnia sint obligata pro tributis Reipublicæ impositis? Ex part.3.tract.1.Resol.17.

§.1. AFfirmatiuam sententiam docet Barbosa *in collect.tom.1.lib.3.tit.49.c.4. n.5.* & ego ipse cum multis aliis *in tr.1. part.1. de immunit. Ecclesiast. resol.42.* nunc autem existimo contrariam sententiam esse etiam probabilem, quam tuentur DD. quos cipsat,& sequitur D. Carolus de Grassis *de effectibus clericatus, eff.3.à n.162.* vsque *ad n.176.* quibus ego addo doctissimum Iurisconsultum Hispanum Ioannem Bertran, de Gueuara *in propugnac. liber. Eccles. assert.1. §.6.n.27.* vbi sic asserit. Non potest sustineri opinio Bartoli etiam si onus impositũ sit inuariabile,& certum & in certa quãtitate; quia collecta est onus, quod personis imponitur secundùm quantitatem possessionum & rerum, ita quòd collectæ sint onera mixta, ex *l.rescripto, §.finali, de muner.& honor.* & ita collecta quantum ad obligationem est onus personale, & quantum ad quantitatem est reale; ac proinde quando imponitur onus à statuto super rebus certum & inuariabile, id censetur fieri in fraudem Ecclesiasticorum, & ita est eadem ratio, ac si esset onus variabile, & incertum, quidquid contradicant alij distinguendo, an onera certa & firma, & inuariabilia sint, an verò incerta, & variabilia.

Quæ hic est Resol. antecedens, §. vlt. paulo post initium. & in tom 7. tr.9. Resol.66.§.Accedit.

2. Nec enim hæc distinctio admittenda est, quando per statutum onus soluendum imponitur in futurum, aliter si fiat per specialem contractum Principis, vel contrahentium. Ita Gueuara, & ante illum Cardinalis Albanus *in tract.de immunit. Eccles.* qui omnino videndus est, & habetur *in tom. 13. tractatuum part.2.* Hoc etiam docet Alexander Pesantius *tract.de immunit. Eccles.disp.7.* vbi sic ait. Quando onera sunt perpetua, & certa, & rebus imposita, maior est difficultas; sed si generalitati sacrorum Canonum standum sit, idem dicendum est, quod de secundo casu, & ego vt tuas reddam Principum, & Magistratuum sæcularium conscientias, non possem, tuta conscientia, aliud suadere, quàm vt cum talia onera imponenda, vel imposita iam exigenda sunt, non aliter fiat, quàm consulto, & concedente Romano Pontifice. Sic Pesantius, quæ omnia intelligenda sunt, vt notat Grassis *vbi suprà*. etiam si bona patrimonialia clerici reperiantur in extimo descripta, nam non transeunt in clericos cum onere suo, licèt tale onus esset reale, perpetuum & durabile.

3. Ex his patet refellendum esse Ioannem Driedonem *de libertate Christiana lib.2. cap.3.* asserentem, quòd prædia omnia sunt obligata pro tributis Reipublicæ impositis, & imponendis, & cum hoc onere transire in Ecclesiam; sed hæc opinio est falsa, & Thologo indigna.

RESOL. CCLIX.

An Princeps possit imponere, & exigere gabellas à Clericis in Minoribus constitutis?

Et quid, si adsit consuetudo in contrarium?

Et quid de Clericis primæ Tonsuræ? Ex part.1. tract.2. Resol.36. aliàs 35.

Sup. hoc supra in Resol. 64.& 2. paulo post initiũ, & in Resol. 1. §.2. etiam paulo post initium, & Inf. lege doctrinam Resol. seq.

§.1. DE Clericis primæ tonsuræ affirmatiuè respondet Angles *in 4.tom. 2.de restit.vectig. disse.5.* Lassarte *de decim.vendit.c.19.n.21.* Guttierr. *pract.qq.lib.1.q.8.* Ledesma *in summa, tom.2. tract.17. c.2.concl.27.* & Ioann. de la Cruz *in direct. conscient. p.1 præcep.7. art.3. concl.1.*

2. Sed stando in iure communi, contrariam sententiam prorsus amplectendam esse puto: nam omnes Clerici, etiam primæ tonsuræ, gaudent exemptione gabellarum; vt notat Molina *tom. 3.tract. 2. disp.270.num.5.* Malderus, Lessius, & alij, *vbi infrà* & colligitur *ex c.fin.de vita.& honest.cler. ex c. quanquam. de censibus, & ex l.Presbyteros, C.de Episcop. & Cler.* Dixi, stando in iure communi: nam in aliquibus Regnis, Clerici in minoribus constituti, si actu beneficium non habent, non sunt exempti ab onere gabellarum, vt notant Aragon *in 2.2.q.62. art.3.* Bobadilla *in Polit.tom.1.lib.2.c.18.n.263. & 183.* Ioan. de Hevia *in tr.de commerc.lib.1.c.14.n.9.* Flores de Mena *lib.2. q.21. n.199.* Felicianus *de cens.lib.2 c.vlt.n.13.* Gironda *de gabellis. p.7. n.7.* Rodriquez *in summa, tom.1.c.75.concl.14.* Ioan.de la Cruz *in direct.conscient. part.5.præcept.7.q.7.art.3 dub.1. concl.1.* & alij penes ipsos. Et hoc stante consuetudine, à Romano Pontifice scita, & approbata, vt obseruant Vasquez *opusc. de restit.c.6.§.1.n.33.* Lessius *lib.2.c.33.dub.5.n.39.* Malderus *in 2.2.tract.5.cap.6.dub.8.* Molina *tom. 3.tr.2. disp.270.n.5.* Turrianus *in 2.2.tom.2.disp.44.dub.4.n.12.* Salas *de legib.q.96.tr.14.disp.14.sect.11.n.121.*

3. Sed hanc consuetudinem, & Doctorum opinionem refellit ex Theologis Hispanis Garcias *de beneficiis, tom.1.part.2 cap. 3.à n.1.vsque ad 10.* & ex nostris P.Megala *in par.2. lib.2.c.17.q. 6.n.101.* Quicquid igitur sit de hoc, certum est talem consuetudinem non extare in hoc Regno Siciliæ: & ideò Clericos minores etiam primæ tonsuræ, gaudere exemptione gabellarum: & qui vectigalia ab illis exigerent, vel imponerent, in excommunicationem Bullæ Cœnæ inciderent.

RESOL CCLX.

An Princeps sæcularis possit imponere, & exigere gabellas

gabellas à Clericis non habentibus requisita Concilij Trid. sess. 23. c. 6. de quibus supra dictum est? Ex part. 1. tract. 2. Res. 37. aliàs 36.

Sup. hoc supra in Res. 44. 2. paulo post initium, & in Res. 129. §. 2. etiam paulo post initium & lege etiam doctrinam Res. 129.

§. 1. ETiam secluſa conſuetudine in contrarium, de qua in ſuperiori reſolutione, affirmatiuam ſententiam docent non ignobiles Authores, vt Homobon. *de exam. Eccles. p. 1. tr. 7. c. 29. q. 120.* Layman *in Theolog. moral. lib. 4. tract. 9. cap. 6. n. 3.* Suarez *contra Regem Angliæ, lib. 4. c. 27. n. 14.* Azorius *p. 3. lib. 5. c. 19. q. 6.* Filliucius *tom. 1. tr. 16. c. 11. n. 298.* Reginaldus *tom. 1. lib. 9. c. 25. n. 376.* Coriolanus *in Expos. Bull. Cœn. excomm. 18. fol. mihi 949.* Alterius *de censur. tom. 1. disp. 19. lib. 5. capit. 6. dub. 10.* Barboſa *in collect. tom. 1. lib. 3. tit. 49. capit. 7. num. 7.* Ceuallos *tract. de cognit. per viam violentiæ, in proœm. c. 7. n. 22.* vbi ſic aſſerit: [Clericus, ſi non obſeruet requiſita Concilij Tridentini, non poteſt dici exemptus à tributis, niſi ſit iuriſdictioni Eccleſiæ ſubiectus: & ſic, cùm Clerici in minoribus non gaudeant priuilegio fori ex defectu dictarum conditionum; conſequenter non gaudent immunitate à tributis, & gabellis.] Ita ille. Et ſecundùm hanc opinionem, vt Clericus ſit exemptus à gabellis, debet incedere, non ſolùm in habitu, & tonſura; ſed etiam deſeruire alicui Eccleſiæ, de mandato Epiſcopi: nam has conditiones requirit Concilium Tridentinum, vt *ſuprà* ſatis explicatum eſt. Et ita etiam docet noſter P. Molfeſ. *in ſumma, tom. 1. tract. 6. c. 10. n. 65. & tom. 2. tr. 12. c. 22. n. 162.* Hæc opinio eſt probabilis cum Graff. *part. 1. lib. 2. c. 125. n. 21.*

2. Sed non minùs probabilem, contrariam eſſe ſentio quàm ſæpiùs in praxi conſului: nam dicti Clerici de iure communi ſunt exempti à ſolutione gabellarum. Nec obſtat ius nouum Concilij Tridentini: nam loquitur tantùm de priuilegio fori, & tantùm reſtringit illis hoc priuilegium: immunitas verò à tributis non dependet à priuilegio fori, & poteſt habere rationem omninò diuerſam, nam & laïcis quibuſdam ſine priuilegio fori conceditur. Ergo, &c. Et ita hanc ſententiam docet Leſſius *lib. 2. c. 33. dub. 5. n. 38.* Molina *tom. 3. tract. 2. disp. 279. n. 5.* Malderus *in 2. 2. tract. 5. c. 6. dub. 8.* Garcias *de beneficiis, tom. 1. cap. 3. part. 2. num. 5. in fine.* Et ita declaraſſe Sacram Cardinalium Congregationem, apparet apud Comitolum *in reſponſ. moral. lib. 6. quæſt. 20.* vbi habetur epiſtola tenoris ſequentis, directa ad eundem Comitolum.

3. [Molto reuerendo Padre, ſono ſtati altre volte conſiderati, & reſoluti nella Congregatione del Concilio i dubij, che mi ſcriue la R. V. Quanto al primo, è ſtato deciſo, che chi non hà beneficio, ò non camina con habito, e tonſura, ſenza altra monitione, viene eſcluſo del priuilegio del foro. Quanto al ſecundo, la Congregatione hà ſentito, ch'i Clerici, che mancando nelle coſe contenute *en el 6. ſeſſ. 23.* non godono il priuilegio del foro, non per quæſto s'intendono priuati del priuilegio *del can. ſi quis ſuadente Diabolo.* Da queſta ne ſegue la riſolutione al terzo queſito. Perche non togliendo il Concilio (notentur hæc verba) ſe non il priuilegio del foro, tutti quell' altri priuilegij che competono à Chierici, rimangono nella diſpoſitione della raggione commune. Con che imaginandomi, &c. Di Roma il di 21. di Agoſto, 1581. Di V.R. como fratello amoreuoliſſimo, Antonio Cardinale Caraffa.]

4. Ex his apparet, ſupradictos Clericos gaudere immunitate gabellarum, quia, vt diximus, & docuit Sacra Congregatio, hoc teſtante ſupradicto Cardinali, Concilium tollit Clericis priuilegium fori; non autem alia priuilegia, quæ illis competunt de iure communi, & diligenter enumerat idem Comitolus *lib. 1. q. 54. n. 2.* Et poſt hæc ſcripta inueni, hanc opinionem docere etiam Iuriſconſultum Hiſpanum Torreblancam *in defenſione, lib. de Magia, c. 6. n. 96.* vbi ſic aſſerit: [El Clerigo de corona *exemptus eſt ab exactionibus, & contributionibus, tam realibus, quàm perſonalibus tributorum, petitorum, gabellarum, & munerum temporalium.* Porque cerca deſto el Concilio Tridentino, nò tratò nada, y aſſi, lo dexò à la diſpoſicion del derecho comun, en que eſta mandado, que goze de todos los priuilegios de los Clerigos, y aſſi lo reſolue nouiſſimamente la Congregacion de los Señores Cardenales deputados por la Sede apoſtolica para la interpretacion del Concilio *in dicta ſeſſ. 23. c. 6.*] Ita Torreblanca, vnde de hoc non eſt ampliùs dubitandum à ſcrupuloſis.

RESOL. CCLXI.

An princeps poſſit imponere gabellas ſuper bona Clericorum, qui habitum Clericalem aſſumpſerunt, ſinè intentione Clericandi, ſed tantum in fraudem collectarum? Ex part. 1. tract. 2. Reſ. 44. aliàs 43.

§. 1. VIdetur reſpondendum affirmatiuè, & dictos Principes, ita facientes, non incurrere in excommunicationem Bullæ Cœnæ, putauit Coriolanus *in expoſ. dictæ Bullæ, excomm. 18. fol. mihi 950.* & Proſper de Auguſtino *in addit. ad ſummam Quarantæ, verb. vectigal.* ex authoritate *legis, qui ſub prætextu, C. de ſacroſanct. Eccleſ.*

2. Sed meritò noſter P. Duardus *in Bulla Cœn. lib. 2. can. 18. q. 7. n. 2.* contrarium docet; nempe, Clericos incedentes cum habitu, & tonſura, & diuinis deſeruientes, etiamſi habitum ipſum aſſumpſerint in fraudem gabellarum, gaudere dicta exemptione. Et ratio eſt: quia ſupradicti Clerici, etiamſi non habeant animum permanendi in clericatu, hic, & nunc verè Clerici ſunt: ergo gaudent exemptione gabellarum; & ideò illas ab illis exigentes in excommunicationem Bullæ Cœnæ incurrerent. Quæ ita vera eſſe exiſtimo, vt putem contra Duard. *n. 5.* eos etiamſi Eccleſiæ alicui non deſeruirent, adhuc gaudere gabellarum exemptione: nam, vt *ſuprà* probatum eſt; vt Clerici ſint immunes à ſoluendis gabellis, non eſt neceſſarium, vt habeant conditiones requiſitas à Concilio Tridentino: nam Concilium in illo loco loquitur tantùm de priuilegio fori, & nihil tangit de aliis Clericorum priuilegiis. Ergo, &c.

Sup. in Reſ. quæ hic eſt antecedens.

RESOL. CCLXII.

Sup. prima diffic. huius tituli ſup. in Reſ. 167. §. Sed hoc & in fine, Reſ. 171. & in Reſ. 172. §. vlt. & in tom. 7. tr. 3. Reſ. 54. §. vlt.

An Princeps poſſit imponere, & exigere gabellam ab Equitibus D. Iacobi, Alcantaræ, Calatraua, &c. & adhuc Nouitiis?

Et ex doctrina huius quæſtionis infertur dictos Equites eſſe vere Religioſos, & poſſe confiteri cum Sacerdote non approbato ab Ordinario, ſicut poſſunt alij Regulares, quod eſt valde notandum. Ex part. 1. tr. 2. Reſ. 50 aliàs 49.

§. 1. AFfirmatiuè reſpondet Bobadilla *in polit. to. 1. lib. 2. c. 18. n. 264.* nam putat, dictos Equites eſſe tantùm immunes à gabellis, quoad bona cómendarum. Ita etiam ſentiunt alij Iuriſperiti, & Theologi, qui tenent, dictos Equites non eſſe verè Religioſos, vt præter Doctores, quos citat Sanchez, *vbi infrà* docent Ioan. de la Cruz *de ſtat. Relig. lib. 1. c. 2. dub. 3. concluſ. 2.* Petrus de Ledeſma *in ſumma. tom. 2. tract. 10. c. 8. dub. 2. concluſ. 2.* Emmanuel Sà *verb. Religio, n. 41.*

Sup. hoc in tom. 7. tr. 3. Reſ. 54. §. 1. & ibi in tr. 1. Reſ. 99. §. 2. & in aliis eius not. & curſim.

in Ref. 100. & hic sup. in Ref. 167. breuiter in §. 1. & in Ref. 169. cursim in principio, & in tom. 5. tr. 7. Ref. 34. §. Adde. & in Ref. 35. §. 1. prope finem, & in Ref. 36. §. Nec valet. inter med. & finem, vers. Respondeo & in aliis eius not.

Burgos de Paz *consil.* 17. *num.* 2. & 3. Natta *lib.* 3. *consil.* 508. & 509. Graffius *tom.* 1. *lib.* 3. *consil.* 11. *de Regul.* Valentia *tom.* 3. *disp.* 10. *q.* 4. *punct.* 12. Moneta *de contr.* 2. *n.* 30. & alij.

2. Sed contrariam sententiam amplectendam esse puto; nempe, hos Equites esse verè Religiosos. Ita Sanchez *in summa, tom.* 1. *lib.* 4. *c.* 16. *n.* 11. vbi citat pro hac sententia octo Doctores, quibus ego addo alios, quos citat Garcias *de benef. to.* 1. *p.* 1. *c.* 4. *n.* 15. & Hieronymum de Cenedo *tract. de pauper. relig. dub.* 60. *n.* 12. & *seq.* & Basilium Poncium *in tract. de impedim. matr. causa* 27. *q.* 2. §. 4. vbi sic asserit: [Dictos Equites esse verè, & substantialiter Religiosos, adeò certum existimo, vt oppositum iudicium nimis licentiosè dictum, ne dicam granius, cùm pleno ore literæ pontificiæ illos appellent Religiosos, & etiam cum castitate coniugali, vera Religio constare possit, eò quòd, sicut in paupertate latitudo est: ita etiam in castitate, quæ est materia voti.] Ita Pontius cum aliis Theologis, quorum vota circa præsentem quæstionem adducit Mota *de confirm. ordin. D. Iacobi, lib.* 2. *c.* 2. §. 29. *per totum*, vbi *n.* 4. Michaël de Carrança probans dictos Equites esse verè Religiosos, sic ait: [Confirmase tambien por la practica deste Reyno de Valentia, donde veimos, que son exemptos de sisas, y imposiciones, que no pagan los Ecclesiasticos, y Regulares, y los seglares las pagan, y estos Caualleros de Santiago, Calatraua, Alcantara, y Montesa, come he dicho, no los pagan.] Ita ille. Et doctissimus Sancius *in suis practicis disputationib.* ita tenet, dictos Equites esse verè Religiosos; & docet, illos posse confiteri cum Sacerdote sæculari nõ approbato ab Ordinario; sicut possunt alij Regulares. Sic ille *in disp.* 49. *n.* 11. & 13. quod est valdè notandum, quia nouum. Et Flores de Mena *lib.* 2. *q.* 21. *n.* 205. docet etiam, dictos Equites non esse collectandos, & esse immunes à gabellis: quia, dato, & non concesso, quòd non sint verè Religiosi, sunt tamen personæ Ecclesiasticæ, & largo modo Religiosi. Vnde ex his, me consulente, in causa D. Aloysij Mastrantoni: & D. Ioannis de Gioœni Illustriss. Senatus Panormitanus concessit exemptionem gabellarum supradictis Equitibus, qui erant adhuc Nouitij.

Suprà hoc quod hic docetur, in tom. 7. tr. 1. Resol. 87. in fine, & in Ref. 96 §. 1. & in Ref 99. § 2. & in Ref. 100. & in to. 1. tr. 3. Resol. 22. §. Quoad secundum & seqq. & in tom. 2. tr. 2. Ref. 22. §. 2. ante medium, & in tom. 3. tr. 1. Ref. 39. §. vlt. & in Ref. 79. § Ex quibus. ante med. vers. Et tandem.

RESOL. CCLXIII.

An Princeps possit imponere gabellas super bona Nouitiorum?

Et an dicti Nouitij gaudeant priuilegio Canonis, & fori? Ex part. 1. tract. 2. Res. 38. aliàs 37.

Sup. hoc lege doctrinam præcedentis Ref. signanter in fine, & sup. ex Ref. 136. §. Sed difficultas. & ex Ref. 167. §. Sed hos. à lin. 2. & aliarum Resol. & §§. eius not.

§. 1. Affirmatiuè videtur respondendum ex Molfesio *in summa. tom.* 2. *tract.* 12. *c.* 22. *n.* 162. vbi docet, Regulares professos esse exemptos à gabellis: ergo videtur excludere Nouitios: quia non sunt Regulares professi. Sed non credo, virum doctum, & pium hanc sententiam docere sed sub nomine Regularium professorum, Nouitios etiam inclusit: nam in fauorabilibus, sub nomine Religiosorum includuntur. Igitur soli Parladorius *rer. quotid. anar. lib.* 1. *cap.* 13. §. 1. *n.* 21. *in* 2. *edit.* & Ignatius Lassarte Doctor Hispanus, docuerunt hanc affirmatiuam sententiam *in tract. de decim. vendit. cap.* 19. *num.* 50. *fol. mihi* 189.

2. Sed aduersùs illos, & meritò insurgit Molina *tom.* 3. *tract.* 2. *disp.* 671. *n.* 2. Malderus *in* 2. 2. *tr.* 1. *c.* 6. *dub.* 8. Turrianus *in* 2. 2. *tom.* 2. *disp.* 44. *dub.* 4. *n.* 12. Bartholomæus à S. Fausto *in speculo Confess. disput.* 33. *quæst.* 14. *num.* 2. & nouissimè Barbosa *in collect. tom.* 1. *lib.* 3. *tit.* 49. *cap.* 7. *num.* 11. Sanchez *in summa, tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 10. *n.* 16. Et probatur hæc opinio duplici ratione: quia Nouitij vere sunt de familia Monasterij, & pars communitatis istius Religionis, quæ exempta est. Deinde, receptissimus vsus habet, vt tributum merè personale Nouitius non soluat: quia verè persona eius habetur Ecclesiastica. Itaque meritò, qui agnoscitur pro Ecclesiastico, etiam in patrimonialibus bonis, instar reliquorum Ecclesiasticorum exemptus habendus erit. Et ita hanc sententiam non solùm Theologi omnes sequuntur, sed etiam peritissimi Iurisconsulti, vt Grass. *de effectibus cleric. effect.* 3. *num.* 131. qui citat Abbatem, Bartolum, Ripam, & alios. Idem etiam docuit Flores de Mena *in suis variis qq. lib.* 2. *quæst.* 21. §. 4. *num.* 198. *fol. mihi* 270. & antea docuerat Bertachinus *tract. de gabellis, part.* 7. *principali, num.* 56. Nec valet dicere cum Lassarte, *vbi suprà*, quòd Nouitius non sit verè Religiosus, & transire possit ad sæculum: quia etiam Acolytus ad sæculum, relicto officio Ecclesiastico, transire potest, & tamen gaudet exemptione gabellarum. Sufficit igitur, vt Nouitius in Religionem sit admissus: quia, vt diximus, pars est communitatis Religionis, quæ verè est communitas personarum Ecclesiasticarum, estque is Nouitius in via, vt perfectè, & indissolubiliter vniatur eidem communitati, ac proinde eo ipso reputatur persona Ecclesiastica, & gaudet priuilegio canonis, & exemptione gabellarum.

Sup. his in Ref. 4. not. præteritz. & pro parte in alio §. eius annot.

RESOL. CCLXIV.

An Clericus, vel Religiosus conducens agros alienos teneatur soluere gabellam ex fructibus inde perceptis? Et an possint vti negotiatione artificiosa, ideſt qua res arte mutatur, & sic venditur, vt emere iumenta, vt nutrita, & meliorata vendant cum lucro, item oues emere, & nutrire, ex quibus vendant caseos, & agnos, vel quodcumque genus rei, quod nouerint sua arte meliorandum, &c. Ex part. 6. tr. 7. & Misc. 2. Res. 11.

Sup. hoc in tom. 6. tr. 1. Ref. 387. §. paulo post initium & paulo ante finem, & legi doctrinam §. not. seq. & aliarum eius annot. & ex illis applica doctrinã ista quæst. vel. eam distinctione in omnibus aliis eius annot.

§. 1. Affirmatiuè respondet Bonacina *tom.* 2. *disp.* 2. *de restitut. q.* 9. *punct.* 2. *n.* 4. vbi sic ait: Clerici non tenentur ad soluenda vectigalia emendo vinum, & panem ad sui vel familiæ sustentationem. Idem dicendũ si vendãt fructus perceptos ex propriis agris: secus si quis eos percepit ex alieno agro, quem conduxit, & coluit per operarios, vt fructus inde perceptos venderet: hoc enim est genus negotiationis veritum Clericis. Ita Bonacina, qui citat Lessium & Molinam, cum Quaranta.

2. Sed non desinam hic adnotare contrariam sententiam tanquam probabilem admittere Ægidium Trullench. *in Decalogum, tom.* 2. *lib.* 7. *c.* 12. *dub.* 5. *n.* 14. quia in rigore talis Clericus non potest dici negotiator: & ideò idem Trullench *loco cit. c.* 20. *dub.* 19. *n.* 8. sic ait. Nota Clericis tantùm prohiberi negotiationẽ, propriè dictam, quæ dicitur lucrativa. Vnde possunt vti negotiatione artificiosa, id est, qua res arte mutatur & sic venditur: quia hoc potiùs est artificium, quàm negotiatio. Vnde licèt Clerico emere iumenta, vt nutrita & meliorata vendat cum lucro, secluso tamen scandalo. Item oues emere ac nutrire, ex quibus vendat caseos, agnos, &c. Denique poterit Clericus emere quodcumque genus rei, quod nouerit sua arte meliorandum, vt illam in melius mutatam carius, & cum lucro vendat. Item & agrum conducere, & per operarios colere; & fructus vendere: hoc namque non est negotiatio. Ita Trullench. Sed videtur non esse discedendum à prima sententia, quam nouissimè tenet Ioannes Wiggers *de iustitia & iure in* 2. 2. *tract.* 5. *c.* 5. *dub.* 2.

Et pro contento in hoc §. vlt. sup. in Ref. 176. §. Et ad magis, & cum distinctione

dub.2.n.7. quia licèt, vt ait ille, hoc non sit propriè negotiari, tamen expresè est Clericis interdictum, vt patet *ex cauſ.21.quæſt.3.can.1.& 3.*

RESOL. CCLXV.

An Clericus negotiator ſtatim ante trinam monitionum teneatur ſoluere gabellas, & Princeps laicus illas ab illo poſſit licite exigere? Ex part. 1. tract.2. Reſ.47.alias 46.

§.1. AFfirmatiuè reſpondent communiter. Ita Malder. *in 2.2.tract.5.cap.6. dub.9.* Portel. *in dubijs Regul.verb.tributum,n.5.* Ioan.de Heuia *tract. de commerc.lib.1.cap.14.n.10.* Proſper de Auguſtino *in addit.ad ſumm. Quaranta, verb.vectigal.* Turrianus *tom.2.in 2.2.diſp.44.dub.4.n.12.* & alij.

Sup. hoc in dubius Reſ. ſeqq. & ſup. in Reſ. 151. curſim in fine.

2. Non deſunt tamen Doctores contrarium ſentientes, videlicet, quòd Clerici negotiatores non tenentur ſoluere gabellas, niſi ter priùs fuerint moniti, vt deſiſtant à negotiatione. Ita docet Lopez *inſtruct.p.2.cap.* 41. Souſa *in Bull. Cœn.c.19.diſp.92.n.3. in fin.* Rodriq. *in ſumm.tom.2.cap.75. n.* 11. & Petrus de Ledeſma *in ſumm. tom.2.tract.17.c.2.concluſ.17.* vbi ſic aſſerit: [Aduierteſe, que los Eccleſiaſticos, que tratan, y negocian, no eſtan obligados à pagarlos, antes que les amoneſten tres vezes, que no ſean negociantes, y tratantes.] Et probat hanc ſententiam. ex authoritate *ex literis de vita, & honeſtate Cleric.* Et ita etiam docet Molfeſius *in ſumm.tom.2.tr.12.c.22. n.* 173. Leſſius *lib.2.c.33.dub.3.n.23.* Ioan. de la Cruz *in direct. conſc. part. 1. præcep.7.art. 3. dub.1. concl. 1.* & Reginaldus, *tom. 1 lib.9. c.25. n.* 379. *in fine.*

3. Aliqui verò concordant ſupradictas ſententias, & aſſerunt, vtramque eſſe veram, nempe, Clericum ſtatim ex cauſa negotiationis amittere priuilegium exemptionis, & hac immunitate non eſſe priuatum, niſi poſt trinam monitionem; nam, quantùm ad ipſas res, quas defert occaſione negotiationis, eo ipſo caret exemptione, abſque vlla monitione, pro quibus ſi exigitur gabella, & pedagium, nulla incurritur excommunicatio: & ſic procedit prima opinio *ſuperius* poſita. Quantùm verò ad alia omnia bona ſua, & perſonam, non amittit ſimpliciter priuilegium immunitatis, niſi poſt tertiam monitionem, ſi deſiſtere nolit: & ita procedit ſecunda opinio.

4. Hanc ſententiam, cum tali diſtinctione, docet Altherius *de cenſ.tom.1.diſput. 19.lib.5.cap. 6.q.3. fol. mihi* 743. *col.* 1. Molina *tom.1.diſput.* 147. *concl.* 5. & Duardus *in Bulla Cœna lib.2. can.18.q.8.num.9.* Et circa præſentem quæſtionem vide etiam Ceuallos *tract. de cognit. per viam violentiæ, part. 2. quæſt. 64. per totam.* Guttierrez *de gabellis, lib.7. quæſt. 94. per tot.* & Martha *de iuriſdict. part. 4.cent.1. caſ. 3.num.2.& ſeq.* cum aliis.

RESOL. CCLXVI.

An Clericus negotiator ſine trina monitione teneatur ſoluere gabellam?

Et an dicta, vel alia gabella à Clerico debita poſſit peti coram iudice laico?

Et an poſt trinam monitionem Clericus negotiator, non perdat exemptionis Immunitatem quoad bona Eccleſiaſtica? Ex part. 3. tract.1. Reſ.44.

* Prima Reſ. cauſa in hoc ſecundo hic eſt antecedens;

§.1. AD vtramque quæſtionem negatiuè reſpondi *in part.1. tract.2.* reſol.40. & 41.* & nunc iterum reſpondeo; & ita præter DD. *ibi* citatos Iulius Ferrettus *de gabellis num 572.* Bertachinus *de gabellis part.3.n.2.* Comitolus *lib.5.q. 53.n.3.* Io. Franciſcus Suarez *in enchiridio caſuum conſc.lib.4.ver.tributum.§. clericus non tenetur.* Parladorus *lib. 1. rerum quotidian. cap.3.* & Ignatius de Salzedo *in pract.crim.c.55.* aperte docent clericum non teneri gabellam ex commerciis, & rebus de quibus negotiatur ſoluere, niſi ter monitus non deſiſtat à negotiatione.

Secunda vero eſt infra 268. & in Reſ. 267. & ſuprà in Reſ. 151. curſim in fine.

2. Quod autem dicta gabella, quando illam, vel aliam clericus tenetur ſoluere non ſit petenda coram iudice laico, ſed Eccleſiaſtico, docent Baldus *in l. de his, C. de Epiſc. & Cler.* Abbas *in cap. qualiter, de iudiciis in fine.* Rolandus à Valle *vol.4.conſ. 71. n. 25.* & alij, quos citat, & ſequitur Salzedus *vbi ſuprà*, quibus ego addo nouiſſimè Paulum Squillante *de priuilegiis cler.c.8.dub.1. n.33.* qui citat Bertachinum, Nattam, Carolum de Graſſis, Surdum Molfeſium & me ipſum, quidquid in contrarium aſſerant Salgado, Mexia, & Laſſarte, quos adduxi *in dicta reſ.* 41. quibus nunc addo Tiraquel. *lib.1. de retr.c.32. gloſſ. 1. n.81.* Aufrerium *in Clem.1. de offic. ordin. fol. 4.reg. 2.* & Guliel. de Benedictis *in cap. Raynutius, ver. & vxor. nomine Adelaſiam n.322. de teſtam.* Sed tu abſolutè tene, quòd gabella à Clerico debita, petenda ſit coram iudice Eccleſiaſtico.

Quæ hic eſt infra Reſol. 268.

3. Poſt hæc ſcripta inueni Ceuallos *tr. de cognit. per viam violentiæ part.2.q. 64.num. 7.* & Guttierrez *de gabellis lib.7.q. 94.* docere etiam gabellam per negotiationem debitam à Clerico, peti poſſe coram iudice ſæculari, & in tali caſu iudicem ſæcularem poſſe procedere contra bona clerici, ſed his non obſtantibus ne diſcedas ab opinione negatiua, & vide omnino dictam meam *reſol. 41.*

4. Notandum eſt tamen hic obiter contra Roſellam *ver. excommunicat. 2. n. 3.* Angelum *ver. clericus num.3.* & alios, vt perdat clericus negotiator immunitatem gabellarum requiri tres monitiones, & non ſufficere vnam, quæ inſtar trium ſit, & ita docent Doctores, quos citat, & ſequitur doctus Acugna Archiepiſcopus Bracharenſ. *in Decretum Gratiani part.1.diſt.88.cap.2.num.6,*

5. Nota etiam contra Layman *in Theol. mor.lib.4. tract.9.cap.6.num. 9.* quòd etiam poſt trinam monitionem clericus negociator non perdit exemptionis immunitatem, quoad bona Eccleſiaſtica, & ita docet Comitolus *lib.1. quæſt. 53. num. 4.* Acugna *vbi ſuprà num.7.* & Doctus Barboſa *in collect.tom.1.lib.3. tit.1.cap. 16.num.4.*

RESOL. CCLXVII.

An Clericus negotiator, ſi ter non fuerit monitus, amittat priuilegium non ſoluendi gabellas?

Et explanatur, quod ſi Clericus in indicio pulſaretur, plura allegare poſſet, quæ eum à culpa releuarent; & pro excuſatione Clericorum, qui forſitan negotiarentur, & aliqua alia in calce huius Reſolutionis circa hoc inuenientur? Ex part. 4.tract.1.Reſ. 28.

§.1. NEgatiuam ſententiam bis docui, quam aliqui Iuriſconſulti nimis laxam exiſtimarunt, ſed immeritò, cùm ſit probabiliſſima, & præter Doctores, quos alibi ad ſatietatem adduxi, adducam nunc non Theologum, ſed Iuriſtam in his materiis circa Clericos non parum rigidum, is eſt Gabriel Pereira *de manu Regia part. 2. cap. 24. num. 35.* vbi ſic ait: illud omittendum non eſt quòd vt has pœnas incurrant Clerici negotiatores, requiritur quòd ter moniti ſint. Ita ille. Vbi pro hac ſententia citat Decianum, Graffium, Boſſium, Capycium, Rodoa-

Bis in duabus præcedentib. Reſ. & ſupra in Reſ.151. breuiter in fine.

num, Imolam & alios, quibus ego addo nouissimè Homobonum de Bonis *in consultat. cas. conscient. p.2. resp.111.* vbi sic ait. Quidquid sit de peccato, restitutionis obligationi obnoxius non est Clericus negotiator, nec vectigalia soluere tenetur, antequam ter ab Episcopo sit admonitus, cùm ante admonitionem immunitatis priuilegium non amittat. Sic ille, & alij penes ipsum.

2. Non desinam etiam hic adnotare id quod idem Pereira *num.36.* adducit pro excusatione Clericorum qui forsitan negotiarentur, sic enim ait. Si Clericus in iudicio pulsaretur, plura allegare potest, quæ eum à culpa releuarent, veluti negotiari potuisse ob tenues redditus, quibus familiam alere non poterat, vel quòd ex industria propria (rebus melioratis, vel immutatis) lucra negotiationis sibi prouenerunt; insuper se habere patrimonialia, quorum separatio fieri debet. Item quòd maiorem partem bonorum negotiationi non exposuit; vel si omnia bona, hæc tamen non per se, sed per amicos & interpositas personas negotiationi exposuit; & ideo in his casibus docet Pereira Clericum minimè dici posse negotiatorem, vt priuilegio non gaudeat, sed aliqua ex his nimis laxa sunt.

RESOL. CCLXVIII.

An Superior laicus, quando Clerici tenentur soluere gabellas, possit illos ad soluendum compellere?

Et ex doctrina huius difficultatis infertur, an iudex secularis possit punire Clericum non in persona quidem, sed in bonis, si falsum deposuerit coram eo? Ex p.1. tract. 2. Resol. 42. alias 41.

Sup. hoc suprà in Resol. 266. §. Quod.

§.1. Affirmatiuè respondet Salgado, *vbi infra*, Mexia *in pragm. tax. panis, concl. 5. n. 23.* Lassarte *de gabellis, c. 19. n 84.* & alij cum Coriolan. *in Bull. Cœn. excomm 16. fol. mihi 945.* vbi ait, posse Clericos coram Iudice sæculari conueniri in censibus, & tributis: nam videntur potiùs res eorum, tanquam affectatæ, conueniri, quam personæ. Aliqui Iurisconsulti admittunt etiam hanc sententiam, dummodo Iudex laicus procedat contra bona, & non contra personam Clerici.

2. Sed contrariam sententiam, & meritò docet Anguiano *in tract. de legib. tom. 2. lib. 1. contr. 15 n. 14. & seq.* Bartholomæus à S. Fausto *in speculo Confess. disp. 33. q. 21.* vbi docet, quòd, quando Clerici nolunt soluere collectam, seu aliam contributionem, quam tenentur soluere, Iudices Ecclesiastici debent illos ad soluendum compellere, & non sæculares. Nec valet dicere, quòd adest consuetudo in contrarium: quia dicta consuetudo est corruptela, & reprobata per Canones. Et licèt in tali casu Iudex laicus non exerceat iurisdictionem in personam Clerici, sed solùm in rem temporalem eius: tamen, quando onus est personale; quod soluitur ex rebus, est ratione personæ: vnde, sicut persona Clerici est priuilegiata; ita etiam & res Clerici priuilegiata erit: quia onus imponitur ratione personæ.

3. Adde, quòd, vt sæpius *suprà* dictum est, ego non possum intelligere hanc distinctionem Iurisconsultorum, quam affert Ramirez *in tract. de lege regia, §. 27. num.12.* & alij penes ipsum *in Glosa, lit. F*, cum Salgado *de protect. regia, part. 4. cap. 14. n. 100.*

Sup. hoc suprà in Resol. 66. §. Sed. & in Resol. 67. §. His. in fine, & in Resol.

vol. 2. nempe, non posse Iudices laicos punire Clericos in persona, sed posse in eorum bonis: nam eo ipso, quod persona Clerici exepta est à laicali iurisdictione, exempta sunt etiam eius bona: nam, vt bene notat Suarez *contra Regem Anglia, lib. 4. cap. 24. n. 11.* bona semper adhærent personæ ipsius Clerici, & ideò tunc dicitur persona perfectè, & integrè exempta, quando etiam eius bona exempta sunt. Neque facit ad rem, quod bona Clericorum sint temporalia, & quòd respiciunt Clericum, non vt Clericum; sed vt Dominum temporalem, vel ciuem: quia ille non tantùm exemptus est, vt Clericus, sed etiam vt ciuis, & simpliciter eius persona & consequenter etiam ea quæ illi accessoria sunt. Ita Suarez, Et *in cap. vnico, de Cleric. coniug. in 6.* statuitur, quòd persona Clerici non possit in rebus molestari, ne per vnam viam concedatur, quod per aliam denegatur.

68. §. vlt. & in Resol. 69. §. 2. cursum in fine, & in Resol. 111. §. 2. Paulo post initium, & in Resol. 131. & in aliis earum annot.

4. Vnde non sunt audiendi, Angelus *in l. quoties in fin. C. de iudiciis.* Federicus de Senis *cons 88.* Lancellot. *de attent. 2. cap. 15. n. 67.* Aufrerius *de repet. clem. 2. de officio Ord. n. 81.* Guillelmus de Benedictis *in c. Raynutius, verb. & vxorem. decis. 2. n. 142.* Cassaneus *de consuet. Burgund. rubr. 1. §. 5. n. 82.* Francisc. Marcus *decis. 215. n. 1. part. 1.* asserentes, posse Iudicem sæcularem punire Clericum, non in persona quidem, sed in bonis, si falsum deposuerit coram eo: licet aliqui Doctores Iuristæ existiment, in tali casu supradictum Clericum non solùm in bonis, sed etiam in persona à Iudice laico puniri posse.

Sup. hoc §. quanter in duabus primis Resol. annot. præteritæ & sup. in fine Resol. m.

5. Sed hæc opinio est falsa; & illam reprobant ex ipsismet Iurisconsultis Afflictus *decis. 230.* Farinac. *tit. de Inquis. q. 8. num. 16.* Fachinous *lib. 9. controuers. c. 25.* Surdus *cons. 396. num. 27.* Decianus *in tract. crim. lib. 4. c. 9. n. 22.* & nouissimè Martha *de iurisd. p. 4. cent. 2. cas. 138. n. 9. in fin.* cum aliis.

RESOL. CCLXIX.

An iudex laicus possit exigere gabellas à colonis partiarijs Religiosorum?

Et quid, si prædicti coloni Religiosorum fructus collectos deferant de loco ad locum, aut alienent?

Et an coloni, seu affictatores prædiorum Ecclesiasticorum non teneantur soluere gabellam vulgò dictum Diluxiuri? Ex part. 3. tr. 1. Resol. 19.

§.1. Affirmatiuè non pauci respondent, sed mihi placet opinio Abbatis *lib. 1. consil. 9. n. 2. vers. ad secund. & in c. ex parte il 1. n. 4. & 5. de decimis* & aliorum quos adducit Menochius *lib. 2. de arbitr. cas. 562. n. 46.* & ita hanc sententiam docet nouissimè Tamburinus *de Abbat. tom. 1. disp. 15. q. 21. n. 9.* vbi sic asserit. Notandum quòd priuilegia hæc exemptionis à gabellis, datiis, &c. cùm sint realia, transeunt ad colonos eorumdem Regularium, quia eorum bona & prædia priuilegiata sunt, & exempta ab onere soluendi gabellas, & similia. Ita ille.

2. Idem etiam docet ex neotericis Peirinus *super priuil. Minim. tom. 1. constit. 2. Iulij II.* §.33. *n.* 142. Et hoc patet ex Bulla Pij V. in qua Summ. Pontifex eximit Fratres, Monachos, Moniales, ac alias Regulares personas, eorúmque Monasteria, Cœnobia, Cœnetus, Ecclesias, Capellas, Oratoria, & alia loca, ac terras, possessiones, prædia, agros, & bona, nec non laboratores; colonos, arrendatarios, affictuarios, ac gestores, suorum negotiorum ab omnibus exactionibus, tam vrbanis quam rusticis, nec non datiis, gabellis, pedagiis, vectigalibus, collectis, impositionibus, oneribus ordinariis, & extraordinariis, ac tã realibus, quàm personalibus, meris, & mixtis, etiam subsidio triennali, & augmento, ac focularibus, equorum taxis, militúmque hospitiis, &c. tam impositis, quam imponendis. Et hoc maximè procederet, quando colonus à principio fuisset pactus cum Ecclesia, quòd vellet etiam immunitatem consequi pro parte sibi competente,

tente, vt docet Marcabrun *cons.* 18 *n.* 39. & Menoch. *vbi supra de arbitr. lib* 2. *cas.* 562. *n.* 56. & alij.

3. Illud tamen in hac quæstione concedi potest dictos colonos Religiosorum teneri soluere gabellam ex fructibus collectis, si eosdem deferant de loco ad locum, aut alienent tunc enim sunt bona laicorum, & non pertinent, neque indirectè ad Ecclesiasticos. Ita Filliuc. *tom.* 1. *tr.* 16. *c.* 11. *n.* 302.

4. Notandum est etiam hic obiter à fortiori colonos seu affictatores prædiorum Ecclesiasticorum nó teneri soluere gabellam vulgò dictã di luxiuri; quia quando dicti gabelloti taxant, & pretiant dictam gabellam, fructus non est separatus à solo Ecclesiastico immuni à gabella, ergo. & ideo Carolus de Grassis *de effectibus clericatus, eff.* 1. *n.* 90. sic asserit: In facti contingentia in hac vrbe Panormi fuit decisum pro emptoribus fructuum pendentium cuiusdam viridarij Religionis Melitensis contra gabellotos, qui prætendebant ius gabellæ ab ipsis emptoribus, & hoc quia fructus non erant separati à solo tempore venditionis. Ita ille.

RESOL. CCLXX.

An Conseruatores Religiosorum possint procedere contra eorum debitores laicos?

Et an his Conseruatoribus concedatur posse cognoscere de manifestis iniuriis, & violentiis factis aduersus Religiosos?

Et an possint Regulares eligere Conseruatorem, qui defendat sua animalia, seu pecora damnum facientia in agris alienis, & an hæc causa pertineat ad Conseruatorem, & non ad iudicem sæcularem? Ex part. 3. tract. 1. Res. 20.

§. 1. NEgatiuè respondent Ceuall. *tract. de cognit. per viam violentiæ, part.* 2. *quæst.* 20. *num.* 16. Guttierrez *qq. practic. lib.* 3. *q.* 9. *num.* 8. Cabedo *diuers. lib.* 3. *cap.* 18. *n.* 4. Fusch. *de visit lib.* 2. *c.* 23. *n.* 5. & alij, quia exactio debiti requirit strepitum, & figuram iudicij, & sic non potest hæc causa agitari coram iudicibus Conseruatoribus, quia non possunt habere tribunal erectum, secundùm decisionem Concilij Tridentini, & sic nullo modo possunt cognoscere de causis ciuilibus; nisi aliter fuerit in literis conseruatoriis definitum. Hæc Ceuallos, qui contrariam sententiam falsam putat.

2. Sed contrariam sententiam docet Portel *in dubiis Regul. ver. Conseruatores, num.* 7. Rodriquez *qq. Can. tom.* 1. *quæst.* 65. *artic.* 12. Guido Papæ *quæst.* 18. *num.* 3. & Ioannes de la Cruz *de statu Relig. lib.* 2. *cap.* 10. *dub.* 5. *concluf.* 2. vbi sic asserit: Conseruator Religiosorum potest procedere contra debitores ex causa ciuili, etiam laicos. Patet primo, quia *in cap. fin. de offic. deleg.* conceditur his Conseruatoribus posse cognoscere de manifestis iniuriis, & violentiis, vbi iniuria non tantùm sumitur pro contumelia, vel conuicio (quicquid dicat Guttierrez) sed pro omni quod fit contra ius, & infert damnum monasterio. Ita ille, qui multas alias adducit rationes. Et ideo nouissimè hanc etiam sententiam docet doctus Hieronymus Rodriquez *in compend. qq. Regular. resol.* 33. *num.* 12. & 22.

Quod hoc lege sup. doctrinam §. pen. Resol. præc. Resol. 271. & Resol. 103.

3. Notandum est etiam hic obiter posse Regulares eligere conseruatorem, qui defendat sua animalia, seu pecora damnum facientia in agris alienis, & hæc causa pertinet ad conseruatorem, & non ad iudicem sæcularem. Ita Portel. *vbi sup. num.* 9. & Rodriquez *art.* 14.

RESOL. CCLXXI.

An iudex laicus possit iudicare in causa decimarum, vel sit causa mixti fori; Ex part. 1. tract. 2. Res. 90. alias 89.

§. 1. DE hac qnæstione, & sequentibus tractat Ceuall. *de cogn. per viam viol. p.* 2. *q.* 5. *per tot.*

2. Sed, quia in aliquibus mihi displicet, ideò assero, quòd qnæstio iuris circa decimas pertinet ad solum Iudicem Ecclesiasticum, vt si, v.g. ad quandam Ecclesiam pertineat ius decimarum, & sine aliquis priuilegiatus, quo titulo percipiantur, item de modo decimandi, de tempore, &c. Si autem quæstio sit facti, Iudex etiam laicus competens erit, & est mixti fori, vt si, v.g. talis percepit, vel soluit, seu etiam percipiat, vel soluat decimas, ad effectum quoque, vt is, de quo non dubitat, an iure soluere debeat decimas, eas soluere Ecclesiæ, eiúsque exactori cogatur; vel quia agatur contra tertium detentorem fructuum decimandorum: item, si agatur de restitutione illarum, quando furto auferuntur, aut venduntur, aut in alios vsus temporales conuertuntur, &c. Et ita docet Fagund. *Præcep.* 5. *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 1. & 2. & alij penes ipsum, quibus ego addo Monetam *de decim. c.* 8. *q.* 1. *n.* 1. & 5. Guttierr. *de iuram. confirm. p.* 1. *c.* 2. *n.* 35. Germon. *de sacr. immun. lib.* 3. *c.* 19. *n.* 84. & 99. & alios.

3. Non reticebo tamen, contrarium sentire Homobon. *de Exam. Eccl. part.* 2. *tract.* 8. *cap.* 8. *q.* 24. & Azor. *part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 36. *quæst.* 5. vbi docent, etiam quando quæstio est facti, solum Ecclesiasticum esse Iudicem competentem circa decimas; ex Bal. Fulgos. Cup. Gem. Fachin. & aliis, qui asserunt, causam spiritualium, cùm etiam quæstio est facti, Ecclesiastici Iudicis esse. Sed circa præsentem quæstionem, & alias sequentes de decimis, vide omninò Tannerum *in* 2. 2. *dist.* 5. *q.* 3. *dub.* 2. *n.* 40.

RESOL. CCLXXII.

An iudex laicus possit simul cum Iudice Ecclesiastico causam decimarum cognoscere saltem titulo compromissi?

Et quid quando de possessorio decimandi agitur, an iudex Ecclesiasticus, vel laicus debeat cognoscere? Ex part. 1. tract. 2. Res. 93. alias 92.

§. 1. NEgatiuè respondendum est: & ita docet Bonacina *tract. de legib. disp. vlt. q.* 5. *punct.* 6. *num.* 1. & alij penes ipsum.

2. An verò de possessorio decimandi Iudex Ecclesiasticus, vel laicus cognoscat, vide Doctores, quos citat Barb. *in collect. tom.* 1. *lib.* 3. *tit.* 30. *c.* 25. *n.* 3. Mihi verò placet opinio affirmatiua; hoc ad Iudicem Ecclesiasticum pertinere ex pacto, quod docet Moneta *de decim. c.* 8. *q.* 1. *n.* 10. & *seq.*

Sup. hoc infra lege doctrinam Res. 276. alias res. & Vers. eius not.

RESOL. CCLXXIII.

An laicus conductor decimarum sit conueniendus coram iudice laico, vel sit causa mixti fori? Ex part. 1. tr. 2. Res. 94. alias 93.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Couatruuias *practic. qq. c.* 35. *num.* 2. & Guttierrez etiam *pract. qq. lib.* 3. *q.* 26. *n.* 10. Sed Germonius *de sacror. immun. lib.* 1. *c.* 19. *n.* 97. docet, non solùm Iudicem laïcum, sed & Ecclesiasticum in tali casu cognoscere.

2. Mihi verò magis placet opinio Azorij *part.1. lib.7.c.36.q.6.* asserentis, hanc causam solùm coram Iudice Ecclesiastico tractandam esse: quia ortum habet ex iure decimarum quod ius ecclesiasticum, ac spirituale est; non autem ciuile, & profanum: sententiam tamen Germonij quam etiam sequitur Monet. *de decimis, q.8.c.1.n.17.* est probabilis: opinionem verò Couarruuiæ minimè sequendam esse existimo.

RESOL. CCLXXIV.

An quando decimæ sunt secularibus in feudum datæ, cognitio pertineat ad iudicem secularem?

Et an hæc cognitio decimarum sit causa mixti fori, ita vt non solum iudex laicus, sed etiam Ecclesiasticus possit causam definire? Ex part. 1. tract.2. Resol.91. alias 90.

Supr. hoc in Resol. seq. & infra in Resol. 279.§.Tertia causa.

§.1. AFfirmatiuè respondet Couarruuias *practic. qq.cap.35.num.2.* Rebuffus *tract. de decimis quæst.10.num.39.* & alij penes ipsos.

2. Sed meritò supradictam sententiam refellit Azorius *p.1.lib.7.cap.26.quæst.3.* Facundez *Præcept.5. lib.3. cap.5.n.5.* & alij penes ipsos. Et ratio est: quia feudum ipsum adhuc ex iure decimarum oritur, quod est Ecclesiasticum: neque priuilegium percipiendi decimas extendi debet ad cognitionem causæ, nisi id exprimatur. Ad authoritatē verò Couarruuiæ & Rebuffi, respondeo cum Suarez *de relig.tom.1.lib.1.de diuino cultu,c.38.n.16.* illos, & alios, quos ipsi referunt, esse cautè legendos: quia plus, quàm oportet, inclinant in fauorem sæcularium Principum.

3. Notandum est tamen cum Moneta *de decimis, c.8.q.1.n.15.circa finem*, quòd si opinio Couarruuiæ, & aliorum esset vera; tamen adhuc posset non solùm laicus, sed etiam Iudex Ecclesiasticus decimarum causam definire: quia non censetur Summus Pontifex, aut Ecclesia, ius decimandi laicis concedentes, eiusdem iuris cognitionem, aliàs sibi de iure competentem, nisi aliud in contrarium appareat, à se in dubio abdicare voluisse. Esset igitur in tali casu cognitio decimarum, causa mixti fori: quod ego non approbo: quia, vt diximus, talis cognitio spectat solùm ad Iudicem Ecclesiasticum, modo, quo *suprà*.

RESOL. CCLXXV.

An quando decimæ nomine feudi fuerunt Principibus, vel aliis secularibus collatæ, earum exactio, & lites pertineant ad iudicem Ecclesiasticum?

Et quid circa hoc in aliis quatuor casibus in fine huius Resolutionis decisis? Ex part.3.tr.1.Resol.50.

§.1. AD iudicem laicum spectare tenuerunt Ioannes Rupel. *lib.1.forens. instit.c.25.* Guilielm. de Benedict. *ad cap.Raynutius, de testam.verb.si absque.* Cassaneus *in consf.Burgund.§.6.n.350.* & Couarr. *pract. qq.c.35.num.2.*

2. Sed hanc sententiam ego impugnaui *in alio tract.de immun.eccl.resol.91.* & nunc iterum impugno; quia licèt decimæ sint in feudum datæ, nihilominus ipsum feudum ex iure decimarum oritur, sed ius decimarum Ecclesiasticum est. Ergo &c. Concedo tamē prædictis Doctoribus, quòd si decimæ authoritate Romani Pontificis in Principes trāslatæ sunt contractu permutationis; videlicet qua ipsi Principes eas re alia, vel maioris æstimationis, vel pretij, & vtilitatis vel æqualis compensant, in hoc, inquam, casu, causa decimarum spectat ad iudicem laicum; quia ratione permutationis legitimæ factæ, Principi debentur decimæ, & Ecclesia suum ius integrum retinet in re, cum qua decimam permutauit, & separat in quam fuit decima subrogata. Et hæc omnia docet Raphaël de la Torre *in 2.2.D.Thomæ, tom.2.q.87.disp.8.n.4.* vbi etiam *n.5.* negat causam decimarum spectare ad iudicem laicum in his casibus. Primò, quando laici coguntur à clericis soluere decimam contra præscriptionem; vel consuetudinem, cuius initium non extat. Secundò, quando quæstio est facti, non iuris, puta an Petrus soluerit decimas debitas, vel non; sitne soluenda potius à Petro, quam à Paulo, etiam quando agitur contra quempiam propter decimas furto sublatas, vel retentas. Tertiò, quando laicus conductor decimæ init cum clerico pactum, vt coram ciuili iudice conueniri possit. Quarto, quando causa agitur contra laicos fures de fructibus decimæ soluendis, reddendisve, non de ipso decimarum iure seruando, & & tuendo. Et in his etiam casibus causam decimarum contra Couarruuiam spectare ad iudicem Ecclesiasticum tenet etiam nouissimè Adamus Tannerus *in 2.2.D.Thom.disp.5.q.3.dub.2.n.40.*

Quæ hic est Resol. antecedens, & infra in Resol. 279. cursim in §.Tertia causa.

Sup. hoc primo in Resol. seq. & in alia eius not.

RESOL. CCLXXVI.

An iudex laicus possit cognoscere de causis decimarum, si Clerici illas petant à laicis, qui præscriptione, & consuetudine immemorabili eas nunquam soliti sunt persoluere? Ex part.1.tract.2.Resol.92.alias 91.

§.1. ALiqui affirmatiuè respondent, vnde asserunt, in tali casu licitè ipsos laicos causam istius litis ad forum sæculare deducere: & ita docet Couarr. *pract.qq.cap.35.num.2.var.resolut. lib.1. c.17. num.19.* & & alij.

2. Sed negatiuam sententiam prorsus affirmandam esse censeo cum Fagundez *Præcept.5. lib.2.cap.5. num.8.* Azorio *part.1. lib.7. cap.36. quæst.4.* & aliis, Quòd si aliqui Principes sententiam Couarruuiæ in praxi obseruant, dicendum est, illos hoc efficere ex aliquo priuilegio Summorum Pontificum. Sed an reuerà ita sit, ipsi videant.

Sup. hoc in Resol. præmissa §. Sed ad med. cum in vers. Primo. & supra in Resol. 232. etiā breuiter post med. & in Resol. 272. §.2.

RESOL. CCLXXVII.

An colonus laicus Religiosorum pro sua portione colonica teneatur soluere decimas?

Et quid dicendum est de priuilegio exemptionis decimarum concesso Societati IESV *à Gregor. XIII. de quo gaudet nostra Religio?*

Et aduertitur, quod si in aliqua Prouincia Moniales, Regulares, & eorum coloni soluant decimas, hoc forsitan eueniet, quia Episcopi obtinuerunt aliquod Breue Pontificium reuocatorium dictorum priuilegiorum secus minime tenentur? Ex part. 3. tractat.1. Resol.23.

§.1. SVprà dictum est de gabellis, nunc dicemus de decimis. Affirmatiuam sententiam notat Tamburinus *de iure Abbatum, tom.1. disp.15. qu.18. num.32.* docere Rotam in vna Placentina 17. Decembris 1584, coram Blanchetto, quam decisionem refert, & sequitur Seraphinus *decis.127.n.2.* Idem dictum est ab eadem Rota in vna Pampilonen. 15. Decembris 1615. coram Coccino. Et ratio est, quia priuilegia exemptionis à solutione decimarum sunt personalia, non autem realia. Ergo non transeunt ad colonos, vel arrendatarios.

Supr. in Resol. quæ hic est 269. Sed prima dubit. tituli huius Resol. signater in tom. 7. tra. 1. Resol. 230.

2. Sed contrariam sententiam ego teneo cum docto

docto Iurisconsulto Menochio *lib.1. conf.276.num.6.* & multis aliis penes ipsum,quia dicta priuilegia censentur realia , & non personalia. Ergo transeunt ad colonos.Probatur maior , quia priuilegium concessum Ecclesiæ , ciuitati , & aliis personis quæ nunquam moriuntur, reale censetur , vt docet Glossa *in l.forma §.quamquam,ff.de censibus,*& alij. Ergo.Et ita nouissimè docet etiam hanc sententiam Peirinus *in priuil.Minim. tom.1. constit.2. Iulij II. §.31. num.132.* vbi sic asserit.Nota quòd non solùm domus, & prædia nostra sunt exempta à solutione decimarum , sed etiam coloni qui conducunt agros nostros, siue conducant ad medietatem fructuum, & dicuntur coloni partiarij, siue vt quotannis certam partem nobis tribuant in omnem euentum , & reliquum sibi acquirant ; nam priuilegium est reale, & priuilegium reale iure communi transit ad colonos.Ita ille,& alij penes ipsum.

3. Vide etiam Henriquez *lib.7. cap.27. num.8. & in gloss.lit.H.* vbi ponit eximiũ priuilegium de exemptione decimarum concessum Societatati IESV à Gregor.XIII.quo etiam gaudet nostra Religio,& addit, quòd hæc causa fuit pluries agitata, apud Ecclesiastica Tribunalia Romæ, & in Hispania, & semper pronuntiatum fuit in fauorem Regularium & colonorum. Aduertat tamen lector , quòd si in aliqua Prouincia Moniales , Regulares , & eorum coloni soluunt decimas , hoc forsitan euenit , quia Episcopi obtinuerunt aliquod breue Pontificium reuocatorium dictorum priuilegiorum. Vide Portel *in dubijs Regular.ver. Decimæ , num.3.* & Facund. *part.5.lib.2. cap.4. num.* 3. Vnde praxis vnius Regni non est extendenda ad alia Regna ; remanet igitur satis firmatum colonos partiarios Religiosorum non teneri soluere decimas , vt suprà dictum est de gabellis.

RESOL. CCLXXVIII.

Verum Emphyteuta Ecclesia teneatur ad tributa?

*Et an doctrina de Emphyteuta non procedat in censuario, neque circa Emphyteutam redimibilem?*Ex part.4. tract.1.Resol.24.

§.1. EGimus suprà de colonis,tunc dicendum est de emphyteuta. Sententiam affirmatiuam docent Auendagnus *de exequ.man.lib.2.cap.14.num.33.* Valascus *de iure emphyt.quæst. 17.num.11.& seq.* Garocius *de locato,q.25.num.34.35. & 43.* Rolandus *lib.4. cons.61. num. 14. & 15.* & alij Et ratio est, quia cùm emphyteuta sit sæcularis , & obnoxius gabellis , & collectis , tenetur eas soluere , etiam pro re emphyteutica Ecclesiæ; nam mutata persona mutatur qualitas rei.

2. Sed contrariam sententiam ego existimo probabilem esse, ex traditis per DD.quos citat, & sequitur ex Iurisconsultis neotericis Hispanus doctus Felicianus de Solis *tract.de cens. tom.2. in addit. lib.1. in præfat.n.1. & seq.* vbi asserit ita sæpiùs decisũ fuisse Compluti pro Collegio D.Ildefonsi, & pro Monialibus sanctæ Claræ ; & ita ait Rectorem Academiæ excommunicationis mucrone emphyteutica Collegij bona defendere , ac liberare à quacunque impositione , idque vidi frequentissimè obseruatum , vt ait idem Felicianus *ibid. num.3. in fine.* Vide etiam circa præsentem quæstionem consilium secundum positum *in tom.12.tractatuum.fol.99 col.3.*

3. Sed hæc doctrina de emphyteuta non procedit in censuario, neque circa emphyteutã redimibilem, si enim Ecclesia , vel persona priuilegiata domum , agrum , vel vineam concederet in censum emphyteuticum redimibilem,debitor census, prædiique possessor non gauderet priuilegio ; quoniam in hac forma conuentionis nullum dominium remaneret penes Ecclesiam , vel personam priuilegiatam , sed solum ius recipiendi pensionem annuam. Et ita docet Felicianus *vbi suprà , & tom.1. libro 1. capit. 10. numero 5. & 15.*

RESOL. CCLXXIX.

An iudex Ecclesiasticus sit competens ad cognoscendum laicum pro re,quam in Emphyteusin tenet ab Ecclesia?

Et apponuntur quinque conclusiones pro Immunitate Ecclesiastica , quæ in quadam Decisione Sacræ Rotæ Romanæ ex sacris Canonibus , & Doctoribus firmantur.

Et tandem queritur , an iudex laicus non sit competens ad cognoscendum Clericũ pro restitutione pecuniæ illi liberatæ cum cautione de restituendo , dum creditor anterior comparuerit , sed in tali casu adeundum sit ad iudicem Ecclesiasticum ? Ex part. 4. tract. 1. Resol. 56.

Alibi in Resol. quæ hic est infra 281. §. vlt. ante medium. vers.Igitur. & in Resol. 280. §. vnde Sacra.

§.1. DE hac re alibi dictum est , & affirmatiuam sententiam docui , quam nouissimè tenuit sacra Rota Rom.*die 28. Maij* 1631. coram Illustrissimo & Doctissimo Merlino , Domino meo amantissimo , cuius decisionem ponit per extensum Antonius de Matinis *quotid.resol.cap.207. num.4. & seq.* & quia in dicta decis.firmantur multæ conclusiones pro immunitate Ecclesiastica ex sacris Canonibus & Doctoribus,non grauabor illas hîc apponere.

2. Prima , licèt iuspatronatus laicorum non sit propriè spirituale, attamen quia est annexum spiritualitati , ideo super illo iudicat solùm iudex Ecclesiasticus.

3. Secunda , possessio rei spiritualis licèt sit merè temporalis & laicalis , attamen etiam de possessione solùm cognoscit iudex Ecclesiasticus,quemadmodum de ipsa proprietate , non autem laicus, cùm qualitas spiritualitatis qualitatem temporalitatis absorbeat.

Sup. hoc supra in Resol. 274.& 275.

4. Tertia , causa decimarum licèt in feudum datarum sæcularibus discutienda est coram iudice Ecclesiastico; licèt enim dominium huiusmodi decimarum scilicet fructuum illorum,omnino spectet ad laicos , & feudum censeatur sæculare , tamen quia oritur & dependet à iure spirituali & Ecclesiastico, non potest iudex laicus de illis cognoscere.

Sup. hoc supra in Resol. 227. & latè in Resol. eius not.

5. Quarta , possessorium matrimonij quamuis agatur inter personas merè laicas , tamen quia habet admixtam causam & titulum spiritualitatis, definiendum est à iudice Ecclesiastico.

Sup. hoc in Resol. præterita.

6. Quinta , ratione connexitatis dominij vtilis cum directo emphyteutas Ecclesiæ non teneri ad collectas & onera realia per statuta laicorum super rebus & bonis imposita , censuerunt grauissimi authores , & hæc omnia , vt dixi firmantur in dicta decis. sacræ Rotæ ex iure , & authoritate Doctorum , quam in casibus occurrentibus omnino videndam esse puto.

7. Notandum est etiam hîc obiter cum D. Antonio de Matinis *vbi suprà cap.206. per totum* , iudicem laicum non esse competentem ad cogendum Clericum pro restitutione pecuniæ illi liberatæ cum cautione de restituendo , dum creditor anterior comparuerit , sed in tali casu adeundum esse iudicem Ecclesiasticum,omnino dicendum est.

RESOL.

RESOL. CCLXXX.

An Clericus possit conuenire laicum coram iudice Ecclesiastico pro rebus non solum Ecclesiæ, sed etiam profructibus;

Et discutitur quomodo, & quando actor debeat sequi forum rei.

Et quæritur, an possit fieri statutum, vt reus sequatur forum actoris?

Et an Emphyteuta Ecclesia possit conueniri coram Episcopo pro solutione pensionis?

Et an laicus possit conueniri coram Episcopo, vt soluat laudemium?

Et an in contractibus, quibus laici conducunt redditus Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum, apponi possit iuramentum? Ex part. 5. tract. 1. Res. 7.

Sup. hoc in Res. not. seq.

§. 1. VIdetur negatiuè respondendum, quia actor sequi debet forum rei, ex *leg. in criminali. C. de iur. omn. iud.* & ex aliis pluribus deductis ab vtroque Barbosa, Augustino, & Simeone, hoc in locis communibus *lit. A, num.* 29. illo in Axiomatibus iuris *axiom.* 10. *n.* 1. Sed pro rebus Ecclesiæ & Ecclesiasticorum laicum reum, conueniendum esse coram Ecclesiastico docet Osascus *decis.* 37. *n.* 7. & Valboa *in lect. Salmat. ad text. cap. si Clericus laicum, num.* 9. vbi sic ait: Communiter obtinuit sententia inter iuris Pontificij interpretes, quòd hoc priuilegium habeat Ecclesia, cùm agitur de rebus Ecclesiæ, aut Clerici, siue actione personali, siue reali aduersùs laicum, poterit illum conuenire, siue coram sæculari, siue coram Ecclesiastico, vbi voluerit, ita ut in electione actoris sit, quem voluerit eligere iudicem; si verò actione merè personali agatur, v. g. ex locato ad mercedem, in qua rei Ecclesiæ restitutio non veniat, tunc coram sæculari conueniendus est laicus. Et ideò Ioan. de Heuia *in Curia Philippica part.* 1. §. 5. *num.* 10. sic asserit: [Pertenecen al fuero Ecclesiastico las causas que se tratan sobre bienes y cosas de Iglesias, aunque sea contra legos reos.] Hæc ille.

Sup. hoc in Res. seq. & in Resol. 1. post seq. §. Confirmatur. & in tom. 6. tr. 3. Res. 165. §. Et tandem & seqq.

2. Verùm ego puto Clericum posse conuenire laicum coram iudice Ecclesiastico, non solùm pro rebus Ecclesiæ, sed etiam pro fructibus, & ita docet Innocent. & Abbas *in d. cap. si Clericus laicum, de foro compet.* vbi firmant Clericum posse conuenire laicum coram iudice Ecclesiæ, vel suis siue agat actione reali, siue personali, veluti ex legato, vel locato, mouentur ex eo, quòd etsi fructus præbendæ non sint quid spirituale, vt rectè notat Felinus *in cap. causam de præscript.* cùm tamen à re Ecclesiæ dependeat, idem de illis iudicatur, quod de re Ecclesiæ, *cap. si annum, de iudic. lib. 6.* & ibidem Franc. & Archarranus *cap. Episcopi* 17. *quæst.* 1. *in cap. quia nos, de testamentis,* vbi Episcopus non potest testari de fructibus ex agris Ecclesiæ perceptis, & sic dicunt nostri text. regulam euidenter succedere, & facit text. *in cap. postulasti, de homicidio.* Hanc etiam sententiam docet Belletus *in disquisit. Cler. part.* 1. *tit. de fauore Cler. reali.* §. 5. *num.* 2. *& sequent.* Maceraten. *lib.* 1. *resol.* 49. *nu.* 9. Gabriel *consil.* 37. *num.* 10. Vulpius *in praxi fori Eccles. cap.* 27. *num.* 5. Gratianus *tom.* 22. *cap.* 238. *num.* 17. & alij penes ipsos, multas rationes adducentes pro hac firmanda sententia. Sed non desinam hîc apponere verba Antonij Rippol. *var. resol. cap.* 1. *de iurisd. omn. iud. num.* 236. sic asserentis: Non solùm ipsi Clerici habent priuilegium trahendi ad suum forum Ecclesiasticum suos censualistas & redditarios, verùm etiam & arrendatores prædictorum fructuum, quia arrendatores fructuum Ecclesiasticorum habent idem priuilegium, & ita fuit declaratum per Illustrem & Adm. Reuerendissimum Episcopum & Cancellarium Cassador. *die* 17. *Martij* 1567. in causa contentionis ortę inter Curiam Ecclesiasticam Barcinone, & sæcularem Regentis Vicariam eiusdem in causa in Curia Ecclesiastica cœpta ad instantiam Ioan. Benedicti Gatell, mercatoris arrendatoris fructuum, & emolumentorum Sacristiæ Maioris Sedis Barcinone contra Gabrielem Besora Ortelanum super solutione decimæ cuiusdam peciæ terræ, quam dictus Besora conductam habebat à Iacobo Ginabreda, & recusando dictus Besora soluere, firmauit ius dicto Gatell, tamquam arrendatori in Curia Regentis Vicariæ Barcinone, & firmata contentione inter dictas Curias, fuit cum dicta sententia declaratum non esse locum firmæ iuris factæ in Curia sæculari, sed dictam causam in Curia Ecclesiastica tractandam. Similis contentio fuit per eundem declarata *die* 16. *Februar.* 1570.

3. Confirmatur nostra sententia contra aduersarios ex legibus Regni Castellæ *lib. 4. nouæ collect. tit.* 1. *leg.* 11. & 12. in quibus sancitum est vt in obligationibus & contractibus non apponatur iuramentum, ne contrahentes super re merè prophana, ratione iuramenti se submitterent iudici Ecclesiastico, tamen, vt obseruat Molina *de iust. tom.* 1. *tract.* 2. *disput.* 149. *num.* 15. in dictis legibus permittitur, vt in contractibus, quibus laici conducunt redditus Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum, apponi possit iuramentum, & ideò apponam hîc verba Ioannis de Heuia *in Curia Philippica part.* 1. §. 5. *num.* 33. vbi sic ait: [Por derecho real esta prohibido al lego renunciar el fuero secular suyo, ni sometterse a Ecclesiastico en causas mere profanas, y à los escriuaños hazer semejãtes sumissiones. porque por ellas se somete à el, y defrauda la iurisdiçion secular, y por lo mismo se prohibe à ellos en las dichas causas mere profanas hazer cõtractos jurados aunque lo vno y el otro se puede hazer sobre rentas, y bienes de Iglesias, Monasterios, Prelados, y Clerigos por razon de ellas.] Sic ille.

Sup. hoc in fra in Resol. 282. §. 1. & seq. & in 2. lijs eius primæ annot. & in fine §. eius secundæ annot.

Sup. hoc in Res. not. præterita. §. Et tandem

4. Vnde Sacra Rota Romana *die* 28. *Maij* 1631. coram illustrissimo & amantissimo Domino meo Merlino determinauit emphyteutam Ecclesiæ posse conueniri coram Episcopo pro solutione pensionis, quam decisionem affert, & sequitur amicissimus Antonius de Marinis *quotid. resol. cap.* 207. *num.* 4. Hinc docuit Burgius *tract. de Laudemio part.* 3. *inspect.* 1. *n.* 6. *& seq.* quòd laicus potest conueniri coram Episcopo, vt soluat laudemium. Et tandem ad omnia supradicta stabilienda ponam hic per extensum rescriptum Alphonsi Regis datum in ciuitate Gaietæ *die* 24. *Augusti anno* 1436. tenoris sequentis.

Sup. hoc in Res. seq. §. vlt. ad medium, & in Res. præsentia §. 1.

5. [Alphonsis, &c. Vicereges, &c. Nobilibus eiusdem Regni Siciliæ, Magistro Iustitiario; & iudicibus Magnæ Regiæ Curiæ, necnon Capitaneo; Prætori, iudicibus iuratis, cæterisque Officialibus vrbis Panormi, ad quos præsentes peruenerint, aut pertineant quomodolibet infrascripta præsentibus, & futuris Regiis Consiliariis, familiaribus dilectis salutem. Cùm Serenissimus Dominus noster Rex prædictus ad supplicationem suæ Maiestati porrectam per Reuerendissimum in Christo Patrem N. de Tudischis Archiepiscopum Panormitanum prouiderit, & mandauerit sub hac forma: Alphonsus Dei gratia, &c. Nobilibus, Viceregi, Magistro Iustitiario, iudicibus Magnæ nostræ Curiæ Regni Siciliæ vltra Pharum, necnon Prætori, Capitaneo, iudicibus iuratis, & Officialibus quibuscumque felicis vrbis Panormi Regni eiusdem, ad quos præsentes peruenerint, seu quomodolibet spectare noscantur, eorúmque Officialium loca tenentibus, præsentibus & futurus. Consiliariis, familiaribus, & fidelibus nostris dilectis salutem

rem & dilect. Nuper Nostræ Majestati porrecta supplicatio per Reuerendissimum Consiliarium & Oratorem Nostrum N. de Tudischis Archiepiscopum Panormitanum continebat: Cùm de iure communi fuerit & sit, quòd sæculares personæ obligatæ Ecclesiis, Clericis, & spiritualibus personis ratione bonorũ eorũ, possint coram iudicibus spiritualibus conueniri & per aliquos Officiales nostros in vrbe prædicta huic iuri contrauentum sit, nolendo, neque permittendo, vt hi qui sunt præmissa ratione Ecclesiis, Clericis, & spiritualibus personis, & signanter iurisdictioni Archiepiscopatus iam dicti obligati pro iuribus & bonis suis consentire, vt per Officiales prædicti Reuerendi Archiepiscopi constringãtur, nõ aduertentes ad spirituales censuras, & alias pœnas, quę contra violatores libertatis Ecclesiasticæ, seu contra turbatores, ne causæ de iure antiqua consuetudine ad forum Ecclesiasticũ pertinẽtes, introducãtur à iure præditæ dignoscũtur, dignaremur super præmissis de nostræ Maiestatis auxilio eidẽ subuenire. Nos itaque attendẽtes præmissas supplicationes fore & esse iustas, & rationi consonas, licèt aliàs vobis scripserimus, & tradidissemus in mandatis, quòd in iurisdictionem præfati Reuerendi Archiepiscopi tam quoad sæcularis cuiuscunque conditionis, quàm ad Ecclesiasticas personas nullo modo vos intromittere deberetis, vobis tamen de certa nostra scientia, & expresè ad abundantiorem cautelam dicimus, & præcipiendo mandamus, quatenus visis præsentibus, omnes, & quascumque personas obligatas, & obnoxias Ecclesiis, Clericis, & personis spiritualibus ratione bonorum suorum, & iurium prædictorum per speciales Officiales ipsius Reuerendi Archiepiscopi compelli, & constringi iustitia mediante sinatis, & permittatis, & non contraueniantis, seu aliquem venire permittatis, si nobis seruire cupitis, cùm sic iustitia exigente exigendum duximus. Nos enim eidem Archiepiscopo & eius Curiæ ad abundantiorem cautelam, cuiquè vestrum, contradictione non obstante, damus, & concedimus plenam potestatem per iuris remedia cõtra prædictos & alios, qui de iure, vel antiqua consuetudine in foro Ecclesiastico respondere tenentur, procedendi, cognoscendi, & decidendi, ac definita per eos debitæ exequutioni mandandi iubemus. Datum in ciuitate Gaietæ 24. die Augusti anno à Natiuitate Domini MCCCCXXXVI. *Rex Alphonsus.* Eapropter vobis & vestrum cuilibet dicimus, & mandamus de nostra certa scientia, & expresè, quatenus Regiam prouisionem præinsertam iuxta sui seriem, & tenorem eidem Reuerendo Panormitano Archiepiscopo, eiúsque spiritualibus Officialibus, & Curiæ teneatis firmiter, & obseruetis ac teneri, & inuiolabiliter obseruari faciatis, per quos decet, dubio & contradictione quibuscumque remotis. Datum in vrbe Panormi die 5. Octobr. anno à Natiu. Domini MCCCCXXXXVI. *Rogerius de Paruta. Baptista de Plantamone.* Domini Vicereges mandarunt mihi Benedicto de Pisano. Ex Regia Cancellaria Regni Siciliæ extracta est præsens copia, fol. 69. & ex Regio Officio Protonotarij fol. 14.].

6. Igitur ex omnibus supradictis apparet non solùm ex sacris Canonibus, & doctorum consensu, sed etiam ex ore ipsius Regis, sæculares obligatos Ecclesiis, Clericis, & spiritualibus personis ratione bonorum eorum coram iudicibus Ecclesiasticis conueniri posse & debere; & ideò quia Ministri Regij de hoc Abbatem Panormitanum tunc nostrum Archiepiscopum contra ius inquietabant, Alphonsus Rex in illos per supradictum Decretum inuehitur, in quo id quod de iure Ecclesiasticis competebat, præcepit vt eis inuiolabilitet seruetur. Et ideò tanti Regis vestigiis inhærendo, habent in hoc casu & similibus Principes laici præclarum exemplum Ecclesiasticam libertatem, vt par est tuendi. Vnde ex supradictis hactenus deductis infertur nostram opinionem procedere contra Valboam & Osascum *vbi supra*, etiamsi agatur actione ex locato ad mercedem; nam si laicus potest conueniri coram Ecclesiastico, siue actione reali, siue personali vt ex legato; & locato; *vt suprà* ex Innocent. & Abbate probatum est. Idem dicendum est si agatur ex locato ad mercedem, quia actio ex locato ad mercedem est personalis, vt tradit Felinus *in cap. si Clericus laicum, de foro compet. num.* 4. & ita hanc sententiam docet Bellettus *in disquis. Cler. part. 1. tit. de fauore Cleric. reali §. 5. num.* 10.

7. Restat modò respondere ad argumentum contrarium nempe actorem sequi debere forum rei, ad quod posset aliquis respondere, illam regulam pati exceptionem. Sed aliter respondit Valboa *in lect. Salmatic. ad text. in cap. si Clericus laicum, de foro compet. nu.* 6. existimat enim quòd inter duo iuris principia ferè contraria medium rectè à Pontifice electum est, & constitutum. Alterum est actorem sequi forum rei, alterum verò Clerici bona patrimonialia fori priuilegio gaudere: medium ergo est, quando laicus probabiliter negare potest rem esse Ecclesiæ, vel Clerici, tunc enim cognitio pertinet ad sæcularem, seruata illa regula, quòd actor forum rei sequi tenetur, id enim denotat text. *cap si Clericus*, ibi, *Res proprias esse assauerat*; asseuerare enim est constanter, & verosimiliter affirmare, vt notatur *in l. quod asseuerat. C. de probationibus.* sic Anton. & Cardinalis *num.* 9. Imola & Abbas *num.* 13. Alexan. de Neuo, & Felinus *in principio.* Osascus *l. 2 ff. si. in ius vocatus.* Abbas *lib. 1. var. cap. 4. num. 3.* Menochius *de re recuper. rem. 5. num* 21. prudens ergo iudex arbitrabitur, an laici negatio probabilis sit, vel non: nam si res verosimiliter temporalis est, pertinebit ad laici iudicis cognitionem; si verò Ecclesiastica, ad Ecclesiasticũ, sic procedit text. *d. cap. si Clericus laicum*; cuius praxis propriè obseruatur in specie text. *in cap. final. de iudiciis.* Cùm enim ibidem laici à Religiosis conuenirentur super quodam officio sæculari, quod laici ad se pertinere asserebant coram iudice sæculari, proposita fuit conuentio à Monasterio, quoniam cùm laici probabiliter negassent ex eo, quod officium illud sæculare esset, debuit Monasterium, forum rei, sequi, ex textu nostro, & hæc omnia docet Valboa *loco citato.* Vnde Rippol. *in var. resolut. cap. 1. de iurisd. omn. ind. num.* 238. Ex his aduertat Aduocatus, qui tuetur causam in Curia Ecclesiastica, quòd curet ante omnia iustificare laicum solitum esse soluere Clerico id, quod petitur, quia cùm ratione possessionis competat iurisdictio iudici Ecclesiastico in laicum, debet qualitas hæc tribuens iurisdictionem, probari ante omnia, & de ea constare. Ita Rippol. Ex quibus omnibus patet responsio ad argumentum pro negatiua sententia adductum.

8. Non desinam tamen hîc in gratiam curiosorum libertatis Ecclesiasticæ obseruare potuisse Ecclesiam priuilegium, quod Clericis reis competit, extendere ad Clericos actores, non solùm in casu, de quo superiùs loquuti sumus; sed etiam in omnibus aliis, ita, vt non tenerentur sequi forum rei prouocati laici, sed illum traherent ad forum Ecclesiasticum; & ideò in facti contingentia frequenter Pontifices solent concedere rescripta, & priuilegia Clericis, vt in quacumque causa, etiam agendo contra laicum, ad forum Ecclesiæ illum venire compellant. Vnde (& hoc à nemine obseruatum videò) prorsus refellenda venit, seu potiùs delenda glossa *in cap. si Clericus laicum, de foro compet. ver. de consuet.* Nec in contrarium

posset

posset quis adducere Bartolum *in l. 2. ff. de iurisd. omn. ind.* vbi proponit quæstionem, an fieri possit statutum, vt reus sequatur forum actoris? & respondet, Principem pro subditis posse tale statutum facere, non tamen posse pro subditis alienæ iurisdictionis; ergo cùm laicus in temporalibus non sit subditus iurisdictionis Ecclesiasticæ, non poterit Pontifex illum compellere, quando reus est, vt veniat ad iudicem Ecclesiasticum. Sed respondetur quòd hæc Bartoli doctrina retorqueri potest pro nostra sententia: si enim princeps laicus potest inter subditos priuilegium dare, vt reus forum actoris sequatur, poterit etiam Pontifex idem priuilegium Clericis concedere respectu aliorum fidelium, neque obstat quòd fideles laici non sint directè in temporalibus Pontifici subditi, nam sufficit quòd subdantur indirectè, supposito quòd spiritualis potestas sufficit ad disponendū circa temporalia, quando id exigit finis spiritualis, & ideò quoties Pontifex huiusmodi priuilegia specialiter aliquibus concedit, non vsurpat iurisdictionem temporalem, sed sua potestate superiori vtitur, neque etiam reus cogitur comparere coram iudice alieno, sed ab vno iudice in alium transfertur causa per Pontificem habentem legitimam potestatem. Et hæc omnia docet, & probat inter doctos Iurisconsultos Hispanos, doctiss. Valboa de Magrouieio *in lection. Salmat. tom. 2. ad text. cap. 2. de indicijs, à num. 50. vsque ad num. 55.*

RESOL. CCXXXI.

An laicus ratione fructuum Prebendæ sibi locatæ, debeat conueniri coram iudice Ecclesiastico?

Et an pro bonis, & fructibus Ecclesiæ possit laicus conueniri coram iudice Ecclesiastico? Ex part. 4. tract. 1. Resol. 24.

§. 1. Affirmatiuè respondet Marta *de iurisdict. part. 2. cap. 30. num. 5.* vbi sic ait. Laicus ratione fructuum præbendæ sibi locatæ conueniri debet coram iudice Ecclesiastico, nec potest remissionem petere ad iudicem sæcularem, ex Abbate *in cap. si Clericus laicum, 1. not. col. 4. de foro competent.* vbi habetur quòd Clericus potest conuenire laicum pro rebus Ecclesiæ coram iudice Ecclesiastico, & pro rebus suis, siue agat actione reali, siue personali. Ita Marta.

Sup. hoc in Resol. præterita & in Resol. seq. §. Confirmatur. ante medium à vers. Adde. & in tom. 6. tr. 3. Resol. 165. lege doctrinam §. Et tandem.

2. Et ex personali actione agi posse in iudicio Ecclesiæ contra laicum, docet Valascus *de iure emphyt. quæst. 39 num. 14.* licèt contrarium sentiat Guttierez *practic. qq. lib. 3. quæst. 26. num. 10.* qui tamen concedit, tunc hoc seruari posse quando probetur sic de consuetudine esse illius loci.

2. Non reticeam tamen Hostiensem & Innocentium *in cap. cùm sit generale, de foro competent.* & *ibi* Butrium *num. 9.* Marianum Socinum *num. 15.* Felinum *num. 4.* docere, quòd Ecclesia laicum ad suum forum trahere nequit, nisi quando proposuerit qualitates furti, vel violentiæ: sed tu cogita, si hæc doctrina valeat circa casum propositum. nam dum Ecclesiæ non soluitur pensio tempore statuto, contra legem contractus, adest iniusta & violenta occupatio, & succedit doctrina Innocentij & aliorum. Igitur quando empyteuta pensiones denegat, & non soluit, Ecclesiam priuat iure suo, eique violentiam facit. Ergo coram iudice Ecclesiastico conueniri potest, & debet. Et pro confirmatione supradictorum omnino vide Maceratensem *variar. resolut. lib. 1. resol. 48. per totam*, vbi ex multis probat, quòd pro bonis, & fructibus Ecclesiæ potest laicus conueniri coram iudice Ecclesiastico, & præsertim si contrahentes laici re untiassent fori priuilegio, & iudici Ecclesiastico se submisissent, quod prohibere non potest Princeps sæcularis, & si hoc prohiberet per aliquam constitutionem, talis constitutio non valeret, vti contra iurisdictionem, & libertatem Ecclesiasticam, vt rectè obseruat Maceratensis *vbi suprà num. 24.* quicquid in contrarium asserat Osascus *decis. 78. num. 19.* & alij.

Sup. hoc in Resol. præterita §. Confirmatur. in Resol. §. 1. & seq. in alijs annotat.

Sup. hoc in Resol. 1. not. præteritæ, §. vnde Sycra. & supra in Resol. 279. §. 1. & in §. Resol. 3. annot. præteritæ.

RESOL. CCLXXXII.

An ne laici conductores bonorum Ecclesiasticorum possint conueniri coram iudice Ecclesiastico, licitum sit condere Pragmaticam prohibentem laicis prorogationem iurisdictionis alienæ?

Et an dictæ leges prohibeant iuramentum apponi in contractibus, ne ratione ipsius prorogetur iurisdictio Ecclesiastica, sit etiam contra Immunitatem Ecclesiasticam, & illas statuentes incurrant in excommunicationem Bullæ Cœnæ?

Et notatur, quod de iure communi competit Episcopis ratione iuramenti conuenire laicos in Curia Ecclesiastica.

Et supponitur, quod statuta laicorum, quæ tollunt Clericis illa, quæ de iure communi illis competunt, esse contra libertatem Ecclesiasticam, & aliqua alia supponuntur, & explanantur, & tandem quæritur, an Clerici possint conuenire laicos coram iudice Ecclesiastico pro rebus Ecclesiæ, vel suis; siue agatur actione reali, siue personali; siue ex legato, siue ex locato? Ex part. 4. tract. 1. Resol. 8.

§. 1. Videtur affirmatiuè respondendum, & ideò in Regno Portugalliæ & Castellæ adsunt leges, in quibus prohibetur, vt in contractibus non apponatur iuramentum, nè ratione ipsius prorogetur iurisdictio iudicis Ecclesiastici: quas leges defendunt Ioseph. Esse *de inhib cap. 9. §. 3.* Pereira *de manu Regia part. 2. cap. 35. num. 2.* Petrus Barbosa *in l. 1. art. 3. num. 139. ff. de iudicijs.* Osascus *decis. 32. num. 7. & decis. 78. n. 19.* Gama *decis. 247. num. 2.* Cabedo *tom. 1. decis. 32. n. 2.* Carualius *de iudicijs lib. 1. tit. 5. n. 1121.* Guilielmus Bened. *in cap. Raynutius ver. & vxorem, decis. 2. num. 53. de testam.* & alij penes ipsos quibus adde Molinam *de iust. tom. 1. tract. 2. disput. 149. num. 15.* Rebellium *part. 2. lib. 16. q. 2. num. 9.* & Valboa de Magrouieio *in prælect. Salmat. tom. 1. cap. 3. de iudiciis num. 163.* Et hanc sententiam in terminis docet Anguianus *de legibus lib. 3. controu. 22. per totam.*

Sup. hoc supra in Resol. 280. §. Confirmatur. & in fine Resol. 281. & in Resol. 331. post medium lege à versic. Non obstat & alias Resol. & §§. eius not.

2. Sed his non obstantibus, ego *in 4. part. tract. 1. resolut. 24.* contrariam sententiam docui cum Mario Antonino *var. lib. 1. resolut. 48. num. 24.* Verùm quia ibi more meo breuiter, & resolutoriè hanc tetigi quæstionem, visum est mihi per extensum illam probare. Dico igitur præter Maceratensem citatum, hanc sententiam docere Bellettum *in disquis. Cleric. tit. de fauore Cler. person. §. 2. num. 26.* vbi docet laicum posse prorogare iurisdictionem in Episcopum, neque ab eius Superiore posse inhiberi. Idem tenet Marta *part. 4. cent. 1. cas. 92. num. 2.* quibus adde Riccium *part. 2. decis. 211. num. 5.* & Genuensem *in praxi Episc. cap. 12. num. 2.* prædictum statutum esse contra libertatem Ecclesiasticam, & illud ferentes incurrere in excommunicationem Bullæ Cœnæ; & vt hæc opinio etiam rationibus fulciatur. Supponendum est primò statuta laicorum, quæ tollunt Clericis id, quòd eis competit de iure communi, esse contra libertatem Ecclesiasticam, vt patet ex *cap. cum*

Quæ hic ex Resol. antecedens in fine.

Sup. hoc latè supra in Resol. 200. §. 1. & in Resol. 208. fusè.

cum terra, de elect. & ibi Imola & Butrius, & docent etiam *in cap. Ecclesia S. Mariæ.* Decius *num.* 3. & Ferlinus *n.* 69. *de constit.* Hanc etiam sententiam docet Alexander, Riminaldus, Maluasia, Oddus, & Hondedeus, quos citat, & sequitur Philippus Maynardus *de priuil. Eccles. p.* 1. *art.* 1. *n.* 24. quibus ego addo Castillum Sotomaiorem *tom.* 3. *de Tertiis, cap.* 9 *n.* 6. Aponte *in resp. pro censura Veneta, fol. mihi* 71. Laderchium *cons.* 103. *num.* 8. Germonium *de libert. Eccles. cap.* 5. §. 5. Mandellum *vol.* 1. *cons.* 164. *n.* 13. Fagnanum *in respons. ex validitate censuræ Pauli V. part.* 3. *fol. mihi* 58. Torrium *in Apolog. pro libert. Eccles. fol. mihi* 23. Valenzuelam *in defens. monit. part.* 1. *n.* 55. Beltran de Gueuara *in propugn. libert. Eccles. assert.* 1. §. 5. *n.* 25. Collegium Bononiense *in resp. pro libert. Eccles. n.* 17. & alij penes ipsos, quibus omnibus adde sacram Rotam Romanam *in una Corrigiensi die* 16. *Februar. anno* 1589. *coram Gipsio, & in una Massafrensi die* 21. *Iunij anno* 1591. *coram Pamphilio, & in una Cryptæ ferratæ die* 16. *Ianuarij* 1604. *coram Millino,* & tandem nouissimè *in una Veneta censur.* quam penes me impressam habeo, *fol.* 4.

3. Supponendum secundò, laicos posse prorogare iurisdictionem iudicis Ecclesiastici, vt patet ex *l. si qui ex consensu, & l. Episcopale, C. de Episc. audien.* & docent communiter Iurisconsulti, (nam ex industria nolo Theologum vllum citare) vt Calderinus, Federicus de Senis, Wamesius, Tuschus & alij, quos citat, & sequitur Ioannes à Cochier *in vindiciis libertatis Ecclesiasticæ part.* 1. *c.* 66. *n.* 5. & 10. quibus ego addo Baldum, Iacobinum, Lapum, Masullum, Viuium, & Capycium, quos citat & sequitur Carolus de Grassis *de effect. Cler. effect.* 1. *n.* 75. quibus etiam adde Narbonam *lib.* 2. *tit.* 4. *leg.* 59. *glos.* 1. *n.* 9. Madium *de sacram. Ord. cap.* 13. *n.* 23. Boërium *decis.* 69. *n.* 5. Nattam *tom.* 2. *cons.* 413. *n.* 4. & Nouarium *de elect. fori sect.* 3. *q.* 13. *num.* 25. Imò ego addo cum Petro Barbosa *vbi suprà* ex Menochio *vol.* 4. *cons.* 322. *num.* 20. non solùm ex iure ciuili, vt visum est *in d. l. si qui, & l. Episcopale,* laicum posse prorogare iurisdictionem Ecclesiasticam, sed etiam ex iure Canonico in text. *cap. significasti, de foro compet.* Nam cùm ibi Pontifex proponat regulam, quod quilibet potest prorogare iurisdictionem alterius iudicis, & ab hac regula excipiat Clericum, qui non potest prorogare iurisdictionem iudicis Ecclesiastici, sequitur hoc fieri posse à laico.

4. His suppositis, sequitur negatiuam sententiam quam *suprà* docuimus probari irrefragabili argumento. Nam statutum, quod tollit Clericis id, quod eis ius commune concedit, est contra libertatem Ecclesiasticam, vt patet in primo supposito: sed Clericis de iure ciuili & Canonico competit vt laici possint eorum iurisdictionem prorogare, vt visum est in secundo supposito: ergo necessariò sequitur statutum laicis hoc prohibens esse contra libertatem Ecclesiasticam, quod procedit etiamsi in illa re, qua de iure competit Clericis, participarent, vt est in casu nostro, etiam laici. Ita optimè obseruat & docet Ioannes Beltran de Guevara *in propugn. liber. Eccl. assert.* 1. §. 6. *n.* 61. & alij.

5. Confirmatur nostra opinio ex his, quæ docent Aponte *in respons. super censura Veneta, fol.* 85. & Laderch. *cons.* 103. quòd Ecclesia habet facultatē hanc, vt laici possint liberè cum ea contrahere, & quoties arctatur eis hæc libertas: est contra immunitatem Ecclesiasticam: sed per statutum, de quo loquimur, imponitur aliquod onus laicis, quod priùs non habebant, & eis arctatur libertas, vnde non possint liberē vt priùs cum Ecclesia contrahere, propagando videlicet eius iurisdictionem: ergo tale statutum erit inualidum, & contra libertatem Ecclesiasticam. Adde quòd secundùm Innocent. & Abbatem *in cap. si Clericus, de foro competent.* & Gratianum *in disceptat. forens. tom.* 2. *cap.* 238. *num.* 17. possunt Clerici conuenire laicos coram Ecclesiastico pro rebus Ecclesiæ, vel suis, siue agatur actione reali, siue personali, vel ex legato, vel locato, & patet etiam ex *cap. si annum, de iudiciis in* 6. & ibi Ancharanus, Francus, Philippus, & Archidiaconus cum Glossa *verbo dependentibus*, quibus adde *cap. Episcopum,* 17. *q.* 1. *& glossam c. quia nos, de testam.* & facit text. *in c. postulasti, de homicidio,* & ego suprà satis probaui. Si igitur in his casibus & similibus laici non possent prorogare per statutum hoc eis prohibens iurisdictionem iudicum Ecclesiasticorum, tolleretur vtique eis id, quod habent ex iure communi; ergo tale statutum esset contra libertatem Ecclesiasticam.

Sup. hoc in Res. not. seq.

Suprà in duabus præcedentibus Resol. & in tom. 6. tr. 3. Res. 165. §. Et tandem. & seqq.

6. Sed restat modò respondere ad argumentum desumptum ex legibus Hispaniarum prohibentibus apponi iuramenta in contractibus, ne prorogetur iurisdictio Episcoporum. Dico igitur quòd dictas leges non admittunt aliqui Theologi, quia iuramentum directè pertinet ad virtutem Religionis, & eius vinculum est res spiritualis excedens potestatem sæcularem, & ideò circa illud non possunt vllo modo Principes laici disponere, vt ego ipse probaui *in* 1. *p. tr.* 2. *res.* 73. cum Marta & Duardo.

7. Adde, & hoc est valde notandum, quòd de iure communi competit etiam Episcopis ratione iuramenti conuenire laicos in Curia Ecclesiastica, vt patet ex *cap. monit, de iudiciis, & cap. fin. de foro competent. in* 6. & docet Rippol. *de iur. omn. iudic. cap.* 1. *num.* 265. & alij communiter: ergo si Principis laici statutum prohiberet iuramenta in aliquo contractu præstare, vtique auferret iudicibus Ecclesiasticis illam auctoritatem, quam Canones ex contractibus iuratis eis tribuerunt. Esset igitur tale statutum saltem indirectè contra libertatem Ecclesiasticam. Vnde ex his corrueret speculatio, quam apponunt Doctores in principio huius resolutionis citati, pro defensione legum Castellæ, & ideò dictas leges inter Iurisconsultos Hispanos doctissimus Sahagun de Villasante *in cap. decernimus, de iudiciis, num.* 127. cum D. Thom. nullas esse docet tanquam Ecclesiæ potestati contrarias. Et ita etiam docet Marta *de iurisd. part.* 4. *cent.* 1. *cas.* 72. Maresçottus *lib.* 1. *var. cap.* 62. *à num.* 10. & Seraphinus *de iuram. priuileg.* 76. *num.* 18.

Quæ hic est sup. in Res. 232. & in aliis positis in annot. 1. huius Res. & in annot. vlt. Res. not. seq.

8. Hinc circa præsentem quæstionem inuenio doctissimi Suarez ingenium ita hæsitasse, vt dubius remanserit, & ideò *de Relig. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 38. *n.* 15. sic asserit: Non carere difficultate leges illæ irritantes contractum solùm propter adiectionem iuramenti, nam videntur saltem indirectè esse contra libertatem Ecclesiasticam, licèt lex Castellæ expressè id neget. Ita Suarez. Nec valet dicere cum Valboa, Sessæ, & aliis, hoc principes non efficere ad æmulationem iurisdictionis Ecclesiasticæ, sed ad suam iurisdictionem tuendam, nam in omnibus statutis contra libertatem Ecclesiasticam hac responsione possent laici se tueri, quod absurdissimum esse nemo negabit. Vnde Fagundez *præc.* 1. *lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 17. & Aluarez Valascus *tom.* 1. *cons.* 99. *num.* 3. putauit dictas leges in regnis Hispaniarum fuisse latas ex priuilegio summi Pontificis, quod cùm non adsit in casu nostro, apparet non posse Pragmaticam, de qua loquimur, publicari. Sed dato quòd Principes possint aliqua statuere circa iuramenta in contractibus apponenda, non desinam tamen hic adnotare ea, quæ docet Bonacina *in Bulla Cœna, disput.* 1. *quæst.* 26. *sect.* 2. *punct.* 2. *num.* 26. vbi postquam firmasset posse Principes ad cuitanda periuria, quæ passim fiunt statuere, ne

Sup. hoc in Res. 235. prope finem, & in aliis eius vlt. not.

iuramenta in celebratione contractuum adhibeantur, hoc tamen limitandum censet, modò id fiat sine præiudicio libertatis Ecclesiasticæ. Quamobrem si Princeps prohibeat iuramentum contractui apponi, ne causæ temporales prætextu vitandi periuria ad forum Ecclesiasticum deducantur, à culpa non excusatur, quia libertatem Ecclesiasticam saltem indirectè offendit. Ita Bonacina, cui consentit etiam Molina *tom. 2.tract.2. disput.271.num.13. in fine* Vnde apparet ex his quàm periculosa res sit publicatio similium statutorum.

Sup. contento in hoc §. sup. in Ref. 280. §. Confirmatur. ad medium, & in aliis not. 1. huius Ref.

9. Et tandem aduertendum est, quòd dictæ leges, quæ pro iustificatione præsentis Pragmaticæ adducuntur, non faciunt ad rem, imò contra dictam Pragmaticam adduci possunt. Nam dictæ leges licèt prohibeant iuramentum apponi in contractibus, ne ratione ipsius prorogetur iurisdictio Ecclesiastica, tamen, vt aduertit Ioannes de Heuia *in Curia Philippica part. 1.§.5.num.33.* Azeuedus *in recopil. lib.4.tit.1. l. 11.in fine.* Guttierrez *in Authent.Sacram.puber. C.si aduersùs venditionem.n.157.* & Molina Theologus *de Iust.tom.1.tr.2. disput. 149. n. 15.* permittunt in contractibus, quibus laici conducunt redditus Ecclesiarum & Ecclesiasticorum, apponi posse iuramentum. Et ideò ex dictis legibus concedit Valboa *in lection. Salmat. ad text. 1.& 2. de foro comper.n.* 10. posse conductores decimarum apud iudicem Ecclesiasticum conueniri, quoties in contractibus conductionis iurisdictioni Ecclesiæ se submiserunt, quod antea docuerat Couarr. *pract.qq.c.35.n.2.* & docet Castr. Palaus *tom. 2.tr.10.punct. 15. n.9.* Facundez *5.pracept. lib. 3. c.5. n. 11.* & ex Doctoribus Italis Gratianus *tom. 2. c. 238. n.18.* Vnde cùm Doctores in principio huius resolutionis citati, & supradictæ leges loquantur de contrahentibus super re merè profana, non possunt in exemplum adduci, vt liceat edere Pragmaticam, ex qua ampliùs laici conductores rerum Ecclesiasticarum non possint prorogare iurisdictionem Ecclesiasticam Episcopi.

10. Dicendum est igitur dictam Pragmaticam nullam esse, tanquam Ecclesiæ libertati contrariam: illámque statuentes incurrere excommunicationem Bullæ Cœnæ; nec sufficit quòd publicetur sine aliqua mentione Ecclesiasticorum, nam non est considerandum cum quo quis loquatur, sed in quem voluntatis dirigatur intentio, ex *l.cùm pater, §. donationis ff.de legatis.3.* Et ideò licèt taliter statuentes quoad verba non videantur infringere libertatem Ecclesiasticam, faciendo tamen fraudem, quantùm ad mentem, Ecclesiæ libertatem violant, ac proinde censendi sunt, ac si expressè Ecclesiam nominarent, & ita semper docuit sacra Rota Romana, & signanter *in vna Massafrensi coram Pamphilio die 21. Iunij 1591. & in vna Cryptæ Ferratæ coram Millino die 16. Iannuar. anno 1604.* & docent communiter Doctores, quos ego ad satietatem adduxi *4.part.tr.1.resol.52.vers. his suppositis*, quibus addo Valasçum *tom. 1.cons. 99.n.2.* Vnde in tali casu statuentes posse cogi per censuras ad declarandum eorum edictum, neque Ecclesiam, neque Clericos ligare determinauit sacra Congregatio *Immun. die 7.Decembr. ann. 1632.* & sacra Rota Romana *in vna Venetacensur. anno 1606.fol. mihi 6.* & docent Geminianus *in c. final.de immun.Eccles.in 6.n.4.* & Francus *n.2.* Felinus *in c. Ecclesia sanctæ Mariæ n. 81. de constitut.* Ancharan. *cons. 155.* Hieronimus Gabriel *vol. 2. cons. 37. n.3.* & alij.

Sup. hoc in Ref. not. seq. §. His suppositis. ad medium, à Vers. Sed statutū.

Quæ hic est suprà Ref. 94. §. His suppositis. ad medium. Et pro sequenti in hoc §. à vers. Vnde in tali casu. suprà in Ref. 198. §. vlt. & in Ref. 199. &c.

11. Sed cum his temporibus videam tam amarè ferre laicos ad tribunal Episcopum trahi, visum est mihi pro illis hic adnotare, quantum detulerit Episcopali foro Carolus ille verè Magnus, vt patet ex eius constitutione, quam ex *cap. nouit. de iudiciis*, & aliis refert Card. Baronius *tom.9. Annal. anno Christi* 801. his verbis: Quicumque litem habens, siue possessor, siue petitor fuerit, vel initio litis, vel decursis temporum curriculis, si iudicium elegerit sacrosanctæ legis Antitistis, illico sine aliqua dubitatione, etiamsi alia pars refragetur, ad Episcoporum iudicium cum sermone litigantium dirigatur. Omnes itaque causæ, quæ vel Prætorio iure, vel ciuili tractantur, Episcoporum sententiis terminatæ, perpetuo stabilitatis iure firmentur. Nec liceat vlteriùs tractari negotium, quòd Episcoporum sententia decideriit, &c. Hæc audiant, & erubescant illi (inquit Baronius) qui his penitus aduersarias leges statuunt, & contraria edicta proponunt, timoribus exagitantes populos, nouis adinuentionibus inhibentes quacumque occasione prætensa via indirecta procurant ne laici ipsi attingant limen Ecclesiastici fori. Timeo, timeo, inquit, istis, ne quando si ista facere perseuerant (quod absit) Deus tandem vindex exurgens virga furoris ferrea secundùm illud Dauidicum, tamquam vas figuli confringat eos, vnde & ob imminens quod adstat periculum æquè cum eodem ipso ex alto corde vociferor, *Nunc Reges intelligite, & erudimini qui iudicatis terram?* & exemplo discite Caroli Magni regna & Imperia propagare, atque firmiter stabilire. Hucvsque Baronius. Igitur olim Episcopis dabatur iurisdictio, quæ eis de iure non competebat, nunc verò faxit Deus, quòd ab eis non tollatur iurisdictio, quo eis de iure competit, vt exclamat Baronius.

RESOL. CCLXXXIII.

An iudex Ecclesiasticus sit iudex competens quando agitur de dando Tutore Clerico minori, aut mente capto?

Et notatur, quod si clericus minor litigat tanquam actor coram iudice seculari, possit idem iudex secularis dare ei curatorem ad litem.

Et an inuentarium bonorum clerici mortui, qui filios minores reliquit, pertineat ad iudicem laicum illud facere?

Ex part.1.tract.2.Ref.95.aliàs 94.

§.1. NEgatiuè respondet Aufrerius *in Clem. 1. de officio ord.reg.4.fallen.25.* quia datio tutoris, seu curatoris, respicit patrimonium Clerici: sed Iudex laicus potest se intromittere in bona patrimonialia Clerici: ergo, &c.

2. Sed iste Author est cautè legendus: nam multa asserit non fauorabilia, & absurda contra immunitatem Ecclesiasticam. Dico igitur, dandum esse tutorem vel curatorem Clerico minori per Iudicem Ecclesiasticum: & idem dicendum est de Clerico mente capto. Et ita in terminis docet Georgius de Cabedo *part.1.decis.80.n.2.* Anguianus *de legibus, tom.1. lib.2. contr.23.n.69.* & Bellettus *in disq. cler.p.1. tit.de fauore Clericorum personali, §.6.n.15.* qui notant, quòd si Clericus minor litigat tanquam actor coram Iudice sæculari, potest idem Iudex sæcularis dare ei curatorem ad litem: quia dictus curator datur rebus, & non personæ. Notandum est etiam, quod idem Cabedo *in sequenti dec.81.* obseruat, quoad inuentarium bonorum Clerici mortui, qui filios minores reliquit ad Iudicem laicum pupillorum pertinere illud facere, quæ quidem sunt valdè adnotanda, quia multùm quotidiana.

RESOL. CCLXXXIV.

An iudex Ecclesiasticus possit acquirere iurisdictionem in laicos ex consuetudine, vel præscriptione, & non è conuerso?

Et

Et an valeat consuetudo, vt laicus possit indistinctè coram Ecclesiastico conueniri? Ex part.4. tract. 2.Reso.53.

§.1. Affirmatiuè respondeo per ea, quæ adducunt communiter Doctores *in cap. cùm contingat., de foro compet.cap. licèt ex suscepto, eodem tit.& l.3.C. de emancip. liber.* Idem etiam docet Cardinalis Tuschus *tom. 5. conclus. 545. num.9.* Iason & Zasius *in l.more.ff.de iurisdict.omn. iudic.* & Mynsingerus *consil. 17.* asserentes merum & mixtum imperium præscribi posse, adeò vt iudex Ecclesiasticus iurisdictionem sæcularem facilè prescribere possit, licèt non è conuerso, ex *cap. significauerunt*, vbi Aretinus *in 2. notab.* & Felinus *num.3. de iudic.* eiusmodique iurisdictio per præscriptionem acquisita non cumulatiuè, sed priuatiuè censetur adepta, perinde atque si contractu esset acquisita, cùm præscriptio æquiparetur pacto, siue contractui, & hæc omnia docet Ioannes Cochier *in vindiciis libertatis Ecclesiasticæ part.1. cap. 30. num. 7. & cap.26. numer. 1. & 2.* vbi etiam *num.2.* docet valere consuetudinem; vt laicus possit indistinctè coram Ecclesiastico conueniri, ex *cap. si Clericus laicum, cap.licèt ex suscepto, de foro compet.* Franchus *in cap. si duabus §. denique, num. 3. de appellat.* & aliis. Nec aduersùs supradicta admittenda est limitatio aliorum asserentium tunc esse vera, quando datur scientia Principis, adeò vt non sufficiat scientia officialium, vt tradit Castaldus *tract. de imper. quæst. 54. num.20.* Capycius *decis.57.* Petra *de fideicommiss.quæst.12.num.298.* Decius *consil.307. num. 9.* & alij. nam respondetur id verum esse respectu subditorum & vassallorum, qui aduersùs superiorem præscribere non possunt, non autem respectu Ecclesiasticorum, per ea, quæ adducit Abbas, Felinus, & alij, *in cap. cum nobis, de præscript. & in cap. per venerabilem, qui filij sint legitimi.* & ita docet idem Cochier *vbi supra c.3.n.3.*

RESOL. CCLXXXV.

An iudex Ecclesiasticus possit cognoscere inter laicos de alimentis filio spurio debitis, vel an cognitio huius causæ sit mixti fori?

Et notatur, an sub nomine alimentorum veniant cibaria, vestes, potus, habitatio, medicinæ, lectus, & alia huiusmodi, sine quibus via transigi non potest?

Sed difficultas est, an alimenta præstanda sint filio spurio, attentis, & consideratis diuitiis paternis, & eius qualitate, & dignitate?

Id etiam, quod dictum est de Parentibus circa filios dicendum est de filiis circa Parentes? Ex part.1.tract.2. Resol.86.alias 85.

§.1. Negatiuam sententiam docuit Ceuallos *tract. de cogn. per viam violentia,p.2. q.53. n.5.* qui citat Thesaurum *decis.221.n.4.*

2. Sed contrariam sententiam prorsus amplectendam esse puto: nàm cognitionem huius causæ esse mixti fori, docuit ex Theologis Societatis Iesv, nouissimè Sanctarellus *var. resol.part.1. q.34.n.2.* qui citat Laram, & Barbosam, quibus ego addo Surdum *de alimentis,tit.8. priuil.6.n.6.* & à fortiori Couarruuiam *de sponsal.p.2.c.9.§.6.num.6.* Molinam *de primog. lib.2.c.15. n.76.* Aretinum *cons.48.n.5.* & alios. Vide etiam Bellettum *in disquis.cler. p.1. tit. de fauore Clericorum reali, §.5. n.69.* Igitur in electione filij spurij erit, petere alimenta coram Iudicice Ecclesiastico, vel laico: vnde reiecta manet opinio Ceualli, Thesauri, & aliorum.

3. Notandum est tamen pro Iudice Ecclesiastico in præsenti casu, quòd sub nomine alimentorum veniunt cibaria, vestes, potus habitatio, medicinæ, lectus, & alia huiusmodi, sine quibus vita transigi non potest, vt ex pluribus notauit supradictus Sanctarellus, *vbi supra q.37.per totam.*

4. Sed difficultas est, an alimenta præstanda sint filio spurio, attentis, & consideratis diuitiis paternis & eius qualitate, & dignitate? Negatiuam sententiam docet Lara, Palatius, Gamma, Rebellius, & alij apud Barbosam *in collect.tom.3.lib.4.tit.7.c.5.n.12.*

5. Sed ipse meritò affirmatiuam sententiam tenet: & ita docet Fracus *decis.283.n.18.& 19.* Molina *de iust. tr.2.disp.168.* Lessius *lib.2.c.19. n.67.* cum aliis apud Barbosam quibus adde Sanctarellum *loco citato, var. resol.p.1.q.31.num.20.* Azorium *part.2. lib.2. c.3. q.2.* & nostrum Megalam *in p.2.lib.2. cap.2.q.2. num.4.* qui vt semper solet, docte hanc quæstionem perttactat. Id verò, quod diximus de parentibus circa filios, dicendum est de filiis circa parentes, vt notant decem Doctores apud Barbosam *vbi supra n.9.* qui *n.11.* cum multis aliis limitat supradicta si spurij de sua arte, vel operibus, aut aliunde commodè viuere possunt. Et ità ex Theologis docuit etiam Henriq. *lib.11.c.19.n.2.& in Glossa,lit.N.* vbi alios citat.

RESOL. CCLXXXVI.

An iudex Ecclesiasticus possit cognoscere laicum simul delinquentem cum Clerico. Ex part.3.tract.1.Res.1.

§.1. Negatiuam sententiam docent Cauallos *tr. de cognit.per viam violentia,part.2. q.69. n.7.* Guttierrez *pract.qq.lib.1. quæst.6.* Mexia *super Pragm. taxæ panis,conclus.5. num.74.* Bonacina *tom.3. in Bulla Cœn.disput.2.q.16.punct.5. n.20.* Franc. *decis.113. n.7.* Couar. *pract.qq.lib.1.c.3.* Molina *de iust. & iure, tom.4. tract.3.disput.49. n.24.* Villadiego *in Politic. c.5. §.20. n.45.* probant hanc opinionem Bonacina & Molina *ex l.si quis vxori,ff.de furtis.*

Sup. hoc in Res. seq. & sup. in Resol.187. per tot. quamuis eius doctrina in aliquo distet ab ista signanter in eius §. Nec valet.

2. Sed affirmatiuam sententiam docent Doctores, quos citat & sequitur Marta *de iurisd. part.4.cent. 2.cas.119.n.1.* Quibus addo Maynardum *de priuilegiis Ecclesiæ p.1.art.17.n.10.* Duardum *in Bull. Cœn.can.17. q.11.num.48.* Bellettum *in disquis. Cleric.part.1. tit. de fauore Clericorum personali,§.16.n.1.* Ambrosinum *tra. de immun.Eccl.c.20.num.9.* & nouissimè Tamburinum *de iure Abbatum, tom.1.disp.15.q.19.n.31.* & Layman *in Theol.moral.lib.4.tract.9.c.4.n.10.* vbi sic asserit, si plures simul delinquant, omnes ab eodem iudice iudicandos esse; quare cùm Ecclesiasticus iudex dignior sit laico, ad ipsum pertinebit in hoc casu reum iudicare. Ita ille. Et dato quòd commodè vterque iudex suum iurisdictionarium punire posset, tamen absurditas non remouetur, quæ de facili dari potest, si diuersæ, & forsitan contrariæ sententiæ ferantur, ita vt Ecclesiasticus puniret Clericum, laicus verò absolueret, cùm tamen tam laicus, quàm Clericus ab eodem delicto inquirerent, & probationes æquales contra omnes adsint; alias verò rationes videbis apud citatos DD. vide etiam Ludouicum *dec.Luce.26. n.18.p.1.* & Decianum *lib.4.cap.9.n.44.*

3. Restat modò respondere ad argumentum Molinæ & aliorum. Dico igitur non obstare *l.si vxori*, nam, vt benè obseruat Ambrosinus, cùm vxor de furto non teneatur pro rebus subtractis viro, si alius, qui ei opem præstitit in furando, hanc immunitatem haberet, vtique impunitus euaderet, & ideo non mirum, si priuilegio vxoris non gaudeat. Et ita secundùm nostram sententiam fuisse determinatum

anno 1591. per Sacram Cardinalium Congregationem testatur Scaccia in casu cuiusdam Clerici, & laici, qui erant inquisiti de violentia illata cuidam mulieri, nam omnes fuerant remissi ad iudicem Ecclesiasticum.

RESOL. CCLXXXVII.

An si laicus delinquat simul cum Clerico, possit puniri à iudice Ecclesiastico, maxime si praeueniat? Ex p.4. tract.1. Resol.7.

§.1. NEgatiuè respondet Pereira *de manu Regia part.2. cap. 41. num.3.* & alij penes ipsum, quibus ego addo, præter Doctores quos citaui *in 3. part.tract.1.resol.1.* Vrsillum *in addit. ad Afflictum decis.223. num.7.* Aymonem *consil. 232. lib.2.* Rupelium *in forens. instit. lib.3. cap.11.* Osascum *decis. Pedemon.103.num.10.* & facit pro hac sententia textus *in l. si quis vxori, ff. de furtis*, vbi in dilectis socius criminis non gaudet priuilegio socij. Et ita hanc opinionem tenet nouissimè Nouarius *de elect. fori, sect. 3.quæst.1. num. 28.* & alij penes ipsum, quibus etiam adde Thomam Sanchez *in opusc.tom.1.lib.3.cap.vnico, dub.30.num.5.* & Castrum Palaum *tom.2. disp. vnica, punct.6.n.11.*

Quæ hic est Resol. antecedens, & lege doctrinam alterius Resol.& §. eius annot.

2. Sed ego in dicta resol. contrarium docui, & nunc iterum doceo cum docto Iurisconsulto Ioan. Francisco Fagnano *in respons.pro cens.Pauli V. part.3. fol.mihi 85.* maximè in casu, quo iudex Ecclesiasticus præueniret in captura, & ita in specie tenet Farinacius *q.8. num.151. in fin.* & Baiardus *in addit. ad Clarum quæst.36.num.50.* vbi sic ait. Licèt vsu magis receptum esse videatur, quòd laicus cum Clerico insimul delinquens possit à sæculari iudice puniri, non tamen à Doctoribus hanc opinionem tenentibus negatur, quin possit etiam à iudice Ecclesiastico, si in captura præueniat. Ita ille. Et quia in dicta resolutione adduxi Scacciam testantem hanc sententiam affirmatiuam fuisse determinatam à sacra Cardinalium Congregatione, & non citaui locum, visum est modò illum adducere. Tenet igitur Scaccia hanc sententiam *in lib.1. de iudic. causarum*, &c. *cap.11. num.24.* vbi postquam adduxit Doctores negatiuam sententiam docentes, & testantes de consuetudine, ipse tamen sic asserit. Tamen quicquid isti dixerint, ego vidi istam opinionem seruari ex decreto sacræ Congregationis, quæ de anno præterito 1591. die 10. Decembris rescripsit Domino Pompeio de Amatis, tunc temporis Commissario ciuitatis Tusculanæ, vt tam Clericos, quàm laicos inquisitos de violentia illata cuidam mulieri remitteret ad iudicem Ecclesiasticum. Sic ille. Et meritò, quidem, nam magis dignum trahit ad se minus dignum, vt patet *in cap. per tuas, de arbitr. capitul. quanto, de iudic. & in l. si communem, ff. quamadmodum seruit. amit. & in l. eum, qui adis, ff. de vsu cap.* & quia causæ continentia dividenda non est, ex *l.nulli, C. de iudic.* & ex *cap. 1. de caus. possess. & proprietat.* Et hanc sententiam tenet etiam Marianus Socinus *in cap.2.num.30. de mutuis petition. & consil. 12. num. 19. vol. 1.* & vidisse in practica ita fuisse obtentum testatur Bartholomæus Socinus *in l.eum senatus, num.11. ff. de rebus dub.* & sequitur Felinus *in cap. 1. num. 6. de præsumpt.* Parisius *consil. 154. num.1.vol.4.* Riminaldus iunior *in l. imperium, num. 83. de iurisdict. omnium indic. & consil. 202. num.12. & 39. vol. 2. consil. 261. numero 42. vol. 3.* Cardinalis Albanus *consil. 13. num.6.* & alij. Vnde non est audiendus M. Anton. Cucchus *in instit. maior. lib.3. tit.9. num.16.* & notandum est etiam hîc obiter cum Scaccia *loco cit.* quòd licèt aduersùs nostram sententiam videatur facere Bulla Pij IV. *die 26. Maij ann.1569.* tamen dicta Bulla fuit correcta, & redacta ad terminos iuris communis & sacri Concil. Trident. per aliam Bullam Pij V. *die 20. Iunij anno 1566.*

Sup. hoc supra in Resol. 151.§. vlt. ad medium, & in fine Resol. 207.& infra in Resol. 297. 298 & 328. §. 9. ante medium. vers. Et tandem. & inferius in tr. 8. Resol. 9. §. vlt. post medium vers. Non est igitur.

RESOL. CCLXXXVIII.

An sæcularis delinquens in Ecclesia possit à iudice Ecclesiastico puniri, quia is, qui in Ecclesia deliquit, sacrilegium commisit quod est crimen mixti fori? Ex part.4.tract.1.Resol.67.

§.1. NEgatiuè respondet nouissimè Antonius Ripol *de inrisdict. omn.iud. cap.1. num.170.* vbi sic ait. Si iudex Ecclesiasticus habet iurisdictionem & territorium in rebus sæcularium poterit cognoscere de delictis commissis intra Ecclesiam per læculares: si autem talem iurisdictionem non habet, non poterit, quia ad dominum habentem omnem iurisdictionem & imperium in oppido, pertinet cognitio & punitio delinquentis intra Ecclesiam. Ita ille, qui citat Olibanum *de iure fisci, cap. 11. à num.7.*

Sup. hoc in Resol. seq. & supra in 1. Resol. §. vlt.

2. Sed his non obstantibus, etiamsi delictum in Ecclesia commissum non sit Ecclesiasticum, sed sæculare, & à laicis patratum, adhuc existimo ratione loci, in quo est commissum, fortiri naturam mixti fori, & ideo in tali casu puto sæcularem iudicem & Ecclesiasticum procedere posse; datur enim locus præuentioni: vnde is delinquentem punire potest, qui in captura præuenit. Ratio est, quia is, qui in Ecclesia delinquit, sacrilegium committit, quod est crimen mixti fori: ergo, &c. & sic patet responsio ad rationem quam Ripol adducebat; & ita hanc sententiam docet Farinacius *in append. de immunit. Eccles. cap.16.num.236.* & alij penes ipsum,

RESOL. CCLXXXIX.

An iudex Ecclesiasticus possit punire laicum, qui crimen sacrilegij commisit?

Et an hæc causa sit missi fori, & detur locus præuentioni?

Et an hoc etiam conueniat non solum in rebus Ecclesiæ, sed etiam in rebus Clericorum, ita vt laici eorum inuasores coram iudice Ecclesiastico debeant conueniri?

Et an laicus coram iudice Ecclesiastico possit conueniri, si verba iniuriosa aduersus Clericum emisit? Ex p.1. tract.2.Resol.82. alias 81.

Sup. hoc in Resol. præced. & supra in tr. 1. Resol. 57. §. vlt.

§.1. HAnc quæstionem pertractat nouissimè Ceuallos *in tract.de cognit. per viam violentiæ, part.2.q.59.per totam*, & alij penes ipsum, asserentes aliqua, quæ mihi minimè placent.

2. Ideò absolutè assero cum Barbosa *in suis collect. tom.2.lib.5.tit.23.c.2.n.9.* & aliis, sacrilegium esse mixti fori: ita vt non minùs, sed æquè principaliter de eo aduersùs laicum cognoscere posset Ecclesiasticus Iudex, atque sæcularis, & inter eos locus sit præuentioni, *iuxta cap.de foro comp. & in c.cùm sit generale, de pœnis, in 6.* Vnde idem Barbosa *n.54.* asserit, tenendam esse sententiam eorum, qui docent esse mixti fori, & ad Ecclesiasticum Iudicem trahi posse, nõ solùm inuasores rerum Ecclesiasticarum, quando per vim eas occupant; verùm etiam omnes alios, qui in negotiis cum Ecclesia gestis, eius rebus præiudicant quoquo modo, per fraudem, scilicet, vel aliter contra iustitiam. Quod confirmatur ex alia communi resolutione,

Sup. hoc supra in tr. 1. Resol. 57. §. vlt. & lege etiam doctrinam Resol. 110. præcedit.

Doctorum

Doctorum asserentium, Ecclesiam læsam in contractu, de cuius nullitate, vel exceptione agitur per in integrum restitutionem, laïcos coram Ecclesiastico Iudice posse conueniri. Notandum est etiam, quòd supradicta sententia non solùm procedit in rebus Ecclesiæ, sed etiam in rebus Clericorum; ita vt laïci earum inuasores, coram Ecclasiastico Iudice conueniri, & coërceri valeant: quicquid in contrarium asserant Barbosius, Decianus, Pereira, & alij, putantes minimè res Clericorum potiri priuilegio rerum Ecclesiasticarum, neque propter violentiam eis illatam, posse laïcos trahi ad Ecclesiasticum Iudicem: quæ sunt omnia notanda, vt obseruat doctè Barbosa *loco citato*.

3. Et pro fine huius Resol. obseruandum est, etiam malè Ceuallos *vbi suprà num.17.* docere, laïcum non posse conueniri coram iudice Ecclesiastico, si verba iniuriosa aduersùs Clericum emisit: nam contrarium docent DD. & inter Hispanos ipsos Ioan. de Heuia *in Curia Philip. part.3. §.2.*[1] *num.6.* vbi sic asserit: [Conoce tambien el Iuez Ecclesiastico contra legos, que injurian à los Clerigos, y personas Ecclesisticas, aunque tambien lo puede hazer el seglar.]

RESOL. CCXC.

An iudex Ecclesiasticus possit punire adulterum, vel hoc crimen sit mixti fori? Ex part.4. tract.1. Resolut.16.

§.1. NEgatiuam sententiam tenet Pereira *de manu Regia part. 2. cap. 56. num.11.* quia crimen adulterij sæculare est, ratione materiæ & personarum: Absurdum ergo videtur asserere quòd ad punitionem criminis sæcularis Ecclesia cognoscere possit, aliàs enim illud idem de furto & homicidio deberet admitti, quo nihil absurdius dici potest; nam Ecclesia in adulterio & similibus solùm ad correctionem se intromittere debet, propter peccatum ratione spiritualis finis, non verò vt vindicet, quia punitio subditi ad sæculares magistratus spectat. Ita ille.

2. Sed hæc opinio est contra communem opinionem Doctorum, & præcipuè Canonistarum *in cap. gaudemus, de diuortiis.* Couarruuiæ *part.2. cap.7. §.7. num.vlt.* Abbatis *in cap. tua, num.6. de procurat. & in cap. cùm sit, de foro competent. num.24.* Layman *in Theolog. moral. lib.4. tract.9. cap.2. n.5.* & aliorum asserentium adulterium esse crimen mixti fori, tum quia per adulterium peccatur contra matrimonium, quod est vnum de Sacramentis Ecclesiæ, & sic aliquo modo peccatur contra Ecclesiam. Quæ ratio est cur etiam sacrilegia in Ecclesiastico foro puniantur, quin imò adulterium continet in se sacrilegium, vt asserit Imperator *in l. quamuis, C. de adulteriis.* ergo, &c. & ideo præter Doctores citatos hanc sententiam docet Bellettus *in disquis. Cleric. part. 1. tit. de fauore Clericorum reali, §.5. n.63.* vbi citat Felinum, Archidiaconum, Clarum, & alios.

Sup. hoc in Ref. seq.

RESOL. CCXCI.

Quando iudex laicus & Ecclesiasticus possint cognoscere de crimine adulterij?

Et an de adultero ad pœnam sanguinis imponendam solus iudex secularis sit competens, & quoad alias pœnas sit causa mixti fori, & ideo detur locus præuentioni?

Idem dicendum est, si de diuortio, & amissione dotis agatur, vel an in causa diuortij solus index Ecclesiasticus sit competens?

Et an, si de sola separatione coniugum ad tempus ob lepram, vel aliud impedimentum agatur, solus index Ecclesiasticus sit competens?

Et quid, quando quæstio mota est de alimentis præstandis adulteræ à viro separata? Ex part.1. tract.2. Ref.87. alias 86.

§.1. DE hac quæstione agunt Ioan. de Heuia *in Curia Philippica, quæst.3. §.2. num.20.* Couar. *de sponsal. part.2. cap.7. §.7. num.12.* Pereira *in l. si curatorem, vers. lapsis num.22.* Suarez de Paz *in praxi tom.2. pral.2. num.32.* Miranda *in ord. iudic. tom.1. quæst. 1. art.5. concl.7.* Martha *de iurisdict. part.2. cap.19.* Vincentius de Franco *decis. 312.* Ceuallos *de cognit. per viam violentiæ, part. 2. quæst.8.* Riccius *part.5. collect.2076.* Farin. *in praxi crim. p.3. q.99. n.112. & p.5. q.141. n.52.* Azor. *p.2. lib.3. c.53. q.2.* & alij. Sup. hoc in Ref. præterita.

2. Dico igitur, quòd de adulterio ad pœnam sanguinis imponendam, solus Iudex sæcularis est competens, quoad alias verò pœnas est mixti fori, & ideò datur locus præuentioni. In causa verò diuortij Iudex Ecclesiasticus solus est competens, ad cognoscendum de adulterio. Ita DD. citati, quibus adde Germonium *de sacror. immun. lib.3. c.12. nu.58.* & Miranda *de ordine iudiciali, q.1. art.5. concl.6.* Sanchez *de matrim. tom.3. lib.10. disp.8. num.15.* vbi refellit Decium *in cons.212. n.2.* & alios asserentes, quòd si simul agatur de diuortio, & amissione dotis, talis cognitio est mixti fori.

3. Imò, etsi de sola coniugum separatione ad tempus ob lepram, vel aliud impedimentum agatur, solus Iudex Ecclesiasticus est competens: quidquid in contrarium asserat Rupellatus *forens. instit. Galliæ, lib.1. c.25.* Et si quando ageretur de diuortio coram Iudice Ecclesiastico, quæstio alimentorum, & dotis amittendæ, tanquam ei accessoriæ, pertinet ad eundem, secus autem, dum causa principalis verteretur de dote: nam talem cognitionem pertinere ad solum Iudicem laïcum, existimandum puto.

4. Ex his autem infert Sanchez *n.17.* quòd quæstione mota de alimentis præstandis adulteræ à viro separatæ coram iudice sæculari, viróque excipienti de sufficienti causa diuortij, debet sæcularis Iudex liti supersedere, donec Ecclesiasticus diuortij quæstionem dirimat. Ita ille, & alij: quæ omnia pro praxi sunt valdè adnotanda. Sed circa prædicta, & multa alia, in ordine ad præsentem materiam, vide Barbos. *de potest. Episc. p.3. allegat.84. per tot.*

RESOL. CCXCII.

An iudex Ecclesiasticus possit punire laicos concubinarios?

Et an concubinatus sit crimen mixti fori? Ex part.1. tr.2. Ref.88. alias 87.

§.1. RESpondeo affirmatiuè, vt clarè patet ex Concil. Trident. *sess.24. c.8.* Aduertendum est tamen, quòd dictum Concilium non tollit alias pœnas à iure communi vel statutis synodalibus, contra concubinarios inflictas, nec alium modum procedendi contra eosdem, inducit nisi velit Ordinarius eos excómunicare: quia tunc forma *d. c.8.* seruanda est. Et ita fuisse decisum à Sacra Cardinalium Congregatione testatur Armendariz *in Recop. leg. Nauarr. d.5. tit.3. leg. vnic. de adulter. n.9.* & post illum Barbos. *in collect. to.1. lib.1. tit.35. cap.1. n.3.* qui *n.4.* doctè, vt semper solet.

2. Ex his infert, posse Episcopum in prima admonitione

monitione, pœna pecuniaria concubinarium punire, quia vt tenuit eadem Sacra Congregatio, trina monitio tunc necessaria est inter concubinarios, quando contra eos vult ferri sententiam excommunicationis; non verò si pœnis pecuniariis, vel aliis puniri illos velit Episcopus; quia in tali casu non requiritur solemnitas, de qua loquitur Concilium *in illo cap.* 8. & ita nonnisi me docuit etiam Pereira *tract. de manu regia, p. 1. cap. 8. num.* 24. licèt contrarium, sed non benè, videatur docere Riccius *in praxi, p. 1. resol.* 319. *n.* 3. contra quendam Episcopum huius regni: sed postea se retractauit, & nostram sententiam docuit *in suis decisionibus. p.* 4. *decis.* 43. *n.* 9. Notandum est tamen, quòd concubinatus est etiam crimen mixti fori. Ita Azor. *p. 2. lib. 3. c. 53. q.* 2. & alij.

Sup. hoc notando latè in Resp. seq.

RESOL. CCCXIII.

An concubinatus sit delictum mixti fori, ita vt si præueniatur, possit puniri à iudice laico?

Ex quo infertur, an Ministri laici possint prohibere, ne ministri Curiæ Episcopalis visitent loca, & domos meretricum? Ex part. 5. tract. 1. Resol. 10.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docet Azor. *tom. 2. lib. 3. c. 53. qu.* 2. Venetus *in exam. Episcop. lib 3. c. 27. num. 66.* Bellettus *in disquis. Cleric. tit. de fautore Clericorum reali, §. 4. n.* 52. Bobadilla *in Polit. tom. 1. lib. 2. cap. 17. n.* 53. & alij, & ratio esse potest, quia vt obseruat Valboa de Magroviejo *in c. cùm sit generale, de foro compet. num.* 18. delictum quod prohibet lex Canonica & ciuilis, est mixti fori, sed tale est delictum concubinatus. ergo, &c. Pro hac opinione à Belletto citatur etiam Farinacius & Clarus sed pro illa non faciunt. Verùm alij contrariam sententiam tenent, quam tuetur Abbas *in c. cùm sit gener. de foro compet.* vbi refert Goffredum Doctorem antiquum sic tenuisse. Idem docet Marcellus Vulpe *in Praxi fori Eccl. c. 41. n.* 51. Bermondus *in tit. de pub. concub. ver. penitus arcere. fol. mihi* 304. Anton. Cucchus *in Instit. lib. 2. tit. 6. num.* 101. Io. Honorius *in Decretal. lib. 5. tit.* 16. Marcellus Megalius *in Promptuario ver. causa spiritualis, n.* 10. *& ver. concub. n.* 10. vbi sic ait: Concubinariorum etiam laicorum punitio ad solos iudices Ecclesiasticos pertinet, quia concubinatus Cæsareis legibus nullis pœnis plectitur, vt post Doctores, quos citat & sequitur Emanuel Suarez *in Thesaur. recept. sent. lit. C. ver. Concub. n.* 166. Sic ille. Vnde patet responsio ad arg. pro contraria sententia adductum, & ideò non desinam hìc apponere verba Iulij Clari *in Pract. lib. 4. §. fornicatio num.* 6. vbi sic asserit: In primis quæro, numquid concubinatus sit à iure prohibitus? Resp. hæc quæstio de iure Canonico nullam habet difficultatem, nam omnis coitus, præter matrimonialem, est prohibitus in foro conscientiæ secundùm Canones, vt tenet glos. *in Clem. vt nostrum, in ver. non est, de hæret.* quam sequuntur omnes, vt dicitur Caccialup. *in repet. legum, l. si qua illustris, num. 30. in fine, Cod. ad S. C. Orfician.* Sed de iure ciuili magna fuit altercatio inter scribentes, nam aliqui tenuerunt, quòd iure ciuili coitus cum concubina non sit improbatus, & hanc opinionem dicit esse communem Alexand. *in l. ex facto, §. si quis rogatus num. 13. ff. ad SC. Treb.* quem refert Io. Garc. *in rubr. C. de secund. nupt. in* 28. *pœna. ver. ex qua concluf. & in l. 1. in textualibus, num. 37. eodem tit.* & Bermon. *in concub. fol.* 391. *n. 2.* Socin *in l. cùm auus. post n. 65. verf. mag. tamen, ff. de cond. & demonst.* Contrariam autem sententiam, scilicet quòd imò concubinatus sit hodie reprobatus etiam à iure ciuili, dicit communiter teneri Alexand. sibi contrarius, *consilio 59. numero tertio, in fin. lib. 4.* Felin. *in cap. cùm sit generale, numero decimo tertio, de foro compet.* Ripa *in leg. fin. numero trigesimo octauo, in fine, Cod. de reuoc. donat.* Didacus *supra 4. Decret. in prima parte, capite tertio, fol.* 5. prout illum refert Nunnius de los Corregidores *folio* 223. *numero primo, in fine.* Ego certè suspicor in puncto iuris veriorem esse opinionem, quòd concubinatus non sit de iure ciuili prohibitus, atque ita videmus seruari de consuetudine, quæ est optima legum interpres, quia iudices sæculares regulariter hoc crimen non puniunt, nisi quatenus requisiti ab Ecclesiastici brachium suum impartiuntur, vt dixi *infrà hoc eodem libro, §. fin. quæstione trigesima septima, verf. quæro etiam.* Propterea ego ab hac sententia in iudicando non recederem. Huc vsque Iul. Clarus. Videantigitur aliqui, si fine ratione possent Episcopi asserere, delictum concubinatus ad solos illos spectare. Vide etiam obseruationes doctrinales Concilij Tridentini inuentas in Bibliotheca Card. Bellarmini *sessione vigesima quarta, de Reformat. matrimon. capite octauo, littera A.* Sed quicquid sit de hoc, ex his tamen infertur esse refellendum Pereiram *de manu regia, tom. 2. cap. 34. num.* 11. vbi sic ait: Mente tenendum est, quòd concubinatij sæculares in duobus tantùm casibus ordinariè & præcedente accusatione possunt puniri. Primus est quando concubinarius ter monitus insurdescit in peccato, & excommunicatus per annum perstitit ex *capite rursus, 11. quæst. 3. capite cum contumacia, de hæret. lib. 6.* Secundus est, quando concubinæ pariter ter monitæ non resipiscunt, atque his duobus casibus rectè Prælati criminales processus contra laicos instituunt, in aliis verò minimè. Sic ille.

Sup. hoc cũ Azorio tantum hìc citato cursim in fine præcedentis Resol.

2. Sed hæc prorsus sunt reiicienda ex declarationibus sacræ Congregationis, vt videre est in supradicto loco Concilij Trident. Cardin. Bellarm. vbi vna declaratio sic ait: ita admonitio contra concubinarios requiritur, quando sunt excommunicandi, sed si iudex vult eos mulctare pecuniis, non requiruntur hæc solemnitates, & vbi est consuetudo in matrimonio procedendi, poterit illam seruare. Altera verò declaratio ita asserit: Iudices sæculares non possunt inhibere iudici Ecclesiastico, vt seruet formam trinarum admonitionum. Et *die 23. Iunij 1619.* sic etiam statuit. Episcopus potest contra concubinarios nullis præcedentibus monitionibus procedere, quando non procedit ad censuras. Et ideo contra Lusitanum duos alios doctissimos Lusitanos apponam Augustinum Barbosam, & Thomam Valascum, hic *in alleg. tom. 34. num. 11. & 12. in collect. Doct. ad Concil. Trident. sess. 14. de Reform. matr. cap. 8. num. 4. & 5.* asserentes trinam monitionem tunc esse necessariam inter concubinarios, quando in eos vult ferri sententiam excommunicationis: si verò pœnis pecuniariis, vel aliis multari eos velit Episcopus, non requiri istam solemnitatem. Vnde potest Episcopus in prima admonitione pœna pecuniaria concubinarium punire. Et ita testantur fuisse decisum Portugalliæ in supremo Regij Palatij Senatu, cùm hoc altercaretur inter Officialem Episcopi Portugallensis, & iudicem Regiæ coronæ Senatus eiusdem ciuitatis: & ideò hanc sententiam præter Barbosam, & Valascum, docet etiam Venerus *in exam. Episc. lib. 4. c. 27. n.* 68. Ita Bellettus *in disquis. Cler. p. 2. §. 3. n. 5.* & Scipio de Rubeis *in Aphor. Episc. ver. Concubinarius n. 4.* vbi ita ait: Iudex Ecclesiasticus in concubinarios potest aliis pœnis, & viis, quàm in

Trident.

Trident.*cap.8.seff.24.de reform. matrim.* statutis procedere, nam per illud decretum non tolluntur aliæ pœnæ à iure communi,vel statutis synodalibus contra concubinarios statutæ. Ita ille, qui etiam testatur, ita declarasse, vt visum est suprà sacram Congreg. Concilij. Non est igitur audiendus Zerola *in praxi Episcop.1.verb.Concubinarij*, §.*ad primum videtur*.Grilenzonius *conf.79.num.2.* & Riccius *in praxi tom.1.resol.319*.Potest enim, vt dictum est, Episcopus damnare laicum concubinarium in pecunia,exilio, recluſione, vel aliis pœnis, ſine quo præcedat triua monitio.Vnde in Synodo Diœc.III.Emin.Domini mei Card. ab Auria, me etiam interueniente tanquam examinatore ſynodali, *part.5.c.2.n.8.* poſt aliqua ſic ſtatutum fuit: Quamobrem hoc ſynodali decreto ſtatuitur, vt nemini cuiuſcumque ſtatus, dignitatis, & conditionis fuerit, nullo obtentu, nec vllo vnquam tempore liceat in propria, vel aliena domo concubinas alere, aut retinere, qui ſecus fecerint,annuo carcere, & vnciis xxv. mulctentur quæ pecunia in pios vſus Archiepiſcopi iudicio conferetur: quòd ſi contigerit huiuſmodi homines excommunicatione feriendos eſſe, id vtique fiet iuxta formam à ſancta Tridentina Synodo præfinitam. Hæc ibi.Vnde ex ſupradictis manifeſtè apparet,non poſſe miniſtros laicos prohibere ne Miniſtri Curiæ Epiſcopalis viſitent loca, & domos meretricum: nam licèt concubinatus non ſit delictum merè Eccleſiaſticum, vt volunt aliqui, ſaltem eſt delictum mixti fori, ergo neceſſariò ſequitur poſſe Miniſtros Eccleſiaſticos meretricum domus inuiſere.

RESOL. CCXCIV.

An iudex laicus poſſit ſtatuere, ne concubinæ teneantur pro furtis ab ipſis concubinis factis, etiam ſi hoc extendat ad concubinas Clericorum?

Et infertur, quod lex, vel ſtatutum, ſi tollat Clericis id, quod de iure communi eis competit, eſt contra Immunitatem Eccleſiaſticam? Ex part.4. tract.2.Reſolut.11.

Sup. hoc ſupra in Reſ. 293.§. & in Reſ.vlt. §. vlt.ad med. & in Reſol. 295.§. Sed hic, poſt medium, & in Reſ.311. & 314.Confirmatur, & ſeq. & in Reſol.§.2. ante med. à verſi. ſuppono.

§.1. AFfirmatiuè reſpondet Pereira *do manu Regia part.2.cap.75.n.1.* Ratio eſt, quia talis lex deteſtari intendit concubinatum, illúmque à ſua Republica penitus exterminare, vnde hac prohibitione deterriti concubinarij reſipiſcant, licèt per accidens ſit vt exinde concubinæ furandi licentiam arripiant impunè,quod lex non intendit, nec legi tribuendum eſt peccatum,quod ſubditus ex ſua malitia occaſione legis aliàs iuſtè accipit ex ſe ipſa. Et hæc lex eſt communis tam laicis, quàm Clericis: ergo, &c. Ita Pereira *loc. cit.*

2. Sed hæc opinio mihi non placet. nam, vt docet Bertran. de Gueuara *in propugn. Eccleſ. aſſer.1.* §.*5.n.25*.Aponte *in reſpon.pro cenſ.Pauli V.fol.mihi 71.* doctus & nunquam ſatis laudatus Præſes Valenzuela *in defenſ.monitorij Pauli V. part.1. num.55.* Maynardus *de priuileg. Eccleſ.part.1. art.1. num.24.* Buttrius *in capite cum terra. de elect. num.6.* Felinus *in capite Eccleſia S.Maria num.69.*Imola *num.11.* Decius *n.3. de conſtit.* & alij penes ipſos, lex, ſeu ſtatutum ſi tollat Clericis id, quod de iure communi eis competebat,eſt contra immunitatem Eccleſiaſticam: ſed de iure communi competit omnibus actio furti, quæ per hanc legem Clericis denegatur: ergo, &c. Nec valet dicere cum Pereira, quòd iſta lex etiam hanc actionem furti denegat laicis,& quòd fertur propter bonum commune: nam ſi hoc axioma eſſet verum, omnes leges comprehenderent Clericos, quia feruntur propter publicam vtilitatem,& ſunt generales: ſed publica vtilitas non confert iurisdictionem laicis vt poſſint ſtatuere aliquid præiudiciale Eccleſiaſticis, vt patet ex ſacris Canonibus, & communi DD.ſententia, & tradit Surdus *vol. 3. conſil. 302. & volum.1.conſilio ſecundo.* Angelus *verb.immunitas, numero trigeſimo ſeptimo*, Martha *part.4. centur. 1.caſ.1.* & alij.

RESOL. CCXCV.

An conſuetudines laicorum & Clericorum mixtæ ſint validæ, etiam ſi ſint contra libertatem Eccleſiaſticam? Ex part.4.tract.1.Reſ.69.

Sup. hoc ſupra in Reſ.2. §. Sed dicet. & ſignanter ad med.& in reſ.13. §.vlt. & in Reſ.37. §. penult. & in Reſ. 256. curſim in §. vlt. & infra in Reſ. 335.§. vlt.& in tom. 6.tr 2.Reſ.23, §.1.à princ.& in tom. 4. tr. 6.Reſ.59. §.2. à lin.6.

§.1. VIdetur affirmatiuè reſpondendum, pet ea, quæ adducunt Collegium Bononienſe *in reſponſ.pro libert. Eccleſ. num.28.* Maynardus *de priuileg. Eccleſ.part.2. artic. 22. num.88.* Surdus *conſi.2. volum.2.* Tiraquellus *de retractat. lignag. §. 1. gloſſ.8. num. 173.* qui hoc pacto defendunt quandam conſuetudinem vt monaſteria non ſuccedant, de qua conſuetudine teſtatur Peregrinus *in tractatu variar. libro ſexto, numero ſeptuageſimo ſeptimo*, Guilielmus de Benedictis *in capite Raynutius, verb. & vxorem, ducenteſimo vigeſimo quinto, de teſtament.* Boërius *deciſ.754.num.8.* Rebuffus *conſil.173. num.11. & 12.* & hoc etiam ſeruari Ferrariæ teſtatur Riminaldus *conſil.85.num.38.*

2. Sed P. Suarez contra Regem Angliæ *lib. 4. cap.32. num.19.* docet quòd cùm dicitur conſuetudo mixta, poſſe operari in rebus, vel perſonis Eccleſiaſticis, intelligendum eſt de conſuetudine, quæ non præiudicat ſacris Canonibus; vel ſi præiudicat, in illam Pontifex conſentiat, ſaltem tacitè, vnde res eſt periculoſa, & ideo vbi vigent tales conſuetudines, videant illi, ad quos ſpectat an habeant ſupradictas conditiones.

RESOL. CCXCVI.

An iudex Eccleſiaſticus poſſit incidenter cognoſcere de rebus temporalibus, ſeu prophanis, & è contra indices laici de rebus ſpiritualibus, & Eccleſiaſticis? Ex part.1.tract.2.Reſ.111.aliàs 110.

Sup. hoc ſupra lege doctrinam Reſol.48.

§.1. DIfficilis eſt iſta quæſtio,& non ſemel in praxi occurrens ad quam Chriſtophorus de Anguiano *in tract.de legib.tom.1.lib.21.contr.22.nn.21. & 25.* duabus concluſionibus reſpondet, quarum prior ſic habet:

[Laici Magiſtratus de rebus Eccleſiaſticis omnimodo prohibentur cognoſcere, & ſuper eis, neque principaliter, neque incidenter iudicare poſſunt.

2. Secunda concluſio:Prælati, ſiue iudices Eccleſiaſtici, licèt non magis poſſint cognoſcere de cauſis profanis inter ſæculares, quam laici, reſpectu cauſarum Eccleſiaſticarum; nihilominùs tamen, quia ſolummodò incompetentes ſunt, non incapaces erga tales cauſas, ſi eas contingat incidere, rectè poterunt per incidentiam ſæcularem iuriſdictionem in laicos exercere.] Ita ille. Ratio igitur, quare laicus non poteſt, etiam incidenter, cognoſcere cauſam Eccleſiaſticam, eſt, quia non ſolùm circa illam eſt Iudex incompetens,ſed etiam incapax; Eccleſiaſticus verò poteſt incidenter de cauſa profana cognoſcere,

quia est quidem Iudex incompetens, sed non incapax.

3. Et hæc omnia intelligenda sunt circa Iudices, laicos, vt non possint cognoscere causam Ecclesiasticam, non solùm ordinariam cognitionem exercendo; sed etiam neque summariè. Et ratio est quia, quotiescunque Iudex aliquis prohibitus est, vel incompetens in negotio ordinario, seu plenario, pariter etiam prohibitus censeri debet in summaria cognitione iuxta duas Clementinas, si recte intelligantur; vnam incipientem, *Sapè.de verb.signific.* alteram verò secundam in ordine *sub tit. de Iud.* Et ita docet, ex multis aliis rationibus, supracitatus Anguiano, vir nunquam satis laudatus, quidquid in contrarium asserant Menochius *de retinen. possess.rem. 3. n.336.*& Guttierrez *canonicar.qq.lib.1. cap.34 num. 46.* inferentes ex eorum sententia vnum absurdum, scilicet, posse Iudicem laicum, in causa summaria super possessorio, v. g. si ageretur de concedenda restitutione ei, qui suo beneficio spoliatus fuit, incidenter cognoscere de titulo beneficij, tanquam de re necessaria ad definiendum super restitutione: quæ omnia ex supràdictis neganda sunt.

Sup. hac summaria cognitione, lege sup. doctrinam Res.62. & 63.

RESOL. CCXCVII.

An Ecclesiasticus sit iudex, quando agitur quæstio, cuius iurisdictio sit? Ex part.4.tract. 1. Res.Res.64.

§.1. REspondeo affirmatiuè cum Sanchez *in opusc. tom. 1.lib.2. cap.4.dub. 52.n. 2.& dub.55.n.31.* Guttierrez *practic.quæst.lib.1. quæst.6.n.2.* & Io. Francisco Fagnano *in resp.pro censuris Pauli V. part.4. fol.* 121. vbi sic ait. Horum omnium articulorum definitione non ad sæcularem iudicem, sed ad Ecclesiasticum spectat, nam vbi quæstio incidit cuius sit iurisdictio, iudex maior cognoscit, vt patet *in cap. si iudex, de sent. excommunic. in 6.* & docet Ripa *in cap. decernimus, post. n.4. de indic.* Alexander *consil. 8. col.3.lib.1.* Felinus & Decius *in cap. pastoralis, in princ. de rescript.* Couarruuias, qui testatur ita in Hispania seruari, *cap. 33.practic.quæst. num.1.* & alij.

Sup. hoc in Res.seq.& sup. in Res. 151.§ vlt. ad medium, & in fine Res. 207. & in Res.287. §.2. post med. & infra in Res. 328.§.9. ante med. vers. Et tandem, & inferius in tr.8. Res.9. §.vlt. post med. à Vers. Non est.

RESOL. CCXCVIII.

Cum tam pro iudice Ecclesiastico, quam pro iudice laico sint rationes probabiles circa eorum iurisdictionem, an definienda sit quæstio per iudicem Ecclesiasticum?

Et explanatur, quod quando duo iudices sunt ordinarii, vel delegati, & pro vtroque sunt rationes probabiles circa eorum iurisdictionem, an eligere debeant arbitros?

Et quid, si vnus sit iudex ordinarius, & alius delegatus? Ex part. 7.tract. 10. & Misc. 1. Res.5.

§.1. IN tali casu (attendas quæso) eligendos esse iudices Arbitros tenuit Gabriel Vasquez *in Apologia Manuscripta pro iurisdict. Ecclesiast. disputat. 2. cap. quinto*, de qua mentionem facit Ioan. Antonius Saura *in Voto Platonis, de Primis instantiis, fol.* 51. & Petrus Gonzalez *de lege Politica lib. primo capite septimo, §. primo numero 10.& lib.2.c.3. num. 54.* Et quia ego illam penes me habeo, ponam hic per extensum eius verba, sic itaque asserit. Quòd si vsurpatio iurisdictionis manifestè iniusta non esset, eo quòd ex vtraque parte essent rationes probabiles, quæ vtramque etiam probabilem redderent, existimo contentionem de vsurpata iurisdictione inter iudicem Ecclesiasticum, & sæcularem, *à neutro illorum contra alium aut sententia probata, aut vi aliqua dirimendam esse*; vt etiam *in prima secundæ disputatione 64. capite quarto*, fusè probaui, litem vtrimque probabilem inter supremos Principes, à neutro illorum contra alium, aut sententia prolata; aut armis dirimi posse: est eadem omniuò ratio. Etenim cum iudex Ecclesiasticus sæculari: & sæcularis Ecclesiastico per se subiectus non sit, etiamsi vnus in alterum sententiam proferret, alter ad obediendum ei nullo prorsus iure teneretur; ac proinde, neque vi aliqua ad parendum sententiæ adigi, aut tanquam inobediens puniri posset. Ius autem defensionis, quo iniuriam ab altero illatam vnicuique vi etiam propulsare concessum est, in eo casu locum non haberet: nam iudex; qui ductus probabili opinione vsurparet sibi aliquam iurisdictionem contra alterum, nullam illi faceret iniuriam. Porrò ratione contrariarú opinionum hoc bellum non esse iustum, nec posse ex vtraque parte geri, vberiùs, *loco citato* demonstrauimus. Quocirca, quemadmodum cum Reges probabilibus solùm rationibus inter se cõtendunt de re aliqua, nullus eorum per se vllo modo, talem contentionem sententia, aut armis dirimere potest; sed alterius iudicio vterque stare debet: ita etiam iudices Ecclesiastici, & sæculares in casu dicto alterius iudicio litem dirimere debent, & illius iudicio litem acquiescere, facere. Est tamen discrimen, quòd cùm Reges probabiliter solum contendunt inter se de Regno alio, aut de statu in Regno alterius alicuius Regis per se, & ex natura rei stare debent iudicio Regni, de quo contendunt; aut iudicio Regis, in cuius Regno status ille, de quo inter eos est controuersia, positus est: ac proinde si vnus Rex contra alium contendat de statu, qui est in Regno illius, iudicio eius parere debet: ad arbitros autem iudices non nisi in eo casu, in quo iusta esset suspicio de Regno, aut Rege quorum iudicio directè, & per se lis dirimenda erat, confugiendum est, vt ibidem diximus: *at verò iudex sacularis, & Ecclesiasticus probabiliter de iurisdictione aliqua inter se contendentes, arbitros iudices necessario eligere debent; cùm nullus alius iure constitutus sit, ad quem litem huiusmodi dirimere pertineat, vt manifestè patet.* Hucusque P. Vasquez; sed lapsus est vir doctissimus, vnde eius sententia prorsus est reiicienda.

Sup. hoc in Res. præterita, & in exteris aliis eius not.

2. Dicendum est igitur in dissensione inter iudicem Ecclesiasticum, & sæcularem circa iurisdictionem ad quem ipsorum pertineat, definitionem spectare ad iudicem Ecclesiasticum. Primò, quia materia talis iudicij Ecclesiastica est. Secundò ob maiorem iudicis dignitatem, & auctoritatem. Tertiò, quia ita definitur *in c. si iudex laicus, de sentent. excommun in 6.* Et ita communiter tenent Doctores, teste 1.Couarr. *in pract.qq.cap.33.n.1.*

2. Felinus,
3. Decius,
4. Ripa,
5. Alexander,
6. Guttierrez,
7. Fagundez penes meipsum *in p.4.tract.1.* * *res.64.* quibus nunc addo.
8. Narbonam, *in Recop. l.20.Gl.27.n.17.*
9. Paramum, *in Respons. prima pro iurisdict. S.Officij, cap.4. num. 1.*
10. Lælium Baglione, *in Defens. liber. Eccles. part.2. propos.16. fol.53.*
11. Bellettum, *in Disquis. Cler. part.1. tit. de favor. Cler. pers. §.14.n.3.*
12. Martham, *de Iurisdiction. parte quarta, Cent.2. casu 145.n.10*

Quæ hic et Resol. antecedens, & in omnibus aliis eius not.

13. Sperellum

13. Sperellum, *Decis.24.num.59.*
14. Decianum, *tract.crimin.tomo secundo,libro 6. capite 36.num.12.*
15. Osascum, *Decis.103.num.4.*
16. Lancellotum, *de Attentat.part.secunda,capite 20. in Pract....num.78.*
17. Carolum de Graffis,*de Effect.Cler.Effect.1.n.1261. & seq.*
18. Bonacinam,*tomo secundo, disputatione 10. quæst.2. pun.1.§.4.n.9.*
19. Layman,*libro quarto,tractatu nono, capite septimo, numero 6.*
20. Barbosam,*de iur. Ecclesiast.libro primo, capite 39. §.4. num.13.*
21. Bossium, *in Practica Crimin. titulo de foro compet. num.153.*
22. Mascardum,*de Probat.concl.689.num.7.& seq.*
23. Iasonem,*in l.ex quacumque num.19 ff.si quis in ius vocatur.*

Sed audiamus verba aliquorum Doctorum.

24. Suarez,*contra Regem Angliæ lib.4. cap.34. num.2.* In casu autem dubio, An talis persona pro Ecclesiastica habenda sit,necne; vel an gaudeat priuilegio Clericali ad quem iudicem, laicum vel Ecclesiasticum talis causæ recognitio pertineat,tractant Iurisperiti.Vera resolutio est,pertinere ad Iudicem Ecclesiasticum, quia materia illius iudicij,Ecclesiastica est.
25. Ioannes Dicastillus, *de iust.& iur.lib.2.tom.1.disp. 4.dub.19.num.367.* oborta dissensione inter Ecclesiasticum & sæcularem Iudicem, circa iurisdictionem ad quem ipsorum pertineat definitio;pertinet ad Ecclesiasticum iudicem ob maiorem eius auctoritatem.
26. Sanchez *in Opusc.tom.1.lib.2.cap.4. dub.55.nu.31.* Vbi contingit quæstio inter Iudicem Ecclesiasticum & sæcularem de iurisdictione; Iudex Ecclesiasticus propter suam maiorem auctoritatem cognoscit an sua sit iurisdictio.

3. Et tandem non deseram hic apponere verba doctissimi Iurisconsulti Hieronymi Portoles *in scholiis ad Molinum,tomo primo post §. Clericus,titulo de la Competencia de iurisdicione, fol.1. num. nono*, vbi sic ait: Quarta conclusio sit,vbi competentia super iurisdictione vertitur inter Iudicem Ecclesiasticum,& sæcularem;Iudex Ecclesiasticus, tanquam maior, & tanquam is,qui maiori dignitate præfulget, cognoscere debet,an sua sit iurisdictio, & an in ea causa Iudex competens existat,nec arbitros eligere tenetur. Ita Portoles, qui citat etiam pro hac sententia Butrium, Angelum, & Socinum, & asserit esse communem inter Doctores, quibus omnibus etiam adde Tannerum *in Defens. libert. Eccles. libro 2. cap.8.*

4. Nec valet dicere, quòd quando duo Iudices ordinarij, vel delegati contendunt de iurisdictione, Arbitros eligere debent, vt tradit Angel.*in leg.secunda,*Castrensis *num.octauo,*Iason,*num. vigesimo septimo.* Soccinus *num.trigesimo-primo, Dig.si quis in ius vocatus non ierit.*Butr.*in capite cæterùm, num.nono, de iudiciis,*& Doctores infrà citandi.Non inquam valet hoc dicere,imò facit pro casu nostro, nam dicti Iudices pares dignitate sunt, nec alter alterum compellere potest,cùm par in parem non habeat imperium,ex *capite Innotuit. de elect.* & docet Bocerus, *Tractatu de Iurisdictione, capite tertio,num. sexagesimo.* Quando igitur inter ipsos oritur competentia circa iurisdictionem Arbitros eligere tenentur.Sed Iudex Laicus,& Iudex Ecclesiasticus non sunt pares, sed Ecclesiasticus est maior Iudice laico; vt tradit Suarez contra Regem Angliæ *libro quarto, capite decimoquinto, num. vigesimo, & vigesimo-primo.* Ergo, vt dignior,ipse solus cognoscit, an sua sit iurisdictio,nec potest compelli ad eligendum Arbitros,vt perperam voluit.Vasquez.Quod confirmatur; nam quando sunt duo Iudices, vnus ordinarius, & alter delegatus, & oritur inter illos competentia iurisdictionis,asserunt Doctores,Arbitros nõ esse eligendos quia cùm delegatus maior sit ordinario,vt patet ex *capite Sanè,de offic. deleg.* ipse delegatus cognoscere debet, an iurisdictio sua sit,nec Arbitros eligere tenetur; vt inter alios docet Innocentius *in capite Pastoralis, num. septimo,* Bellamera, *num.primo, quæstione secunda*, Felinus, *num. quarto*, Decius, *num. sexto & septimo, de Rescript.* Sic & in casu de quo loquimur, cùm Iudex Ecclesiasticus, vt patet,sit dignior Iudice laico, non potest compelli,vt Arbitros eligat,sed tanquam maior, ipse prouinciabit, an sua sit iurisdictio.

5. Nec supradictis obstat, quòd Carolus primus Rex Aragoniæ 1528. constituerit, quòd quando inter iudicem Ecclesiasticum & Laicum oriretur difficultas in Regno Aragoniæ, tunc vterque Arbitros eligere deberet, & in casu discordiæ, Cancellarius intra aliquos dies rem determinaret, exclusa omni appellatione.Non inquam,hæc obstant. Primò,quia, vt aliqui respondent,illud statutum fuit factum cum consensu Prælatorum Regni; sed hoc mihi non placet, nam Ecclesiastici,& Prælati non possunt aliquid statuere in diminutionem Ecclesiasticæ libertatis,& contra ius commune, vt de se patet. Secundò potest dici, quod tale statutum in Regno Aragoniæ forsitan factũ fuerit ex consensu approbatiuo Pontificis, vel ex eius priuilegio, sin autem res non caret difficultate, maximè quod in dicto statuto à sententia Cancellarij non datur recursus,neque appellatio; Et tamen certum est, quòd per aliquod statutum,appellatio ad Papam tolli nequit, vt docet Baldus *volumine tertio,consil. 86.* Barbatia *volumine 3.consil.44.* Abbas *c.cùm sit Romana,n. 14.& c. Pastoralis de appellat.* Gozadinus *consil.101.num.15.& 19.*Rolandus *volum. 1. cons. 29.num. 5.*

6. Sed quidquid sit de tali statuto; quod cùm sit ius municipale illius Regni, nostræ non officit sententiæ, dicendum est ex hactenus adductis patere responsionem ad argumentum adductum pro contraria sententia à Patre Vasquez, nempe sicuti inter supremos Principes, quando adest aliqua controuersia à neutro illorum contra alium sententia proferri potest, sed eligendi sunt iudices arbitri: sic & in nostro casu, cum Iudex sæcularis per se, Ecclesiastico non sit subiectus: Ergo vnus in alterum sententiam ferre nõ potest. Respondeo, quidquid sit de doctrina, quoad supremos Principes inter se litigantes, nam multi discrepant à sententia Vasquez, assero non bene in casu de quo loquimur ab ipso eam afferri, nam illi Principes sunt absoluti, neque vnus alteri subest in illa causa: sed in nostro casu dicendum est contra Vasquez, iudicem laicum esse subditum iudici Ecclesiastico, & eius iudicio, & sententiæ acquiescere debere.Quod aperte probatur,nam, vt optime obseruat Suarez, & Farinacius, *vbi suprà*, materia immunitatis Ecclesiasticæ est spiritualis, Ergo necessariò sequitur, iudicem sæcularem in hac lite,ratione materiæ subditum esse iudici Ecclesiastico, ad quem de materia spirituali, ex iure determinare spectat: Vnde miror quomodo potuerit dicere Pater Vasquez in nostro casu nullum Iudicem à iure constitutum fuisse:nam vt diximus, cùm materia immunitatis sit Ecclesiastica, de iure Iudex Ecclesiasticus intrat ad eam cognoscendam, & determinandam. Adde quod in hoc casu contra Vasquez habemus in specie iudicem

in

in iure expressum, qui est ipse Episcopus, vt patet. *in capite si index laicus, de sententia excommunicat. in 6.* Nec valet dicere pro Vasquez, quòd nemo in propria causa iudicet, & ex *cap. primo & secundo, distinct. quarta, quæstione quarta,* cum Maldero *de Iustitia tractatu sexto, capite primo, dubio sexto*, & aliis. Quod quidem nimis durum videtur iudicibus laicis in casu de quo loquimur. Ergo, &c. Non inquam valet hoc dicere; nam, vt optimè respondet Castrus Palaus, *tomo secundo, tractatu vndecimo, disputatione vnica, puncto decimo-tertio num. septimo,* in nostro casu non dicitur Episcopus in propria causa ius dicere, sed in causa communi, & Ecclesiæ, quod nullum est inconueniens, vt sit iudex, sicut ex multis probat ad satietatem Marius Antoninus *variarum Resolutionum libro primo, resolutione* 48. & Bellettus *in Disquis. Cler. titulo de exempt. Cleric. à statutis secularium,* §. *primo, num.* 36. & patet ex textu cum glossa, *in capite si quis 4. quæstione septima, capite qui prædia, 12. quæstione secunda, & capite Dilecto, de sententia excommunicationis in sexto.* Ergo, &c. Confirmantur supradicta ex *lege si quis ex aliena, Digest. de iudiciis,* & per ea quæ optimè observat Georgius Wrechtus, *tr. de iurisd. lib. 3. cap. 9. n.* 16.

7. Restat igitur satis labefactata opinio Patris Vasquez, licèt aliàs sit vir sapientissimus, cuius sententia, si in praxi esset admittenda, væ væ immunitati Ecclesiasticæ, propter inconuenientia, quæ ex ipsa sequerentur in casibus ferè quotidianis. Primò, quia iudices Laici in omni casu dicerent habere pro se rationes probabiles, & esse eligendos Arbitros. Secundò, in electione dictorum Arbitrorum nunquam conuenirent. Tertiò, peto à Patre Vasquez, dicti Arbitri eligendi, esse ne deberent sæculares, an Ecclesiastici? Si asserit sæculares, quomodo poterunt iudicare de materia spirituali? Et ideo hoc rectè negauit glossa, *in capite legitima, de appellat. in* 6. & alij quos citat Bellamera *in capite Pastoralis, ante numerum primum,* & Imola *num. decimo-octauo de Rescript.* Si asserit eligendos esse Arbitros Ecclesiasticos, quare non erunt iudicibus Laicis suspecti, vt Episcopus; Deinde, si dicti Arbitri non conueniant, quid faciendum? eritne constituendus Tertius? Et si daremus Arbitros conuenire, non desunt Doctores asserentes à declaratione Arbitrorum super competentia iurisdictionis appellari posse ad Summum Pontificem, ex textu *in capite ab Arbitris, de officio Delegat. in 6.* vt in specie notat Abbas *in capite Pastoralis, Rescript. numero primo, & quinto,* Imola *numero secundo, & nono,* Bellamera *numero quinto,* Felinus *numero decimo,* Decius *numero quarto, & vigesimo-tertio, cum* aliis. Agnosce scopulos, & difficultates in sententia Patris Vasquez; Non est igitur recedendum ab opinione communi quam suprà contra illum satis firmauimus, & quam docent etiam ferè omnes Doctores Societatis.

RESOL. CCIC.

An iudex Ecclesiasticus teneatur in causis Ecclesiasticis, aut mixti fori præbere processus iudicibus sæcularibus, à quibus auxilium petit? Ex p. 1. tr. 2. Res. 109. aliàs 108

§. 1. Affirmatiuam sententiam docet Baldus *in l. in criminali, C. de iurisdictione,* Bartholus *in l. Magistratib. ff. eodem, & in l. Diuus, de custodia reorum,* cum Roland. à Valle *lib. 1. cons. 37. num. 5. & 7.* & aliis penes ipsum, & apud Barbosam *de potest. Episc. part. 3. allegat. 108. num. 27.* & Cenedum *in canonicis qq. quæst. 36. num. 13.*

2. Sed falluntur equidem, & ideò meritò contrariam sententiam nouissimè docuit Moneta *de iudicibus conser. c. 8. n. 261. & 262.* Segura *in director. Iud. Eccles. part. 2. cap. 13. num. 33.* Christophorus Angniano *in suo doctissimo tract. de legib. lib. 3. contr. 31. num 7. & seq.* vbi ex professo ex solidis rationibus, & ex communi Canonistarum sententia probat, sæcularem Iudicem requisitum per Ordinarium, vel Delegatum Ecclesiasticum, petere non posse, se instrui velle ex actis coram tali Ecclesiastico requirente factis, num ritè, rectéque processum fuerit; sed statim teneri impertiri brachium suum, etiamsi processus sibi non ostendatur, cuius copiam petere non potest, neque differre exequutionem brachij petiti, nec directè, neque indirectè se intromittere, vtpote ad quem nuda, & pura duntaxat spectat executio. Et hæc opinio aduersùs Mirandam *de ordine iudiciario, tom. 1. q. 5. art. 1. conclus.* 1. Azeuedum *in recopil. lib. 4. tit. 1. leg. 15. num. 4.* & alios, non solùm tenenda est, quando Iudex Ecclesiasticus procedit in causis Ecclesiasticis, sed etiam in causis mixti fori, vt tradunt Doctores citati.

RESOL. CCC.

An Ordinarius, vel iudex delegatus debeat necessario præmittere censuras, ante quam imploret pro sua sententia exequenda brachium sæculare?

Et si iudex sæcularis non vult brachium suum præstare, an possit ad id cogi pœna excommunicationis? Ex part. 1. tract. 2. Res. 121. aliàs 120.

§. 1. Affirmatiuè respondet Couarruuias *practic. qq. cap. 10. num. 1.* Franciscus Molinus *in tr. de brachio sæculari, lib. 1. cap. 3.* & alij quamplures Iurisconsulti apud Monetam *vbi suprà.* Et rationem adducunt *ex c. cùm non ab homine de iudic.* vbi mandatur Ecclesiasticis Iudicibus, vt procedant per censuras contra reos: & si non proficiant, cùm non habeant ampliùs, quid faciant, inuocent brachium sæculare.

2. At hæc opinio non est tenenda: & illam nouissimè impugnat Ioann. Petrus Moneta *in tract. de Iudicibus conser. cap. 8. num. 268.* Segura *in Director. Iudicum Eccles. part. 2. cap. 13. num. 33.* & alij penes ipsos. Et ratio est: quia omnia iura, cùm de inuocatione brachij sæcularis agunt, loquuntur per hæc verba: *Si necesse fuerit. si opus fuerit.* Vnde *ad c. 1. de officio ordin. & cap. dilecto. de sent. excom. in 6. & ad cap. cùm ab homine.* respondetur, quòd procedit in proprio casu: vel melius dicendum est, quòd fuit correctum per posteriora iura, & nouissimè per Concilium Trident. *sess. 15. cap. 5. de regul. sess. 25. cap. 3. de reform.* Ita Moneta, & alij. Notandum est etiam pro hac materia, quòd si Iudex sæcularis non vult brachium suum præstare Ecclesiastico, potest ad id cogi pœna excommunicationis, vt notant Doctores, quos citat, & sequitur Barbosa *in collect. tom. 2. lib. 5. tit. 26. cap. 2. num. 8.* Vide etiam Sancterellum *tract. de hæresi cap. 6. dub. 4. num. 23.*

RESOL CCCI.

An iudex Ecclesiasticus in criminibus mixti fori possit laicos sine auxilio brachij sæcularis in carcerem detrudere?

Et in tali casu an dicti criminosi non in Regiis carceribus, sed in Ecclesiasticis reponendi sint? Ex part. 1. tr. 2. Res. 89. aliàs 88.

§. 1. Non

Sup. hoc in §.1. fol. seq.

NOn posse, excepto casu hæresis, putauit nouissimè Salgado *de protectione regia, tom. 2.p.2.cap.4.nu.36.& seq.* cum Anguiano *tract.de legibus, lib.3.contr.30.per totam.*& Bobadilla *in polit.tom. 1.lib.2.cap.17.num.* 167. Iulio Claro *in pract.crim. q. 47.num.*8.& aliis penes Barbosam *de potest. Episcop. p.3.allegat.*107.*num.*8. qui asserunt Episcopos non posse procedere contra laicos aliis pœnis,quàm censuris Ecclesiasticis.

2. Sed hanc sententiam optimè refellit Barbosa *loco citato*, & ex Theologis Azorius*p.2.lib.3.cap.53. q.3.* & alii communiter. Notandum est etiam,contra dictum Bobadillam, *vbi supr.n.* 187.in tali casu, dictos criminosos, non in regiis carceribus, sed in Ecclesiasticis reponendos esse, vt tradit Segura *in direct.Iudic.p.2.cap.13.n.44.*& alij.

RESOL. CCCII.

An Episcopi possint capere laicos per propriam familiam sine inuocatione brachij secularis?

Et an possit Episcopus habere familiam armatam,fiscum, carcerem, & proprios executores, &c. & ideo quod Episcopus habeat pro territorio totam suam Diœcesim?

Ex part.4.tract.1. Res.17.

Sup. hoc in Resol. præcedenti.

§.1. NEgatiuè respondet Pereira *de manu regia part.2.cap.57.num.1. & 5.& decis.* 117. quia iudex Ecclesiasticus non habet territorium,ex Cyno & Baldo *in l. Episcopale, num.2.C.de Episc.aud.* Vnde quando Ecclesiasticus de causis laicorum criminalibus, vel ciuilibus cognoscit,debet requirere iudicem territorij rei; vt illum capiat,ne videatur extra suum territorium ius dicere, cùm hoc sibi nec lege aliqua canonica, nec ciuili concessum reperiatur, imò contrarium *in dictal.Episcopale*, & suadetur ex *cap. quoniam, de offic. ordin.* vbi auxilium implorandum statuitur, nec aliud probat textus *in cap.cùm sit generale, de foro compet.* & licèt decidat sacrilegos puniendos, non tamen decidit per quem capi debeant, quia hoc à iure petendum est; quare ex hoc textu nullum efficax deducitur argumentum. Ita Pereira.

Sup. hoc fusè in Resol. 9. §. Secundò & lege seq. in tr. 1. et Resol. 65. dubitatur §. 2. & 3. & ex Resol.44.§.2. in fine. & ex Resol. 115. §. Tributur. & et Resol. 116. §. Hoc valet.

2. Sed aduersùs illum affirmatiuam sententiam tenendam esse puto. Dico igitur Episcopum habere territorium,& in eo vti posse iurisdictione contentiosa, tenendo familiam armatam, fiscum & carcerem, vt probat textus *in cap.omnes basilica 16.quæst.7.* vbi cùm dicitur Ecclesias esse in potestate eius Episcopi, in cuius territorio positæ, patet Episcopum habere territorium;patet hoc etiam *in cap.vt animarum, de constit. in 6.* & ideo hanc sententiam docet Io. Andreas *in cap.cùm contingat,de foro compet.num.3.* & Franchus *in cap.final.eodem tit. num.* 13. Glossa *in cap.contra idolorum 26. quæst.5.* Felinus *in cap. cùm sit generale,num.20. de foro compet.* Marius Anton. *var. resolut.lib.3.resolut.14.num.1.& seq.* Campanili *in diuer. iur.Canon.rubr.12. cap.* 13.*nu.* 87.*& seq.* Bellettus *disquis. Cleric. part.1. tit.de fauore Cleric. reali. §.1. num.*18. Pegna *in direct.inquis. part.3. comment.* 116. Franciscus Leo *in thes.fori Eccles.part.1.cap.9.à n.19. & part.2.cap.16.num.16.* & alij penes ipsos.

3. Deinde diœcesis & territorium sunt idem, vt tradit Panormitanus *consil.* 82. *num.* 7. *lib.* 1. & Alexander *consil.* 248. & iurisdictio ordinaria subsistere non potest sine territorio,vt tradit Boërius *decis.*227. & ideo territorio adhærere, docuerunt Bartolus & Angelus *in l.fin. C. vbi & apud quem*, Parisius *vol.4. consil.16.num.*21.

4. Cùm igitur Episcopi iurisdictionem habeant cum territorio, sequitur habere fiscum, carcerem, & familiam armatam, per quã capere possint delinquentes; nam concessa iurisdictione omnia licent, quæ ad illam tuendam & exercendam sunt necessaria, ex *l.1.ff.de iurisdict.omnium iudic.* & per ea quæ adducit Erasmus à Cochier *de iurisd.ordin.part.2. quæst.* 111. *num.*18.& 19.

Sup. hoc infra in tr. & Resol. 5. & in alio vers. eius primæ not. & pro filio in tom. 3. tr. 4. Resol. 1. §. 2. ad medium. vers. firmant tes etiam.

5. Et omnia supradicta probantur ex sacris Canonibus, vt ex *cap.Episcopus, de officio ordin.in 6.*& ex *cap. Clericos, de sentent. excommunic. eodem lib.* in quibus conceditur Episcopis carcer; ergo debet habere custodes carcerum, & familiam, vt est textus *in Clem.1.§.sanè, de hæretic.* vnde & ministros, qui reos capiant, & ad carceres ducant; quod clarè apparet *in cap.contra idolorum,* & *ibi* glossa 26.*quæst.5. & in cap.attendendum*, 16.*quæst.4.& in cap.2. de adult.* in quibus iuribus Episcopus potest laicos capere, & corporaliter carcerare. Nec potest dici esse speciale in casibus dictorum iurium, quia non potest reddi ratio specialitatis, nec valet dicere quòd *in dicto cap. attendendum*, non exprimuntur laici, quia dum loquitur de sacrilegis, indefinitè loquitur, etiam de laicis si fuerint sacrilegi, qui possunt animaduerti ab Ecclesiastico iudice.Et tandem in Concil.Trident. *sess.25.de reform.cap.3.*tribuitur Episcopis iurisdictio contra quoscunque etiam laicos per mulctas pecuniarias; seu per captionem pignorum, personarúmque districtionem per suos proprios,aut alienos executores faciendã.In quibus verbis duo notanda sunt; primò quòd Episcopus potest tenere familiam armatam, & proprios executores. Secundò quòd prædicta familia non solùm deseruiet contra Clericos,verùm etiam contra laicos.

6. Nec valet dicere, quòd Episcopi habent censuras,& possunt vti brachio sæculari, quia hæc concessio non est eis tributa in diminutionem iurisdictionis Ecclesiasticæ, sed in maiorem fauorem, scilicet vt non solùm suos habeat proprios executores, verùm etiam,si opus fuerit, omnes ministros curiæ sæcularis,qui deseruire tenentur curiæ Ecclesiasticæ,vt patet *in cap.Princeps.23.quæst.5.cap.1. & cap.quoniam, extrà de officio iudic.ordin.* absurdum enim esset iudicium habere, & posse præcipere, sed executores mandatorum, & præceptorum à curia sæculari mendicare. Adde quòd inuocatio brachij sæcularis est iuris remedium extraordinarium, & subsidiarium, quo non debet vti Episcopus, nisi in subsidium experto iam ordinario, ex glossa *in ver. remediis, Clem. 2.de relig.dom.* & ad hoc est textus *in cap. 1. de statu regular.& in cap.2.de Cleric. excomm. ministr.* & hoc firmant DD. *in cap.cùm non ab homine,de iudic.* Hostiensis, Ancharanus, Zabarella, Felinus, Decius & alij.

7. Probatur etiam hæc opinio à Francisco Leone *in thesauro fori Eccles. part.1. cap. 9. num.* 19. & aliis, vnico & euidenti argumento,quia cùm plura crimina sint mixti fori, per glossam *in cap.cùm sit generale, de foro compet.* Vnde in his delictis datur locus præuentioni, per *l.si quis postea*, & *ibi* Doctores, *ff. de iudic.* in qua præuentione non consideratur solùm sola inquisitio & citatio verbalis,vt notat Bossius *tit. de foro compet.num.* 130. sed etiam attenditur, quis præuenerit in citatione reali, adeò quòd iudex capturæ præuenisse dicatur, cùm realis verbali præponderet.Si Episcopis non liceret ad hunc effectum familiam armatam habere, proculdubio esset aperta via fraudibus, in iis quæ sunt mixti fori exercendi iurisdictionem Ecclesiasticam, quia iudex laicus, si sciret causam capturæ, semper curaret ipse præcurrere & capere vt præueniret, & sic numquam daretur locus præuentioni iudicis Ecclesiastici,cùm ipse numquam

personaliter

personaliter capere posset,& ideo requirentibus officialibus Ecclesiasticis familiam armatam à magistratibus sæcularibus contra laicos, vel curarent scire causam capturæ,de illa cognoscere aut fingere possent præuentionem:ergo, &c. Vnde satis manet firmata nostra sententia aduersùs Pereiram & alios, quos citaui & reprobaui ego ipse *in part.1. tract.2. resol.88.*

Quæ hic est Resol.antecedens.

RESOL. CCCIII.

An semel punitus in foro Ecclesiæ possit iterum pro eadem culpa à iudice seculari puniri etiam ad excessum pœnæ?

Et quid è converso,si delictum est mixti fori, an insufficienter à iudice seculari punitum, possit iterum à iudice Ecclesiastico puniri? Ex part.1. tractat.2. Resol. 108.aliàs 107.

Sup. hoc in Resol seq.

§.1. AFfirmatiuam sententiam docent multi Iurisconsulti,quos citat, & sequitur Cenedo *in canonicis qq.q.36.num.25.*& Bobadilla *in polit. tom. 1.lib.2.cap.17.num.94.in Glossa lit.D.* & in casu simili Pereira *tract.de manu regia,part.1.cap.10.num.12.*Madius *in tract.de sacris Ord.cap.15.nu.5.*,& ex Theologis Adamus Tannerus *in 2.2.disp.4.q.4.dub.4. nu.93.* & Miranda *in lib.de ordine iudic.tom.1.q.1.a.7. concl.4.* Guttierrez *canon.qq.lib.1.cap.12.num.15.* cum aliis,ex authoritate *cap.felicis.§.per hoc de pœnis,in 6.*Et hanc sententiam,cum aliqua limitatione,tenet etiam Sigismundus Scaccia *de iudic.causs.lib.1.cap.12. num.91.* & Layman *in Theol.mor.lib.4.tr.9.cap.2.n.6.*

2. Sed contrariam sententiam prorsus amplectendam esse iudico, quam nouissimè ex multis Doctoribus,& validissimis rationibus probat Iurisconsultus Christophorus de Anguiano *in suo tract. de legib.lib.3.contr.32.num.7.& seq.* quia similis ratio est in Iudice Ecclesiastico,circa causas mixti fori,quæ adest in quolibet Iudice, qui speciali ratione iudicat de subdito alterius territorij:sed accusatus in foro delicti non potest reaccusari in foro domicilij;quauis diuersa sit pœna,vt manifestum est:& probat textus *in l. Senatus ff.de accusat.*Ergo laicus, semel accusatus de crimine mixti fori in iudicio Ecclesiastico, non poterit iterum accusari in foro sæculari, Alias rationes adducit hic Autor,quas penes ipsum inuenies,qui etiã respondet ad omnia argumenta contrariæ sententiæ.

3. Notandum est tamen, quòd Auctores primæ sententiæ,vt Tannerus,qui citat etiam Delrium, asserunt è conuerso,quòd si delictum sit mixti fori, & insufficienter sit à Iudice sæculari punitum, potest iterum à iudice Ecclesiastico puniri.

RESOL. CCCIV.

*An in criminibus misti fori,quis in Ecclesiastico punitus mitiori pœna,possit in foro sæculari pro excessu pœnæ puniri?*Ex part.4.tract.1.Resol.61.

Sup. hoc in Resol. præterita.

§.1. AFfirmatiuam sententiam nouissimè tenet iterum Pereira *de manu Regia part.2.cap.56. n.47.*vbi sic ait, Non prætermittam dubium esse, an crimen mixti fori semel in vno foro punitum, possit in altero foro pro excessu pœnæ puniri?Et posse dicit eleganter Abbas post Io.Andream *in cap. tuæ, de procurat.* vbi Alciatus *n.* 134. & alij. Obstat tamen *cap.2.de except.in 6.* vbi data de præuentione,videtur iterum antiquam causam suscitari non posse, nisi dicas regulam dictam procedere, quando æqualis est pœna in vtroque foro,propter regulam *l. cùm quæritur ff.de except.rei iudic.*quia si maior est pœna,cessat dicti cap.ratio. Ita ille.

2. Sed aduersùs doctum Lusitanum alium non minus doctum opponam, & is est Seraphinus Freitas *in nouis addit.ad tract.de Confessar.solicitan. quæst.3. num.48.* vbi sic ait.Verius est etiam in causa mixti fori punitum mitiori pœna ab Ecclesiastico non posse iterum in sæculari puniri ad integrandam,pœnamve diuersam,& vice versa,iuxta *cap. vltim. de except. in 6.*vbi sententia iudicis Ecclesiastici sub censuris in foro sæculari obseruari iubetur,tenet glossa *ver.adjicimus,in cap felicis, de pœnis in 6.* quam ibi sequuntur Dominicus & Perusinus *n.3.*Hostien. & Anton. *in cap.tuæ, de procurat.* Imola & Anania *num.6.* Berous *numer.23. in cap.de his, accusat.* Bartolus *in l. senatus ff.de accusat.* & est opinio communis Canonistarum ex Abbate *in d.cap.tuæ,*pro quibus facit regula *d.cap.de his, & d.l.senatus*, quam praxis approbat,& textus *in d.cap.vlt.* Sic videmus in reis nefandi criminis, quod mixti fori est inter sæcularem, & Inquisitorem in Lusitania & in Aragonia, quidquid contrarium teneat altera opinio ex Couuarruuia & aliorum,quibus non fauent *dict.cap. felicis, cap.2. de maledicis.l.placet.C.de sacrosanct. Eccles.* quia vltra quòd in suis speciebus procedunt,non decidunt reum semel punitum in vno iudicio competente posse ab alio maioribus pœnis puniri,vt bene Arctinus *in d. cap.de his,*Berous *num.13.* quidquid repugnet Gomez *tom.3.cap.1.num. 40. conclus.4.* Tunc autem potest quis ad diuersa fora trahi super eodem crimine, quando ob varios respectus crimen est vtriusque fori,vt docet Felinus *num.13.* & ab eo citati *in cap. de his,de accusat.*& Nauarrus *in cap.nouit. notab.6.n.70.* & posterior opinio Couarruuiæ & aliorum in hunc sensum accipi & defendi potest, & forsitan hoc intendit quando punitio tendit ad diuersa,quæ diuersitas consistit in diuersis pœnis, tribunalibus, aut iudicibus,sed in diuersis respectibus, & hæc omnia docet Freitas *loc. cit.* & hanc sententiam ego ipse etiam alibi docui *in part.1.tract.2.resol.107.* vnde immeritò hanc opinionem improbabilem vocauit his diebus quidam Iurisconsultus,cùm probabilissimam esse omnino dicendum sit.

Quæ hic est Resol. antecedens.

RESOL. CCCV.

Coram quo facienda sit appellatio,quando causa fuit decisa per duos iudices,vnum laicum,& alium Ecclesiasticum Ex part.4.tr,1.Resol.54.

§.1. REspondeo faciendam esse coram iudice Ecclesiastico,quia dignior trahit ad se minus dignum,& cum in dicta appellatione agatur de actu ipsorum iudicum arbitrorum,quorum iudex non potest esse laicus,dicendum est appellationem interponendam esse coram Ecclesiastico;& ita docet Felinus *in cap.1. de præscript. num.6.* Ambrosinus *de immunit. cap.20.num.6.*Bonacina *in Bulla Cœn. disp.1. quæst.16. punct.5.num.20.*quidquid in contrarium asserat Couarr.*lib.2.variar.cap.22.*

RESOL. CCCVI.

An si vidua, pupilli, vel aliæ personæ pauperes futurint oppressæ,tunc etiam nulla data negligentia iudicis sæcularis, possint aduersarios suos ad iudicem Ecclesiasticum trahere, & in illo foro conuenire? Ex part.1. tract.2.Resol.118.aliàs 117.

§.1. Negatiuam

Sup. hoc in §. 1. Bellen.

NEgatiuam sententiam sustinet Couarruuias *practic. quæstionum cap. 6. num. 1.* & ita mordicùs, vt affirmatiuam sententiam ridiculam appellet.

2. Verùm ego non ridiculam, sed veram existimo, & Couarruuiæ opinionem falsam puto, vt etiam illam nouissimè existimat Anguian. *in tract. de legib. tom. 1. lib. 3 contr. 22. nu.* 48. & alij penes ipsum, ex multis iuribus, quæ affert, & præcipuè *per cap. ex parte, de foro compet.* vbi causa viduæ Reginæ bonis suis spoliatæ, in foro Ecclesiastico fuit agitata. Vide etiam textum *in cap. super quibusdam. §. vlt. de verb. signific. & in cap. significantib. de officio delegati.* quibus iuribus minimè satisfacit Couarruuias, nec quisquam poterit satisfacere, quin indistinctè probent, atque conuincant, etiam non data Iudicum sæcularium negligentia, posse personas habitu, & actu miserabiles, aduersarios suos ad forum Ecclesiasticum trahere. Scio praxim in contrarium esse: sed ego loquor, quid sentiendum de iure: ius autem, vt visum est, nostram sententiam aptè docet. Ergo, &c. Vide etiam Tanner. *in 2. 2. disputat. 4. quæst. 4. dub. 1. num.* 31.

Sup. hoc pro miserabilibus, super dicis de cœcis in num. 8. tr. 9. Sanch.

RESOL. CCCVII.

Virum pauperes, & miserabiles personæ possint laicum coram iudice Ecclesiastico conuenire?

Et notatur, quod si pupillus, vel viduæ essent diuites, non gaudeant priuilegio trahendi laicos ad tribunal Ecclesiasticum. Ex part. 4. tract. 1. Resol. 90.

Sup. hoc in Resol. præcedenti. & pro miserabilibus mutuis, locis, &, vbi in te. lat. 9. Resol. in

§. 1. AFfirmatiuam sententiam omnino tenendam esse puto, ex textu expresso *in cap. super quibusdam, de verbor. significat.* ibi, *Item viduis, pupillis, orphanis, & miserabilibus personis tenearis in iudicio Ecclesiastico respondere*, &c. Idem probatur ex Panormitano & Butrio *in cap. per vestras, de donatione inter virum & vxorem*, facit etiam textus *in cap. si quis de potentibus 21. cap. si quis Romipetas 23. cap. illi qui 25. in ordine, 24. quæst. 3.* & ita docent scribentes *in cap. significantibus, de offic. & potestate iudic. delegat. & in cap. ex tenore, de foro competent.* & hanc tuentur sententiam Palacius Rubeos *in repet. cap. per vestras. §. 1. num. 5.* & alij, quos citat & sequitur nouissimè Gabriel Aluarez *tract. de priuileg. pauper. quæst. 52. num. 13.* quibus adde Scacciam *de iudiciis tom. 1. lib. 1. cap. 12. numero 17.* Cenedum *in quæst. canonic. quæst. 14. num. 4.* Vnde pro sibi relictis alimentis posse pauperem aduersarium laicum ad iuditem Ecclesiasticum trahere, docet Bartolus, Imola, Geminianus, & alij, quos adducit Petrus Surdus *de aliment. tit. 8. priuileg. 9. num. 2.* & in quauis alia causa idem dicendum est, cùm miseradilibus ac pauperibus, absque alicuius causæ præfinitione concessum sit priuilegium *in dicto cap. super quibusdam*, aliisque iuribus relatis. Vnde immeritò quidam Iurisconsultus nolebat olim hanc sententiam admittere, & inconuenientius ipse asserebat; nam multæ causæ laicorum ad Ecclesiastica tribunalia, stante hac opinione, deferri possunt; sed, vt dixi, immeritò hoc asserebat: nam, vt visum est, sacri Canones hæc determinant, & concedunt, quibus omnino standum esse nemo Catholicus ambiget.

2. Notandum est tamen pro intelligentia *dicti cap. super quibusdam*, quòd si pupillus, vel vidua essent diuites, non gaudent priuilegio trahendi laicos ad tribunal Ecclesiasticum. Ita Doctores citati.

RESOL. CCCVIII.

An iudex Ecclesiasticus possit præcipere iudici sæculari sub pœna excommunicationis, quod supersedeat in executione contractus donec decidatur, an sit vsurarius, nec ne?

Et an iudex Ecclesiasticus, ad quem aliqua causa spiritualis remittitur, possit opponere exceptionem illam, & præfigere tempus & terminum peremptorium, intra quem probare teneatur, & quid è conuerso, &c? Ex part. 3. tract. 1. Resol. 18.

§. 1. NEgatiuè respondet Ceuallos *in tract. de cognitione per viam violentiæ part. 2. q. 96. nu. 12.* Angelus *in l. 4. §. condemnatum ff. de re iudicata.* Imola & Ripa *ibidem*, & Rodericus Suarez *in l. post rem iudicatam. ver. circa iudicem, n. 15. 16. & 17. ff. de re iudicata*, & Barbatius *vol. 2. consil. 45. n. 16.* docentes, quòd licèt exceptio vsuræ sapiat spiritualitatem, tamen non potest opponi ad impediendam exequutionem instrumenti.

2. Sed ego contrariam sententiam teneo ex *c. lator, qui filij sint legitimi.* & ideò pendente causa natalium coram Ecclesiastico non potest secularis iudex in causa principali hæreditatis procedere, vt rectè notat Corasius *miscellan. lib. 2. c. 5.* & alij. Vnde in terminis nostram sententiam tenent DD. quos citat, & sequitur Guttierez *de iuram. confirm. part. 1. c. 2. à n. 11.* vbi sic asserit. His non obstantibus videtur non esse veram Angeli opinionem & sequacium, & potiùs tenendam esse contrariam, imò quòd iudex sæcularis supradicto casu, constito sibi de litis pendentia vertentis coram Ecclesiastico super causam vsurariam eiusdem contractus, quem exequitur, maximè si à iudice Ecclesiastico inhibeatur, ne vltrà procedat super exequutionem sub pœna excommunicationis, quousque decidatur causa vsuraria, teneatur obedire, & debeat supersedere in executione, quia cùm exceptio hæc sit præiudicialis executioni, omninò non debet super ea ampliùs procedi, quia aliàs iudicium Ecclesiasticum redderetur illusorium. Ita Guttierrez, & ante illum Alexander *in l. 4. §. condemnatum, n. 17. de re iudicata*, quidquid in contrarium asserat Ceuallos *vbi suprà*. cuius sententiam omnino refellendam esse puto, si iudex Ecclesiasticus præueniret in cognitione vsuræ illius contractus, vt optimè notat Matta *de iurisdict. part. 2. cap. 45. num. 15. & 20.* cum aliis.

3. Notandum est etiam hic obiter cum Barbosa *in collect. tom. 2. lib. 4. tit. 17. c. 5. n. 4. & 5.* & aliis penes ipsum, quòd iudex Ecclesiasticus, ad quem aliqua causa spiritualis remittitur, potest opponere exceptionem illam, & præfigere terminum, peremptorium, intra quem probare teneatur; non potest tamen è conuerso, iudex sæcularis, qui, v.g. de causa principali hæreditatis cognoscit, præfigere partibus terminum, intra quem causa incidens spiritualis terminetur coram Ecclesiastico ad quem remittit, quia iudici Ecclesiastico, qui in spiritualibus superior est, legem imponere non potest.

Sup. hoc è conuerso suprà in Resol. 48. §. Sed contrariam; ad medium circa finem in vers. neque potest.

RESOL. CCCIX.

An iudex laicus possit cognoscere crimen vsuræ? siue de iure, siue de facto quæratur, vel sit crimen mixti fori? Ex part. 1. tract. 2. Resol. 78. aliàs 77.

Sup. hoc in Resol. seq.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Tannerus *in 2. 2. disp. 4. q. 4. dub. 1. num.* 35. Salas *tract. de empt. dub.* 45.

dub.45.n.1. & 2. cum Emmanuële Sà *verb. vsura, n. 15.*& nouissimè Ioannes de Heuia *in suo labyrin.commer.li.2.c.1.n.37.*vbi sic asserit:[Del delitto de la vsura non solo puede conocer el Iuez Ecclesiastico,sino tambien el seglar, por ser mixti fori. Y procedere no solo en quanto à la question del hecho, si se cometio, ò no, la vsura, sinon tambien en quanto à la question del derecho,si el contrato es vsurario,ò no.] Idem etiam docuit *in Curia Philippica, p. 3.§.9. n.27.* & ante illum Rodericus *de ann.reddit.lib.3.q.3. n.122.* cum multis aliis Iurisconsultis.

2. Sed meritò contrariam sententiam tenuit Salonius *in 2.2.tom.2.q. 78.art.3. contr. vlt.* vbi ita ait: [Verior,& cõmunior DD.tam Theologorum,quàm Canonistarum sententia docet, vbi fuerit apertum, contractum aliquem vsurarium esse, huiusmodi delictum esse mixti fori, ita vt sit locus præuentioni; posséque huius delicti reum, vbi non vertitur in dubium, illum commisisse vsuram, tam ex mandato Iudicis Ecclesiastici,quàm sæcularis, compelli ad restitutionem vsurarum,si quas acceperit,& ratione illius delicti puniri. Vbi res verò dubia fuerit, & anceps, vtrumque pertinet ad Ecclesiasticum Iudicem, & declarare, an contractus ille in iudicium Ecclesiæ tanquam suspectus de vsura vocatus vsurarius sit,& reũ, si in labem iniquitatis vsurariæ inciderit, ad restitutionem compellere,& punire. Quæ omnia communi vsu Tribunalium Ecclesiastici,& sæcularis obseruantur.] Ita Salonius, cuius sententiam amplexi sunt etiam Layman *in Theol.mor.lib.4.tr..c.1.n.8.& 9.*Azorius *p.2.li.3.c.5 3.q.2.*Ragucius *in lucerna Parochorum, tit.de Restit.q.219.*Michaël de Palatio *lib.4. contract.c. vlt.*Cardinalis Tuschus *tom.8.§.vsura,concl.357.n.19.* Clarus *§.fin.q.37.*Reginaldus *in praxi, tom. 2. lib.23. c.9.sect. 1.n.93.in fine,* & Bonacina *de contr.disp.3.q.3. punct.vlt.n.2.*Martha *de iurisdict.p.2.c.7.n.11.* ita asserens.[Alia causa est,cur vsura dicatur crimen Ecclesiasticum,nempe,quòd, licèt dum de punitione agitur,& quæstio est facti,pertinet potius ad laicũ,quam ad Ecclesiasticum Iudicem,quando tamen quæstio est iuris, hoc est,quando inquiritur, num contractus sit vsurarius,propriè pertinet ad Iudicem Ecclesiasticum de ea cognoscere.] Ita ille. Et hanc sententiam docuit etiam ex Panormitano Sylvest. *ver. vsura, 9. in princ.* Scaccia *tr.de commer. §.7.gloss.5. num. 81.* vbi ita ait:[Conclude ex horum omnium casuum distinctione, & resolutione, quod cognitio, an contractus sit vsurarius, pertinet ad Iudicem Ecclesiasticum, & non ad sæcularem, vt notauit Card Turrecremata *in c.quid dicam,sub n.5.verb. ad tertium. 14. q.4*] Ita Scaccia. Vide etiam Bobadillam *in Polit. tom.1.lib.2.c.17.n.40.*

RESOL. CCCX.

Ad quod forum pertineat crimen vsurarium?
Et an hæc causa sit mixti fori? Ex part. 9. tract.9. & Misc.4.Resol.15.

Sup. hoc in Resol. præterita.

§.1. AD hoc dubium sic respondet nouissimè Pater Wadingus *tract.de Contract.disp. 14.§.1.* Postquam Romani Pontifices tam multa constituissent contra vsurarios, opinati sunt plerique Canonistæ, hoc crimen esse fori Ecclesiastici, & non sæcularis. Sed Couarruuias *lib.3. var. cap.3.* efficaciter probat hoc crimen ex natura sua esse mere sæculare, sicut est homicidium, furtum, & similia. Addit autem propter rationem *dub.præced.*deductam, Ecclesiam prudenter ad se traxisse, quando Principes sæculares videbantur existimare vsuras moderatas esse licitas, sed postquam omnes vbique Principes Christiani suis legibus vetuerant vsuras sub seuera pœna,cessare causam prohibendi Principibus huius criminis cognitionem,siue faciendi illud fori Ecclesiastici. Canonistas autem, qui senserunt esse fori Ecclesiastici, ad illud tempus respexisse, quo non erant prohibitæ serio à Regibus, & supremis Principibus, nec punitæ vsuræ à Republica, & ideò ex natura rei spectat cognitio criminis vsurarum ad Laicum Iudicem. Couarruuias suprà, Sylvester *verb. vsura 9.* Molina *disputatione 333.* Probatur, quia est crimen merè sæculare sicut homicidium, fraus, aut iniustitia commissa in venditionibus, & contractib. nec est ratio, cur Laicus, qui potest cognoscere, an Titius iniustè agat non reddendo pretium, aut vendendo carius; non possit cognoscere an iniustè pactus sit de Auctario reddendo vltra sortem, quia vtrumque est iure naturæ vetitum,& neutrum est spirituale, vel spirituali annexum. Secundò, est penè generalis praxis, vt vsuræ à Principibus sæcularibus, & cognoscantur, & castigentur aliis pœnis, quas in suis legibus designarent. In Bohemia, & in Germania obseruaui, quoad Pœnas non spirituales, non se immiscere huic cognitioni Ecclesiasticos iudices inter Laicos. Et Gailius *lib.2.obseruat. 4. 5. & 7.* in Imperio id seruari animaduertit. Et Ioannes Baptista Lupus *in tractatu de vsur. ad finem*, dicit opinionem verissimam, & in praxi receptam, maximè Florentiæ.De Ciuitatibus multis Italiæ testis est Menochius *de arbitrio iudicis casu 398. num. 44.* & alij de aliis locis. Tertiò Principes sæculares, quando crimini non merè spirituali constituerunt pœnam suo fisco præsertim applicandam(vt factum est in prohibitione vsurarum) non permittunt ad Iudices Ecclesiasticos deuolui causam. Vnde tandem concludo, quando non agitur de pœnis Ecclesiasticis incurrendis, Iudicem Laicum hic se interponere: quando verò controuersia est de sepultura Ecclesiastica;& similibus, quæ ad solam Ecclesiam spectant, iudicem Laicum non se debere interponere. Hucusque Wadingus.

2. Sed hæc opinio est prorsus reiicienda, & de directo pugnat contra Ecclesiasticam immunitatem. Dico igitur, quòd licèt crimen vsurarum pertinere ad solùm iudicium Ecclesiasticum asserat Glossa *in Summ.11. quæst.1.* & Glossa *1. de offic. ordin.* & Glossa *in Clement.2.verb.Vsura, de iudic.* Secundùm quam Laicus non est iudex competens, nec dissentit. Iul. *§.vlt.q.37.n.2. vers. Quæro igitur:* præsertim quando est Quæstio iuris super vsura, puta quando requiritur sit ne contractus vsurarius, licèt quando vsuræ repetuntur credat laicum esse Iudicem competentem, iuxta Bald.*in l.Quoties,circa fin. Cod. de iudic.* quamuis absolutè Bald.sibi parum constans dicat *in dict.l. Quoties, col.2. versic. Tu dic,* esse hoc crimen vsuræ merè Ecclesiasticum, *& in consilio 443.in fine, vol.3,* Bartol. *in l. Titia, num.7.ff.solut. matrim.*Corn. *cons. 227.* viso processu, *vol 3.*Laurent.de Rodulph.*tract. de vsuris, quæst. 114.* & secundum hanc partem non potest iudex Laicus de hoc crimine inquirere, secundum Ioan. Andr.*in cap.Peccatum.col.8. & 9. de regul, iur lib. 6.* Bald. *in l. Improbum,versic. Credo glossam verum dicere, Cod.ex quib.caus.infam.irrogetur.*Tamen ego puto his non obstantibus esse crimen mixti fori, quando agitur de quæstione facti; si verò agatur de quæstione iuris pertinere ad solùm iudicem Ecclesiasticum.Et ita docet contra Couarruuiam nominatim Ioseph Vela *in c.1.de offic.ordin. part. 1.num. 71.* Michaël Agia *de exibendis auxiliis, fundam. 17.* Fragoso *de Repub. Christ. tom. 1. lib. 2. disput. 4. §. 21.* Valboa *in cap. cum sit generale succes. leg. de foro compet.*

comper. §. 3. Martha *de succeſſ. leg. par.* 2. *c.* 7. Anſaldus *de iur. par.* 2. *tit.* 9. *c.* 12. & alij communiter ; vnde reprobandus eſt, vt dixi, Wadingus *loco citato.* Sicut reprobandi ſunt etiam, vt optimè aduertit Vela *vbi ſupra*, aliqui aſſerentes crimen vſurarum eſſe mixti fori in ordine ad Iudicem Laicum, etiamſi agatur de quæſtione iuris.

3. Nota tamen, quòd quando dicitur crimen vſurarum cum agitur de quæſtione iuris, pertinere ad Eccleſiaſticum, intelligendum eſſe de iure obſcuro, & opinionibus obruto, argumento textus, & quod ibi Gloſſa, & Doctores notant, *In cap. cum dilectus*, 8. *de conſuetudine*, non verò de iure claro, quo videlicet aperte fuerit contractus, vt vſurarius damnatus: nam cum id ius euitari nequeat, ex regula *l. ornamentorum* 37. *alias* 39. *ff. de auro, & argento legato* : in hoc ſanè caſu etiam ſæcularis iudex mixtam cum Eccleſiaſtico iuriſdictionem habet ad cognoſcendum, & iudicandum de contractu ſecundum illud Ius, circa cuius intellectum nihil noui videtur agere, ſed ipſum per ſe certum, ac exploratum detegere, argumento legis hæredes palam 21. *ff. de teſtamentis*, *l. adeo* 7. §. *Videtur*, *ff. de acquirendo rerum dominio.* Id quod ſæcularibus iudicibus prohibitum non eſt, vt probat Peguera *deciſ.* 30. *crimin. num.* 23. Et ita ex multis docet Vela, & Agia *locis citatis.* Sed ego de hoc alibi.

Alibi in Reſ. præcedenti.

RESOL. CCCXI.

An Principes ſæculares poſſint ex iuſta cauſa dare Iudæis poſitiuam licentiam exercendi vſuras abſque Pontificis authoritate? Ex part. 9. tract. 9. & Miſc. 4. Reſ. 14.

Super hoc ſuperius in tract. Reſ. 11. meditum, & in Reſ. 5. tractand.

§. 1. AFfirmatiuam ſententiam docet Nauarrus, *conſil.* 33. & 34. de Vſuris, & nouiſſimè Pater VVadingus *tract. de Contr. diſp.* 5. *dub.* 13. *num.* 1. Probatur ratione, quam affert Nauarrus ſuprà, permittere vſuras non eſt intrinſecè malum; alioquin Romanus Pontifex, nec in ſuo Statu poſſet eas permittere, nec aliis dare facultatem permittendi: ergo tantum obſtat prohibitio Eccleſiæ, vel quod ſit contra Canonem. Sed ad Canones benè reſpondet Campegius, *quæſt.* 49. *in tract. de Dote*, & breuiter dici poteſt Canones non obligare Principes ſupremos cum magno Reipublicæ incommodo. Si ergo Princeps aduertat magnam eſſe in ſuo Regno neceſſitatem mutui, illudque non poſſe aliter haberi, quàm permiſſione vſurarum, poteſt quantum iudicauerit neceſſarium hac in parte permittere, ſicuti tolerat meretrices ad conſeruandam matronarum, & Virginum caſtitatem: nec in hac re poteſt per Eccleſiam impediri, vt diximus *diſputat.* 3. *dub.* 4. §. 2. *numero* 6. cùm de fide hæreticis ſeruanda egimus. Secundò eſt illa Praxis generalis per totum penè Orbem. De Italia teſtatur Campegius ſuprà, de toto Imperio Romano res eſt certiſſima, quia vbique pene Iudæi tolerantur cum exercitio vſurarum. In Polonia ſunt eorum multa millia: in ditionibus Regis Hiſpaniæ in quibus non ſunt Iudæi. Chriſtianus aliquis à Principe Supremo accipit poteſtatem fœnebrem menſam habendi publicè. In Belgio obſeruaui, quòd quamprimùm erigitur in aliqua Ciuitate Mons pietatis, cogatur Vſurarius abire; quia non eſt Reipublicæ neceſſarius, cum mutuationi Mons ſufficiat. Ita VVadingus.

2. Sed ego contrariæ ſententiæ adhæreo. Vnde Addit. ad dictum Conſil. 33. Nauarri meritò contra illum inſurgit, & aſſerit negatiuam ſententiam eſſe communem, quam cum dicta Additione tenet Malderus *in* 2. 2. *D. Thomæ*, *tract.* 5. *cap.* 3. *dub.* 24. *concluſ.* 7. Cardinalis de Lugo, *tom.* 2. *de Iuſt. diſput* 25. *ſect.* 11. *num.* 219. & 220. Wigers *de Iuſt. tract.* 5. *cap.* 6. *dub.* 23. *num.* 111. vbi ſic ait: Si in aliquibus locis iudicetur valdè neceſſarium propter multorum graues indigẽtias, vnde maiora mala timeantur, permittere vſuras; & vſurarij, qui fœnus exercere parati ſunt, non velint tamen mutuare, niſi permittatur ipſis actio contra mutuatarios, qui negarent ſoluere vſuras permiſſas, ac niſi his negetur actio ad repetendas ſolutas, vnde Magiſtratus quaſi neceſſitetur ad faciendam eiuſmodi permiſſionem vſurariis, vt poſſit ſuccurrere neceſſitatibus ſubditorum, & auertere grauiora pericula à communitate: non foret contra Ius naturæ, ſi Magiſtratus, iuxta ſua promiſſa, tunc concederet Vſurariis actionẽ, & vrgeret mutuatarios ad ſolutionem, & non concederet eis actionem repetendi. Quamuis interim vſurariis talia permittere, & actionem concedere, & ſic compellere mutuatarios, videatur fore contra Ius Canonicum. Quòd autem non ſit contra Ius naturæ, probatur, quia Pontifex, vt teſtatur Nauarrus *conſ.* 33. de Vſuris cogit Chriſtianos in ſtatu Eccleſiaſtico Romæ, Anconæ, & Auenione ad ſoluendũ Iudæis vſuras permiſſas: ergo ex rationabilibus cauſis cõcedere actionem vſurariis ad exigendas vſuras permiſſas, ſiue de quibus conuentum eſt, & ad illas ſoluendas compellere, non debet cenſeri eſſe contra Ius naturæ: neque enim dicendum, quòd ibi in illo facto erret & peccet contra Ius naturæ. Quare neque Princeps ſæcularis ſic faciendo peccabit contra Ius naturæ: quamuis, vt id licitè faciat, verius ſit, quòd debeat accedere Pontificis diſpenſatio propter Ius Canonicum. Ita ille, cui adde, præter Doctores citatos, Sylueſtrum *verb. vſura.* 9. *quæſt.* 22. & omninò videndum Marquardum de Suſannis, *in tract. de Iudæis*, *part.* 1. *cap.* 11. *num.* 11. vbi plures Iuriſconſultos pro hac ſententia adducit.

RESOL. CCCXII.

An index ſæcularis poſſit punire laicum ſub prætextu eius prohibitionis, etiam ſi habeat licentiam ab Epiſcopo in diebus feſtis laborandi? Ex part. 4. tractat. 1. Reſol. 94.

Sup. hoc ſuprà in Reſ. 226. ad medium.

§. 1. NEgatiuè reſpondendum eſt, & ita declarauit ſacra Cardinalium Congregatio ſub his verbis. Cùm Officiales Curiæ ſæcularis Mutinæ prætendant, neminem poſſe in diebus feſtis vacare operibus ſeruilibus, etiam de licentia Epiſcopi, niſi eorum quoque licentiam obtineat, & laborantes abſque eorum licentia, incidere in pœnas ab eis, contra non obſeruantes dies feſtos, ſtatutas. Epiſcopus petit vt declaretur, ad quem ſpectet huiuſmodi licentiam concedere; & an ſi ipſe præuia neceſſitatis approbatione aliquibus illam conceſſerit, poſſint prædicti Officiales eos punire? Sacra Congregatio Cardinalium Concil. Trid. interpretum cenſuit huiuſmodi licentiam concedendi iuxta ſacrorum Canonum præſcriptum, ad Epiſcopos tantùm pertinere, non autem ad miniſtros ſæculares, atque eos, qui diebus feſtis præuia Epiſcopi licẽtia operibus ſeruilibus vacauerint, nequaquam poſſe à iudicibus laicis quoquo modo multari, aut puniri, Robertus Cardin. Vbaldinus, & hanc declarationem adducit Megalius *conſil.* 97. *n.* 2. & Homobonus de Bonis *in exam. Eccleſ. part.* 3. *tr.* 15. *c.* 7. *q.* 17. *reſol.* 3. qui alios Doctores adducit pro hac firmanda ſententia, quam iterum docuit nouiſſime

nouissimè *in consult.cas.conscient.vol.1. part.2.præc.3. respons.32.*

RESOL. CCCXIII.

An princeps laicus possit legitimare filium Clerici, si ipse filius sit Clericus?

Et quid si filius Clerici sit laicus? Ex part.1. tract.2. Resol.112.alias 111.

§.1. AFfirmatiuam sententiam docet Couarr.2.*p. de sponsal.cap.*8. §.8. *num.*19. qui citat ad propositum Ioan.Andream,& Lambertinum. Et ratio est: quia possunt laici Clericis priuilegia concedere *ex cap.nouit.de iudiciis.* Ergo priuilegium legitimationis potest Princeps sæcularis Clerico communicare: & licèt Clerici, sæculari iurisdictioni subiecti non sint,& Princeps in illos potestatem non habeat; tamen supradicta legitimatio in effectu non tam respicit ipsius Clerici legitimandi personam, quàm bona ipsa,quæ supponuntur sita intra territorium Principis legitimantis.

2. At, his non obstantibus, contrariam sententiam amplectendam esse existimo, cum Basilio Poncio *de matrim.lib.*11.*cap.*6.*n.*9. & Anguiano *tract.de legib.tom.*1.*lib.*2.*contr.*23,*num.*65. quia supradicta legitimatio est actus iurisdictionis: sed Clericos à sæculari potestate exemptos esse ex se patet: ergo,&c. Adde, quòd non solùm personæ, sed etiam bona Clericorum sunt exempta: ergo non potest Princeps sæcularis,etiam ex hoc capite, Clericum legitimare. Vnde patet responsio ad argumenta contrariæ sententiæ. Ad primum respondetur, quòd procederet, si in tali legitimatione ageretur tantùm de vtilitate Cletici & non de eius præiudicio,vt est in casu nostro, per iurisdictionem incompetentem in illum exercendam,&c. Et nostra opinio est admodum vera, vt aliqui doceant,etiamsi filius Clerici sit laicus, non posse Principem sæcularem illum legitimare. Et ita fuisse decisum anno 1562. in Senatu Parisiensi, testatur Petr. de Gregor.*lib.*10. *Syntag.cap.*4. Vnde Azorius *tom.*2.*lib.*2.*c.*15.*q.vlt.* asserit, tutius esse ab vtroque Principe legitimationem postulare.

RESOL. CCCXIV.

An Prælati Summo Pontifice inferiores delegare possint indistinctè laicis causas Ecclesiasticas?

Et supponitur posse Summum Pontificem,si viderit expedire, iurisdictionem spiritualem laicis exercendam committere ad tractandas causas non solum ciuiles, & criminales,sed etiam spirituales? Ex part.1.tract.2. Resol.113.aliàs 112.

§.1. CLarum est, posse Summum Pontificem, si viderit expedire, iurisdictionem spiritualem laicis exercendam committere, ad tractandas causas, non soiùm ciuiles & criminales;sed etiam spirituales, vt tradunt Nauarrus *in Manual.cap.*27.*n.*6.Aufrerius *de potest.secul.reg.*4.*fallent.*3.& alij.

2. Difficultas consistit, an idem dicendum sit de Episcopis. Et distinguendo communiter respondent: nam, vel causæ spectantes ad Ecclesiasticam iurisdictionem sunt causæ merè ciuiles, & pecuniariæ, vel sunt spirituales:primas causas Episcopus potest laicis delegare,secundas minimè.Et hæc opinio in praxi communiter obseruatur,& obseruanda est, licèt de iure nouissimè Anguianus *in tract. de legib. tom.*1. *lib.*2.*contr.*25.*n.*4.solidè & perdoctè, vt semper solet, contrarium doceat.

Sup. conten to in hoc t. in tom. tr.1. ex do ctrina Ref. 20.§.Verbu post med. lege vers. cur & pote de potesta absolut. i in tom.3. t. ex doctr na Ref.19. signanter Notandum Et pro co rento, in Difficultas huius Resl. ibidem & hoc.

RESOL. CCCXV.

An Legatus natus possit exercere iurisdictionem in Regulares exemptos? Ex p.1.tr.2.Ref.17.aliàs 16.

§.1. REspondeo negatiuè: nam Legatus à latere potest talem iurisdictionem exercere in exemptos. Et ita docet Gloss. *in cap.*1. *de off.Legati, in verb.vniuersos.*& ibi noster Abbas, Panormitanus *num.*8. qui hanc sententiam probat *ex cap.si Abbatem.de elect.in 6.& ex cap.*1.*de verb.significat.* Et ita docet etiam Villadiego *in tract. de legato*, *q.*8. *n.*20. & ex neotericis tenet etiam hanc sententiam Erasmus de Cochier *in tr.de iurisdict.in exemptos*, *part.*2. *q.*2.*per totam,& q.*50.*n.*6.*& part.*4.*q.*26.*n.*2.cum aliis. Quinam verò sint Legati nati, vide Henriquez *lib.* 10.*c.*28.*n.*3. Gambacurtam *de immunitat. Eccles. lib.* 10.*c.*8.*n.*19.& alios.

Sequentes Resolutiones visum est mihi diuidi non posse: Ideo sequitur

APOLOGETICA DISCEPTATIO, DE OMNIMODA CLERICORVM EXEMPTIONE ciúsque origine contra P. Michaëlem Rabardeum.

RESOL. CCCXVI.

Summatim exponitur, quid sentiat P. Rabardeus circa Immunitatem Ecclesiasticam? Ex part.7. tractat.1. Resol.1.

§.1. ANno prætorito 1641. in lucem emissus fuit libellus sic inscriptus. MICHAELIS RABARDEI *Optatus Gallus, de cauendo Schismate,* &c. *benigna manu sectus.*Hìc Auctor *in sect.*2.per totam ex professo pertractat materiam Immunitatis personarum,& bonorum Ecclesiasticorum. Et docet Primò, Immunitatem circa personas Ecclesiasticorum esse de iure positiuo Imperatorum, & ex eorum benignitate,& priuilegio concessam. Secundò; non esse concessam ab Imperatoribus absolutè, & plenè, sed tantùm in quibusdam causis,& casibus. Tertiò; posse

posse Principes illam modificare, & restringere. Quartò, Ecclesiasticos esse subditos dominationi, & legibus Principum; seclusis quibusdam causis, & casibus, in quibus ex eorum priuilegio exempti sunt. Quintò, delicta pro quibus Clerici ad forum sæculare protrahi possunt, esse illa, quorum coërcitio, & punitio spectat ad pacem, & tranquillitatem publicam conseruandam, proindéque legibus publicis, & certis pœnis adiunctis sunt prohibita, siue communia sint & mixta, siue priuilegiata lege ciuili, nouo quasi priuilegio, contra libertatem, Clericis datam conualescente. Sextò; In dictis criminibus, non solùm Clericos, sed etiam Episcopos ipso facto priuatos esse priuilegio Clericali, & fori, neque aliam sententiam depositionis, seu degradationis esse necessariam, & præsertim Parricidas, Falsarios, viarum prædatores, & similes, statim, posse iudicari, & damnari à Magistratibus Laicis. Septimò Pontifices non potuisse eximere Clericos à iurisdictione Principum sæcularium ipsis non consentientibus. Octauò; consuetudinem licèt non possit tollere totam Immunitatem Ecclesiasticorum, posse tamen in quibusdam casibus, illam restringere, & limitare.

2. Et hæc omnia Pater Rabardeus *in dicta sect.* 2. probat ex Iure ciuili; vnde sic ait, *n.* 2. *in fine.* Multæ sunt leges Imperiales in Codice Iustinianeo, seu Authenticis, tum etiam in Capitularibus libris Caroli Magni, & nouissimè in Codice Ordinationum, sub nomine Ludouici XIII. Regis in lucem edito, in quibus proponuntur, continentur, confirmantur, modificantur, & restringuntur Priuilegia venerabilium Clericorum, & sanctarum Ecclesiarum; vnde comprobatur opinio de libertatibus eorundem auctoritate imperatorum, & Regum acquisitis. Ita ille. Et postea, *num.* 6. adducit multas alias leges Imperatorias ad suam opinionem comprobandam. Quam etiam confirmat, *num.* 7. *& sequ.* multis exemplis: vt Salomonis 3. *Reg.* 2. qui Abiathar Sacerdotem propter crimen Maiestati regiæ contrarium, non solùm exilio mulctauit, sed etiam morte mulctare potuisse ostendit; vnde subdit: Illis temporibus sacerdotes etiam maiores, in iis, quæ pertinent ad Ciuile regimen non fuisse liberos à potestate, seu iurisdictione Regum & Principum temporalium. Probat hoc etiam adducens aliud exemplum de Ioa Rege Iuda 2. *Paral.* 24. & ex aliis exemplis Christianorum Imperatorum. Et hæc est opinio Rabardei quoad exemptionem Ecclesiasticorum, circa personas; quam à fortiori postea *in sect.* 3. *per totam*, tenet, quoad eorum bona, asserit enim: Ecclesiasticos in bonis esse exemptos ex Priuilegio Imperatorum & hanc exemptionem non fuisse omnimodam, & absolutam, Probat hoc ex quibusdam legibus Imperialibus; vt ex *leg. Neminem, Cod. de sacrof. Eccl.* & ex *leg. ad instructionem eod. tit.* & ex aliis iuribus, Quod etiam confirmat ex exemplis sacræ Scripturæ. Sed cùm hæc omnia lædant & penitus euertant Ecclesiasticam Immunitatem; ideo visum est mihi pro eius tuitione, & principiis Theologicis, & Iure Pontificio illa sigillatim, & fundamentaliter impugnare, respondendo ad omnia argumenta Rabardei, qui etiam *in sect.* 5. *& & in Defensione Legum Connubialium*, firmat posse Principes constituere impedimenta dirimentia Matrimonium, quod omnino reprobandum esse satis etiam firmabo ex communi sententia Doctorum, & præsertim illustrium sacræ Theologiæ Professorum, præclarissimi Musæi Sorbonici.

3. Protestor tamen, me, in hac Disceptatione, sententiam, seu *somnium Optati Galli de Schismate Ecclesiæ Gall.* minimè approbare; neque contra Concordata, seu Priuilegia aliquorum Principum (si reuera extent, & reuocata non sint) insurgere; sed tantùm opiniones Patris Rabardei refellere, quatenus multa docet contra Ecclesiasticam Immunitatem, dum probat esse licita, vel de Iure communi, vel de consuetudine. Et quidem debebat P. Rabardeus inhærere vestigiis sapientissimorum virorum suæ Societatis, Suarez, Azorij, Layman, Comitoli, Tanneri, Dicastilli, & Baldelli, qui *in Theol. Mor. lib.* 5. *disput.* 33. *num.* 3. optimè, sic ait. Cum Hæretici, & Schismatici in odium Pontificis, & status Ecclesiastici maximè impugnent exemptionem Clericorum à potestate Laicorum, & ipsi Principes, & Iudices Laici maximè illam extenuent, optimum, & rationabilissimum est, vt contraria ratione Theologus, quantùm potest, illam defendat, & tueatur. Ita ille. Sed sanum eius consilium minimè à P. Rabardeo amplexatum fuisse, satis *infra* patebit; Vnde ex industria, semper cum Scriptoribus Societatis, conabor illũ impugnare; vt videant Lectores; opiniones P. Rabardei, aduersari directè, sententiis communiter receptis, inter Doctores suæ præstantissimæ Religionis. Et vt verum fatear, quæstio hæc de exemptione Clericorum gratis, & voluntariè ab ipso videtur suscepta, cùm ad refellendum Optatum Gallum minimè necessaria esset, vt patet ex libro in simili materia compositio à doctissimo Isaacio Haberto, *de Consensu Monarchiæ, & Hierarchiæ*, cui adde Sulpicium Mandrinium in sua Chimera excisa.

RESOL. CCCXVII.

An Immunitas Ecclesiastica sit de iure diuino? Et affirmatiuè aduersus P. Rabardeum probatur ex locis Sacræ Scripturæ? Ex p. 2. tract. 1. Res. 2.

§. 1. IMmunitatem Ecclesiasticam esse de Iure humano tenet Rabardeus, *sect.* 2. *fol.* 16. *& sequ.* Primò, ex auctoritate Couarruuias *lib.* 1. *var. cap.* 31. Innocentij Papæ *c.* 2. *de maior. & obedient.* & D. Thomæ, *leg.* 1. *ad Rom. cap.* 13. Petri de Ferraria, Molinei, Alciati, & Medinæ. Secundò, probat suam sententiam ex aliquibus legibus Imperatorum in quibus exemptio Clericis donatur. Ergo, infert Rabardeus, exemptio Clericorum est de iure humano; videlicet ex benignitate & largitate Principum sæcularium. Sup. hoc supra in Ref. 1. & 2. §. Non desinam. & superius in tr. 1. Ref. 2. §. Verum. & seqq. & hic inf. in quinq. Ref. hanc seq.

2. Sed prorsus dicendum esse puto, immunitatem Ecclesiasticam, quoad personas, & bona, esse de iure Diuino. Probatur ex *cap.* 47. *Genes.* vbi Ioseph. cùm totam Ægypti terram Regi obligasset, & tributariam, siue vectigalem fecisset, Sacerdotum terram excepit, quam voluit esse liberam. Et 1. *Esdræ* 7. Excepti sunt Sacerdotes & Leuitæ à lege soluendi tributa Regi Persarum. Dominus etiam Leuitas, Templi Ministerio dedicatos, à reliquis tribubus sequestrauit, & Aaroni, atque filiis eius subiecit; sicut legimus *in cap.* 3. *Numer.* Quòd locutus est Dominus ad Moysen. vers. 10. *Dabis dono Leuitas Aaron, filiis eius, quibus traditi sunt à filiis Israël. Aaron autem, & filios eius constitues super cultum Sacerdotij.* Et infra Num. 45. *Erúntque Leuitæ mei. Ego Dominus.* Et c. 8. Numeror. *Statuesque Leuitas in conspectu Aaron, & filiorum eius, & consecrabis oblatos Domino, ac separabis de medio filiorum Israël, vt sint mei. & postea ingredientur Tabernaculũ fœderis, vt seruiãt mihi, sicque purificabis, & consecrabis eos in oblationem Domini: quoniam dono dati sunt mihi à filiis Israël.* Ex quibus locis satis manifesto colligitur: Leuitas non alteri, quàm Aaroni, & successoribus eius Sacerdotibus subiectos fuisse. Bona autem, & possessiones Sacerdotum, ac Leuitarum fuisse ab exactionibus immunes, Colligitur ex *c.* 30. *Exod.*

verſ.12.iuncto cap.1.verſ.47.Num. Quibus locis ſignificatur,Leuitas , & à tributo , & à militia immunes fuiſſe. Item ex *cap.*18. *Num.* vbi habetur , à reliquis Tribubus Iſraël , decimas pendendas fuiſſe Sacerdotibus , atque Leuitis. Ipſos quoque Leuitas ſecundas decimas, ſiue decimas decimarum Aaroni, & Sacerdotibus eius ſoluiſſe ſicuti explicat Ioſephus *lib.*4. *antiquit. cap.*4. Denique, idem colligitur ex *eod. c.*18. *Numer.*20 *iuncto.cap.*35. quibus ſignificatur Aaroni, & filiis eius , atque Leuitis non fuiſſe partem aſſignatam in diuiſione terræ promiſſionis, ſicuti reliquis Tribubus ; ſed poſtea ex Tribubus, pro ſingularum facultate,fuiſſe vrbes,& poſſeſſiones deſignatas pro Tribu Leuitica,vt hæc eſſet quaſi pars,& poſſeſſio, à filiis Iſraël Deo oblata & Miniſtris eius.

3. Item exemptionem à tributis , Chriſtus , *Matth.*17. imprimis ſibi tanquam filio naturali Regis omnium Regum Terrenorum, tùm verò etiam ſecundùm quandam participationem B. Petro competere ſignificauit. Reges Terræ à quibus accipiunt tributum , vel cenſum à filiis ſuis , an ab alienis? At ille (Petrus) dixit , ab alienis. Dixit illi Ieſus. Ergo liberi ſunt filij : vt autem non ſcandalizemus eos , vade ad mare &c. Ex quo facto Diſcipuli reliqui collegèrunt , B. Petrum ipſis omnibus à Chriſto prælatum fuiſſe ſicuti S. Hieron. *ibi*, & S. Chryſoſt. *hom.*59. *in Math.* Origenes *in Cap.*18. *Math.hom.*5. annotauerunt : Tametſi verò Chriſtus hoc loco priuilegium exemptionis præcipue B. Petro , tanquam Vicario ſuo communicauerit ; debet tamen id, etiam reliquis Eccleſiaſticis perſonis accommodari , quatenus eæ Chriſti , ac Dei ſeruitio peculiariter dedicatæ , è familia eius eſſe cenſentur , à ſæcularium poteſtatum Iuriſdictione , atque Imperio immunes. Et tandem *in Pſalm.*114. dicitur *Nolite tangere Chriſtos meos*, hoc eſt vnctos meos; At Clerici tales ſunt Ergo &c.

4. Sed ad hæc loca Sacræ Scripturæ non deſinunt Aduerſarij reſpondere, at parum ſolidè , vt videri poteſt apud Auguſtinum Vigianum *de Eccleſ. Immun. diſputat.*4. *Concl.* 2. Bozzium *de Iure ſtatus lib.*4.*cap.*3. *& ſeq.* & Azorium *tom.*1. *lib.* 5. *cap.*12. *quæſtion.* 1. Qui omnes aduerſariorum reſponſiones ſatis conuellunt : ſed ipſi adhuc vrgent aſſerendo , quod tantum abeſt quòd ex ſacris Scripturis noſtra opinio poſſit probari: vt in his contrarium appareat, nempè Clericos eſſe Principibus Laicis ſubiectos Et ſic D. Paulus *Act.*25. cùm videret cauſam ſuam ab iis , qui de genere erant Sacerdotali , iniquè tractari , ad Cæſaris Teibunal prouocauit, dixitque ſe ab eo iudicari oportere. Denique ipſe D. Paulus *ad Romanos* 13. dixit. *Omnis anima poteſtatibus ſuperioribus ſubdita ſit*,& hoc vtique propter Dei ordinationem, vbi Gloſſa. *Omnis anima , nullus excipitur , nec excluditur.* Additque Chryſoſtomus, *Omnis homo,ſiue ſit Euangeliſta, ſiue Propheta , ſiue Apoſtolus, ſiue quis tandem ſit.* Cum paulò ante dixiſſet. *Iſta imperantur omnibus , & Sacerdotibus. & Monachis , non ſolùm ſæcularibus.* Ergo ex his Scripturæ locis apparet Eccleſiaſticos,vt & Laicos omnes ſubditos fuiſſe Principibus ſæcularibus.

5. Verùm hæc parum obſtant , & ſunt argumenta deſumpta ex penu Marſiliano , quæ etiam adducit Henningus Ariſæus damnatæ memoriæ Auctor *de exempt.cler. cap.*3. *num.*3. Igitur ad factum D. Pauli ad Cæſarem appellantis : Reſpondeo ; Quòd cùm prædicaret Paulus in Hieruſalem , & ad inſtantiam Iudæorum Tribunus iuſſiſſet , eum verberari : vt *in Act. Apoſt. cap.*22. Aſtanti Centurioni, dicit Paulus , vt ſe adiuuaret , hominem Romanum , & indemnatum licet vobis flagellare:ideſt, de nullo reatu ordine iudiciario conuictum : vt exponit Card. Turrecrem. *in cap. ſi in adiutorium,num.*6. *diſt.*10. Et cum poſtea Feſtus ad inſtantiam Iudæorum vellet tranſmittere Paulum vinctum Hieroſolyma , vbi Iudæi vel etiam in via eum occidere volebant , dixit Paulus, *ad Tribunal Cæſaris ſto , & ad Cæſarem appello* : vt *in Actib. Apoſtol.cap.*25. Ex iſtis tamen non probatur, Clericos eſſe ſubiectos iuriſdictioni temporali,ex eo,quòd Paulus vſus fuerit lege Imperiali, quòd vt Ciuis Romanus,non condemnatus , non poſſet flagellari ; ſed potiùs probatur pro obſequio veritatis , & defenſionis licitum eſſe Clerico in Eccleſiaſticis negotiis, vti legibus , & iudicio Principum, licèt eis non ligetur. Eſt text.*in terminis in cap.ſi in adiutorium* : vbi Card. Turrecrem. *num.*3.verſ. *Sed ſecundo modo* , & *num.* 5. 10.*diſtinct.*Et idem *ibi* tenet Gemini verſ. *oppono quòd exemplum.* Auguſt.Triumphus *de poteſt. Eccleſiaſt.q.*6. *art.*8.*verſ.ad primum.*Ergo.

6. Reſpondeo ſecundo ; Quod quamuis D. Paulus exemptus fuerit à iuriſdictione Cæſaris ; nihilominus tamen coactum fuiſſe Cæſarem appellare, cùm neque illius , neque D. Petri , alteriúſve Eccleſiaſtici exemptio nota eſſet , ac propterea , & fidei Chriſtianæ,& propriæ cauſæ malè conſuluiſſet Paulus , ſi Cæſaris Tribunal recuſaſſet. Et ideò nouiſſimè doctus Pater Franciſcus del Caſtillo *in* 3. *ſentent. tom.*2. *diſputat.*16. *de poteſtate Papæ,quæſt.*12 *num.*7. aſſeruit, quòd D. Paulus voluit iudicari à Iudice Laico de facto , & non de iure quod etiam docet Gretſerus *in controuerſ.pro Bellarmino, tom.*2.*lib.*2. *cap.* 29. & Remundus Rufus doctor Gallus *in defenſ. contra Molinæum fol.* 589. Neque hæc reſponſio infert iniuriam D.Paulo, perinde ac ſi illius animi magnitudini contraria ſit, non magis quàm inferatur iniuria Chriſto, cùm dicitur eum ad vitandum ſcandalum iuſſiſſe , vt pro ſe, & Petro tributum ſolueretur , non fuit autem minore animo,aut conſilio Chriſtus quàm fuerit D. Paulus, neque minore libertate cum populis , & cum Principibus locutus fuit Chriſtus , quam locutus fuerit D. Paulus. Ergo, &c. Vnde ex his refellendus venit nouiſſimè Petrus Gonzalez , *de lege Politica,lib.*1.*cap.*3.*num.*20.

7. Ad auctoritatem verò D. Pauli aſſerentis , *ad Rom.* 13. *Omnis anima poteſtatibus ſuperioribus ſubdita ſit.* Cardinalis Bellarminus *in Reſponſ.ad duos libellos, fol.*8.ſic aſſerit[L'autorità di S.Paolo al *cap.* 13. della Epiſtola alli Romani , parla della poteſtà in vniuerſale , & inſegna,che è Diuina ordinatione,che il ſuddito obediſca al Superiore , ma non inſegna che il Principe ſecolare habia le tali , ò le tali perſone per ſubdite , per ragione diuina immediatamente. E è veriſſimo, che ogni poteſta è da Dio,ma alcuna è da Dio immediatamente , come fù quella di Moisè , e di Aron, & hoggi è quella del Papa : alcuna è da Dio mediante la ſucceſſione , ò elettione , ò altro titolo humano. E à quel Teſtimonio di S.Gio Chryſoſtomo , ſopra S.Paolo , riſpondo che quel Santo , non dice,che li Sacerdoti , e Monachi ſono obligati per l'autorità di S.Paolo obedire à Principi ſecori : ma alli ſuoi Superiori, qualunque ſi ſiano. Se bene anco è vero che li Eccleſiaſtici hanno da oſſeruare quelle leggi Ciuili,che no ſono contrarie alle Eccleſiaſtiche, & ſono neceſſarie per il commercio , che hanno li Eccleſiaſtici con i Laici : porche, come ſcriue Papa Nicolo all'Imperatore, nel corſo delle coſe temporali, la Chieſa ſi ſerue delle legge Imperiali, tuttauia à queſta oſſeruanza delle leggi de' Principi ſecolari, ſono li Eccleſiaſtici obligati quanto alla direttione,no quanto alla forza ; cioè,vi rationis, non vi legis.] Ita Bellarminus.

8. Sed de interpretatione horum verborum D. Pauli

Pauli, videndus est omnino egregiè illa pertractans Paulus Comitolus *in resp. mor. lib. 1. quæst. 93. nu. 25.* Benzonius *disput. de immunit. Eccles. fol. 52.* Gretserus ad Theologos Venetos, *lib. 3. consider. 4.* Barberius *in confutatione Magistri Fulgentij, part. 4 num. 32. & 33.* Seruantius *in defens. immunit. Eccles. propos. 5. ad 8. argum.* & Ambros. Vigianus *de Eccles. immunit. disput. 4. ad 1. argum.* vbi probant textum D. Pauli non esse solùm intelligendum de Principibus Laicis, quòd perperam nonnulli senserunt.

9. Verum, asserunt aliqui, dato, & non concesso, quòd in sacris Scripturis clarè non appareret Clericos esse exemptos à Laicali iurisdictione, adhuc putant dicendum esse eorum exemptionem de iure diuino emanasse. Probant hoc, nam multa tam de verbis, quàm de factis Domini, fuerunt omissa ab Euangelistis; vt *Ioan. cap. 20.* Quæ postea ab Apostolis verbo, vel facto expressa sunt: *cap. cùm Martha. §. Sanè, de celebrat. Miss.* Et Paul. *ad Thessal. 2. c. 2.* inquit: *Tenete traditiones, quas accepistis, siue per sermonem, siue per Epistolam nostram:* Et multa etiam fuerunt omissa ab Apostolis, quæ reliquerunt exequenda, & ordinanda suis successoribus. Cardin. Turrecr. *in cap. cùm ad verum, n. 4. vers. ad quintum respondetur 96. dist.* Aluar. *de planctu Ecclesiæ, lib. 1. cap. 59. col. 8. vers. Sed licèt Christus.* Ideò cùm Summi Pontifices successores Petri hoc expresserint, eis credendum est, etiamsi in aliquo loco veteris, vel noui Testamenti non legeretur.

10. Cùm igitur Pontifices, & Concilia dixerint, hanc exemptionem esse de iure Diuino, vt infrà satis probabimus, eorum determinationi necessariò, acquiescendum erit. Itaque ex his concludunt, quòd etiamsi nullus ex sacris Scripturis locus proferri posset, in quo Diuinum ius, de quo agimus, scriptum esset, non propterea sequeretur, probari non posse, Clericos Diuino iure exemptos esse; quia ex traditione omnium sæculorum, & Conciliorum determinatione, hanc exemptionem de iure Diuino processisse, probari posse contendunt. Et ita docet Bernardus Iustus *in defens. libert. Eccles. fol. 31. & 32.* Angelus Sermarinus *in confutat. 2. tractatuum, propos. 1. fol. 16.* Duardus *in Bulla Cœnæ, lib. 2. can. 5. quæst. 18. num. 51. & 52.* Io. Petrazzan. *in resp. ad libell. Theol. innominat. propos. 5. §. 8.* Ioan. Filoteus *in resp. ad Epist. Theolog. innom. fol. 38.* Iulius Roffus, *in resp. ad M. Antonium Cappellum, part. 3. cap. 16.* & omninò videndus ex dignissima Religione Dominicana Gregorius Seruantius *in defens. immun. Eccles. propos. 5. fol. 58.* Quibus adde ex Societate Granadum *in 3. part. contr. 9. tract. 4. disputat. 4. sect. 1. num. 16.* quem omnino Pat. Rabardeus recognoscat, cùm sit doctissimus suæ Religionis Theologus; & solidè nostram confirmet sententiam.

RESOL CCCXVIII.

Probatur nostra sententia ex locis Conciliorum, & Sacrorum Canonum. Ex part. 7. tract. 1. Res. 3.

§. 1. IVs Diuinum Ecclesiasticæ immunitatis aperrè inuenitur expressum in Conciliis generalibus, & sacris Canonibus. Etenim in Synodo Romana quarta sub Symmacho Papa, *Can. 3.* ita dicitur; Cauendum ne exempla remaneant præsumendi quibuslibet Laicis, quamuis Religiosis, vel Potentibus, in quacunque Ciuitate quolibet modo aliquid decernere de Ecclesiasticis facultatibus, quarū solis Sacerdotibus disponendi indiscussè à Deo commissa cura docetur, vt habetur *tom. 2. Concil. edition. nonæ,* Bonifacius Papa VIII. *in cap. quanquam de censibus,* expressè asserit, Ecclesias, Ecclesiasticásque personas ac res ipsarum, non solùm iure humano, quinimò & Diuino, à sæcularium personarum exactionibus esse immunes. Et Ioannes Papa VIII. *in Can, si Imperator 96. dist.* Non à legibus publicis inquit, non à potestatibus sæculi, sed à Pontificibus, & Sacerdotibus Omnipotens Deus Christianæ Religionis Clericos & Sacerdotes, veluti ordinari, & discutiorecipíque de errore remeantes. Imperatores Christiani subdere debent executiones suas Ecclesiasticis Præsulibus, nō præferre. In generali Concilio Lateranensi sub Innocentio III. *cap. 43.* dicitur; Nimis de iure Diuino eos Laicos vsurpare, qui viros Ecclesiasticos, nihil temporale detinentes ab eis ad præstandum sibi fidelitatis iuramenta compellunt. In Concilio generali Lateranensi sub Leone X. *sess. 9* dicitur: Cum à iure tam Diuino, quam humano Laicis potestas nulla in Ecclesiasticas personas attributa sit, innouamus omnes, & singulas constitutiones, fel. rec. Bonifacij Papæ VIII. quæ incipit; *Felicis:* & Clem. V. quæ incipit; *Si quis suadente.* Necnon quascunque alias Apostolicas sanctiones, in fauorem libertatis Ecclesiasticæ, & contra eius violatores quomodolibet editas, &c. In Concilio Colonienſi, *part. 9. cap. 20.* dicitur immunitas Ecclesiastica, vetustissima res est, iure pariter Diuino, & humano introducta, &c. In Concil. Trid. *sess. 25. cap. 20. de reformat.* dicitur, Ecclesiæ, & personarum Ecclesiasticarum immunitas, Dei ordinatione, & Canonicis sanctionibus constituta, &c.

2. Item Clemens Romanus synchronus Apostolorum, *Epist. 1. de iudiciis Ecclesiasticis* ex D. Petri Apostoli traditione, asserit; Diuinis legibus repugnare, vt maiores à minoribus iudicentur. Dionysius Areopagita, *Epist. 8. ad Demophilum Monachum,* clarè asserit, Ordinem à Deo constitutum peruerti, si quis inferior Sacerdotem iudicare præsumat. Episcopi Regni Galliæ in Epistola, quā è Castro Carisiaco ad tuendam Ecclesiæ libertatem, scripserunt ad Ludouicum Regem; Priuilegia Ecclesiis concessa diuinitus constituta asserunt. Et tandem audiant Principes, si Constantinus Magnus Imperator, nostræ sententiæ adhæserit, is enim in Concilio Nicæno; vt habetur *in cap. continua 11. quæst. 1.* Et obseruat Ruffinus *lib. 10. Hist. Eccles. cap. 2.* Ita Episcopos allocutus est: Deus vos constituit Sacerdotes, & potestatem vobis dedit de nobis quoque iudicandi, & ideò nos à vobis rectè iudicamur. Vos autem non potestis ab hominibus iudicari; propter quòd Dei solius inter vos expectate iudicium, & vestra iurgia quæcunque sunt ad illud Diuinum referuetur examen. Vos etenim nobis à Deo datiestis Dij, & conueniens non est, vt homo iudicet Deos; Ita Constantinus. Rectè igitur Gelasius Papa *in cap. Sylnester. 11. quæst. 1.* cùm videret immunitatem Ecclesiasticam læsam fuisse in personis aliquorum Clericorum, dixit, hoc factum fuisse contra leges Diuinas, & publicas. Et Eugenius Pontifex scribens ad Franciscum Foscari Ducem Venetiarum dixit, omnia Diuina, & humana iura disponere, Ministros, & Sacerdotes Dei ab oneribus, & exactionibus immunes esse debere, sicut fuerunt apud Patres veteris legis. Ita in Epistola, quam penes me impressam habeo. Dicamus itaque cum D. Gregorio *in 7. Psalm. Pœnitent. Psalm. 5. vers. 9.* Quod, Ecclesiam Saluator noster voluit esse liberam. Ergo, non sub Principibus sæcularibus: vt vult Rabardeus.

3. Verùm aduersarij cùm maximè premantur supradictis auctoritatibus se contorquent, & eas, vt ita dicam, ad torturam trahunt, asserunt enim: Cùm Pontifices, & Concilia dicunt Ecclesiasticam exemptionem esse iuris Diuini, id intelligendum esse dum-

taxat de causis spiritualibus. Sed hæc responsio adductis testimoniis accommodari nullo modo potest. Nam Symmachus Papa, loquitur expressè de Ecclesiasticis facultatibus; Bonifacius Papa, de exactionibus Ciuilibus; Ioannes Papa, vniuersim loquitur de Iudiciis Clericorum; Concilium Lateranense sub Innocentio III. de iurisdictione in Ciuilibus; Concilium Lateranense, sub Leone X. vniuersim de omni potestate Laicorum; Concilium Colonienſe, vt ex adiunctis manifestum est, speciatim de immunitate à tributis, & iurisdictione Principum; Concilium Tridentinum tum vniuersim itidem de Ecclesiastica immunitate loquitur; tum speciatim de illis eius partibus, quas frequentius à Principum sæcularium Ministris violari contingit; vt ex textu patet. Eodem modo loquuntur cæteri, quos adduximus.

4. Secundò respondent aliqui, esse iuris Diuini, mediatè, & remotè. Quod ego sic intelligo, non ipsam exemptionem actualem, esse iuris Diuini, sed potestatem eam constituendi, quam habet Summus Pontifex, vtique immediatè à Deo. Sed hæc responsio repugnat verbis Canonum, qui ipsam exemptionem, non potestatem eximendi tantùm, Diuini iuris esse docent. Peculiariter notentur hic verba Concilij Tridentini, à quo immunitas hæc (vtique actualis) Dei ordinatione, & Canonicis sanctionibus constituta dicitur. Etsi actualis exemptio non sit iuris Diuini, quomodo Pontifex Symmachus ait; solis Sacerdotibus à Deo commissam potestatem disponendi de Ecclesiasticis facultatibus? Quomodo Concilium Lateranense sub Leone X. pronunciat, nec iure humano, nec iure Diuino, vllam Laicis potestatem esse tributam in Ecclesiasticas personas? Nam si hæc exemptio fuit primùm constituta à Pontifice, certè Laici ante hanc constitutionem habebant potestatem in Ecclesiasticos.

5. Tertiò, respondent aliqui, per ius Diuinum intelligi ius Canonicum. Sed & hæc responsio primùm non seruat proprietatem verbi, iuris Diuinis constat enim, ius Canonicum propriè non esse ius Diuinum. Deinde non potest plerisque testimoniis accommodari, vtpotè quæ hac vocula, *ius Diuinum*, non vtuntur. Peculiariter autem repugnat Concilio Tridentino, quòd vel ob hanc ipsam fortasse causâ, abstinens ab eadem vocula, dixit, immunitatem Ecclesiasticam, Dei ordinatione, & Canonicis sanctionibus constitutam esse. Vbi vides, Dei ordinationem à Canonibus & Constitutionibus Ecclesiæ apertè distinctam: Et ideò rectè sacra Rota *in Albanen. Gabelle die 28. Iunij 1630. coram Merlino* obseruauit in dictis verbis Concilij, delusam remanere callidam aliquorum interpretationem, qui, vt diximus, putarunt verba, de quibus *in cap. Quanquam*, ibi de iure Diuino, & humano, intelligi posse de iure positiuo, scilicet Canonico, & Ciuili. Quocirca etiam dici non potest, eatenus solùm hanc exemptionem esse Diuini iuris, quatenus à Deo per Ecclesiam est constituta; hoc enim nihil aliud est dicere, quàm Ecclesiam, potestate diuinitus accepta, immunitatem hanc sanxisse; cùm tamen, vt etiam supra diximus, Canones, & Patres plus dicant.

6. Aut, si sensus sit huius dicti, Ecclesiam necessitate quadam Diuini præcepti compulsam, hanc exemptionem constituisse, idipsum est, quod maximè volumus, nempe ab ipso Deo immediatè præceptum esse datum, de Ecclesiastica immunitate sancienda; seu quod idem, Deum per se ipsum, priùs etiam, quàm ab Ecclesia hac de re vllus Canon esset constitutus, voluisse, vt Ecclesiastici essent exempti.

7. Addo tamen, etsi id quòd hæc nobis responsio largitur, respuendum minimè sit, tamen iis ipsis argumentis, quibus hoc dictum probari potest, æquè etiam probari, Ecclesiasticos fuisse re ipsa ab ipso Deo exemptos: cùm præsertim Canones adeo diserte dicant, nullam vnquam Laicis in personas, & res Ecclesiasticas fuisse concessam potestatem, quod hæc sententia proprietatem verborum retinendo, tueri non potest, quandiu concedit, fuisse tempus (nempe ante constitutos Canones) quo Ecclesiastici fuerint Laicis subiecti. Quocirca sic argumentor. Aut suppetebant ex ipsa rei natura vrgentes causæ, cur Deus vellet Ecclesiasticos, ita esse exemptos, aut non. Si suppetebant, ergo eo ipso turpe erat Clericos à Laicis iudicari, &c. Nec vlla ratio erat, cur non statim ipsa Dei voluntate essent efficaciter exempti. Si non suppetebant, vnde probatur ergo, Deum immediato suo præcepto voluisse, vt Ecclesia Clericos eximeret? Vnde ex his venit refellendus Author damnatæ memoriæ Henningus Arnisæus *de exempt. Cler. cap. 3. num. 4.*

RESOL. CCCXIX.

Probatur nostra sententia rationibus? Ex part. 7. tr. 1. Resol. 4.

§. 1. RAtiones pro firmanda nostra sententia contra Rabardeum non ex alio adducam, quam ex Stephano Baunio Doctore Gallo, & Societatis, *in Theolog. mor. part. 1. tract. 11. q. 36.* ad quem P. Rabardeum remitto; Et quidem indignum ac turpe esset, vt, qui homines spirituales, & sacri, iudicium dare debent in sæculares, atque eos errantes coërcere, ij à sæcularibus, hoc est Parentes à filiis iudicarentur, & punirentur: quo nihil à recta ratione, & diuina lege cogitari potest disiunctius. Tum, si Apostolus 1. *Cor. cap. 6.* acriter obiurgauit primos Euangelicæ Ecclesiæ Christianos, quòd apud Ethnicos iudices causas disceptarent, cùm possent sibi è cœtu fidelium deligere, à quibus illæ cognoscerentur; quæ ratione tulisset Apostolus, vt sacrorum Ministrorum causæ, non apud sacros Iudices, sed profanos agerentur.

2. Quod confirmatur ex *cap. duo sunt, dist. 96.* ex quo apparet, Sacerdotem, ex vi sui status esse superiorem Laico, sed ex natura rei inferior, debet honorem superioti: Ergo, & Laicus Clerico. Contra hunc autem honorem Clericis debitum sit, si in iudicium sæculare vocentur, & ex natura rei id redundat in vilipendium, & ignominiam Ecclesiasticæ dignitatis, & præbet occasionem vulgari populo contemnendi Clerum: Ergo, ex talium personarum statu ex natura rei, sequitur talis exemptio. Quam rationem optimè declarant, & confirmant verba Concilij Gallicani Matiscon. 2. *c. 9.* vbi improbans violentias sæcularium iudicum contra Clericos, rationem hanc subdit. Nefas est enim, vt illius manibus Episcopus, aut iussione de Ecclesia trahatur, pro quo semper Deum exorat & cui inuocato nomine Domini ad saluationem corporis, animæque, Eucharistiam sæpè porrexit. Ponderandum est enim quod ad probandum id esse nefas, non positiuam legem, sed dignitatem Sacerdotalem, & rationem in illa fundatam adducit. Secundò, confirmatur, quia contra rationem est, vt inferior iudicet superiorem; *capite cùm inferior, & capite solita de maiorit. & obedient.* Et ideò nulla consuetudine introduci potest, vt inferior acquirat iurisdictionem in superiorem, vt Doctores colligunt ex *cap. inferior distinct. 21.* Est, ergo naturali rationi contrarium, vt Laicus inferior, Sacerdotem se superiorem iudicet. Quod rectè confirmant verba Gregorij VII. *lib. 8. epist. 21.* quæ retulit Gratian. *dist. 96.*

dist. 96. cap. 9. ait enim. Quis dubitet, Sacerdotes Christi Regum, & Principum, omniumque fidelium Patres, & Magistros censeri. Nonne miserabilis insaniæ esse cognoscitur, si filius Patrem, Discipulus Magistrum sibi conetur subiugare, & iniquis obligationibus illum suæ potestati subiicere; à quo credit, non solùm in Terra, sed etiam in Cœlis se ligari posse, & solui? Hucusque D. Gregorius: Ergo &c.

3. Vnde rectè asseruit Adamus Tannerus, *in defens. Eccles. libert. lib. 1. cap. 18.* Quòd si spiritualis & Ecclesiastica potestas ex ipso fine, actibus, & obiectis suis, adeoque omni modo est superior, & excellentior potestate Ciuili, quod nemo nisi hæreticus negabit; debet ergo, si id verum est, eiusmodi, Ecclesiasticæ potestatis vsus, & executio, à potestate Ciuili eiusque vsu non impediri; impediretur autem, imò penitus eneruaretur omnis propemodum vsus & executio Ecclesiasticæ potestatis, si huius Ministri essent subditi potestati Ciuili. Ergo, Ecclesiasticæ potestatis administratores, ex ipsa rei natura quasi vendicant sibi hanc exemptionem à foro, & potestate Ciuili, seu sæculari; adeóque iure quodam naturali, non humano tantùm, sunt ab eadem potestate exempti.

4. In hac argumentatione solius probatione minoris opus est, qua diximus, vsum, & executionem Ecclesiasticæ potestatis, magnopere eneruatum iri, si eius administri subiiciantur potestati sæculari. Quod ita nunc breuiter probatur. Nam actus præcipui Ecclesiasticæ potestatis sunt, doctrinam salutarem proponere, vitia arguere, virtutum officia commendare, & si opus sit, imperare; Item peccantes corrigere, contumaces plectere, absoluere pœnitentes, obstinatos ligare. Hæc autem efficaciter, cum dignitate, & authoritate, præstari non possent erga Laicos, si Ecclesiæ Ministri ipsis Laicis subderentur. Tum quia aut ob timoré Laicæ potestatis, sæpius ab Ecclesiasticis, aut omitterentur penitus, aut non nisi languidè præstarentur. Aut quia etiam pro viribus præstita, facile à Laicis contemnerentur. seu velut à subditis facta, seu scandalo in aduersam trahente partem. Quòd facile credet, qui & ipsam corruptam hominis naturam, & mores temporum perpendet.

5. Atque hoc est, quòd Constantinus Imperator indicauit, cùm diceret apud Ruffinum lib. 1 Hist. cap. 2. *Deus vos constituit Sacerdotes, & potestatem vobis dedit, de nobis quoque iudicandi, & ideò nos à vobis rectè iudicamur, vos autem non potestis ab hominibus iudicari.* Hoc etiam est, quòd eidem Constantino tantam erga Sacerdotes, & Episcopos obseruantiam ingenerauit, vt diceret apud Theodoretum lib. 1. cap. 11. *Sacerdotum vitia non sunt populo aperienda, ne inde ille causa offendiculi arrepta, licenter peccare aggrediatur.* Quin etiam eum hoc quoque adiecisse memorant: *Si suis oculis Episcopum alienæ vxori stuprum inferre fortè videret, facinus illud nefandum suo paludamento se obtecturum, ne facinoris aspectus eos, qui idipsum cernerent, vlla ex parte læderet.* Ita Constantinus. Penitus igitur à ratione alienum esse quis non videt vt ouis Pastorem, filius Patrem, minor maiorem esto culpabilis sit, iudicet, & puniat. Ergo, &c.

RESOL. CCCXX.

Probatur nostra sententia ex Doctorum authoritate. Ex p. 7. tract. 1. Res. 5.

§. 1. Asero igitur nostram sententiam, vt rectè obseruat Cabedo *part. 2. decis. 83. num. 10.* esse communem inter Theologos, & Canonistas. Et ideò illam tenent præter Doctores à me citatos *in part. 1. tract. 2. resol. 1.* Stephanus Weims *ad constitut. per Concil. Trident. innouatas constit. 9. num. 7.* Ludouicus Paramus *in confutat. decret. venet. cap. 2. art. 4. n. 5.* Stephanus Barberius, contra Magistrum Fulgentium, *part. 4. num. 1. & seq.* Angelus Sermarinus *in confutat. 2. tractatuum propos. 1.* Alciatus *in cap. cùm non ab homine, de iudiciis.* Syluester, *verb. Clericus, n. 5. & verb. immunitas, 1 quæst. 4.* Angelus, *verb. Clericus, num. 14. & verb. immunitas, num. 33. ver. 11.* Tabiena, *ver. Clericus, num. 5.* Driedonus, *de liber. Christ. lib. 1. cap. 9.* Ioannes Bacconius *in 4. quæst. 11. prol. art. 4.* Almainus *tract. de potest. Eccles. cap. 8.* Torreblanca *in pract. iur. spir. lib. 15. cap. 2. à num. 1.* Guttierrez *in leg. nemo potest. de legat. 1. à num. 106.* Farinacius *tom. 2. quæst. 8. a num. 1.* Donspergerus *de except. adult. part. 1. sect. 2. cap. 5. num. 160.* Gloriotius *respons. 13. num. 4.* Correa *de immunit. Eccles. part. 2. num. 40.* Grilenzonius *consil. 53. num. 16.* Ambrosinus *de immunit. cap. 16. num. 4.* Squillante *de Priuileg. Cler. cap. 8, n. 1.* Hieronymus Rodriquez *in compen. qq. regul. resol. 63. num. 2* Larrea *in allegat. Fiscal. part. 1. alleg. 27. num. 25.* Glossa *in cap. si Imperator in verb. & discut. 96. distinct. & in cap. quamquam, in verb. ipsarum, de censibus, in 6.* Idem probat Innoc. *in cap. 2. sub num. 1.* vbi Hostien. *num. 5.* Bald. *num. 3.* Anchar. *sub num. 3 vers. quærit ipse* Cardinal. Zabarel *sub num. 1 vers. quæro, quia hic dicitur,* Anton. de Butr. *num. 9.* Abb. *num. 1.* vbi hanc opinionem sibi magis placere attestatur. Imol. *num. 5.* & Felin. *nu. 1. & 2. de maiori. & obedien.* Oldrad. *in cons. 83. an Episcopus sub num. 5.* Bald. *in Auth. statuimus in princ.* inquit, istam esse ipsam veritatem, *C. de Episcop. & Cler.* Cardin. Zabarel. veriorem dicit *in repet. cap. perpendimus, sub num. 5. vers. sed Priuilegium immunitatis.* Et *vers. Ego autem dico verius, sub num. 6. vers. Secundam partem de sentent. excommunic.* Marian. Socin. *in cap. nouerit. sub num. 4. de sentent. excommunic.* Geminian. *in cap. suscipitis, vers. nota vltimò 10. distinct.* Romanus *in sing. 419. quid est contra & in l. si verò, 4. de viro in 7. fallen. num. 19. vers. ad idem rectè inducitur, ff. solut. matrim.* Abb. *in cap. Ecclesia S. Maria, num. 6.* Felin. *num. 6. & ibi* Dec. *sub num. 5. vers. & ista libertas de constitut.* eandem opinionem tenet Card. Turrecrem. *in cap. si Imperator, num. 1 vers. in oppositum est. 96. distinct.* Petrus à Monte Venetus, & Episcop. Brixien. *de Primatu Papæ, & Maiestatis Imperatoris, q. 1. n. 1. cum seq.* Ioan. Ecchius *in Enchirid. locorum communium contra Lutherum, sub rub. de immunit. & diuitiis Ecclesiæ, vers. nolite tangere cum 2. seq.* Alex. *consil. 8. videtur super primo, num. 1. vol. 1.* Dec. *in cap. cùm non ab homine, num. 2. de iudiciis.* Ias. *in l. est receptum, n. 3. ff. de iurisdict. omnium iudic.* Hieronym. Gigas *de crim. læsæ Maiestat. lib. 1. sub rub. quis de crimine læsæ Maiestat. cognosc. possit, n. 15.* Vantius *de nullit. sub rub. de nullita. ex defec. iurisdict. num. 101.* Villalob. *in suis communib. opinion.* communem dicit *in verb. Clericus, num. 96.* Bertran. *in consil. 182. pro feliciori, num. 1. in 2. part. vol. 1.* Alphon. Aluarez *in thesaur. Christian. Religion. cap. 35. de immunitat. Ecclesiast. n. 1.* Marc. Ant. Cucch. *in institut. Canon. lib. 3. tit. 9. de Priuileg. clericor. num. 11.* Stephan. Coste *in repetition. cap. si index Laicus, num. 9. in fin. & num. 11. in fi. sentent. excommun. in 6.* Natta *cons. 495. de duobus, num. 13. cum plur. seq. vol. 3.* Arnal. Alberti *in repet. cap. Quoniam quæst. 11. sub num. 78. cum seq.* Et *quæst. 15. num. 6. de Hæret. in 6.* Grammat. *in decis. 29.* Rolan. *in cons. 4. in causa Inquisitionis, n. 7. vol. 1. & in cons. 12. prima etenim, num. 44. volum. 2.* Nauarr. *in relectis. cap. nouit. in 6. nota, sub num. 6. de iudiciis.* Parisius *de resign. benef. lib. 8. q. 9. num. 3. cum 3. sequent.* Camillus Borellus *ad Petrum*

Quæ hic est sup. Resetiã 1. & in aliis eius primæ not.

Bellugam

Bellugam de speculo Principum. §. videndum rub. 11. sub num. 12. versprobemus. Viuius *in suis communibus opinio. in verb. Clerici à potestate:* communem inquit Clar. *in fin. quæst. 36. in princ.* Decian. *in tract. crim. lib. 4. c. 9. num. 1. & sub num. 4 ante fin.* Riminald. Iun. *in repetitio. cap. qua in Ecclesiarum, sub num. 54. de constitutio.* Surdus *in consil. 301. cui primum, num. 16. & 52. cum 4. sequent.* vbi etiam reprobat Molinam dissentientem *vol. 3.* Card. Tuschus *in conclus. 585. in verb. Clericus, num. 45. volum. 1.* vbi considerat, illud præceptum, *Nolite tangere Christos meos*, esse præceptum negatiuum; quod obligat semper, & ad semper. Cardin. Turrecrem. *in cap si peccauerit, numero 132. quæst. 1.* Ant. Burgos, *in cap. qua in Ecclesiarum, num. 196. de constitutio.* Et tandem, exemptionem Clericorum esse de iure Diuino, determinauit Oraculum Sacræ Rotæ Romanæ, vt patet *in decis. 10. in antiquis tit. de consuet.* Et nouissimè *in vna Albanensi Canonicatus, die 23. Ianuarij* 1633. coram doctissimo bon. mem. Merlino Decano, cuius Magistralem decisionem inuenies inter illas appositas *in fine meæ 5. part.*

Decisio hæc inuenietur Infra in fine huius tom. 9. ad pag. 490.

2. Nec desunt Theologi recentiores, pro nostra firmanda sententia, & alios ex industria relinquendo, adducam tantum contra P. Rabardeum Theologos suæ nunquam satis laudatæ Religionis; Itaque immunitatem Ecclesiasticam esse de iure Diuino tradunt Suarez contra Regem Angliæ *lib. 4. c. 8. & seq.* Azorius *part. 1. lib. 5. cap. 12.* Layman *lib. 4. tract. 9. c. 8. num. 1.* Bellarminus melius sapiens *de exempt. Clericorum, cap. 1.* Stephanus Bauny, *vbi inf.* nouissimè me citato Eminentissimus non solùm dignitate, sed etiam doctrina Cardinalis de Lugo, *de iustit. & iure tom. 2. disp. 36. sect. 7. num. 10.* Item me citato Dicastillus, *de iustit. lib. 2. tract. 1. disp. 5. dub. 8. num. 138.* Granadus *in 3. part. D. Thoma, contr. 9. tract. 4. disp. 4. sect. 2. num. 16.* Filliucius *tom. 1. tract. 16. cap. 11. n. 316. & tom. 2. tract. 25. cap. vlt. num. 427.* Comitolus *in respon. mor. lib. 1. quæst. 93.* Gretserus *contra Theologos Venetos, lib. 3. considerat. 1. & seq.* Ferdinandus Bastidia *in Antidoto contra Paulum Venetum, part. 2. num. 59. & seq.* Quibus omnibus adde omnino videndum Adamum Tannerum *in Apolog. de immunit. Eccles. lib. 1. c. 17.* vbi ita mordicus firmat nostram sententiam, vt contrariam improbabilem putet. Imò Angelus Maria Sermarinus *in confutat. 2. tractatuum propos. 5. fol. 133.* tanquam suspectam damnat, & ad minus temerariam esse docet Ioannes Pedrezzanus *ad libellum Italicum, propos. 5. §. 8. fol. 85.*

3. Sed quicquid sit de his censuris, quorum iudicium esto penes Sanctam Sedem, solum P. Rabardei in mentem veniat, exemptionem Clericorum esse de iure Diuino, olim tenuisse Senatum Parisiensem, vt testatur Fagnanus *in respon. pro censuris Pauli V. fol. 8.* Laurent. Ortiz *in tract. de Politia, & immunitat. Eccles. p. 2. fol. 163.* & ex scriptoribus Gallis tenet sententiam hanc Rebuffus *in Concor. Rubrica vlt. de Protect.* Aufrerius *in Clem. 1. de Offic. Ordin. q. 1. fol. 82.* Ioannes de Terra Rubea *in Opere contra Rebelles, tract. 3. art. 5. concl. 18.* & nouissimè ex Societate Iesv Stephanus Baunius *in Theolog. mor. p. 1. tract. 11. q. 36. & p. 2. tract. 6. disp. 7. de Bulla Cœnæ, q. 1. c. 3. num. 15. & tract. 1. q. 4. §. Dico secundò.*

RESOL. CCCXXI.

Respondetur ad argumenta P. Rabardei? Ex part. 7. tract. 1. Res. 6.

§. 1. PAter Rabardeus in fauorem suæ sententiæ nempe immunitatem Ecclesiasticam esse de iure humano adducit Couarruiam; sed iste Doctor cautè legendus est in materiis iurisdictionalibus, & ideò Tannerus *in defens. libert. Eccles. lib. 2. cap. 16.* sic ait. Couarruiam in his quæ ad doctrinam de libertate Ecclesiastica pertinent nonnunquam liberius locutum, & minus ad sacros Canones fuisse attentũ. Quod etiam obseruauit Cardinalis Bellarminus, *in Respons. ad Epistolam cuiusdam Theologi*, vbi ita asserit. [Et se il Couarruuia dice il contrario, noi habbiamo à credere più alle scritture, & à Sancti Padri, che ad Couarruuia, il quale in materia di iurisdittione, si è mostrato sempre troppo partiale. [Vide etiã alios Doctores quos etiam citaui *in part. 1. tract. 2. resol. 4.* & quos me tamen non citato adducit P. Delbene *in tract. de Comitiis dub. 27. sect. 3. num. 4.* cui quidem Auctori multum debeo, nam *in dicto tract.* omnibus meis opinionibus quas in materia Parlamentorum, & defensionis immunitatis Ecclesiasticæ olim docueram cum Doctoribus à me aduocatis perpetuò adhæret.

Quæ hic et sup. Res. 5. signanter prope fin. a vers. Ad authoritatẽ pro assensu, sed pro doctrina huius Res. legenda pro Res. 1. & alias eius primæ annot.

2. Ad auctoritatem verò Innocentij Papæ respondeo, nihil obstare, vt rectè notat Bellarminus *de exempt. Cleric. cap. 1. in fine*, vbi sic ait: His addi potest Innocentius IV. Pontifex, quamuis, non vt Pontifex, sed vt Doctor particularis de hac re scripserit. In commentario enim ad *c. 2. de maioritat. & obedien.* posteaquam docuerat, Clericos exemptos fuisse à potestate Laicorum per Summum Pontificem, Imperatore consentiente, addit, hanc non esse plenam exemptionem, & ideò dicendum esse, Clericos ab ipso Deo fuisse exemptos. Hoc testimonium Innocentij ea de causa addendum putaui, quoniam Couarruuias, *in lib. pract. quæst. cap. 31.* Scribit prædictum Pontificem in loco à nobis citato affirmasse, exemptionem Clericorum non esse iuris Diuini, quod falsum esse verba citata palam ostendunt, & ante nos in hanc eandem sententiam Innocentium allegauit Panormitanus *in cap. Nimis, de iureiurando.* Ita Bellarminus, cui etiam adde Tannerum *in Apolog. de immun. Eccles. lib. 1. cap. 17.* & Fagnanum *de iustitia Censurarum Pauli V. fol. 8.* asserit Innocentium esse allegandum pro nostra sententia, quod etiam obseruat Duardus *in Bull. Cœnæ, lib. 2. Can. 15. quæst. 18. num. 6.* Azorius, *part. 1. lib. 5. cap. 12. quæst. 1.* Michaël de Molino *in Reper. For. Reg. Aragon. litera C, ver. Clericus, n. 84.* male igitur P. Rabardeus pro sua sententia Innocentium adducit.

3. Ad auctoritatem D. Thomæ quam etiam Rabardeus in sui fauorem adducit, assero, neque obstare, vt rectè obseruauit Tannerus loco citato; nam Sanctus Doctor *sect. 1. c. 13. ad Rom.* de tributo Principibus præstando, agens, sic asserit. Ab hoc tamen debito liberi sunt Clerici ex priuilegio Prncipum; quod quidem æquitatem naturalem habet. Vnde etiam apud Gentiles liberi erant à Tributis, illi, qui vacabant rebus diuinis. &c. Erenim S. Thomas præterquam quod ex instituto de hac re non agit, asserit quidem, eiusmodi immunitatem à Tributis concessam esse Priuilegiis Principum; quod verissimum est: sed non negat, eam etiam iure Diuino, & naturali deberi; imò verò id aperrè indicat *ibidem* iis verbis; quod æquitatem naturalem habet, &c, Et ita etiam respondet ad auctoritatem D. Thomæ Philippus Maynardus *de priuil. Eccles. part. 2. art. 15. num. 16.* Angelus Sermarinus *in confutatione duorum tractatuum propos. 1. fol. 31.* & Ioannes Antonius Bouius *in respons. ad considerat. Pauli Seruitæ, part. 4. argum. 1.* Imò addit D. Thomam *lib. 3. de Regim. Principum, cap. 10.* asserere exemptionem Clericorum esse de iure Diuino, quod etiam ex dicto loco D. Thomæ confirmat Stephanus Barberius *in confutat. contra M. Fulgentium p. 4. n. 8.*

4. Ad

4. Ad auctoritatem Ferrariensis & Molinei, respondeo potuisse quidem P. Rabardeum illos non adducere quis enim nescit fuisse parum pios, imò iuratos Hostes in Ecclesiasticam Hierarchiam, & eius libertatem, eorúmque opera in Indice librorum prohibitorum apposita. Contra Petrum de Ferrara videat P. Rabardeus quid asserat Rebuffus *in Concord. Rubrica de Protectione, §. nec obstat*, vbi vocat eũ adulatorem Imperatoris, & mendacem. Contra verò Carolum Molineum, videat Bullam Clem. VIII. editam contra eius Opera die 21. Augusti 1602. in qua eorum lectio sub excommunicatione latæ sententiæ, ac etiam suspicionis hæresis interdicitur; & in censura dictorum Operum eodem anno edita præcipitur in quibuscumque libris, vbi eius nomen citatum inuenietur, delendum esse; faxit tamen Deus, verum fuisse id quod testatur Raynaudus de Monitoriis, paulò ante eius mortem, ab erroribus resipuisse.

5. Ad auctoritatem Alciati, respondeo ipsum *in cap. cum non ab homine, num. 2.* de iudiciis: docere exemptionem Clericorum esse de iure Diuino, vnde pro nostra sententia illum adducit Bursatus *vol. 1. conf. 42. num. 2.* Torreblanca *in pract. iur. Spir. lib. 15. cap. 2. num. 18.* Sermarinus *in consut. 2. tractatuum, propos. 1.* & alij. Et ideò videat P. Rabardeus quomodo pro sua sententia potuerit illum referre. Ad auctoritatem Medinæ, respondeo, ipsum non bene percepisse originem Ecclesiasticæ immunitatis, & ideò inter alia non veretur asserere ante tempora Iustiniani exemptionem Clericorum non adfuisse, quod etiam docuit Pseudotheologus Paulus Seruita. Sed hoc esse manifestum errorem, non solùm contra Concilia generalia, sed etiam leges Imperatorum rectè obseruauit Valboa *in lectio. Salmatic. tom. 2. ac cap. 1. de iudiciis, n. 36.* Pedrazzanus *in respons. ad Theolog. innominat. propos. 1. §. 10.* & alij, vt *in seq. resol.* patebit, Scio alios Doctores, non citatos à P. Rabardeo, eius docere sententiam, licet sine illationibus ab ipso tam malè deductis, verùm contraria sententia communis est, vt suprà apparet.

RESOL. CCCXXII.

Expenditur locus D. Gregorij à P. Rabardeo adductus? Ex part. 7. tr. 1. Res. 7.

§. 1. NOn desinam tamen etiam hic adnotare non bene pro sua firmanda sententia P. Rabardeum adducere auctoritatem D. Gregorij Papæ, sic enim *fol. 17.* asserit: Gregorius Papa primus Mauritium Imperatorem admonet; sic illum debere Sacerdotibus dominari, vt debitam illis reuerentiam impendat; quibus verbis comprobatur Sacerdotes in Ciuilibus subiectos esse dominationi, & iurisdictioni Principum sæcularium, nisi aliqui ipsorum gratia, seu priuilegio liberentur. Ita P. Rabardeus. Sed si dicta verba D. Gregorij, quæ inuenies *in Epist. 31. lib. 4.* subiectionem, vt perperam vult Rabardeus importarent, sequeretur etiam Pontifices Imperatoribus subiectos fuisse; nam vt obseruat Card. Bellarminus *lib. 2. de Romano Pontif. cap. 28.* in dictis verbis, de se ipso, Gregorius loquitur, & inter eos se numerat, quibus affirmat Imperatorem dominari: At hoc asserere impium est, vt hæreticè ex supracitatis verbis D. Gregorij malè intellectis conatus est firmare Calbinus, *lib. 4. Instit. cap. 11. §. 12.* & nostris temporibus M. Antonius Capellus ante suum reditum à scismate ad vnitatè Romanæ Ecclesiæ; Ergo firmiter negandũ est cum Bellarmino contra Patrem Rabardeum, D. Gregorium in illis verbis ad Mauritium Imperatorem scripsisse, iurisdictionem nullam Ecclesiasticos per se ex natura rei designare nam si D. Gregorius asserit Imperatorem debere, reuerentiam Sacerdotibus exhibere, hoc certè, ait Bellarminus, inferioris est, non superioris. Igitur recognoscat Pater Rabardeus ex sua Societate eruditissimum Gretserum *in Controuersiis, pro defensione Bellarmini, tom. 2. lib. 8. cap. 28.* vbi docet D. Gregorium illa verba ad Mauritium scripsisse ex humilitate, non autem ita humiliter sine causa, tunc cum Imperatore loquutum fuisse: quia, (ait Gretsetus) eo tempore Imperator Dominium temporale in Vrbem Romanam obtinebat, & Gregorius eius ope & amicitia vehementer indigebat, vt tam ipse, quam Ecclesiastici, & bona temporalia Ecclesiæ suæ, & populus Romanus à Longobardorum gladiis, & furore defenderentur, & necessitate ac violentia cogente, potest is qui alteri subiectus non est, eum appellare suum Dominum, & se profiteri seruum, idque maioris mali effugiendi intuitu; quod à S. Gregorio factum est, qui Romanam Ecclesiam in summum discrimen coniecisset, si ius suum & Ecclesiasticorum prosequi, nec à Christiana humilitate rebus afflictis remedium postulare voluisset. Nam illo tempore Mauritius Imperator nimis tyrannicè Romanam diuexabat Ecclesiam, Itaque si dicta verba Gregorij subiectionem designarent; debebat P. Rabardeus asserere, Pontificem necessitate ita exigente subiecisse se & Sacerdotes Imperatori de facto, & non de iure; sicut Christus se subiecit Pilato, ne si ius suum strictè prosequi vellet, Ecclesiæ nauiculam in maiores scopulos impelleret ac illideret. Et tandem ne deferat P. Rabardeus videre celeberrimũ Cardinalem Baronium *tom. 8. anno 593.* qui contra Nouatores adducentes verba Gregorij quasi subiicientis, vt ipsi cum P. Rabardeo malè putant, Imperatori Sacerdotium, defendit Sanctum Pontificem, & quare sic loquutus fuerit demonstrat, & adducit locum eiusdem Gregorij *Psalm. 4. Pœnit.* in quo firmiter asseuerat non habendum esse Mauritium inter Imperatores dum aduersùm Dei Sacerdotes regiam potestatem exercet, & ideò comparauit illum cum Nerone, & Diocletiano; igitur secundùm D. Gregorium, Sacerdotes subdebantur Mauritio Imperatori, quemadmodum ait Baronius Christus Redemptor noster fatebatur se subditum potestati Pilati, & sicut itidem dixit iis qui ipsum neci tradere satagebant. Quæ omnia post Baronium obseruauit etiam Iacobus Gretserus *contra Theologos Venetos lib. 3. consid. 1.* Videat modò P. Rabardeus an debuerit ex mente D. Gregorij *loco citato* asserere Sacerdotes & Clericos subiectos fuisse dominationi & iurisdictioni Regum, & summorum Principum sæcularium.

RESOL. CCCXXIII.

Explicantur leges Imperatoriæ, quas P. Rabardeus adducit, & quod non sint institutoriæ, sed subsidiariæ, & declaratiuæ discutiuntur? Ex part. 7. tract. 1. Resolut. 8.

§. 1. ET tandem ad auctoritatem legum Imperatorum, quas affert P. Rabardeus, respondeo, quòd ipse non bene ex ipsis infert, immunitatem Ecclesiasticam esse de iure humano; nam non rectè argumentatur, Imperatores concesserunt aliqua Priuilegia Clericis pro eorum exemptione. Ergo talis exemptio est de iure humano: Nam neganda est talis consequentia. Vnde cùm Pseudotheologus Paulus Seruita anno 1606. hoc ipsissimum argumentum, quod affert P. Rabardeus adduxisset, sic asserendo.

[Si

[Si trouano molte leggi , nelle quali si ſtabiliſce la liberta Eccleſiaſtica , fatte da gl'Imperatori antichi , non putò dunque dubitarſi, che queſta eſſentione ſia de iure Diuino,ma de iure humano,fundato in dette leggi.] Audiat modò , P. Rabardeus , quo pacto Ferdinandus de Baſtidia Theologus ſuæ Religionis, reſpondeat , in Antidoto ad Paulum Venetum , *part.2.argum.57.* [Con queſto argomento potrebbe prouar frà Paolo, che non e de iure Diuino, il credere Iddio Trino , & Vno , ma de iure humano. Peroche ſe ſi trauano leggi , che prohibiſcono à i ſecolari il non giudicare de i delitti de' Chierici , ſtà anco regiſtrato nel Codice vn titolo intero,de ſumma Trinitate,& fide Catholica, & vn altro, de Epiſcopis & Clericis,del quale ſi tratta del riſpetto douuto à veſcoui , & molt'altre coſe, che ſono de iure Diuino,Molte leggi ſono ne i Digeſti , circa la ſoggettione de i Vaſſalli al Principe loro : ma non però di qui s'inferiſce , che l'obligo che anno i Vaſſalli ſecolari d'obedire al Principe loro , non ſia de iure Diuino ma humano fondato in dette leggi. Prohibiſcono le leggi humane l'adulterio , il furto , mà non per ciò la prohibitione di queſti peccati è ſolo de iure humano,perche molte volte è neceſſario ſi faccino leggi humane , che oblighino all'oſſeruanza di coſe, che ſono de iure Diuino. L'eſentione de'Chierici ancorche foſſe de iure Diuino , à quel tempo i ſecolari non glie la hauer,bbono laſciato godere , prima che gli Imperatori non l'aueſſero habilita con le loro leggi,e così fù neceſſario farle più d'vna volta. Non deue ciò parer marauiglia, per che non erano in quel tempo le coſe della fede , e giuriſdittione Eccleſiaſtica , così ſtimate , e praticate come adeſſo : e non dimeno vediamo, che acciò ſi conſerui hoggi dì à gli Eccleſiaſtici tale eſentione, ſono neceſſarie leggi , e Dio voglia , che baſtino. Hieri ſi celebrò vn Concilio Tridentino , e defini, che queſta eſentione, è ordinatione Diuina : & pure non baſta , perche pretendano violarla in N. Che marauiglia è dunque , che biſognaſſero leggi d'Imperatori anticamente, acciò ſi guardaſſe ne' loro ſtati ! Si che conchiudo eſſer coſa ridicola il pretendere di prouare , che vna coſa non è de iure Diuino perche le leggi humane, la ſtabiliſcano, & trattano di eſſa.Et en queſto modo l'argomento di fra Paolo cauato da dette leggi per prouar , che l'eſentione dei Sacerdoti non è de iure Diuino, non hà ſpezie d'a pparenza, ne più forza per il ſuo intento,che vn filo ben ſottille di tela di ragno.] Hucuſque Baſtidia.

2. Dicendum eſt igitur contra P.Rabardeum,leges Imperatorias,quas ipſe adducit non fuiſſe inſtitutorias ſed ſubſidiarias, & declaratiuas. & ita optime obſeruat, & docet etiam ex ſua Societat P.Gretſerus *ad Theologos Venetos*, *lib.2.conſider.8.* vbi in indiuiduo reſpondens ad argumentum Rabardei ita aſſerit. Nil noui legibus ſuis Conſtantinus , & alij Imperatores ſanxerunt; ſed quod Eccleſiaſticis iure Diuino conceſſum erat,legibus latis declararunt; & de integro auctoritate etiam imperiali ſtablierunt. Hæc ille.Cui adde Seruantium *in defenſ.libert.Eccleſ. propoſ.5. ad 9.argum.* Bonium *in reſponſ. ad Paulum Seruitam.part.4. ad 8.argum.* & Martinum Magerum *de Aduocatia armata cap. 17. num.190.* Surdum *conſil. 396.num.19.vol.3.* Bellettum *in diſquiſ.Cler.part.1.tit. de fauore Cler.perſonali.§.1.num.25.* vbi citat Abbatem , Felinum , Barbatium , & Alexandrum de Neuo.

Sup. hoc curſim , ſed cum Deciſione Rotæ Romanæ, ſup. in Reſ. 2. prope finem , & infra in fine §. 1. poſt ſeq. huius Reſ. & in Reſ. hanc ſeq. & ſuperius in tr.n. Reſ. 2. §. Neque obſtat id prope finem.

3. Vnde Philippus Maynardus *de priuil. Eccleſ. part.2.art.12.num.13.* ſic ait: Licet Imperator prohibuerit,Clericum trahi coram iudice Laico, non tamen dicitur conſtituiſſe nouum Priuilegium,ſed dicitur recciſiſſe ab errore veterum legum, quia nunquam à principio Clerici fuerunt ſub iuriſdictione Laicali,vt inquit Bald. *in Auth. ſtatuimus in princip. C. de Epiſc. & Cler.* Alexand. *in conſil.8.videtur ſuper primo,num.1. volum.1.* Bertran *in conſil. 182. prima etenim,num. 36. volumine 2.*

4. Quinimò etiam, quòd Papa exemerit Clericos à poteſtate iudicis Laici, tamen illius exemptiones,& prohibitiones ſunt potius declaratoriæ,quàm de nouo promulgatoriæ, cum & antea,à tali ſubiectione fuerint immunes ; vt inquit Gl. *in cap.ſi Imperator. in verb. & diſcut. 96.diſtinct.* Cardin.Alb.*de poteſtate Papæ in 3.part.num.51.* Felin. *in cap.2.num.1. de maiorit.& obedient.* Villalob. *in ſuis communibus opinion.in verb.Clericus.num.69.* Stephan.Affit.*in Clem.vt Clericorum, num.59. de offic.ordin.* Arnal. Albert. *in repet.cap. quoniam contra, quæſt. 11.ſub num.79.de Haret. in 6.* Roland. *conſil.4.in cauſa Inquiſitionis.n.7.volum 1.* Riminald. Iun. *in cap. Quæ in Eccleſiarum, ſub num.54. ante fin.de conſtit.* Illuſtriſſ.Cardin. Tuſchus, *in concluſ. 385.in verb.Clerici, num. 2. vol. 1.* Si ergo Papa,& Imperator, non dederunt ius & priuilegium nouum Clericis, non poteſt argui ex legibus ab eis promulgatis , quod fuerit priuilegium nouum , & ideo quod Clerici ſint de iure humano exempti à iuriſdictione Laicorum. Ita Maynardus. Malè itaque, vt diximus infert Rabardeus, Imperatores conceſſerunt Clericis Priuilegia, quoad eorum exemptionem circa perſonas,& bona. Ergo eorum exemptio eſt de iure humano; nam hanc conſequentiam non eſſe admittendam præter Doctores citatos tenet ex Societate Pater Comitolus *in reſponſ.mor.lib.1.quæſt.93.* omnino videndus. Patet igitur ex omnibus, in ſuperioribus reſolutionibus firmatis,immunitatem Eccleſiaſticam eſſe de iure Diuino. Et leges Imperatorias, quas P.Rabardeus adducit, propriè non fuiſſe conceſſiuas, & inſtitutorias , ſed ſubſidiarias, executiuas, & adiutorias ; vt præter Doctores citatos, & nouiſſimè determinauit Oraculum Sacræ Rotæ Rom. *in Albenſi Gabellæ die 28. Iunij 1630.* coram heu quondam Domino meo Merlino Decan. *& in ſeq. reſolut.* etiam probabitur.

Sup. lib. in §.2. hui Reſol. & a aliis eius notat.

5. Vnde claudam probationem huius opinionis auctoritate Chriſtophori Beſoldi,qui ex hæretico factus Catholicus,in Synopſi Politicæ Doctrinæ editionis Ingolſtadienſis, *lib.1.cap.2. num.* 8.ſic aſſerit. Hucque pertinent illæ quæſtiones,An Politicus Magiſtratus punire poſſit Clericos,& Religioſos grauiorum præſertim criminum reos;Et affirmatiuam ſententiam aliqui tuentur; Sed : magis eſt , vt dicamus exemptionem Clericorum iuris eſſe Diuini , vnde & Eccleſiam, eiuſque perſonas , in, non verò, de Territorio eſſe, nec ideo à Magiſtratu Ciuili puniri poſſe. Ita Beſoldus, ſe retractans de opinione , quam, dum eſſet hæretieus , *in Diſſertatione Politico-Iuridica, de Maieſtate in gener. ſect. 2.cap.2. num.* 1. cum impio Molineo,& Arniſæo,docuerat : nempe exemptionem Clericorum non eſſe de iure Diuino , ſed humano , ex Priuilegiis Principum.

RESOL. CCCXXIV.

Dato,& non conceſſo, quod Immunitas Eccleſiaſtica non ſit de iure diuino,quæritur,an primariè ortum habuerit à iure poſitiuo Imperatorum?

Et explanatur leges Imperatorum largientes Immunitatem Clericis non eſſe inſtitutorias, & conceſſorias,ſed declaratiuas , ſubſidiarias , adiutrices , & executiuas ? Ex part. 7. tract. 1. Reſ. 9. aliàs 7 §.1.Satis

§.1. SAtis *suprà* probatum est, exemptionem Clericorum, esse de iure Diuino; sed quia, nolo in hoc, tam acriter insurgere contra P. Rabardeum; concedendo, ex hypothesi, hanc sententiam non esse veram; Difficultas est, an dicta exemptio, primario originem traxerit, à Priuilegiis Imperatorum, & affirmatiuè respondet Rabardeus, *sect. 2. per totam*, & *num. 2. fol. 18.* vbi sic ait. Multæ sunt leges Imperiales in Codice Iustinianeo, & inter Nouellas in quibus proponuntur, continentur, confirmantur, modificantur, & restringuntur Priuilegia Clericorum, & Ecclesiarum, vnde comprobatur illa opinio de libertatibus eorundem auctoritate Imperatorum, Regum & Principum acquisitis. Ita ille. Et per totam dictam sectionem secundam.

2. Sed prorsus hæc opinio est reiicienda. Primò, quia dato, & non concesso immunitatem Ecclesiasticam non esse de iure Diuino, tamen Concilia, & Pontifices primario ante omnes leges Imperatorias illam instituerunt; quod apertè probatur. Nam ego obseruo, anno 387. Valentinianum, & Theodosium leges condidisse circa exemptionem Clericorum, vt patet ex *cap. continuat. 11. quæst. 1.* Postea, anno 453. Martianum *in leg. cum Clericis, de Episc. & Cler.* Leonem & Anthemium, anno 466. *in leg. Omnes, Cod. de Episcop. & Cler.* Iustinianum, anno 530. *Multis in locis in Authent. & constitut. 79. 83. 123.* & tandem Carolum Magnum, anno 800. vt patet *in lib. 6. Capitular. c. 105.* Sed ante hos omnes Imperatores Summi Pontifices, & Concilia iam decreuerant exemptionem Ecclesiasticorum à foro Laicali. Ergo, dictam exemptionem à Pontificibus primariò, & non à Principibus Laicis processisse dicendum necessariò apparet. Minorem propositionem latius probabo. Assero igitur, Anno 823. In Concilio Moguntino *cap. 4.* sic haberi; De Clericis adeuntibus Imperatorem hoc placet omnibus modis obseruare, quòd de eis in sacris Canonibus constitutum est. Anno 640. In Concilio Toletano IV. *cap. 46.* legitur, Id constituit Sacrum Concilium, vt omnes Clerici pro officio Religionis ab omni publica indictione, atque labore habeantur immunes, vt liberi Deo seruiant; nullâque præpediti necessitate ab Ecclesiasticis Officiis retrahantur. Anno 614. In Concilio Altissiodorensi, *cap. 35.* Non licèt Presbytero aut Diacono, vel cuiquam Clericorum de qualibet causa Clericum suum ad Iudicem sæcularem trahere Anno 589. In Concilio Toletano III. *cap. 13.* Inolita præsumptio vsque adeò illicitis ausibus additû patefecit, vt Clerici Conclericos suos, relicto Pontifice suo, ad iudicia publica perrahant. Proinde statuimus, vt hoc de cœtero non præsumant. Si quis hoc præsumpserit facere, & causam perdat, & à cummunione efficiatur extraneus. Anno 576. In Concilio Matisconensi 1. *cap. 7.* Nullus Clericus de qualibet causa extra discussionem Episcopi sui à sæculari Iudice iniuriam patiatur. Et *cap. 8.* Nullus Clericus ad Iudicem sæcularem quemcunque alium Patrem de Clericis accusare, aut ad causam dicendam trahere quocunque loco præsumat. Sed omne negotium Clericorum, aut in Episcopi sui, aut in Presbyteri, aut Archiadiaconi præsentia finiatur. Anno 537. In Concilio Aurelianensi III. *cap. 31.* Clericus cuiuslibet gradus, sine Pontificis sui permissu, nullum ad sæculare iudicium præsumat attrahere; Neque Laico, inconsulto Sacerdote, Clericum in sæculare iudicium liceat exhibere. Anno 517. In Concilio Epaunensi, *cap. 11.* Clerici, sine ordinatione sui Episcopi, adire, vel interpellare publicum iudicium non præsumant. Anno. 506. In Concilio Agathensi. *cap. 32.* Clericus nec quemquam præsumat apud sæcularem Iudicem, Episcopo non permittente pulsare. Sed, si pulsatus fuerit, non respondeat, nec proponat, nec audeat Criminale negotium in iudicio sæculari proponere. Si quis verò sæcularium per calumniam, Ecclesiam, aut Clerum fugitare tentauerit, & conuictus fuerit, ab Ecclesiæ liminibus, & à Catholicorum communione (nisi dignè pœnituerit) coërceatur. Anno 502. In Concilio Romano IV. sub Symmacho Papa, *cap. 3.* Non licèt Laico statuendi in Ecclesia, præter Papam Romanum, habere aliquam potestatem, cui obsequendi manet necessitas: non auctoritas imperandi. Anno 483. In Concilio Chalcedonensi: *Act. 15. cap. 9.* Si quis Clericus aduersùs Clericum habet negotium, non deserat proprium Episcopum, & ad sæcularia percurrat iudicia. Si quis verò contra hæc fecerit, Canonum subiaceat correctionibus. Anno 460. In Concilio Venetico, *cap. 9.* Clerico nisi ex permissu Episcopi sui, seruorum suorum sæcularia adire Iudicia non liceat anno 410. In Concilio Mileuitano, *cap. 19.* Placuit; vt quicunque ab Imperatore cognitionem Iudiciorum publicorum petierit, honore proprio priuetur. Anno 397. In Concilio Carthaginiensi III. *cap. 9.* Item placuit, quisquis Episcoporum, Presbyterorum, & Diaconorum, seu Clericorum, cùm in Ecclesia ei crimen fuerit intentatum, vel Ciuilis causa commota, si derelicto Ecclesiastico Iudicio, publicis iudiciis purgari voluerit, etiamsi pro ipso fuerit prolata sententia, locum suum amittat. Anno 340. In Concilio Antiocheno, *cap. 12,* Si quis à proprio Episcopo depositus, Presbyter; vel Diaconus, aut etiamsi in Synodo quilibet Episcopus fuerit exauctoratus; molestiam Imperialibus auribus inferre non præsumat; sed ad maiorem Episcoporum Synodum se se conuertat. Anno. 325. In Concilio Romano III. sub Syluestro Papa, *cap. 16.* Si qui Clericus in Curiam introierit, anathema suscipiat, numquam rediens ad matrem Ecclesiam.

3. Sed audiamus post Concilia Summos Pontifices. Adrianus I. anno 772. apud Gratianum XI. *quæst. 1.* sic ait: Clericus, siue Laicus si crimine, aut lite pulsatus fuerit, non alibi quàm in foro suo prouocatus audiatur. Idem asseruit Gregorius Magnus anno 590. *lib. 3. Epist. 26. lib. 4. Epistol. 75. lib. 5. Epist. 25 lib. 9. Epist. 31. & lib. 11. Epist. 5.* Idem dicit anno 555. Pelagius I. vt habetur *in cap. Experientia 11. q. 1.* Idem Gelasius I. anno 492. *in Epistol. ad Anastasium Imperatorem.* Idem Leo I. anno 440. *in Epistol. 96. ad Episcopos Thraciæ.* Bonifacius I. anno 420. *in Epistola ad Honorium Augustum.* Et tandem, anno 296. Marcellinus *in Epist. 2.* sic ait Clericum cuiuslibet Ordinis, absque Pontificis sui permissu, nullus præsumat ad sæculare iudicium attrahere, nec Laico quemlibet Clericum liceat accusare. Caius *in Epistola ad Felicem*, anno 185. Nemo vnquam Episcopum apud Iudices sæculares, aut alios Clericos accusare præsumat.

4. Itaque ex his omnibus apparet ante latas leges Imperiales Summos Pontifices instituisse exemptionem Clericorum à Laicali iurisdictione, non solùm ante Carolum Magnum, sed etiam ante Iustinianum, Theodosium, & Constantinum, quòd etiam magis patebit ex auctoritate Concilij Romani I. *cap. 4.* vbi sic habetur, Nulli omnino Clerico liceat causam quamlibet in publico examinare, nec vllum Clericum ante Iudicem Laicum stare. Sic ibi. Quod Concilium celebratum fuit anno 320. & anno 68. Clemens Romanus *in Epist.* sic asseruit. Si qui ex fratribus negotia habent inter se, inter cognitores sæculi non iudicentur, sed apud Presbyteros Ecclesiæ quicquid illud est dirimatur. Ita ille.

5. Sed audiat P. Rabardeus Paulum Comitolum acutissimum

acutissimum Societatis Theologum *in respons. mor. lib. 1. quæst. 93.* sic asserentem: Grauiter errauit Scotus *in 4. sentent. distinct. 13. q. 2.* qui, Priuilegium exemptionis à foro Laico in causa sanguinis, ait, Ecclesiæ datum esse à Constantino. Ex Epistolis namque decretalibus primorum Pontificum Romanorum, eorumdemque Martyrum, qui multos annos Christianos Imperatores præcucurrerunt, planissimum fit, Clericorum causas à Laicorum Tribunalibus seclusas esse: nec vnquam licuisse, nisi apud Episcopos Ecclesiasticósque Iudices, eas actitari, ac iudicari. Hoc primùm sanxit B. Petrus, primus Christi Vicarius, vt auctor est Clemens Romanus in sua 1. Epistola decretali. Hoc reliqui Apostoli statuerunt hoc Anacletus, qui anno octogesimo post Christum natum: hoc Alexander 1. qui anno 109. Pontificatum gessit: hoc Caius: hoc Marcellinus: hoc Gelasius: hoc alij multi ante tempora Christianorum Imperatorum decreuerunt. Quin etiam D. Petrus, eodem Clemente teste tulit, vt cuilibet oppresso Christiano ius liberum esset ad Sacerdotum iudicium prouocandi nec cuiquam fas esset, eorum repudiare sententiam: quòd ipsum postea in sua prima decretali iussit, confirmauitque Anacletus. Atque has leges inter Christianos valere voluerunt; quo tempore in eos ab Ethnicis Imperatoribus, & Regibus crudeliter sæuiebatur. Hucusque Comitolus. Et ex eadem Societate Stephanus Fagundez, *in Decal. tom. 2. lib. 8. c. 43. n. 18.* apertè docuit exemptionem Clericorum si dicatur esse de iure positiuo introductam esse à iure Pontificio, & non per leges Imperiales. Et Fragosus, *part. 1. lib. 1. disput 4. n. 308.* asserit Clericos exemptos esse Pontificio Priuilegio.

6. Merito igitur Valboa de Magrouejo *in lect. Salmat. tom. 2. ad cap. 2. de iudiciis, num. 35.* Maynardus *de Priuileg. Eccles. part. 2. art. 12. num. 12. & 63.* Suarez *contra Regem Angliæ, lib. 4. cap. 11. num. 7.* & alij, obseruarunt antiquiores Pontifices, etiam tempore infidelium Imperatorum prohibuisse Clericos à Laicis iudicari, vt patet ex *cap. relatum 11. quæst. 1.* Ergo clarè apparet contra Rabardeum hanc exemptionem, si non ex iure Diuino, saltem primariò ex iure Pontificio, & non Imperatorio originem traxisse. Vnde Petrus de Vrries Doctor parum fauens Ecclesiæ immunitati *ad Ritum 235. M. C. R. V. part. 1. præl. 2. num. 53.* sic ait. In summa igitur, certum est, Clericos in spiritualibus, temporalibus, & prophanis exemptos esse à iurisdictione sæculari; huiusmodi autem exemptionem, quoad causas temporales, & prophanas fuisse à iure Pontificio introductam, communis opinio est. Ita ille. Hinc optimè notauit Riminaldus Iunior, *in cap. qua in Ecclesiarum, sub num. 54. de constit.* in primæuo statu Ecclesiæ, Clericos non fuisse suppositos, iurisdictioni Laicorum.

7. Et tandem confirmantur supradicta ex his quæ fusiùs adducit Raymundus Rufus Doctor Gallus *in Apol. contra Molineum edita Parisiis 1553. fol. 587. & seqq.* vbi probat Clericos in primitiua Ecclesia antequam Imperatores essent Chriastiani semper ab Episcopis iudicatos fuisse, quòd probat & apertè patet ex verbis D. Pauli, Epist. 1. ad Timoth. *cap. 5. Aduersùs Presbyteros accusationem noli recipere, nisi sub duobus, vel tribus testib 5.* Vbi Ioannes Lorinus, *in Commentariis*, sic ait: Præscribit hic Timotheo Episcopo, quomodo se gerere debeat in dijudicandis causis forensibus, vnde patet Episcopos tunc fuisse Iudices. Et Adamus Tannerus *in Defens. libert. Eccles. lib. 1. cap. 14.* ita asserit. Ipsemet Apostolus, non alium Sacerdotem, quàm Episcopum fuisse Iudicem apertè indicat, cùm ad Timotheum Episcopum scribens, *Epist. 1. cap. 5.* ait. *Aduersùs Presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus vel tribus.* Vbi quæstionem de Iudice Sacerdotum, velut liquidam supponens, de forma solummodò ipsius iudicij tradenda solicitus est, nempe vt Episcopus talis, & tantus, non nisi sub duobus, aut tribus testibus contra Presbyterum procedere ausit. Ita Tannerus, Cui consonat Iacobus Gretserus *in Considerationibus contra Theolog. Venetos, lib. 2. cons. 8. in fine*; vbi insurgens contra fratrem Capellum, qui asseuerat, in primitiua Ecclesia non fuisse distinctionem fori Ciuilis, & Ecclesiastici; quod etiam ante docuerat tetra illa pestis Ecclesiæ Marsilius de Padua *in suo Defensore pacis, p. 1.* Et nouissimè huius farinæ homines Conradus Rittherfusius *in Differ. iuris Ciuilis, & Canonici, lib. 7. c. 1.* & alij, insurgens inquam Gretserus contra hanc opinionem, sic ait: Tempore primitiuæ Ecclesiæ demonstrat Sanctus Paulus, quòd Episcopus habeat suum Tribunal, & iudicet suos subditos Ecclesiasticos, vt ex verbis, *cap. 5. Epist. 1. ad Timoth. Episcopum Ephesinum* apparet; *Aduersùs Presbyterum*, &c.

8. Idem etiam ex dictis D. Pauli, docet Suarez contra Regem Angliæ *lib. 4. cap. 13. numer. 10.* Quibus omnibus adde Valboam de Megrouejo *in lect. Salmat. tom. 2. ad cap. 2. de iudiciis num. 39.* vbi ita loquitur: Etiam tempore Apostolorum Priuilegium hoc in vsu fuit, vt deducitur ex Paulo 1. *ad Tim. 5.* ibi: *Aduersùs Presbyterum accusationem ne recipias, nisi sub duobus, vel tribus testibus:* Quæ verba supponunt, tunc fuisse Episcopale Tribunal: cœpit ergo Ecclesia eo tempore, eo modo, quo potuit Clericos à sæcularium iurisdictione eripere: Hæc Valboa. Clarè itaque ex dictis verbis D. Pauli contra P. Rabardeum dicendum est, exemptionem Clericorum non sumpsisse originem à concessione Imperatorum Christianorum, vel processisse, vt reor à iure Diuino vel institutam fuisse à D. Petro, vt tradit Comitolus *lib. 1. quæst. 93.* ex auctoritate sibi tradita à Christo Domino in illis verbis: Pasce oues meas. Ex quibus ex pacto, vt *infrà* videbitur potetat clericos eximere à potestate sæculari. Nec valet dicere, quòd tunc Principes erant Ethnici: Ergo tunc Ecclesia non poterat in illos vllam iurisdictionem exercere; nam respondeo cum Suarez *lib. 4. c. 11. num. 16.* etiam tempore Imperatorum infidelium potuisse, & posse nunc Ecclesiam eximere Ecclesiasticos ab eorum iurisdictione.

9. Dicendum est igitur, vt *suprà* probauimus: leges Imperatorum largientes immunitatem Clericis, non esse institutorias, & concessorias, sed declaratiuas, subsidiarias, executiuas, vt rectè obseruat Glossa, perpetuò menti tenenda, *in cap. si Imperator, dist. 96.* Teste Nauarro *in c. Nouit. de Iudiciis notab. 6. n. 30.* Quod confirmatur ex Nouella 111. Valentiniani, apposita in Codice Theodosiano, in qua Imperator perenni sanctione decernit, quòd omnibus pro lege sit, quidquid sanxerit Apostolicæ Sedis auctoritas. Quæ quidem constitutio certum est, vt non eo sensu sit accipienda, vt rectè obseruat Marca *de libert. Eccles. Gallicanæ, lib. 1. cap. 8. num. 4.* ac si tunc primum legis ferendæ authoritas Pontifici esset concessa, cum tantùm eo rescripto fota sit, & confirmata: Hinc Ioannes Turrecremata *in Summa Eccles. lib. 2. cap. 42.* loquens de quadam lege Constantini, sic ait. Ad probationem dicimus, quòd Constantinus non instituit legem illam de præeminentia Apostolicæ Sedis, & obedientia ei ab omnibus danda, quasi ius ex auctoritate de nouo concedendo: quoniam antequam Constantinus esset, Romanus Pontifex primatum habuit in Ecclesia Dei ex collatione Christi facta B. Petro, sicut superius est ostensum. Sed bene

Sup. in lect. præcedenti à §. Secundò, & in aliis eius not.

Constan

Constantinus fidei feruore, & Ecclesiæ Romanæ amore reuerentiali incensus Diuinam ordinationem de primatu Romani Pontificis, & de obedientia ab omnibus fidelibus illi præstanda executus est promulgando illam, vt nullus per ignorantiam se excusaret, & præcipiendo illam obseruari, vt nullus malitia se Romani Pontificis obedientiæ subiicere recusaret: ita quòd magis fuit promulgator, siue executor Diuinæ ordinationis, quam conditor nouæ legis. Ita Turrecrem. Sic & in casu nostro; Licèt in multis legibus Imperatorum statuatur, quòd Clerici sint exempti à Iurisdictione seculari, nõ sequitur ex hoc, vt perperam infert. P. Rabardeus, talem exeptionem illos concessisse, sed tantùm fotam ab illis, & confirmatam fuisse. Non erant igitur illæ leges concessoriæ, sed subsidiariæ, adiutrices, & declaratiuæ, vt optime de omnibus legibus Imperatoriis, quoad exemptionem Clericorum, docuimus *suprà* cum multis Doctoribus, & sacra Rota, quibus adde Comitolum *in tract. Apologet. cap. 5. membr. 3. fol.* 144. & Bernardum Iustum *in Defens. libert. Eccles. fol.* 30. Ergo frustra citatas leges à P. Rabardeo pro sua firmanda sententia adductas fuisse, dicendum est, vt latiùs *infrà* etiam probabo. Ad id verò quòd asserit *fol.* 29. & 30. non esse credibile, Ecclesiasticum Iudicem priuasse olim Laicum Magistratum sua dignitate propter violatam Ecclesiasticam libertatem: videat lector Thomam Bozium *de iure status lib. 5. cap. 1. circa finem*, vbi exemplum memorabile contra Rabardeum inuenier.

RESOL. CCCXXV.

An si Immunitas Ecclesiastica esset primario ex concessione Imperatorum, non possint Principes adhuc illam restringere, & limitare?

Et notatur, quòd licèt Principes non possint amplius tollere, vel limitare priuilegium concessum Ecclesiasticis circa eorum exemptionem; tamen Summi Pontifices possunt tollere, seu limitare priuilegium aliquod si extaret, concessum Principibus iudicandi Clericos etiam per concordata.

Et deciditur, quod priuilegium concessum Ecclesiis est remuneratorium, & ideò non potest reuocari etiam propter ingratitudinem; etiamque cum hoc priuilegium sit concessum non subditis, transit in contractum, & ideo non est reuocabile. Ex part. 7. tract. 1. Res. 10. aliàs 8.

§. 1. AFfirmatiuè videtur respondendum ex verbis sæpiùs adductis à P. Rabardeo, vbi suprà, *in sect. 2. num. 2. fol.* 18. sic asserente. Multæ sunt leges Imperiales *in Cod.* Iustiniano, & inter Nouellas, tum etiam in Capitularibus libris Caroli Magni, & nouissimè in Codice Ordinationum sub nomine Ludouici XIII. Regis, in lucem edito, in quibus proponuntur, continentur, confirmantur, modificantur, & restringuntur Priuilegia Venerabilium Clericorum, & Sanctarum Ecclesiarum. Vnde comprobatur etiam illa opinio de libertatibus eorundem auctoritate Imperatorum, Regum, & Summorum Principum acquisitis; Ita ille.

2. Verùm explodenda est hæc opinio: Nam dato, & non concesso, quòd Primariò Principes concesserint Clericorum exemptionem, tamen hoc Priuilegium esset irreuocabile: tum quia non est illis concessum, sed toti Ecclesiæ, & quod semel Ecclesiæ concessum est, vt optimè docet Salonius *in 2. 2. q. 67. art. 1. contr. 1. concl. 5.* & alij, etiam ex consensu sæcularium non potest reuocari ab ipsis, habet enim Ecclesia ius acquisitum, & possessorium, sicut hæreditates, redditus, & bona temporalia Ecclesiæ concessa donatione Regum collata sunt, at postquam semel ipsi concessa sunt, habet in illa Ecclesia ius acquisitum, nec à Principibus repeti, aut reuocari possunt.

Resol. 49. §. Verùm prope finem, & seq. & in Res. 196. §. Igitur. & ex doctrina Re. 197. & inferius in tr. 14. in Res. 3. cursim in §. Nec obstat. Et pro contento in §. 3. & 4. huius Res. lege suprà doctrinã §. vlt. Res. 196.

3. Secundò, quia hoc priuilegium est remuneratorium, concessum Ecclesiis, ad remuneranda beneficia spiritualia, quæ Regna ab ipsis percipiunt, & ideò non potest reuocari, etiam propter ingratitudinem, vt docet Osascus, *Decisione Pedemontana 139. n. 28.* Tiraquellus *in lege, si vnquam verbo, Donatione largitus. n. 13. C. de reuocandis donationibus.* cum late adductis à Rolando de Valle. *consil. 5. num. 12.* & *consil. 98. lib. 1.* & *consil. 76. n. 15. lib. 2.* & *consil. 13. nu. 61. lib. 3.* & à Carolo Tapia *in final. de constitution. Principum. 2. part cap. 7. num.* 42. Quibus adde Acacium *de Priuileg. Iur. Ciuilis, lib. 3. cap. 8. num. 1.* Klocchium, *in tractat. Nomicopolitico, de contribut. c. 16. sect. 1. n.* 180. Molinum, *tr. dd Homagio tit. 9. n. 110.* & ex Theologis Sanchez, Suarez, Pontium, quos citat & sequitur Castrus Palaus, *tom. 1 tr. 3. disp. 4. punct. 31. §. 2. num. 4.* Adde quòd tale Priuilegium principaliter fuit concessum ad Dei honorem, & Orbis Christianus à quo Principes habent auctoritatem consensit in hanc exemptionem, vnde non est in Principum potestate illam reuocare, seu minuere, vel limitare, vt rectè obseruat ex multis Sanchez, *In opusc. tom. 1. lib. 2. c. 4. dub. 55. n. 2.*

4. Tertiò respondetur, quòd cum hoc priuilegium sit concessum non subditis, transit in contractum, & ideò non est reuocabile, iuxta regulam legis. *Sicut ab initio C. de actionibus, & obligationibus.* Et tradunt Doctores *in dict. al. final. C. de legibus, & constitutionibus Principum.* Et in terminis de Priuilegiis concessis Ecclesiis per Imperatores, & Principes, quod non sint reuocabilia, tradit Gloss. in Regula, Decet concessum à Principe beneficium esse mansurum, *De regulis iuris in 6. in principio, verbo, decet concessum versiculo, ex hac regula.* Et est communiter approbata, ibi, per omnes Canonistas & Legistas; *in dicta l. final.* Et ita ex Innoc. *n. 6.* notat Abbas *in cap. Nouit. num. 23.* & Felin. *num. 9. de iudic.* Abbas *in cap. suggestum, num. 6. de Decim.* Imol. *in cap. final. num. 35. de solut.* Lapp. *allegat. 100. num. 4.* Roman. *Consil. 147. num. 5.* Abbas, *conf. 32.* & *45. lib. 1.* Cardin. *Consil. 147. num. 5.* Paul. Castrens. *Conf. 156.* Barbat. *Consil. 2. lib. 4.* Dec. *Consil. 407. num. 18.* Gozadin. *Conf. 5. num. 11.* Purpur. *Consil. 580. num. 27.* Rip. *respons. 12. num. 11. de diuers. rescript.* Afflict. *Decis. 361. num. 9.* Roderic. Suar. *allegat. 28. num. 14.* Rimin. Sen. *Consil. 462. num. 1.* Alex. *Consil. 101. num. 4.* Lofferd. *Conf. 38. num. 27.* Alfons. Montal. *super ll. fori, l. 8. tit. 12. lib. 3. verb. No puede toller. col. 3. vers.* item *not. Quod Priuilegium* Boss. *de Princip. num. 15.* quibus omnibus adde Peckium, *tractat. de iure sistendi, cap. 12. num. 5.* Et notat quòd quando Princeps non potest reuocare Priuilegium, neque potest illud minuere; vt patet ex *leg. quod de bonis. §. finali ff. ad l. falcid.* & ex *leg. si optio ff. qui, & à quibus de pactis*, vtrumque enim tollere, & minuere pendet ab eadem potestate, vt ex Surdo *consil. 419. post. num. 45.* docet Manlius, *tract. de Homagio, tit. 9. num. 113.*

5. Nec obstat, Imperatores sæpiùs talia Priuilegia reuocasse, vt constat ex Gratiano, *in cap. Omnes §. hæc si quis 11. quæst. 1. l. si quis Curialis, C. de Episcopis & Clericis, l. neminem. C. de sacrosanctis Eccles. auth. quas actiones, C. eodem, & ex l. 19. C. de Episcopis, & Clericis, in C. Theodosiano.* Respondet enim Felinus, *in c. Ecclesia de constitutionibus.* quòd in dictis iuribus narratur factum, non tamen dicitur iure factum fuisse, & ita ad text. *in d. l. si quis Curialis*, respondetur etiam

quòd licèt ibi proponatur Imperatorem quoddá Priuilegium Ecclesiasticum reuocasse, illud tamen de iure reuocare non potuit, & id etiam respondendum est ad aliàs leges antiquas: quoniam Imperatores in principio non satis cognoscebant vim Ecclesiasticæ immunitatis. Et ita docet Valboa *in cap. de foro compet. num.* 11. Sed quia debitor sum P. Rabardeo, vt aduocam semper aliquem ex sua Societate, audiat igitur P. Suarez *contra Regem Angliæ, libr.* 4. *cap.* 30. *num.* 12. vbi sic ait. Non solùm non potest hoc priuilegium fori, per potestarem Ciuilem integrè reuocari, verùm etiam, neque ex parte diminui, vel limitari, aut restringi. Imò, nec restrictè declarari cum legis auctoritate potest virtute solius Ciuilis potestatis. Hoc totum sequitur euidenter ex rationibus, & discursibus factis, quia circa bona, & iura Ecclesiastica, nulla est Laicis tributa potestas; Ergo similiter circa priuilegium Ecclesiasticum, vel iurisdictionem semel in Ecclesiam translatam, nihil potest sæcularis potestas. Ergo nec diminuere, nec restringere, nec legem aliquam, quæ in præiudicium illius cedat, ferre potest. Et similiter potest hîc illud principium applicari, quòd nullus etiam si sit Rex supremus, potest minuere vel aliquid disponere de Priuilegiis, vel iuribus alterius Regis, vel cuiuscunque personæ non subditæ, à quocunque, vel quocunque iusto titulo illa habuerit, ac possideat; Ergo maiori ratione, non possunt Principes temporales circa priuilegium fori aliquid disponere, quod in illius præiudicium cedat. Talis autem est cuiuscunque legis editio, priuilegij concessio, iurisdictionis delegatio, seu commissio, aut executionis iussio, quibus Ecclesiastica libertas minuatur, aut restringatur, & ideò omnes huiusmodi actiones, vel dispositiones, non solùm illicitæ, sed etiam irritæ sunt, & inanes, quia sine legitima potestate fiunt. Et ideò, vt tales declarantur, in Authentica Cassa, *C. de Sacrosanct. Eccles. & c. Nouerit, & cap. Grauem. de sentent. excommunicat.* & aliis multis, sub titulis *de immunit. Ecclesiar. de foro comp. & de iudiciis.* Hucvsque P. Suarez, qui pro hac sententia citat Sotum, Molinam, Medinam, & Palatium, etiamsi aliàs existimauerint exemptionem Clericorum ex donatione principum incepisse; Quibus adde etiam ex Societate Amicum *tom.* 5. *de iust. disp.* 9. *sect.* 5. *num.* 140. Gasparem Hurtado *de iust. & iure, disp.* 14. *difficult.* 13. Salas *de legib. disput.* 14. *sect.* 11. *num.* 121. Cardinalem de Lugo *de iust. tom.* 1. *disp.* 36. *sect.* 7. *num.* 101. Lessium, *lib.* 2. *cap.* 33. *dub.* 4. *num.* 35. Azorium *part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 13. *quæst.* 5. & Baldellum *in Theolog. moral. lib.* 5. *disput.* 35. *num.* 17. vide etiam Abbatem, *in cap super el.* 2. *num.* 4. *de appellat.* & Felinum, *in cap. Ecclesia Sancta Maria, num.* 97. *de constit. & in cap. Nouit. de iudiciis, num.* 6.

6. Hinc displicet mihi quod asserit eruditus Torreblanca *in pract. iur. spirit. lib.* 15. *cap.* 2. *nu.* 14. Quòd si exemptio Clericorum originè duxisset ex donatione Imperatorum, ab ipsis posset remoueri, quia omnis res, per quascumque causas nascitur, per easdem potest remoueri. Sed hæc regula, tantùm habet locum in his quæ pendent in fieri, & conseruari à causa; at in casu nostro exemptio licèt fuisset concessa à Principibus Laicis, postquam data fuit, & acceptata ab Ecclesia non amplius pendet ab eorum voluntate, quia ad altiorem ordinem rerum euecta est. Accedit quòd effectus ille per potentiorem voluntatem confirmatus est, & ideò per solam sæcularis Principis voluntatem amplius reuocari, neque limitari potest, absque consensu Pontificis. Malè igitur dixit Torreblanca, quòd si immunitas Ecclesiasticorum originem habuisset à Principibus Laicis, illam possent limitare, & remouere; vnde in hoc cautè legendus est licèt ipse optimè nobiscum sentiat exemptionem Clericorum esse de iure Diuino.

7. Notandum est tamen hîc, quòd licèt, vt probatum est, Principes non possint ampliùs tollere vel limitare priuilegium concessum Ecclesiasticis circa eorum exemptionem; tamen Summi Pontifices, possent tollere, seu limitare priuilegium aliquod, si extaret concessum Principibus iudicandi Clericos etiam per concordata, vt ex multis probaui *in part.* 5. *tract.* 1. *resolut.* 14. Quibus nunc addo Guiniparum *de iur. Pon. defens. quæst.* 5. *cap.* 2. *num.* 6. & Bonacinam, *de legibus disp.* 1. *quæst.* 3. *punct.* 8. §. 3. *num.* 10. vbi firmant, Papam, qui alicui Regi priuilegium concesserat per concordiam, aut alia occasione, posse huiusmodi priuilegium licitè, & validè reuocare, iusta existente reuocandi causa, si verò non adest legitima causa reuocandi, validè quidem reuocat; sed non licitè; Quòd validè reuocet, patet quia semper gaudet Pontificia authoritate, quam immediatè à Christo obtinet, nec illam à se abdicare potest; Et ratio est, quia est maxima differentia inter Papam, & Principem sæcularem, cui Priuilegium per contractum, vel concordiam concessum fuit, quòd Princeps retrocedere non potest à concordatis, Pontifice dissentiente, cùm teneatur stare contractui: at Papa validè, & licitè retrocedit, dummodo tamen iusta, & honesta subsit causa retrocedendi, ex suprà tacta ratione, quia videlicet auctoritatem à Christo obtinuit, séque illa priuare non potuit; Et tandem afferam hic verba P. Dicastilli *de iust. & iure. lib.* 2. *tract.* 1. *disput.* 4. *dub.* 18. *num.* 327. & 329. vbi sic ait. Laicus iudex potest iudicare, & punire Clericos ex priuilegio Papæ, est enim hæc potestas delegabilis. Hoc autem priuilegium, à Summo Pontifice concessum, non est irreuocabile, quinimmò reuocari potest, & expedit: Et quidem quòd possit, probatur, Primò, quia res per quas causas nascitur, per easdem dissoluitur. Secundò, quia iudicium cessat prohibente illo, qui iudicandi facultatem concesserat, *cap. suggestum, de Decimis.* Tertiò, quia quamuis priuilegium concessum non subdito, aut per modum contractus, nisi subsistente causa iusta, reuocari non possit, si tamen priuilegium nimium præiudicium, vel afferre incipiat, vel immineat considerabile periculum afferendi, aut priuilegiarius, illo abutatur, aut priuilegium sit ex his, quæ iurisdictionem concernunt, reuocari potest. Ita Dicastillus. Et hoc vltimum est valdè notandum, quòd Papa possit reuocare priuilegia iurisdictionalia, & ita ex multis docet Grammaticus, *decis.* 46. *num.* 2. Has, & alias causas ex quibus licitè possunt Pontifices reuocare priuilegia Principibus concessa, enumerat etiam Adam Tannerus *in defens. Eccles. libert. lib.* 2. *cap.* 17. omnino videndus.

8. Denique, pro coronide huius Resolutionis, non desinam etiam adnotare omnia supradicta docere P. Suarez contra Regem Angliæ, *lib.* 4. *cap.* 34. *num.* 24. cuius verba, hic per extensum non grauabor apponere, sic itaque asserit. Per nullum contractum potest Pontifex à se abdicare supremam potestatem spiritualem quam habet, ad disponendum ea, quæ ad conuenientem Ecclesiæ gubernationem pertinent, & ideò licèt sine causa non possit à concordata recedere, si tamen postea mutatis rebus, vel melius perspectis concordatam Ecclesiæ nociuam, aut non conuenientem esse intellexerit, potest, reuocando illam ab ea recedere, compensando alteri parti damnum, si quod fortasse ratione pacti præcedentis patiatur. Sic enim Rex temporalis, potest priuilegium subdito suo concessum, etiamsi in vim pacti transierit reuocare, dummodo, & ad commune bonum Regni expediat, & subdito restituat, vel recompenset, quod ille in pacto

Quæ hic ex sup. Resol. 13. & in alia resol. eius primæ not. si vacas citò lege alias Resol. & §. eius secundæ & tertiæ annot. & doctrina repleberis.

Sup. his supra in Resol. 43. §. Non. & aliis eius primæ not. & in tom. 4. tr. 1. Resol. 40. cursim in §. Vnde ex his.

Suprà hoc in Resol. not. præteritæ.

pacto præcedente ex parte sua contulerat; vt in materia de priuilegiis, latiùs traditum est. Quæ generalis doctrina speciali ratione locum habet in hac materia exemptionis, tum quia, vt dicebam, quidquid in ea remittitur ex parte Ecclesiæ, ordinariè liberaliter sine compensatione conceditur; tum maximè, quia in exemptione magis est attendendum bonum commune status Clericalis, quàm vlla conuentio cum temporali Principe facta, quia necesse est, vt semper habeat illam conditionem tacitè inclusam dummodò in præiudicium, aut vexationem, vel vilipendium status Clericalis non cedat, aut aliquando sequatur ex concordia. Intercedente ergo simili causa poterit reuocari, sine illa verò non poterit, saltem licitè; si tamen fiat, existimo factum tenere propter supremam spiritualem potestatem Papæ quæ in se minui non potest. Hucvsque P. Suarez.

9. Si igitur, vt satis probatum est Principes non possunt modificare, restringere, aut limitare immunitatem Ecclesiasticam etiamsi originem ex eorum largitate habuissent, frustra, & malè P. Rabardeus adducit leges Iustiniani, & aliorum talem immunitatem restringentes, & modificantes; Nam illas esse nullas, & inualidas, ex supradictis manifestè patet. Et ita Bellarminus *in responsi. ad duos libellos fol.* 55. asserit hanc doctrinam P. Rabardei esse falsam, & reprobatam etiam ab Auctoribus, qui docuerunt immunitatem Ecclesiasticam esse de iure positiuo Imperatorum; vt patet ex Lessio, Molina, & aliis communiter, quibus adde nouissimè P. Gonzalez *de lege Politica, lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 12. Vnde claudam hanc resolutionem verbis Io. Antonij de Saura *in voto Platonis. de examine Propositionum, cap.* 9. vbi sic ait. Principibus licere reuocare prærogatiuas, immunitatis, & priuilegia Ecclesiæ concessa, si damnum aliquod ex continuatione, & conseruatione eorundem priuilegiorum sæculari politiæ contingat, doctrina est pernicioßissima. Ita ille, & ego. Et nota idem esse limitare, ac tollere, vt suprà ex Manlio probatum est.

RESOL. CCCXXVI.

An Immunitas Ecclesiastica extendatur ad omnia delicta? Ex part. 7. tract. 1. Res. 11. aliàs 9.

§. 1. NEgatiuè respondet Rabardeus, *sect.* 1 *num.* 2. & 3 *fol.* 16. ibi: in quibusdam causis fuisse concessam. Et *fol.* 19. Nisi illi in quibusdam casibus, & causis. Imò *fol.* 18. asserit, Clericos naturali, au communi iure gentium in his quæ pertinent ad commodum, & tranquillam Regnorum gubernationem subditos esse Regibus, & Principibus sæcularibus, quorum tamen gratia, seu priuilegio ex æquitate, & pietate, quò liberiùs Deo seruiant à tributorum pensitatione, & aliis quibusdam communibus oneribus liberati sunt; inter quæ connumeratur exéptio à foro Iudicum, & Magistratum sæcularium, pro quibusdam causis Ciuilibus, & leuioribus delictis. Ita Rabardeus. Vnde *fol.* 28. asserit; Clericos Parricidas, Falsarios, & aliis grauibus criminibus infamatos, à Iudicibus Laicis, absque degradatione, puniri.

2. Sed hæc sententia pugnat directè contra Sacros Canones, & Concilia generalia; vt patet apertè *in cap. cùm non ab homine, de Iudiciis*, ibi: *siue in furto, siue in homicidio, siue in periurio, siue in alio crimine*, &c. Et *in cap.* At si Clerici *eod. tit.* priùs absolutè dicitur, Clericos non solùm non posse pro crimine à iudice sæculari condemnari, verùm etiam acta coram tali iudice, etiamsi in eis Clericus cõuictus sit vel confessus, nihil einocere. Et ex illo textu, cum §. *sequenti*, constat, tam maiora, quàm minora Clericorum ad Ecclesiasticum iudicem pertinere. Et *in c. Clerici*, dicitur, Sacros Canones imitari leges generaliter statuentes, vt de omni crimine Clericus debeat coram Ecclesiastico iudice conueniri. Denique in communi iure nulla talis exceptio inuenitur, neque etiam consuetudine introduci potest, quæ legis vim habet, vt expressè dicitur *in dicto cap. Clerici*. Ergo non potest talis exceptio cum fundamento affirmari.

3. Hanc etiam sententiam probant sacra Concilia, & præcipuè Lateranense sub Leone X. dum ait, Laicis nullam in Ecclesiasticas personas, potestatem attributam esse, idque iure tam Diuino, quàm humano. Ita ibi. Si nulla Laicis: Ergo neque Imperatoribus, & Regibus, si nulla: ergo integrè, & perfectè Clerici exempti sunt. In Concilio Antisiodorensi, *c.* 35. sic habetur. Non licet Presbytero, aut Diacono, vel cuicumque Clericorum, de qualibet causa Conclericum suum ad iudicem sæcularem trahere. Si ergo Concilia determinant in qualibet causa Clericos esse exẽptos à foro sæculari, quomodo Rabardeus potest asserere Clericos esse liberos à foro Iudicum, & Magistratuũ sæcularium pro quibusdam causis ciuilibus, & leuioribus delictis, non autem in delictis, vt ipse loquitur, *num.* 4. *in fine fol.* 26. quorum coërcitio, & punitio spectat ad pacem, & tranquillitatem publicam conseruandam, proindéque legibus publicis, & certis pœnis adiunctis sint prohibita, siue communia sint, siue mixta, siue priuilegiata, lege ciuili, nouo quasi priuilegio contra libertatem Clericis datam conualescente; quæ omnia apertè pugnant contra sacros Canones, vt visum est, & sacra Concilia asserentia exemptionem Clericorum esse integram, & absolutam à foro iudicum sæcularium. Quod etiam confirmatur contra P. Rabardeum ex Conciliis Gallicanis, vt patet in Concilio Turonensi, *cap.* 41. & in Concilio Matisconense 1. *c.* 7. in quibus Patres concedunt facultatem Iudicibus Lacis, vt possint iudicare aliqua delicta enormia Clericorum, licet postea Concilium Matisconense II. hanc facultatem reuocauerit. Ergo ex dictis Conciliis Gallicanis apparet, contra P. Rabardeum, iudices Laicos non posse Clericos punire, etiamsi eorum delicta essent enormia; Quod Reges Hispaniarum declararunt, & confirmarunt in suis legibus, vt patet *in* 1. *p. leg.* 61. *tit.* 6.

4. Probatur hæc opinio ratione, Nam si de Clericis posset Iudex Laicus in aliquibus criminibus cognoscere, vel esset propter eorum leuitatem, vel grauitatem: non primum; Nam leuiora peccata faciliùs possunt per Ecclesiasticum Iudicem puniri, grauiora verò Clericorum eò magis à Laicis tractanda non sunt, imò neque cognoßci si fieri posset, & possunt sufficienter per iudices Ecclesiasticos puniri.

5. Procedit ergo regula adeo generaliter, vt neque etiam per modum reconuentionis Clericus in criminalibus vocari possit ad iudicium sæculare; idque denotant verba Text. *in dicte cap. Qualiter, & quando de iudiciis in illis verbis*. Omnino prohibemus: Quæ omnem omnino casum comprehendunt. Et hanc sententiam tenet Valboa de Magrouiejo, *in lectionib. Salmaticensibus, tom.* 2. *ad cap. de iudiciis, n.* 69. *& seq.* Et ante illum Gretser. *in Considerationib. contra Theologos Venetos, lib.* 2. *consider.* 12. Dicastillus, *lib.* 2. *de iust. tr.* 1. *di&sp.* 4. *dub.* 9. *n.* 151. Thomas Vallascus, *in Allegat. tom.* 1. *Allegat.* 15. *num.* 4. plures Doctores adducens, Gambacurta, *de immun. lib.* 7. *cap.* 14. *n.* 2. Bonacina *tom.* 2. *di&put.* 10. *quæst.* 2. *punct.* 1. §. 1. *n.* 5. Maynardus *de Priuil. Eccles. part.* 2. *art.* 17. *num.* 5. Farinacius *in Praxi, quæst.* 8. *n.* 29. Suarez *contra Regem Anglia lib.* 4. *c.* 15. *n.* 9. Chartarius *in decisionib. criminal. decis.* 66. *num.* 61.

mum.61. & alij communiter, firmantes regulam generalem nempe Clericum non posse puniri à iudice Laico pro quocúque grauissimo crimine, & acerbissimo. Vnde sciat P. Rabardeus, anno 1632. quendam Ministrum Regium, cùm allegationem Granatæ Typis excussisset, defendens consuetudinem iudicandi Clericos in quibusdam delictis enormibus, à propria dignitate detrusum, sanctæ Inquisitionis censuram subiisse: vt refert Torreblanca *in Practicabilib. iur. Spir. lib. 15. cap. 4. num. 7.*

Super hac consuetudine sup. in Resol. 44. & 64.

6. Restat modò respondere ad argumenta Rabardei, quæ in sententiæ suæ confirmationem adducit; Et dū ait. Ex Panormitano in multis casibus Clericos priuatos esse priuilegio fori. Concedo. Quia Canones id specialiter permittunt cū circumstantiis necessariis, & in dictis sacris Canonibus expressis. Sed nescio quomodo ex hoc possit inferre Rabardeus Principes posse iurisdictionem in Clericos exercere in aliis delictis, quæ ipse ex legibus Imperatorum enumerat, licet enormissima sint, cum in sacris Canonibus minimè talia delicta inueniantur excepta. Sed in trutina appēdamus dictas leges Imperatorias, quas Rabardeus in scenam producit: Et primò *in fol. 30.* ex Codice Theodosiano, & Iustinianeo adducit legem, ex qua apparet, quod iudices Laici in Clericos hæreticos, & apostatas animaduertere possunt; sed hoc est falsum: Nam Clerici hæretici, & apostatæ, & ratione delicti, vtpote spiritualis, sunt omninò exempti à foro laicali. Vnde notandum est, quod licet olim Imperatores, circa hæresim, leges condididerint; vt patet ex §. *Si verò crimen. in Authen. de sanctissimis Episcopis*, Et ex *l. 1. §. fin. C. de summa Trinit.* Et *l. Quicumque, §. vltimo. C. de Hæreticis.* Verùm hoc illis prohibetur iure Canonico sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda; vt patet ex *cap. Vt inquisitionis Officium, §. Prohibemus de Hæret. in 6.* vbi dicitur: Prohibemus quoque distinctiùs, potestatibus, Dominis temporalibus, & Rectoribus, eorúmque Officialibus supradictis, ne ipsi de hoc crimine, cùm merè sit Ecclesiasticum, quoquomodo cognoscant, vel iudicent. Idem patet ex Constitutione Iulij Tertij; licet à diuersis apud Pennam inter literas Apostolicas, vbi excommunicatio reseruatur Papæ; Et asserunt etiam Simanchas, *Cathol. instit. tit. 36. num. 1.* Castr. *lib. 1. de iusta Hæret. punit. cap. 23.* Clarus *in pract. crim. §. Hæresis. n. 4.* Scaccia *tract. de indic. causarum, cap. 15. n. 2.* & non solùm illis interdicitur cognoscere de crimine Hæresis principaliter, sed etiam incidenter ex *dicto cap. vt inquisitionis officium, §. prohibemus, verb. Quoquomodo.* Paris. *lib. 4. consil. 2. num. 107.* Nec Principes sæculares de crimine Hæresis possūt aliquid statuere ex Parisio *num. 104.* Bossio, *tit. de Hæreticis, num. 13. & 14.* & patet ex *cap. statutum Ciuitatis. cap. Accusatus, § Sacerdotes de Hæretic. in 6.* & *cap. vlt. de immunit. Eccles.* & *cap. Nouerit, de sent. excomm.* & *cap. vt Inquisitionis, in princ. de Hæret. in 6.* & *cap. Quæ in Ecclesiarum, de constitutionibus.* cùm crimen Hæresis sit merè Ecclesiasticum; Et ideò Principes sæculares nihil de illo possunt statuere, sed pertinet ad iudices Ecclesiasticos. Frustra igitur P. Rabardeus. *fol. 24.* adducit Authenticam, *vt Clerici*, Iustiniani Imperatoris, vt patet ex dictis: neque spectat ad Præsides Prouinciæ. Non tamen propterea negamus, quòd Principes sæculares non possint aliis pœnis etiam punire Hæreticos laicos, præter eas, quæ iure Canonico imponuntur, dummodo non sint illis contrariæ: Nā posse alias pœnas imponere, affirmant Penna, *in Director. Inquis. p. 3. q. 86. comm. 135.* Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 25. n. 2.* Et si hoc vltimū vellet tantùm Rabardeus, libenter illi concederē. Vnde Cæsar Caren a *in praxi S. Officij, part. 2. tit. 3. §. 4. num. 13.* fatetur, Imperatores contra Hæreticos, & Apostatas varias, legibus suis pœnas constituisse; sed addit: Leges illas latas fuisse ab Imperatoribus, non vti iudicibus, sed vti protectoribus Ecclesiæ. Vide Castrum Palaum, *tom. 1. tract. 4. disp. 8. punct. 14. n. 3.* Et ne deserat P. Rabardeus recognoscere Andream Duuallium, *tract. de Rom. Pont. p. 3. q. 2.* vbi explicat, quo iure Imperatores olim in Hæreticos animaduertissent.

Quoad hoc lege supra doctrinam Resp. 193. & 194. & in tom. 5. tr. 12. Resp. 3. in fin.

7. Adducit, secundò, Rabardeus *ibidem* Leges Arcadij, & Honorij, in quibus ipsi propter aliqua crimina mandant Cæsario, & Eutichiano, vt Clericos reos ex ciuitatibus pellant extorres. Sed hoc Principibus non esse licitum, ego sæpiùs firmaui, vt patet *in p. 1. tract. 2. res. 18. & part. 5. tract. 1. res. 5.* Verùm hic non grauabor apponere auctoritatem scriptoris Galli ex Societate, Audiat igitur Rabardeus, quid sentiat Stephanus Baunius, *in Theol. mor. part. 1. tract. 11. q. 37. dub. 11.* vbi sic ait: Dico laico Principi, permissum non esse delinquentes Clericos exilio plectere, aut emissione è Regno. Ratio est, quòd pœna exilij imponenda sit à superiore delinquentis, non ab alio, cùm enim Principi discessionem è Regno imperanti, reum obsequi oporteat, nec obsequia nostra alteri sint, quam superiori debita, consequens est, in eo potestatem, ac iurisdictionem exigi, qui ejectum ciuem ex vrbe, ob peccata, ableget in exilium. Sed ea carent in Clericos Laici; ergo, &c.

Quæ hic sup. Resp. 25. & 26. & in Resp. 66. & Vade. & in Resp. 12. & in tom. 2. tr. 4. Resp. 13.

8. Deinde quam indecorum est, ac turpe, vt qui homines iudicium dare debent, in sæculares, ij ab istis, hoc est parentes à filiis iudicentur, ac puniantur? quo quid potest esse à recta ratione disiunctius? accideret id vero si Principi laico, aut eius Magistratui fas esset capitis pœna, aut exilij animaduertere in Clericos. Maneat ergo, quod in conclusione positum, ac auctoritate præstantissimorum hominum firmatum, Clericos sacros esse; vt in vita, & fortunis, sic in domo solóque patrio, lædi non posse sine crimine, quare nec ad illud commutandum exilio cogi posse. Obiicies, debent Clerici, vt ciues, parere Principi in re iusta, quæque ad commune bonum pertinet: ergo, & puniri pœna ab eo contra delinquentes posita, si quid eos admittere contigerit, quo eius bono, commodisque aduersetur. Neganda est consequentia: causa est; quod ad primum Princeps potestate sit præditus sufficienti, & idonea, non ad alterum, eo quod sint Clerici ab eius potestate coërcitiua exempti, per Pontificum priuilegia, Alexandri III. *in cap. & si Clerici*, 4. & Luc. I I I. *in cap. Clerici*, 8. *de iudiciis.* Obiicies secundò. Si expelli Regno Clerici nequeunt à Principe, per viam iurisdictionis contentiosæ, & iudicialis, (vt aiunt) quid impedit hunc in eos animaduertere, vt solent patres in filios, Domini in seruos? at in iure Dominorum est; ac patrum, filios, ac seruos, quamlibet Clericos exturbare domo, si pacem eius, ac tranquillitatem violent, aut quidpiam aliud simile peccent, quo eorum in se iustam offensionem subeant: Ergo & Principi similiter licebit; Clericos immorigeros, aut peccati conuictos, Regno exttudere, & ad exulandum cogere. Maior est neganda, quod enim Clerici, qui operas suas locant alteri, ab eo possint manumitti, filij à patre paterna domo excludi, causa est hæc; inter plurimas nō vltima, quod ius non habeant commorandi, Clericus apud Dominum, qui sibi eum ad rerum suarum curam delegit, filius apud patrem, nisi quandiu, & quanto tempore eis erit placitum, quod in Episcopis, & Clericis non habet locū, respectu Principum, cùm enim ab eis, eorùmque opera, non adhibeantur in Ecclesia ad eius ministeria, sed à Papa, qui eos Beneficiis, ac Animarū Curæ præficit, ius habent ea retinendi, ac in iis commorandi,

morandi,si volent,dum viuent ; Quare à Principibus iis exui, aut ab eis expelli non possunt, vtpote constituti à Papa ad eorum regimen , cuius voluntati aduersari illi, nec possunt, nec debent. Hucvsque Pater Baunius.

9. Notandum est tamen hic obiter pro sententia P. Rabardei non facere Doctores aliquos Hispanos, asserentes , in Hispania esse in praxi expulsionem Clericorum,& Episcoporum turbantium iurisdictionem Regiam. Nam Doctores Hispani asserunt,Principes hoc efficere non posse authoritatiuè,& per viam iurisdictionis contentiosæ, vt perperam vult P. Rabardeus, sed defensiuè, per viâ iurisdictionis œconomicæ,licet ego cum Baunio,& aliis hanc distinctionẽ chimericam existimem;quidquid nouissimè nominatim contra me asserant Petrus Gonzales,*de lege Politica, lib.*1.*c.*10.& Dominus meus Larrea *in Allegat. fiscal.part.*1.*allegat.* 64.*n.*16.& parum modestè Salgadus *de retent.Bull.part.*1.*cap.*3.8.7. *num.*68.quibus adde Solorzanum *de Indiarum iure, tom.*2. *lib.*3.*cap.*27. *num.*34.*& seq.* Quorum sententia nostris temporibus reprobata fuit in causa D. Antonij Nuseo Episcopi Algarensis; Et ideò sacra Cardinalium Congregatio ad id specialiter deputata per sanctissimum D.N.Vrbanum VIII. die 9. Aprilis 1641. & die 1. Octobris eodem anno,declarauit ministros Regios Regni Sardiniæ violasse libertatem Ecclesiasticam,& in censuras incidisse,occupando temporalitates dicti Episcopi, & illum è Regno expellendo. Vnde postea. anno 1642. die 11.Iunij sacra Congregatio Indicis in decreto particulari publicauit,& apposuit inter Authores prohibitos Ioan.Lopez de Babylo ,qui ex principiis,& rationibus adductis,*vbi supra* à Petro Gonzales, & aliis Doctoribus Hispaniæ,conatus est defendere in quadam allegatione Ministros Regni Sardiniæ potuisse expellere è Regno , &occupare temporalitates supradicti Episcopi. Videat modò P.Rabardeus, à fortiori, si poterat, vel debebat docere, Principibus Laicis competere iurisdictionem, & auctoritatem expellendi Episcopos, & Ecclesiasticos è Regnis, in quibusdam delictis.

Hoc in Resol. & §§. non parte.

Hic hoc sit. vsu in Ref. 2. Paulo post hic iam. lib. 10. & Resol. 16. 6. Haec.

RESOL. CCCXXVII.

An Clericus propter crimen læsæ Maiestatis subiiciatur sæculari Magistratui ?

Et an si Clericus feudum à sæculari teneret , possit ratione delicti etiam criminis læsæ Maiestatis personaliter distringi ?

Et quid de Clericis perduellibus ? Ex part. 7. tract.1. Ref. 12.aliàs 10.

In hoc in §.1. Baunio. Num.seq.

AFfirmatiuè respondet Rabard.*sect.*2. *num.*8. *fol.* 42. vbi sic ait : Ludouicus XIII. erga Sanctam Sedem obseruantiam percommodè nuper ostendit, accidit , enim quòd cùm nonnulli Episcopi Franciæ, de machinata contra Regem, & communem Regni tranquillitatem rebellione accusati fuissent ; Rex qui Maiorum suorum exemplo,poterat illos pro crimine læsæ Maiestatis , lege regia in ius vocare, literas à Sanctissimo Dom. N. Vrbano Papa VIII. Postulauit ad alios sapientissimos Episcopos datas,quòd mallet ab his,quàm à Magistratibus, & iudicibus Laicis,sua auctoritate hanc causam examinari,& iudicari. Et *num.*6.*fol.* 34.sic ait. Cùm agitur de crimine læsæ maiestatis Rex decernit quoscumque, nullo excepto cuiuscumque status, qualitatis, conditionis, vel dignitatis existant, qui nouerint alios quidpiam conspirare,machinari,vel attentare contra Regem , Reginas , aut filios Regum; contra statum,& publicam quietem;debere hoc deferre quamprimùm ad Regem, vel Magistratus Regios in principiis, in quibus existunt , alioquin illos vt Principes & primos auctores criminis esse puniendos; quod de vltimo mortis supplicio debet intelligi. Iudex vero Ecclesiasticus non potest hanc pœnam iudicio suo decernere aduersùs Clericos huius criminis auctores vel conscios; Itaque restat hanc causam apud Regios Magistratus diiudicandam. Ita Rabardeus.

2. Sed resolutionem huius quæstionis, aliqui putant pendere ex illa , An Clericus rebellis in suum Principem dicatur committere crimen læsæ Maiestatis.

3. Sed vt verum fatear, difficultas hæc videtur mihi impertinens ad nostrum quæsitum ; nam etiam dato, quòd Clericus dicatur committere crimen læsæ Maiestatis,adhuc tamen dicendum est,non ex hoc subiici iurisdictioni Principis laici , vt per illum ratione talis delicti puniri possit, vt perperam voluit Rabardeus : quia nullus textus in iure Canonico apparet ex quo Principibus laicis tribuatur in hoc crimine,contra Clericos aliqua iurisdictio,sed vt *suprà* satis probatum est & patet ex *cap. cùm non ab homine de iudiciis, & aliis iuribus* , Clericus Principis laici iurisdictioni, & punitioni minimè subiectus est etiam pro quocumque acerbissimo , & enormissimo crimine. Ergo neque in crimine læsæ Maiestatis. Et ita hanc sententiam firmat ex multis Farinacius *quæst.*8 *nu.* 28.*& seq.* Bernardus Iustus *in Defens. libert.Eccles.fol.*30.Martinus Magerus *de Aduocatia armata cap.* 17. *num* 186.& 187. Castaldus *de Imperatore quæst.*101.*num.*10. Solorzanus *de Indiarum iure tom.*2. *lib* 4.*cap.*27.*num.*10.Valenzuela *contra Venetos part.* 4. *à num.* 101. Torreblanca *in Pract. iur. Eccles. lib* 15. *cap.*4 *num.*2. Thomas Michaël *in Conclusionibus Theorico-Practicis,de iurisdict.concl.*95.*littera B.* Stephanus Barberius *in confutationibus contra M. Fulgentium. part.* 4.*num.*65. *&* 66. Maynardus, *de priuileg.Eccles. part.*2.*art.*17.*num.*6. Martha *de iurisd.part.* 4. *Centur.*2. *cas.*133.*per totum* Beltran.de Gueuara *in Propugnaculo immun.Eccl.asser.*1.§.7.*num.*6. & alij penes ipsos,quibus adde Doctores, quos citaui *in p.*1.*tr.*2.*Ref.*19.sed audiat Rabardeus, virum doctum ex sua Societate,& is est P.Bastidia *in Antid.contra Paul. Venet.p.*2. *n.* 58. Nam cùm iste Pseudotheologus argumẽtaretur.[Nel delitto di lesa Maestà, i Principi castigano sempre i Chierici; dunque non sono i Chierici esenti , de iure Diuino] sic respondet Bastidia.[Non penso trisponder à questo argumento con citar à fra Paolo vna moltitudine de Canonisti, che trattando in termini, tal questione, resoluono il contrario ; & con grauissimi fundamenti prouano, che ne anche in tal sorte di delitti possono i Principi castigar i Chierici. Bastarebbe per confonderlo, e prouar la falsita di questa sua vniuersale propositione , ridurre à memoria l'attioni del Rè Fillippo secundo , del quale sappiamo tutti, che dimandò special breue da sua santità per castigar gli Ecclesiastici partecipanti nella ribellione di Portogallo. Et nell'attrione tanto publica in Spagna del Pasticciero di Magistral, che volse fingersi il Re Sebastiano , non permise sua Maestà,che si procedesse contra le persone Ecclesiastiche, che vi tennero mano , da altro Giudice, che Ecclesiastico, eletto per quest'effetto dal Nunzio di sua Santità.Et nella ribellione, che gl'anni addietro si scorse in Catanzaro , non procedette il Giudice secolare contro gl'Ecclesiastici complici della congiura , perche volle sua Maesta Catholica imitar in questo,come fa nell'altre cose lessempio di suo Padre.Onde Fra Paolo presuppone il falso,mentre dice

Quæ hic est Ref. 53. & in Ref. 54. & in tom. 6. tr. 9. Resolut. 74. §. Quemadmodum. & §.Nec etiam. & vide etiam doctrinam præcedentis Ref.

che in questi casi, sempre i Principi hanno proceduto contra gli Ecclesiastici di propria autorità senza aspettar concessione, e facoltà del Papa.] Ita ille. Cui adde ex eadem Societate doctum P. Dicastillo, *de iust. lib. 2. tract. 1. disp. 4. dub. 9. num. 151.* vbi sic ait. Non potest iudicialiter, & auctoritatiuè interrogari, examinari, iudicari, vel puniri Clericus à laica potestate, Magistratu, Prætore, Principe, Rege, &c. quantumuis grauia sint, & enormia delicta, vt hæresis, proditio patriæ, Blasphemia, falsæ monetæ cusio, &c. De his enim examinare, iudicare, & punire, supponit potestatem in reum Clericum, quam sæculares non habent erga exemptum à sua potestate, interim dum manet exemptus. Sic Dicastillus.

4. Nec deseram hic apponere alia exempla, quæ adducit Horatius Capponius *ad Rempublicam Venetam part. 2. cap. 7.* Et quia Codex difficillimè inuenitur, ponam hic per extensum eius verba, quæ, vt spero, Lectoribus gratissima erunt, non autem P. Rabardeo; Sic autem asserit: [Haurete potuto sentire, ò potreté chiarirui dal vostro Colonello Pier Comte, com'egli condusse il Vescouo che è hoggi di Nepi, mandato à Raugia de Clemente VIII. per Commissario contro quella Republica, perche hauea fatto morir vn frate per eccessi enormi, & due Preti, i quali pretendeua Rei di lesa Maestà, & non obstante che detta Republica pretenda essere, e suprema, e più antica, e che per prouar d'hauerne hauuta giurisdittione allegasse anch'essa molte di queste medesime ragioni; con tutto ciò haurete anche potuto sapere, che oltre all'hauer lasciato, che il Cómissario Apostolico disotterrasse i Cadaueri per riconoscergli, & per più d'vn Mese fabricasse il Processo contro di essa, & hauer mandato Ambasciatore à Roma, doue furon lungamente disputate le pretensioni, che diedero in scrittura, finalmẽte si ridusse detta Republica con molta generosità, à mandar nuoui Ambasciatori, à supplicar di assoluttione e l'ottenne, & adempi le penitenze impostegli. Si come ancora haura sentito il vostro Senato, & lo potrete facilmente riscontrar dal vostro Ambasciatore in Corte Cesarea come sẽdoui capitato l'anno passato l'Asciuescouo di Terno in Grecia, & forse per tirar auanti alcuni machinamenti, che quella Maestà pretendeua, che egli contro li stati suoi hauesse orditi in Moscouia, & hauendolo pero fatto imprigionare, e facendone doglienza il Nuncio per parte di N. Signore, finalmente S. Maestà lo consegnò, al detto Nuncio, come suo Giudice, quantunque fusse egli Greco, & scismatico. Et se direte, che detta Maesta l'ha fatto per non contrauenire al solito giuramento Imperiale, vi potrò replicare, e non negherete, che come Rè di Beomia, & d'Vngheria, non hauesse potuto pretender la medesima autorità da Iddio, che pretende la vostra Republica. Ma nó dourà il vostro Senato rimorderssi a pretendere maggior auctorità da Iddio, che non habbia questo si gran Rè Cattolico ne suoi Regni di Spagna? & pur vi haurà dato auuiso quel vostro Ambasciatore, come à gli Ecclesiastici complici in questi presenti si graui eccessi contro la Maestà sua, del Presidente Ramirez di Prato, & del Segretario Frãchezza, sono di già stati dati Giudici Ecclesiastici dallo stesso Cardinale Mellino, come Nuncio Apostolico. Et potrete ancor hauer saputo, ò riscontrar da'medesimi vostri Ambasciatori; come quando quel Calaurese già carcerato in Venezia, & per che si fingeua il Rè di Portogallo, fù dappoi condotto prigione da Italia in Siuiglia, nella cui Diocesi fattosi il Processo, & trouatiui complici alcuni Ecclesiastici Portoghesi, il Cardinale Ginnasio all'hora Nuncio in Spagna, deputò loro per Giudice vn Dottore, e Canonico di Siuiglia, il quale finalmente giudicò, che si douesse dare al braccio secolare; si come quel Canonico d'Euora nobilissimo, ritenuto prigione quà in Castel S. Angelo per la medesima causa, fù rimesso da Papa Clemente al medesimo Nuncio Ginnasio. E il medesimo Cardinal Ginnasio, come Nuncio, e ad instanza del medesimo Rè, castigo altri Religiosi, che haueano trattato contro sua Maestà. Et querelandosi vn Alcalde, che insieme con altri della Corte del Rè, alcuni Monachi dell'Ordine S. Benedetto in Sahagũ hauessero fattomolto grãd'oltraggio, il medesimo Cardinale ad istanza del Consiglio Reale, ne commesse la causa ad vn Canonico d'Auila suo succollettore, la cui sentenza ingiusta, perche anche priuaua il Monasterio di sue giurisdittioni, lo stesso Cardinale nell'instanza dell'appellatione venne à riuocare, & assoluere i Monachi. Et circa dieci anni sono in tẽpo della glor. mem. di Filippo II. Essendosi vn Diego di Spinosa, che era stato Pasticciero figurato, & finto il Rè di Portogallo, & fomentato per tale da vn fra Michele Agostiniano, famoso litterato, & che era stato tre volte Prouinciale di Portogallo, il quale trattò anche di maritarlo con Donn' Anna figliuola di D. Gio d'Austria, della quale egli era Confessore; il Patriarca Gaetano all'hora Nuncio in Spagna, commesse la contro al frate, al Licentiato Vares, ch'è hora Maestro di Scola di Salamanca, dal quale giustificatosi il delitto fù consegnato poi alla Corte secolare, & insieme col Pasticciero appiccato. E potrete pur ancora da vostri Ambasciatori alla Corte di Sauoia hauer saputo; come quel valoroso Principe, hauendo, pochi anni sono, fatto carcerare il passato Vescouo di Vercelli per cagioni, le quali quell'Altezza pretendeua molto graui, non ostante che allegasse d'hauerlo fatto con intentione di consegnarlo, si come auuenne poi, à Papa Clemente, perche ne ordinasse quanto richiedesse la giusticia: Nondimeno restando capace quel Principe d'esser però caduto in Censure; consomma pietà, e magnanimità Christiana, ne dimando, e ottenne l'assoluttione. Et non si sà che Henrico III. per la morte data al Cardinale di Guisa, ben che pretendesse per cagion di lesa Maestà, mandò il Vescouo d'Humans à Papa Sisto, per scusarsi, & domandar l'assoluttione della scomunica incorsa, & ne mandò anche poi procura speciale, & essendosi finalmente i suoi Ambasciatori ridotti à scriuere che per poter ottenerla, & mostrar vera penitenza, bisognaua che S. Maestà liberasse di prigione il Cardinale di Borbone, e l'Arciuescouo di Lione, ò che almeno li consegnasse al Cardinal Morosino Legato Apostolico per douer conoscer la causa loro; Haurete saputo ancora, e ci è quà la relattione mandata à quel Pontifice, fermata da tanti Principi, & altri gran Personaggi, i quali si trouorno presẽti alla morte, che poco doppo seguì di quel Rè, che detta Maestà domandaua perdono al detto Pontefice di quei falli sui.] Hucvsque Capponius Episcopus Carpentoractensis.

5. Manet igitur inconcussum violare Principes immunitatem Ecclesiasticam, si Clericos propter crimen læsæ Maiestatis puniant; Et hanc sententiam præter Doctores citatos tenet ex Scriptoribus Gallis Ioannes de Terra Rubea, *contra rebelles suorum Regum, tract. 3. art. 5. Conclus. 17.* vbi docet, Quod quamuis personæ Ecclesiasticæ committerent crimen læsæ Maiestatis contra Principes, non tamen puniendæ essent per eos. Quòd si aliqui fecerunt, teste Iulio Claro *lib. 5. §. lesa Maiestatis, num. 7.* & Bossio, *tit. de crimin. lesæ Maiestatis, num. 87.* processerunt de facto, & non de iure: Contra quos insurgit nouissimè Farinacius *quæst. 8. num. 31.* Adducere autem,

vt facit P. Rabard. pro firmanda contraria sententia, leges aliquorum Regnorum, per quas procedunt contra Clericos rebelles, hoc est adducere inconueniens. Principes enim laici nihil possunt statuere contra libertatem Ecclesiasticam, & licet, dato, & non concesso, quod immunitas Clericorum non esset à iure Diuino, sed processisset ex eorum priuilegiis, amplius ipsi non potuerunt, nec possunt circa dictam immunitatem aliquid innouare, nec illam moderare, aut restringere, vt supra probatum est. Vnde Cabedo *part. 2. decis. 83. num. 2.* docuit? Quod leges Principum sæcularium in quibus crimen læsæ Maiestatis punitur, non possunt comprehendere, nec ligare Clericos, iuxta notata *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, de constit. & cap. fin. de reb. Eccles. non alien.* Hinc rectè Martha, *de iurisd. part. 4. Centur. 2. cas. 133. num. 28.* sic asserit. Licet in Regno Neapolis sit Constitutio, quæ incipit: De personis, per quam disponitur, quod semper Clericus delinquens in quocunque delicto, debeat agnosci, & iudicari per suum Episcopum, excepto si commiserit crimen proditionis contra Regem, vel aliud magnum crimen; quia tunc debet iudicari per Iudices sæculares ipsius Regis: Tamen illa Constitutio est contra omnia iura; Primò ex defectu iurisdictionis, contra *cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ de constit.* Item contra Authen. *Statuimus, C. de Episc. & Cler.* per quam Auth. Andr. ibi, expressè tenet Constitutionem non valere: Et scribit Bald. *in cap. si Clericus de pace tenenda.* Denique quia conuentum fuit inter Carolum I. & Ecclesiam Romanam in inuestitura Regni, quod Rex nullam habeat iurisdictionem in Clericos, nisi ratione feudi: vt testatur Andreas, in suo Repertorio posito post Constitutiones Regni: *in ver. Clericus si fuerit criminaliter.* Et Afflict. *in d. Constitut. de personis, num. 2. in fin.* Et licèt Clarus, *in d. §. Læsæ Maiestatis, ver. Hinc infertur, in fin.* Et *in §. finali quæst. 36. vers. Quæro nunquid.* dicat, quod in hoc casu Principes sæculares de facto seruant contrarium: Tamen adsunt remedia Ecclesiastica, & Episcopi, nisi fuerint negligentes, potuerunt eis vti, monendo, declarando excommunicatos, & tandem subiiciendo loca interdicto, & possunt etiam feudis priuari, si qua tenent ab Ecclesia, *d. Auth. Statuimus, & cap. Grauem, de sent. excommun.* Et si propter negligentiam Episcopi fuerint per Iudicem laicum puniti, credo, quod Episcopus etiam inciderit in eandem excommunicationem. Ita Martha; vnde prorsus corruit opinio Rabardei. Et caueant Principes illam in praxim deducere, sed in facti contingentia imitentur Christianissimum Regem Ludouicum XIII. Galliæ Regem, qui ad Sedem Apostolicam recursum habuit vt patet *ex Bulla Vrbani VIII. data in Arce Gandulphi die 8. Octobris 1632.*

6. Notandum est etiam hic obiter, omnia supradicta ita esse vera, quod neque Clericus, si feudum à sæculari teneret, posset ratione delicti, etiam criminis læsæ Maiestatis, personaliter distringi, cum Dominus ratione delicti, non habeat in Clericum Vassallum personalem districtionem. Abb. *in d. cap. Verum, num. 17. 23. & 24.* vbi post Io. Andr. dicit hanc opinionem esse veriorem & tutiorem, Et *ibidem* Barbat. *de for. compet.* Bald. *in cap. Delictis, num. 10. de appell.* DD. *in Clem. 1. de Offic. Ordin. & in Clem. Pastoralis, de re iudic.* Ioan. Andr. *in cap. vnic.* vbi etiam Gemin. *de Cler. coniug. in 6.* Nec vbi Clericus Vassallus priuandus venit propter proditionem factam, seu læsam Maiestatem potest Dominus feudi, seu Iudex sæcularis cognoscere directè, neque indirectè, neque in consequentiam, puta ciuiliter de crimine ad priuationem feudi procedendo, sed solum Iudex Ordinarius Ecclesiasticus ipsius Clerici, hoc facere poterit. Innoc. *in cap. non minus, num. 4. de immun. Eccles.* & *in d. cap. Verum.* vbi post eum dicit Abb. *num. 17.* & Hostien. *num. 2.* Soccin. Sen. *in cap. in transmissa, in quæst. 1. & 3. principalis membri de for. comp. & cons. 12. n. 12. & 23. vol. 1.* Hostiens. *in tit. de feud. §. fin.* Roland. *d. consil. 4. num. 35. volum. 1.* Bero. *consil. 82. num. 11. & 12. vol. 1.* Clar. *in §. fin. quæst. 36. num. 23.* Menoch. *de recuperand. poss. remed. 3. num. 422. & 477.* Surd. *consil. 338. num. 23. volum. 3.* Roderic. *quæst. regular. tom. 2. quæst. 62. art. 10.* Azor. *institut. moral. part. 3. lib. 10. cap. 19. quæst. 9. & 10.* Et in euentu quo à sententia per huiusmodi iudicem Ecclesiasticum lata appellaretur, non ad Iudicem Laicum feudalem, sed ad Iudicem Ecclesiasticum Superiorem. Bero. *d. cons. 82. n. 13.* Quæ omnia adnotat Bellettus, *in disquis. Cler. p. 1. tit. 3. §. 1. n. 11.*

7. Igitur ex omnibus supradictis clarè patet, malè P. Rabardeum Principibus laicis iurisdictionem præbuisse in Clericos perduelles: Quòd cum ipso perperam fecerunt Hæretici nostri temporis, vt Hunnus *in Resolut. ad Treutlerum, vol. 2. disput. 32. Thes. 1. quæst. 5.* & Besoldus *in Polit. lib. 1. cap. 2. num. 19. & seq.* antequam Lutheranismum abiurassent: Quibus adde Paurmeisterum *de iurisdict. lib. 2. cap. 9. num. 102.* Scipionem Gentilem *de iurisdict. lib. 2. cap. 14.* Ioachinum Stephanum *de iurisdict. lib. 4. cap. 2.* Theunerum *in Disser. de crimine læsæ Majestatis, Thes. 6.* Paræum *in Commen. ad Epist. d. Pauli ad Romanos cap. 13. dub. 1. & 2.* Harpprechtum, *Commen. ad Instit. Iustin. tom. 4. tit. de publicis iudic. §. 3. n. 38.* Anonymum Iurisconsultum Westphaliæ, *in Dissertat. Iuridico-Politica. de iure Principatus, conclus. 49.* Vintherum *in Dissertat. Politico-Iuridica de Republica, concl. 97.* Bocerum *de crim. læsæ Majestatis cap. 1. num. 16.* Et alios eiusdem farinæ homines; Videat P. Rabard. cum quibus commilitonibus pugnet aduersùs omnes Theologos, Canonistas & Iuristas, & contra Doctores suæ dignissimæ, & doctissimæ Religionis.

Sup. hoc quoad Episcopos infrà in Res. 332. §. 5.

RESOL. CCCXXVIII.

An Clerici in grauissimis delictis, & criminibus priuentur omni priuilegio fori ante aliam sententiam depositionis, vel degradationis iudicis Ecclesiastici?

Et an Clericus incorrigibilis amittat priuilegium fori ante iudicis Ecclesiastici declarationem?

Difficultas tamen est, an Clericus pro enormissimo crimine sit degradandus, & curiæ sæculari tradendus absque eo, quod non sit incorrigibilis?

Et quid de Clerico etiam in Sacris constituto, qui dimissis Tonsura & vestibus Clericalibus, variis & enormibus delictis se immiscuit?

Et an Clericus assassinus non possit à iudice laico puniri, nec subiici eius iurisdictioni, nisi prius constet de qualitate assassinij, & præcesserit sententia declaratoria iudicis Ecclesiastici?

Et in §. nono huius Resolutionis explanatur, quod quando nascitur inter iudicem Ecclesiasticum, & sæcularem dissensio, ad quem ipsorum iurisdictio pertineat: definitio pertinet ad Ecclesiasticum? Ex part. 7. tr. 1. Res. 13. aliàs. 11.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet Rabardeus *sect. 2. num. 5. fol. 27.* vbi sic ait: Hanc sententiam approbat vir doctissimus in iure bene peritus Nicolaus Boërius, *in Decisionibus Burdegalensibus*, vbi ex sensu aliorum Doctorũ, probat Clericos in multis

Sup. hoc in Res. not. seq. per tot. & lege supra doctrinam Res. 109.

& aliarum Resol. & §§. eius annotationum, & ad fulciendam doctrinam huius Res. vide duas præced. Res. & infrà ad medium §. 4. huius Res.

tis casibus priuatos esse priuilegio fori, sicque posse à Magistratibus laicis puniri, quod sæpiùs factum narrat in Curia Parisiensi, & Burdegalensi, & hoc in Episcopis quoque obseruari posse admonet, & probat ex Decreto Pontificio; Quæ fuit etiam sententia Francisci Cursij, in suis Consiliis, & Glossatoris, *in cap. prim. de homicidio in 6.* Nam cùm Innocentius Papa IV. sacri approbatione Concilij Generalis Lugdunensis constituat, vt quicumque Princeps, Prælatus, seu quæuis alia Ecclesiastica persona, sæcularisve, quemuis Christianorum per assassinos occidi fecerit; vel etiam mandauerit (quamquam mors sequuta non fuerit) excommunicationis, & depositionis à dignitate, honore, ordine, officio, & beneficio incurrat sententiam ipso facto. Itaut postquam constiterit, probabilibus argumentis, aliquem scelus commisisse, nullatenus alia excommunicationis, vel depositionis, seu diffidationis aduersùs eum sententia requiratur. Ex hac sententia, & Decreto Pontificio, Panormitanus, Boërius, & alij Doctores quos citant, sapientissimè colligunt, pro hoc, & aliis similibus grauissimis criminibus damnabilibus, & damnosis, vt loquitur Innocentius Papa III. Clericos omnes etiam Episcopos, vel alia quauis dignitate Prælationis insignes, ipso facto priuatos esse priuilegio Clericali, & fori, neque aliam sententiam depositionis, seu degradationis, esse necessariam, præsertim in casu proposito de cæde Christiani hominis, per Assassinos procurata, vt comprehendantur, iudicentur, & damnentur à Magistratibus laicis. Ita Rabardeus. Et *paulò infrà* asserit: Clericos Parricidas, viarum Prædatores, falsarios, & aliis grauibus criminibus infamatos à Iudicibus Laicis, etiam ante præuiam degradationem ab Episcopo factam, vltimo Capitis supplicio, posse damnari.

2. Sed omnia hæc sunt directè contra Sacros Canones, & Ecclesiasticam libertatem. Dico igitur contra Rabardeum, quod Clericus ante degradationem Priuilegium Clericale non amittit. Vt ergò Iudex sæcularis propter quodcumque etiam atrocissimum crimen possit de Clerico cognoscere, necesse est Clericum priùs degradatum esse, vt in specie notant ex Societate Iesv Baunius *in Theolog. mor. part. 2. tr. 6. disput. 7. de Bulla Cœnæ. quæst. 1. cap. 3. num. 19.* Et Dicastillus *de iustit. lib. 2. tract. 1. disp. 4. dub. 9. num. 152.* Quibus adde Valboam de Magrouejo *in Lectionibus Salmat. tom. 2. ad c. 4. de Iudiciis, num. 57.* Farinacium, *quæst. 8. num. 74.* qui citat Scacciam, Decianum, Couarruuiam, & alios. Idem docet Ludouicus Paramus, *in Confutat. Decret. Venet. c. 4. art. 4. num. 17.* Bonacina *tom. 2. disput. 10. q. 2. punct. 1. §. 1. num. 5.* Torreblanca, *in Pract. cap. Iuris Spiritual. lib. 15. cap. 4. num. 11.* Gambacurta, *de immun. lib. 7. cap. 15. num. 2.* Magerus *de Aduocatia armata, cap. 17. num. 181.* Guazzinus, *defens. 39. cap. 1. num. 10.* Et hanc sententiam tenent etiam ipsimet Hæretici; Et ideò Conradus Rittherfusius *in Nouellas Iustiniani, part. 1. cap. 6. num. 76.* sic ait: Semper Censura Ecclesiasticæ degradationis præcedere debet in Clerico, vt possit à sæculari Magistratu debita pœna affici; ratio est, ne si absque degradatione puniretur ipsa quodãmodo Religio violata existimaretur. Ita Rittherfusius, cui adde Thomam Michaëlem *de iurisdict. concluf. 5.* vbi ita asserit. In Clericos Curiæ sæcularis nullo rum prætextu iurisdictio est, nisi ab Ecclesiastico Iudice priùs degradati, & illi traditi fuerint. Ita ille, licèt hæreticus. Nec aliter sine errore manifesto dici potest: nam hoc clarè in multis locis statuerunt Summi Pontifices, vt habetur *in cap. Cum non ab homine, de iudic. cap. Nouimus, de verb. signific. cap. de falsariorum de crim. falsi. & cap. ad abolendam, de Hæreticis.*

3. Hæc tamen regula Generalis limitatur in duobus casibus, in quibus Iudex sæcularis, absque alia solemni degradatione in Criminalibus potest de Clerico cognoscere, quasi verè per Ecclesiasticum Iudicem brachio sæculari traditus sit: Primus casus est in crimine assassinij propter quod iure Pontificio constituturn est Clericum etiam in sacris, absque vlla degradatione posse per iudicem sæcularem puniri; Textus est celebris, *in c. 11. de homicidio, lib. 6.* vbi probatur Clericum Assassinum ipso facto, absque alia sententia depositum esse, & ab Ecclesiastico Priuilegio excluſum; Ad cuius Textus explicationem sciendum est Assassinos dici, qui conducti pretio homines occidunt; vt ibidem explicant Vamquelius, Imola, & Ancharanus, qui communiter constitutionem illam intelligunt in omnibus, qui quemcumque Christianum occidi iubent per homicidas pecunia conductos, etiam si Christiani sint: sequuntur Bartolus *in l. non solum. §. si mandato. num. 14. ff. de iuiuriis.* Et *in l. Cicero ff. de Pœnis.* Baldus, & Salicetus *in l. non ideò minùs. C. de accusationibus.* Angelus *in l. qui sepulchra C. de sepulchro violato.* Hippolitus, *in l. vnic. num. 103. C. de Raptu Virginum,* Quorum sententia consuetudine, & communis & recepta est, vt copiosè notat Mascardus, *de Probationibus, tom. 1. concluf. 137. 138.*

Sup. hoc minime affinij sup. Resol. 65. §. hic infra §.

4. Secundus casus est, in quo Clericus etiam in sacris constitutus, absque alia degradatione puniri poterit per Iudicem sæcularem, videlicet, quando vere incorrigibilis est; Textus est *in cap. Cum non ab homine, de iudiciis,* iuxta communem interpretationem, quam probãt Imola, Cardinalis, & Ioannes Andreas, quorum opinionem vti receptam sequitur Couarruuias in Practicis, *cap. 32. num. 2.* Ad hoc enim, quòd Clericus incorrigibilis censeatur, multa desiderantur, quæ referuntur *in d. cap. Cum non ab homine:* Nam si præcesserit post depositionis sententiam trina monitio, iustissimè Clericus incorrigibilis, & contumax priuilegium fori amittit, etiam degradatione non sequuta. Non definam tamen admotare Castrum Palaum, *tom. 2. tract. 12. disp. vnica, punct. 6. num. 8.* ex Farinacio docere degradationem non esse necessariam in Clerico minori incorrigibili, secus autem in Clerico constituto in sacris: Sed magis difficultas est, an Clericus incorrigibilis, amittat priuilegium fori, ante Iudicis declarationem. Affirmant communiter Doctores, quos citat, & sequitur Petrus de Vries *ad Ritum 235. M. R. V. part. 2. num. 167.* Quibus ego addo Scacciam, *tom. 1. lib. 1. cap. 11. num. 55.* & Farinacium *quæst. 8. num. 51.* sed mihi magis placet opinio Valboæ, de Magrouejo *in lection. Salmat. tom. 2. ad c. 2. de iudiciis, num. 124.* Suarez, *de Cens. disp. 22. sect. 1. num. 9.* Castri Palai, *tom. 2. tr. 12. disput. vnica. Punct. 6. num. 8.* Coninch. *de Sacram. disp. 14. dub. 15. num. 159.* Dicastilli, *de Iust. & iure, lib. 2. tract. 1. disp. 4. dub. 19. num. 354.* & aliorum asserentium necessariam esse declararationẽ Iudicis Ecclesiastici super incorrigibilitate Clerici; Tum quia hæc incorrigibilitas priuat Clericum priuilegio, & sæculari Iudici subdit: sed nullus afficitur pœna, etiam ipso iure lata nisi delictum declaretur. Ergo. Tum etiam, quia hæc incorrigibilitas tribuit iurisdictionẽ, sed qualitas tribuens iurisdictionẽ probanda priùs est. Ergo. Adde quod Iudices Ecclesiastici rarò procedunt cõtra Clericos delinquentes per viam incorrigibilitatis obseruando formam *dicti cap. cum non ab homine.* nec integrè perficiunt eius solemnitates, vt sæculari Iudici pateat aditus procedendi contra illum, absque alia declaratione.

Sup. hoc si prà in R. 162. Iacii. At his, a fine vsque §. pen. & aliis not. dicti §.

Sup. hoc in corrigibilitate sup. Resol. 65. §. Illa ad med. & in alijs n. 1. huius Re.

5. Sed vt satis probatum est, licèt Iudex Laicus non possit punire Clericos, exceptis casibus, de quibus *suprà* ante sententiam degradationis, quicquid asserat

ferat Rabardeus; Difficultas tamen est, an Clericus pro enormissimo crimine sit degradandus, & Curiæ sæculari tradendus, absque eo quòd non sit incorrigibilis. Aliqui Doctores affirmatiuæ sententiæ adhærent, quorum nomina inuenies apud Iulium Chartar. *decis. Crimin. 66. u. 1.* & Farinac. *q. 8. n. 80* Verùm ego puto non esse recedendum à negatiua sententia, quam efficaciter probat Decius *in cap. Cùm non ab homine*; præsupponendo primum dictum dispositionis dicti Canonis loqui in omni crimine, licet attrocissimo; vt illa verba demonstrant, & probatur per pronomen *quibuscumque*, ibi positum, quod ampliat, & extendit generalitatem dispositionis. *l. Qui autem. §. fin. ff. de constit. pec. vers. Quibuscunque verbis, cap. quia plerisque, de Offic. ordinar. lib. 6.* & latè scribunt Decian. *resp. 35. num. 23. vol. 3.* Pronomen *Quibuscumque*, comprehendere omnem significationem verbi cui adiicitur, etiamsi sit impropriissima. Bald. *in l. 1. quæst. 34. ff. de verum diuis.* Decius, *consil. 599. n. 2.* & dicit. Bart. *in leg. Generali. §. Vxori. ff. de vsufruct. leg* Quod verba, Quicunque, & similia operantur, & ampliant significatum verbi; cui adiunguntur, vt etiam extendatur ad latissimum significatum; cuius doctrinam commendat Cardinal. Alex. *in cap. si Romanorum, disp. 19.* & Alexand. atque Aretin. *in l. 1. de legat. 1.* dicunt verba generalia, & vniuersalia recipere restrictionem ab aliis iuribus, aliter sicut generaliter loquuntur, ita generaliter intelligenda sunt. Ex pronomine igitur, quibuscumque, ibi posito, constat comprehendi sub eius dispositione omne delictum, quantumcunque atrocissimum. Deinde text. dicit, deponendum esse à Iudice Ecclesiastico. Deinde subdit, quòd si depositus incorrigibilis fuerit, &c. Quæ verba secundum Dec. referenda sunt ad præcedentia, vt not. *in l. Iulianus. ff. de hæred. instit.* Ergo & ipsa incorrigibilitas consideranda est in quolibet crimine quantumcunque atrocissimo. Hanc Decij inductionem sequutus est Berous *ibid. num. 181.* dicens: Bene sciuisse Pontificem multa esse delictorum genera grauia, & grauissima, vt omnia comprehenderet, vsum fuisse illis verbis vniuersalibus. Altera potest esse illius text. inductio ad hanc opinionem comprobandam; Nam cùm dixerit, si depositus, incorrigibilis fuerit, & in profundum malorum veniens, contempserit: Subdit, ne possit esse plurimorum perditio, per sæcularem comprimendus est potestatem, ita quòd ei deputetur exilium, vel alia legitima pœna inferatur. Dictio, ita quòd, habet vim taxationis. Alex. *in l. legata inutiliter, de legat. 1.* Ruin. *in consil. 1. nu. 12. vol. 4.* Hippolyt. Riminald. *in consil. 482. num. 78.* & regulariter proferri debet ad declarandum, & limitandum. Gabriel. *in consil. 111. n. 24. volum. 1.* & dicuntur addere modum, & speciem rei dispositæ; *l. cùm tale. & l. Titio, in princ.* & *§. Titio, ff. de condit. & demonstrat.* Fassol. *in decis. Rota antiquioribus, causa 11. dub. 31. num. 2.* & sicut exilij pœna non est mors, ita verba illa, vel alia legitima pœna inferatur, debent intelligi circa mortem, & sic similis. Gloss. *in l. si fugitiui C. de seru. fugit.* Decian. *respons. 55. num. 7. vol. 3.* Sed pœna Exilij vel similis à Iudice Laico imponi non debet pro delicto atrocissimo. Ergo concludendum est, illas irrogandas esse solùm ratione incorrigibilitatis; non igitur sola depositio, sed mixta cum incorrigibilitate, sunt causa tradendi Clericum criminosum, iurisdictioni Laicorum. Secundò confirmatur ex text. *in cap. de liguribus 23. quæst. 5.* vbi Romanus Pontifex contra Rebelles Sedis Apostolicæ, & Schismaticos cessante incorrigibilitate, pœnam tantùm excommunicationis imponit; Et tamen, Rebelles Sedis Apostolicæ incurrunt crimen Læsæ Maiestatis, vt est Gloss. Bartol. *in tit. qui sint Rebelles, in verb. rebellando.* Tertiò corroboratur ex text. *in cap. Tuæ de pœn.* vbi Innoc. III. rescripsit, Clericos in Larrociniis, vel aliis magnis sceleribus deprehensos à suis Ordinibus degradandos, & in arctis Monasteriis, ad pœnitentiam peragendam detrudendos fore. Quartò probatur ex text. Quemadhuc à nemine in hanc sententiam expensum legi *in Clem. 1. in princ. de pœn.* vbi Clemens V. aduersus eos, qui ceperint, banniuerint, percusserintve, aut interfecerint Episcopum multas, grauésque pœnas constituit: Nec tamen statuit Clericum huius Sacrilegij reum, esse degradandum, Curiæque sæculari tradendum, quamuis crimen hoc grauissimum iudicetur.

6. Neque huic textui repugnat text. *in cap. si quis Sacerdotem, 11. quæst. 1.* vbi statutum est, quòd si quis Sacerdotum, reliquorumve Clericorum Episcopo suo inobediens fuerit, aut ei parauerit insidias, contumeliámve, aut calumniam, vel conuicia intulerit, & conuinci possit, depositus, Curiæ sæculari tradatur. Quoniam text. ille intelligitur habere locum, quando Clericus est incorrigibilis, ex sententia Glos. *in d. cap. si quis Sacerdotum, in verb. mox. in cap. si qui sunt, in verb. vituperatores. 2. quæst. 7. in cap. Nouimus in verb. tradatur, de verb. signific. & in d. cap. cum non ab homine, de iudic.* Et hanc sententiam docent Doctores, quos citat, & sequitur Chartarius, *dicta Decis. crimin. 66. num. 48.* Fachineus *contr. Iuris lib. 9. cap. 29. per totum.* Martha de iurisd. *part. 4. contr. 2. cas. 130. num. 4.* & sequitur Scaccia *de iudiciis* &c. *lib. 1. c. 11. nu. 60. & seq.* & alij; Quibus adde Tobiam Paumeister auctorem damnatum, & nimis infensum Ecclesiasticæ immunitati *lib. 2. de iurisdict. c. 9. n. 101.* vbi sic ait. Clericus in delictis quamtumuis atrocissimis non potest deponi, ac degradari, nisi sit incorrigibilis. Ita ille. Igitur in delictis atrocissimis Clericorum, & non exceptuatis, de quibus *suprà* dictum est, caueant Episcopi illos degradere, & Curiæ sæculari tradere, sed in casu contingenti consulant summum Pontificem, vt optimè obseruat Episcopus Scalensis *tract. de irregularitate cap. 14.* Farinacius, *quæst. 8. num. 81.* & alij: vide me ipsum *in part. 1. trac. 2.* * *Resol. 129.*

* Quæ hic est supra Resol. 162. §. Sed.

7. Ex his patet non esse admittendam sententiam aliquorum asserentium, quòd Clericus etiam in sacris constitutus, qui dimissis tonsura, & vestibus clericalibus, variis, & enormibus delictis se immiscuit, ipso iure priuilegio clericali etiam fori destitutus est, ita vt absque aliqua degradatione poterit per Iudicē sæcularem puniri, quod procedit quando adeò huiusmodi criminibus deditus est, vt scelerum minister censeatur; adeò vt hoc in casu trina monitio non desideretur, quæ aliàs iure communi necessaria est: Ita Glossa *in cap. ex parte de priuilegiis* Hostiensis. Et Butrius *in cap Perpendimus*, per illum text. *de sententia excommunicationis.* Aufrerius, *in Clementina 1. de Officio Ordinarij, regula 1. fall 19.* & exponendo text. *in cap. fin. de vita, & honestate Clericorum*, vbi Clerici negotiatores amittunt priuilegium Clericale; text. *in cap. 1. de Apostatis.* Quam sententiam in praxi receptā testantur relati à Conarruuia, *vbi suprà & in cap. vnico, lib. 6. de vita, & honestate*, vbi Clerici scurræ omne priuilegium Clericale amittunt, & à iudice sæculari puniendi sunt.

8. Sed non immeritò à multis hæc nimis seuera iudicatur opinio, quod Clericus, ex eo quod dimissis vestibus, & tonsura se multis inuoluat criminibus, absque aliqua monitione priuetur fori priuilegio; Et ita Ancharanus, *in cap. 1. de Apostatis*, scribit illius Canonis decisionem seruandam esse, vt huiusmodi Clericus solum amittat Canonis priuilegium, non fori, iuxta mentem Panormitani, & Cardinalis, *in dict. cap. Perpendimus*; Ita Alex. *consil. 8. lib. 1 num. 2*

Sup. hoc supra in Resol. 109. per tot. & in aliis eius secundæ not.

Socinus

Socinus, *consil.12.lib.1.* Syuester, *in summ verb.Cler.3.* §.9. Neque obstat dict. *cap.vnico, de vita, & honestate Clericorum, lib.6.* nam cùm illa constitutio sit pœnalis ad alios casus non debet extendi, iuxta vulgares Iuris regluas. Et hanc sententiam ego teneo, quam tenet etiam nouissimè ex Societate Iesv Dicastillus, *lib.2. de iustit.tract.1.disp.4.dub.9.num.154.* cui adde Torreblancam, *in pract. iur. stir.lib. 15.cap.4. nu.18. & sequ.* Valboam de Magrouejo *in lect.Salmat.tom.2.ad cap. 9.de iudiciis,n.3.* & alios quos citat & sequitur Chartarius, *decis.crim.58.nu.10.* Et dato, & non concesso, quod contraria opinio esset tenenda, tamen necessarium esset, vt per sententiam Iudicis Ecclesiastici notum esset Clericum enormibus se immiscere, & sine habitu, & tonsura incedere, aut cum habitu, & tonsura incedentem monitum ter esse, ne enormia committat, aliàs Iudex sæcularis iudicare, & punire illum non poterit. Quia qualitas tribuens iurisdictionem prius probanda est *l.2.§. sed si dubitet. & l. si quis aliena, ff.de iud.* Et tradit Abbas. *cap.si Clericus Laicus, de foro comp.* Quæ probatio non à Iudice sæculari (qui nullam ante probationem iurisdictionem habet) sed ab Ecclesiastico, cui Clericus subiicitur, facienda est. Præterea quia absque degradatione (excepto vno vel altero casu) nullus Clericus à Iudice sæculari punitur, sed degradatio fieri non potest, nisi præcedat criminis sufficiens probatio, & declaratoria sententia illius. Ergo antequam Iudex sæcularis iudicet, & puniat Clericum enormia committentem, debet à Iudice Ecclesiastico sic esse declaratum. Et ideò sæcularis Magistratus, si sententiam ferat contra Clericum non expectata Iudicis Ecclesiastici declaratione, contempsisse turbasséque dicitur illius iurisdictionem, quò fit, vt sententiam excommunicationis ratione violatæ iurisdictionis incurrisse iure optimo dici possit, *cap. Quoniam. & cap.fin.de immun.Eccles.l.6.* & ita in specie Collegium Paduanum egregiè respondit *in consil. 1.post.num.11.vers. Adhuc dicendum videtur, & n.seqq.inter consil.crim.divers.in magnis,tom.1.* vbi hac ratione consuluit, non solum Prætorem, qui quendam Clericum iussu Concilij Iudicum Quadraginta Reipublicæ Venetæ, non præcedente declaratione Episcopi, suspendi fecerat, verùm etiam eius Ministros excommunicationis sententiam incurrisse. Videas Chartarium *vbi supr.* & Castrum Palaum, *tom.2.tract. 12.disput.vnica, punct. 6.nu.5.* Igitur ex omnibus supradictis apparet contra P.Rabardeum, Clericos facinorosos in delictis quomodocumque grauissimis, exceptis illis de quibus *superius* dictum est, non posse ante degradationem à Iudicibus laicis puniri.

9. Non desinam tamen hîc etiam adnotare quod licet P.Rabardeo concedamus Clericum Assassinum, non esse degradandum, tamen doctrina eius est nimis trunca, & manca; Nam dicendum est Assassinum non posse à iudice laico puniri, nec subiici eius iurisdictioni, nisi priùs constet de qualitate Assassinij & præcesserit sententia declaratoria Iudicis Ecclesiastici: vnde rectè docuit Cardinalis Albanus, *consil.13.* & Farinacius, *quæst.8.nu.85.* Quod non potest Clericus vti Assassinus à Iudice laico puniri, nisi postquam vti Assassinus fuerit ab Ecclesiastico Iudice bannitus, diffidatus, & condemnatus: Nam qualitas, quæ iurisdictionem defert, ante omnia discuti, & probari debet, tum quia sic decernitur, *in c.si Iudex, de sentent.excommunic.in 6.* Tum quia aliquem exemptum esse, est res spiritualis, res autem spiritualis ad Iudicem Ecclesiasticum spectat: Et tandem quando nascitur inter Iudicem Ecclesiasticum, & sæcularem dissensio, ad quem ipsorum Iurisdictio pertineat, desinitio pertinet ad Ecclesiasticum, ob maiorem ipsius auctoritatem, *cap.si index cit.* Ergo, &c. Et hanc sententiam tenet ex Societate me citato P.Thesaurus *in praxi de pœnis,part.2.verb.Assassinium,cap.1.num.7.* P. Dicastillus *lib.2.de iust.& iure,tract.1.disput.4.dub.20. num.356.* Molina *tom.4.tract. 3.disput.49.* Castrus Palaus *tom.2.tract.12.disput.vnica, punct.6.num. 3.* Idem docet Barberius *in Consut.at. Magistri Fulgentij,part.4. num.52.* Barbosa *de potest.Episcop.part.3.Allegat.110. n.13.* Ioannes Andreas *in cap. 1.* vbi etiam Geminianus *de homicidio in 6.* Alexander *consil.166.n.5.vol.7.* Rolandus à Valle *volum.1.consil.24.num. 62.* Scaccia, *de iudic.lib.1.c.11.n. 70.* & alij, quos citat, & sequitur Bellett. *in disquis.Cler.part.1.tit.3.§.7.nu.6.* & patet ex Bulla Clement. VIII. quæ incipit. *Æqua, & circunspecta,* data Romæ die 18. Decembr. anno 1595. Et licet Clarus, & Capycius apud Martham. *de iurisd. part.4.Cent.2.cas.129.n.17,* asserant contrarium obseruari apud suos, tamen, vt optimè obseruant, idem Martha, Scaccia *de iudiciis lib.1.cap.11.nu.70.* Farinacius, *quæst.8.num.86.* & alij: hæc obseruantia non potuit præiudicium afferre ordini Ecclesiastico, aliter esset contra libertatem Ecclesiæ. Vnde refellendus venit Petrus de Vrries *ad Rit.235.M.R.V.p.2,n.182.*

10. Nec obstat, quòd Iudex laicus procedat contra Clericum assassinum, absque degradatione, qua ratione motus fuit Decian. *in cons.82. volumine.2.* ad probandum hanc declaratoriam Iudicis Ecclesiastici non requiri. Quia vtrumque potest stare, & iudicem laicum procedere contra Clericum Assassinum absq; degradatione, ex iudulto Papæ, ad notata per Gloss, *in cap.laicis,17.quæst.7.* & aCrdin. *in cap.Perpendimus, nu.6.& 7.de sentent.excom.* Quæ degradatio in cæteris delictis atrocioribus per Clericum patratis requiritur, cum, Iudici sæculari puniendus traditur; Atque ipsum Iudicem sæcularem non posse procedere ad executionem dictæ pœnæ, nisi priùs facta declaratione per Ecclesiasticum, aliàs sequeretur, quòd Clericus ex sola imputatione Assassinij amitteret priuilegium Clericatus, quod non reperitur dispositum, & est contra omnes iuris regulas, debet enim plenè de eo constare, vt Assassinij pœnæ exequi possint, vt dixi Et ideò contra Grammaticum, & Capycium, quibus sed immeritò adhæret Farinac. *quæst.8.num.86.* dicendum est cum Marta *vbi suprà num.21.* Guazzino *defen.39.cap..1.num.10.* & aliis penes ipsos, de qualitate Assassinij Clericorum non posse cognoscere Iudicem Laicum, etiam quando delictum Assassinij esset notorium: Dicendum est igitur, absolutè, declarationem assassinij pertinere ad Iudicem Ecclesiasticum; vnde, si sæcularis Iudex præuenisset aliquo modo, posset Iudex Ecclesiasticus, vti remediis Ecclesiasticis, & illum censuris cogere ad desistendum. Et tandem claudam hanc Resolutionem verbis sapientissimi Christophori Besoldi; qui priùs hæreticus, sed postea Catholicus factus, in synopsi Doctrinæ Politicæ editionis Ingolstadiensis, *lib.1.cap.2.num.9.* ait: Clericos à Magistratu Ciuili puniri non posse, nisi degradatos, eique à Clericis traditos. Malè itaque P. Rabardeus docuit Clericos grauibus criminibus infamatos, etiã ante præuiam degradationem ab Episcopo factam posse à iudicibus Laicis supplicio damnari. Quòd non solùm improbant Sacri Canones vt suprà probatum est, sed etiam Iustinianus Imperator *in Nouella 83.* vt optimè obseruat inter alios Bellarminus, *in Respons.ad Epistolam cuiusdam Theolog fol.12.*

Sup. hoc supra in §. 3. huius res. & in Res. 65.

Sup. hoc supra in Res. 251. §. vlt. ad med. & in Res. 207. prope fin.

in Res. 58. §.1. post medium, & in Res. 197. & 298. & in ferius in 8. Resol. §. vlt. post med. à vers. Non est ligatur.

RESOL. CCCXXIX.

An Summi Pontifices potuerint exemptionem Clericorum concedere, inuitis Principibus laicis? Ex part.7. tract.1.Res.14.aliàs 12.

§.1. Negatiuè.

§. 1. NEgatiuè respondet Rabardeus *sect. 2. num. 3. fol. 22.* vbi sic ait. Minùs acutè meo iudicio considerarunt illi Doctores, qui ex his absolutè probant iure Pontificio simpliciter absque permissu, vel consensu Regum, & Summorum Principum sæcularium, hanc libertatem à foro, & iudicio sæcularium Magistratuum Clericis datam, & stabilitam fuisse. Inter quos Dominicus Sotus audet dicere. Quamuis Clerici, neque in suis personis, neque in suis bonis essent iure Diuino liberi, quòd prius probauerat, nihilominus Papam potuisse, inconsultis Principibus, & debuisse illos ab eorum exactionibus, & foro excipere, cui quidem exemptioni Principes contrauenire nequeant. Ita ille.

2. Sed hanc opinionem, prorsus reprobandam esse existimo, tanquam contrariam, & aduersantem auctoritati, & potestati Pontificiæ à Christo Domino D. Petro, & eius successoribus traditæ, & angor, P. Rabardeum illam docuisse, quam non ausi sunt docere, ipsimet scriptores laici, parum fauentes immunitati Ecclesiasticæ, vt Pereira, Salgadus; Ceuallos, Vrries, Gonzalez, & alij. Sed solùm hanc sententiam docuerunt nostris temporibus cum Patre Rabardeo, illa tetra pestis Ecclesiæ Pseudo-Theologus Paulus Seruita, & damnatæ memoriæ Auctor Henningus Arnisæus, *in Comment. Polit. de Exempt. Clericorũ. disp. 3. n. 8.* Dico igitur potuisse summos Pontifices, inuitis Principibus exemptionem Clericis conferre, eiusque obseruantiam Principibus sæcularibus præcipere; & ad consentiendum eos cogere. Probatur primò, ex illis Decretis, quibus obseruantia huius immunitatis sub censuris ipsis etiam Principibus temporalibus præcipitur; vt constat ex *c. vlt. de rebus Eccles. non alienand. & cap. Quamquam de censib. in 6. & ferè toto titulo de immunit. Ecclesiarum, in decretalibus, & sexto* & ex Bulla Cœnæ Domini tot annis, a tot Pontificibus repetita; Nam in ea per varios articulos & latis grauissimis censuris etiam contra Principes, & Reges temporales hanc libertatem Ecclesiasticam defendunt,

5. Probatur Secundò, ex potestate data Petro ad gubernandam Ecclesiam, & ad ligandum, & soluendum in omnibus, quæ ad bonum Religionis Christianæ, & conueniens Ecclesiæ regimen necessariæ fuerint. Nam hæc exemptio per se loquendo, & quasi ex natura rei, est valdè necessaria Religioni Christianæ, vt res Ecclesiasticæ, & Diuinus cultus debita veneratione tractentur: ergo propter hunc finem data est Petro, & Pontifici potestas ad soluendum, seu eximendum Clericos à potestate Ciuili, & ad ligandum ipsam potestatem Ciuilem, vt personis Ecclesiasticis hanc immunitatem custodiat. Consequentia hæc euidens est ex dictis alibi de potestate Pontificis circa Temporalia in ordine ad spiritualem finem, ibi enim ostensum est hanc potestatem esse Diuinam, & supernaturalem, ac subinde per se sufficientem, vt in sua materia efficaciter operari possit non expecto subditorum consensu, etiam si sint, Temporales Principes, sed illos ad consentiendum obligando, & si necessarium fuerit, cogendo, Et quidem negare hanc potestatem Summi Pontificis indirectam in Temporalibus est opinio digna grauissima Censura. Vide me ipsum *in part. 1. tract. 2. resolut. 121.* vbi plures Doctores adduco, quibus nunc adde D. Thomam, *lib. 3. de Regim. Princip. & in 2. 2. quæst. 10.* D. Bonauenturam, *lib. de Hier. Eccles. part. 2. cap. 1.* Alexandrum de Ales, *3. part. quæst. 40. mem. 5. & part. 4. quæst. 10.* Vgonem de Sancto Victore, *lib. 2. de Sacram. part. 2. cap. 4.* Waldensem. *lib. 2. Doctrinæ Fidei, art. 3. cap. 7.* Driedonem *lib. 2. de liber. Christ. c. 2.* Henricum de Gandauo *Quodlibeto 6. quæst. 23.* Caietanum *in Apolog. cap. 13.* Sanderum, *libr. 2. cap. 4.* Cordubam, *lib. 1. quæst. 57.* & omnino videndum Durandum, celebrem Galliæ Doctorem, *in lib. de Origine seditionis, quæst. 3. ad 3. argum.* Itaque omnes Doctores Catholici conueniunt quidem in hoc, quod Summus Pontifex habeat in temporalibus, secundariam, & indirectam potestatem. Antecedens autem, satis declaratum, & probatum relinquitur ex præcedentibus. Nam si hæc exemptio est propriè, & completè de iure Diuino positiuo, vel naturali, clarum est posse, & debere Pontificem cogere Christianos Principes ad illud ius obseruandum. Si verò ad minimum est hæc immunitas valde propinqua iuri naturali, & valde consentanea iuri Diuino, & consentioni omnium gentium, vt omnes Doctores sine dissensione fatentur, & præcipuè ex Societate Iesv Lessius, Molina, Baldellus, Castrus Palaus, & alij supra. Ergo negari non potest, quin hæc exemptio ex natura rei sit ita necessaria Religioni, & Cultui Diuino, vt sine illa conuenienter administrari non possit.

4. Probatur tertiò, Ecclesia per se loquendo, maius vtique, & euidentius ius habet eximendi fideles à Dominio Principis Christiani, quam à dominio Principis Ethnici, sed Ecclesia ius habet certis de causis fideles à dominio Principis etiam Ethnici eximendi. Ergo multò maius ius habet eximendi eosdẽ à dominio, & iurisdictione Principis Christiani, si pares causæ suppetant. Consequentia patet. Prior propositio est euidens. Quia sine dubio cæteris paribus, quisque faciliùs aliquid statuere potest circa personam sibi subiectam, quàm non subiectam, Principes autem Christiani, hoc ipso quod Christiani sunt filij Ecclesiæ, adeoque subditi spirituali potestati Ecclesiæ, cùm Principes infideles eidem subditi non sint, vt patet ex illo S. Pauli, *1. Corinth. 5.* Quid mihi de his, qui foris sunt iudicare? Minor probatur ex S. Thoma *in 2. 2. q. 10. art. 10.* vbi docet; hoc ipso quidem duntaxat, quòd subditi alicuius Principis Ethnici, ad finem conuertantur, non liberari, vel absolui à potestate. & dominio eiusdem Ethnici Principis, attamen Ecclesiam habere ius eiusmodi subditos conuersos ad finem eximendi ab eiusdem Principis potestate. Potest tamen, inquit, iustè per sententiam, vel ordinationem Ecclesiæ, authoritatem Dei habentis; tale ius dominij, vel prælationis tolli, quia Infideles meritò suæ Infidelitatis merentur potestatem amittere suprà fideles, qui transferuntur in filios Dei, Quæ ratio non ita intelligenda est, quasi Ecclesia per modum pœnæ Ethnicis Principibus, qui alioqui in temporalibus Ecclesiæ subiecti non sunt, eiusmodi diminutionem irrogare possit: hoc enim est contra communem, & certam eiusdem S. Thomæ sententiam, *ibidem. art. 8.* traditam, quæ statuit, Infideles, qui fidem numquam susceperunt, non posse solùm ob Infidelitatem ab Ecclesia, Principibúsve Christianis puniri, vel ad fidem vllatenus cogi; sed sensus est, ex ipsa natura rei, Infidelitatem Principis temporalis, non bene cum subiectione eorum subditorum, qui ad fidem conuertuntur; cohærere: ac proinde cùm ratio non sit, cur fides potestati Infidelis Domini cedere debeat, hanc potiùs per Ecclesiam posse, quoad eiusmodi subditos eneruari.

5. Rationes verò, cur potestas infidelis Domini in subditos fideles, non bene cum eorundem subditorum fide cohæreat, iam superius attulerat S. Thomas his verbis: Illi, qui subiiciuntur aliorum iurisdictioni, immutari possunt ab eis, quibus subsunt, vt sequantur eorum imperium, nisi illi, qui subsunt, fuerint magnæ virtutis. Secunda, quia, infideles, inquit S. Doctor, contemnunt fidem, si fidelium defectus cognoscant. Nonne hæ rationes rectè applicatæ, æquè pugnant, quo minus res & personæ Ecclesiasticæ

absque discrimine laicæ potestati sæcularium Principum subiiciantur? Ita planè videtur. Primò enim cederet talis subiecto in periculum Ecclesiasticæ disciplinæ, & in detrimentum Religionis. Facilè enim Principes si quid fortè contra fidem,& bonos mores machinarentur, Ecclesiasticos quoque ipsos in commercium suæ improbitatis adducerent,si iis alioqui de iure subiicerentur. Secundò, si ab oneribus.& temporali iurisdictione exempti non essent, quam facile foret laicis, præsertim si vt sæpè accidit, male erga Clericos essent affecti,qualibet occasione captata,eos ad iudicia,& negotia sæcularia pertrahere, in iisque pro libito agitatos à spiritualium rerum cura & studio auocare,contra mandatum S. Pauli prohibentis, ne quis militans Deo implicet se negotiis sæcularibus. Certè vel ob hanc etiam causam prohibuit Iustinianus,ne Clerici in Ciuilibus essent iudicio sæculari subiecti. Ergo, &c.

5. Et ideò hanc sententiam docent etiam illi qui negant cum Rabardeo exemptionem Clericorum procedere à iure Diuino. Itaque Victoria, *relect.1.de potest. Ecclesiæ.n.* 5. hanc quintam conclusionem statuit:Dato quod personæ Ecclesiasticæ non exemptæ essent iure Diuino, aut Cæsareo, Summus Pontifex potuit eas eximere à potestate Ciuili. Idque *ibidem*, ipse egregiè probat. Nam hoc est conueniens, inquit, imo videtur necessarium ad administrationem rerum spiritualium,quod personæ Ecclesiasticæ sint exemptæ à iudicio Ciuili. Et vt supra dictum est, Respublica Ecclesiastica est perfecta, & sufficiens: Ergo in ea est potestas ad ferendas leges conuenientes administrationi Ecclesiæ: Ergo si exemptio Clericorum est conueniens, potest ferre leges de tali exemptione. Quod autem sit necessaria talis exemptio, patet. Cætera, quæ fusius à Victoria adducta sunt omitto.

7. Idem etiam docet Couarruuias, quem pro sua sententia adduxerat Rabardeus; Vnde Angelus Sermarinus *in consut.2.tractatuum,prospos.5.fol.125.*sic ait: Couarruuias etsi semper Regiæ potestatis fuerit propugnator, in hac tamen re, licèt dicat exemptionem Clericorum non esse de iure Diuino, verumtamen docet, Papam potuisse, ac debuisse eximere personas, & bona Clericorum à Regia potestate,quod probat latissimè per Canones, Leges Ciuiles,& Doctores.

8. Sotum verò iam Rabardeus adducit, quibus adde Innocentium à Rabardeo, in fauorem suæ sententiæ allatum:Nam *in cap.2.de maior.& obedient.* proponens quæstionem,quis exemit Clericos, prius dicit, quod Papa, consentiente Imperatore, postea, quod exempti sint à Deo;& tandem ait,vel dic,quod Papa, etiam sine consensu Imperatoris eos potuit eximere à iurisdictione Imperatoris per suas constitutiones,quia cùm Clerici spirituales sint,& ex toto corpus suum, & animam dederint in seruitium & sortem Christi,per consequens Papæ iudicio & constitutionibus subsunt. Eadem est communis sententia Canonistarum,*in cap.Ecclesia Sanctæ Mariæ,de constit. & in cap.2.de maiorit.& obed.*& idem tenet Aluarus Pelagius, *lib.1.de Planct.Eccles.c.* 44. *in fine* referens, & ad literam sequens sententiam Innocentij. Idem Driedo, *lib. 1.de libert.Christian.cap.*9.

9. Idem etiam docet Lessius *lib.2. cap.* 33. *dub.* 2. Baldellus *in Theolog.mor.tom.1.lib.5.disp.*35. *num.* 10. Molina *de iust.tom.1.tract.2.disput.*31. Valentia,*tom.3. disp.9.quæst.5.punct.*4. Castrus Paulus,*tom.2.tract.*12. *disp.vnica.punct. 1.num.*5.Salas,*de Legibus,disp.*14.*sect.* 11. *num.* 121. omnes ex Societate, quibus adde Bañez *in* 2.2.*q.*67.*art. 1. conclus.* 3. Salonium *ibid.contr.* 1. *conclus.* 5. & hi tenent exemptionem Clericorum non esse de iure Diuino,& tamen contra Rabardeum asserunt,potuisse summos Pontifices illam instituere, inuitis Principibus:Quod etiam docet præter citatos ex Societate P.Dicastillo, *lib.2.de iust.tract.*20. *disp.*4. *dub.6.num.* 110. Bellarminus *contra Barclaium, cap.*34. Henriquez,*lib.7.cap.*24.Azorius, *part.3.lib.5.cap.*19. *quæst.* 2. & nouissimè Eminentissimus amantissimus Dominus meus Cardinalis de Lugo *de iust.& iure tom. 2.disp.*36.*sect.*7.*num.*101.Tannerus *in Apol.de immun. Eccles.lib.1.cap.*19.Suarez *contra Regem Anglia, lib.*3. *cap.*11.*num.*5.*& sequ.* Comitolus *in resp. mor.lib. 1.q.* 93.Idem tenet Valboa de Magrouejo *in lection.* Salmat.*tom.2.ad cap.2.de iudiciis num.*34. *& in c.1.de foro comp.num.*6.Tamburinus,*de iure Abbatum, tom.1.disp.* 15.*quæst.*20.*n.* 7. Beltranus, *de Guenara, in Propugnaculo libert.Eccles.Asser.*1.§.7.*num.*35.Philippus Maynardus,*de Priuil.Eccles.part.2.art* 16.*per totum.* Adolphus Sculkenius *in Apolog.pro Cardin. Bellarmino,c.* 5.*n.*71.Gregorius Seruantius, *in defens.immun. Eccles. propos.*5.*fol.*50.Petrus Gonzalez *de lege Politica lib.*1. *cap.*3,*num.*8. Petrus de Vrties, *ad Ritum* 235. *M.R.V. part.1.præl.2.num.*53. *&* 54.Alphonsus de Leone, *de Offi.& potest.Confessar.Recollect.*11.*num.* 704. Germonius,*de Sacr.immun.lib.3.cap.*15. *n.*37. Nauarr.*in cap. Nouit.de iudiciis notab.*6.Ioannes Pedrezzanus,*in Respons.ad Venetos propos.*4.§. 11. Fagnanus, *de inst. cens. Pauli V.part.1 fol.*11. Germonius,*in Assert. liber. Eccles.c.*4.§.14. Lælius Baglione,*in Apolog.contra Paulū Venetum, propos.* 12. & alij penes ipsos. Vnde miror valdè, quomodo P. Rabardeus potuerit contrariam sententiam tenere, & illis vti verbis,quæ bilem mouent, quod Sotus ausus sit affirmatiuam docere. Et ideò, vt *suprà* notaui, ipsimet Scriptores laici hanc potestatem Summo Pontifici tribuerunt,quod tamen tam audacter negat P.Rabardeus, ex cuius doctrina sequeretur S.Pontifices in ordine ad bonum Ecclesiæ non habere potestatem indirectam in temporalibus. Vnde sententiam P.Rabardei,in puncto refellunt,ex Doctoribus Gallis,Aufrerius *de Offic.ordinar. quæst.*1. *num.*1.*fol.*81.*& n.*4.*fol.*83. & Rebuffus,*in Rubrica de protect.concordat.*§.*Nec obstat*;asserentes,quod etiam si de iure Diuino Clerici non essent exempti, tamen per Papam potuissent eximi, etiam sine consensu Principum.

RESOL. CCCXXX.

Respondetur ad exemplum Salomonis cum Abiathar Sacerdote, quod affert P.Rabardeus. Ex part. 7. tr.1, Res.15.aliàs 13.

§.1. AD suam comprobandam sententiam,nempè quòd exemptio Clericorum non sit de iure Diuino,sed humano,& quòd Principes laici in grauioribus delictis possint punire Clericos, adducit P. Rabard. *l.2.num.7.fol.*36. exemplum Salomonis, & ita asserit.Notissimum est illud Salomonis Regis sapientissimi factum, & iudicium, qui priusquam deprauatum fuisset cor illius in amorem alienigenarum fœminarum, sed in principio regni sui, statim post obitum Dauidis Patris sui,Abiathar Sacerdotē eiusdem Dauidis ab officio,& gradu suo depositum,quasi exulem misit in domum suam in Anathoh,pro conspiratione, viuente Dauide,priùs facta cum Adonia: Et quidem vir mortis es,hoc est morte dignus(inquit Rex)quia partim pro simili, veleodem crimine Ioab Princeps exercitus Dauidis, & ipse Adonias frater, Salomonis occisi fuerunt;sed hodie te non interficiā, quia portasti arcam Domini corā Dauide patre meo & sustinuisti laborem in omnibus, in quibus laborauit

rauit pater meus. Eiecit ergo Salomon Abiathar, vt non esset Sacerdos Domini. Ex qua obiurgatione Salomonis aduersus eundem Abiathar, manifestum fit, Salomonem Regem, qui admirabilem sapientiam à Deo acceperat, verè & rectè censuisse se posse iuste, non solùm exilio, quod præstitit, sed etiam mortis supplicio animaduertere aduersus Abiathar Sacerdotem Domini, & sic delictum eius, quod crimen fuit Maiestati Regiæ contrarium, castigare; illi tamen vitam donauit pro famulatu, & fideli seruitio quondam ab eo Dauidi patri ipsius, in magnis necessitatibus suis, præstito. Vnde constat illis temporibus Sacerdotes etiam maiores, in iis quæ pertinent ad Ciuile regimen, non fuisse liberos à potestate, seu iurisdictione Regum, & Principum Temporalium. Ita Rabardeus.

2. Sed displicet mihi P. Rabardeum hoc factum Salomonis pro sua confirmanda sententia adduxisse: Nam hoc exemplo Clericos subditos esse sæculari Magistratui conatus est demonstrare Hussus hæreticus, *lib. contra occultos Aduersarios*, qui cùm verè docerent etiam veteris Testamenti Sacerdotes, quantumvis sceleratos non fuisse per sæcularem Magistratum punitos, Hussus his verbis respondet: Verè iste Aduersarius assumit vniuersalem negatiuam, ad quam probandam requiritur, vt totum in memoria retineret, & reuolueret Testamentum; sed quia non reuoluit, ideò datur sibi instantia, id est de Mathan Sacerdote, quem propter Idololatriam interfecit Populus, ante Aras Baal 2, *Paralipp.* 23. Item Salomon Rex à Deo constitutus, & sapientissimus deposuit Summum Pontificem à Sacerdotio, & expulit eum, vt pater 3. *Reg.* 2. Hæc Hussus, *& libro de bonis temporalibus auferendis*, sic ait. Rex Salomon Sapientissimus secundum sapientiam à Deo sibi datam, exercuit suam iurisdictionem in Sacerdotem, deponendo eum de Sacerdotio, & imponendo loco sui Sadoch Sacerdotem; hoc autem fuit maius quàm auferre temporalia, si ergo in lege Christi Episcopus similiter contra Regni hæredem excederet, volens aliquem in Regem præficere, cur non haberet Rex, vel hæres, potestatem auferendi temporalia ab ipso taliter delinquente. Ita Hussus.

3. Sed aduersus illum, & P. Rabardeum dicendum est factum hoc Salomonis non probare Principes posse exercere iurisdictionem in Personas Ecclesiasticas. Nam primò respondetur cum Francisco à S. Clara *in Apologia Episcoporum*, *cap. 7. fol.* 313. vbi sic ait: Ad illud factum Salomonis in depositione Abiathar, non aliud fecit, quàm quod Reges nunc practicant, qui iudicant de Possessorio in beneficialibus, praxim etiam huius vidi in Flandria sub Rege Catholico: Occurrebat quidem casus in Anglia sub Alexandro III. circa legitimationem nonnullorum puerorum; cui etiam annexa fuit alia Quæstio de legitima fundorum possessione, &c. Summus Pont. distinguebat inter hos duos casus, finalem decisionem prioris commisit Episcopo Londinensi, & Wigornensi ad alium sit respondit. Nos attendentes quòd ad Regem pertinet, non ad Ecclesiam de talibus possessionibus iudicare, ne videamur iuri Regis Anglorum detrahere, qui ipsarum iudicium ad se asserit pertinere, mandamus quatenus Regi possessionum iudicium relinquentes de causa principali cognoscatis, &c. Sic est in rebus huius qualitatis, fieri debet distinctio, & separatio causarum Ciuilium à Spiritualibus, ius possessionis est quid ciuile, licèt personæ possidentes sint Ecclesiasticæ, primum Principes, & Reges sibi vendicant, secundum ad Ecclesiam pertinet, sic Salomon solùm declarabat quod ius possessionis ad antiquos hæredes alterius familiæ pertinebat, & hoc speciali Dei mandato, nec aliter summouit Abiathar ab officio, & subrogauit illi Sadoch. Hucvsque S. Clara. Sed eius responsio mihi non placet, per ea, quæ ego docui *in part. 5. tr. 1. resol.* 23 vbi ex multis rationibus, & Doctoribus firmani Iudices Laicos non posse iudicare de possessorio in beneficialibus: Ideò.

Quæ hîc est supra Resol. 207. Sed lege etiam aliam Resol. eius primæ not.

4. Respondetur secundò cum Bozzio, *de temporali Ecclesiæ Monarchia lib. 5. cap.* 16. Theologis Religionis Seruorum *Defens. Cens. Pauli V. cap.* 8. *ad* 3. *argum.* Gregorio Seruantio *in Defens. immunit. Propos. 5. fol.* 62. Paulo Donato, *in tract. de modo eligendi Ministros Eccles. cap.* 6. Turrecrem. *in Summa Eccles. lib.* 2. *cap.* 96. Sermarino, *in Confutat.* 2. *tractatuum, Propos. 5. fol.* 122. Comitolo *in tract. Apolog. c. 5. memb. 3. num.* 21. Duardo *in Bullam Cœnæ, lib.* 2. *Can.* 15. *q.* 18. *num.* 31. Gretsero *in Considerationibus contra Theologos Venetos. lib.* 2. *Cons.* 1. Puerono *de Regular. Aristocratia tom.* 2. *cap.* 12. *num.* 55. Maynardo, *de Priuileg. Eccles. part.* 2. *concl.* 2. Bellotto *in Disquis. Cler. part.* 1. *tit.* 3. §. 1. *num.* 30. Bellarmino *lib.* 2. *de Rom. Pont. cap.* 29. & aliis, Salomonem non vt Regem, sed vt Prophetam, & Diuinæ iustitiæ executorem, deposuisse Abiathar Sacerdotem altero substituto: Nam in sacro textu dicitur Salomonem amouisse Abiathar, vt impleretur sermo Domini; sed vt huius responsionis vis percipiatur: animaduerto 1. *Reg. cap.* 2. Deum prædixisse multa mala, quæ euentura erant domui summi Sacerdotis Heli Primum filios eius Ophni, & Phinees eadem die morituros esse; *Hoc autem erit tibi signum, quod venturum est duobus filiis Ophni, & Phinees: In die vno morientur ambo.* Quòd paulò pòst euenit viuente Heli: Etenim Arcam Dei ferentes in bello occisi sunt, ibidem, cap. 4. *Et Arca Dei capta est, duo quoque filij Heli mortui sunt Ophni, & Phinees.* Alterum, plerosque ex eius domo, cùm peruenissent ad virilem ætatem casuros esse; *Et pars magna domus tuæ morietur, cùm ad virilem ætatem venerit*: quòd completum est, cùm Saul occidendos iussit coram se octoginta quinque Sacerdotes, & tunc omnes incolæ Ciuitatis Nobe occisi sunt. ibidem, cap. 22. *Conuersusque Doëg Idumæus irruit in Sacerdotes, & trucidauit in die illa octoginta quinque viros vestitos Ephod lineo. Nobe autem Ciuitatem Sacerdotũ percussit in ore gladij, viros, & mulieres*, &c. Tertium, Domum eius Summo Sacerdotio priuandam; *Præcidam brachium tuum, & brachium domus Patris tui, vt non sit senex in domo tua*, idest Summus Sacerdos. Quòd euenit, cum Abiathar Sacerdotij dignitate à Salomone priuatus fuit: post ipsum enim nullus fuit Sacerdos in domo Heli. Quæ cum ita sint, quis non agnoscit ea, quæ semel, aut iterum Diuina voluntate sic annuente commissa sunt, in legem deducenda non esse? Ergo, &c.

5. Respondetur tertiò, demus, (quòd tamen probari non potest) Salomonem in submouendo Sacerdote, vsum esse potestate regia; quid quæso hinc efficitur contra nos? Nihil sanè, nisi priùs constet, legitimè ea vsum esse. Hoc autem nec in Scripturis sacris diserte exprimitur, nec ex iis euidenter deduci potest. Aliud enim est, factum alicuius recenseri; aliud probari, seu commendari. Legimus quidem in Scriptura, Raziam gladio, & præcipitio se ipsum occidisse. Legimus à Saüle Sacerdotes Domini; ab Abimelech septuaginta fratres; ab Athalia, semen regium; ab aliis alios interfectos esse. At non legimus, hæc omnia iustè, & legitimè contigisse. Idem dico de Salomone, legimus ab eo depositum esse Abiathar Sacerdotem. At non legimus rectè & legitimè id factum esse; Vel ergo probandum est à P. Rabardeo factum esse legitimè, vel nihil concludit. Videat P. Rabardeus ex sua Religione Martinum Becanum

in Manuali contr. lib. 5. cap. 19. num. 39. & seq. neque enim quicquid faciunt Principes, iure faciunt, vt obseruat Acacius *de Priuilegiis, lib. 3. c. 6. num. 19.* Vnde ex omnibus supradictis, refellenda veniunt ea, quæ docet nouissimè Petrus Gonzalez, *de lege Politica, lib. 1. c. 10. n. 54. & seqq.* & Solorzanus *de Indiarum iure tom. 2. lib. 3. c. 27. n. 45. & seq.*

RESOL. CCCXXXI.

Refellitur aliud exemplum Ioas Regis? Ex part. 7. tr. 1. Ref. 16. aliàs 14.

§. 1. AD exemplum Ioas Regis cum Leuitis, quod etiam affert Rabardeus. Respondeo hoc exemplum cum facto Salomonis, de quo diximus adduxisse etiam Pseudo-theologum Paulum Seruitam, qui docens posse Principes Laicos punire Sacerdotes. Sic argumentatur. [Nella vecchia legge i Rè hanno comandato, giudicato, e punito li Sacerdoti, non solo i Rè cattiui, e mediocri, ma i Rè Santissimi, e Piissimi; Dauid, Salomone, Ioas, Ezechia, e Iosia.] Ita ille. Videat P. Rabardeus à quibus viris argumenta pro sua sententia mutuetur. Sed Bouius *in responsa ad dictum Paulum Seruitam, part. 2. argum. 60.* sic ait. [Se come apporta i Rè, così notasse le attioni loro, nelle quali fonda il suo argomento, saprei à che rispondere. Ma Dauid, e Ezechia iò non ritrouo, che habbiano punito, ò giudicato alcun Sacerdote, ondè da' fatto loro possa argomentare simile Potestà ne Principi della nuoua legge. Iosia, nel 4. de' Rè à cap. 23. vccise molti Sacerdoti, ma Sacerdoti de gl' Idoli, & non del verò Dio, & non sò vedere, à che proposito s'induca Iosia, e questo suo fatto, se non fusse forsi (il che non credo) stata tanto grande l'inauertenza di quest'huomo, che dicendo il Testo, *Sacerdotes excelsorum*, hauesse inteso i sopremi Sacerdoti del Tempio di Dio. Salomone depose Abiathar Sacerdote, che haueua cospirato con Adonia. E à questo risponde il Turrecremata, che ciò fece Salomone per speciale riuelazione, e commissione di Dio: & lo accenano le parole del Testo che sono queste: *Eiecit, igitur, Salomon Abiatar, vt non esset Sacerdos Domini, & impleretur sermo Domini, quem locutus est super domum Heli in Silo.* Mà chi potrà tolerare l'ardire di quest' huomo, che ponga Ioas trà gli Rè Santissimi, & Piissimi, & in lui alleghi esempio di giudicio legitimamente esercitato contra i Sacerdoti? Questo Rè e descritto nella Scritura per empio, Idolatra, e crudelissimo Tiranno, il quale fece vccidere Zacharia figlio di Ioiada Sacerdote, per che della sua Idolatria lo riprese; questo fatto fù conosciuto tanto iniquo, che in vendetta di questo fù da suoi proprij serui vcciso nel letto, & priuato della sepoltura Regia.] Ita ille. Cui adde Stephanum Valentinum, *lib. de potestate Romani Pontificis, c. 11.*

2. Sed factum Ioas Regis nihil contra nos obstat; & illud defendit Dominicus Pueronus, *de Regular. Aristocr. tom. 2. c. 12. num. 57.* vbi sic ait: Factum Ioas Regis perperam est oppositum nobis: etenim cùm res esset de negligentia Leuitarum circa præceptum Mosis, pius Rex Pontificem monuit, vt quod suum erat ipse illos cogeret ad implendum debitum; sic namque legitur: *Vocauitque Rex Ioiadam Principem, & dixit ei. Quare tibi non fuit cura, vt cogeres Leuitas* (non ergo Regis erat coactiua in ipsos potestas) *inferre de Iuda, & de Ierusalem pecuniam, quæ constituta est à Moyse seruo Domini:* (neque enim Rex ipse sui executionem curabat præcepti) *vt inferret eam omnis multitudo filiorum Israël in Tabernaculum testimonij? 2. Paral. 24.* Quis prohibeat, imò quis non commendet laicos Dominos, quibus curæ sit sacræ rei progressus, & qui satagant hanc promouere? Sed aliud est, vt *cap. præcedenti* attigimus, sacrorum sibi assumere Præsulatum: aliud supina incuria eadem prorsus negligere, & nolle incumbere, vt Diuinus cultus in Republica per deputatos viros diligenter seruetur. Ioas in negotio illo pecuniarum propria authoritate solus nihil disposuit, comite vsus est semper Summo Pontifice Ioiada; vt refertur eodem Paralip. *Et congregata est infinita pecunia, quam dederunt Rex, & Ioiada his qui præerant operibus domus Domini.* Et rursus. *Cumque complessent omnia opera detulerunt coram Rege, & Ioiada reliquam partem pecuniæ.* Imò 3. *Reg. 12.* Solus Ioiada (dicitur) gazophylacium vnum talis, &c. Ecce quomodo Rex Pontifici dumtaxat institerit, & desiderit, vt recolligeretur pecunia, in templi reparationem insumenda. Ita Pueronus. Vnde idemmet Rabardeus fatetur *fol. 33.* Ioas Regem approbante Ioiada Pontifice rapinam sacrilegam Leuitarum repressisse; si ergo cum approbatione Pontificis hoc fecit nullam in eos iure regio iurisdictionem exercuit; ad quid ergo P. Rabardeus hoc exemplum adducit?

3. Adde quod etiamsi concederemus in lege veteri Reges in Sacerdotem iurisdictionem exercuisse, non sequeretur, vt rectè obseruat Duuallius *tract. de Summo Pontif. part. 3. quæst. 1.* Nostros Sacerdotes subiectos esse Principibus. Nam maxima est differentia inter Sacerdotes antiquæ legis, & nouæ legis: sacerdotium enim veteris legis erat carnale, & succedebat, & continuabatur per carnalem propagationem, quamuis esset ordinatum ad Diuinum cultum, & figuram spiritualis sacerdotij noui Testamenti, ideò ex illa parte in qua carnale erat, & terrenum, poterat esse subiectum regali potestati & in veteri testamento summa potestas erat terrena; & terrena erat promissio, sed in nouo Testamento est spirituale Sacerdotium, & promissio spiritualium; vnde merito Sacerdotes nouæ legis non sunt Regibus suppositi, vt firmat Card. Turrecrem. *in summa de Ecclesia, lib. 2. c. 96. vera. vsque ad quartam, de Sacerdotio.* Aluar. *de planctu Ecclesiæ lib. 1. cap. 59. vers. ad id, quod obiicitur quartò;* & alij: Ergo, &c.

RESOL. CCCXXXII.

Reiicitur argumentum P. Rabardei desumptum ex authoritate Boërij, & Curtij, & ex cap. 1. de Homicidio in 6.

Et decidituur, quod neque Clerici, neque Episcopi in grauissimis criminibus priuantur priuilegio fori?

Imo, quod neque propter crimen perduellionis, neque propter hæresim Episcopus possit ab Inquisitoribus citari, vel puniri, sed hæc causa Papæ reseruatur? Ex p. 7. tract. 1. Ref. 17. aliàs 15.

§. 1. RESTAT etiam respondere ad argumentum Patris Rabardei deductum ex auctoritate Boërij, & Curtij, quos pro se adducit; Et respondeo ipsum debuisse potiùs adhærere communi sententiæ Theologorum, & Iurisconsultorum; quàm Boërio, & Curtio, quos clarè patet nimis infensos fuisse in suis operibus Ecclesiasticæ libertati, & immunitati; Vnde grani correctione, & censura digni sunt: Et ideo non deseram hîc apponere pro curiosis verba Ioannis Antonij Saura *in voto Platonis de examine Propositionum, cap. 9.* vbi sic ait: Grauiter coërceri debet licentia opinantium in his materiis, quando receptas Ecclesiæ consuetudines, aut leges torquent & inuertunt cum

damno

damno libertatis, & potestatis Ecclesiasticæ callidis, & subtilibus rationibus illam infringentes. Propterea index Concilij Tridentini prohibuit Guilielmi Okami Dialogos, & opus nonaginta dierum, & Antonium de Rosellis, ex quorum latibulis, veluti ex equo Troiano, prodiere quæcumque subtiliter excogitata sunt ad illudendum, & eludendum immunitates, & iurisdictiones Ecclesiæ. Ne hoc armarium contra exemptiones Ecclesiasticas, è fidelium manibus elaberetur, iterum excusæ sunt illæ Okami doctrinæ sub alio nomine, & titulo, idest: *Somnij Viridarij auctore Achilino Philoteo.* Aliàs: *Viridarij Somnium de potestate Papæ, & Principium secularium.* Aliàs: *Dialogus inter Clericum & militem.* Supplantauit, & præcipitauit opus hoc plures Iurisconsultos. Nam ex eo multa expresse desumpsere, Stephanus Aufrerius, Nicolaus Boërius, Ioannes Neuizanus, Benedictus Curtius, Franciscus Duarenus, Iacobus Cuiacius, Petrus Faber, Petrus Pitheus, Franciscus Hothomanus Guilielmus Ranchinus, & innumeri. Alij suppresso nomine, & opere, eius clausulas, opinionesque suis voluminibus inseruerunt, vt Socinus *consil.* 164. & *consil.* 120. Fulgosius *consil.* 61. Franciscus de Curte, *cons.* 73. Aymo Crauetta, *cons.* 241. *num.* 20. Hucvsque Saura. Non debebat igitur P. Rabardeus ex turbidis Boërij, & Curtij lacunis aquas haurire, sed ex puris fontibus Sacrorum Canonum, & Doctorum, ac piorum Theologorum, Iurisconsultorum, præsertim suæ Religionis.

2. Ad textum verò *cap. 1. de homicidio, in 6.* quem pro sua firmanda sententia profert P. Rabard. *fol.* 27. Respondeo, quod loquitur tantum de crimine Assasinij. Ergo male ab ipso extenditur ad alia crimina, licet grauissima, vt sine præuia degradatione Iudicis Ecclesiastici, possint à Iudice Laico puniri; Lex enim pœnalis & correctoria loquens in vno casu, non est extendenda ad simile, etiam si subsit eadem ratio, vt ex multis probat Barbosa *Axiomate* 197. *num.* 6. & in materia odiosa, vtpote contra libertatem Ecclesiasticam non est facienda extensio, vt optimè obseruat Bonacina, *tom.* 2. *disput.* 10. *quæst.* 2. *punct.* 1. § 4. *nu.* 5. Et licet aliqui Doctores penes Farinacium, *quæst.* 8. *n.* 81. senserint in grauissimis delictis Clericos nulla expectata incorrigibilitate Curiæ sæculari tradendos esse, attamen non asserunt, vt perperam vult P. Rabardeus ipso facto esse priuatos priuilegio Clericali, neque necessariam non esse præuiam degradationem: & ideo eorum opinio si esset admittenda, procederet præuia Iudicis Ecclesiastici degradatione, imo prius obtenta Summi Pontificis licentia, vt optimè obseruat Farinacius, *loco citato*, & ex multis exemplis latè probat Felicianus Episcopus Scalensis, *tract. de depos. & degradat. cap.* 14. *per tot.* vbi testatur Parisiis anno 1530. cum consensu Clem. VII. pro homicidio qualificato fuisse prius degradatum quendam Sacerdotem ab Episcopo Ciuitatis Domino Francisco Poncher, & postea Curiæ sæculari traditum; Ergo contra P. Rabardeum inconcussa firmanda est conclusio, in delictis grauissimis Clericos ipso facto non amittere priuilegium fori, nec posse puniri à Iudice Laico absque præuia degradatione Iudicis Ecclesiastici obtenta prius licentia à Sede Apostolica, vt Florentiæ in casu Clerici banniti factum fuit, teste Caballo *cas.* 60. *n.* 23. Hispali in casu N. N. qui suum Prouincialem occiderunt, teste Bernardo Diaz, *in pract. crimin.* c. 97. Imò Papiæ. *in casu Clerici Assassini*, teste Antonino Materanensi, *variar. lib.* 3. *resol.* 2.

Sup. hoc le. ge penali, & eius exactione, la. sione in tom. 6. tr. 1. Bon. & in multis alijs tom.

4. Et tandem ex omnibus supradictis à fortiori apparet quàm acriter contra P. Rabardeum sit insurgendum asserentem *in fol.* 27. non solum Clericos, sed etiam Episcopos in grauissimis criminibus ipso facto esse priuatos priuilegio Clericali, & fori, absque præuia depositione, vel degradatione.

4. Sed hæc opinio est contra leges Imperatorum, vt patet *in leg. vlt. Cod. Theodos. de Episc. iudic.* & habetur *in cap. Continua* 11. *quæst.* 1. Est contra sacros Canones. vt patet *in cap. si quis Episcop. criminaliter* 6. *quæst.* 4. *cap. Accusatus, cap. Quamuis*, & *cap. Multum stupeo* 3. *quæst.* 6. *c.* 1. *de translat. Episcop. cap. vt debitus, de appellat.* & *c. Maiores de Baptis.* Et tandem est contra decreta Conciliorum, vt patet ex Concilio Venetico in Gallia celebrato, *cap.* 9. In Concilio Trident. *sess.* 24. *cap.* 5. *de reformat.* determinatur omnes causas Criminales grauiores contra Episcopos à solo Papa cognoscendas, & terminandas esse.

5. Hoc supposito respondeat mihi P. Rabardeus, quænam crimina grauissima damnabilia, & damnosa, vt ipse loquitur, magis esse possunt, quam crimina læsæ Maiestatis humanæ, & diuinæ? Et tamen Episcopus propter crimen perduellionis, non solum condemnari, sed minimè citari potest ad personaliter comparendum per quoscunque Iudices Ordinarios, aut Delegatos, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, nisi de expressa ac speciali commissione Papæ signata, vt habetur in Const. 10. Pij IV. apposita *in* t. 2. *Bull.* quæ incipit. *In suprema militantis Eccles.* de anno 1560. Et notat optimè Gonzalez *in Regul.* 8. *Cancellar. Gloss.* 41. *nu.* 5. & post illum Erasmus à Cochier *de iurisd. Ordin. in exemptos, part.* 1. *quæst.* 41. Imo nec propter hæresim Episcopus potest ab Inquisitoribus citari, vel puniri, sed etiam hæc causa Papæ reseruatur, vt statuit Pius IV. *in dict. Bull.* & Trident. *vbi supra*, & docet Molina, *de iustit. tract.* 5. *disput.* 28. *num.* 19. Acugna *tract. de Confess. sollicit. quæst.* 12. *n.* 6. *& sequ.* Sanchez de Matrim. *lib.* 8. *disput.* 2. *num.* 11. Farinacius *de Hæresi quæst.* 186. *num.* 113. Pegna *in Direct. part.* 3. *com.* 76. Simancha *de Cathol. institt. cap.* 25. *num.* 7. & alij.

Super hoc quoad Clericos sup. in Res. 327. §. vlt.

6. Quæ omnia ita vera sunt, vt hodie, neque Concilium Prouinciale possit formare processum in causis criminalibus atrocioribus contra Episcopum ad effectum transmittendi illum ad S. Pontificem, vt refert Riccius, *in Praxi part.* 4. *Resol.* 491. & *in Decis. Cur. Archiep. Neapol. part.* 4. *decis.* 142. Videat modo ex his P. Rabardeus quo pacto potuerit asserere Iudices laicos posse Episcopos punire in grauioribus delictis, etiam ante præuiam degradationem.

Sup. hoc in tom. 5. tr. 10. Res. 11. & ibi in tract. 1. Res. 95.

7. Confirmantur supradicta ex priuilegio fori, Episcopis magis quàm aliis Clericis, imo & Sacerdotibus competente, quia in Episcopis considerari potest potestas Ordinis, in qua Apostolis æquales sunt, & Superiores Sacerdotibus; Et ideo ex hoc Titulo aliqua maior ratio in ordine ad Priuilegium fori in ipsis consideratur, quàm in aliis Clericis, & Sacerdotibus, nempe ex munere pastorali.

8. Dicendum est igitur post Apostolos habuisse Episcopos à Christo Domino priuilegium fori sæcularis; & rectè quidem, Nam cùm Episcopi sint Patres Principum sæcularium, & simpliciter illis superiores, indignum quidem erat, & indecens ab eis iudicari, & puniri. Et hæc omnia docet Valboa de Magrouejo *in lectionib. Salmaticens. tom.* 2. *ad cap.* 1. *de iudiciis*, & Suarez, *contra Regem Angliæ, lib.* 4. *c.* 10. *num.* 6.

9. Consideret modo ex his P. Rabardeus, si Episcopi ex quocumque grauissimo crimine sint iudicio, & punitioni Laicorum subiiciendi; Quod non solum de Episcopis, sed etiam de Clericis, vt suprà probatum est negandum esse puto, hi enim in quibuscumque grauissimis criminibus sunt à Iudice sæculari exempti. Nam crimen Assassinij, *in cap. de homicidio in* 6. est exemptum à Pontifice in particulari, vt no-

tant communiter Doctores ; vnde non includitur in Regula generali, prohibente Iudicibus laicis punire, & iudicare clericos in quibuscumque enormissimis criminibus. Ergo malè P. Rabardeus iurisdictionem quam Pontifex concedit Iudicibus laicis, specialiter in Clericos committentes crimen Assassinij ipse extendit ad alia crimina licèt grauissima, hoc enim sine manifesto errore dici non potest; & aduersus Patrem Rabardeum alium Doctorem non adducam, nisi Stephanum Baunium scriptorem Gallum, & ex Societate *in Thèol. mor. part. 2. disput. 3. tract. 6. de Bulla Cœn. quæst. 1. cap. 3. num. 19.* vbi potestatem adimit Magistratibus laicis iudicandi clericos, nisi in crimine Assassinij specialiter eis concessi.

RESOL. CCCXXXIII.

Impugnatur argumentum P. Rabardei ex casibus priuilegiatis Gallia.

An dicta priuilegia Pontificia Regibus Galliæ, Hispaniæ, vel aliis Principibus concessa, iudicandi Clericos in aliquibus delictis, sint modo per Bullam Cœnæ reuocata; Ex p. 7. tr. 1. Res. 18. aliàs 16.

Sup. hoc supra in Res. 7. in princ.

§. 1. ALiud argumentum affert. P. Rabard. *fol. 29.* pro sua firmanda sententia, desumptum ex vsu Regni Galliæ, in quo Magistratus sæculares iudicant Clericos in quibusdam delictis. Respondeo, quòd licèt talis vsus acriter improbetur ex Italis à Felino, *in cap. 2. num. 1. de Maior. & Obedien.* Martha *part. 4. Cas. 134. num. 4.* Belletto *in Disquis. Clerical. part. 1. tit. 2. §. 3. num. 1.* Surdo, *Cons. 301. num. 54.* Deciano, *lib. 4. cap. 9. num. 10.* ex Hispanis Torreblanca *in Practicab. Spir. lib. 15. cap. 4. num. 4.* ex Germanis ab Andrea Magero *de Aduocat. armata cap. 17. num. 189.* Et ex ipsismet Gallis à Guidone Papa, *quæst. 77. nu. 3.* & à Petro Iacobo, *in tit. de condit. ex lege Iustis, de Action. §. Quadruplici, col. 2. vers. hodie in multis.* Licèt inquam talis vsus iudicandi clericos in Gallia improbetur à supradictis Doctoribus, tamen iustificant, & licitum esse, asserunt aliqui, ex Priuilegio Pontificio: Ergo ex hoc apparet, Clericos esse de iure Diuino exemptos à potestate sæculari, & gaudere Priuilegio fori etiam in delictis grauissimis, contra Rabardeum; Vnde non grauabor hic apponere verba Ferdinandi de Bastidia Societatis Iesv *in Antidoto ad Considerationes Pauli Veniti, part. 2. num. 64.* cùm enim Paulus Seruita, sic argumentaretur. [In Francia si distinguono i delitti communi, è priuilegiati, e quei soli, si rimettono à gli Ecclesiastici, e questi sono giudicati da secolari, dunque i Chierici non sono esenti per ius Diuino.] Ad hoc argumentum, sic respondet Bastidia Societatis Theologus. [Il contrario mi pare, che secondo la legge di buona Logica douena fra Paolo inferire: per che, se de delitti, che in Francia chiamano priuilegiati, tocca à Giudici secolari il giudicare, è segno, che ciò fanno per Priuilegio, che però sono chiamati priuilegiati. E se i Giudici secolari giudicano questi delitti per Priuilegio, và per terra l'argomento di fra Paolo, perche l'esser à secolari necessario il Priuilegio per iudicare i delitti de gli Ecclesiastici, euidentemente mostra, che questi non sono sogetti à secolari per ius Diuino. Non sò se si possa replicare à questa ragione, poi che sarebbe un sproposito grande, dire, che questi delitti, si chiamano ptiuilegiati, per che il Priuilegio dato da Principi à gli Ecclesiastici non si stende ad essi: essendo che per questa causa dourebbono più tosto chiamarsi delitti non priuilegiati, già che si procede en essi contra i Chierici, come se non hauessero Priuilegio alcuno. Questo tutto si fonda nel nome di delitto priuilegiato, ma'la realtà è, che il Rè Christianissimo hà molti Priuilegi dalla Sede Apostolica: en el concordato, che chiamano in Francia, sono molte cose, dalle quali non può fra Paolo argomentare, mentre non mostrarà vn simile accordo.] Ita ille; Cui adde Fagnanum *de iustitia Censurarum Pauli V. part. 4. fol. 105.* Torrium *in Apologia ad Gallo francum, fol. 46.* Thomam Vallasçum *in Allegat. tom. 1. Allegat. 15. nu. 7.* Stephanum Barberium, *in confutatione contra Fulgentium Seruitam, part. 4. n. 64.* & Io. Antonium Bouium *in Responsione contra Paulum Seruitam, part. 4. ad argument. 10.* Qui citat Clarum, Ripam, Salzedum, & alios; Quibus etiam addendi sunt ex Societate Iesv Tannerus, *in defens. Eccles. liber. lib. 2. cap. 18.* Suarez *contra Regem Angliæ, lib. 4. cap. 34. num. 26.* & Bellarminus, *tract. de potest. Pontificis, cap. 35.* vbi sic ait: Addebat Barclaius, esse quædam delicta grauia, quæ priuilegiata dicuntur in Gallia, Summis Principibus reseruata. Sed hoc argumentum in ipsum Auctorem retorqueri potest: Illa enim non dicuntur priuilegiata, quia Princeps ipse sibi reseruauerit, quando Priuilegium exemptionis Clericis concessit, vt Barclaius existimat: Sed dicuntur priuilegiata, quia Priuilegio Sedis Apostolicæ indultum est Regibus Francorum, vt ea delicta cognoscere possint, Ita Bellarminus; & ex Doctoribus Gallis Andreas Duuallius *de Romano Pontifice, part. 3. quæst. 3.* Vnde corruunt ea, quæ docuit hæreticus Arnisæus, *de exempt. Cleric. c. 3. num. 12.*

2. Sed an dicta Priuilegia Pontificia Regibus Galliæ, Hispaniæ, vel aliis Principibus concessa iudicandi Clericos in aliquibus delictis, sint modò per Bullam Cœnæ reuocata; Affirmat Belletus, *in disquisit. Cler. part. 1. tit. 3. §. 3. num. 1.* cui etiam adde Petrum Binsfeldium *in Commet. de Iniuriis, & damno dato, cap. 7. concl. 13.* Vasquez *in Apologia Manuscripta pro immun. Eccles. disput. 1. cap. 2.* Io. Antonium Saura *in voto Platonis de Primis Instantiis, fol. 48. §. 1.* & alios quos ego adduxi, *in p. 1. tract. 2. vers. 6.*

Sup. hoc supra in Res. 6. & in Res. 7. §. 1. & in Res. 8. §. 11. & in Res. lut. 9. §. 11. & in Res. 12. & 13. in doctrina §. 1. à medio, & in Res. 43. & in §. Et idem prop. finem. Vers. Vide lib. 2. & in Res. 345. §. 7. & seq.

3. Verùm vsum talium Priuilegiorum Regi-Galliæ, non audet damnare Nauarrus cum Bellarmino, & Suarez *locis citatis*, & non esse reuocata necessariò supponunt Bastidia, Fagnanus, Bouius, Torrius, & Valascus, & Barberius *locis citatis*, Quibus adde Thomam del Bene qui *in tr. de Parlam.* cum Doctoribus à me citatis *in dicta re fol. 6.* me tamen non citato vt sui moris est hanc sententiam tenet. Vide etiam Bannez, *in 2. 2. quæst. 61. art. 1. dub. 2. concl. 6.* Azorium, *part. 1. lib. 5. cap. 14. quæst. 4.* Castrum Palaum *tom. 2. tract. 12. disputat. unica. punct. 9. num. 14.* Io. de la Cruz. *in direct. conscient. part. 1. præcep. 8. quæst. 3. art. 1. concl. 3.* Pesantium *tract. de immun. Eccles. disp. 3.* Vannerum, *in defens. libert. Eccles. lib. 2. cap. 18.* Et magis clarè Malderum. *in part. 2. D. Thomæ, quæst. 9. artic. 4. fol. 407.* & Filliucium *tom. 1. tract. 16. cap. 11. num. 258.* Stephanum Baunium *in Theolog. Mor. part. 1. tract. 12. quæst. 31. circa finem*, & Petrum de Marca *de lib. Eccles. Gallicana, tom. 1. libr. 3. cap. 10.* Sed nouissimè idem Baunius *in part. 2. tract. 6. disp. 7. de Bullæ Cœnæ, quæst. 1. cap. 2. num. 14.* Magis cautè de his Priuilegiis loquitur, & an sint reuocata, Sapientioribus definiendũ relinquit. Et vt verum fatear, me torquent verba apposita in Bulla Cœnæ, adeò sunt generalia; Sed nolo iudicium meum proferre; pro nunc tantùm asserо, vtramque sententiam habere pro se defensores, vt notauit etiam Baldellus *lib. 5. disp. 40. num. 11.* Vnde eius resolutionem sanctæ Sedi remitto, vt fecit Bellarminus & Suarez.

4. Dicendum est igitur contra Rabardeum, ex omnibus supradictis Clericos esse exemptos à iurisdi-

ctione

ctione Principum in omnibus delictis, etiam atrocioribus, nisi priuilegium Principes habeant à Summis Pontificibus, reuera concessum, & non reuocatum, iudicandi aliqua Clericorum delicta; & licèt in Sacris Canonibus cum certis circunstantiis inueniantur aliqua delicta exceptuata, in quibus Clerici amittunt Priuilegium, fori, nō rectè ex hoc infert Rabardeus, Principes habere iurisdictionem in Clericos, quoad aliqua delicta; Nam vt rectè obseruat Scot. *in 4. distinct. 13. qu. 2.* Bastidia *in Antid. contra Paulum Venetum, part. 2. num. 66.* Gregorius Seruantius *in defens. immunit. Eccles. propos. 1. fol. 22.* & alij: In dictis casibus Iudices Ecclesiastici sunt illi, qui exercent iurisdictionem in Clericos & sententiam ferunt: Iudices verò Laici sunt tantum executores pœnæ: Ergo, &c. Et dato quòd in dictis casibus Laici Clericos iudicarent, hoc efficiunt ex potestate Pontificis eis concessa, & tanquam Iudices Delegati; vt docet Gretserus *contra Theologos Venetos lib. 2. consid. 13.* Thomas Vallascus *in Allegat. var. tom. 1. Alleg. 15. num. 29.* Decianus, *tom. 1. lib. 4. c. 9. n. 66.* Stephanus Barberius *in confutat. contra M. Fulgentium, part. 4. n. 71. & 72.* Theologi Religionis Seruitarum, *contra Paulum Venetum, cap. 8.* Ergo.

5. Malè igitur ex his omnibus apparet Rabardeum *in citata sect. 2. num. 4.* aliquas distinctiones adduxisse inter delicta Clericorum, & aliqua posse à Iudicibus Laicis iudicari, alia non; Nam vt suprà obseruatum est Clerici in omnibus delictis gaudent Priuilegio Pontificio eis concesso. Fatemur quidem Iustinianum *Nouella* 83. cum Rabardeo, quoad delicta Clericorum distinctione vsum esse: nam quando crimina Ecclesiastica sunt, vt error in fide, sacrilegia & similia: Tunc, ait, Clericum non posse nisi ad forum Ecclesiasticum deferri; Quando verò crimina Ciuilia sunt, de his statuit iudicium, etiam in personis Clericorum ad sæculares Iudices pertinere; id tamen procedere denotat, si prius ab Episcopo Sacerdotali Dignitate spoliatus sit, & *ibid.* supponit Glossa sententiam condemnatoriam Episcopi præcedere debere; fatetur tamen absolutoriam sententiam à Iudice sæculari proferri posse. Postea verò idem Iustinianus *in auth. de Sanctissimis Episcopis, cap. 21.* hoc limitauit, fecitque hæc crimina Clericorum mixti fori, vt locus esset præuentioni, & antea statutum fuerat ab Imperatore Valente, *in l. 23. de Episcopis, & Clericis in Codice Theodosiano.*

6. Sed hæ omnes leges, non solùm reuocatæ sunt per Constitutionem Friderici, vt *in dict. Authentica statuimus*, aduertit Glossa, sed etiam per alia multa Decreta Canonica, imò principio fuerunt inualida, quasi contra ius Diuinum, & ius Canonicum, & etiam contra antiquorum Imperatorum concessiones, vt constat ex Constantino, *in l. 7. Cod de Episcopis, & Clericis.* Vnde Ascanius Tortius *in Apolog. pro libert. Eccles. ad Gallo-francum, fol. 40.* acriter inuehitur in dictam Iustiniani Nouellam, quam P. Rabardeus adducit, & illam esse nullam, & inualidam signanter obseruat, & docet ex Societate Layman, *lib. 4. tr. 9. cap. 3 num. 2.*

RESOL. CCCXXXIV.

Expenduntur exempla Christianorum Principum à P. Rabardeo adducta, & eorum leges? Ex part. 7. tr. 1. Res. 19. aliàs 17.

§. 1. AD alia verò exempla Imperatorum, quæ Rabardeus *fol. 38. & seq.* refert, vt demonstret illos iurisdictionem exercuisse in personas Ecclesiasticas? Respondeo, supponendo cum Suarez, *lib. 4. cap. 11. num. 17.* Episcopos, tempore Constantini, & aliorum Imperatorum, aliquando elegisse ipsos voluntariè in Iudices Arbitros, quia tunc non erat eis prohibitum, & ita intelligenda sunt verba illa Constantini, quæ refert Eusebius *in eius vita, lib. 2. c. 66.* Méque, & communem vestræ mutuæ dissensionis Arbitrum, tanquam pacis moderatorem, non sine causa adhibeo. Quæ verba superioritatem minimè inducunt, vt rectè obseruat Iulius Ruffus, *in Respons. ad M. A. Capellum, cap. 20.* Sed Imperator efficiebat ipsis Episcopis consentientibus. Et ideò idem Suarez *vbi suprà, ca. 14. num. 21.* notat aliquando Imperatores Prælatos iudicasse ipsis petentibus, & consentientibus, vt dissidia inter illos orta facilius componerentur.

2. Ad factum verò Constantini adductum à Rabardeo *fol. 38. & 39.* circa Cecilianum, minimè approbandum esse censeo; Quia omnia ab eo gesta fuerunt tanquam à Iudice incompetente; & miror P. Rabardeum adducere auctoritatem D. Augustini; vnde non deseram hîc apponere verbi Iulij Roffi, *in Respons. ad M. A. Capellum, c. 131.* vbi sic ait: [Santo Agostino non approua il giudicio di Constantino nella causa de Ceciliano, come fatto da Giudice competente, ma come contenente sentenza giusta, e conforme à quello, che richiedeua la ragione; e rinfaccia à Donatisti, che hauendo essi eletto per Giudice l'Imperatore, da lui erano stati condemnati.] Ita ille. Cui adde Cardinalem Bellarminum *contra duos libellos Pauli Seruitæ, fol. 24.* & ante illum Paulum Donatum, *in tract. de modo eligendi Ministros Ecclesiæ, cap. 6.* Vnde Cardinalis Baronius, tom. 3. anno 313. asseruit Constantinum inuitum Iudices contra Cecilianum dedisse, & cùm ipse adhuc in fide rudis esset Iudiciorum Ecclesiasticorum ordinem ignorasse. Hinc piissimus Imperator teste Augustino *Epist. 162.* à SS. Episcopis veniam petere voluit, quod in Ceciliani causa se interposuerit ex Donatistarum importunis precibus. Videat modo P. Rabardeus si hoc factum Constantini adducere debebat.

3. Ad exempla verò Theodosij, que affert P. Rabardeus, respondeo: Ea omnia Theodosium fecisse vel de facto, vel ex authoritate Celestini Papæ, ideò Iulius Roffus, *vbi supr. c. 21.* sic ait. [Se Theodosio, e Valentiniano, nel Concilio Ephesino, nelle loro lettere mostrano più autorità di quella che loro conuega, ò è vsurpattione, de facto, come en alcune altre cose fecero, ò ne haueano il Consenso di Celestino Papa.] Ita ille. Et quidem, P. Rabardeus, poterat non adducere exempla Theodosij Iunioris per ea quæ adducit ex sua Societate Gretserus *contra Theologos Venetos lib. 2. consid. 5.* & etiam optimè obseruat And. Duuallius, de Romano Pontifice, *par. 4. quæst. 2.* dictus Imperator, in Concilio Ephesino 2. in plerisque deliquit contra Summi Pontificis voluntatem, & contra rectam rationem. Et factum Nestotij à P. Rabardeo adductum, bilem quidem mouet: nam antequam in exilium Theodosius illum mitteret, iam priùs à Concilio depositum, & damnatum fuisse certum est, vt in ipsis Actis Concilij habetur, & patet ex Socrate *in Hist. Eccles. lib. 7. cap. 33.* & ex Theodoreto *in Epist. 1. ad Sporaudum.* Vnde nouissimè Ioannes Horatius Scoglius, *in Hist. Eccles. lib. 5. art. 431.* asserit, Theodosium Imperatorem animaduertendo in Nestorium Decreta Concilij Ephesini executioni demandasse. Adde quòd malè Pater Rabardeus ex facto aliquo particulari Imperatorum infert Ecclesiasticos fuisse illis subiectos; & miror quod etiam pro se non adduxerit factum Iustiniani, qui, vt narrat Liberatus in Breuiario, *cap. 23.* iudicauit Paulum Episcopum Alexandrinum

xandrinum de crimine homicidij coram ipso accusatum; poterat etiam adducere plura alia exempla, de quibus conqueritur Nicolaus I. *in Epist. 2. ad Michaëlem Imperatorem*, vt habetur *tom. 3. Conciliorum*: Igitur omnia exempla superiùs à P. Rabardeo adducta, & alia similia, quæ adduci possunt, dicendum est processisse. S. Pontificibus consentientibus, vt optimè observat Iacobus Gretserus, *in confut. contra Theologos Venetos lib. 2. consid. 8. consid. 13. consid. 5.* omnino videndus. Vel dicendum est cum Suarez, *lib. 4. cap: 30. num. 115.* & Bouio, *in Resp. ad Paulum Seruitam, p. 4. ad 8. argum.* narrari aliqua facta Imperatorum contra immunitatem Ecclesiasticam, non tamen ostendi iure esse facta, non igitur in illis debebat P. Rabardeus se fundare.

4. Ad leges verò Imperatorias, quas refert, & in quibus fundat suam opinionem P. Rabardeus, *n. 2. fol. 18.* ex Codice, & Nouellis Iustiniani, *& n. 6 fol. 30.* ex Theodosiano, & aliis aduersus Clericos multa statuentibus. Respondeo cum Valboa de Magrouejo *in Lection. Salmaticens. tom. 2. ad cap. 1. de Iudiciis, n. 45.* Iustiniani leges, nullius esse momenti, cùm nullam habuerit potestatem condendi leges ad iurisdictionem Ecclesiasticam pertinentes: Imò Iustinianus nondum satis perspectam habuit vim, & originem Ecclesiasticæ libertatis, & ideò multa circa illam per errorem, & sine legitima potestate disposuit. Vnde Dominicus Anfossius, *de Sacrar. Reliquiar. cultu. §. 2. n. 41.* sic ait. Non immeritò dixit extra dentes Iulius Clarus, *in §. Emphiteusis, q. 28. n. 6.* ab omnibus Doctoribus, nemine discrepante, concludi; quibus, & ipse adstipulatur totus titulus Codicis *de Sacr. Eccl. & de Episc. & Cler.* vbi Iustinianus disponit circa personas, & res Ecclesiasticas esse nullas, tanquam ab Imperatore nullam in his potestatem habente. Ita ille. Cui adde Iulium Roffum, *in resp. ad M. A. Capellum, p. 2. cap. 38.* Moditium *in §. Lex est, dub. 22. n. 2.* Adamum Tannerum *in Apol. de immun. Eccles. lib. 1. cap. 13.* Bellarmin. *in tract. de potest. Pontificis, contra Barclaium, cap. 34.* Seruant. *in defens. immun. Eccles. propos. 1. fol. 18.* Gratian. *in discept forens. tom. 1. c. 164. n. 12.* Gretserum, *contra Theol. Venetos, lib. 2. consid. 13.* Fagnan. *de Iust. cens. Pauli V. part. 4. fol. 16.* & Beltran. de Gueuara, *in propugn. liber. Eccles. Asser. 1. §. 7. n. 24.* docentes, quòd si quæ leges à Iustiniano, & aliis Imperatoribus editæ sunt, quæ libertati Ecclesiasticæ præiudicant, fuisse, & esse nullius valoris, & processisse de facto in iniuriam Ecclesiæ.

5. Dicendum est igitur, quòd non valet dicere Imperatores leges condiderunt de rebus & personis Ecclesiasticis: Ergo, &c. Nam respondeo negando consequentiam. Et ideò quod leges ff. & Cod. & Auth. non possint expresè arctare Ecclesias, & Ecclesiasticas personas, & eorum Ministros, cùm Imperator super illis ius statuendi non habeat, nisi Papa eas approbauerit, firmat Cabed. *in cons. 2. stat. Perusino, sub n. 3. vers. ratio, quia lege de cens.* Ioan. Andr. *in c. non minus* vbi Abb. *sub n. 18. vers. Vnde apertissimè. de immun. Eccles.* Archid. *in cap. Quo iure, num. 18. dist. 8.* & idem Abb. *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, num. 14. & 15.* vbi Felin. *sub num. 40. versic. recipit autem prædicta, & ibi* Anton. de Burg. *n. 194 cum seq. de const.* Bero. *in cons. 31. Consultatio hac, n. 22. vol. 1.*

6. Quinimò etiam leges, vel statuta expresè super personis, & Bonis Ecclesiasticis facta à Principibus Laicis non valent, nisi à Summo Pontifice sint confirmata, etiamsi tales leges, & statuta tenderent ad commodum Ecclesiarum, & Ecclesiasticarum personarum ex defectu potestatis, & iurisdictionis in Imperatore, siue statuente: ex text. *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, de constitut.* Io. Andr. *in c. Non minus* vbi Abb. *sub num. 20. de immunit. Eccles.* idem Felin. *num. 80. prima est, de constit.* Bero. *in cons. 31. Consultatio hac, num. 22.* & de communi attestatur, *num. 24. vol. 1.* Riminald. Sen. *cons. 218. Quia in facto, num. 8. vol. 2.* Becc. *cons. 3. tam docte, num. 60.* Odd. *cons. 44. præsupponitur. num. 13.* Menoch. loquens in terminis alterius legis Veteræ, *in cons. 291. cum singul. num. 25. vol. 3.* Surd. *in cons. 2. dubius est, num. 15. vol. 1. & cons. 301. cui primum, num. 14. & 24. vol. 3.* Card. Tuschus, *in concl. 12. in verb. Ecclesia, num. 18. & in concl. 13. num. 29. vol. 3.* Imò etiamsi ex causa licita, & honesta, leges, & statuta Principum Laicorum facta fuissent, & Priuilegia Ecclesiæ non læderent, adhuc non ligant Clericos, & Ecclesiam. Hostien. *in cap. Quæ in Ecclesiarum, num. 11.* vbi Abb. *antiquus, num. 1.* Cardin. Zabarel. *sub num. 7. de constit.* Menoch. *in d. consil. 291. num. 25. vol. 3.* Surd. *in d. cons. 2. num. 33. vol. 1. & consil. 391. n. 11. & 28. vol. 1.* vbi reddunt rationem, quia non sufficit iusta causa; sed potestas etiam in statuente requiritur. Frustra igitur à P. Rabardeo afferuntur leges Iustiniani, & aliorum Imperatorum, quia, vt nullæ, & inualidæ reprobandæ sunt, & ideò nullius roboris esse necessariò fatendum erit. Et ita ex Doctoribus Societatis præter Gretserum, Tannerum, & Bellarminum *suprà* citatos, tenet etiam Laym. *lib. 4. tract. 9. cap. 3. num. 2.* asserens leges Iustinianeas in Codice, & Nouellis esse nullas, & inualidas ex defectu iurisdictionis.

Sup. hoc ibidem.

7. Vel secundò contra Rabardeum dicunt aliqui, quòd Constantinopolitani Imperatores, tametsi leges, edicta publica, quoad res & personas Ecclesiasticas aliquando euulgabant, non tamen prosuo arbitrio de Ecclesiæ statu ordinarunt, sed ex Pontificis, & Episcoporum auctoritate, atque sententia, quòd ex factis Constantini, Theodosij, Marciani, Iustiniani, & aliorum Imperatorũ constat, vt rectè obseruarunt Stephanus Valent. *lib. de potestate coactiua Romani Pontificis, cap. 11. in fine.* & Hurtadus de Mendoza, *de Fide, vol. 1. disp. 34. sect. 9. §. 100.* Et ne deferat P. Rabardeus, videre omnino Cardinalem Baronium, *tom. 7. anno 528.* quibus etiam adde Dominicum Anfossium *de Sacris Reliquiis, §. 2. num. 38.* & Iulium Roffum, *in Resp. ens. ad M. A. Capellum part. 2. cap. 38.*

8. Et quia P. Rabardeus sæpiùs citat pro sua firmanda sententia leges Capitularij Caroli Magni, respondet Ioan. Beltran. de Gueuara, *in propugn. Immun. Eccl. part. 2. Asser. 1. num. 23.* dictas leges, secluſa approbatione Summi Pontificis, fuisse, & esse inualidas. Et ideò optimè Andreas Duuallius, *tract. de potestate Pontif. part. 3, quæst. 2.* obseruat fuisse latas cum authoritate, & consensu Sedis Apostolicæ. Vnde asserit Gretser. *contra Theologos Venetos, lib. 2. consid. 11.* Leges Caroli Magni, & aliorum Regum, qui in volumine Francicarum Legum extant nihil contra Ecclesiasticam immunitatem continere, quia non nisi assentientibus, & adiuuantibus Episcopis, latæ, & rogatæ sunt; & videat P. Rabardeus, *c. 33. & 34. lib. 5.* dicti Capitularij vbi Carolus Sacerdotum iudicium ad Leonem Pontificem remittit, & *lib. 7. cap. 205.* Iudicio Episcoporum definienda relinquit; vt notauit Baronius *tom. 9. anno 806. &* Tanner. *in defens. immun. Eccl. lib. 1. c. 9.* non ergo faciunt pro sententia P. Rabardei leges Capitularij ab ipso aduocatæ. Vide etiã Barberium, contra M. Fulgentium, *p. 2. n. 69. & 70. & p. 3. n. 29.* Concludendum est igitur absolutè, contra P. Rabardeum, leges Imperatorum ab ipso adductas, secluſa approbatione Ecclesiasticorum, & SS. Pontificum, esse, & fuisse nullas, & inualidas; & ita statuit Oraculum Sacræ Rotæ Rom. *in vna Ostiensi Canon. die 1. Decembris 1595. coram Pegna.*

Sup. contento in hoc §. supr. in Res. 198. §. 1. & 2. & in aliis eius primæ & secundæ annot.

9. Vnde

9. Vnde apparet, quàm futile & ruinosum fuerit fundamentum, super quo extruxit suum ædificium P. Rabardeus, nempe super leges editas ab Imperatoribus Iustiniano, Theodosio, & aliis, ex quarum auctoritate etiam Hæretici nostri temporis tribuerunt Principibus Laicis iurisdictionem in Clericos, vt perperam docent Christianus Kiebenthal *in Collegio Politico, exercit.* 13. *q.* 3. Conradus Rittershusius, *in Nonell. Iustin. part.* 2. *c.* 3. *num.* 12. Ioannes Althusius, *in Politica, cap.* 28. *num.* 28. Theodorum Keinsingk, *tract. de Regim. saculari, & Ecclesiastico, lib.* 1. *clas.* 2. *c.* 6. *num.* 16. Henricus Hœnonius, *in disp. Polit. disp.* 3. *num.* 43. Reinardus Koning, *in Theatro Politico, part.* 2. *cap.* 9. *num.* 3. *& seq.* Henningus Arnisæus, *de iure Maiestat. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 11. Thomas Michaël, *de iurisdict. concl.* 10. *littera B.* Finckestkaus, *de iure Patronatus cap.* 4. *num.* 108. & antequam Lutheranismum abiurassent, Goldastus, & Besoldus, ille passim *in omnibus suis operibus*; huc *in Dissertatione Politico-Iuridica, de Maiestate. sect.* 2. *cap.* 2. *num.* 6. Non bene igitur P. Rabardeus ex auctoritate Legum aliquorum Imperatorum suam stabilire sententiam conatus est.

RESOL. CCCXXXV.

An consuetudo possit tribuere iurisdictionem iudicibus laicis in Clericos, saltem in aliquibus casibus? Ex part. 7. tract. 1. Resol. 20. aliàs 18.

Non hoc statuta lege dominum Resolutum & singulare, alias enim annotant. & in tom. 4. tr. 6. Resol. 10. §. 2. allegat.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Rabardeus, *sect.* 2. *nu.* 7 *fol.* 17. 33. *&* 41. vbi sic ait: Hanc etiam consuetudinem validam reputat, & probat Couarrauuias, & in practicis Quæstion. Quòd cùm immunitas & exemptio Cleticorum à iurisdictione Magistratuum, & Iudicum Laicorum, sit tantùm iuris humani, & positiui: licèt non possit integrè auferri, vel ita restringi, & limitari, vt inde maxima Clericis, & Ordini Ecclesiastico iniuria fiat, grauissimúmque immineat præiudicium, ex eo quod Ministri Dei passim ad forum sæculare trahantur inuiti; opinatur tamen, aliquot in casibus, posse per consuetudinem legitimè præscriptam exemptionem istam restringi, ac limitari, quæ procedat, & firmetur tacito consensu Clericorum simul, & Laicorum. Ita ille.

2. Sed prorsus dicendum est Laicos in vim cuiuscumque consuetudinis potestatem in Clericos habere non posse. Probatur primò ex Concilio Lateranensi sub Leone X *sess.* 10. Ibi enim Concilium attendens Laicis in Clericos, & personas, ac bona Ecclesiastica tributam facultatem non esse, atque tam Apostolicæ Sedis honori, quàm personarum Ecclesiasticarum quieto, & prospero statui temeritati eorum, qui sibi tribuunt, quæ iuris non sunt, non sine damnanda petricie derogari, innouatis omnibus, & singulis constitutionibus, quæ contra efficientes statuta Ecclesiasticę libertati obnoxia, atque ad ea auxilium, consilium, vel fauorem præstantes hactenus emanauerant, his demum verbis rem totam perstringit. Et cùm ea nedum iuri contraria, sed etiam Ecclesiasticæ libertati opprobosa sint quamplurimùm, & aduersa; vt de officio nobis credito dignam Deo possimus reddere rationem, affectibus, & monitis paternis Imperatorem, Reges, Principes, Duces, Marchiones, Comites, Barones, & quoscumque alios alterius cuiuscumque nobilitatis, præeminentiæ, potentiæ, seu potestatis, excellentiæ, vel dignitatis existentes attentè hortamur in Domino, eisdem in virtute sanctæ obedientiæ mandantes, vt ipsi constitutiones prædictas obseruent, & faciant à suis subiectis inuiolabiliter obseruari. Quacunque consuetudine contraria non obstante, si diuinam offensam Sedis Apostolicæ, & debitam vitare voluerint vltionem.

3. Secundò, ex Lucio III. Romano Pontifice *ad Strigonienſem Archipiſcopum, cap. Clerici, de iud.* cuius verba hæc sunt. Cùm Imperator dicat, quòd leges non dedignantur sacros Canones imitari, in quibus generaliter traditur, vt de omni crimine Clericus debeat coram Ecclesiastico Iudice conueniri; non debet in hac parte Canonibus ex aliqua consuetudine præiudicium generari. Vbi rectè aduertunt Panorm. *num.* 6. & Dec. *num.* 58. Quòd de causis criminalibus dicitur, ex Doctorum sententia, etiam in Ciuilibus habere locum.

4. Præterea ex Honorio III. ad Episcopum Bononiensem, qui anathemati subiicit, quicumque huiusmodi consuetudinem seruari curauerint, *cap. Nouerit, de sentem. excomm.* Excommunicamus, inquit, omnes hæreticos, vtriusque sexus, quocumque nomine censeantur, fautores, & receptatores eorum; necnon, & qui de cætero seruari fecerint statuta edita, & consuetudines introductas contra Ecclesiæ libertatem; nisi ea de capitularibus suis infra duos menses post huiusmodi publicationem sententiæ fecerint amoueri.

5. Quartò ex Bulla, quæ die Cœnæ Domini singulis annis legi consueuit, qua cautum est non obstare consuetudines etiam immemoriales, ac præscriptiones quantumcunque longissimas; Quæ vna, si aliud non haberemus, satis esset ad institutum probandum; quis enim non videt tot Summos Pontifices ea mente fuisse, vt nefariam omnem consuetudinem abolerent?

6. Quintò ex *cap. Qualiter, & Quando, de Iud.* vbi Innocentius III. omnino prohibet, ne Clerici trahantur à laicis ad sæculare iudicium: quo modo loquendi sublata est inferioribus facultas omnis dispensandi, siue per statutum, siue per consuetudinem. Præp. *in cap. Si quis cum Clerico.* 11. *quæst.* 5. Felin. in *eod. cap. Qualiter, prope fin.* Alex. *conſ.* 8. *sub num.* 1.

7. Postremò cùm talis consuetudo sit contra id, quod ex iure, vel priuilegio Clericis datum est, siue à Deo, siue à Summis Pontificibus, & Imperatoribus, vt *supra* ostendimus, etiam erit contra. Ecclesiasticam libertatem: notat hoc, speciatim Sald. *in cap. Clerici, in C. de iur.* Butr. *num.* 11. Panorm. *n.* 6. Bart. & Bald. *in Constitut. Frider. cassa, & irrita. C. de sacros. Eccles.* & colligitur ex doctrina Innocent. *in d. cap. Nouerit, de sent. excommun.* quem omnes ibi sequuntur. Ex his perspicuum est laicos vi cuiusque consuetudinis nullam in Clericos potestatem habere posse.

8. Nec valet quod afferri solet, consuetudinem scilicet longissimi temporis decursu firmatam Priuilegij vim habere, & ei æquiparari. *l. hoc iure. ver. ductus aquæ ff. de aqua quotidiana & æstiua*: nam in duobus casibus plus priuilegium posse, quàm consuetudinem, etiam tandiu continuatam, vt initij memoria non extet, tradunt Doctores. Vnus est, vbi aliquis non est capax potestatis, & iuris, Io. Andr. & Dominic. *in cap. 2. de prab. in 6.* Innoc. 1. *de Apostosia.* Ant. *in repetit. capit. peruenit, de Censibus.* Abb. *in cap super quibusdam, de verb. signif.* & *in cap. Nouit, de iud. & in c. Quanto, de consuet.* Bal. *in l. si solemnibus. C. de fide instrum. & in cap. cùm contingat, de foro comp.* Fel. *in cap. Delicto, de præben.* Alter casus, cùm à iure scripto improbatur consuetudo, *cap. cùm satis, de offic. Archid.* Io. Andr. *in cap. 1. de Clerico ægrotante, in 6.* Quare cùm ea apertè damnetur vt visum est, non poterit in huiusmodi

huiusmodi re locum priuilegij obtinere.

9. Verùm obiicitur. Summus Pontifex scit alicubi vigere huiusmodi consuetudinem & tolerari ergo tacite illi assentit: Quare saltem in hoc casu Magistratus, & Iudices Ciuiles, possunt Clericorum causas iure cognoscere, & definire. Respondeo negatione antecedentis; Primùm; quia certum non est scire summos Pontifices quæcumque à Magistratibus laicis in toto Christiano orbe agantur.

10. Deinde, quia cùm resciuerint, de his iniuriis sæpissimè cum Principibus conquesti sunt, & quotidie reclamant, prohibent, ac sententias ferunt in laicos, qui hanc sibi iurisdictionem vsurpant. Præterea, cùm quotannis die Cœnæ Domini publicè excommunicent, & anathematizent Magistratus, & Iudices sæculares, qui ad sua Tribunalia personas Ecclesiasticas trahunt, vel trahi faciunt, vel procurant directè, vel indirectè quouis quæsito colore; necnon qui statuta, ordinationes, constitutiones, pragmaticas, seu quæuis alia decreta in genere, vel in specie, ex quauis causa, & quæsito colore, ac etiam prætextu cuiusuis consuetudinis, aut priuilegij, vel aliàs quomodolibet fecerint, ordinauerint, & publicauerint, vel factis, & ordinatis vsi fuerint, vnde libertas Ecclesiastica tollitur, seu in aliquo læditur, vel deprimitur, aut aliàs quouis modo restringitur, seu Romanæ sedis, ac quarumcumque Ecclesiarum iuribus quomodolibet directe, vel indirectè, tacitè, vel expressè præiudicatur; persuasissimum cuique esse debet summos Pontifices hanc consuetudinem, quam corruptelam vocant, æquo animo non perferre, & consequenter, neque expressè, nec tacitè assentiri. Quibus omnibus adde Bullam S.D.N. Vrbani VIII. editam sub die 5. Iunij, anno 1641. & publicatam die 14. Augusti eiusdem anni, super præseruatione iurium sedis Apostolicæ à quibuscumque præiudicialibus, vt optimè obseruauit nouissimè amicissimus, & doctus Antonius Lælius *in obserua. ad tractat. de Indiarum iure Ioannis Solorzani, fol. 73.* in qua Bulla Pontifex reprobat quascunque consuetudines contra libertatem Ecclesiasticam, etiam cum fama priuilegij. Et hæc omnia satis etiam à nobis probata sunt, *in Apologetica disceptatione contra Salgadum, Resol. 14.* Ex quibus corruunt ea quæ nouissimè docuit Stephanus Baunius, *in Theol. mor. part. 1. tract. 11. q. 31.*

Sup. hoc in tom. 6. tr. 1. Resol. 11. in fine, sed lege eam per tot. & alias eius secundæ not.

11. Verùm instabit Rabardeus ex auctoritate Couarruuias hanc doctinam procedere, quando cõsuetudo tolleret integre exemptionem Clericorum, secus autem, si in aliquibus tantum casibus; sed si hæc opinio esset admittenda, corrueret prorsus immunitas Ecclesiastica. Nam in nullo Regno consuetudo tolleret integram Clericorum immunitatem. Poterat igitur Rabardeus, imò debuerat relinquere Couarruuiam Iurisconsultum, & adhærere Theologis præsertim suæ Societatis, Suarez, Tannero, Baldello, Filliucio, & aliis, quos citaui *in Apolog. discept. de immun. Eccles. contra Petrum Sarpum, in part. 6. tract. 1. resol. 29.* & in alia contra Salgadum *vbi suprà.* Quibus nouissimè addendus est Stephanus Fagundez *in Decalogum tom. 2. lib. 8. cap. 43. num. 20. & 21.* & Layman. *lib. 4. tract. 9. cap. 10. num. 1.* vbi indiuidualiter impugnant Couarruuiam, quem etiam nominatim refellit Sacra Rota, *in causa Barchinonensis exemptionis die 20. Iunij 1636.* coram heu quondam Domino meo Coccino, cuius Decisionem inuenies *in fine mea * 6. Partis.*

Quæ hic est superius in tr. 2. Resol. 116. & in aliis eius secundæ not.

12. Dicendum est igitur contra P. Rabardeum, omnem consuetudinem, siue generalem, siue particularem contrariam libertati Ecclesiasticæ esse irrationabilem, & in iure reprobatam, ac subinde non posse Priuilegio immunitatis aliqua ex parte derogare. Hæc est sententia communiter recepta à Theologis, & Iurisperitis in locis allegatis, & apertè colligitur ex Decretis Sacrorum Conciliorum, & Canonum. Non enim loquuntur de consuetudine abrogante totam immunitatem Clericorum vel in tota materia eius; vel in omnibus criminibus, vel omnibus causis Ciuilibus, vel alia simili magna parte exemptionis; quia nunquam tales consuetudines fuerunt in Regnis Catholicis à multis annis introductæ, vel etiam intentatæ. neque hoc Authores Canonum ignorabant. Loquuntur ergo de particularibus, vt attente legenti Textus ipsos constabit. Et specialiter notari potest lectio integra *cap. Clerici de iudiciis*, sic enim habet: *Clerici maximè in Criminalibus causis in nullo casu possunt in aliquo, quàm ab Ecclesiastico Iudice condemnari, etiam si consuetudo Regia habeat, vt fratres a Iudicibus sæcularibus iudicentur.* Vbi constat, particulare consuetudinem non potuisse vniuersali Priuilegio ex parte derogare; eadem autem est ratio de aliis similibus, quia etiam in illa particulari consuetudine posset ratio aliqua honestatis considerari. Et hoc maximè confirmant variæ prohibitiones, quæ in Bulla Cœnæ quotannis fiunt omnium ferè actuũ, per quos huiusmodi particulares consuetudines introduci possunt, & renouantur iura tales actus, & consuetudines reprobantia. Et Bulla nouissima Vrbani VIII. paulò ante citata, in qua reprobantur omnes consuetudines contra Ecclesiasticam immunitatem. Ergo, &c. Cæteras rationes videbis penes me ipsum *in citata Apologia contra Petrum Sarpum*; Vnde ex his omnibus nouissimè refellendus venit Pettus Gonzalez de Salzedo *lib. 1. de lege Politica, cap. 7. §. 1. num. 150.* & cautè legendus Domspergerus *de exempt. Adulter. part. 1. sect. 2. cap. 5. num. 77.* asserens Laicos cõstitutos in possessione iudicandi Clericos tuendos, & conseruandos esse; Nam vt dictum est, & docet Rebuffus Doctor Gallus *in Concor. Rubrica vltima de potest. §. Tertiò infertur.* Nulla immemorialis consuetudo valet, vt Clerici coram iudicibus sæcularibus conueniantur.

* Quam inuenies in fine tom. 8. & ibi est decisio prima.

13. Nec obstat dicere cum P. Rabardeo saltem consuetudinem mixtam ex Clericis, & Laicis, posse in aliquo casu particulari immunitatem tollere, vel restringere; Nam hoc etiam est falsum, & negandum. Quia consensus Clericorum nihil potest ibi operari: nam est quædam priuata renunciatio Priuilegij, quæ vt diximus, nulla est, & nullius efficaciæ, ideóque ad introducendam consuetudinem valere non potest, vt rectè notauit Felinus, cum Paulo de Castro *consil. 149.* Secundò, quia tali consensui Clericorum nunquam assistit voluntas expressa, vel tacita Pontificis, sine qua non potest voluntas Clericorum, quantocumque tempore operetur iuri Pontificio derogare, ergo neque illa consuetudo mista, potest habere hunc effectũ. Antecedens quoad vtrãque partem in Superioribus declaratum, & probatum est. Consequentia verò est euidens, quia id, quod additur ex parte Clericorum illi consuetudini mistæ, nullum valorem, vel efficaciam eidem addere potest. Quocirca cùm dicitur consuetudo mista posse operari in rebus vel personis Ecclesiasticis, intelligendum est de consuetudine, quæ non præiudicat Sacris Canonibus vel si præiudicet in illam Pontifex consentit, saltem tacitè, in præsenti autem materia necessarius esset expressus consensus, vt *suprà* dixi. Tum quia ipsi Pontifices ita voluerunt, & declararunt, tum etiã quia in hac materia non potest præsumi tacitus consensus, quia & est valdè odiosa Pontificibus, & quia vix posset talis consensus tacitus sine maiori cognitione causæ prudenter, & licitè dari, quoties autem consensus non esset prudens, & honestus in Principe, non præsumitur.

Sup. hoc tom. 6. tr. 1. Resol. 11. in fine, sed lege eam per tot. & alias eius secundæ not.

Sup. hoc tom. 6. tr. 1. Resol. 11. in fine, sed lege eam per tot. & alias eius secundæ not.

tur: Ergo, &c. Et ita hanc sententiam in terminis tenent ex Societate Iesv Fagundez *in Decalogum, tom.2.lib.8. cap.43. num.23.* vbi sic ait. Cætera verò adducta à Couarruuia ad confirmandam suam opinionem,qua tenet per consuetudinem legitimè præscriptam introductam ex tacito consensu Clericorum, posse ex aliqua parte tolli exemptionem illorum, dummodò tamen ex huiusmodi consuetudine, maxima Clericis, & Ordini Ecclesiastico iniuria non fiat, & inferatur damnum paci,& tranquillitati Ministrorum Dei, non egent aliqua responsione, quia non loquuntur de consuetudine reprobata per leges, Ita ille. Idem etiam docet Suarez contra Regem Angliæ,*lib.4.cap.32. num.19.* Et Valboa de Magrouejo, *in cap. Quot Clericis.....de foro competen.num.6.& sequ.* vnde refellendus venit Petrus de Vries, *ad Ritum 233.M. C.V. part.1.num.99.* Sed ipse meritò à Sacr. Congreg. Indicis fuit inter Auctores prohibitos annumeratus. Et hæc dicta sufficiant contra ea quæ docuit Pater Rabardeus,quoad exemptionem Clericorum circa personas: Nunc aliqua explicanda sunt quoad exemptionem circa bona.

RESOL. CCCXXXVI.

An Clerici teneantur ad subsidium patriæ, & ad onera communia?

Et explanatur exemptionem Clericorum quoad eorum bona fluxisse à iure Diuino, vel saltem ex iure Pontificio ante Constitutiones,& leges Imperatorias? Ex p.7. tr.1. Res.21. aliàs 19.

Sup. hoc supra in Res. 216.& 249 terminat in §.it in Res. 210.217. & 254.& in fin. eorum nouum, & infra in Res. de lege eius vtr. & si placet etiam 1. principio dicta Res.

§.1. AFfirmatiuè respondet P.Rabardeus, *sect.3. num.4.fol.56.*vbi sic ait.Recogitet Aduersarius, nos in altera sectione probasse, exemptionem, & priuilegia Clerici ab oneribus publicis, & Giuilibus, pro bonorum suorum maximè temporalium possessione ab Imperatoribus, Regibus, & Summis Principibus data fuisse;Quæ sic intelligenda sunt;vt iustitiam aliorum non impediant, vt generaliter de quibuscumque priuilegiis significauit Cælestinus Papa III. multôque minùs,quando iure naturali, quòd rectè rationis iudicio definitur, contraria esse viderentur.In quorum interpretatione mens, & prudens intentio concedentis semper est ex æquitate consideranda. Manifestum autem videtur Reges,aut Principes,nunquam voluisse, neque debuisse tam plenam, & integram libertatem Clericis in suis Regnis impertiri, vt se, ac successores suos priuarent iure naturali, vel gentium ipsis conueniente, perendi ab his aliquod subsidium in magna Regni, & Reipublicæ necessitate,quo illam aduersùs ingruentes hostes defenderent.Et paulò pòst *fol.57.* sic asserit. Perpendat rescriptum Theodosij iunioris,& Valentiniani piissimorum Imperatorum,quod sine noxa, vel suspicione schismatis Iustinianus in suo Codice, sciente, neque contradicente Summo Pontifice, inferendum commendauit.Nam in illo neminem ab angariis, vel perangariis, seu quolibet munere excusari præcipiunt, cùm ad felicissimam, inquiunt expeditionem numinis nostri omnium Prouincialium per loca,qua iter arripimus, debeant solita nobis ministeria exhiberi,licèt ad sacrosanctas Ecclesias possessiones pertineant.Et tandem *fol.59.* Honorius & Theodosius iunior voluerunt. Ad instructionem itinerum, pontiúmque etiam diuinas domos, & venerabiles Ecclesias obligari. Gratianus, Valentinianus, & Theodosius Senior A.A.A. Ad portus, & Aquæductus, & murorum instaurationem, siue extructionem omnes certatim, facta operarum collatione, instare debere constituerunt, nec aliquam ab huiusmodi consortio dignitatis priuilegiis excusari. Quòd etiam nunc obseruandum censent multi Doctores Theologi, & in vtroque iureperiti,quos citat, & sequitur, Pater Henriquez *in Summa Theologiæ Moralis* vbi etiam refert Reuerendissimum Patrem Dominicum Bañez, illustris Ordinis Sancti Dominici Theologum insignem, & multos alios A. D. 1590. dixisse; iustè per Episcopos compulsos fuisse Clericos & Sacerdotes Hispanos (de consensu, vel permissione Summi Pontificis nulla fit mentio) vt contribuerent pro ingenti pecuniæ summa,quam Regna, Senatores promiserant Philippo II. Hispaniarum Regi,pro adiuuandis Catholicis aduersùs hæreticos Gallos & vt sic tutiùs,atque firmiùs confinia Hispaniæ conseruarentur. Hæc omnia P.Rabardeus.

Sup. hoc supra in Res. 216 à §.Dico igitur. vsque ad §.Sed dato.& in Res. 217. cursim in §. Probatur secundo.

2 Sed ego puto exemptionem Clericorum quoad eorum bona fluxisse à iure Diuino,& sufficiat hîc pro mille Doctoribus adducere Oraculum Sacr. Rotæ Romanæ, *in vna Barchinonen. exemptionis die 21.Iunij 1636.*coram Coccino. & antea in illa celebri decisione *Albensis Gabella die 28.Iunij 1630.*coram Merlino, in qua latè ex auctoritate Sacræ Scripturæ, Sacrorum Canonum, & Conciliorum, & ex communi sententia Canonistarum, & Theologorum,probatur, bona Clericorum iure Diuino esse exempta ab oneribus Principum laicorum; Quam opinionem nouissimè docet ex Societate Iesv doctus, Parer Dicastillus *de Iust.& iure, lib.2.tract.20. disput. 4. dub.6. num.109.* & alij adducti *supra in Resol.5.*

Quæ hic est supra Res. 320.

3. Verùm dato & non concesso hanc immunitatem originem non traxisse à iure Diuino, existimo contrà Patrem Rabardeum extitisse in Ecclesia Dei saltem ex iure Pontificio ante Constitutiones. & leges Imperatorias, Nam in Codice Iustinianeo, & Theodosiano non inuenitur lex concedens hoc Priuilegium Clericis ante Constitutionem Friderici, vt obseruat Suarez: Et tamen certum est ante tempora Friderici adfuisse in Ecclesia Dei hanc exemptionem, vt manifestè patet ex Concilio Lateranensi sub Alexandro III.quod ferè centum annis præcessit,& ex alio Lateranensi sub Innocentio III.postea celebrato,*cap.non minus,& cap.aduersus de immun.Eccl.* Atque ex eisdem Decretis colligitur ,hoc ius non fuisse in illis inchoatum,sed antiquius esse,& in illis Conciliis sub grauioribus Censuris, & Declarationibus fuisse confirmatum.Vnde licèt fortè non inueniatur antiquus Decretum expresè, & in specie hanc exemptionem bonorum Ecclesiasticorum stabiliens, ex hoc ipso probabiliter coniectamus,non tam iure Pontificio scripto,traditione,& præceptis Prælatorum fuisse obseruatam in Ecclesia hanc immunitatem ex quo inceperunt Pontifices expeditam & liberam habere suam potestatem Ecclesiastica bona administrandi, id est, postquam impedimentum Ethnicorum Imperatorum sublatum fuit.Ergo,&c. Et ita hanc sententiam docet Pater Suarez *contra Regem Angliæ lib.4.cap.21.num.9.*cui adde Valboam de Magrouejo *in lectionibus Salmanticensibus, tom.2.ad c.2. de iudiciis,num.112.* Et Cardinalem Baronium *anno Christi 387.à num.13.* Ergo contra Patrem Rabardeum dicendum est,etiam si exemptio bonorum Ecclesiasticorum non fuisset à iure Diuino,non processisse primario ex benignitate,& priuilegio Imperatorum,sed ex Constitutione Pontificum.

4. Nec supradictis obstat, *cap. si tributum 11. quæst.1.*vbi sic habetur.Si Tributum petit Imperator non negamus, agri Ecclesiæ soluunt Tributum: & *in c.Tributum 23.quæst.8.*De exterioribus, quæ palam cunctis

cunctis apparet Ecclesia Tributum reddit. Et verbum, reddit, denotat debitum Iustitiæ. Non inquam hæc obstant, nam ad *cap.Tributum 11.quæst.1.*omissis variis Glossarum explicationibus, rectè respondet Baronius, *vbi suprà* dicens, verba illa dicta fuisse ab Ambrosio permittendo potiùs,quàm approbando,factum asserendo, non verò ius confitendo. Eo enim tempore, cùm puer esset Valentinianus, Mater eius Iustina gubernabat,quæ cùm esset Arriana Tributum aliquãdo ab Ecclesiis exegit,& prudẽter censuit Ambrosius illi resistendum non esse ad vitanda mala, & pericula imminentia, vt longiori sermone ipse Ambrosius ibidem declarat, concludens his verbis, *Imperatori non dono, sed non nego.* Potuit enim Ambrosius facilius tolerare Tributorum exactionem, quàm vsurpationem bonorum Ecclesiæ, & eodem modo intelligendus est Text. *in cap.Conuenior.23.quæst.*8.

5. Ad Textum verò *in dicto cap. Tributum. 23. quæst.*8. refertur Cardinalis Albanus in tractatu, de immunitate Ecclesiastica,eodem modo dicens.Vrbanum, de facto fuisse loquutum, non de iure asserens persoluendũ esse tributum ab Ecclesia spontè ad maiora mala vitanda, nõ tamen ex debito Iustitiæ:idque probat ex illis verbis, pro pace, & quiete ; Hæc tamen interpretatio non placet:nam ex verbis Textus apertè colligitur Vrbanum non dixisse Tributum esse soluendum ad vitanda maiora mala, sed potiùs soluendum esse Imperatoribus propter officium, & obligationem, quam habent tuendi Ecclesiam ; quare alij Textum illum intelligunt, de solis bonis, quæ ad Ecclesiam peruenerunt cum onere Tributi, quòd etiam est improbabile ; Nam Textus expressè loquitur de vero Tributo,quod Imperatori soluitur,ratione publici muneris, quod Ecclesia nunquam soluere debuit. Quare textum *in dicto cap.Tributum*, relatum esse à Gratiano ad Vrbanum Papam, coniectamus ergo fuisse Vrbani I. quamuis non constet, quis fuerit ille Vrbanus. Credimus enim, Vrbanum Primum, loquutum fuisse iuxta morem illius temporis, quando Imperatores erant Gentiles,& Idololatræ, & Ecclesia nondum sibi libertatem ab huiusmodi Tributis vindicaverat. ¡Sed aliam explanationem huius Textus ne deseras videre apud Carolum Episcopum Nouarien sem, *in cap.Conuenior.23.quæst.*8.*nu.6.* penes Gatticum *in allegat. pro Eccles.fol.173.*

6. Verùm etiam dato, & non concesso, hanc exemptionem bonorum Ecclesiasticorum primario ab Imperatoribus largitam fuisse, immeritò dixit Pater Rabardeus, Principes plenam, & integram non concessisse, sed pro successoribus reseruasse potestatem petendi subsidia in magna Regni & Reipublicæ necessitate. Sed hoc negandum est; nam vt obseruat Kochier *in vindiciis libert. Eccles.lib.1.cap. 20.num.9.* Wamesius, *tom. 1.Cons.174.num. 7.* & alij, in dubio concessio facta Ecclesiæ censetur facta purè,& absolutè, & pleno iure sine vlla reseruatione. Deinde vt ex Henriquez, *lib.10.cap. 15.* obseruat Ioannes Wigers, *in 2.2.Diui Thomæ, de Iust.& iure, tract. 7.c.2, dub.6.num. 22.* Etiamsi Principes quando concesserunt hanc immunitatem Clericis, excepissent cæteros casus,quibus voluissent Clericos contribuere,tamen exceptionem illam non valituram contra illimitatam exemptionem constitutam per Canones : & sequitur ex eodem hoc fundamento quod Principes sæculares, etsi vellent, non possint tamen nunc Clericos subiicere oneribus soluendi Vectigalia, & Tributa, quandoquidem per altiorem potestatem iam existunt exempti. Iuta autem Canonica integram, & illimitatem hanc exemptionem Clericis concessisse, nisi in quibusdam casibus in illis expressis ; patet *ex cap.Non minus, & cap.Aduersus, de immunit. Eccles. cap. Quanquam, de censibus,in 6. cap.Tributum,& cap. Secundum 23. quæst.*8.*cap.Benè quidem distinct.96.cap. Eccles.de constit.cap.1.& cap.Clericis, de immunit.Eccles.in 6. Clementina præsenti,de censibus,cap.Nouerint, de sentent. excommunic.* Quibus adde Concilium Romanum III.sub Symmacho Papa;vbi sic habetur. A Laicis quamuis Religiosis nulla de Ecclesiasticis facultatibus aliquid disponendi legitur vnquam attributa facultas. Ergo, &c. Recognoscе Sanchez,*tom. 10. opusc.lib.2.cap.4.dub.55.nu. 2.*

7. Restat modò respondere ad leges Theodosij, & Honorij,quas pro sua firmanda sententia adduxit P. Rabardeus, *& ad leg.ad instructionem,*& alias.Respondeo cum Doctoribus,quos citat,& sequitur sapientissimus Sahagun de Villa-Sante,*in cap. Decernimus, de iudiciis, num.25.&* 27.fuisse abrogatus, per leges subsequentes, tam Canonicas, quàm Imperiales,imò à principio nulla fuisse; vt etiam probat Ortiz. *Politic.Eccles.part.3.fol.320.*

8. Idem etiam docent ex Societate Iesv P. Layman, *lib.4.tract.9.cap.6.num.6.* Dicastillus, *de Iust. & iure lib.2.tract.20.disp.4.dub.4. num. 99.* Molina *tom. 3.tract.2.disput.672.num.4.* Salas,*de Legibus,disput.14. sect.11.num.115.*Lessius,*lib.2.cap. 33. dub.3. num. 25.* Sed audiat Rabardeus P. Baldellum, virum doctum etiam ex sua Societate,*in Theolog.mur.lib.5.disput.34. num.10.*sic asserentem:Parum facit ex Iure Ciuili lex. *ad instructionem, C. de Sacrosan. Eccles.* vbi dicitur, quòd ad instructionem itinerum, & pontium, etiam venerabiles Domus, seu Ecclesiæ tenentur : & lex, *ad portus, C. de oper.publ.*vbi dicitur ab ædificatione, & reparatione murorum, neminem esse excusandum priuilegio dignitatis. Et *lex, Neminem, C.Sacros.Eccles.*quòd Ecclesiæ non sunt immunes à muneribus debitis propter aduentum Principis. Nam contra est Panormitan. *in c.Non minus, n.16.de immun. Ecclesia,* & *consil.3.n.2.cit.* vbi etiam citat Ioan.Andr.*in idem cap. Nod minus.* Quia hæc, & similia,non potuerunt Imperatores statuere in præiudicium Ecclesiæ,& absolutè nullius sunt roboris,cùm fuerint sæpiùs correcta per Ius Canonicum, *c.Non minus, & cap.Aduersus, de immun. Eccles.*Et sæpiùs alibi; vt etiam notat Sylu.*verb.immunitas,* §.16.imò & per Ius ipsum Ciuile. *Authent.Item, nulla Communitas, C.de Episc. & Cler.*vt notat Bartol.*apud Panorm.cons.3.n.2.cit.*Siquidem ibi generaliter prohibetur, ne quis audeat ab Ecclesiis exigere Collectas,Exactiones,Angarias,vel Perangarias. Ita Baldellus.

9. Et tandem non deseram hic apponere verba Maximiliani Faust.*de Ærario, Claus.17.consil.* 44.vbi sic ait:Priuilegia porrò immunitatis ab omnibus oneribus,Talliis,exactionibus,imò à refectionibus itinerum,viarum,murorum concessa sunt Ecclesiis,& personis Ecclesiasticis, vt docuimus antea,ex iure Diuino, & Pontificio,per *cap.Non minus, c. Aduersus, de immun.Eccles.*1.*cap. Quanquam, c.Clericis.eod.tit.in 6. Clem.fin.eodem tit.& alibi.* Atque etiam tractatur nominatim *in d.cap.Non minus, de exemptione,à contributione fossatorum, & aliorum communium negotiorum Reipublic.*Quare & illa *l.ad instructionẽ,*& similes,quæ volunt contribuere debere bona Ecclesię,ad murorũ, & itinerum refectionem,ad traductionẽ exercitus,angarias,& similia non sordida,vt dicunt munera, sunt abrogata;tum quia,vt sæpe dixi,Reges,Imperatores, & alij Principes,non possunt imponere legem Ecclesiasticis personis,aut rebus, *cap.Eccles S. Maria, cap. Quæ in Ecclesiam,de constit.*Tum etiam,quia per Nouellam Friderici postremam, expressè hoc videtur prohibitum,vt contra libertatem,& priuilegia Ecclesiæ. *Auth.Item nulla communitas,C.de Episc.& Cler.*Et ita nominatim se respondisse,& consuluisse, & iuxta

consilium

consilium suum indicatum fuisse,tradit Panormit.*ad cap. Non minus,num.17.& 18.de immun.Eccles.& consilio. 3.volum.1. incipiente. Super casu contra legem ad instructiones.*Neque aliter consulri tutò posse ait,cùm summa sit ratio,quæ pro Religione facit,*l.sunt personæ de religio.& sumpt.funer.P.*Sed & non recipi dictã *l. Ad instructionem*, Gloss. *ibi* notat & Gloss.*ad Can. generaliter*, §.*Nonarum* 10.*q.*1 Ioann.Andr. Panorm. *ad d.cap. Non minus.* Hucvsque Faust.Frustra igitur Patrem Rabardeum pro sua firmanda sententiam Imperatorias leges adducere dicendum est,quia à principio fuerunt nullæ , & postea à summis Pontificibus reuocatæ,imò & per leges Imperatorias,vt patet ex *Auth.Item nulla communitas*, vt in specie obseruat Carolus Episcopus Nouariensis,*in cap.Conuenior*,23. *q.8.n.*15.apud Gatticum,*in Allegat.pro Eccles.fol.*184. vbi probat dictam Constitutionem Imperatorum sustulisse *l.ad instructiones*| *leg. Iubemus*, *leg.Neminem*, *Cod.de Sacrosanct.Eccles.*& si quæ sunt similes,quod etiam docet Eminentissimus Dominus meus Cardinalis de Lugo, *tom.2.de Iust.disp.*36 *sect.*8.*n.*124.

RESOL. CCCXXXVII.

An in aliquo casu teneantur Clerici ferre subsidium pro communi , & mista Reipublicæ vtilitate , inconsulto Summo Pontifice ?

Nec tenentur Clerici ad solutionem gabellæ impositæ pro Physico, & Chirurgo , & Ludi-Magistro, &c. Ex.p. 7.tract. 1. Resol. 22. alias 20.

Pro prima dubit. huius vide sup. in Resol. 146. §. vlt.& in Resol.147. §. 1. & 2. & in Resol. 148. §. 2.&3. & in Resol.150. §.1. & 2. & in aliis earum notationum. Sup. in Resol. præmissa.

§.1. REspondeo,quòd licèt Clerici sint exempti,vt suprà probatum est,ab oneribus,& vectigalibus laicorum,tamen non ita austere,& amaerè positionem hanc accipiendam esse existimo,vt Ecclesia aliquando Reipublicæ necessitatibus succurrere, olibgata non sit,certis concurrentibus conditionibus quas magistraliter ex sacris Canonibus, & Doctoribus explicat sacra Rota,in nunquã satis laudata decisione Brundusinæ Gabellæ,die 13. Februarij anno 1604. coram Pegna , & de quibus ego ipse *in parte 5.tract.primo, Resol.*11.Igitur quando Laicorum non sufficiunt facultates ad succurrendum communi, & publicæ necessitati,potest etiam aliqua contributio imponi Ecclesiasticis.Ad hoc tamen olim requirebatur consensus Episcopi, & Clerici, vt patet, ex *cap. Hon minus , de immunit. Eccles.*Nunc verò necessarius est consensus Summi Pontificis , vt patet , ex Bulla Cœnæ : & olim etiam patebat per Concilium Lateranense sub Innocentio III. Vnde non sunt admittenda exempla, quæ Rabardeus, *vbi suprà fol.*60.adducit,asserens in Hispania tempore Philippi II. Pro adiuuandis Catholicis aduersus Hæreticos, Gallos. Clericos sine permissione & consilio summi Pontificis impulsos fuisse ad contribuendum subsidium Laicis, &*fol.*66.& 67.adducit aliqua exempla, etiam ab Hispanis petita. Hoc inquam non est admittendum,quia legibus , & non exemplis est iudicandum Imòque ad Hispanos, ego inuenio Sahagum de Villasante, *in cap.Decernimus de Iudiciis, num.* 36.& 38. contrarium, contra Rabardeum , docere : Sic enim ait : Apparet apertè toto errare Cœlo opinantes in his causis non esse necessariam Pontificis consultationem: Quo iure,cum in Hispania Regibus Catholicis, ergo eorum Ærario in comprimendis Hæreticis, & eorum,& Turcarum incursionibus resistendis pene exhausto Ecclesia in subsidium consultat. Non aliter tamen Rex Catholicus subsidio potitur,quàm si à Pontifice, quarta, & Decima concedatur vulgo subsidio, escusado. Ita Sahagum.

Quæ hic est finis Resol. ad per eosdem, & lege omnes alias eos amoc.

2. Quòd manifestè etiam apparet ex Comitiis Generalibus celebratis anno 1538. in quibus Prælati Hispaniarum licèt consenserint dandum esse subsidium petitum à Carolo V. Imperatore,tamen teste Aria Montalto , in responso iuris de contributione Ecclesiasticorum, *num.* 192. sequentem apposuerunt conditionem. [y porque para esto es menester licencia,y mandado de su santidad suplican à su Magestad mande tratar el despacho que para la seguridad de sus conscienciasse requiere,y an si son contentos en el medio de la dicha sisa,] Videat modò Pater Rabardeus, si Prælati Hispaniarum , & Reges Hispaniæ, præbeant,& accipiant subsidium inconsulto Summo Pontifice, & sine eius licentia.

Et ideò non desinam etiam hic apponere verba doctissimi Valboæ de Magroucjo in scriptura ad Regem nomine Decani & Capituli Ecclesiæ Salmanticensis, *Concl.*12.*num.*147.vbi sic ait[y no se hà dezir que la consulta de estado Ecclesiastico no es necessaria,auiendo concession Apostolica : porque lo vno, y lo otroes menester.la cõcession para que se pueda imponer el tributo ; la consulta del Clero, paraque el impetrante la tenga con segura conscienciavt expresse probat Textus, in d.cap. Pontifex consultatur, cuius interest communibus vtilitatibus prouidereino mas de porque por los menos consultado el Clero, està Westra Magestad seguro de que la gracia de su santidad no es ganada surrepticiamente y esto es lo que VVestra Magestad deue hazer en conscienciasi quiere valerse de las rentas Ecclesiasticas:iuntar el estado Ecclesiastico, conferirlo con el, y vistas las necessidadas, y otras circunstancias , que el dicho estado vea, como meior podra soccorrer , à VVestra Magestad,y despues de todo esto, acudir à su santidad : pero si se haze al reues , que sin que al estado Ecclesiastico sepa,ni entiẽda nada ganar Westro Breue del Papa,no dexa segura su conscienciani puede con seguridad vsar del dicho Breue;como luego diremos. Nè sin preceder estas formas iuridicas, podra VVestra Magestad proceder à la execucion destos arbitrios en las rentas Ecclesiasticas: porque ha de ser consentiente Clero , & consulto Papa.] Ita Valboa. Vnde satis remanet contra P. Rabardeum probatum Reges nostros Hispaniarum numquam subsidium ex bonis Ecclesiasticorum petere , & accipere, nisi consentientibus Ecclesiasticis , & obtenta S.Pontificis licentia; per ea quæ latè disserit Panormitanus, *lib.* 2. *consil.*3. & Guttierrez, *pract.qq.lib.*1. *quæst.*3. & alij penes ipsos.

Sup. hoc suprà in Resol. 248. §. vlt. ad medium. & in Resol. 250. §. 2. in fine.

3. Hinc pro Regno Siciliæ præter consensum Ecclesiasticorum Rex noster obtinuit licentiam à S. PP.N. Vrbano VIII. die 16. Augusti 1634.imponendi Gabellam Clericis pro expensis factis tempore Pestis in Ciuitate Panormitana:Et aliam similiter licentiam obtinuit ab eodem Pontifice pro statu Mediolanensi, die 10.Maij 1624.Et contra P. Rabardeum Maximilianus Faust. *de Ærario Clau.* 17.*consil.*4. refert multa alia exempla, & præcipuè Maximiliani I. & Caroli V. Imperatorum petentium licentiam ab Alaxandro VI. & Paulo III. obtinendi subsidium ab Ecclesiasticis pro Bello contra Turcas,& Hæreticos;prout fecit Emanuel Rex Lusitaniæ,Leonis. X.pro Bello contra Mauritanos.Idem testatur de Duce Ferrariæ Alciatas *consil.* 165. *nu.* 12. de Duce Florentiæ Martha *de iurisd.part.*4.*Cent.*1.*cas.*1.*n.*12.& *Republica Veneta*, Bombus , *lib.*5.*Histor.*

4. Nec obstat supradictis , Clausulam de consuluedo S.Pontifice, vt etiam obseruat Rabardeus, *fol.*62. appositam fuisse propter imprudentiam quorundam, qui nimium liberales , & promptiores existerent in his subsidiis,de Ærario Ecclesiastico con-

ferendis. Ergo, quando necessitas est vera, & notoria, non erit opus consultatione Pontificia, Non inquam obstat hoc dicere: Nam obseruat Suarez, *lib. 4. cap. 26. num.* 18. quòd licèt conditio hæc in præsumptione fundaretur, vt indicant illa verba: Propter imprudentiam quorundam, & ideo vbi fuerit euidens Iustitia, & ratio contributionis, & consensus sit debitus secundum prudentiam, non obligare legem illam, quò ad hanc conditionem. Quia præsumptio cedit veritati, & consequenter cessat etiam lex in præsumptione fundata. Respondendum est, ait Suarez, negando assumptum, quia illa lex reuera non supponit rem præsumptam in qua fundetur, sed solùm morale periculum, & occasionem frequentis mali, & nocumenti. Hoc autem satis est, vt lex vniuersaliter feratur & obliget etiam in particulari casu, licet in eo negatiuè cesset finis, seu ratio legis. Ergo, &c. Sed melius dici potest rationem Textus *in d. c. Non minus*, vt consulatur Sum. Pontifex desumendam esse ex illis verbis. Cuius interest communibus vtilitatibus prouidere, &c. Quia Pontifex est Pater communis totius Orbis Ergo, &c.

Nec etiam obstat ex *d. cap. Non minùs*, colligi prohibitionem esse cùm pro necessitatibus merè Laicorum imponuntur onera, vt patet *ibi*: Isti verò onera sua, &c *& ibi*', Quælibet sibi arbitrentur agenda, &c. Secus igitur vbi onus venit imponendum pro communi necessitate Clericorum, & Laicorum. Tunc enim d. cap. *Non minùs*, & d. cap. *Aduersus*, non haben locum. Ita Pet. de Anchar. *in d. cap. Non minùs, in fine. & in cap. 1. num. 5. extr. de immun. Eccles. in* 6. sensit, & placet Andr. Barb. *in de consil. 1. col. 20. & 35. vol. 3.*

5. Confirmatur, quia Summus Pontifex *in d. cap. Non minùs*, disertè ait. Quocirca sub Anathematis districtione fieri de cætero talia prohibemus, &c. Talia, inquit, hoc est, vniuersa Laicorum onera imponi Ecclesiis, & Ecclesiasticis personis, easque ac extremam inopiam redigi, fieri prohibemus: Quod & Lucæ de Penna *in d. l. 2. col. 2. in princ. Cod. de quibus muner.* rectè visum est. Ergo quando onera sunt mixta, & respiciunt Laicos, & Clericos, non est recurrendũ pro licentia ad Pontificem. Sed hæc omnia sunt falsa, *& cap. Non minùs & cap. aduersùs* loquuntur de communi necessitate, & nouissimè Bulla Cœnæ absolutè, & sine vlla distinctione asserit Clericos non teneri ad vllas contributiones nisi obtenta licentia Summi Pontificis; & Censuras fulminat. Ergo: Et quidem vt rectè obseruat Ortiz *de Politia immun. Eccles. part. 3. fol. 322.* Maximilianus Faust. *de Ærario class. 17. Cens. 42.* & alij, cùm immunitas toti Clero, & in fauorem ordinis fuerit concessa, à singularibus Clericis, etiam in sui præiudicium, renunciari non potest, ex *c. si diligenti de foro compet.* Ergo requiritur necessariò consensus Pontificius. Et ita in terminis de casu in quo Clerici tenerentur præbere subsidium Regni pro necessitate Belli, docet Sanchez *in opusc. tom. 1. lib. 2. cap. 4. dub. 56. n. 36.* esse necessarium, vt priùs obtineatur licentia Pontificis; quod etiam docet Fragosus, Maynardus, Tamburinus, & alij, *vbi infrà*; quibus adde ex Doctoribus Gallis Stephanum Baunium *in Theol. mor. part. 1. tract. 11. quæst. 33.* & ideò Antonius Borrinius *in tract. de Canalcata, seu seruitiis Vassallorum part. 3. capite 6.* obseruat, quòd tempore Belli Serenissimus Dux Sabaudiæ Carolus Emanuel, habuit ab Ecclesiasticis subsidia certo modo ad id adhibitio ex Breui & mandato particulari Summi Pontificis.

Sup. hoc suprà in Ref. 247. §. 2. in Ref. 248.

6. Concedo tamen Patri Rabardeo hanc consultationem Summi Pontificis non esse necessariam, quando periculum esset in mora; vt in casibus, ait Fragosus *de Regim. Reipub. part. 1. lib. 2. disp. 4. nu. 334.* Baunius *vbi suprà*. Maynardus, *de priuileg. Eccles. part. 2. articulo. 23. n. 30. & 31.* & Tamburinus, *de iure Abbatum tom. 1. disp. 15. quæst. 20. num. 5.* inopinati & improuisi belli, vel incursionis hostium, qui præuideri nequeunt, & quia celeritatem expostulant, & non patiuntur moram; concedo, inquam, in tali casu posse subsidium peti à Clericis, & Episcopis sine consultatione Pontificia, Sed hæc doctrina limitanda est, quòd non fecit Pater Rabardeus, si necessitas non contingat in exactione, quæ ad vnum actum, vel ad breue tempus fit, cùm enim longiori tempore sit duratura, licet in casu necessitatis possit inchoari, in consulto Summo Pontifice, cõsulendus posteà venit, vt longiori tempore protrahatur, quia potest, quò ad hanc partem lex impleri. Et ita doctrinam Patris Rabardei optimè limitauit Suarez *contra Regem Angliæ, lib. 4. cap. 26 n. 18.* & Castrus Palaus, *tom. 2. tract. 12. disp. vnica punct. 9. num. 7.* & Eminentissimus Cardinalis de Lugo. *de iust. tom. 2. disp. 36. sect. 8. num. 147.* Et ideò ex his patet, qnàm difficiliter possit accidere casus, in quo consultatio Summi Pontificis pro subsidio Clericorum obtinendo, non sit necessaria, vel communiter anteà vel saltem posteà. Pressi igitur Principes bellorum necessitatibus ad Summum recurrant Pontificem, nec audeant sine ipsius facultate tributa Ecclesiis imponere: vnde eis adducam verba incomparabilis viri Cardinalis Baronij *tom. 4. anno* 387. vbi sic ait. *Vides non nisi Apostatas atque hæreticos Imperatores exegisse ab agris Ecclesiæ censum, hac ex parte Pharaone Ægypti Rege deteriores. Cum aliqui Catholici Principes in ditandis Ecclesiis redditibus munificentissimi semper extiterint. Qui si quando necessitate ingruentium bellorum pressi indiguerint accipere ab Ecclesiis id perquam submisso animo à Romano Pontifice expetere consueuerunt, & ab illo paternæ charitatis affectu pro facultate præstari, cuius rei innumera sunt exempla.* Ita Baronius.

§. Verba, ante medi, à vers. non sunt intelligenda.

Sud. hoc in Ref. vlt. not. præterea, & in eodem §. prope fin. & suprà in Ref. 250. §. vlt. in principio.

7. Nec etiam desinam hic apponere ea, quæ cum Rege Hispano loquens, olim docuit sapientissimus Valboa de Magrouejo nomine Decani, & Capituli Ecclesiæ Salmanticensis, *concl. 11. num. 136. & seq.* [Todos los Principes Christianos (ait) en los mayores aprietos, y trabaios siempre han tenido porvnico remedio acudir à Dios, haziendole ricas promessas, y enriqueciendo con ellas sus templos, y ministros: y assi lo han hecho siempre los Reyes de Castilla, y no parece conuiente, que en tiempo que se auia Westra Maestad de desnudar para dar à Dios, y aplacar su yra, se trate de quitarle lo que es ya suyo, y se tome por remedio de la necessidad lo que siempre ha sido ruyna, y destruycion de los Reynos. Y communemente los trabaios del Rey D. Alonso el Sabio todos los antiquos Historiadores atribuien à las Tertias que tomò. Ganuino *en los Anales de Francia, lib. 1. en la vida de Lotario*, dize, que apretado con los gastos de la guerra, traro con los Obispos, y de su consentimento, que le diessen las tercias de sus rentas Ecclesiasticas, y solo el Arçobispo de Tours, selo cõtradixo, amenaçandole, que si no desistia de à quella demanda, Dios le quitaria el Reyno, y este temor le hizo desistir de su proposito. *De Carlos hijo de Pipino, que murio el anno de 741. refiere Gaguino, lib. 3. que estando muy gastado con las guerras de Infieles el, y toda la Nobleça de Francia, cõsintiẽdo los Obispos, tomo de los diezmos para pagar la gente haziendo solemne iuramẽto de bolverlo à pagar, si Dios le diesse vida, y con todo esto dixo San Eutherio Obispo Aurelianense, que vna noche auia visto el alma de Carlos en el Infierno por este Sacrilegio:* y lo refiere Antonino, *2. part. t. 14. c. 2. §. 3.* y el mismo Gaguino *lib. 6.* en *la vida del Rey Luys*, quellamaron el Gordo, que murio el anno de 1137. refiere, que porfiando este

Rey

Rey en aprouecharse de las rentas Ecclesiasticas, le dixo San Bernardo,que esta profia le costaria la vida de su hijo:y assi fue,que se le matò vn Caballo de vna cayda,que dio con el en el campo.Aun Polibio dize que despues que Pompeio mostro poca reuerencia à los Templos,no le succedio nada bien:pues mejor la ha de temer Westra Maestad : *pues es comun opinion de los historiadores de España , que al primer subsidio, que Carlos V. pidio à las Iglesias , se lo perdio vna requissima ormada,que venia de las Indias:y quando lapidio Philippo II. se le perdieron las Galeras en la Herradura, y quando vendio con Breue de Gregorio XIII. los lugares de la Iglesia , se le perdio la Goleta :y desto tenemos mil exemplos , y quiça , oy se han perdido las Naos de la Flota , y no parecen los Galeones , per otro tanto.* [Hucusque Valboa.

8. Nec desinam hîc adnotare quod Sancius I. Aragonum Rex (vt obseruat Hieronymus Zurita, *lib.1 Annalium,c.23.*& Stephanus Valentinus , *lib. de potest.Summi Pontif.cap.2.*) quamuis auctoritate Alexandri II.& Gregorij VII. Ecclesiæ redditus in publica Bulla consumpsisset, illis præsertim temporibus vbi pro aris & focis contra Mauros pugnabatur,veritus fortasse ne Christus Ecclesiæ caput, regia licentia offenderetur anno 1081. Ante altare Diui Vincentij in oppido Rode, publicam pœnitentiam egit,quòd decimas , & Ecclesiæ redditus in dictos visus transtulisset.

9. Et tandem non desinam hîc obiter etiam obseruare , non benè Rabardeum cum Henriquez sentire Clerum teneri ad contributionem , vt oppidum, quod Rex vendere volebat,se redimeret, dando Regi hanc pecuniæ summam , pro qua oppidum alteri Principi,vel Domino vendere cogitabat ; Quia talis redemptio,tam vtilis, & commoda videbatur Clericis,quam aliis Ciuibus Laicis. Quia hoc est falsum: talis enim necessitas,licèt sit publica,tamen non tangit Clericos principaliter , sed solùm secundariò,vt sunt membra Cõmunitatis , alioquin nimis angustũ, & prope nullum esset in oneribus publicis priuilegiũ Clericorum : igitur quando necessitas est publica,solis tamen Laicis est communis,licèt indirectè, ac remotè ad Clericos quoque pertinent. Ita Lessius,*lib.2. cap.33.dub.3.n.25.*Azorius.*part.3.lib.5.c.19.q.11.* Recognosce meipsum refellentem Henriquez,*n.1.part... tract.2.Resol.38.*Vnde à fortiori non assentior P.Bauny *in Theol.mor. part.1. tract.11. q.33.* asserenti Clericos teneri contribuere ad apparatum , & pompam, qua Reges in vrbem inuehuntur ; Ita Sanchez , *in opusc.tom.1. lib.2.cap.4.dub.55. num.23.* & me citato Trullench *in Decal.tom.1.lib.7.cap.12. dub.5. num.24.* Neque Menochio *cons.800.num.26.* & Gaspari Klockio.*Tract.Nomicopolitico,de contribut.c.12. num.227.* asserentibus Clericos teneri ad impensas Academiæ publicæ Principis sæcularis. Et ideò Sacra Congregatio Episcoporum die 2.Augusti 1619.declarauit Clericos non teneri ad solutionem Gabellæ impositæ pro Physico,Chirurgo, & Ludimagistro.

Quæ hîc est sup. Resol.xxi. Sed quid-quid, & in Resol.

Sup. lis' in Resolutione xxi. per totã, & si placet lege doctrinam aliarum Resolutionum primæ tomi.

RESOL. CCCXXXVIII.

An Decretum Bonifacij VIII. in cap. Clericis de Immunitate Eccles.in 6.*hodie persistat ?*

Sed difficultas est de Regibus Galliæ stante priuilegio Bonifacij VIII. concesso Philippo pulchro , vt non expectato Episcoporum consensu , possint , vrgente necessitate, imponere onera Ecclesiasticis ,& an tale priuilegium sit in vsu ? Ex part.7.tract.1. Resol.23. aliàs 21.

§.1. NEgatiuam sententiam docet P. Rabardeus, *sect.3.n.5.fol.61.* asserens,dictam Constitutionem Bonifacij fuisse postea abrogatam à Benedicto XI.*in Extrauag.quod olim,de immun.Eccles.*& postea à Clemente V.*in Clem.Quoniem,eodem tit.* Et ita reuera est,licèt Benedictus restrinxerit solùm Constitutionem Bonifacij,ad exigentes tantùm.Sed Clemens illam prorsus reuocauit,non solùm quoad Clerico sponte soluentes, sed etiam quoad Principes exigentes,vt obseruat Glossa,*in d.cap.Clericis.*

2. Sed hæc opinio Rabardei non est admittenda ; nam licèt Benedictus,& Clemens Pontifices reuocauerint, vt dictum est Decretum Bonifacij , tamen Leon X. in Concilio Lateranensi illud renouauit , anno 1521. *sess.9 sub finem,*§. *Et cùm ad rem tam Diuino,* &c. vbi hæc verba habentur : Innouamus omnes Apostolicas Sanctiones in fauorem libertatis Ecclesiasticæ contra eius violatores quomodolibet editas : & cùm in Lateranensi, pariter ac Conciliis generalibus sub excommunicationis pœna prohibitum fuerit, ne Reges, & Principes , Duces, Comites, Barones, Reipublicæ,& alij Potentatus qui cumque Regnis,Prouinciis, Ciuitatibus,ac Terris quomodo Præsidentes , Collectas , Decimas , & alia huiusmodi onera Clericis, Prælatis, & aliis quibuscumque personis Ecclesiasticis imponant , exigántque, néve à sponte etiam dantibus, & consentientibus recipiant:atque in præmissis auxilium, fauorem , vel consiliũ,palam,vel occultè præstantes,in excommunicationis latæ sententiæ pœnam eo ipso incidant:& ipsæ quoque Reipublicæ,ac Communitates, & Vniuersitates circa hoc quomodolibet delinquentes,Ecclesiastico eo ipso subiiciantur interdicto:Prælati etiam præmissis absque expressa Romani Pontificis licentia vltrò consentientes excommunicationis,& depositionis pœnam ipso facto incurrant,statuimus,& ordinamus, vt de cætero talia præsumentes etsi (vt præfertur) qualificati fuerint , vltra supradictas pœnas , quas contraueniendo ipso facto incurrere volumus , innouamus , quòd ad omnes actus legitimos, inhabiles,& intestabiles habeantur. Hæc ibi. Et singulis annis idem efficitur in Bulla Cœnæ.

3. Audiat igitur P. Rabardeus acutissimum suæ Religionis Theologum,& reconditæ erruditionis virum P.Comitolum,*in resp.mor. lib.1.q.95.* sic asserentem:Egenti Ciuitati,vel Principi à Clerico subueniri æquissimum est : verùm id non assentiente Romano Pontifice , fieri non debere planum est ex interpretatione Innocentij , Ostiensis, Io.Andr. *in cap. Non minus,de immun. suarum explanationum num.9.*& Panormitani *in idem c.num.4.* & Butrij *in cap.Peruenit,eodem tit.n.5.*& Ancharani *in cap. Qui nonnulli, de immun.lib.6. num.5.* qui hanc, ait, Canonistarum esse sententiam:Quod ipsum seueris legibus ab Romanis Pontificibus sancitum est,ab Innocentio III. *in cap. Aduersus,de immun.* cùm is præesset Lateranensi generali Concilio,à Bonifacio VIII. *in cap. Clericis, de immun.lib.6.* à Benedicto XI. *in Extrauag. quod olim,de immun.*à Clemente V.*in Concilio generali Viennensi,cap 1.eod.tit.*à Leone X.*in Concilio generali Lateranensi,sess.9.in Constitutione,cuius est initium,Supernæ dispositionis,*ab aliis Romanis Pontificibus, *in Bulla Cœnæ, Canon.18.*

4. Et quamuis Bonifacij VIII. Constitutio reuocata fuerit à Clemente V.*in Concilio Viennensi,* nihilominus à Leone X. *in Conc. generali Lateranensi, sess.9.*restituta fuit:in quo Concilio cunctæ Bonifacij VIII. Constitutiones ad libertatem Ecclesiasticam pertinentes renouantur:& quod in sua Decretali sanciuit Bonifacius,eisdem verbis, & sententiis sanciuit

Leo X. Et quidquid Concilium Lateranense nouissimum de libertate Ecclesiastica decretauit, confirmãt, atque innouãt cum omnibus Censuris posteriores Pontifices in Bulla Cœnæ, *Can.* 18. vt illud item planum sit; Bonifacij Decretum quemadmodum etiam Cardinalis Toletus testis est *in sua summa, in tract. de casibus in Bulla Cœnæ reseruatis, excommunicatione* 9. Atque hi omnes Superiores Pontifices excommunicatione latæ sententiæ Romano Pontifici reseruata animaduertunt in eos omnes, qui præstationem, solutionémve aliquam imponunt Ecclesiasticis personis, sine Romani Pontificis assensu; etiamsi recipiant à sponte dantibus. Sed tamen non credit Toletus censura irretiri eos, qui sponte soluunt, quos tamen irretiebat Bonifacius. In hac enim parte, neque in Bulla Cœnæ, neque in Concilio Lateranensi apparet innouatum esse. Ergo, &c. Vide etiam eundem Comitolum, *lib. 4. q. 36. n. 4.*

5. Et hanc sententiam præter Comitolum tenet ex eadem Societate Stephanus Baunius, *in Theolog. mor. tract. 11. q. 37. §. Dico tertiò.* Idem tenet etiam Bellettus, *in Disquis. Cler. part. 1. tit. 5. §. 2. num. 31.* vbi docet in Bulla Cœnæ renouatum esse Decretum Bonifacij VIII. Idem etiam docet Tamburinus *de iure Abbatum, tom. 1. disput. 15. quæst. 21. num. 25.* Et omnino videndus Marchinus *de Pestè, part. 4. cap. 3. num. 33. & seqq.* cum Carolo Episcopo Nauariensi *in cap. Conuenior. 23. quæst. 8. n. 14.* apud Gatticum *in allegat. pro Eccles. fol. 183.* Et quod magis notandum est Episcopus Alexander Sperellus vir amicissimus in suis doctis Decisionibus Fori Ecclesiasticis *dec. 37. n. 83.* testatur ita sensisse Sacr. Congregationem immunitatis, id etiam approbante Sanctissimo Domino Nostro. Non obstante, igitur quod Benedictus XI. & Clemens V. reuocauerint olim Bonifacianam Constitutionem, hodie tamen, vt probatum est, Clerici non possunt subsidium ferre, nec Reges illud accipere, nisi ex licentia Summi Pontificis, quia Leo X. & Bulla Cœnæ, Bonifacij Decretum denuò approbarunt & renouarunt: Ergo, &c.

6. Sed hæc omnia licèt procedant, quò ad alios Principes, difficultas est de Regibus Galliæ, stante Priuilegio Bonifacij VIII. concesso Philippo Pulchro, vt non expectato Episcoporũ consensu possint, vrgente necessitate imponere onera Ecclesiasticis; Negant Rabardeus, Habert, Mandrinius, Guilielmus de Benedictis, Tholosanus, Feraldus Doctores Galli, qui faciunt adhuc mentionem de vsu talis Priuilegij; De quo etiam testantur Doctores Hispani, Sanchez *in opuscul. tom. 1. lib. 2. cap. 4. dub. 55. num. 30.* & Mexia *in Pragm. Taxæ panis, conclus. 5. num. 64.* quibus adde Maximilianum Faust. *de Ærario Class. 17. consil. 44.* Sed vsum talis Priuilegij nominatim acriter impugnat nouissimè Ioannes Arias Maldonatus *in suo Iuris Responso de Contributione Ecclesiasticorum vrgente necessitate, n. 111.* & ante illum Chassaneus Doctor Gallus omnino videndus, *in Consuet. Burgun. titul. de Iustitiis, §. 4. n. 34. & 35. fol. 134. & 135.* nimis dubitauit de vsu talis Priuilegij, & *n. 28.* obseruat, quòd anno 1522. Ecclesia Gallicana hoc opposuit Francisco I. Ecclesiis Regni Tributum imponente. Vnde videtur res satis scrupulosa maximè propter Concilium Lateranense, & Bullam Cœnæ: *Sed ego nolo iudicium meum proferre, & Apostolicæ Sedi determinationem remitto, vt suprà feci de aliis Priuilegiis Regibus concessis* Sufficiat tantum mihi in hac Resolutione probasse contra P. Rabardeum *cap. Clericis de immunitate Ecclesiastica*, non obstante reuocatione Martini, Quintini, & Benedicti vndecimi hodie adhuc persistere, & obligare, ita vt secluso aliquo Priuilegio verè concesso, & non reuocato, non possint Principes exigere subsidia & onera ab Ecclesiasticis, inconsulto Summo Pontifice.

RESOL. CCCXXXIX.

An Principes possint prohibere, ne Annatæ ex suis Regnis Summo Pontifici soluantur, sine eorum consensu?
Ex part. 7. tract. 1. Res. 24. alias 22.

§. 2. Affirmatiuè respondet P. Rabardeus *sect. 4. num. 7. fol. 91.* Quia (ait ille) cum sub Regis protectione constituta sint omnia bona temporalia subditorum suorum, etiam Ecclesiarum, & Clericorum, necessum est illum consentire Exactionibus, vel Tributis præter Ius commune iam in suo Regno ab antiquo tempore receptum, imponendis. Commentator Pragmaticæ Sanctionis refert ex Annalibus nostris Sanctum Ludouicum IX. Franciæ Regem, & alios Reges maximè Catholicos vetuisse huiusmodi Annatas, & alias exactiones de Beneficiis, in suo Regno exigendas. Ita Rabardeus.

2. Sed ego puto, secluso tamen aliquo Priuilegio Regibus à S. Pontifice concesso, quod reuocatum nõ sit, contrarium omnino, dicendum esse: Nam aliqui docent Annatas Summo Pontifici deberi, Diuino iure, aut saltem, ex iure Diuino scripto originem traxisse, vt ex Echio, & Ferdinando Cordubensi obseruat Azorius, *tom. 2. lib. 7. c. 12. q. 1.* & alij. Si ergo solutio Annatarum competit Pontificibus de iure Diuino, quomodo in illis soluendis possint se Principes sæculares immiscere?

3. Deinde, si Annatæ Pontificibus, non debentur iure Diuino, debentur tamen illis ad eorum, & Curiæ sustentationem; Potest quidem Pontifex decimas, fructuum etiam, quæ aliis debentur Laicis concedere, *cap. A nobis de decis. cap. Adrianus LXIII. cap. In Synodo XVI. quæst. 1.* sicut plerisque concessit. Potest Statuto, Consuetudine, aut Priuilegio induci, vt primi Anni fructus, & quandoque duorum, aut trium, fabricæ, Episcopo, aut ad alium quempiam vsum reseruentur, idque præcipuè Rom. Pontificis auctoritate. *Si propter tua debita, de rescript. lib. 6. & in Extrauagan. Ioan. XXII.* Quæ incipit: *Suscepti:* & non poterunt medij fructus primi Anni Summo Sacerdoti reseruari? Potest Pater corripere filium sibi alimenta negantem, & ad ea præstanda compellere. *l. Qui filios. Cod. Quæ res pign. oblig. pos. & l. 1. & 11. Cod. de Patr. qui fil. distr. ipsos etiam vendendo.* Et non poterit spiritualis Pater, cui non minùs obsequij debemus, quàm carnali, quotam partem fructuum Ecclesiasticorum pro suis necessitatibus reseruare.

4. Quòd si quis diceret; non tenentur filij Patribus thesaurizare, sed Pater filiis, *secunda Corinth. c. 12.* nec etiam necessitatis tempore. Habet Ecclesia Romana propriam Diœcesim, cuius Sacerdotes suo tenentur Episcopo subuenire: habet Ecclesia amplum temporale Dominium: huius subditi suo subueniant Domino: non grauentur alij, qui suis Dominis, & suis Episcopis prouidere tenentur? ne multiplici prægrauentur onere. Respondebimus, non teneri filios Patribus thesaurizare: teneri tamen Patri subuenire, cùm eget. sic Roman. Pontifici omnium Parenti, & Pastori: pro qua subuentione adinuentæ sunt Annatæ.

5. Quòd verò Romanus Pontifex propriam habet Diœcesim: habet quidem propriam, quæ scilicet alterius non sit sed non propriam, quæ Romanis finibus coarctetur. Cùm enim sit vniuersalis Ecclesiæ Episcopus, vniuersus orbis sua est Diœcesis. *Per principalem, cap. Cuncta per Mundum 9. quæst. 3.* nec minore

onet

onere grauantur Ecclesiæ subditi,quòd aliis teneantur subuenire Principibus. Quandoquidem, & præter Annatas, quæ cum aliis communes sunt ; ad ea tenentur Pontifici vectigalia,quæ & alij suis Principibus contribuunt. Confirmantur supradicta, quod licet Dominium Bonorum Monasteriorum , seu Ecclesiarum sit penes eorum Communitates excipimus Cappucinos , & Minores de obseruantia , vt tradit Gasparus Hurtado , *de iustit.& iure,disp.2. disse.19.* Perrus à S.Iosepho, *in Idea Theol.Moral.lib.4. cap.9. Resol.3.*Caietan.*in 2.2.quæst.43. num.105. art.8. col.de reddit. cap.23.* & alij ;tamen dicendum est,vt rectè obseruat Trullench , *in Decalogum tom.2.lib.7. cap.2. dub.5.num.1.*Non esse ita absolutum,& independens, sicut sæcularium.Et ideò S.Pontifex,cum sit Administrator omnium Bonorum Ecclesiasticorum,potest ex aliqua iusta causa dicta Bona ab illis tollere , & alicui donare,relictis ad victum necessariis,vt docent communiter Doctores, Trullench, *vbi suprà* ; Dicastillus , *de Iustit. & iure , libro 2. tractat.2. disput.1. dub.8.num.*100. Lessius , *lib.2. cap.4. dub.5. num.*19. & 20.Molina, *tom.1. tract.2. disp.29. concl.2.* Caietanus , *loco cit.* & alij. Itaque potuit Pontifex Annatas ad sui, & Curiæ sustentationem ex bonis Ecclesiasticorum constituere. & exigere , nec vllo pacto possunt Reges in his se immiscere, cum Dominium,seu potiùs Administratio bonorum Ecclesiasticorum ad Summum Pontificem pertineat ; qui ex hac ratione , si potest ex iusta causa interdum bona Ecclesiastica Principibus Laicis concedere,vt tradit Trullench,*in Decalog.tom.2.libro 7.cap.2.dub.6. n.*12. Et ideò Regibus Hispaniæ , & Galliæ Decimas concessit,vt obseruat Castillo Sotomaior *de Tertiis, cap.*10.*num.6.* & Valboa de Magrouejo *tract. Salmat. tom.1.ad cap.Causam de præscriptione num.*12. & 13. Quantò magis sibi ipsi poterit Pontifex bonorum Ecclesiasticorum fructus applicare.Itaque dicendum est,quòd quando Annatarum exactio videtur Principibus nimium Regnis suis onerosa,tunc eius exactionem nec debent , nec possunt prohibere, sed ad Summum Pontificem , pro moderatione dictæ Annatæ humiliter recurrant.

6. Ad exemplum verò quòd P.Rabardeus adducit de S.Ludouico IX.Rege Gallo , non respondebo,nisi verba Bellarmini , dignitate, doctrina , & sanctitate Eminentissimi , *in Apologia contra Regem Angliæ,cap.6.*vbi sic ait. Addit postea Sanctum Ludouicum Regem publica Pragmatica sanctione omnes Curiæ Papalis exactiones intra Regnum suum prohibuisse ; & citat ad marginem,ex arestis Senatus Parisiensis. Ego verò legi quidem apud Nicolaum Gallum inter alias Sancti Ludouici Ordinationes, hæc verba : Item exactiones,& onera grauissima per Curiam Romanam Ecclesiæ Regni nostri imposita, vel impositas , quibus Regnum nostrum miserabiliter depauperatum existit,siue etiam imponendas,aut imponenda, leuari, aut colligi nullatenus volumus, nisi pro rationabili, pia, & vrgentissima inuitabili necessitate : & de spontaneo expresso Consensu nostro,& ipsarum Ecclesiarum Regni nostri. Et fortasse hæc eadem verba habentur in aresto Senatus Parisiensis,quòd mihi notum non est. Cæterum legi Pragmaticam Sanctionem eiusdem Sancti Ludouici, quæ habetur ad finem Tomi Sexti Bibliothecæ Sanctorum Patrum editæ Parisiis , anno 1589. vbi habentur eædem Ordinationes, demptis verbis suprascriptis, quæ videntur postea addita in odium Ecclesiæ Romanæ.

7. Legi etiam similes ordinationes , tum apud Paulum Æmilium,tum apud Robertum Guaguinum, in vita Sancti Ludouici,& verba illa à Nicolao recitata non reperio : Sed contra potiùs legi apud eosdem Auctores Sanctum Ludouicum Romanæ Ecclesiæ Pontificibus Innocentio IV. Alexandro IV. Vrbano IV. & Clementi IV. quorum temporibus vixit , fuisse addictum & obedientem. Nam Innocentio IV. in Concilio Lugdunensi excommuncanti, & deponenti Imperatorem Fridericum,asserit Sanctus Ludouicus , atque , vt verbis Æmilij vtar: *Se viresque Regni sui,ac Consilium Sacrosanctæ potestati tutandæ paratum esse professus.Innocentij causæ dignitatē roburque addidit.* Et infrà. *Interea Francus* (Sanctus Ludouicus) *auctoritate nominis Franci tegens Pontificem, sacram insuper militiam,in barbaram Religionem professus erat.* Denique in vita Sancti Ludouici, quæ extat apud Laurentium Surium, à Confessario eius, vt creditur scripta, inter alia monita, quæ Sanctus moriens filio suo, Regnique hæredi dedit; hæc verba habentur : *Semper sis addictus, & deuotus Romanæ Ecclesiæ, eius Pontifici,haud secus,atque Spirituali Patri te morigerum præbeas.* Hucusque Bellarminus.

8. Et licèt Martinus V. in Concilio Constantiensi , *sess.* 43. asserat se nullatenus Annatas in aliquo Regno impositurum, nisi de consilio Prælatorum eiusdem regni:Nescio quomodo P.Rabardeus *fol.*93.possit hoc Decretum extendere ad Principes laicos;qui sub nomine Episcoporum nec debent,neque possunt includi, & cùm talis concessio sit quædam species priuilegij, sequitur non esse extendendum de persona ad personam , secundum regulam Iuris.

9. Nec desinam hic obiter adnotare P. Rabardeum, *fol.* 77.& 91. sentire Annatas ortum habuisse tempore Ioannis XXII.& Reges Franciæ primum id iuris summo Pontifici concessisse.Ita ille.Sed contrarium docet Thomas Campegius Episcopus Feltrensis *in opusc.de Annatarum institutione,& earum defensione,fol.* 170.vbi sic ait:Annatarum institutionem, si ad ius Diuinum referre nolumus , vt sint Decimæ Decimarum summo Sacerdoti debitæ , eam tamen non adeò nouam asserimus, vt Ioanni XXII.quod plerique faciunt , tribuamus:quandoquidem illarum institutionem Viennen. Concilium receperit, quod habitum fuit anno M C C C X I.& Ostien.ac Ioan. Andreas, qui Ioann. XXII. tempora præcessere, de his mentionem fecerunt. Defensionem autem Annatarum contra Duarenum , quem sequuntur eiusdem farinæ homines Tobias Pauxmester, *de iurisd. lib.2. cap.3. n.37.& sequ.* & Theodorus Keingkingk,*de regim. sæcul. & Eccles.lib.3. Class.1.c.8.num.25.*inuenies apud Filluc. *tom.1. tract. 41.c.6.n.54.*

RESOL. CCCXL.

An Principes laici quoad suos subditos possint inducere impedimenta dirimentia matrimonium ?

Et late discutitur , quomodo intelligenda sit illa quæstio, an authoritas vnius Doctoris viri docti, & pij faciat opinionem probabilem?

Et asseritur singularem vnius Doctoris sententiam,si sustineat valorem matrimonij,esse præferendam communi opinioni. Ex part.7.tract.1.Resol.25.aliàs 23.

§. 1. Affirmatiuè respondet P.Rabard. *sect.5.per totam.*Probat hoc *in num.*2.Quia Matrimonium est contractus verè Ciuilis, non minus quàm alij;& cõsequenter similiter potestati politicæ subiectus est.Sicut igitur supradicti ex iusta causa possunt aliquos(v.g. prodigos, & pupillos) redere inhabiles ad illos contractus,ita etiam ad hunc:quia eadem est planè ratio.

Sup. hoc supra in Resol. 222. & in aliis eius primæ nor. & infra lege doctrinam Resol.342.

Nec refert, quod Matrimonium sit Sacramentum: quia ideò non desinit esse verè contractus Ciuilis, & hac ratione subditus potestati politicæ. Quare & si potestas politica directè nihil possit statuere circa Sacramenta: potest tamen indirectè, impediendo valorem contractus, quem Matrimonium essentialiter inuoluit, Sicut & si lex Ecclesiastica non possit directè impedire potestatem Ordinis: potest tamen id facere indirectè, subtrahēdo nimirum Sacerdoti iurisdictionem ad absolutionem necessariam. Imò nec potestas Ecclesiastica potest alia ratione irritare hoc Sacramentum, quàm irritando indirectè contractum. Ergo, &c.

2. Deinde probat P. Rabardeus suam sententiam, *num.* 3. & 4. ex aliquibus Legibus Honorij, Theodosij iunioris, Valeriani, Galeni, & aliorum Imperatorum, apertè declarantium, nuptias contra aliquarum Legum suarum præscriptum celebratas, non esse firmas & validas, neque postea continuatione, vel temporis longitudine conualescere.

3. Sed omnino negatiuam sententiam contra P. Rabardeum tenendam esse existimo; Dico igitur, postquam ad rationem Sacramenti eleuatus est contractus Matrimonij, solius Ecclesiastici iuris est impedimenta constituere. Et quidem in Ecclesia esse potestatem constituendi impedimenta, definitum est in Concilio Tridentino, *sess.* 24. *cap.* 4. Si quis dixerit Ecclesiam non posse constituere impedimenta Matrimonium dirimentia, vel in eis constituendis anathema sit. Et ante Tridentinum in concilio prouinciali Senonensi, sub Clemente VII. *in decretis fidei, c.* 17. inter errores damnatos refertur iste: Ecclesia non potuit illegitimare aliquas personas, sic quod uon possint contrahere Matrimonium. Constat etiam ex perpetuo vsu Ecclesiæ, quæ toties impedimenta constituit.

4. Quod autem inter Christianos ea potestas resideat tantum penes Ecclesiam constat in primis. Quia causa Matrimonij, quoad ea, quæ necessariò respiciunt rationem contractus, aut ex illa proximè sequuntur, Ecclesiastica est, *cap. tuam, de ordine cognitionum*, ibi, vtpote, quæ ad forum Ecclesiasticum pertinet, & diffinitur à Concilio Tridentino, *sess.* 24. *cap.* 12. Si quis dixerit causas matrimoniales non spectare ad Iudices Ecclesiasticos, anathema sit, De quo latè Bellarminus, *lib.* 1. *de Matrim. cap.* 32. & ex antiquis, Paludanus, *in* 4. *distinct.* 26. *quæst.* 3. *art.* 3. Tum etiam quia apud Christianos ratio matrimonij à ratione Sacramenti, quod iudicia, inseparabilis est. Quare ad illud forum spectat contractus iste, ad quod spectat de Sacramentorum rebus, & doctrina cognitio. Dixi ea quæ necessariò respiciunt, aut sequuntur ex ista ratione Sacramenti, aut contractus, veluti firmitas illius, personarum ligitimatio, prolis conditio legitima, vel illegitima, & diuortium. Nam causa dotis, & hæreditatis, & aliæ huiusmodi sæculares sua ratione sunt & sæculari iudicio relinquuntur. Sunt enim isti contractui extrinsecæ, licet aliquando incidenter ab Ecclesia etiam decerni soleant. Sequitur ex his non posse Principes sæculares fideles legem aliquam statuere ad substantiam Matrimonij directè, vel indirectè pertinentem, quæ vim habeat nisi ab Ecclesia tacitè, vel expressè probetur, ex defectu potestatis: Et ratio est. Quia Matrimonium quamuis ex se contractus quidem sit subiectus etiam Principi sæculari, attamen per Christi institutionem eleuatum est ad rationem Sacramenti, itaque res sacra est. Ergo non subditur ex eo tempore potestati Principis sæcularis etiam fidelis. Quòd enim materia huius Sacramenti cōtractus sit, non satis est, vt possit Princeps sæcularis leges condere cùm ex quo ea materia per Christum sacra facta est, iam extra eius iurisdictionem, & potestatem sit. Sicut licet homo ante ordinationem sit materia subiecta iurisdictioni sæculari, & similiter bona illius, & prædia: attamen post ordinationem, vel postquam donatione, sacta, vel Ecclesiastica facta sunt, extrahuntur à dominio sæcularis Principis, & nullam neque in personas, neque in bona iurisdictionem habet. Sic ergo, & in nostro casu dicendum est, postquam Matrimonio accessit ratio Sacramenti Ergo, &c.

Sup. hoc supra in Ref. 221. §. vlt. & in Ref. 226. post med. vers. neque necessariam.

5. Et hæc omnia docet ex Societate Iesv Vasquez, *in* 3. *part. tom.* 4. *disp.* 3. *de Matrim. cap.* 5. *num.* 67. & Hurtadus, *de Sacram. Matrim. disput.* 12. *difficult.* 12. *num.* 7. Quibus adde Pontium, *de Matrim. lib.* 6. *cap.* 1. *num.* 9. & *cap.* 2. *num.* 3. & Auersam, *de Sacram. Ordinis, & Matrim. quæst.* 9. *sect.* 2. asserentes ex institutione ipsa Sacramenti Matrimonij fuisse hanc potestatem Principibus sublatam.

6. Sed dato & non concesso, quòd Principes sæculares ex genere, & natura suæ potestatis impedimenta Matrimonij fidelibus sibi subditis possint imponere vt docuerunt plures Doctores, quos *infrà* adducam, tamen hoc non obstante asserunt vsum huius potestatis ab Ecclesia fuisse eis interdictum: vt patet ex perpetua eius praxi, & habetur ex *cap. tuam, de ordine cognit.* vbi dicitur, causas matrimoniales ad solius Ecclesiæ forum pertinere; imò ad solos Episcopos, & non ad inferiores Prælatos, vt patet *in cap. Accedentibus, de excess. Prælat.* Et confirmatur hoc ex celebri Textu, *in cap.* 1. *de sponsal.* vbi quidam Francigena, fœminam Saxonem duxerat, & causatus non esse suam, quòd aduersus Francorum legem inierit Matrimonium, & proinde fuerit nullum, transiit ad alias nuptias, & tamen ibi Pontifex decidit prius Matrimonium, non obstante ea lege. fuisse validum, quia explanans hunc textum asserit Auersa, *de sacram. matrimonij. quæst.* 9. *sect.* 3. Lex illa erat Principis Laici, qui in hac re nullam habebat potestatem. Quod etiam notarunt Doctores, quos citat, & sequitur Martha, *de Iurisd. part.* 4. *Cent.* 1. *cas.* 70. *num.* 3. Idem probatur ex *cap. Euphemium* 2. *qu.* 3. vbi habetur non effici infames ex lege Ciuili transeuntes ad secundas nuptias, cùm ait textus ibi ex D. Gregorio *lib.* 4. *epist.* 50. Matrimonia hodie negantur iure poli, & non fori. Et ideò Valentia, *tom.* 4. *disp.* 10. *quæst.* 5. *punct.* 1. sic ait: Non solùm Ecclesiastica auctoritas, sed etiam Politica, seu Ciuilis posset Matrimonio impedimenta apponere, quatenus est contractus quidam ordinatus ad bonum etiam commune Reipublicæ Ciuilis, vt bene docet Diuus Thomas, *in* 4. *distinct.* 34. *quæst.* 1. *art.* 1. *ad quartum.* Et Ruardus Tapper, *in suis Controuersiis, art.* 20. Et accuratiùs probat Franciscus Victoria, *in Relect. de matrim. part.* 2. *sect.* 1. Nam etiam in Magistratu politico, oportet auctoritatem esse tantam, vt possit propter Ciuile bonum Reipub. varias ordinationes, in contractibus, qui ad id bonum ordinantur requirere; sicut facile deduci potest ex probatione prima nostræ assertionis, applicando illam quoque ad Magistratum ciuilem. Nihilominus tamen quia contractus Matrimonij propter annexam rationem Sacramenti, & finem spiritualem, quem in Republica Christiana respicit, magis est, spiritualis, quàm politicus; Ecclesiastica auctoritas limitauit in hoc genere, auctoritatem Magistratus Ciuilis, tanquam superior illa; ita vt nulla lex Ciuilis de impedimentis Matrimonij lata, vllum habeat robur, nisi per Ecclesiasticam etiam legem idem statuatur, vt rectè docet D. Thomas, *in* 4. *distinct.* 42. *quæst.* 2. *art.* 2. *ad* 4. Et latiùs ostendit Victor. *loco citato*, post Paludanum *in* 4. *dist.* 26. *quæst.* 3. *art.* 3. *concluſ.* 2. qui ad id confirmandum citat *cap. Ecclesia Sancta Mariæ, extra de consti.* vbi sanè

generatim

generatim habetur, vt nullum statutum Laïcorum in rebus Ecclesiasticis sit vllius firmitatis, nisi ab Ecclesia fuerit approbatum. Causa autem matrimonialis simpliciter & absolutè est Ecclesiastica, propter rationem dictam. Hucusque Valentia, & Doctores *infra* citandi.

7. Et licèt ex supradictis testibus non appareat, (vt aliqui volunt, quod ego nego) potestatem inducendi impedimenta matrimonialia Ecclesiam sibi reseruasse, præsupponitur tamen ex traditione Ecclesiæ, & vsu perpetuo. Concilium Tridentinum *sess.24. cap.1.* decidit clandestina Matrimonia non esse irrita, quandiu Ecclesia, illa irrita non fecerit ; non ergo Principes, vt rectè obseruat Zipæus *in Consult. Canon. lib.3.tit.de sponsa.& matrim.Cons.11.* Igitur dicendum est firmiter non esse integrum hodie Principi sæculari fideli disponere aliquid circa Matrimonia subditorum impedienda, vel dissoluenda, quoniam Pontifices sibi hanc potestatem reseruarunt; & meritò quidem: nam cùm Matrimonij contractus hodie limites naturæ excedat, & ad esse supernaturale Sacramenti eleuatus sit : decet vt tanti Sacramenti dispositio ad Principes sæculares pertineat. Vnde vel ex sui natura, vel ex reseruatione Ecclesiæ, inconcussum remanet, vt non possint Principes fideles constituere impedimenta Matrimonij dirimentia. Et ita firmauit communis schola Theologorum, & Canonistarum.

8. Atque ideò docent hanc sententiam 28. Doctores, quos citat Sanchez *lib.7.disput.3. num.1.& 3.* inter quos est D.Thomas : vnde miror quo pacto P. Rabardeus in aliquibus locis, vt *fol.103.* possit illum ad suam sententiam firmandam adducere, cùm directè illam Sanctus Doctor refellat, vt patebit *infra* ex eius verbis, sed supradictis, Authoribus à Sanchez adductis : Ego addo,

29. Sanchez ipsum,
30. Auersam, *de Sacramento Matrim.q.9.sect.2.*
31. Pontium, *de matrim.lib.6.cap.1.& 2.*
32. Vasquez, *in 3.part.tom.4. disp.3. de matrim.c.5. & in part.2.tom.2. disp.163.c.1.n.2.*
33. Valentiam, *tom.4.disp.10.q.5.punct.1.*
34. Hurtadum, *de Sacr. matrim. disp.12.diff.12.*
35. Coninch, *de Sacram.disp.30. dub.1.n.6.*
36. Filliucium, *tom.1.tract.10. cap.1.n.4.*
37. Tannerum, *tom.4.disp.38.quæst.4. dub.1. num.16. & 17.*
38. Ochaganiam, *de Sacram.matrim. tract...quæst.31. num.3.*
39. Salas, *de Legibus, disp.9.sect.5.n.50.*
40. Chamerotam, *de Sacr.tract.12.cap.5.dub.1.*
41. Kellisonium, *in 3.part.tom.2.quæst.50. art.vnico, dub.vnic.*
42. Turrianum, *in summa, part.2. cap.109. dub.5.conclusione 1.*
43. Fragosum, *de Regim. Reipub.tom.1. part.1. lib.2. disp.4.n.299.*
44. Iulium Chartarium, *Decis.36.num.12.*
45. Siluium, *in 3.p.q.50. art.vnic.concl.6.*
46. Ludouicum de S.Iuan, *de Sacram. Matrim. q.6. art.1. dub.1.*
47. Io.Baptistam Ciarlinium, *lib.1. controu. cap.104. num.28.*
48. Layman, *lib.5.tract.10.p.4.c.1.q.1.*
49. Mercerum, *de Sacram. in supplem. quæst.50. verb. quæritur 2.*
50. Bonacinam, *de Matrim.q.3.punct.1. n.5.*
51. Cornejo, *in 3.part.tract.6. de impedim. Matrim. disp.7. dub.3.*
52. Villalobos, *in summa, tom.1. tract.14. difficult.11. num.3.& 4.*
53. Becanum, *de Sacram. cap.49. quæst.3.*
54. Ioannem Machadum, *de perfecto Confess. tom.1. lib.3.p.1.tract.5.docum.1. n.4.*
55. Wigers, *in 3.p.D.Thomæ,q.50. art.vnic.*
56. Zipæum, *in Consultationib.Canonicis, lib.3.tit.de sponsa. Cons.2.*
57. Estium, *in 4.sent. dist.34. §.1.*
58. Moure, *in exam.Theol.Mor. p.3. cap.17.§.1.nu.3.*
59. & 60. Quibus omnibus adde Bossium *de Matrimon.cap.1.§.37. num.95. & cap. 11. §.14.n.209.* & Caspensem in cursu Theolog. *tom.1.tract.26. disp.9.sect.1.num.4.*

Et ex Doctoribus Gallis.

61. Baunium, *in Theol.Mor.part.1. tract.12. quæst. vlt.asser.3.*
62. Petrum à Sancto Ioseph, *in Idea Theol. Satram. cap.38.resol.8.*
63. Ioannem Petit, *in parte Sacramentali sua Theologiæ vniuersalis, tract.8.lect.3.* cuius verba non grauabor hìc apponere, sic itaque asserit: Authoritas politica, & ciuilis, potest etiam talia impedimenta Matrimonio apponere, quatenus est contractus quidem ordinatus ad bonum etiam commune Reipublicæ ciuilis : sicut enim ex iusta causa potest aliquos (verbi gratia, prodigos, & pupillos) reddere inhabiles ad alios contractus, ita etiam ad hunc ; quia eadem planè est ratio. Nec refert, quòd Matrimonium sit Sacramentum, quia ideò non desinit verè esse contractus ciuilis, & hac ratione subditus potestati politicæ. Attamen quia contractus Matrimonij propter annexam rationem Sacramenti, magis est censendus spiritualis, quàm politicus, Ecclesiastica authoritas limitauit & restrinxit in hoc genere auctoritatem Magistratus ciuilis, ita vt nulla lex ciuilis de impedimentis matrimonij lata, & promulgata vllum habeat robur, nisi per Ecclesiasticam legem idem statuatur. Ita Petit. Et hi tres vltimi DD. vt dixi, sunt Galli, & eorum Codices fuerunt approbati à doctissimis Theologis Facultatis Parisiensis, inter quos inuenio dignissimum Pereyret.

9. Sed piaculum existimarem si non adducerem contra P.Rabardeum, alium Doctorem Gallum, & sapientissimum Theologum, ac lumen clarissimum inclyti huius Musæi Sorbonici; & is est Philippus Gamacheus, qui omnia à nobis superiùs dicta, doctè, & solidè confirmat; & ideò sic ait, *in summa Theol.tom. 3.de Sacram.Matrim.cap.15.* Possunt Reges & Principes laici simpliciter, absolutè loquendo, præscribere Christianis sibi subiectis quædam impedimenta Matrimonij, prout opus fuerit ad bonum Communitatis, & ad Regni tranquillitatem, quia contractus Matrimonij est etiam politicus. *Non tamen possunt ista impedimenta irritum facere Matrimonium, positis rebus, vt sunt post Ecclesiæ prohibitionem, ac definitionem, nisi prius eadem impedimenta fuerint ad eundem finem recepta.per Ecclesiam, similique Ecclesiastica lege confirmata.* Probaturque *ex c.Eccl.sanctæ Mariæ, de Const.* vbi definitur statuta Laicorum in rebus ad Ecclesiæ iudicium spectantibus nullius esse firmitatis nisi prius ab Ecclesia approbata fuerint. Etenim Matrimonium inter Christianos est formaliter, & essentialiter aliquid Ecclesiasticum propter adiunctam, & inseparabilem rationem sacramenti ; Ita vt non sit verum Matrimonium, quin simul sit verum sacramentum; atque de Sacramentis agere est solius Ecclesiæ, pessimè etiam cessit Principibus, quando sactis se immiscere voluerunt.

10. Probatur rursus assertio exemplo Christi, qui licèt noluisset. *Luc.12.* ferre iudicium de hæreditate inter fratres; tamen, *Matth.15.* & *Marc,10.* interroga-

tus de causa Diuortij, & Repudij, non iam remisit Quæstionem ad Iudices Politicos, sed eam soluit ex tempore; nec solùm soluit, sed nouam insuper legem condidit, ac Repudium abrogauit. D. quoque Paulus 1. *ad Cor.* 7. eamdem Ecclesiæ authoritatem circa Matrimonia euidenter declarat. *His qui Matrimonio iuncti sunt præcipio, non ego, sed Dominus:* ac paulo post. *Cæteris ego dico, non Dominus,* Ac proinde *nequeunt laici Principes impedimenta statuere hodie, quibus dirimantur Matrimonia Christianorum, cùm nempè Ecclesia solemnibus Decretis id reseruarit: & Christus hanc ei dederit reseruandi potestatem, sed solum proprio iure statuere possunt de matrimoniis quatenus opus fuerit ad statum Politicum, & seruandā inter subditos tranquillitatē: exempli causa: de dotibus, de iure successionis, de mutua donatione inter coniuges, de spuriis, & illegitimis. Possunt etiam statuere, ne Matrimonium contrahatur absque consensu Parentum; & ante hanc, vel illam ætatem, & per pactum clandestinum &c. Talesque eorum leges verè obligant in conscientia quando nihil admiscetur contrà rectam rationem, aut definitionem Ecclesiæ: sed interim non habent vim dirimendi, ita vt Matrimonia reddantur inualida, nisi Ecclesiæ approbatio, & auctoritas accesserit.* Hucusque Philippus Gamacheus.

Sup. his casibus in Ref. nor. præceritæ.

11. Videat modò Pater Rabardeus, quid sentiant præstantissimi Professores Sorbonici de sua opinione, & videat quo pacto se possit opponere torrenti Doctorum, & omnibus suæ Societatis Scriptoribus. Sed ipse asserit pro se habere auctoritatem Petri de Soto, & auctoritatem vnius Doctoris viri docti, & pij, facere opinionem, probabilem, vt docet Castrus Palaus, *tom. 1. disput. 2. punct. 1. num. 12.* Merolla *tom. 1. disput. 3. cap. 4. dub. 1. num. 4.* Filliucius *tom. 2. tractat. 21. cap. 4. num. 134.* Nicolaus Mosceensis *in Tyrocinio S. Artis pœnitentiariæ, part. 3. cap. 2.* Leone *de potest. confess. Recollec. 2. n. 30.* Villalobos *in Summa, tom. 1. tract. 1. dif. 7. num. 3.* & alij, quos citat & sequitur Sanchez *in Summa, tom. 1. lib. 1. cap. 9. num. 7.* & Petrus à S. Iosepho *in Idea Morali, lib. 1. cap. 3. Resol. 4.* Respondeo; quod tunc authoritas viri docti, & pij facit opinionem probabilem, quando casus est nouus, numquam ab aliis disputatus, secus in casu à multis aliis ventilato & pluribus rationibus, ac Doctoribus munito, tunc enim non est acquiescendum vnius Doctoris dicto, obstantibus aliis multis, & rationibus, & sic est intelligendus D. Thomas, cùm dixit; posse aliquem acquiescere dicto solius Magistri in casu scilicet nunquam aliàs ventilato: cuius noui casus ipse Magister resolutionem colligit ex dictis ab aliis. Ita docet Portel. *in dubiis Regular.* verbo, *Opinio eligenda, num. 4.*

Sup. hoc in tom. 8. tr. 1. Ref. 14. & in tom. 5. tr. 9. Ref. 1. §. 2. ad lin. 5. & in tom. 7. tr. 1. Ref. 249. §. 2. ante med. à vers. Sed cum authoritas. & in tom. 2. tr. 6. Ref. 88. §. Videtur. in fine, & ibi in tr. 4. Ref. 3. paulo post initium, vers. Respondeo.

12. Vel respondeo secundò, & meliùs quòd licèt aliqui asserant dictum vnius Doctoris facere opinionem probabilem contrà communem: Hoc tamen procedit, vt rectè obseruat Nauarrus, *in Manuali, cap. 27. num. 285.* Angelus Maria Sermarinus *in confutatione 2. tractatuum, Propos. 5. fol. 133.* & alij: Quando ratio, quam ipse adducit est manifesta, & ideo ab aliis soluta non fuerit sufficienter, procedit itaque quando Doctor ex noua aliqua, & manifesta ratione ab ipso excogitata soluerit argumenta, & fundamenta sententiæ communis, & quando postea Doctores non responderunt ad rationes ab ipso adductas contrà sententiam communem; quòd non accidit in casu nostro: Nam neque Soto confutauit, neque potuit confutare rationes, & principia sententiæ communis, quam nos *suprà* docuimus; & omnes Doctores, qui post illum scripserunt aciter suam opinionem infectati sunt, & sua principia, & argumenta penitus conuulserunt. Ergo non potest opinio vnius Soti aliquam in se retinere probabilitatem. Vnde non deseram hìc apponere verba Ioannis Saura *in voto Platonis Prælud. 9.* sic asserentis: Insignis alicuius Theologi auctoritas probabile facit argumentum, quod intelligendum est de sententia negatiuè singularis Doctoris, cui cæteri non contradicunt, nec assentiuntur, qui de ea non egerunt, si autem sit singularis contrariè, quam cæteri omnes reiiciunt, parum probabilitatis affert ex vi solius Auctoritatis, nisi efficaci fulciatur ratione. Ita ille, adde nouissimè Ioannem Caramuelem, non solùm Moralis, & Scholasticæ Theologiæ sed etiam politioris literaturæ ornatissimum, *in Regulam D. Benedicti, disp. 9. num. 55.* vbi asserit: Quòd licèt Author magnæ famæ faciat opinionem probabilem, etiamsi sit contrà omnes; fallit hoc tamen, dum posteri contrarium sentiunt, nam publicata eius ratione nimis debilem iudicauerunt; nam tunc opinio illa censenda est improbabilis.

13. Et ideo dixit Martinus Bresserus, *de conscientia, lib. 3. cap. 3. num. 30. & 31.* tunc opinionem vnius Doctoris aduersùs communem, tanquam probilem admittendam esse, quando ab aliis non reiiciatur, præsertim à recentioribus, qui omnia eius argumenta supponuntur examinasse: sed hoc accidit in quæstione de qua loquimur, nam omnes recentiores rationes Soti expenderunt, & eius opinionem, & rationes improbarunt, vt fecit Basilius Pontius, *de Matrim. lib. 6. cap. 2. num. 6.* & alij, *vbi supra.* Ergo non potest opinio Soti esse probabilis, cum ab aliis, qui post ipsum scripserunt, reiiciatur. Itaque axioma illud quod opinionem probabilem reddit, vnius pij, & docti auctoritas limitanda est dummodo ab aliis communiter, qui postea scripserunt, non refellatur. Nota tamen hic quod P. Rabardeus pro sua firmanda sententia adducit Ioannem Præpositum *in 3. part. quæst. 7. dub. 1.* sed malè, nam hic Auctor nobiscum sentit, vt patet etiam *in quæst. 3. dub. 5. n. 17.* solus igitur Petrus de Soto sentit cum P. Rabardeo.

Sup. loco citato supra, à vit. Resolu. 22.

14. Dicendum est igitur ex mea sententia cum Vasquez, Pontio, Hurtado, & aliis etiam spectata sui natura, & quantum in se est, Principes Christianos non posse impedimenta Matrimonij constituere, vel saltem secundùm aliorum opinionem, hoc eis prohibitum fuisse ab Ecclesia; Quod ita verum esse puto, vt existimem probabiliter contra Sanchez & Coninch. *locis cit.* fideles subiectos Principibus Ethinicis non astringi impedimentis Matrimonij dirimentibus, iuxta ritum, ac leges eorum ciuiles. Cùm non excedat potestatem indirectam Ecclesiæ, omnes vbique terrarum degentes Christianos eximere legibus ciuilibus, & subiicere Ecclesiasticis, quòd attinet ad Matrimonij validitatem, aut inualiditatem; quippe cùm plurimum propter Sacramenti dignitatem interfit in hac re vniformitatem inter omnes Christianos existere. Et hanc sententiam tenent ex Societate Tannerus *de Matrim. Thes. 137.* & Layman, *lib. 5. tract. 10. part. 4. cap. 1. num. 3.*

Sup. hoc in Ref. & tom. præcipio.

Et tandem non deseram hìc Lectoribus in mentem adducere, doctrinam plurimorum, quos citat & sequitur Villalobos *in Summa, tom. 1. tract. 1. diffic. 7. num. 3.* Castrus Palaus *tom. 1. disp. 2. punct. 1. n. 12.* Sanchez *de Matrim. lib. 1. disp. 18. n. 2.* Sperellus *decis. 94. num. 24.* Menoch, *de præsump. lib. 2. præsum. 71. num. 10.* Bossius *de matrimonio. cap. 3. n. 234.* Barbosa *in collectan. tom. 1. lib. 2. tit. 20. cap. 47. num. 8.* & Molinus *de Ritu nuptiarum lib. 1. compar. 17. n. 15.* * asserentes, singulare vnius Doctoris sententiam, si sustineat valorem Matrimonij esse præferendam communi opinioni. Et tamen P. Rabardeus (mira res) cum communiter Doct. asserant matrimonium contractum in casu de quo loquimur esse validum; & solùm id Petrus

* Sup. late in tr. 6. Ref. & in eius not. & in tom. 8. tr. 1. Ref. 14. vsq. &

Sotus

Sotus neget, vt suprà visum est, hoc non obstante ipse vult relinquere opinionem communem DD. & sequi sententiam vnius Petri de Soto, valorem matrimonij impugnantis, & destruentis.

RESOL. CCCXLI.

Expenditur contra P. Rabardeum locus Concilij Tridentini de cognitione causarum matrimonialium? Ex p.7. tr.1. Res.26. aliàs 24.

Sup. hoc supra in Res. 222. 228. 229. & 279. §. Quarto.

§.1. CAusas Matrimoniales esse per Episcopos decidendas, breuiter tactum est *in superiori Resolutione*, & apertè, patet *in cap.1. 33.q.2. cap. Multorum.35.qu.6. cap.1. & cap.non debet de consanguin. & affin. cap. Auditit, de præscript. cap. Accedentibus, de Excess. Prælat. cap. Prælatum. cap. Lator, qui filij sint legitimi, cap. tuam, de ordin. cognit. cap. Commissum. cap. Requisiuit. cap. ex literis de sponsi.* Et tandem in Concilio Tridentino, *sess.24.can.vlt.* sic habetur. Si quis dixerit causas matrimoniales non spectare ad Iudices Ecclesiasticos, anathema sit.

2. Sed hoc Decretum Concilij P. Rabardeus, *fol.112.& seq.* asserit intelligendum esse contra Hæreticos, docentes causas matrimoniales ad Iudices Ecclesiasticos non spectare, quia negant matrimonium esse rem sacram; non autem ex illo deducendum esse Iudices Laicos non posse recognoscere causas matrimoniales, quarum intelligentia pendet ex Legibus, edictis, & ordinationibus Regiis latis circa Matrimonium, quatenus est contractus Ciuilis.

3. Sed hæc opinio prorsus est reiicienda, nam plures Hæretici etiam concedunt causas matrimoniales esse tractandas coram Iudicibus Ecclesiasticis, quatenùs Matrimonium est res sacra; asserunt tamen, quod hoc non obstante, quatenus Matrimonium est contractus, eius causæ simul pertinent etiam ad Iudices Laicos, quod quidem est falsum. Et ideò Ioannes Harpprechtus *in Iustiniani institut. tom.1. tit. de Patria Potestate, §.230. num.28.* sic ait. Cum itaque eo modò delibatis appareat hunc matrimonialem contractum suo respectu quasi mixtum esse, (quatenùs enim ad societatem humanam spectat, Ciuilis est; vt & reliqua hominum inter se commercia, quatenùs verò Deus expresè dicitur interuenire, & coniuges copulare; quatenùs item conscientiæ casus concernit; omninò Diuinus est, & Ecclesiasticus) optimo sanè consilio in rebus publicis præclarè constitutis, receptum, sancitúmque arbitror, debere Consistoria in quibus de causis Matrimonialibus statuitur, constare partim ex personis Ecclesiasticis, partim Politicis. Quemadmodum & in hoc inclyto Ducatu Witembergico laudabiliter, prudentérque cautum est, vt causis Matrimonialib. diiudicandis, ac decidendis duo Theologi, duo item Iurisconsulti, & insuper tres alij Cõsiliarij Politici adhibeantur. Ita perperam Hæreticus ille cui adde eiusdem farinæ homines Frider. Mindanum *de Proceff. lib.1.c.10.n.2.& 3.* Sigis. Ficheltaud. *tract. de Iure Patron. c.4. n.16.* & alios penès ipsum. Ergo Concilium Tridentinum dicendum est contra Hæreticos determinasse absolutè, & sine vlla distinctione, vt patet, causas matrimoniales pertinere ad Iudices Ecclesiasticos, non solùm, quatenùs Matrimonium est Sacramentum, sed quatenus est etiam contractus Ciuilis; quia vt *suprà* satis probatum est ex Gamacheo, & aliis Doctoribus Sorbonicis cum communi sententia omnium Theologorum, Canonistarum, & Iurisconsultorum, licèt Matrimonium, quatenus est contractus naturalis ad Ciuilem Potestatem spectet, tamen propter eleuationem ad esse sacramentale in rem sacram transiuit; ergo eius causæ non possunt aliquo pacto etiam pertinere ad Iudices Laicos, sed absolutò, & sine vlla distinctione apud Iudicem Ecclesiasticum determinandæ sunt: vt firmauit Concilium Tridentinum, & docent communiter Doctores. Vnde more suo Hæreticus Harpprechtus, *vbi suprà, num.63.* inuehitur in Summos Pontifices, qui causas Matrimoniales, ad solos Iudices Ecclesiasticos transtulerint, non obstante quòd Matrimonium sit contractus Ciuilis.

Sup. hoc in Res. 229. in princip.

4. Confirmantur supradicta contra P. Rabardeum: Nam quod vna via denegatur, altera permitti non debet ex *leg. nec per se. C. de hæred. instit.* & docent Doctores, quos citat, & sequitur amantissimus Dominus meus Larrea, *in decis. Granat. part. 2. decis. 67. num.13.* Ergo dicendum est Principes Laicos, quoad substantialia Matrimonij nihil decernere posse, etiam considerando Matrimonium vt contractum Ciuilem, ne eis vna via permittatur, quod altera denegatur; alioquin futilis esset prohibitio Canonum, & Concilij Tridentini; quòd Laici nullam habeant iurisdictionem in causis Matrimonialibus, quia ipsi semper responderent, in causis Matrimonialibus pertinentibus etiam ad substantiam Matrimonij se immiscere, non quatenus Matrimonium est Sacramentum, sed quatenus est contractus Ciuilis, vt fieri posse malè prætendunt Hæretici. Ergo, &c.

5. Hinc Doctores communiter asserunt. Quæstiones iuris, & circa substantialia Matrimonij, priuatiuè spectare ad Iudicium Ecclesiasticum; Quòd fatentur etiã illi, qui infensi sunt Pontificiæ auctoritati, & Ecclesiæ immunitati, vt Theodorus Reinkingk, *tractat. de Reg. sæcul. & Eccles. libr.3. Class.1. cap.10. num.20. & sequ.* Thomas Michaël, *in conclusionibus Theorice-Practicis, de iurisdictione concl. 41.* & Henricus Bocerus, *tract. de iurisdictione, cap.3. num.44.* Sed vt fatetur ipse Bocerus, *mun.45.& 51.* Farinacius *in Praxi Crim. quæst.8. num.150.* Præpositus, *in 3. part. quæst.3. dub. 5. num.27.* Zipæus *in iure nouo Pontificio, lib.2. tit. de foro competen. num.9.* alij communiter. Quæstiones de impedimentis Matrimonij & de eius validite, vel inualidite, & si fuerit legitimè vel illegitimè contracta, sunt Quæstiones iuris, & non facti, quia spectant ad substantiam, & essentiam Matrimonij. Ergo necessariò eorum cognitionem priuatiuè ad Iudices Ecclesiasticos spectare dicendum est, quicquid asserat Pater Rabardeus: vnde rectè Bocerus *vbi suprà num.47.* absolutè asseruit, omnem de Matrimonio, vel contrahendo, vel distrahendo Quæstionem ad Ecclesiasticum pertinere Iudicem.

6. Et ideò licèt aliqui Doctores ãsserant causam meram possessoriam beneficiorum, decimarum, oblationum, &c. tanquàm aliquid sæculare, & quid facti, posse cognosci à Iudice laico, quod ego nego, hoc tamen non audent dicere de possessorio Matrimonij: vnde apponam hic verba Barbosæ *de potest. Episc. part.3. Allegat.84.n.14.* vbi sic ait. Non obstat argumentatio nostrorum, qua parificant causam possessoriam matrimonialem cum cæteris possessoriis beneficiorum, vel aliarum rerum Ecclesiæ, quia ratione spiritualitatis propter Sacramentũ excedit cætera omnia spiritualia, beneficia, decimas oblationes, & his similia, de quibus vbi de possessione mera agitur, affirmant ferè omnes Iudices laicos cognoscere posse, vnde non rectè argumentum de his ad matrimoniales causas deducitur. Ita ille. Qui plures adducit Doctores pro hac firmanda sententia, quam nouissimè canonizauit Oraculum Sacræ Rotæ, coram heu quondam amicissimo Merlino Decano *in Rauennat. Emphyteusis, die 28. Maij 1631.* Dicendum est igitur contra P. Rabardeum causas Matrimoniales, de quibus

Sup. hoc in Res. 1. & vlt. annot. primæ huius Res.

bus loquimur pertinere ad Episcopos, & Iudices Ecclesiasticos absolutè,& sine vlla distinctione.

RESOL. CCCXLII.

Respondetur ad alia argumenta P.Rabardei? Ex part. 7. tract.1.Res,27.alias 25.

Sup. in Res. quæ hic est 340. & in aliis eius primæ annot.

§.1. PRobat P.Rabardeus,vt visum est *suprà* suam sententiam, quòd possint Principes impedimenta dirimentia constituere, quia Matrimonium per se, tanquam contractus Ciuilis,ita dependere debebat à legibus sæcularium Principum,sicut alij humani contractus, & actus spectantes ad humanum commercium : poterant ergo sæculares Principes condere leges, & statuere certas conditiones,& constituere certa impedimenta circa Matrimonium contrahendum : impedimenta inquam etiam dirimentia, ita vt Matrimonium cum iis contractum esset nullum,& irritum.

2. Sed huic argumento ex supradictis patet responsio, nam contractus Matrimonij eò ipso quò secundum Christi institutionem factus fuit sacer,à sæculari foro exemptus fuit; sicut ædes, vasa, vestes, hoc ipso à fidelibus ad pium vsum,siue Ministerium sacrum oblata,& ab Ecclesiæ Prælato acceptata,& dedicata sunt,à sæcularium potestatum dispositione, iurisdictione, & exactione eximuntur:Et sicut etiam accidit in ipsis Clericis. Igitur ex hoc quòd contractus Matrimonij alioqui Ciuilis, facta est res taliter sacra, vt habeat veram Sacramenti rationem, dici debet translatum fuisse in solius Ecclesiæ potestatem, ad quam spectat de Sacramentorum dispositione,& administratione decernere. Et pontificia reseruatione hoc Principibus interdictum fuisse ex Superioribus dictis iam constat. Idcò dicendum est quò ad Matrimonium etiam quatenus est contractus non posse legem ciuilè statuere aliquid circa eius substantialia, vel minuentia eius libertatem:repugnat enim,ac resistit ius Canonicum ad quod pertinet principaliter de Matrimonio disponere,cùm dignius quod in ipso est sit esse Sacramentum,& per consequens rem spiritualem, ac sic trahit ad se minùs dignum, scilicet esse contractum.

3. Ex his etiam patet responsio ad aliud argumentum P. Rabardei desumptum ex multis legibus Imperatorum Arcadij, Honorij,Theodosii, & aliorum,in quibus Matrimonia contra eorum leges,inita,irrita esse declararunt. Nam dicendum est, nullas Ciuilium Magistratuum leges, circa contractum Matrimonij, validas esse, nisi probentur ab Ecclesia. Constat ex *capite cùm secundùm Apostolum,de Secundis nuptiis*, vbi ea lex Cæsarum,quæ infamiam irrogat viduis nubentibus intra annum luctus, abrogatur.In iis, inquit, sæculares leges non dedignantur Ecclesiasticas imitari;& *cap. Quædam lex 35. quæst.2.* reiicitur à Gregorio primo lex Honorij, & Iustiniani Imperatorum, quæ decernebat valida Matrimonia inter Consobrinos cuiusmodi multa alia reperies in iure Ciuili ; Quæ postea fuerunt correcta à iure Canonico, vt sigillatim obseruat Conradus Rittersusius, *in Differentiis Iuris Ciuilis, & Cano. libro 11. cap.21.& sequ.* & Emericus à Rosback,*de comparat. Iur.Ciuilis,& Canonici,tit.4.num.7.& seq.*Licèt vt hostes Romanæ Ecclesiæ in Summos Pontifices insurgant,dictum ius Ciuile corrigentes.

4. Rectè igitur ex his omnibus Basilius Pontius, *de Matrim.lib.6.cap.2.num.1.* & auctores supracitat; docuerunt quamlibet legem latam à sæculari Principe circa essentialia Matrimonij, etiamsi non reprobetur ab Ecclesia nullam esse,& tunc censendam validam,quando ab ipsa approbetur ; & ideo Fagnanus *de Iust. Monit. Pauli V. fol.37.* rectò obseruauit leges appositas ab Imperatoribus in Corpore Digestorum circa Matrimonij valorem esse inualidas,& non seruandas. Vnde, quia P.Rabardeus maximè se fundat in legibus Imperatorum,appositis in Codice,statuentibus, circa nullitaten Matrimonij, quas, & similes,ab aliis Principibus factas, firmat, & validas esse omnino putat, nec egere, vt à Summis Pontificibus approbentur, vt asserit præsertim *in fol. 263.* Ideò non deseram hîc per extensum apponere verba aliquorum Doctorum : & in primis agmen ducat omnium Magister D.Thomas, vnde nescio quomodo aduersùs tantum virum possit se opponere P.Rabardeus;sic enim ait *in 4.dist.42.quæst.2. art.2.ad 4.* Prohibitio legis humanæ; non sufficeret ad impedimentum Matrimonij,*nisi interueniret auctoritas Ecclesia,quæ idem etiam interdicit.*

D.Bonauentura etiam *in 4.distinct.42. qu.2. ad 2.* Ad illud quod obiicitur,quòd Matrimonium regitur iure Poli, & non fori,iam patet responsio; *quia Ecclesia tale impedimentum sua constitutione, & approbatione fecit esse validum, alioquin non posset impedire.*

Paludanus *in 4.dist.42.quæst.1.art.2. concl.7.* Sciendum quòd cognatio & affinitas legalis impedit,& dirimit Matrimonium *non quia sic est de iure Ciuili, sed quia approbatum est de iure Canonico.*

Glossa finalis, *in cap.si quis ingenuus 29.quæst.2.* dicit lex;quòd si filia Senatoris contrahit cum liberto non tenet Matrimonium, *leg. filiam. ff. de senat.* Sed *illud secundum leges non tenet,sed secundum Canones tenet*;quia Matrimonia iure Poli reguntur.

Syluester *ver. Matrimonium 80. quæst.8. dicto 1.* Cognatio legalis,est quædam proximitas prouenions ex adoptione, intellige perfecta, quæ est arrogatio & imperfecta,quæ est simplex adoptio.*Intelligentiam, quod vigorem habet ista cognatio ab institutione Ecclesia, & non à lege Ciuili solùm qua non sufficeret.*

Tabiena *ver. Impedimentum 6.num.1.* Legibus humanis prohibitum est inter tales Matrimonium contrahi,& talis probibitio est per Ecclesiam approbata & *inde habet quòd legalis cognatio Matrimonium impedit.*

Dominus Sotus,*in 4. distinct.42. quæst.2. art.2.ad 2.* Etsi cognatio hæc iure gentium,& Ciuili sit introducta,*quòd tamen sit Matrimonij impedimentum Ecclesiastica auctoritas facit.*

Petrus de Ledesma,*de Matrimonio,quæst.50. art.1. dub.1.concl.2.* Quamuis olim per ius Cæsareum, aut plura fuerint, aut pauciora impedimenta Matrimonij, nunc per ius Canonicum omnia reuocata sunt nisi quæ constituuntur per illud;*& si quid vellent Reges de eis diffinire, nihil facerent,quoniam restricta est illorum Potestas.*

Couarruuias, *in 4.Decret.2.part.cap.6. §.10.n.16.* Illud autem planum est solum Romanum Pontificem posse statuere circa Matrimonia cõtrahenda,vel prohibenda, neque id ad sæculares Iudices pertinere. Text.*in cap.tuam,de ord.cognit. cap.1. de sponsc.cap.fide rapto.* Abb.& Felin.*in d.cap.1.* idem Abb. *in cap.primo, de cognat.latè*, Felin.*in cap. Ecclesia, de constit.n.72.* Vinc.Hercula,*in quæst.3 glossa optima, in cap.1.in fine 30.quæst.5.* dicens, inter tutorem, & pupillam contractum Matrimonium validum esse,etiam si lex Ciuilis id prohibeat,cum lege Pontificia hoc Matrimonium vetitum non sit;quam Gl.notabilem esse existimat Alex.*in l.si filius à parte ff.de lib.& Posth.§. fin.* Hinc etiam constat à Laicis etiam summis Principibus non posse lege prohiberi Matrimonium cum alienigenis

alienigenis, vel cùm certo hominum genere & hoc ipsum passim nostrates fatentur, qui leges Ciuiles aliquot Matrimonia prohibentes,improbas refellunt. Nec in hoc libet latius insistere, cùm id lippis, ac tonsoribus, vt aiunt, notum sit. Sed quod Couarruuias ait, ita clarum esset, vt pateat lippis, & tonsoribus, nunc P. Rabardeus obscurissimum conatur facere,& contrarium audet defendere.

RESOL. CCCXLIII.

Confirmantur superius dicta, & matrimonium contractum inter filios familiæ sine consensu Parentum, non obstantibus prohibitionibus Principum, validum esse contra P.Rabardeum probatur.

Et quæritur, an Principes possint statuere sub pœna exheredationis,ne filij contrahant, inuitis Parentibus? Ex part..7.tr.1.Res.28.aliàs 26.

§.1. Dicta, & similia Matrimonia esse nulla si contrahantur cum impedimento dirimente appositio per leges Principis laici,defendit Pater Rabardeus, *vbi suprà sect.5.per totam*, & præsertim,*n.7.* & *seq.* Quia ipse putat posse illos hoc statuere;sed *supra* iam satis hanc doctrinam reprobatam esse existimo,nunc tamen aduersus illum indiuidualiter pro his casibus adducam aliquos Doctores,& primus sit Pater Stephanus Baunius,qui non obstantibus legibus Henrici II. & Henrici III. Regum Franciæ annullantibus Matrimonia fine consensu Parentum inita; sic asserit *in Theolog.moral. part.1. tract.12. quæst.vlt. Asser.3.fol.747.* Valere vt ante est dictum à filiis sine Parentum consensu coniugium, habent Beia,*part.1. cas.*18. contra Scriptores quòdam Gallos, qui cùm viderent consensum Parentum, vt diximus antea ab Henrico II. lege publicata anno 1556. ab Henrico item III.alia promulgata anno 1585.ad valorem Matrimonij filiorum exigi, censuere, cùm hic deficit, Matrimonium quoque deficere, eíque vim nullam esse.

Sup.in Res. quæ hic est 340.

2. Hanc nostram assertionem probant Romani Pontifices, ratióque ipsa:In primis 27. *causa 2. can. sufficiat*, sufficiat,inquit Nicolaus,*ad consul.Bulgarorum, cap.* 3. secundum leges, solus eorum consensus, de quorum coniunctionibus agitur. Lucius autem eius nominis III. *in tit.de raptoribus,cap.cùm causa 6.* ait : Raptorem dici non posse, qui habuit mulieris assensum,& postea prius eam desponsauit,quàm cognouit licèt parentes, reclamarent. His testimoniis addenda ratio.

3. Prima quòd in his,quæ sunt naturalia,,homo hominis potestati non sit obnoxius, cùm in his pari omnes vtantur iure, pari omnes fruantur libertate, solique Deo pareant : sed Matrimonium est de his, quæ ad naturam pertinent,in qua tam liber est filius, quam pater, cùm se ipso postea futurus sit genitor: igitur non tenentur liberi parentibus obedire in contrahendo Matrimonio.Secunda,potest filius non modò inscio, sed etiam reclamante patre, Deo se per votum solemne Religionis dedere, consecrare,addicere:ergo, & dare fœminæ per coniugium. Probatur consequentia respectu obedientiæ patri debitæ, plus est vouere Deo Religionem,quàm vxorem ducere,cùm Religio magis à potestate parentis,ciúsque obsequio subducat filium, quàm Matrimonium; sed potest primum sine patris consensu, Ergo,& secundum.Minor probatur:in his quæ sunt proprij iuris, & quibus vnus alteri non subest, obligare se quilibet potest independenter ab alio, sed filius in electione status, sui est iuris, nam vbi attigit annum 14. in his quæ ad propriam personam spectant,non pendet ab alio, se ergo tunc potest pro libito obligare Deo in religione, ergo & eodem iure patre irrequisito, astringere se fœminæ Matrimonio, vt facere Tobias iunior,& Esau,quod cuique etiam permissum esse,habetur *in Trid.sess.24.cap.1.*

Sup.hæc supra n Res. 224. & 226. confirm in fine, & aliqd in Relect. seq. in num 83.

4. Et verò si parentum consensus esset necessarius,sequeretur,eos filiis coniuges dare posse sibi parum gratas,& sæpe etiam exosas,ac graues, quæ eis sui odium imprimerent veriùs quàm amorem, nec à fœdis amoribus abstraherent, aut fornicãdi periculo, cùm ad eam accessus non sit facilis, quæ non diligitur.Hæc dicit P.Baunius,qui postea, etiam addit: Probabile est nõ modò iure Canonico,sed nec Ciuili consensum patris ad Matrimonij validitatem esse necessariam : ita Soarius *part.2. Sponsal.* Guibertus Costanus,*in suis Memorialibus*, Probatur,si naturalis ratio, patris consensum in nuptiis exposceret, nulla esset inter filium in potestate patris adhuc positum, & emancipatum differentia, sed depositum in vno valeret in aliquo quoque,cùm lex naturalis mutationem nesciat,& ideò iure Ciuili abrogari nequit, aut, tolli,nec proinde emancipatione ; id autem asserere quid est aliud quàm rationi, experientiæque vim facere ? Ad argumentum allatum in initio, dicendum est primò,leges Ciuiles, quæ sunt Canonicis contrariæ.seruandas non esse.Secundò, eas contrario vsu Galliæ, abrogatas esse,imò nec videri, receptas vnquam fuisse.Tertiò,cùm laudabile sit, ac honestum, Reipublicæ autem maximè fructuosum, filios,filiásque de nuptiis contrahendis sine parentum consensu consilia non capere,Reges optimos,illa sua lege hoc duntaxat voluisse,vt Matrimonium parentibus insciis contractum ratum non esset quoad impunitatem. Hucusque P.Baunius *loco citato*, quem relictis aliis, adduxi per extensum, cum sit Doctor Gallus, & ex Societate; cui addendus est Petrus à S.Ioseph.etiam Doctor Gallus *in Idea Theol. Sacrament. capite* 38. *resol.*8.

5. Nec obstat supradictis id quod obseruat Pater Rabardeus, *fol.*235. ex D.Basilio ; & aliis Patribus, qui videntur approbare leges Imperatorias annullantes Matrimonium filiorum familiæ sine parentum consensu initum ; nam certum est tempore D.Basilij non fuisse Canonem, aut Decretum Ecclesiasticum,quo Coniugia filiorum familias facta sine voluntate, aut consensu patris, nulla, & inualida declarentur. Ergo infert P. Rabardeus, necessum est dicere S. Basilium censuisse leges Imperiales hoc ipsum prohibentes satis efficaces fuisse, vt irrita, & nulla declararentur.

6. Sed respondeo primò cum Bossio *tract.de contract.Matrim.cap* 11.§.6.*num.*66.& Ioanne Præposito *in* 3.*part.D.Thomæ,quæst.*3.*de Sacram. Matrim. dub.*3. *num.*32. ex Patribus solùm ostendi decenter requiri consensum parentum;& talia Matrimonia esse prohibita, non inualida : Et hoc pacto etiam exponit leges Imperatorias adductas à P.Rabardeo, Angelus Bossius,*vbi suprà num.*65.*in fine*, ex Pontio, & Couarruuias; asserit enim huiusmodi leges,& constitutiones exigentes consensum parentum ad Matrimonium filiorum familias intelligi de honestate, non quod velint Matrimonium sine parentum consensu contractum, esse nullum ; quod etiam dicendum est, de quibusdam sacris Canonibus, vt sunt, *cap. Non omnis, cap.Honorantur.cap.fin.*32. *quæst.*2. *cap.Nostrates.cap. Aliter.*30.*quæst.*5. Et si qui alij sunt ; dicendum inquã est hos Canones,SS Patres, licèt videantur postulare consensum parentum ad filiorum familias, maximè fœminarum Matrimonium, loquutos tamen fuisse,& intelligendos esse,non quoad necessitatem

tatem,& valorem Matrimonij , sed quoad honestatem. Et sic Textus *in cap.de desponsal. impub.* & si quæ alia sunt iura innuentia filios debere adimplere sponsalia à parentibus promissa exponenda sunt,non de præcepti , sed honestatis debito:& ita hunc Textum exponit Glossa, & *ibi* Ioan.Andr. *num.*8.Zabarella, *num.*4. Præpositus, *num.*4.Abbas, *num.*7. Ancharanus,*num.*4.Butrius,*num.*4.Boich.*n.*4.& Alexander de Neuo,*num.*13.

Sup.hoc late in tom.2. tr. 6.Resp.58. & lege doctrinam alterius Respcius primæ annot.

7. Confirmantur hæc omnia:nam vt suprà tetigimus, Matrimonium est contractus iuris naturalis: seu originem habens à iure naturali nobis innato , *leg.*1. & *Instit.de iur. natur.in princip.* quibus in textibus disponitur Matrimonium esse de iure naturali,naturale enim est inquit Iustinianus *tococit. Institut.*quod natura omnis animantia docuit, nam ius istud non humani generis tantùm proprium est, sed omnium animalium quæ in cœlo, quæ in terra,quæ in mari nascuntur. Hinc descendit maris atque fœminæ coniunctio, quam nos Matrimonium appellamus. Sed iure Diuino in his quæ sunt iuris naturæ; homo homini non tenetur obedire, sed soli Deo,vt docet omnium magister Diuus Thomas *in* 2.2.*quæst.* 104.*art.*5.*in corpore*,vbi exemplificat in his quæ ad naturam corporis pertinent,scilicet ad corporis sustentationem, & generationem;Ergo concludi D. Thomas , nec serui Dominis , nec filij parentibus; & à fortiori dico ego contra P.Rabardeum , nec vassalli Principibus, circa Matrimonium contrahendum subiiciuntur.Igitur Sancti Patres, vt dictum est, si aliquando videntur approbare leges Ciuiles de contrahenda Matrimonia exigentes parentum consensum, intelligendi sunt de debito congruentiæ,& honestatis,non necessitatis.

8. Vel respondeo secundò ad P.Rabardeum,non esse ita certum primis Ecclesiæ temporibus matrimonia filiorum familiæ, sine consensu parentum inita, valida fuisse;imò aliqui asserunt fuisse nulla,vt patet ex Euaristi Decreto, *in cap. Aliter.*30.*quæst.*5. Quod latè probat Basilius Pontius,*de Matrim. lib.*2. *cap.*1. *num.*5.qui etiam,*num.*12.obseruat : & etiam cum ipso docet Auersa, *de Sacram. Matrim. sect.*9. *quæst.*3. Sanchez, *lib.*7.*disput.*1.*num.*9.& alij. Episcopos olim in suis Ecclesiis impedimenta Matrimonij dirimentia constituisse , provt expedire iudicabant. Ergo non valet argumentũ P.Rabardei,quòd D.Basilius approbauit legem Iustineaneam , quia forsitam tunc per Episcopos illud impedimentum in matrimonio filiorum familiæ erat impositum. Sed postea,vt visum est Pontifices hoc abrogasse dicendum est. Et quidem optimo,nam vt verum fatear, durissimum videtur per legem Ecclesiasticam vniuersim irritari matrimonia sine parentum consensu inita,ex rationibus quas adducit Ioannes Præpositus,*in* 3.*p. D.Thomæ, quæst.*3.*de Sacram.Matrim.dub.*3.*num.*28. omnino videndus ; quantò magis id dicendum videtur de lege politica,& laica.

9. Vnde ex hic omnibus refellendus venit damnatæ memoriæ auctor Conradus Rittherfusius , in *differentiis iuris Ciuilis,& Canonici,lib.*1. *cap.*3. Wrmiserus *in controuers.iur.lib.*1. *tit.* 10.*contr.*5. Georgius Accacius , *de priuil.Parentum, & liberorum, priuil.*6. *cap.*6.*& seq.*Christianus Kiebenthal,*in Collegio Politico exercit.*2.*quæst.*14.Harpprechtus, *in Instit. Iustin. tomo* 2. *tit. de Nuptiis in princip. à num.*46. *vsque ad num.*147. Gentilis,*lib.*4.*de Nuptiis, cap.*8.Hilligerus, *in Donellum enucleatum, tomo* 1. *lib.*13. *cap.*20.*lit. Q.* Corrusius.*lib.*1.*Miscellan.cop.*17.*num.*6.*& seq.*Bocerus,*class.*1.*disp.*9.*thes.*8.Arnisæus, *de iure Connub.c.*3. *sect.* 10. & antequam Lutheranismum abiurassent Besoldus,*Discur.de Nuptiis,cap.*9.*num.*1.& Hunnius, *lib.*1.*var.Resol iur.Ciuilis,tract.*3. *quæst.*18. cum aliis eiusdem farinæ hominibus asserentibus pro validitate matrimonij, parentum consensum,non obstante Concilio Tridentino, esse necessarium : Quam doctrinam damnandam esse , ex communi Gallorum Theologorum sententia testatur nouissimè eruditus Isaacius Habert, *de consensu Hierarchiæ , & Monarchiæ,lib.*6.*fol.*52. vbi etiam testatur in Gallia,nunquã ex edictis Regis fuisse prohibitum matrimonium absque consensu parentum initum , sub pœna nullitatis,contra id quod asserit P.Rabardeus,*in sect.*5.*n.*8. *in fine,fol.*124.

10. Neque etiam ferendus est P.Rabardeus dum audet dicere *folio* 122. Decretum Concilij Tridentini,*sess.*24.*cap.*1.*de Reformat.*circa validitatem Matrimonij filiorum familias,absque Parentum ad mores tantùm, & ideò dictum Decretum non obligare nisi fuerit vsu receptum. Sed prorsus cauendum est ab hac Doctrina:nam ea quæ Concilia Generalia determinant circa valididatem,vel nullitatem alicuius Sacramenti illa non ad mores,sed ad doctrinam,& veritatem pertinere omniò dicendum est, ac propterea statim omnes obligare , neque ab acceptatione vlla populorum dependere,quicquid de aliis legibus Pontificiis sentiant aliqui.Et quidem,quo pacto hoc Decretum Concilij potest pertinere ad mores , & non potiùs ad veritatem,& doctrinam stante Caluini errore , *lib.*4.*Institut. cap.*19.§.37.Rittherfusij & aliorum Hæreticorum, *vbi suprà* , asserentium ad valorem Matrimonij consensus Parentum requiri; Quorum sententia ex hoc Decreto Concilij reprobata venit vt in specie notat Bellarminus, *libr.* 1.*de Matrim. cap.* 19. Ioan. Præpositus , *in* 3.*parte quæst.* 3. *de Matrim. dub.* 3. *num.* 24. & 26. & alij communiter.

11. Sed hîc cursim tangenda est illa Quæstio; An Principes possint statuere sub pœna exhæredationis ne filij contrahant inuitis Parentibus.Affirmat P.Rabardeus, *fol.*123. & ante illum Sotus *in* 4.*dist.* 29.*q.*1.*artic.*4.*ad* 4. Molina *de Iustit. tom.*1. *tractat.*2. *disput.*176.Salonius *in* 2.2. *quæst.*62. *in Præludio* , *q.*5. *art.*5.Rubellius, *lib.*2.*quæst.*14.*sect.vltim.* Pontius, *de Matrim.lib.*2.*cap.*1.§.3.loquentes de quibusdam Hispaniæ legibus tribuentibus Parentibus facultatem exhæredandi filios,absque eorum consensu nubentes, & hanc sententiam etiam docet Stephanus Baunius, *in Theol.Mor.part.*1.*tract.*12.*quæst.vlt.asser.*3. *fol.*746 loquens de legibus Galliæ , & mordicus illam tenet Acacius,*tract. de Priuilegiis Parentum, Priuileg.*6.*c.*1. *num.*5.*& seq.*

Sup.hoc late in tom.2. tr. 6.Resp.58. & alique in Resp. 223. 224. 226. in fi. praterea

12. Sed Doctores quos citat & sequitur Sanchez,*de Matrim.tom.*1.*lib.*4.*disput.*25.*num.*2. negatiuæ sententiæ adhærent, quam communem esse testatur ipse Molina, *vbi suprà*,& nouissimè illam tenet me citato Ioannes Machado *de Perfecto Confess. tom.* 2. *lib* 6. *part.*7. *tract.* 6. *docum.* 19. *num.*6. Raphael Auersa *de Sacram.Matr.quæst.*3.*sect.*..... Quibus adde sapientissimum Vasquez , *disp.*4.*de Matrim. num.*24. Bonacinam,*tom.*2.*disputat.*6.*quæst.vnica, punct.*6. §.3. *n.*5.*& sequ.*Trullench,*in Decalogum,tom.*1. *libr.*4. *c.... dub.*3.*num.*16. Asserunt igitur hi Doctores, tales leges Hispanas,& alias alibi extantes,attento iure Canonico non valere , essèque ex illo correctas , vel corrigendas. Vnde ego hanc sententiam negatiuam prorsus teneo , quia Matrimonia debent esse libera, & ideo vinculo pœnæ impediri non posse , neque constringi existimo , ex *cap.Gemma de spons.* & docet Gyriacus , *contr.*343. *num.*12. *part.*2. Giouagnonus, *consil.*17.*n.*2.3.*&* 4.*lib.*1. & Surdus, *de Alimen.tit.*1. *quæst.*6.*n.*7. De iure autem Canonico non requiritur consensus Patris ad nuptias filij, *c.vlt.*vbi Gl.32.*q.*2. *cap.*13.

*cap.*13. causa vbi Gloss.*de rapt.& Doctores in cap.*1.*de sponsa.*quibus adde Guttierrez *in pract.qq.lib.*2.*quæst.*1. *num.*30.Tuschum *concl.*133. *num.* 48. Menochium *de Arbitr.lib.*2 *cas.* 453. *num.*8. Surdum , & Cyriacum, *vbi suprà.*Hinc nullæ,& inualidæ erunt leges Principum sæcularium prohibentes,quòd Puella , seu Puer, nequeat Matrimonium contrahere sine consensu Patris,sub certa pœna,& præsertim exhæredationis, quia ius Canonicum requirit plenam libertatem ad contrahendas nuptias, ob id irritat pœnam sponsalibus adiectam ab eo,qui resilierit à sponsalibus, cùm autem metus exhæredationis libertatem Matrimonij minuat , dicendum est ius Ciuile contractum fuisse a iure Canonico, ex quo hodie non potest filia exhæredari,si inuitis Parentibus nubat,& ideò præter Doctores citatos tenent hanc sententiam Filliuc. *tom.* 1. *tract.*10.*part.*1.*cap.*4. *num.*132. Henriquez , *lib.*11.*c.*6. *num,*2.Ciarlinius, *Contr.Forens.tom.*1.*cap.*104.*num.*28. Molfesius, *in Consult.Neapolit.tom.*1.*consil.*12.*num.*37. Couarruuias *in Epith.de sponsa.p.* 1.*cap.*3.§.8.*n.*6. Mastrillius *decis.*163.*n.*10.*& seq.*Mantica *de coniect. vlt. volunt.libr.*11.*tit.* 18.*num.*17. Martha *de iurisd.part.*4. *cas.*70.*num.*3.*& seq.*Alderanus Mascard. *de interpret. stat. concl.*1.*num.*174.*& seq.* Gratianus , *discept.* 633. *num.*19.*& seq.* Vnde in casu contingenti, vt aduertit Ciarlinius,*vbi suprà, num.* 32. 33. *&* 35.Iudex Ecclesiasticus debet se intromittere ne pœna à Principe Laico imposita à partibus exigatur,& inhibere Iudici Laico, ne hoc permittat: Et ita sentiunt Abbas,*in cap.*1.*num.*9.& Felinus, *num.* 13. *de sponsa.* & Martha, *d.cas.*70.*nu.* 24. Ad rationes verò in fauorem sententiæ P.Rabardei, optimè respondet Sanchez, *tom.* 1. *lib.*4.*disput.* 25.*n.* 4. & alij locis citatis. Nolo tamen contra illam nimis acriter insurgere, nam omni probabilitate destitutam esse,aliqui non existimant.

RESOL. CCCXLIV.

Probatur contra P.Rabardeum matrimonia inter Raptores, & matrimonia consanguineorum Principum sine eorum consensu contracta esse valida. Ex p.7.tract.1. Resol.29.aliàs 27.

§.2. POsse Principes imponere impedimentum dirimens, ne Raptores inter se contrahant, tenet P.Rabardeus,*sect.*3.& asserit,posse Principes æquius, & salubrius existimare circa tale Matrimonium , id quod antiquo tempore determinauit lex Iustiniani Imperatoris,*in Cod.de Rapt.nupt.*Sed mirum est, quòd secundùm Rabardeum apud Principes plus valere possit lex Imperatoria,quam Concilia, & leges Pontificiæ. Sed ipsis necessarium est , vt legem Iustinianeam respuant; & Sacros Canones sequantur, cùm vt suprà probatum est,lex Iustiniani fuerit à Summis Pontificibus correcta.

2. Sciendum est igitur, à primis Ecclesiæ temporibus vsque ad Tridentinum, vt plurimum obseruata lege,Raptum non alia ratione fuisse impedimentum Ecclesiasticum,nisi quatenus, vel quandiu consensus raptæ deerat.Cumque consensus iure naturali ad Matrimonium requiratur , exinde efficitur, non alia ratione diremisse Matrimonium , nisi quia vis illata, ac consensus coactus dirimit Matrimonium.Atque adeò iure naturali dirempta Matrimonia per Raptum ; si enim Puella etiam in potestate Raptoris consistens, & quandocumque consentiret , tenebat Matrimonium. Id constat ex *Apostolorum* , *Can.* 66. quo non aliam permittitur ducere,nisi Raptam etiam si pauper sit; Et colligitur ex Aurelianensi, 1.*Can.*4. vbi indicatur Matrimonium cum Raptore valere , si Puella Raptori consenserit, quamuis restitui Patri iubeatur,& Raptor ille addici in seruitutem,aut pretio se redimere. Idem colligo ex Concilio Meldensi *cap.*64.quibus insinuatur valere Matrimonium etiam in potestate Raptorum, & *cap.*65. vbi præcipitur,vt si qui Raptores nondum nupsissent Raptis tempore illius Constitutionis, separentur, & Patri filiæ restituerentur primùm , & postea nuberent de consensu partium. Idē indicat Nicolaus 1.*Epist.*30 Innocent. II.idem apertissimè statuit, *cap. fin.de Raptoribus.* Id quod vsque ad Tridentinum pro lege vniuersali fuit. Quòd quidem postea vt patet ex *sess.*24.*cap.*6.sic decernit. Irritum esse Matrimonium,quamdiu Rapta in potestate Raptoris fuerit, secus tamen si ab eo separata, & in loco tuto,ac libero constituta, ei nubere voluit,

3. Videat modò P. Rabardeus , si Principes debeant & possint relinquere determinationes Pontificum & Conciliorum , & sequi legem Iustinianeam ab ipsis correctam. Vnde pro hoc impedimento Raptus, & similibus audiat Rabardeus præter Doctores vbi suprà citatos, quid asserat doctus, & eruditus Franciscus Zipæus *in suis Considerationib. Canonicis*,omnia à nobis superius dicta confirmans;sic itaque asserit, *lib.*3.*tit.de sponsa.& Mart.cons.*11.Matrimonia hodie reguntur iure Poli,non iure fori, nec irrita fiunt quæcumque Ecclesia irrita non facit;nec Principum Christianorum est statuere impedimenta Matrimonia Christianorum dirimentia , cùm fuerit ab Ecclesia hæc auctoritas intercisa, & sibi reseruata. Vnde quamuis *in l.vnic.C. de Rapt.virg.* improbatum esset Matrimonium Raptæ,cum Raptore;tamen *d.c.fin* 10. *de Rapt.* id est permissum : multisque aliis per leges Ciuiles nuptias contrahere fuit vetitum,per Canones fuit permissum.v.g.*l.*16.33.47.*D.de rit.nupt. C. de interd.Matrimonio inter Pupillam,& Tutorem, seu Curatorem,liberosque eorum.C.si quacunque praditus potestate, vel ad eum pertinentes ad suppositarum iurisdictioni sua aspirare tentauerint nuptias.* Et per *l.* 67.*D. de iure dot.l.*7.*de agnos.libert.* contractum inter liberum , & ancillam Matrimonium pro nullo habetur : cui & conformis citatur vetus lex Salica , *in libro Legum Salicarum, tit.* 14 §. 11. ne inter liberas, seruilesque personas Matrimonia ineantur. Quæ tamen Ecclesia abrogauit omnia & in contrarium etiam seruorum Coniugia rata esse declarauit *d.cap.* 2.*de coniug. seruor.*

4. Iure meritóque ex eo argumento quo vtitur Vrbanus III. & Innoc. III. *in cap.penult. & vlt.* 10. *de secund. nupt.* quod in Quæstionibus Matrimonialibus sæculares leges nō dedignentur Sacros Canones imitari, iisque cedere : vt propter authoritatem D. Pauli soluta à lege viri in Domino nubat, cui voluerit:concessa ergo ab Apostolo rectè vtitur potestate, quisquis Matrimonium contrahit , quod nulla Apostolica Decreta interdicunt : si per illius licentiam, & authoritatem, etiam infamia legalis nubentis intra annum luctus aboletur. *d.cap. penult.& vltim.*Sic *& in cap. Quòd super his X. de consanguinit.* non obstante consuetudine canon seruatur vetans coniunctiones ibi narratas :& refert Synodus Romana sub Zacharia *cap.*15.Quomodo Germaniæ Archiepiscopi,& Reges Prouinciæ petierint Apostolica præcepta,qualiter eis liceat Coniugia copulare & Cabilonensis sub Carolo,*cap.*28. de affinitate,inquit , propinquitatum,& in quibus gradibus Matrimonia conjungenda sint,ad Canones recurramus : idémque de reliquis impedimentorum generibus est iudicium. Hucvsque Zipæus.

5. Vnde eadem ratio procedit, si Principes ferrent legem statuentem Matrimonia suorum Consan-

guineorum,validè non contrahi sine eorum consensu:ad quam sententiam labefactandam sic ex Concilio Tridentino argumentor. In *sess.24.*sic habetur.Si quis dixerit causas matrimoniales non spectare ad Iudices Ecclesiasticos,anathema sit. Ergo illicitè Principes conderent leges quoad substantiam matrimonij,vt v.g.Principes Regij sanguinis nulliter sine eorũ consensu contrahere possint,nam mitterent falcem in messem alienam.Secundò *in sess.24.cap.9.*sic habetur: Cum maximè nefarium sit matrimonij libertatem violare, præcipit sancta Synodus omnibus cuiuscumque gradus, & conditionis existant sub anathematis pœna,quã ipso facto incurrant, ne quouis modo directè, vel indirectè subditos suos, vel quoscumque alios cogant,quominùs liberè matrimonium contrahant.Ergo iniustè Principes per sua statuta coarctant voluntatem,ne eorum Consanguinei possint contrahere sine eorum licentia, & consensu.Tertiò,*in sess. 24.cap.1.*sic habetur : Damnandi sunt provt de facto sancta Synodus damnat, qui falsò affirmant matrimonia à filiis familias sine consensu parentum cõtracta irrita esse, & parentes ea ratione irritare posse. Ergo quomodo non erunt valida matrimonia Consanguineorum Principum sine eorum consensu inita, & quo pacto Principes possunt illa prohibere ?

6. Et ideò Franciscus Zipæus, *vbi suprà*,sic ait: Quoad regiam autem, principalémque potestatem, ea,vt omnes subditos complectitur, ita multò magis sanguinis regij sobolem;sed vt in illis ad matrimonij nullitatem non pertinet,ita nec in hac eò extenditur ex Consil.Trident.*cap.9 sess.24.de Reform.& c.nullus, 36.quæst. 6.* Ita Zipæus, qui postea latè confirmat hanc sententiam multis rationibus,& exemplis,& ad exempla contraria adducta à P.Rabardeo eruditè respondet,ideo omnino illum videbis.

7. Et tandem confirmantur supradicta, quia suppono Principes sanguinis Regij esse minus subiectos Regi, quàm filios parentibus, & seruos Dominis, in his quæ iuris naturalis sunt,quales secundum omnes censentur contractus Matrimoniales;sed contractus Matrimoniales seruorum, & filiorum, non ita pendere à voluntate parentum,& Dominorum, vt si contra,vel sine eorũ consensu fiant, inualidi habeantur,iam supra firmis rationibus negatum est,iuxta determinationes sacrorum Canonum, & Conciliorum generalium:Ergo,&c.Cùm igitur nemo possit disponere, nisi de quibus dominium habet, Pater autem dominium libertatis filiorum non habet, nec Dominus seruorum, & multo magis Rex libertatis Principum sanguinis Regij in his, quæ ad statum vitæ pertinent, efficitur, vt nec Principes,possint decernere conditiones dirimentes contractus Ciuiles matrimoniales dictorum Principum : alioquin cùm parentes, & Domini multo plus iuris habent in filios, & in seruos, à fortiori possent,& ipsi statuere conditiones dirimenres contractus Ciuiles matrimoniales filiorum & seruorum, quo nihil insanius. Ergo, &c.

8. Et licèt matrimonium vt sacramentum supponat contractum civilem esse validum ; non tamen ob id Principes directè iurisdictionem super illum habent:non enim omnia ciuilia indiscriminatim subiiciuntur Principibus ; imò causæ Ciuiles Religiosorum de iure Diuino,Ecclesiastico, & Imperiali Episcopis,non Principibus subduntur; quantò minus ciuilis contractus matrimonij, maximè postea quàm à Saluatore ad incomparabilem maiorem spiritualitatem sacramentalem euectus est:porrò Ciuile aliquando idem est, quod non sacrum; & hoc pacto contractus matrimonij, vt contra sacramentum distinguitur,Ciuilis dici potest:aliquãdo Ciuile dicitur solum, quod ex legibus Ciuilibus introductum, & de pendens est;& hoc pacto contractus matrimonij nõ Ciuilis,sed naturalis iure dicendus est; quoniam non ex legibus Ciuilibus,sed ex lege naturæ soli Deo subiectæ,procedit.Princeps igitur potest in omnia Ciuilia suorum subditorum legalia, seu ex legibus Ciuilibus introducta,non autem in omnia Ciuilia absolutè,imò Ciuilia Religiosorũ Episcopis omni iure seruantur; à fortiori Ciuilia matrimonialia,euecta ad altissimam spiritualitatem sacramentalem, multò magis reseruabuntur Deo matrimonij, & sacramentorum omnium institutori,& eius Vicario in terris Pontifici Summo; ob id in contractum matrimonialem, nec quoad Ciuilitatem iam sacramentatam, nec quoad sacramentalitatem ipsam quidpiam potest Princeps,aut suo assensu firmare,aut suo dissensu inualidare. Iterum igitur ex omnibus supradictis statuenda est conclusio contra P. Rabardeum, Principes Christianos ex genere,& natura suæ potestatis,non posse leges condere, annullantes subditorum matrimonia, vel saltem hoc esse eis prohibitum ab Ecclesia,cùm talem potestatem sibi reseruauerit.

9. Non desinam tamen hic obiter animaduertere, quod aduersus omnia supradicta, & in fauorem P. Rabardei, non obstat consuetudo Regni Franciæ, quæ fertur non permittere Principibus sanguinis matrimonia inire absque Regis assensu; non inquam talis consuetudo obstat, quia Antistites illius Regni, de hac difficultate consulti, talem consuetudinem non damnarunt, stante quod esset approbata ab Ecclesia, vt patet ex Salerno viro docto, & amicissimo post hæc scripta viso *in discep.de hac mater.* §. 1. licèt ipse postea neget, adesse circa talem consuetudinem, Ecclesiæ approbationem; *sed quia ego nolo nunc hanc difficultatem pertractare.* Ideò solùm affero talem consuetudinem Regni Galliæ, supposito quod esset ab Ecclesia approbata P. Rabardeo non fauere, nam ipse contendit probare Principes à parte rei, & ex sui natura secluſa omni approbatione Pontificia, posse etiam nunc impedimenta matrimonij dirimentia constituere ; quod falsum esse, ego constanter affirmo Ergo.

10. Verùm quia aduersus superius dicta in defensionem immunitatis Ecclesiæ plures se tuentur asserentes leges alias Pontificias,quoad dictam materiam non fuisse in aliquibus Regnis promulgatas, nec vsu receptas; plus etiam fauere videtur P. Rabardeus *fol.* 116. ex auctoritate Gratiani,quem *infrà* nos explicabimus : ideo visum est mihi pro coronide huius Disceptationis hanc materiam breuiter enucleare : nam de illa copiosam meditor tractationem.

RESOL. CCCXLV.

De publicatione, acceptatione, & contrario vsu legum Pontificiarum, præsertim in materia Immunitatis Ecclesiasticæ ?

Et quæritur, an iudices laici trahentes ad sua Tribunalia personas Ecclesiasticas extra casus à iure permissos, possint in nostro Sacro Tribunali à Fidei Quæsitoribus examinari, & puniri ?

Et quid de scriptoribus id fieri posse docentibus? Ex p.7, tract.1.Resol.30.aliàs 28.

§. 1. DIco primò,Cõstitutiones Pontificiæ,vt omnes obligent sufficit vt tantùm publicẽtur Romæ, & non in singulis Diœcesibus, nisi Pontifex aliud significet,quia ex natura rei,talis publicatio sufficit,vt per se patet. Et quamuis Pontifices hactenus voluerint vt Ius Imperatorium locum habeat in iudiciis

Sup. hoc tom. & n. Resol. 10. §.1. vsque ad lin.7. & ibi ne Resol. 46 & in cons.

iudicijs causarum, vbi nihil de iure Canonico statutum est, tamen circa modum promulgandi suas leges nihil tale statuerunt. Igitur Pontifex non tenetur seruare modum publicationis Iuris Ciuilis in suis Decretis, quia legibus non arctatur, neque Authenticam, vt factæ nouæ constitutiones, &c. inuenitur se acceptasse: Ergo quoties suam Constitutionem Romæ promulgat, neque mandat alibi publicari; sed illa promulgatione contentus est, intendit omnes Christi fideles obligare: Ergo de facto obligabuntur, quia adest quidquid necessarium est ad legem. Quod confirmatur; quia plura Decreta Iuris Canonici, Decreti, Decretalium Sixti, Clementinarū, Extrauagantium, Concilij Tridentini, non sunt in multis Prouincijs promulgata. Item Bulla Cœnæ, Romæ tantum solet publicari, & tamen arctat omnes Christi fideles. Regulæ item Cancellariæ Romæ publicantur, & secundum illas causæ ex toto orbe decidūtur, quod iustum non esset, si illæ leges non obligarent. Ergo non est necessaria publicatio, in qualibet prouincia inducenda: Accedit, quod quando Pontifices nolunt leges suas vbique obligare, nisi in singulis Prouincijs publicentur, solent id exprimere, vt patet ex Concilio Tridentino, *sess.* 34 *cap.* 1. *de Reform.* & ex *c. Cùm infirmitas, de pœn. & remiss.* & ex multis Constitutionibus Sixti V. Ergo quando non exprimunt vbique obligant, licet aliqui ab earum obseruantia excusentur, qui inuincibiliter eas ignorant: Item è contrario interdum extendunt tempus, pro quo volunt differri obligationem legis etiam post publicationem, sic Pius IV. voluit, vt Decreta Concilij Tridentini non obligarent, nisi post tres menses à publicatione: Ergo supponunt Pontifices promulgationem Romæ factam sufficere, quia si aliæ particulares spectandæ essent, illa temporis dilatio necessaria non esset. Et hanc sententiam tenent Doctores *in sequenti Assertione* citandi; quibus adde Azorium, *tomo* 2. *lib.* 5. *c.* 3. *q.* 3. Salas, *de legibus, disput.* 12. *sect.* 2. *num.* 10. Suarez, *lib.* 4. *cap.* 15. *num.* 3. Pontium, *de Matrim. lib.* 5. *cap.* 7. *num.* 2. Filliucium, *tom.* 2. *tract.* 21. *cap.* 11. *num.* 397. & Pesantium, *in part.* 2. *D. Thomæ*, *quæst.* 108. *art.* 4. *disput.* 5. qui addit, quòd aliàs Principes sæculares impedire possent, ne Bullæ Pontificiæ, in suis Regnis promulgarentur.

2. Dico secundò, Constitutiones Pontificiæ, vt obligent, non pendent ab acceptatione populi. Probatur, quia Summus Pontifex non accepit potestatem à populo, sed immediatè à Deo: Ergo non requiritur acceptatio, & consensus populi ex eo capite, Quòd populus Pontifici contulerit huiusmodi potestatem condendi leges dependenter à sua acceptatione. Neque solidè dici potest eam collatā fuisse, à Christo sub hac conditione, quia potestas D. Petro collata nō est hac in parte restricta. Nec ex natura rei requiritur hæc acceptatio, quia vt lex vim suā obtineat, sufficit vt participet totam essentiam, & rationē legis, sed ad essentiā legis non requiritur consensus populi: Ergo. Probo minorem; nam ea, quæ ad legis essentiam pertinent quantum est ex parte causæ efficientis proueniūt ex Legislatore. Probatur secundò, Quia vis obligatiua legis effectiuè prouenit ab eo, qui legem condit; sed subditi non condunt legem; Ergo. Deinde *ad Roman.* 13. dicitur: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit; Ergo non est eius legem acceptare, vel respuere, quia non consistit cum tali subiectione, vt populus possit non acceptare legem. Confirmatur, lege legitimè promulgata, potest Legislator etiam grauibus pœnis, v.g. populum Censuris adigere ad obseruationem legis: Ergo consensus eius quò legem acceptet, non est necessarius vt lex vim suam obtineat. Probo consequentiam. nam si ex rei natura id requireretur, iniustè punirentur illi, qui legem non admitterent. Et tandem Christus *Matt.* 16. promisit Petro eiúsque successoribus Claues Regni Cœlorum, ita addens: Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in Cœlis: neque hanc, aut similem restrictionem apposuit, si populus leges tuas acceptare voluerit; sed & *Luc.* 10. generaliter dixit Apostolis. Qui vos audit, me audit, qui vos spernit, me spernit. Et Apostolicis, & naturale præceptum est, quod *ad Hebr.* 13. sic exprimitur; Obedite præpositis vestris, & subiacete eis; in quibus verbis, neque dicitur, neque subintelligitur, Obedite, si vultis leges, & mandata eorum; acceptare; Ergo leges, & Constitutiones præsertim Pontificiæ absolute obligant subditos ad eis obtemperandam, independenter ab eorum acceptatione.

3. Nec obstat id quod asserit Gratianus, *cap. In istis, distinct.* 4. Leges instituuntur cùm promulgantur, firmantur cum moribus vtentium approbantur: nam respondeo, dicta verba pro nostra sententia facere, si enim leges instituuntur, cùm promulgantur, non est opus acceptatione, vt vim obligādi habeant; nec facit quidquam quod dicitur, firmantur leges cum moribus vtentium approbantur, quoniam ex eo non sequitur, leges non habere vim ante acceptationem, sed solùm ostenditur habere tunc suam vim fortiùs radicatam ac firmatam. Et ideò omnia superius dicta docet magis communis opinio Doctorum, *in* 1. 2. *Diui Thomæ*, vt Araujo, *quæst.* 97. *disput.* 3. *sect.* 2. *diff.* 3. Syluius, *quæst.* 96. *art.* 4. *quæritur* 4. Hackerus, *q.* 90. *disp.* 3. Puteanus, *q.* 95. *art.* 3. *dub. vn. concl.* 2. Granadus, *contr.* 7. *tr.* 3. *part.* 1. *disp.* 7. *n.* 3. Vasquez, *disp.* 156. *cap.* 5. *n.* 36. Malderus, *q.* 90. *art.* 3. *dub.* 2. Lorca. *tom.* 2. *disp.* 20. Tannerus, *disp.* 5. *quæst.* 5. *dub.* 3. Præpositus, *quæst.* 95. *dub.* 9. *num.* 29. Montesinus, *tomo* 2. *disp.* 20. *quæst.* 4. *diff.* 3. *num.* 96. Pesant. *quæst.* 108. *art.* 4. *disp.* 5. Auersa, *quæst.* 95. *sec.* 4. Fragosus, *de reg. reip. p.* 1. *lib.* 1. *disp.* 3. *num.* 258. Petr. à S. Ioseph, *in Idea Theol. mor. lib.* 1. *cap.* 1. *resol.* 5. Petr. Gonzal. *de leg. Polit. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 29. *& lib.* 1. *cap.* 7. §. 1. *num.* 128. Duard. *in Bull. Cœn. lib.* 3. §. 1. *quæst.* 1. *n.* 17. Molfes. *in sum. tom.* 1. *tract.* 9. *cap.* 8. *num.* 38. Filliuc. *tom.* 2. *tract.* 21. *cap.* 11. *num.* 397. Sayrus, *in claui reg. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 7. Villalob. *in sum. tom.* 1. *tract.* 2. *dub.* 12. *num.* 5. Suarez, *de leg. lib.* 4. *cap.* 15. *num.* 2. Salas, *disput.* 12. *sect.* 2. *num.* 10. Azor. *part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 5. *quæst.* 3. Ghetius, *in thes. anim. to.* 3. *& ver. lex. cap.* 1. *quæst.* 3. & alij penes ipsos: quibus adde nouissimè me citato Caspensem, *in curs. Theol. tract.* 13. *disp.* 1. *sect.* 4. *num.* 53. & etiam me citato Machadum *de pers. Confess. tom.* 1. *lib.* 3. *part.* 4. *tract.* 3. *docum.* 2. *num.* 4. & quod penes me instar omnium est oraculum S. Rotæ Rom. *in magist. decis. Maioric. indult. die* 11. *April.* 1639. coram Merlino Decano Et *in Messanen. Decanatus die* 27. *Maij* 1641. coram Reuerendiss. Dunozet Decano. In quibus Decisionib. statuitur, Leges Pontific. obligare independenter à populi acceptatione. Quod adeo verum existimat Amicus *tom.* 5. *disp.* 1. *sect.* 5. *num.* 75. vt contrariam sententiam probabilem esse non putet.

4. Dico tertiò, dato, quod opinio contraria esset probabilis, nempe Constitutiones Pontif. quoad obligationem pendere ab acceptatione populi, tamen non procederet, quando Pontifex in lege contrarium expressisset: nam in tali casu, nec deest potestas, nec voluntas: ergo renuente populo leges Pontif. obligabunt, & idem dicendum de eorum publicatione, & de contrario vsu: nam licet aduersus leges Pontif. possit allegari non vsus, & contraria obseruantia, tamen quando S. Pont. suam voluntatem aliter declarasset, nō tolleretur lex per nō vsum. Ita Molfesius, *in sum.* 1. *tr.* 9. *c.* 8. *n.* 51. Ioan. Præpos. *in part.* 2. *D. Thom. quæst.* 95.

q.95.disp.1.dub.9.n.29. Castrus Palaus, *tom.1.tract.3. disp.1.punct.12.n.1.* Tanner. *in Apol.de immun.Eccles. lib.2.cap.15.*& alij,*vbi suprà.*

5. Dico quartò,Dicere S.Pontificem non posse condere legem aliquam independenter à populo,vel à contrario vsu,est propositio contra fidem.Ita Suarez,*de leg.lib.4.c.6.n.2.* quem sequitur Villalobos, *t.1.tr.2.diffic.16.n.1.*vbi sic ait : [Para que la ley obligue no es necessario que el pueblo la reciua con el vso, esta conclusion es muy cierta , porque de otra manera fuera ser superior el pueblo al Principe , y hablando de las Leyes del Papa es de fe y consta por las palabras de Christo : *Quodcumque ligaueris. & Pasce oues meas* , las quales dixo sin condicion ninguna de si el pueblo las acceptasse , ò nò.] sic ille. Vnde Adamus Tanner, *in Apolog. de immun. Eccles. lib.2. cap.15.* asseruit hanc propositionem à Doctore Catholico negari non posse. Et ideo communiter asserunt DD. tanquam certum, posse Pontificē obligare fideles ad obseruantiam Legis à se latæ, quamuis populus contradicat. Ita ex Castro; Valentia,Vasquez,Salas,& aliis, docet Palaus, *tom.1. tr.3. disp.1.punct.13.n.1.* & Ioannes Præpositus *in part.2. q.95.disp.1.dub.9.n.29.* Quibus adde Caspensem , *in Cursu Theologico,tr.13.disp.1.sect.5.num.62.* Hinc qui asserunt Leges Pontificias non obligare,nisi acceptentur à populo,hoc dicunt, supponendo Pontifices suas leges ferre cum hac conditione , non quia absolutè promulgare leges non possint independenter à populo;ex Nauarro, Driedone,& aliis docet Stephanus Baunius,*Theol.Moralis,to.1 .disp.3.tr.2.q.19.*

6. Dico quintò, Leges,Canones,& aliæ Constitutiones Pontificiæ in materia immunitatis,& libertatis Ecclesiasticæ,quoad personas,bona,& loca fuerunt latæ à Summis Pontificibus independenter ab acceptatione populi,& ab vsu contrario;Ergo in omni opinione Doctorum dici non potest , quòd non obligabunt nisi acceptentur , vel si vsu receptæ fuerint,posse postea per contrariam consuetudinem abrogari. Consequentia patet,& si quis illam negaret, esset S.Officio denunciandus : nam teneret S.Pontificem non posse ferre leges, nisi dependenter à populo , contra id quod firmauimus *suprà in Assert.3. & 4.* Restat igitur vt probemus maiorem propositionem , quam docet Molfesius *in summa tom.1.tr.9. c.8.n.51.* Bonacina , *tom.3.disp.1.quæst.13.punct.4.§.1. n.2.*latè Adamus Tannerus , *in Apol. de immun. Eccles.lib.2.c.15.*& alij. Et probatur manifestè ; Primò, quia ait Bonacina *loco citato* , in Bulla Cœnæ excluduntur omnes prætensiones, & prætextus.Secundò, quia , vt docet idem Bonacina,*tom.2. disp.1. quæst.1. punct.4.num.29.* tunc Legislator dicitur ferre legem independenter à populo , quando in lege apponit clausulam,& decretum irritans : nam per illud enernatur omnis non vsus, vel contrarius vsus,vt docuit sæpius sacra Rota , & signanter *in citata Decisione Domini Merlini* , *& in alia Treuerensis Abbatiæ S. Maximi,die 20.Nouemb.* 1624. coram Coccino , & patet ex *cap.Quod super his , de consanguin. & affin. & c.Super eo , de cognat. spir.* & tenent communiter Doctores,quos plena manu,& ad satietatem adducit Remigius Scophra , *in solution. quæstion. Moralium,quæst.32.art.2.*& omnino videndus in casu nostro Chartarius,*decis.46.num.76.decis.47.n.19.e & decis.93.num.21.* Quibus omnibus adde nquissimè doctum,& amicissimum Dominum meum Larrea,*in allegat.Fiscal.part.1.allegat.12.num.13.*sed in Bulla Cœnæ Pontifices apposuerunt clausulam, decretum irritans : Ergo.Tertiò,quia non solùm in Bulla Cœnæ, sed in aliis sacris Canonibus omnes consuetudines contra libertatem , & immunitatem Ecclesiasticam tanquam corruptelæ damnantur , & præuaricationes , vt patet *in cap.vltimo de consuetud. cap. Clerici, de Iudiciis , cap. Quanquam , de Cens.in 6. cap.Nouerit, de sentent. excommun.cap.3.disp.*8. Ergo clarè apparet vim huiusmodi Legum in arbitrio acceptantium à Summis Pontificibus minimè constitutam fuisse. Quartò, probatur ex perpetua,& vigente praxi Ecclesiæ Romanæ , quæ apertè ostendit Leges ad Ecclesiasticam libertatem pertinentes nunquam ferri si, & quatenus à populo acceptentur , sed absoluta auctoritate,& voluntate independenter : Nam Summi Pontifices,quando aliquid contra Ecclesiæ libertatem attentatur à Principibus Laicis , vel eorum Ministris , vt notissimum est conqueruntur , & conclamant , atque singulis quibusque annis damnant , & improbant , fulminando Bullam Cœnæ. Vnde ex his, vt clariùs hæc veritas elucescat nouissimè aliorum Pontificum vestigiis inhærendo Sanctissimus Dominus Noster Vrbanus VIII. feliciter regnans, in Bulla, *Romanus,*&c.data sub die 5.Iunij 1641. & publicata,die 14.Augusti eodem anno verbis rotundis,vt qui habet aures audiendi audiat, damnauit, & improbauit omnia præiudicialia facta , & facienda contra immunitatem , & libertatem Ecclesiasticam, *etiam sub prætextu quod Bulla , seu Constitutiones Pontificiæ non fuerint publicatæ , vel vsu receptæ,aut contrario vsu,etiam decennali, & quantumlibet longissimo , vt prætenditur , abrogatæ.* Quid apertius dici potest ? Et ideò , nescio quomodo sub hoc prætextu amplius se tueri possint infringentes in aliquo immunitatem Ecclesiasticam : nam de potestate Pontificis , credo quòd Catholici non dubitent , de voluntate verò, iam modò *in dicta Bulla Pontificia* apertè constat : Ergo.

7. Et tandem pro coronide huius disceptationis non deseram hîc dubium apponere: An scilicet Iudices Laici trahentes, ad sua Tribunalia Personas Ecclesiasticas extra casus à iure permissos possint in nostro Sacro Tribunali à Fidei Quæsitoribus examinari,& puniri ; & quid de scriptoribus , id à laicis fieri posse , docentibus. Solùm referam sententiam Doctorum , quos his diebus congessi, rogatus à doctissimo , & amicissimo Sanctæ Romanæ , & vniuersalis Inquisitionis Assessore Francisco de Albicis maioribus honoribus dignissimo , Et affirmatiuam sententiam tenet Bartholomæus Salonius *in 2.2.D.Thomæ,quæst.67. art.1. contr.1. concl.3.* vbi sic ait. Principes, vel Iudices, qui contra iura Canonica , & Ciuilia trahunt Ecclesiasticos ad sua Tribunalia sunt suspecti de hæresi Lutherana, potestque contra eos iustè Officium Sanctæ Inquisitionis procedere. Patet, qui conuenit cum Hæreticis in factis , in quibus illi protestantur suas hæreses , est vehementer suspectus de illa hæresi, vt qui comedit sine vlla infirmitate carnes die veneris est suspectus de hæresi Lutherana , & qui communicaret sub vtraque specie esset maximè suspectus de hæresi Boëmorum , quia talia facta protestantur illas hæreses. Sed Hæretici negantes iurisdictionem, & immunitatem Ecclesiasticam docent à Iudice sæculari esse iudicandos : Ergo Iudex sæcularis si ita facit manifestè conuenit cum Hæreticis in facto, quo protestantur ipsi suas hæreses , & esset de simili hæresi maximè suspectus, & ab Inquisitoribus examinandus.Ita Salonius. Et ante illum celeberrimæ famæ Theologus Dominicus Bañez , etiam *in 2.2.quæst.67. art.4. concl.* 4. sic asserens : Ex dictis sequitur suspectos esse meritò de hæresi Lutherana sæculares Iudices, qui Clericos contra sua priuilegia comprehendunt,vel ad sua Tribunalia trahunt. Probatur , quia facto ipso confirmant , quòd error

Lutheranus

Lutheranus asserit, scilicet Clericos subditos esse Principibus sæcularibus? Quemadmodum, si quis imaginem conculcaret, vehementer esset suspectus de hæresi Lutherana, quæ asserit, Imagines non esse colendas. Hæc Bañez. Vnde ex his Iulianus Thomasius Sacræ Rotæ Auditor apud Bellamerum, *cons. 40. num. 35. ver. Imò quod ammodo*; docuit inquiri posse contra Iudicem sæcularem violantem iurisdictionem Ecclesiæ tanquam contra suspectum de Fide. Et post hæc scripta inueni hanc sententiam docere etiam Beltranum de Gueuara *in propugnat. libert. Eccl. assert. 2. §. 2. num. 21.* cum Bozio *de iur. nat. & diuino libert. Eccles. lib. 5. c. 15.* Et Sacræ Rotæ Auditores *pro causa Venetæ, anno 1606. in Assertione libertatis Ecclesiasticæ, circa finem*, hæc verba pronunciarunt. Animaduertere debent Doctores cuiuscumque notæ sint, & qualitatis, dum contra Sacros Canones (eos sæpè prauè interpretando, & detorquendo) Ecclesiasticæ detrahunt immunitati, & libertati, suspectos se reddere, quòd male de ea sentiant, & tacitè vel expressè cum illis consentiant, quos iam Ecclesia propterea meritò condemnauit. Ita ibi nominatim subscripti omnes Rotæ Auditores. Hinc obseruat Franciscus Torreblanca, vt *suprà* notauimus *in Practicabi. lib. iur. spiritualis lib. 15. c. 4. n. 7.* quòd anno 1632. cùm Granatæ quidam Minister laicus Allegationem Typis euulgasset contra immunitatem, & libertatem Ecclesiasticam, & in qua defendebat quandam consuetudinem trahendi Clericos in quibusdam criminibus ad sæcularia tribunalia fuisse à propria dignitate detrusum, & Sancti Officij Censuram subiisse. Et hæc est sententia Doctorum circa propositum dubium, quorum opinio quando in Praxi sit deducenda, remittendum videtur prudenti arbitrio DD. Inquisitorum, qui matura discussione considerabunt, qualitates personarum, circumstantias temporum, frequentiam delimi, rationes contrarias, &c. Imo ego puto ab eis nihil prorsus agendum, nisi prius consulta Sacra Congregatione Sanctæ Romanæ, & vniuersalis Inquisitionis; & in Regni Hispaniarum, nostro summo Fidei Quæsitore.

Nota Lector, quòd nouissimè Sacra Congregatio Sanctæ Romanæ, & vniuersalis Inquisitionis, aliqua superiùs à me contra Patrem Rabardeum tantùm doctrinaliter impugnata, & insuper plura alia, variis Censuris Theologicis meritò qualificauit, & damnauit: & super eius librum nigrum Theta imposuit; vt patet ex Decreto dictæ Sacræ Congregationis emanato feria quarta die 18. Martij 1643. & in locis publicis affixo die 20. Aprilis eiusdem Anni.

In indice primo huius Tom. 9. Vide Appendicem ad hunc Tract. 2. Vbi reperies alias multas Quæst. mixtas, & dispersas per alios Tom. Tract. & Resol. quæ simul pertinent ad hunc Tract. 2. de Immunitate Ecclesiastica.

TRACTATVS TERTIVS, SEV APOLOGETICA DISCEPTATIO, DE STATVTO PROHIBENTE ALIENATIONEM BONORVM STABILIVM IN ECCLESIAS, & Ecclesiasticas personas.

RESOLVTIO PRIMA.

An statutum mandans, bona Ecclesiæ relicta infra certum tempus vendi sit contra libertatem Ecclesiasticam? Ex part. 1. tract. 2. Ref. 64. aliàs 63.

Sup. hoc in Addit. & in alios eius tom.

§. 1. AFFIRMATIVE respondet Hostiensis *in cap. fin. num. 11. ver. in mortuariis, de rebus Eccl. non alien.* Archidiaconus *in cap. Romana, n. 13. ver. Non tamen quoad alienat. de appell.* & ex neotericis Surdus *lib. 1. cons. 2. n. 20. & seq.* & Philippus Maynardus *de priuil. Eccl. p. 2. art. 22. n. 44.*

RESOL. II.

An statutum, quod infra tantum tempus Ecclesia teneatur vendere res sibi relictas, sit validum? Ex part. 5. tract. 1. Ref. 3.

§. 1. HOc statutum edidit olim Federicus Rex, quod & similia contra me conatur defendere Cutellius, *ad leg. dicti Federici, cap. 24. not. 26. per totam, & cap. 85. n. 90.* tenet omnia statuta Federici esse conformia sacris Canonibus, & per consequens supradictum, de quo loquimur.

2. Sed dicendum omninò statutum hoc Federici esse contra sacros Canones, & super illud debebat quidem Cutellius nigrum præfigere Theta & notis non illustrare, sed tantùm aduertere esse contra libertatem Ecclesiasticam; exemplo Eminentissimi Iurisconsulti Matthæi de Afflicto, qui in Commentariis Constitutionum Regni Neapolitani, cùm ventum esset ad constitutionem similem, quam ibi etiam Federicus statuerat *lib. 3. constit. 26. num. 12.* sic asserit: Hæc constitutio nihil valet, quia Imperator non potuit contra libertatem Ecclesiæ, & personarum Ecclesiasticarum prohibere, quòd non relinquantur res stabiles Ecclesiæ inter viuos, dicit postea: Nolo hîc seruare ordinem meum in colligendis notabilibus, quia ista constitutio

Sup. hoc in Resol. præterita, & infra in Ref. 14. & 18. Sed pro ista materia lege fere omnes Ref. huius tract. & signanter vide doctrinam §. 1. 2. & 3. Ref. 3. huius annot.

tota est correcta per cap. Regis Caroli II. quod incipit, *Item statuimus*, & demum dicit: & sic non seruatur ista constitutio, quod Ecclesia debet vendere intra annum: ita Afflictus, & post illum Anton. Bouius *in resp. ad Paul. Seruitam, part. 3. argument. 10. fol. 44.* vbi sic ait, [La lege ch'in Sicilia statui Federico, fu reuocata da Carolo II. per esser contra la libertà Ecclesiastica,] & Theologi Religionis Seruorum *in defens. censur. Pauli V. cap. 7. num. 27. fol. 142.* sic asserunt. [Federico fece tal lege in Sicilia, ma como ingiusta fu reuocata dal Rè Carolo II.] & idem obseruant etiam Fagnanus *de iustitia monitorij Pauli V. fol. 82.* & Aponte *in respons. pro censura Veneta, fol. 104.* Et tandem doctus Hispanus Ioannes Beltran de Gueuara *in Prop. libert. Eccles. §. 6. assert. 1. num. 20.* sic ait: Nec etiam obstat alia lex Regni Siciliæ, quæ alienationes rerum stabilium fieri prohibet in Ecclesiis, nam ea lex reuocata fuit à Carolo II. vt constat ex *lib. const. ex cap. vtr. Siciliæ, in cap. Caroli II. incip. Item statuimus quòd possessiones*, satisque esse arbitratus est, si bona immobilia cum onere suo ad Ecclesiam transirent, iuxta *l. pen. C. de exactor. tribut. lib. 10.* & iuxta doctrinam Bartoli *l. rescripto, §. 1. num. 5. de mun. & honor.* & omnes hæ constitutiones à Federico II. & Carolo IV. tanquam contra libertatem Ecclesiasticam reuocatæ fuerunt, vt constat *in authent. Cassa & irrita, C. de Sacros. Eccles.*, & habetur copiosiùs *in tom. 3. Concil. ad fin. Constantiensis Concil.* & tradit Ioan. Imbertus Rupell. *foren. inst. lib. 4. c. 6.* Petrus Pechius *de amortizat. c. 6. n. 1.* Ita Gueuara. Videat modò Cutellius si in notis huius statuti Federici debebat de nouo suscitare opinionem de immobilibus Ecclesiæ non relinquendis, quam contra Paulum Seruitam Paulus V. *in Decreto edito 17. Augusti. 1606.* damnauit, cum communi sententia Legistarum, Canonistarum, & Theologorum. Non possunt igitur, vt perperam loquitur Cutellius, hæc statuta iustitiam præ se ferre. Nec dici potest illa esse inualida, quando prohiberent alienationem omnium bonorum in Ecclesiam, non autem tantùm bonorum immobilium: hoc, inquam, dicere est chimæricum & falsum. Nam Paulus V. Canones, & Doctores, & ipse Rex Carolus II. quando damnarunt hæc statuta, vt patet, non illa damnarunt, quia prohibebant alienationem generalem omnium bonorum, sed tantùm particularem immobilium in Ecclesiam: Ergo.

3. Ad id verò quòd Cutellius asserit pro tuendis supradictis statutis, nempe interdictum esse Leuitis, & Sacerdotibus possidere immobilia, adducens aliqua Scripturæ loca. Respondeo, quòd ideò dicitur in Scriptura Leuitas aliquid non possidere, quia omnia titulo eleemosynæ habebant, non autem, vt alij, per sortem; sed non sequitur ex hoc non habuisse, nec possedisse bona immobilia, vt latè probat nouissimè contra Lutherum, & Spalantensem, doctus Nicolaus le Maistre, Socius Sorbonicus *de sacro Patrimonio, lib. 1. c. 10. per tot.* & patet ex *cap. 25. Leuit.* in quo dicitur, Leuitas habere ædes, quæ in vrbibus sunt, & cùm cæteræ domus redimi non possent, nisi exacto Iubilæo, Leuitarum domus quouis tempore redemptioni patebant. Ædes Leuitarum quæ in vrbibus sunt, semper possunt redimi, & si redemptæ non fuerint in Iubilæo reuertentur ad dominos, quia domus vrbium Leuitarum sunt pro possessionibus inter filios Israël. Cùm ergo Leuitæ domus & vrbes alienare possent, cùm emendi vendendique libertatè obtinerent, signum est eos vrbes possedisse, atque obtinuisse, non tantùm ratione vsusfructus, sed etiam titulo dominij. Et ideò si Leuitæ & Sacerdotes bona immobilia non possiderent, Ieremias *cap. 32.* in Anathoth vrbe Sacerdotali, agrum non emisset, vt rectè obseruat Sancius in Ezech. *cap. 44. vers. 28. num. 59.* Vide etiam eruditum Becanum *in Analogia veteris Ecclesiæ cap. 7. qu. 6. num. 3.* vbi ex 40. ciuitatibus obseruat 13. datas esse Sacerdotibus, reliquas Leuitis. Vnde *num. 17.* sic ait: Ex dictis colligi potest, quam diuites fuerint Sacerdotes in veteri Testamento præ aliis omnibus. Nam primò accipiebant decimas à 12. tribubus Israël. Vbi notandum est præter tribum Leui fuisse duodecim tribus filiorum Israël, nempe tribum Ruben, Simeon, Iuda, Zabulon, Issachar, Dan, Gad, Aser, Nephthali, Ephraim, Manasse, Benjamin. Igitur singulæ hæ tribus diuidebant sua bona in decem partes, & vnam dabant tribui Leui, reliquis nouem sibi reseruatis, quo fit vt tribus Leui multò fuerit ditior, quàm cæteræ. Nam singulæ cæterarum habebant tantùm nouem partes, tribus autem Leui duodecim. Præter has decimas, quæ communes erant omnibus in tribu Leui, Sacerdotes iterum accipiebant decimas decimarum à Leuitis, & sic non solùm erant ditiores, quàm homines aliarum tribuum, sed etiam quàm Leuitæ. Deinde accedebant primitiæ, primogenita, oblationes, quæ si omnia computentur, in magnum thesaurum excrescere necesse erat redditus, & possessiones Sacerdotum. Hucusque Becanus. Videat modò Cutellius, si hodie Ecclesiastici sint ditiores laicis, vt olim erant Sacerdotes & Leuitæ. Et posthæc scripta inueni hanc sententiam de Leuitis docere etiam Valenzuelam *in defens. cens. Paul. V. part. 3. num. 97.*

4. Sed deueniendo in specie ad particulare statutum positum in titulo huius resolutionis, dico esse contra libertatem Ecclesiasticam, & ideò constitutionem dicti Federici, in qua etiam tale statutum continebatur, totam postea Carolus II. vt visum est, reuocauit. Vnde *vbi suprà* Afflictus dixit: Non seruatur ista constitutio quòd Ecclesia debet vendere intra annum. Pro qua veritate confirmanda satis erit adducere determinationē sacræ Rotæ Romanæ, quæ in vna Veneta censurarum, quam penes me impressam habeo *fol. 21.* sic habet: Quod verò attinet ad illum articulum particularem, vt Ecclesia intra certum tempus, verbi gratia, vnius vel duorum, vel duodecim annorum bona immobilia vendere laicis teneatur, illum expressè condemnauit Alexander IV. *in cap. 1. §. fin. de immunitate Ecclesiastica lib. 6.* in hæc verba: Nec etiam liceat illud ipsas Ecclesias, vel personas ad distrahendum, vel alienandum, aut extra manum suam ponendum, iam acquisita, vel quæ deinceps acquirent, aliquatenus coarctare. Hæc ibi. Et ideò non valere statutum laicorum contrarium disponens, notauerunt *ibidem* Geminianus *num. 5. vers. Nota quod laici.* Francus *num. 5.* Decius *in capite Ecclesiæ S. Mariæ, numer. 192. vers. 8. non valet statutum, de const.* & Baldus *in Authent. hoc ins porrect. num. 18. vers. Et propterea non valet, Cod. de sacrosanct. Eccles.* vbi agit contra statutum Senatus quo cauebatur vt Hospitale S. Mariæ teneretur vendere possessiones. Idem tenuit Hostiensis *in cap. cum laicis, numer. 5. sup. verbo de alienatione, de rebus Eccles. non alienand.* Archidiac. *in cap. Romana, num. 23. in verbo consuetudine, de appellat. lib. 6.* Hucusque sacra Rota. vbi paulò post *fol 24.* hæc addit: Cùm in hac materia sacrorum Conciliorum, & Romanorum Pontificum diuina responsa, quæ clara sunt, seruari debeant, non oportet admodùm sollicitè quærere, cur aliqui iuris ciuilis potissimùm Interpretes contrarium consuluerint, & anxiè laborare, vt eorum responsis singulariter respondeatur; cùm notum sit eos sæpè vel lucri cupiditate, vel studio adulandi Principibus laicis, vel sacrorum Canonum imperitia, sic in transuersum

ſum actos, vt in luce clara ſponte cæcutire voluerint. Sed hoc non obſtãte reſpondet poſtea ad omnes rationes, vide etiam Theologos Relig. Seruorum *in defenſ. cenſ. Pauli V. cap. 7. fol.* 110. vbi hoc ſtatutum Federici eſſe contra ſacros Canones demonſtrant; quod etiam docuit Bernardus Giuſti *in defenſ. libert. Eccleſ. fol.* 19. plures adducens Doctores. quibus adde Maynardum *de priuileg. Eccleſ. part.* 2. *art.* 22. *num.* 44. & Surdum *volum.* 1 *conſ.* 2. *num.* 20. Remanet igitur ſatis firmata noſtra ſententia, nempe ſtatutum hoc Federici eſſe contra immunitatem Eccleſiaſticam. Ad id verò, quòd Cutellius aſſerit, compeſcendam eſſe nimiam cupiditatem Eccleſiaſticorum, in acquirendis ſupefluis: vnde etiam ad dictas leges Federici *cap.* 3. *not.* 4. *num.* 4 putat in Comitiis generalibus dictis Parlamento exemptis modum in quærendo adhibendum eſſe, ne futuris in æuis quæſitorum parte aliqua eos priuare opus ſit, néve nimiæ pietatis ſtudio poſteris, vt impij videantur, materiam relinquant, & quod fuit ad leuandam neceſſitatem ſtatutum, propter copiam in cauſam luxus conuertatur. Ita ille. Ad id, inquam, reſpondendum eſt eo modo quo reſponderunt Theologi Religionis Seruorum ad Paulum Seruitam exaggerantem hæc omnia, quæ Cutellius nunc exagerat, ſic enim aſſerunt *in defenſ. cenſ. Pauli V. c.* 7. *fol.* 103. [Ne giuſta è la querela che tuto al fine paſſerà nella Chieſa. Poiche molte coſe ſono, le qualli non ci paſſano ne paſſeranno giamai. Vi ſono i feudi, e i fedicommiſſi che gli'vni e gl'alteri rimangono perpetuamente nelle famiglie, Vi ſono i benì de i Principi, i quali ſi ritengono per mantenimento del Principato. Oltre à ciò vi ſono, e vi ſarano ſempre (merce della malicia humana) huomini auari dalle cui mani ſcarſe non è pericolo ch'eſca vn denaro, no che i beni ſtabili. Vi ſono prodighi e diſſipatori, i quali diſpẽſano le facoltà in prendere ſuoi piaceri, poco ricordeuoli delle Chieſe e Monaſterij, e altri vi ſono ch'attendono alle pompe, e grandezze, & à ſpendere il loro in ogni altra coſa fuor che in honor di Dio e delle Chieſe. Il mondo ſempre hebbe & haurà ſi fatta gente. Per il che non è pericolo che la Chieſa di tutti i beni s'impadroniſca giamai. S'aggiunge appreſſo che la viciſſitudine de i tempi tal'hora apporta che per qualche accidente quello che è della Chieſa ſia dal ſecolo vſurpato. Quãte coſe hoggidi ſono godute etiamdio da Principi, le quali erano prima della Chieſa? Nó ſi ſcende al particolare, perche non è intendimento d'offendere, ma di defendere. Ma come ſi può meglio dimonſtrare la debolezza de queſta raggione (ch'è l'Achille de i laici) quanto conſiderate tanti ſecoli andati da che la Chieſa fa acquiſti? Ha già tanti e tanti centinaia d'anni che ſi laſciano facoltà alla Chieſa? non gia com'à tempi d'hoggi vn poco di fondo, di cenſo, di legati, ma le città, & i ſtati intieri, nondimeno ſi veggono e Cittadini, e Principi, e Nobili & ignobili in tanto numero poſſedere ampliſſime ricchezze, abondantiſſimi beni, e mantenerſi nelle grandezze, e ſplendidezze loro. Non s'è ancora veduto il mondo rouinare, en tanti diſordini, e diſorbitanze che ſi dicono.] Ita ſupradicti Theologi. Vide etiam Vgolinum *in reſp. ad Iuriſconſ. Pat. cap.* 6. *num.* 3. *& ſequ.* Tortium *in Apol. pro libert. Eccleſ. fol. mihi* 26. Iulium Boffum *in reſponſ. ad M. Antonium Capellum, part.* 4. *cap.* 6. *fol.* 174. Bernardum Iuſtum *in defenſ. lib. Eccleſ. fol. mihi.* 17. & tandem Collegium Bononienſe *in conſil. pro lib. Eccleſ. num.* 31. *&* 32. vbi ſic ait, Vtilitas publica ne laici nimis onerentur collectis, præferri nõ debet priuatæ Clericorum, nã vt bona apud Eccleſiaſticos maneant, reſpicit publicam vtilitatem, maximè ſi ad Eccleſias, quæ vtilitas præfertur publicæ profanæ, & Clerici ſi non grauantur collectis, quibus tamen quandoque grauantur, ſaltem grauantur pluribus aliis oneribus Eccleſiaſticis directis ad bonum ſpirituale laicorum, & quo magis diuitiæ creſcunt, magis etiam creſcit eleemoſynarum onus & cura multiplicandi numerum Religioſorum. Ita venerandum illud Iuriſconſultorum Collegium, cui adde Vigianum *de immunitate Eccleſiaſt. diſputatione* 3. *folio* 53. ita aſſerentem: Sed quoniam laici falsò queri ſolent de Eccleſiaſticis, quaſi de profuſiſſimis, vt dicunt ſimplicium largitionibus, Eccleſiarum cenſus nimium creuerint. Audiant quæſo Concilij Pariſienſis ſub Ludouico & Lothario imperatore celebrati verè aurea verba, quæ ſi quiſque ſecum animo reuoluens diligenter perpenderet, ceſſarent profectò tam iniuſtæ, tam indignæ querelæ. Ita enim *lib.* 1. *cap.* 18. traditum eſt. Ceſſet ergo ambitio, quæ dicere ſoler, nimis rerum habere Eccleſiam Chriſti, & perpendat, quia quantæcumque ſint res Eccleſiæ, ſi eo modo, quo diſpenſandæ ſunt, diſpenſentur, nimiæ non-ſunt & paulò pòſt: Mira namque res, ambitio mundialis ſatis non habet, & Eccleſia Chriſti nimiùm habet? Hucvſque Viganus ex ſacro illo Concilio. Sed ſciat Cutellius hodie fere omnes exemptos non ſolùm ſuperflua, ſed etiam neque neceſſaria habere. Audiat quæſo Paulum Comitolum virum doctum ex Societate Iesv *in Apol. pro monitorio Pauli V. cap.* 3. *num.* 6. [Tanto lontano e dal vero che alle perſone ſacre è Religioſe auanzi la roba, quanto il contrario è conteſtatiſſimo con euidente calcolo è ſenzata eſperiẽza. Il calcolo è tale. Facciaſi vn cumulo di tutti i beni dalla chieſa, e ſi repartano in parti vguali, e in tante quante ſono le perſone che di quelle deuono viuere, ti dico ch'à moltiſſime e à moltiſſime perſone mancheria il neceſſario vitto e veſtito. Oltre che in queſto calcolo non vi potrà eſſere forma alcuna di giuſtitia diſtributiua, perche tanto tocchera all' infimo Chierico, come à gran Prelati, à quali per ogni riſpetto maggiorata ſi deue ch'à quelli che non ſono di ſimil grado. L'eſperienza ſenzata è che leuata vna ò due Religioni meno numeroſe come à dire à la Benedittina, e la Certroſina, tutti non hanno da viuere, che per queſto è ſtata poco à poco introdotta la proprietà in tante Congregationi di Regolari coſi d'huomini, come di donne, perche in commune non haueuano, ne hanno da mantenerſi. E di queſto diſordine caggione ſono i ſecolari, che con le loro entrate non danno vitto ne veſtito commune, ſe bene in parte potrebbono eſſere ſolleuate molte Congregationi di Regolari con quel ch' alcuni altri di chieſa hanno di ſouerchio. Ma con tutto ciò moltiſſimi Religioſi e Religioſe reſterebono in biſogno per laſciar indietro innumerabili Preti e chierici ſparſi per le Prouiucie della Chriſtianità, i quali neſſuna parte harebbono di detto ſolleuamento. Da queſta ſenzata proua ogn' vno vedrà quanto falſo ſia ciò che Fra Paolo dice nel libro delle conſiderationi, che gli Eccleſiaſtici hanno venticinque volte tanto di quanto ſi dourebbono contentare.] Ita Comitolus cui etiam adde Laurentium Ortiz *de immunitate Eccleſ. part.* 3. *conſid.* 4. *fol.* 313. Ex his igitur apparet ſupradictum ſtatutum, de quo in hac Reſolutione locuti ſumus, eſſe contra libertatem Eccleſiaſticam: debebat igitur Cutellius talia ſtatuta refellere, & deteſtari doctrinam Signoroli, & aliorum, quam adducit, iam à communi ſchola Canoniſtarum & Theologorum acriter reprobatam, neque debebat timere ruinam Regnorum ex

legatis & eleemosynis, quas laici Ecclesiasticis relinquunt.

RESOL. III.

An si licita lex prohibens, ne bona vulgo dicta Realengo, *transferantur in Ecclesias, vulgo à* Manomorta, *sine licentia Regis?* Ex part.1.tract.2. Resol. 104. alias 103.

§.1. HÆc lex posita est in quibusdam Regnis, illam defendit nouissimè Olibanus *in tract. de iurè fisci, cap.7.n.32.* quia ait ipse: [Omnia bona Regni à principio sunt de Realengo, & sunt Regis, & ipse potuit legem in eis ponere, ne sine licentia sua transirent in Ecclesiam.]

Sup. hoc in duabus Resol. seqq. & in aliis earum notat.

2. Sed dictam legē esse contra immunitatē Ecclesiasticam, docent non solùm Theologi; sed inter Hispanos, Iurisconsultos doctus Ioann. Valeurs *in suis differentiis vtriusque fori, verb. Bona, different. 3. per totam*, Adi illum, & non pigebit. Vnde etiam *suprà*.

*Lup. in Resol. quæ hic sunt 1. & 7.

RESOL. IV.

An leges Amortizationis *sint contra Immunitatem Ecclesiasticam?* Ex part.3.tract.1.Resol.14.

Quæ hic est Resol. antecedens, & in Resse qq. & infra in Resol. 9. cursim in §. vlt. & late in Resol. 18. §. Ad exemplum, Regni Galliæ, & in Resol. 19. & vide etiam doctrinam Resol.8.

§.1. DE hac quæstione egi *in tract.1.resol.103.* & non placuit opinio mea aliquibus Iurisconsultis, qui adducebant Arnolfum Ruzeum, Petrum Pechium, Carolum Degrassalium, & Chopinum, defendentes legem Amortizationis extantem apud Gallos, qua bona stabilia prohibentur alienari in manum mortuam absque Principis licentia, & certa pecunia soluta.

2. Sed ego iterum puto supradictam legem esse contra immunitatem Ecclesiasticam, & pro hac sententia, nunc non adducam Theologos, sed Iurisconsultos, & inter illos Ioanem Bertran. de Gueuara, qui fuit Visitator Generalis pro Rege nostro in Regno Neapolitano, & postea Præses Supremi Consilij Italiæ, & Archiepiscopus Compostellanus; is igitur vir doctissimus *in propugnaculo libert. Eccles. asser. 1.§.6.num,21.* sic asserit, Amortizationis leges de quibus in primo argumento contrario, nil obstant; eas enim nonnulli (& malè) defendere conantur, eo quòd agant bonis de quærendis, nō de quæsitis. Alij asserūt, & deteriùs, vt est Belluga *rubr.13.§. veniamus, n.30. & 31.* quia à principio omnia fuerunt Regis, & meritò Rex in traditione rei propriæ potuit apponere legem Amortizationis; sed hoc non potest sustineri, quia Princeps non fuit dominus omninum bonorum sui Regni, sed quoad protectionem, & iurisdictionem, vt *in l.bene à Zenone*, vbi Glossa recepta, *C.de quadr. præscr.* nam Princeps à populo potestatem habet. *§. sed quod Principi placuit. de iure nat.* Alij (& meliùs) vt *ibi* per Bellugam *n.37.* dicunt quòd hæ leges amortizationis sunt mixtæ laicorum & Clericorum latæ in comitiis curiatis omnium statuum. Alij (& rectiùs) vt Pechius, id totū tribuunt scientiæ, & patientiæ Pontificum. Ita Gueuara, qui etiā subdit *in num.22.* quòd lex amortizationis lata à Ioanne I I. in Regno Castellæ, fuit postea reuocata à Catholico, & sapientissimo Rege Philippo II,

3. Et ex his patet responsio ad rationem Olibani, quem adduximus *in dicta resolut.103.* pro contraria sententia. Dicendum est igitur cum Valenzuola *in defens. cens. part.3. n.202.* quòd si in aliquo Regno viget lex, amortizationis, illam licitè obseruari, quia adest priuilegium Summi Pontificis, vel eius tolerantia, secus autem erit contra immunitatem Ecclesiasticam.

RESOL. V.

An leges Amortizationis *sint contra Immunitatem Ecclesiasticam?* Ex part.4.tract.1.Resol.57.

§.1. DE hac materia tractatum est *in p. 1. tract.2. resol. 103. & in 3.p.tract.1.resol.14.* vbi damnati supradictas leges; in quibus bona stabilia prohibentur alienari in manum mortuam absque Principis licentia & certa pecunia soluta.

Quæ hic sunt proximè præcedentia, & in aliis posita in annotat. præcedenti Resol.

2. Sed quia cum quodam Iurisconsulto olim mihi fuit magna controuersia super hac quæstione, præter Doctores quos *in dictis locis* adduxi, nunc alios adducam. Et ideo Theologi Religionis seruorum *in defens. censurar. Pauli V. capite. 7. ad argument. 8.* sic asserunt. [Il costume dell'amortizatione dounque si vsi è corruttela, e perciò non può seruire per raggione, e per proua.] Io. Franciscus Fagnanus *in respons. pro cens. Pauli V fol. mihi 82.* amortizationem Ecclesiasticæ libertat. aduersam esse, mullóque iure defendi, aut sustineri posse arbitror: Et nouissimè hanc opinionem tenet Io. Cochier *in vindicijs libertatis Eccles. part.1.cap.11.per tot.* vbi *n.6.* obseruat Carolum II. Siciliæ Regem similem legem reuocasse, satisque esse arbitratus est, si bona immobilia cum onere suo ad Ecclesiam transirent; & ratio nostræ sententiæ est, quia Constantinus Magnus liberum cuique decedenti fecerit arbitrium Ecclesiis, quæ velit relinquendi, vt patet ex *l.1. C. de sacros. Eccles.* vide etiam *cap.1. & cap. fin. de immunit. Eccles. in 6.* Bartolum, Alexandrum, Ruinum, Iasonem & alios *in l.1.de sacros. Eccles.* cæteras rationes adducit Cochier *loc.cit.*

3. Dicendum est igitur quòd libertas Ecclesiastica, violatur ob necessitatem pendentæ amortizationis, quod verum esse puto stando in iure communi; secus autem si hoc efficeretur in aliquo Regno ex priuilegio Summi Pontificis, vel ex tolerantia approbatiua, quæ quidem si adsint, videbunt illi ad quos spectat.

RESOL. VI.

An statutum prohibens alienationem bonorum in non subditos sit contra Immunitatem Ecclesiasticam?

Et explanatur personas exemptas in odiosis, & onerosis non venire in appellatione vniuersitatis; populi, & territorij: venire tamen in fauorabilibus; & hæc distinctio adhibenda est quoad Clericos, qui cum sint pars Reipublica, veniunt in appellatione populi in fauorabilibus, secus autem in odiosis? Ex part.4.tract.1.Ref.70.

§.1. VIdetur negatiné responsendum, quia hoc statutum, ne liceat alienare in non subditos, non censetur inferre non subditis iniuriam: cùm à Iurisperitis communiter validum iudicetur; ergo nec personæ Ecclesiasticæ exemptæ sibi illatam iniuriam nec prohibitionem conqueri possunt, cùm exempti exteris æquiparentur, ex Io. Andrea *in c.2.d. constit.in 6.*

Sup. hoc tr... Resol. seqq. & supra ... doctrinam Resol. 4. ... aliasum ... & 88. ... annot. & ... peribus ...

2. Vide ... Resol. ... §. Vide ... his.

2. His tamen non obstantibus, tale statutum non comprehendere Clericos, & si comprehendat esse contra immunitatem Ecclesiasticam dicendum est,

est quia personæ Ecclesiasticæ magis exemptæ sunt à potestate Principis sæcularis, quàm alienigenæ sæculares, nam hi consentiendo possunt prorogare iurisdictionem iudicis laici, *ex l.1. C. de iurisdict. omn. iudic.* illæ autem minimè, vt patet *in cap. si diligenti, de foro compet.* Ergo magis læduntur si lege laica obligentur, quàm alienigenæ. Deinde magnum est discrimen inter exemptos etiam in territorio, vel diœcesi existentes, & alios existentes extra territorium, vel diœcesim: nam illi etsi non sint de diœcesi, sunt tamen in diœcesi: hi tamen neque sunt in diœcesi, neque de diœcesi, quod etiam eodem modo dicendum est quoad territorium, vt patet ex Felino *in cap. grauem, num.2 de officio ordin.* Hinc sentiunt Doctores personas exemptas in odiosis & onerosis non venire appellatione vniuersitatis, populi, & territorij, venire tamen in fauorabilibus, vt docet Felinus & Paulus de Castro *in cap. Rodulphus, n.34 de rescript.* Eademque distinctio adhibenda est quoad Clericos, qui cùm sint pars reipublicæ, ex *l.1.§. huius studij, ff. de iustit. & iur.* veniunt appellatione populi in fauorabilibus, secus autem in odiosis, vt notat Abbas *in cap. Ecclesia sancta Maria.* & Felinus *ibidem num.74.* Decius *n.10. de constit.* Meritò igitur asseruit Riminaldus *consil.11. num.101. vol.2.* in hac materia fallax esse argumentum de exteris ad Clericos: vnde ex his omnibus patet responsio ad argumentum pro negatiua sententia adductum, & hæc omnia docet Ioannes Franciscus Fagnanus *in respons. pro censura Pauli V. part.3. fol.75.* & Philippus Maynardus *de priuileg. Eccles. part.2. art.22. num.21. & seq.* cum aliis penes ipsum.

Sup. in §. 1. huius Resol.

3. Notandum est etiam hîc obiter quòd licèt Princeps possit suis subditis prohibere immobilium alienationem, ex *l. si in emptione, §. omnium. ff. de contrahend. emp.* & ex *l. de pollicitationibus, in fine, ff. de pollicit.* tamen talis prohibitio non procedit in præiudicium Clericorum, & Ecclesiarum, tunc enim non valebit, ex *cap. fin. de immunitate Eccles. in 6.* Vide Collegium Bononiense *in respons. pro libertate Ecclesiast. num.14.* Vgolinum *in respons. ad Iurisconsult. Gymnasii Patauini, cap.6. num.8. & seq.* cum Maynardo *loco citato, num.67.* Nam licèt dictum statutum quoad verba non videatur infringere Ecclesiasticam libertatem, cùm præcipiat subditis; tamen quoad mentem est contra libertatem Ecclesiasticam, faciendo fraudem de persona ad personam, per ea quæ adducit Surdus *volum.3. consil.301. num.76.*

4. Adde, quòd nulla dispositio generalis comprehendit casus, vel personas in specie priuilegiatas; & sub generali dispositione non comprehenditur id, quod in specie disponi non potest, *ex leg. Lucius, §. pen. ad municip.* Vnde vt *suprà* dixi, valdè miror, Graffium, virum Ecclesiasticum, doctum, & pium, contrarium dixisse. Et ideò, speciatim loquendo de illo statuto Mediolanensi, obseruat Maynardus *vbi supr.* cum Menoch. *lib.9. cons.878. num.10. in fin.* Senatum Mediolanensem consueuisse seruare, vt illud statutum Clericos non comprehendat.

Sup. in §. 1. huius Resol.

5. Notandum est verò, quòd, licèt Coriolan. *in exposit. Bull. Cœnæ, excomm. 15. fol. mihi 958.* asserat, statutum, quòd non alienentur bona immobilia in extrancos, non esse contra libertatem Ecclesiasticam, tamen docet, in tali casu posse Episcopos cogere ita statuentes, vt declarent, illud statutum non debere extendi ad Clericos. Vide Surdum *li.3. cons.301. n.45.*

Sub hoc infra in Resol. 11 §. vnde. & in 14. §. Philippus Franc. &c.

RESOL. VII.

An sit contra libertatem Ecclesiasticam condere statutum, vt immobilia non alienentur extraneis, prohibendo expresse vt non alienentur in personas Ecclesiastic as?

Et notatur in tali casu posse Episcopos cogere statuentes, vt declarent illud statutum non debere extendi ad Clericos? Ex p.1. tract.2. Res.58 aliàs 57.

§.1. NEgatiuè respondent aliqui, vt Molina, quod valdè miror, *de iust. tom.1. tract.2. disp.140. num.18.* & alij quamplures Iurisconsulti, quos affert, & sequitur nouissimè Christophor. de Anguiano *in tract. de legib. tom.1. lib.2. contr.15. num.33. & seq.* & tales statuentes non incurrere in excommunicationem Bullæ putauit Iacobus de Graffiis *in suis decis. part.2. lib.4. cap.18. num.233.* vbi hæc verba asseruit: [in statuto cauetur, quòd nullus subditus potestati Mediolani possit alienare rem immobilem in non subditum nisi soluat tantùm pro libra, expressè prohibendo, ne possit alienare in personam Ecclesiasticam; dico, quòd tale statutum est iuridicum, & non improbandum, nec censendum contra libertatem Ecclesiæ; quia est conditum fauore publici, & communis boni, & subditorum, vt eis salua immobilia, & territoria conseruentur.] Ita ille.

2. Sed talis opinio est contra communem, & veram sententiam omnium Theologorum, & Iurisconsultorum, quam inter alios docet Comitolus *in tr. Apolog. cap.1. n.18. fol. mihi 26.* Bouius *in respons. ad M. Paulum, par.3. fol. mihi 33.* Colleg. Bonon. *in respons. pro libert. Ecclesiastica, num.18. & seq.* Vgolinus *in respons. ad Iurisc. Gymnasij Patauini. cap.6. §.1. & seq.* Vigilanius *tract. de immun. Eccl. disp.3. concl.2.* Barbosa *in coll. ad lib.1. Decret. tit.2. cap. Ecclesia S. Mariæ, de constit. num.22. tom.1.* Franc. Fagnan. *in tract. de iust. cons. Pauli V. part.3. fol.42.* Genuensis *in pract. Eccles. tricenario 13. q.379. num.5.* Duardus *in Bulla Cœn. lib.2. can.15. q.19. num.83.* Filliucius *tom.1. tr.16. c.10. num.272.* Reginaldus *in praxi, tom.1. lib.9. c.23. n.359.* Suar. *contra Regem Anglia.* Martha *de iurisdict. part.4. cont.1. cas.6. num.6.* Bellettus *in disquis. cler. part.1. tit. 4. §.4. num.1. & 4.* vbi citat quamplures Doctores. Surdus *lib.3. cons.301. num.67.* Maynardus *de priuil. leg. Eccl. contra Venetos. part.2. art.22. num.67. & seq.* & alij.

3. Et ratio est, quia tale statutum prohibet Ecclesiasticis, quod nec naturali, nec diuino iure prohibitum est: imò, id humano iure concessum est, vt patet *ex leg. generali, & leg. inhemus. de sacres. Eccl.* vbi conceditur; vt Ecclesiasticis liberè legari, & donari possint à laicis eorum bona, tam inter viuos, quàm inter mortuos. Et hoc facere prohibentes damnantur expressè *in cap. eos. de immun. Eccles. in 6.* Et hoc maximè procederet, si statutum expressè prohiberet, ne fiat alienatio in Ecclesias, vt ex multis notat Bellet. *vbi sup. num.4.* Et etiamsi talis mentio Ecclesiasticorum non adesset, sed tantùm laici, & subditi nominarentur; adhuc tale statutum Clericos non comprehenderet, nec illis præiudicaret: nam, vt bene notat Maynardus *vbi sup. num.68.* licèt dictum statutum, quoad verba, non videretur infringere Ecclesiasticam libertatem, cùm præcipiat subditis; tamè quoad mentem, est contra libertatem Ecclesiasticam, faciendo fraudem de persona ad personam. Et in similibus non tantùm inspicitur, cum quo statuens loquatur; sed in quem effectum sermo conferatur.

RESOL. VIII.

An valeat statutum sæculare, quo cauetur, ne bona immobilia transferantur in Ecclesiasticas personas sine Regia facultate? Ex part. 4. tr.1. Res.13.

§.1. Affirma

Sup. hoc in duabus præcedentibus & Resol. & in aliis fere omnibus primarum annotat.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet Pereira *de manu Regia part. 2. cap. 67. num. 9. & seq.* ratione publicæ vtilitatis, cùm oporteat bona illa retineri & conseruari pro defensione Reipublicæ, & pro subeundis tributis, quæ Ecclesiasticis personis nequeunt imponi. Deinde hoc pactum dominus directus in concessione emphyteusis licitè apponere potest: ergo & Respublica, & tandem, quia in tali statuto tollitur Clericis solùm id, quod tanquam ciuibus illis competit; ergo non erit contra libertatem Ecclesiasticam, quæ solùm versatur in his, quæ Clericis, vel Ecclesiis competunt, quatenus tales sunt, non autem quatenus ciues.

2. Verùm mihi displicet his temporibus hanc opinionem typis mandatam fuisse à viro tam docto, vt reuera Pereira est, cùm fuerit reprobata à SS. Domino nostro Paulo V. & Paulus Seruita cum rationibus adductis à Pereira simile statutum impositum defendebat, vt patet apud Iulium Roffo *in respons. ad M. Anton. Capellam part. 4. cap. 1. & seq.* Valenzuelam *in defens. cens. Pauli V. part. 3.* Bertran. de Gueuarra *in propugn. libert. Eccl. assert. 2. §. 6.* Theologos Religionis Seruitæ *in defen. cens. Pauli V. c. 7.*, Maynardum *de priuileg. cler. p. 2. art. 22. n. 52.* Antonium Bouium *in respons. ad Paulum Seruitam part. 3.* Fagnanum *de iust. cens. Pauli V. part. 3.* Anastasium Germonium *in assert. immunit. Eccl. cap. 7.* Vgolinum *in respon. ad Iuris cons. Gymnasij Patauini cap. 6.* respondentes ad argumenta, quæ Paulus Seruita, & nouissimè Pereira pro tali statuto adducunt; & cùm Paulus Seruita adduceret pro defensione huius sententiæ statutum Regni Portugalliæ, de quo loquitur Pereira, supradicti authores respondent statutum Portugalliæ iustificari ex priuilegio Pontificis, & Concordatis; & tamen Pereira, his non obstantibus, vult illud defendere in terminis iuris communis, quod minimè admittendum est, cùm sit apertè contra immunitatem Ecclesiasticam.

3. Sed non grauabor hic apponere verba aliquorum Doctorum ex supradictis, & ideo Antonius Bouius *vbi suprà ad argum. 10. fol., mihi 42.* sic asserit. [In Portogallo vi sono simili leggi, ma fatte di concordia col' Clero e di consenso del Papa. Veggasi Francisco Celio nel trattato de immunitate Ecclesiastica nel fine, che riferisce trà l'altre leggi che hauea fatto Alfonso III. ancora questa, e racconta che perciò ne fù scommunicato de Honorio III. e tutto il Regno interdetto, sin che poi ne fu assoluto e si fecero d'accordo con questi Ecclesiastici alcuni articoli che furono dal Papa approbati, e dice questo Autore d'auer egli stesso veduto le Bulle Apostoliche, e dice il luogo doue si conseruano.] Iulius Roffo *loc. cit. ad argum. 27.* sic ait. [In Francia se fu fatta tal legge, fu fatta co'l consentimento della santa Sede si come anche ne Regni di Portogallo.] Fagnanus *vbi supr. fol. mihi 81.* sic ait. Legem verò Regni Lusitaniæ cum sanct. memor. Clemens IV. compertam habuisset, ad Regem protinus literas dedit, vt correctione non expectata eam reuocaret. Imò Franciscus Cœlius *tract. de immun. Eccles.* scriptum reliquit, Regem Alphonsum similem in dicto Regno legem condidisse, ac propterea ab Honorio III. fuisse excommunicatum, ac Regnum interdictum, posteáque ipsum absolutum initis cum Clero conuentionibus, quas ait fuisse posteà à Summo Pontifice approbatas, séque Apostolicum eius vidisse diploma. Ita Fagnanus, & Anastasius Germonius *in assert. libert. Eccl. cap. 7. fol. mihi 73.* cum Collegio Bononiensi *in respons. pro libertat. Eccles. num. 39.* Igitur in Pontificio diplomate debebat Pereira legem illam Lusitanam fundare, & non in iure communi: fundamenta vero nostræ sententiæ videbis apud citatos Doctores, quæ ex sacris Canonibus, & aperis rationibus illam acerrimè defendunt; nec aliter potest sustineri. Vide omnes Canonistas *in cap. fin. de immunit. Eccles. in 6.* Dicendum est igitur, tale statutum esse contra immunitatem Ecclesiasticam, quia in illo sunt nominatim Clerici & Ecclesiæ, vt *in seq. resol.* videbimus; tum etiam, quia si non essent nominati, disponeret super pertinentibus ad iurisdictionem Ecclesiasticam, ac etiam, quia forma non potest impleri sine magna difficultate, ideo præter citatos Doctores, & præcipuè Maynardum *de priuil. Eccl. part. 2. art. 22. num. 61. & seq.* Collegium Bononiense *in respon. pro libert. Eccl. num. 13. & 14.* Aponte *in respon. pro cens. Veneta fol. 83. & seq. 93. vsque ad 98.* hanc sententiam reprobat Zabarella, quem citat & sequitur Corneus *vol. 3. cons. 64. num. 4.*, Lapus *allegat. 92. num. 7.* & *ibi* Mandosius Felinus *in cap. Ecclesia S. Maria, de constit. num. 86.* Sylvester *ver. immunitas 2. num. 5.* Laderchius *cons. 103. num. 1. 2. & seq.* cum aliis communiter. Igitur dum superioris licentia requiritur, ab eo omnis pendet contractatio, & sic nullo modo libera; ergo est contra libertatem Ecclesiæ.

Quæ hic sup. in tr. 2. Resol. 10.

RESOL. IX.

An statutum seu lex prohibens ne bona stabilia alienentur in Ecclesias, & personas Ecclesiasticas sit licitum? Ex part. 6. tract. 3. Resol. 1.

§. 1. CVm pars quinta mearum Resolutionum Moralium ex editione Lugdunensi penes Laurentium Durand hoc anno 1639. iterum post quatuor menses excussa fuisset Venetiis apud Franciscum Babam, post Resolutionem tertiam, Tractatus primi fuit ab Auctore Anonymo apposita quædam Additio, in qua contra me insurgens ad propositam quæstionem affirmatiuè respondet, nixus auctoritate Riccardi de Saliceto, Barbatij, Baldi, Molinæ, & aliorum.

2. Posset hæc opinio probari. Primò, quia similia statuta conceduntur intuitu boni communis & ob publicam vtilitatem: ergo comprehendunt etiam Clericos, qui illa seruare tenentur; vt ex multis tradit Castillo, Sotomaior *de Tertiis, tom. 7. cap. 8. num. 25.* & Moscoso *in allegat. pro ciuitate Panormit. art. 1. num. 13.* Sup. hoc infra in Resol. 15.

3. Secundò, quia sicut ex pacto, & ex testamento possunt conuenire priuati pro eorum interesse, ne bona in Ecclesias alienentur, ex *l. fin. C. de pact. inter empt. & vendit.* Ita & Princeps pro iure sui vniuersalis dominij, & interesse Reipublicæ idem poterit constituere: nam de pacto ad statutum valet argumentum, ex *l. fin. C. de fideiuss.* Sup. hoc infra in Resol. 16. §. 1. & 2.

4. Tertiò, quia validum est statutum, quod ingrediens Monasterium non succedat, teste Bartolo *in l. final. num. 6. C. de pactis.* Sup. hoc in Resol. non, quæ tertiæ §. 2. tertium, 3. seqq.

5. Quartò, quia aliud est statuere super bona Ecclesiis acquisita, aliud super bonis acquirendis, seu non acquisitis: super quibus licitum est Principibus statuere, ex Baldo *in c. quæ in Ecclesiarum, num. 8. de constitut.* & aliis. Sup. hoc quarto infra in Resol. 11. & 12. &c.

6. Quintò, quia ex frequenti translatione bonorum in Ecclesias ita minuuntur vires Reipublicæ, vt in breui timendum sit, ne tuendo imperio non sufficiant. Sup. hoc quinto infra in Resol. 12. & 13.

7. Sextò, & in hoc argumento maximè se fundat noster Lucifugus Additionator: quia ita seruatur in Regno Galliæ, vbi Clerici non possunt acquirere bona immobilia absque amortizatione, & dispensatione sexti. Sup. consilia in hoc 6. Sexti in fin. not. præmitt. a §. ad

sup. in fi. sect. fol. & fol. 310 in Resol. 10.

satione. Principis. Idem in Regno Portugalliæ. Idem in Dominio Veneto; cum hac tamen moderatione, vt infra biennium bona donata, vel testamento relicta tenentur Ecclesiastici ponere extra manum, & alienare. Et tandem obseruat idem seruari in Brabantia, & Germania.

RESOL X.

Proponuntur fundamenta pro negatiua sententia.

Et deducitur, an dictum statutum sit contra sacros Canones, & illud promulgantes, & obseruantes sint violatores libertatis Ecclesiasticæ, & incidant in censuram Bullæ Cœnæ? Ex part. 6. tr. 3. Resol. 2.

Sup. hoc in. fra in Resol. 11. §. 1. ad medium.

§. 1. SEd his minimè suffragantibus dictum statutum esse contra Sacros Canones; & illud promulgantes, & obseruatores esse violatores libertatis Ecclesiasticæ, & in censuras Cœnæ incidere omninò dicendum est. Probatur primò, quia statutum prohibens Ecclesiis, & piis causis, personisque Ecclesiasticis, id quòd eis competit ex priuilegio dato, vel à Romanis Pontificibus, vel ab Imperatoribus, est contra libertatem Ecclesiasticam: sed statutum de quo loquimur est tale; ergo, &c. Maior patet ex communi Doctorum sententia; ita docet Hostiensis *in cap. final. de reb. Eccles. non alienand.* Innocentius *in cap. noueris, num. 2. vers. his igitur, de sentent. excommunicat.* & *ibi* Ioan. Andreas *num. 2.* Panormitanus *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ. de constitut. num. 23.* & *ibi* Felinus *num. 69.* Decius *num. 6.* Bartolus *in l. filius familias, §. Diui il. 2. num. 12. ff. de legat. 1. & in l. cunctos populos, n. 29. C. de summa Trinitat.* Baldus *in l. priuilegia, num. 1. C. de sacrosanct. Eccles.* Lucas de Penia *in l. 21. numero 5. C. de nauib. non excus. lib. 11.* Cagnolus *in l. final. C. de pactis, num. 186.* Bertrandus *lib. 1. consil. 50. num. 2.* Ioannes Lupus *tract. de libert. Eccles. part. 2. quæst. 10. num. 12. & 16.* Lapus *alleg. 92. num. 2. in fin.* Grammaticus *decis. 100. num. 13.* & alij.

1. Quod autem hoc statutum (vt in minore argumenti supponitur) tollat priuilegium concessum Ecclesiæ & Clericis à Deo, à iure Canonico & Ciuili, probatur. Et iure quidem diuino: quia Deus, (cuius intuitu donatur Ecclesiis, & qui rerum omnium verus est & proprius Dominus, ex *l. adeò, §. cùm quis, ff. de acquirend. rer. domin.* & apud quem est verum dominium super omnem Creaturam, cùm sit creator omnium, vt explicat Petrus Cardinalis Bertrandus *tract. de origin. iurisdict. quæst. 4. n. 13.*) omnia in vsum hominum concessit, *l. in pecudum, ff. de vsur. l. 2. ff. de stat. homin.* idem Bertrandus *præcitato loco, num. 17. vers. & sic reseruato;* cùm ab hac Dei liberali concessione Ecclesiæ, & Ecclesiasticæ personæ non reperiãtur exceptæ, necesse est fateri, eas hoc quoque Dei beneficio ex diuina concessione & largitione prouenire vti debere.

3. Iure etiam Canonico particulariter Ecclesiæ, Ecclesiasticæque personæ priuilegiatæ reperiuntur, *cap. futuram Ecclesiam, & cap. videntes 12. quæst. 1.* vbi Vrbanus Papa idoneam rationem reddit; cur oportuerit Ecclesiis prædia donare, & semel donata inuiolabiliter retinere; quia videlicet plus vtilitatis conferri poterat fidelibus, si hæreditates & agros, quos priùs vendebant, traderent ipsis Ecclesiis habendos, vt ex fructibus eorum fidelibus prouideretur, quàm si solum pretium consignarent.

4. De iure ciuili exploratum est, licere vnicuique relinquere Ecclesiis & Ecclesiasticis personis quantum bonorum etiam immobilium optauerit *l. 1. & l. generali, & l. iubemus la 2. & l. fin. C. de sacrosanct. Eccles.* quod adeò verum est, vt frequentia extent antiquitatis exempla: vnde constat inuitari solitos fideles ad dandum Ecclesiis, & principes sæculares latis legibus constituisse, vt collata æterna firmitate roborarentur: nam omissis cæteris *lib. 3. Legum VVisigothorum, tit. 1. l. 1.* sic constitutum extat. Quæcumque res Sanctis Dei Basilicis, aut per Principum, aut per quorumlibet fidelium cognationes collatæ reperiuntur, votiuè ac potentialiter pro certo censemus, vt in earum iure, irreuocabili modo, legum æternitate firmentur, Hæc ibi. Ergo cum hoc statutum prohibeatur Clericis, id quod eis de iure diuino, Canonico & Ciuili competit, esse contra libertatem Ecclesiasticam dicendum est.

RESOL. XI.

Fundamentum secundum.

Et infertur posse iudices Ecclesiasticos cogere laicos ita statuentes, vt declarent, quod in huiusmodi statutis non comprehenduntur Clerici, neque Ecclesia.

Et docetur, quod statuta laicorum quamuis fauorabilia non ligant Clericos, neque Ecclesiam? Ex part. 6. tract. 3. Resol. 3.

§. 1. PRobatur secundò: Quia communis Doctorum opinio est, quòd statutum Laicorũ prohibens alienationẽ bonorũ in forenses & non subditos, non cõprehendat Ecclesias & Ecclesiasticas personas; & quatenus comprehenderet non valeat, quia esset contra Ecclesiasticam libertatem: ita quòd ex defectu voluntatis Ecclesiæ & personæ Ecclesiasticæ non comprehendantur in statuto; quia non præsumitur statuentes voluisse in generali dispositione comprehendere personas, de quibus etiamsi voluissent, in specie disponere non potuissent: & quatenus etiam illas comprehendissent, statutum non valeat ex defectu potestatis; ita tenuit Oldradus in quadam sua disputatione, quam refert & sequitur Bartolus *in l. filius familias, §. Diui, num. 12.* vbi Angelus *num. 4.* Floria *de Sancto Petro, num. 11. cum seq.* Fulgosius *sub. num. 6. vers. quid autem si statutum.* Alexander *n. 11. & 12.* & Iason dicit magis communem *num. 72. cum seq.* vbi licèt postea dicat contrariam opinionem veriorem, & disputando defendi posse; tamen *num. 82.* ait: quòd durum & difficile esset obtinere contra opinionem Bartoli; ac propterea opinionem Bartoli consulendo & iudicando esse tenendam; quæ est magis communis & fauet Ecclesiæ, & idem dicit *in Repetit. dicti. §. Diui, num. 107. & 110.* Ripa communem dicit *num. 81.* Claud. Seyssel *nu. 27.* Ferdinandus Loazes *num. 82.* & latiùs Socinus iunior, vbi attestatur de communi *num 166. cum seq.* & Ioan. Crotus *num. 88. ff. de legat. 1.* Et ratio est, quia Principes Laici possunt condere leges de his, quæ sunt eorum iurisdictionis; non autem possunt terminos eorum iurisdictionis excedere: & probatur ex *cap. si Imperator 96. distinct.* dum loquendo de Imperatore inquit, si est Catholicus & filius Ecclesiæ, & non Præsul: & subdit; habet priuilegia suæ potestatis, quæ in administrandis legibus Ecclesiasticis diuinitus consequutus est: postea subiungit; & eius beneficiis non ingratus contra dispositionem cœlestis ordinis nihil vsurpet. Qnòd ergo Principes Laici possint legẽ condere, procedit dummodo non tangãt Clericos & Ecclesias, ac eorum bona; & non lædant immunitatem Ecclesiasticam per ea, quæ superiùs dicta sunt, & latè tradit Sarpus *in consil. 301. Cui primum, vers. vt non moueat, vol. 3.* aliàs si vellent ligare Clericos, & Ecclesiasticas

Sup. hoc latissime sup. in tr. 1. Resol. 42. §. 2. prope finẽ. à vers. Et hãc, & in Resol. 118. §. vlt. & in Resol. 128. §. Sed ne in fine, & in tr. 2. Resol. 162. §. Ad priuilegium cursim in fine, & in Resol. 190. §. Resp. pondeo. prope finẽ, & in Resol. 195. in fine, & in Resol. 201. & 207. §. Igitur. & in Resol. 214. §. 1. post medium. & hic

inferius in tr.8.Ref. 4.§. Sed silere. & in tom. 6.tr. 7.Ref. 119. §. Igitur. ad medium.

siasticas personas,non esset iusta lex,sed diceretur iniusta, & non valeret; & omnia supradicta magis fusiùs à me probata sunt in Apologia contra Lagunam.

2. Nec obstat dicere, quòd Princeps prohibet in supradicto statuto alienationem bonorum suis subditis, quibus potest hoc prohibere, vt patet ex *l.si in emptionem, §.communium, ff.de contrahend. empt.* & ex *l.de pollicitat.in fin ff.de pollicit.not.l.si ita quis.§. ea lege,ff.de verbor. obligat.* Nam respondetur, quòd licèt dictum statutum quoad verba non videretur infringere Ecclesiasticam libertatem, cùm præcipiat subditis:tamen quoad mentem est contra libertatem Ecclesiasticam faciendo fraudem de persona ad personam:ita Gloss.*in c.finali, de immun.Eccl.in 6.verb.libertatis*, vbi Io. Andreas, Ancharanus *sub n.1.*& Geminianus *nu.1.*Collegium Bononiense inter Consilia Ancharani *consil.13.Super dubio , in med.* Ancharanus *consil.* 155.optimis rationibus *sub nu.7.* Angelus *in l. filius familias, §.Dini, num.4.*vbi Floria *num.22. ff. de legat. 1.* Ancharanus *in repetit. cap. Canonum statuta, sub num.175.verf. præterea iste, de constitut.* Abbas *in repetit. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, num.27.& 31.de constitut.* Socinus senior *in consil.56.viso decreto, n.2. in fin.vol.1.& in consil. 14.circa dubia,num.1.verf.nam. ad hoc respondeo , vol.4.*Albanus *consil.8.Pro resolut.n. 13.verf.Sed his non obstantibus,cum sed.& sub num.20.* Riminald.iunior *in consil.15.in præsenti causa, num.91. vol. 1.*Surdus *consil.301.Cui primum. n.76. vol. 3.* Et Laicorum statuta sicut non possunt directè , ita nec etiam indirectè afficere personam Clerici & Ecclesias , propter defectum potestatis; non inspicitur enim cum quo quis loquatur; sed in quem effectus sermonis conferatur. Gaspar. de Calde inter consilia Ancharani *consil.12.super casu , num.3. & in repetit.c. Canonum statuta , num.175.verf.præterea iste,de constitut. & in cap.final.sub. num. 1.in 3.notab. de immunit. Eccles.in 6.*Abbas *in Repetit.cap. Ecclesia Sanctæ Maria,num. 31.verf.item licet verba statuti,de constit.*Parisius *in consil.27.Notula,num.63. vol.2.* Riminaldus senior *in consil.267. Visa facti narratione, num.32. cum seq.volum. 2.* Laderch. *consil.103. Vt quæst.num 9.* Et quòd statutum Laicorum nec directè , nec indirectè possit præiudicare Ecclesiis & Ecclesiasticis personis, & non valeat, probaui suprà auctoritate multorum, quibus addo Felinum *in cap.Ecclesia Sanctæ Maria,de constit.num.89. verf. quibus non obstantibus* , vbi dicit communem.& Surdum *in cons.301.Cui primum, n.77. vol.3.*sic habere.

Sup. hoc suprà in Ref.7, cursim §.vlt. & infra in Ref.14.§.Philippus Franc. ad medium supra in tr. 2. lege ref.199. & §. vlt. ref.193.

3. Vnde ex supradictis inferunt Doctores posse iudices Ecclesiasticos cogere Laicos ita statuentes,vt declarent,quòd in huiusmodi statutis non cõprehenduntur Clerici,neque Ecclesia.Ei ita docet ex Theologis Paludanus *in 4.dist.18.quæst.3.art.3. cas.14.* Ledesma *in 2.p.4.quæst.26.art.2.§.23.*D.Antoninus *part. 3.tit.24.cap.18.*Toletus *in summa , lib.1. cap. 27.verf. aduerte similiter.* Sayrus *in Clani Regia, lib. 3.cap. 34. num.17.*Ex Canonistis Ioan. Andreas *in cap.eos qui, de immunit. Eccles.in 6.num.4.*Ancharanus *num. 1. & consil.135.num.9. in fine.* Geminianus *num. 4.*Francus *num.2.& in cap.Ecclesia Sanctæ Mariæ,de constitut.*vbi Felinus *num.75.86.& 107.* Butrius *in cap.1.de consuetud.& consil.40.num.2.* Cardinalis *in cap.perpendimus, de sentent.excommunic.num. 13.& consil.144.num.2.*vbi allegat. textum *in cap.statutum,de hæret.in 6.*Ex Summistis Astensis *part.2. lib. 7.tit. 2. cas.43.* Sylvester *verb.excommunicatio 9.num. 50.* Angelus *eod. verb. 7. cas. 26. nu. 1.* Rosella *eod. verb. 33. num. 3.* &alij.

4. Quæ quidem omnia supradicta ita vera sunt, vt statuta Laicorum,quamuis fauorabilia,non ligent Clericos, neque Ecclesias; nisi à Papa fuerint expressè approbata : vt patet ex *cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ,de constit.* vbi communiter notant Canonistæ *in cap. cùm venissent, de eo,qui mittitur in possessionem, num.6.*Mathesilanus *singul.110.*Matthæus de Afflictis *tract.de iur.Prothomis.num.8.* Ioannes Neuizanus *consil.39.num.5.* & alij.Ergo, &c.

Sup. hoc infra in Ref. 15. §. 2. in principio, & in alijs citt. not.

RESOL. XII.

Fundamentum tertium.

Et cursim docetur , quod ita statuentes sunt ipso iure excommunicati ? Ex part.6.tract.3.Res.4.

§.1. PRobatur tertiò in terminis , vt dici solet,terminantibus : quia statutum expresè disponens , quòd non possit vendi , donari , vel relinqui Ecclesiis, est contra libertatem Ecclesiasticam,vt patet ex *cap.final.de immunit.Eccles.in 6.** Et statuentes sunt ipso iure excommunicati , vt firmat *ibi* Ancharanus *num.1.verf.præterea si expresè.* Geminianus *n.4.* Abbas *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ,num. 22. & ibi* Imola *num.11.* Riminaldus *vol.1.consil.15.n.87.*& alij.

* Sup. hoc supra in Ref. 10. §. 1. a principio.

2. Nec obstat dicere, quòd textus *in d.cap. final.* præsumat solùm esse contra libertatem Ecclesiasticam propter illa verba : *cùm talia in derogationem libertatis Ecclesiasticæ præsumantur* ; quia cùm lex seu canon præsumat in fraudem factam prohibitionem , & super præsumpto disponat,dicitur & est præsumptio iuris & de iure,quæ non admittit probationem in contrarium; vt *in cap.is qui fidem,*vbi gloss. *in verb.contra præsumptionem, de sponsalibus.* Baldus *in l.sine possidetis, num.6, C.de probationib.* Romanus *in consil.350.in casu proposita consultationis, num.58. in fine.*Alexander *in consil.91.in causa inter Antonium, nu.9.vol.6.* Felinus *in cap.quanto, num.3.de præsumpt.*Alciatus *de præsumpt.in præludiis,in 2.part.nu. 5.& 6.*Gabriel.*in consil.31.in specie proposita , num.22.vol.1.*& alij.

3. Neque etiam obstat, quòd aliqui asserunt, dictum statutum non auferre in totum & generaliter facultatem acquirendi : sed in certo casu, nempe respectu bonorum stabilium , & vt prohibitio de non acquirendo sit contra libertatem Ecclesiasticam, necesse est, quòd sit generalis , & quòd de Clericis & Ecclesiis fiat expresè, & ita conantur effugere difficultatem textus *in cap.final.de immunit.Eccles.lib.6.*Et hoc assumptum probant exemplis adductis à Doctoribus, quod augetur per statutum legitimorum filiorum,quod tunc non potest Ecclesiæ relinqui in præiudicium legitimæ auctæ filiorum ex Federico *consil. 85.*Loazes *§.Dini* Abbas *consil.63.lib. 1.*Francus *decis.411. num. 4.* Et in prohibitione ne arma vendantur non subditis: & in exemplo , ne eisdem prædia in confinio posita vendantur,& in alio exemplo,de domo alicuius particularis destinata ad vsum publicum, quòd non vendantur non subdito.

Circa istud argumentum aduertendum est quòd eius maior propositio est falsa, & eam reprehendunt Felinus *in d. cap. Ecclesia , n. 118.* & Franch. *in cap.final.col.2. in fin.*

4 Secundò, quòd sit falsa probatur : nam cùm iura præcipiant libertatem , & iurisdictionem Ecclesiasticam esse intactam , & immunem ; nihil refert, lædantur in toto vel in parte ; cùm eadem sit ratio prohibitionis, & valeat argumentum de toto quoad partem *l.qua de toto, ff.de rei vendicat.* & rursùs quia plus & minùs non differunt specie *l.final. ff. de fund. instruct.* nauis parua , aut magna non sunt diuersæ speciei, & quando lex constituit certum pretium rei, etiamsi læsio contingat in parte, vel in toto, nihil refert, vt docet Baldus *l.2.C.de rescind.vendit.*

5. Tertiò

5. Tertiò, quia ita defecit iuriſdictio, quando ſtatutum diſponit & prohibet in caſu certo: ſicut quando prohibet generaliter, vtroque caſu læditur iuriſdictio Eccleſiaſtica.

6. Denique contra hanc opinionem expendo textum *in c. qua in Eccleſiarum*, vbi ſtatutum Laicorũ non erat generale, nec in totum prohibebat acquiſitionem fieri in Eccleſiam, ſed tantùm quoad dominium vtile rerum Emphyteoticarum Eccleſiæ & Clericorum, & in certo & raro caſu, quando dominus vtilis pateretur paupertatem. Secundò per textum *in cap. Eccleſia Sancta Maria*, vbi ſtatutum Laicorum non prohibet generaliter; ſed in caſu particulari, videlicet, quando res eſſet litigioſa, & tamẽ non cõprehendit Eccleſiam. Tertiò, ex *c. quanto, de priuileg.* vbi prohibitio non erat generalis, nec prohibebat, quòd Eccleſia poſſet acquirere, ſed tantùm in caſu ſpeciali, puta ex furnis & molendinis: & tamen reprobatur illa prohibitio. Quintò expenditur deciſio Bonifacij VIII. *d. cap. finali, de immunit. Eccleſ. lib. 6.* ibi, *quicumque vendant aut emant*, vbi vtitur diſiunctiua ibi, vendant aut emant: ad cuius veritatem ſufficit, quòd vna pars ſit vera, *l. ſi hæredi plures, ff. de condition. inſtitution.* ibi, *ſi diſiunctim*, & in *l. cum pupillus 78. §. diſiunctiuo modo ff. de conditionib. & demonſtrat.* ibi, *alteram defeciſſe non obeſt.* Ergo, &c.

RESOL. XIII.

Fundamentum quartum. Ex part. 6. tract. 3. Reſ. 5.

§. 1. PRobatur quartò ex auctoritate Pontificum & Conciliorum. Nam Innocentius Papa III. Sardicenſ. & Sidonienſ. Epiſcopis, & Archidiacono Daualienſ. mandauit, vt conſtitutionem Henrici Conſtantinopolitani Imperatoris, vt nullus poſſet de ſuis poſſeſſionibus in vita, vel vltimo teſtamento aliquid Eccleſiis elargiti, friuolam & inanem, & nullo modo ſeruandam decernerent.

2. Idem Innocentius III. quarto nonas Decembris Pontificatus ſui anno 14. Regibus ordinauit, vt ſuos Officiales compeſcerent, qui poſtpoſito zelo Dei Laicos in ægritudine laborantes præpediebant, ne de terris, vel ſuis hæreditatibus aliquid in eleemoſynam alicui largirentur.

3. Gregorius Papa IX. ad Epiſcopum Burgenſem, & Decanum Calaguritanum litteras dedit, quibus mandabat, vt Regem Caſtellæ diligentius monerent, & indicere procurarent, vt reuocaret ſtatuta & præcepta quædam, quibus cum magno detrimento Eccleſiæ Calaguritanæ ordinauerat, ne quis de cætero donare aut vendere præſumeret aliquas poſſeſſiones Eccleſiæ Cathedrali, aut Monaſteriis, aut aliis eiuſdem Diœceſis piis locis.

4. Alexander Papa huius nominis Quartus, cùm intellexiſſet nonnullos Magiſtratus temporalem iuriſdictionem exercentes, prætextu bonorum Eccleſiis acquiſitorum, eiſdem Eccleſiis imponere collectas, & tallias, & compellere, niſi ſoluerent, vt bona ſic quæſita extra manum ſuam ponerent: & inſuper de legatis, quæ Eccleſiis & piis locis relinquebantur, certam quantitatem vel portionem deducere, per generalem conſtitutionem mandauit, vt iſta omnia grauamina tollerentur; & iudices ſæculares, niſi deſiſterent, pœna excommunicationis plecterentur. Hæc Alexandri conſtitutio recenſetur *in cap. 1. de immunit. Eccleſ. lib. 6.*

5. Clemens IV. vbi ſimilia ſtatuta vigere intellexit conſtanter reuocari curauit: nam ad Regem Portugaliæ anno ſui Pontificatus quarto litteras ſcripſit, quibus requirebat, & affectu paterno rogabat, ne correctionis neceſſitatem expectaret: ſed protinus per ſeipſum, quod erat ſibi decentius, prætenſas quaſdam conſuetudines reuocaret, quibus Epiſcopis & perſonis Eccleſiaſticis prohibebatur, ne aliquas poſſeſſiones emerent, etiamſi Emphyteuticę non forent, vel feudales.

6. Martinus Papa IV. ſtatutum Reginorum contra Eccleſiaſticam libertatem, ne quis perſonis Eccleſiaſticis vel Eccleſiis vendere poſſet aliquid vel donare, inualidum fuiſſe, & non teneri Clerum ad illud obſeruandum declarauit, & per cenſuras excommunicationis & interdicti, & pœnam feudorum priuationis Reginos compulit, vt ſtatutum illud de ſuis chartulariis prorſus abraderent.

7. Concilia generalia ex omnium Prouinciarũ & Regnorum Catholicorum Epiſcopis & Prælatis congregata, hoc ipſum decretum in ſpecie damnauerunt, & omiſſis cæteris, Concilium generale Lateranenſe ſub Innocentio III. Romæ habitum anno 1215. *c. 44. relatum in c. cùm Laicis, de rebus Eccleſ. non alienand.* per cenſuram Eccleſiaſticam Principes Laïcos admonendos decreuit, vt ab huiuſmodi præſumptionibus abſtinerent, & ſimilia ſtatuta inualida eſſe decreuit: nã verba illa Concilij (non ſolùm de alienatione fundorum, & aliarum poſſeſſionum Eccleſiaſticarum.) Hoſtienſis *in d. c. cum Laicis, n. 5. ſuper verb. de alienatione*, interpretatur de alienatione facienda infra annum & diem: tales enim conſtitutiones, ſeu potiùs deſtitutiones, iam tunc Principes Laïci edere præſumebant, quas Generale Concilium damnauit.

8. Concilium Conſtantienſe, cùm eundem articulum de Eccleſiaſtica libertate tractaret, ſtatutum hoc, de quo agitur, retulit in hæc verba, & pariter cõdemnauit: vt pote quòd nulla bona temporalia in vim & poteſtatem Eccleſiaſticam transferantur. Hactenus Concilium. In confirmatione conſtitutionum Federici II. & Caroli IV. quæ habetur in fine Concilij Conſtantienſis *pag. 923. num. 3.* Conciliorum generalium ex editione Colonenſi, anno 1567.

9. Concilium generale Lateranenſe ſub Leone X. *ſeſſ. 10. in princip.* in litteris incipient. *Regimini univerſalis Eccleſiæ*; quas ſacro approbante Concilio Leo X. publicauit, conſtitutiones pro libertate Eccleſiaſtica, & contra eius violatores confirmauit, & in ſpecie hoc ſtatutum his verbis condemnaſſe videtur: aut aliàs de illis pro illorum libito voluntatis diſponendum, & feuda, ac bona Eccleſiaſtica in Emphyteuſim concedendum, aut aliàs vendendum temere compellentes. Hactenus Concilium.

10. Concilium denique Tridentinum *ſeſſ. 25. de Reform. c. 20.* in quo omnes Sacros Canones, & omnia Concilia generalia, & alias Apoſtolicas ſanctiones in fauorem Eccleſiaſticarum perſonarum, & contra eius violatores editas innouauit, & exactè ab omnibus obſeruari debere mandauit, hoc ipſum decretum proculdubio etiam reprobauit. Ergo, &c.

RESOL X.

Fundamentum quintum. Ex part. 6. tract. 3. Reſ. 6.

§. 1. PRobatur quintò ex auctoritate Doctorum aſſerentium ſtatuta Laicorum non ligare Clericos, & eſſe inualida, ſi faciunt mentionẽ de Clericis & Eccleſiis, vt eſt iſtud, de quo loquitur, prohibens alienationẽ ſtabilium in illos, & ita docet Albericus *tr. de ſtatut. part. 2. q. 2. n. 20. & multis ſeqq.* vbi *num. 60.*

affirmat leges & ſtatuta Laicorum prohibentia alienationes bonorum in non ſubditos, non ligare Clericos, cùm leges etiam ad fauorem Eccleſiarum conditæ, non ſumant robur, niſi fuerint per Eccleſiam approbatæ.

Paulus de Caſtro *conſil.* 89. incip. *Poſſet quis dicere, lib. 2. n. 1.* vbi dicit tale ſtatutum non valere tanquam factum contra Eccleſiaſticam libertatem.

Alexander *conſil. 210. n. 1. & conſil 211. nu. 3. vol. 2.*

Antonius de Butrio *conſ.* 40. incip. *Statuto Ciuitatis*, vbi nullam dubitationem habere dicit, quòd Eccleſia non ligatur ſtatutis Laicorum, neque in genere, neque in ſpecie, & conſequenter non valere illud, de quo ibi agebat Butrius, quo populus cauerat, vt de piis legatis, duo ſolidi pro libra ſoluerentur.

Curtius ſenior *conſil.* 62. incip. *Primo aſpectu, verſ. non obſtat ſtatutum Mediolani.* Idem Curtius *conſil.* 72. incip. *Magnifice vir, n.* 13. *verſ. ſecundo reſpondeo*, vbi ſine hæſitatione affirmat non valere ſtatutum contra ius commune in præiudicium Eccleſiarum, nec comprehendere Monaſteria, nec perſonas Eccleſiaſticas, & allegat iura & Doctores.

Bartholomæus Socinus *conſil.* 14. incip. *Circa dubia data, num. 1. lib. 4.* vbi ait communem eſſe opinionem Canoniſtarum contra Bartolum, quòd ſtatutum Laïcorum non ligat Clericos contrahentes; ſeu contractus Clericorum; quia lex inferioris à Principe quantumcumque etiam fauorabilis, non ligat actus Clericorum *cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtitut.*

Idem Socinus *conſil.* 71. incip. *Circa præſentẽ conſultationem, eod. lib. 4. n. 10. verſ. tamen vt dicit :* vbi pariter affirmat ſtatutum quantumcumque generaliter loquens, licèt bonum & honeſtum videatur, non includere Clericos, quia deficit auctoritas in ſtatuente, *cap. final. de rebus Eccleſ. non alienand.*

Marianus Socinus *conſil. 76.* incip. *Stant. pluribus inſtrumentis, n. 30. lib. 3.* vbi hanc vocat communem opinionem contra Signorolum de Homodeis *conſil. 21. & in cap. nouerit, n. 17. de ſentent. excomm.*

Maluaſia *conſil.* 80. *n.* 26.

Ioannes Neuizanus *conſil.* 39. incip. *Quod non poſſit cogi, num.* 10. licèt in aliquibus caſibus contradicat.

Ripa *conſil. 2. c. 2. n. 5. lib. 2.*

Rolandus à Valle *conſil.* 22. incip. *Quod magnificus Dominus, n. 19. verſ. 7. & vlt.*

Vulpius *conſil. 23. n. 16. vol. 2.*

Petrus Ancharanus *conſil. 155.* incip. *Optimis rationibus.*

Gaſpar Calderinus *conſil. 12. inter conſilia Ancharani*, incip. *Super caſu prædicto*, vbi *n.* 3. verè dixit, illa ſtatuta Laïcorum non valere, quæ directè, vel indirectè tendunt in præiudicium Eccleſiaſticæ libertatis.

Nicolaus Euerardus *conſil.* 30. incip. *In materia quæſtionis, n. 26. & multis ſeqq. vſque ad finem*, vbi loquitur de quadam conſtitutione Philippina.

Idem *conſil.* 42. incip. *Viſis & benè diſcuſſis.*

Idem *conſil.* 239. incip. *Vltra longè, latéque deducta*, vbi *n.* 17. loquitur de conſtitutione Philippina, & affirmat Monaſterium poſſe acquirere & retinere bona etiam feudalia ex titulo emptionis, aut donationis, & ſucceſſionis, & *n.* 18. addit Principem Laïcum non poſſe hoc Eccleſiis tollere ſine metu excommunicationis.

Menochius *conſ.* 878. *n.* 10. *vol.* 9.

Iacobus Mandellus *conſ.* 8. incip. *Pro reſolutione*, vbi latiſſimè.

Iacobus Vngarellus *in addit. ad ſummam Angelicam, verb. excommunicatio 7. caſ. 36. lit. F.*

Iaſon *conſ.* 161. incip. *Circa primum articulum, n. 15. lib. 2.*

Boſſius *in Praxi criminal. tit. de Principe, n.* 339. *& tit. de pœnis, n.* 43.

Angelus de Vbaldis *conſ.* 48. incip. *Quidam Franciſcus, num.* 3.

Ioannes Baptiſta Leo *in theſaur. for. Eccleſ. part.* 1. *c.* 14. *n.* 38. *&* 39.

Ioannes Petrus Surdus *conſ.* 301. incip. *Cui primum, n.* 12. *& ſeq. & n.* 78. *& ſeq.*

Riminaldus ſenior *conſ.* 146. *n.* 28. *vol.* 2.

Ioan. Baptiſta Plotus *conſ.* 19. incip. *Caſus ſuper quo, n.* 11. *&* 12. *& ſeq.* vbi *n.* 12. *in fine*, dicit, hanc eſſe communem opinionem.

Hondedeus *conſ.* 3. *n.* 15. *&* 22. *vol.* 1.

Baldus *conſ.* 132. incip. *Caſus quidam vocatus, lib.* 3. vbi affirmat, quòd ſtante ſtatuto, quòd quis non poſſet alienare rem immobilem in perſonam, quæ non ſoluit collectas, ſi quis legauerit alicui Monaſterio, ſeu pio loco rem immobilem ſolitam ſoluere collectas, Monaſterium ſeu pium locum non comprehendi ſub tali ſtatuto.

Idem cenſuit idem Baldus *in l. final. n.* 17. *C. de ſacroſ. Eccleſ. verb. extra gloſſam*, vbi quaſi reuocando ſententiam, quam alibi aſſeruerat affirmauit, quòd licèt aliàs dixerit, illud ſtatutum non valere, non tamen includit Eccleſiam, & ſubdit iſtam eſſe veritatem.

Hippolytus Riminaldus *conſ.* 15. *incip. In præſenti cauſa, n.* 85. *verſ. quibus tamen*, vbi ait, hæc decreta prohibentia alienationem bonorum immobilium in non ſubditos, non includere Clericos, nec Eccleſias.

Eandem ſententiam profitentur communis Iuris Ciuilis interpretes *in l. filius familias, §. Diui, ff. de legat. 1.* vbi Bartolus *n.* 1. *verſ. ſecundum dubium eſt*, cenſuit, contra libertatem Eccleſiæ eſſe ſtatutum prohibens alienationem bonorum immobilium fieri in Eccleſias, vel Monaſteria.

Idem Bartolus ſibi conſentiens eamdem ſententiam amplexus fuit *in l. final. n.* 18. *ex hoc concludo, C. de ſacroſ. Eccleſiis, & in l... C. de contrahend. empt. & in l. final. C. de exactoribus, lib.* 10.

Bartolus *præcitato loco, in d. §. Diui, n.* 11. huius ſententiæ auctorem dixit Oldradum, qui eam quæſtionem diſputauit.

Angelus de Peruſio *in d. l. filius fam. ff. de legat. 1. §. Diuus Seuerus, l. 2. n.* 4. Bartolum, & Oldradum ſequutus idem ſtatutum, quòd res non poſſit alienari in Clericum reprobauit, affirmans hodie id eſſe deciſum per caſum *in cap. vlt. de immunit. Eccleſ. lib.* 6.

Et Iaſon *in d. §. Diui, in prima lectura, n.* 72. *verſ. tu aduerte*, affirmauit Bartoli deciſionem eſſe communẽ, quia pro ea eſt textus formalis *in cap. final. de immun. Eccleſ. lib.* 6. Idem Iaſon *ibid. n.* 82. *&* 83. pronunciauit eam ſententiam eſſe magis communem.

Ioannes etiam Crottus *in d. §. Diui, n.* 80. *verſ. ſecunda ſit concluſio.* Similiter dixit hanc eſſe communem opinionem per textum *in cap. fin. de reb. Eccleſ. non alienand. lib.* 6.

Ioannes Franciſcus Ripa *in eodem §. Diui, n.* 81. *verſ. ſecunda concluſio*, eamdem ſententiam dixit eſſe communem Legiſtarum *ibi*, & Canoniſtarum *in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtitut.* vbique conformiter profitentium, ſtatutum prohibens alienationem in perſonas non ſubiectas, non valere in præiudicium Eccleſiarum, nec Monaſteriorum.

Cum ſupradictis aſſeruntur aſſentire plures alij *in d. §. Diui*, quibus præterea accedunt.

Iulius Clarus *in practica Criminali. q. 82. §. ſtatutum 5. n. 2. verſ. Sed quæro*, qui eamdem opinionem vocat communem.

Horatius Carpanus *in Capitul. Mediolanenſ. incip. Collegii*

Collegiis Nou. conſtit. de pœnis ſuper verb. huic domino non ſubditam, n. 150. verſ. non milit. pariter, & verſ. tamen communis eſt in contrarium, eandem opinionem agnoſcit eſſe communem.

Ioannes de Platea *in l. bis, n. 1. verſ. nota ex principio, C. de prædiis & rebus Nauicular. lib. 11.* cuius verba ſunt: non autem valeret ſtatutum, quòd non poſſit vendi Eccleſiis.

Idem *in l. 1. n. 2. circa finem, verſ. & per hanc legem, C. non licet habitatoribus Metrocomiæ, eod. lib. 11.*

Gabriel Sayran *ad Matheſilanum, ſing. 110. n. 33.*

Fabianus de Monte *tract. de empt. & vend. 3. part. princip. n. 45. verſ. ſed. non valeret:* vbi concludendo contra Signorolum de Homodeis, tenet ſtatutum eſſe contra libertatem Eccleſiæ, per textum expreſſum *in cap. finali, de rebus Eccl. non alienand. lib. 6.*

Riminaldus junior *conſil. 15. n. 65. vol. 1.*

Ioannes Iacobus de Canibus *tr. de Repreſſaliis, p. 2. num. 10.* vbi dicit: Tamen non ſunt licita, in quantum prohibent alienationem & venditionem perſonis Eccleſiaſticis: quia hoc eſſet per indirectum diminuere eorum priuilegia, & ideò non valent.

Michaël Craſſus *in ſuis communibus, lib. 2. verb. ſtatutum, queſt. 12.*

Hippolytus Bonacoſſa *in communibus opinionibus criminalibus, in verb. ſtatutum*, §. *ſtatutum prohibens rem immobilem.* Dixit ſtatutum non valere, & hanc eſſe communem opinionem.

Riminaldus ſenior *conſil. 246. num. 28. & ſeq. volum. 2.*

Andreas Tiraquellus *ad leges Connubiales, glo. 8. ſuper verb. de ſon Mary, n. 172.*

Michaël Graſſus *lib. 2. commun. opin. in verb. ſtatutum, q. 12.*

Ioannes Bertachinus *tract. de Epiſcopis, part. 4. lib. 4. queſt. 45. num. 147. verſic. quæro etiam an prohibitus alienare:* vbi dicit ſe in ardua quæſtione ita conſuluiſſe.

D. Antoninus *in ſumma, p. 3. tit. 24. c. 18.*

Tabiena *in ſumma, verb. excomm. 5. caſ. 20. n. 5. ad 4. argumentum.*

Burſatus *conſ. 93. n. 23. lib. 1.*

Ioannes Andreas *n. 1. verſ. vidi dubitari, & num. 2. cum ſeq.*

Summa Roſella *verb. excomm. 33. n. 3.*

Archidiaconus *in cap. Romana, de appellat. lib. 6. in verb. conſuetudine:* vbi ait non valere conſuetudinem, vel ſtatutum, quod Eccleſia ſibi rem in teſtamento relictam teneatur alienare intra annum, vel aliud ſimile: pro quo allegat Canones *in cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtit. & in cap. cum Laicis, de rebus Eccl. non alienand.* & conſequenter perperam pro contraria ſententia Archidiaconum allegauit Lucas de Penna *in l. iubemus, n. 4. C. de nauib. non excuſ. lib. 11.* & Petrus Peckius *tr. de amortizatione bonorum, c. 6. verſ. aduerte tamen, circa finem.*

Petrus de Ancharano *queſt. 1. verſ. quæro*, poſt Ioannem Andream *& verſ. præterea ſi expreſſe hoc ſtatuiſſet.*

Et *ibid.* Geminianus *n. 3. verſ. Sed pone.*

Philippus Francus *ibid. n. 2.* qui licèt propter conſilium Federici de Senis 76. quod incipit. *Talis caſus eſt. Statuto*, tantiſper dubitare videatur: nihilominus tamen poſtea *verſ. cogita tamen*, non recedit à ſupradicta ſententia Ioan. Andreæ: quinimò ſtatim *in verſ. & vltra etiam*, addit Francus, poſſe iudices Eccleſiaſticos cogere ſtatuentes ad declarandum prædicta ſtatuta generaliter prohibentia alienationem in non ſubditum, non comprehendere contractus cum Eccleſiis & perſonis Eccleſiaſticis celebrandos.

Sup. hoc ſupra in Reſ. 7. vbi. & in §. ſubditum.

Felinus *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtitut. 9. n. 89. verſ. & ita eſt*, hanc dicit communem eſſe opinionem.

Panormitanus *conſil. 83.* incipit. *Præſens dubium, lib. 1.* Idem *in cap. relatum il primo num. 5. verſ. item non valet ſtatutum Laicorum. de teſtament, & in cap. à nobis, notab. 3. num. 5. verſ. idem dicendum eſt, de ſentent. excommunic.*

Cardinalis Zabarella *conſil. 66.* incip. *In dubio præmiſſo n. 2.*

Ioannes Monachus *in cap. vt animarum, n. 3. & ibi* Probus *n. 6. de conſtit. in 6.*

Sylueſter *verb. excommunicatio*, §. *9. n. 30.*

Comitolus, Bouius, Collegium Bononienſe, Vgolinus, Vigianius, Barboſa, Fagnanus, Genuenſis, Duardus, Filliucius, Reginaldus, Martha, & Bellettus: quos citaui *in part. 1. tract. 2. reſ. 57.* quibus omnibus adde Campegium *in opuſc. de officio Principis in Eccleſia, n. 32.* Quæ hic eſt ſupr. Reſ. 7.

Videant modo Lectores, qua fronte auſus ſit dicere noſter Additionator, ſuam ſententiam docere ſaniorem Iuriſconſultorum cateruam.

Vnde ex ſuprà dictis, & infrà dicendis magis firmata remanent ea, quæ ego adnotaui contra Cutellium *in p. 5. tr. 1. reſ. 3.* Quæ hic eſt ſupra Reſ. 2. & lege etiã alias Reſol. eius primæ not.

RESOL. XV.

Proponuntur reſponſiones ad argumenta contraria.

Et deducitur, quod lex ciuilis licet in bonum publicum ſtatuatur, non debet de Eccleſia, & de Clericis diſponere, etiamſi diſpoſitio fauorabilis ſit.

Et infertur, quod bona Clericorum gaudent priuilegio Immunitatis.

Et quod Magiſtratus Regij non poſſunt punire Epiſcopos, & Clericos in temporalibus? Ex part. 6. tract. 3. Reſol. 7.

§. 1. REſtat modò reſpondere ad argumenta pro ſententia Anonymi in principio adducta: ex quibus magis firmata remanebit noſtra ſententia. Ad primum igitur argumentum, quòd tale ſtatutum tendit, & eſt conditum fauore boni publici, & ad vtilitatem Reipublicæ. Sup. hoc ſupra in Reſ. 9. § Poſſet.

2. Reſpondeo, quòd lex Ciuilis licèt in bonum publicum ſtatuta, non debet de Eccleſia & de Clericis expreſsè diſponere; etiamſi diſpoſitio fauorabilis ſit, vt habetur *in cap. Eccleſia S. Mariæ de conſt. & in cap. cum Laicis, de reb. Eccl. non alien.* & *ibi* Butrius, & Abbas cum Imola *in cap. Clericis, de for. comp.* Maximè ſi Clericis & Eccleſiis aliquid prohibeatur: nam ex forma ipſius prohibitionis colligitur intentio diſponentis, idque fieri in præiudicium libertatis Eccleſiaſticæ, vt obſeruat Cardinalis *in cap. perpendimus, de ſent. excommun. n. 13.* Felinus *in d. cap. Eccleſia, n. 15.* Et quia lex non poteſt inducere inhabilitatem in Eccleſiam & Clerum non ſibi ſubditos, vt *in l. 1. §. final. de tutor. & curator.* vbi eis tantùm permittitur, qui ſunt eiuſdem Prouinciæ, & ibi domicilium habent, & *in l. pupillorum, eod. tit.* & docuit Baldus, & Bartolus *in l. cunctos populos*, dum agunt de ſtatuto, quòd ne minor triginta annis poſſit obligari, quia non comprehendit minorem forenſem contrahentem in loco ſtatuti ſuper bonis ibi ſitis: nam bona ſequuntur perſonam; ideóque Clericorum bona gaudent priuilegio immunitatis, vt tradit Gloſſ. *verſ. perſonis. in d. cap. Eccleſia*, cum adductis à Mandello, *conſil. 387. n. 5.* nam, vt inquit Abbas *in d. cap. Eccleſia*, ſi bona Clericorum & Eccleſiarum ſubiicerentur legibus ſæcularibus, eorum Sup. hoc ſupra in Reſi. 12. §. vlt. & ſuperius in ti. 2. Reſ. 92. §. Sed. curſim in principio, & in Reſol. 198. & 209. §. Adde. & in Reſ. 210. §. 2. ad medũ, & in Reſ. 334. §. 6.

Sup. hoc ſupra in tr. 2. Reſ. 66. §. 2. & in. 2. & in multis aliis eius annot.

ratione per indirectum Clerici subiicerentur foro sæculari, & ad eum traherentur. Quod etiam præter Abbatem docuit Felinus *num.*10. & Decius *num.*38. etiamsi Laïci in rebus Ecclesiasticis haberent vtile dominium,vt *in c.quæ in Ecclesiarum,de constitut.* cum adductis à Tiraquello *de retractu lignagier*, §.1.*gloss.* 13.*num.*3. & 8. & hæc omnia docet Betran de Gueuara *in propugnac. de immunit. Eccles. assert.* 1. §.6. *num.*56.

Sup. hoc in aliquibus Res. ex assignatis in annot. præterita huius Res.

5. Vnde ex his nunquam potui intelligere doctrinam Babadillæ, & aliquorum recentiorum asserentium,posse Regios Magistratus punire Episcopos & Clericos,vt ipsi asserunt,in temporalitatibus:nam cùm,vt dictum est,bona sequantur personam,nescio quo pacto possint temporalitates Ecclesiasticorũ tollere,nisi exercendo in eos iurisdictionem contra Sacros Canones & Concilia.Vide omnino Surdum *consil.*301.*n.*65. Et cùm ius multandi connexum sit & complicatum cum iurisdictione, vt firmauit Sacra Rota in decisionibus collectis à Paulo Rubeo in Burgensi Iuris præsidendi die 9.Decembris 1633. coram doctissimo Domino meo Merlino *decis.*753.*n.*8.*& seq.* sequitur, quòd si iudices Laïci possent mulctare Clericos in temporalitatibus,haberẽt in illos iurisdictionem:sed hoc dicere est absurdum. Ergo, &c.

Sup. hæc publica vtilitate sup. in tr. 2.Res.210. & in aliis eius primæ annot. & si placet lege etiã doctrinam §§. eius vlt. annot. quia melius ad rem contentam in hoc §.

4. Sed ad rem nostram redeundo,dicendum est,publicam vtilitatem non operari validitatem statuti,de quo loquimur;cùm non cõcurrat potestas in statuente:& ideò quãquam statutum esset bonum,& æquum, & publicæ vtilitati faueret, cessante tamen potestate non est validum, ex Baldo sibi contrario *in l.cunctos populos,C.de summaTrinit.n.*50.& in proposito Felinus *in d.cap.Ecclesiæ, n.*89.&expressè Crottus *in* §.*Diui, n.*80.dixit, quòd licèt statutum emanauerit ad publicam vtilitatem;non tamen propterea debet Ecclesiasticas personas comprehendere; cùm super eas Laici nullam habeant iurisdictionem: quod etiam notauit Ruinus *n.*92.& alij communiter contra Signorolum.

5. Dicendum est igitur, quod publica vtilitas,& publicum bonum non præbet iurisdictionem Laïcis,vt possint statuere circa Ecclesias,& Ecclesiasticas personas;vt patet ex *cap.benè quidem,dist.*96.*c.quæ in Ecclesiarum, cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, de constitut. cap.at si Clerici,c.Cleric. cap. qualiter,de iudic.cap.2.de for.compet.cap.continua* 11.*q.*1.*cap. non minus, cap.aduersùs, de immun.Eccles.cap.quanquam,de censur. in* 6. *cap.Clericus,c.final.de immun.Eccles.in* 6.*& in Extranag.*1.*eod.tit.*Non est ergo bona consequentia.Necessitas publica exigit,vt ita fiat:ergo Princeps contra Clericos statuere potest:nam vt dictum est,necessitas non tribuit iurisdictionem.Et cùm sẽper sit necessaria causa publica in condenda lege ampliaret potestatem & iurisdictionem Legislatoris contra nõ subditos;quod nullo modo est dicendum:vnde iniusta erit lex,etiamsi habeat æquitatem,si modo deficiat potestas Legislatoris:vt his, qui iura profitentur, notum est,& vt inquit Suarez *de cens.disp.*4.*sect.*6.*n.*5. quòd lex iniqua & nulla est,quando deficit iurisdictio;quia actus sine potentia esse non potest,etiamsi materia sit æqua,erit tamen lex iniqua ratione vsurpatæ iurisdictionis:vtilitas namque,siue necessitas in alienatione rei Ecclesiasticæ,vel minoris,non tribuit iurisdictionem tutori vel administratori; sed decreto legitimi iudicis opus est,vt *in l.*1 *ff.de rebus eorum, & in l.magis puto,*§.*ne passim,& §.si as alienum.eod.tit.*& in alienatione rei Ecclesiasticæ, tradit Gloss. *in summa* 12. *q.*2.& habetur *in cap. sine exceptione, eadem caus. & quæst. & in cap. tua nuper, de his quæ fiunt à Prælat.* cum adductis à Tiraquello *de legib.criminalibus,gloss.* 8.*num.*57.Rodoanus *de reb. Eccles.non alien. quæst.*29. *num.* 19. Et ita huic argumento respondet Ioannes Crottus *in repetit.*§.*Diui.num.*80.quòd necessitas publica non tribuit iurisdictionem Laicis ad statuendum, Felinus *d. cap. Ecclesia, n.* 11. idem prorsus asseuerat.

6. Ad id verò, quod asseritur Clericos teneri ad obseruationem statutorum ex publica vtilitate & communi bono. Respondeo hoc esse verùm,quando non lædunt immunitatem Ecclesiasticam:vt ego satis probaui pluribus in locis, sed statutum, de quo loquimur, tale est. Ergo, &c.

RESOL. XVI.

*Responsio ad secundum,& tertium argumentum.*Ex p.6. tract. 3. Res.8.

§.1. AD secundum argumentum, quòd sicut ex pacto & ex testamento, possunt conuenire priuati pro interesse, ne bona in Ecclesias alienentur.Ita & Princeps per statutum pro bono & interesse Reipublicæ.

Sup. hoc fu. pra in Res. 9. §.Secundo quia, & in 3. Tertio quia, & in tom. tr.10. ex cl. sequentia latæ doctrinæ Res.in signanter in §.vlt. pauli post init.

2. Respondeo primò argumentum de pacto ad statutum non procedere, quando militat diuersa ratio Felinus *in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ. sub n.*89.*vers.nec semper procedit argumentum,de constitut.*Euerardus *in locis Legalibus, in loco à pacto ad legem & statutum,n.*6. *vers. hoc tamen dixi.*Surdus *in consil.*2.*n.*8.*volũ.*1. Sed in re propria quilibet est moderator & arbiter *l.inre mandata, C. mandati*: nec domini rerum propriarum reperiuntur prohibiti, quò minùs possint disponere, quòd eorum bona non transeant in Ecclesiam: imò disponentes de rebus suis in Ecclesiam possunt omne onus reale apponere, *cap. verum,de condit.appos.* Et cùm non reperiatur expressè contrarium dispositum, illi stari debet, Gloss. *in d.cap. verum, in verb. debeat reuocari, in fin.*Sed secus est in Principe, qui vult prohibere bona à subditis non vendi,vel donari, aut Ecclesiæ relinqui,expressè enim reperitur Ecclesia priuilegiata,vt quilibet ei donare possit. *l.illud,C. de sacros.Eccl.*sicut etiam,quòd ei relinqui possit. *l.*1. *C. eod.*Et quòd ei & Clericis vendi possit, *l.final.C.de sacrosanct. Eccles.* cum aliis suprà adductis; quin imò expressè prohibitum est fieri statuta contraria prædictis priuilegiis. *cap.fin.de immun. Eccles.in* 6.meritò de vno casu ad alium argui non potest.

3. Secundò respondetur pactum esse voluntarium, & de rebus paciscentis tantùm procedit;sed statutum esse necessarium & generale quoad bona immobilia omnium: vnde quia per statutum saltem per indirectum impeditur alienatio efficaciùs,quàm per pactum, ideò argumentum de pacto ad statutum non valet. Ripa *in l.filiusfamilias,* §.*Diui,sub num.*82. *vers.nam pactum, ff.de legat.*1.

4. Ad tertium argumentum: quòd validum est statutum disponens Monasterium ingredientem non succedere.Respondeo contrariam opinionem contra Bartolum esse communem, quam sequitur Iason *in l.final.C.de pactis,n.*25. Decius *n.*28. Cagnolus *n.*105. Paulus de Castro *in l.si quis ad quod, n.*8. *ff. de iurisdict.omn.iudic.*Ripa *in l.exacto,* §.*si quis rogatus, n.*39. *ff.ad Trebell.* Pasethus *consil.*30.*&* 31.& ita determinauit Sacra Rota in vna Assisiensi bonorum die 31. Maij 1606. coram Marcomontio. Non est igitur verùm valida esse statuta, quòd bona ingredientium non transeant in Monasterium,quia respondetur statuta prædicta non valere, quando per ea ingrediens Religionem inhabilitatur ad successionem. Abbas *in repetit.cap.Ecclesia Sanctæ Mariæ, n.*35. *vers.Statutum*

Sup. hoc in Res. 1. non præterita §.Tertiò.

circa

circa iam ingreſſum, de conſtitutionibus.

4. Sed pro dilucidatione veritatis ad individua deueniendo. Pone; quòd ſtatutum excludat fœminas à ſucceſſione ab inteſtato ſtatibus maſculis, quæritur an excludat filias Moniales, & diſtinguitur; Aut ſtatutum generaliter modo, quo ſuprà, loquitur, & perſona, de cuius ſucceſſione tractatur, non erit religioſa tẽpore conditi ſtatuti, & tunc cùm tranſeat in Monaſterium cùm illa impotentia ſuccedendi, ligatur tali ſtatuto etiam facta Monacha, cùm per ingreſſum non efficiatur deterioris conditionis. Socinus ſenior *conſil. 81. in præſenti conſult. n. 5. vol. 1. & in conſil. 230. Viſo teſtam. ſub num. 8. verſ. tertiò, & vlt. vol. 2.* Ruinus *conſil. 45. Præſuppoſita donatione, num. 15. vol. 1.* Socinus iunior dixit magis veram & communem *in conſil. 25. pro vera, num. 11. vol. 3.* Pariſius atteſtatur de communi & in iudicando & conſulendo ab ea non eſſe recedendum, *in conſil. 40. ſi ius commune, num. 16. & 24. vol. 3.* Laurent. de Palatiis.... *quòd ſtantibus maſculis ſub num. 100. verſ. ſi verò ſtatut.* Hondedeus *conſil. 11. verſ. ſtatutum Caſſianum, n. 37.* poſt infinitos ab eo relatos *vol. 2.*

5. Aut ſtatutum non loquitur generaliter, ſed ſpecificè, vt puta, quia excludat mulieres Religioſas: & tale ſtatutum non valet, ſiue loquatur de ingreſſa, ſiue de ingrediente: Ancharanus *in conſil 108. in paucis verbis, num. 1. & 2.* Abbas *in cap. quòd Clericis, n. 40. de for. compet.* Felinus poſt alios *in c. in præſentiarum, num. 38. de probat. in cap. Eccleſia S. Mariæ, num. 78.* vbi Decius dicit magis communem *num. 49. de conſtit.* idem Abbas *in conſil. 111. in cauſa Catharinæ, ſub n. 4. verſ. venio nunc ad ſecundam, volum. 2.* Alexander *in conſil. 138. Viſo themate, num. 13.* dicit magis communem *volum. 2.* Socinus ſenior teſtatur de communi *in conſil. 81. in præſenti conſultatione, num. 5. verſ. circa primum caſum, volum. 1.* & de magis communi *in conſil. 241. circa primam difficultatem, ſub num. 2. verſ. ſecunda eſt, volum. 2.* Mathes *ſingul. 144. nota mirabile.* Brun.... *quòd ſtantibus maſculis, art. 6. quæſt. 2. num. 35.* Ruinus *in conſil. 204. Pulchra eſt, num. 10. volum. 1.* Ancharanus iunior *in quæſt. familiar. 20. teſtatur. nu. 6. part. 1.* Rolandus *in conſil. 35. Illuſtriſſimus & Excellentiſſimus Princeps, num. 26. vol. 3.* Si ergo ſtatuta ex aduerſo allegata ſunt generalia, includunt etiam Moniales, cùm ipſæ ingreſſæ ſint Monaſterium cum illa impotentia ſuccedendi, nec efficiantur deterioris conditionis per ingreſſum: ſi verò ſtatuta ſint ſpecifica, non valent.

RESOL. XVII.

Reſponſio ad quartum argumentum. Ex part. 6. tract. 3 Reſol. 9.

§. 1. AD quartum argumentum, quòd aliud ſit ſtatuere ſuper bona Eccleſiis acquiſita, aliud ſuper bonis quærendis, ſuper quæ licitum eſt Principi condere ſtatuta.

2. Reſpondeo primò, Sacros Canones de hac materia abſolutè, & ſine vlla diſtinctione loqui, videlicet, tam reſpectu bonorum acquiſitorum, quàm acquirendorum, vt patet *in c. bene quid. 96. diſt. & in c. Eccl. S. Mariæ de conſtitut. & in c. de rebus Eccl. non alienand.* Et in ſpecie, quòd iſta diſtinctio de bonis Eccleſiis acquiſitis, vel acquirendis non ſubſiſtat; probatur ex textu *in cap. ea enim. 10. quæſt. 2. deſumptus ex l. iubemus, §. 1. verſ. ea enim, C. de ſacroſanct. Eccleſ.* quem ponderat Cardinalis Albanus *tract. de immunit. num. 12.* & Mandellus *conſil. 8. num. 20.* approbantes prædictam diſtinctionem, aſſerendo immunitatem Eccleſiaſticam fuiſſe conceſſam pro bonis acquiſitis & acquirendis.

3. Reſpondeo ſecundò prædictam diſtinctionem apertè pugnare cum definitione Eccleſiæ *in c. 1. de immun. Eccl. in 6.* vbi Alexander V. prohibet Laicis tallias, collectas, ſeu exactiones quaſcumque Eccleſiis, vel perſonis Eccleſiaſticis imponere, vel exigere ab eiſdẽ pro bonis quibuſcũque hactenus acquiſitis, vèl impoſterum acquirendis. Et ratio huius deciſionis eſt, quia priuilegia, quocumque titulo Eccleſiis conceſſa, non ſolùm competunt pro bonis tunc acquiſitis; ſed etiam extenduntur ad ea, quæ poſtea ad Eccleſiam peruẽtura ſunt, vt patet *in d. l. iubemus, §. 1. C. de ſacroſanct. Eccl. & c. ea enim 10. q. 10.* & id operatur fauor animæ, & priuilegium piæ cauſæ.

4. Nec valet dicere, quòd Prælatus in acquirendis poſſit Eccleſiæ præiudicare, vt tenet Federicus de Senis *conſil. 9.* & videtur communis opinio, vt dicit Iaſon *in l. leg. n. 15. & 16. ff. de leg. 1.* Nam reſpondetur, non eſſe veram hanc concluſionem, quòd Prælatus in acquirendis poſſit Eccleſiæ præiudicare: cùm Baldus ipſe contrariam tenuerit opinionem *in l. contra iuris, 1. §. 1. ff. de pact.* & Ancharanus *in c. vt ſupra, n. 6.* vbi Imola *n. 15. de reb. Eccl. non alien.* & alij, quos refert Alexander *in l. leg. circa finem, n. 2. verſ. & iſta eſt, ff. de legat. 1.* vbi hanc opinionem vocat magis communem.

Sed quicquid ſit de hoc, certum eſt in noſtro caſu recurrendum non eſſe ad iſtas controuerſas opiniones; cùm ſit clarè determinatum *in d. c. 1. §. fin. de immun. Eccl. n. 6.* vt ſupra viſum eſt.

5. Nec etiam obſtat, quòd Baldus *conſil. 11. n. 3. inter conſil. Ancharani,* & Mandoſius *in addit. ad Lupum, allegat. 42. in verb. ſic ſtatuere,* & alij tenuerint; quòd per ſtatutum Laïcorum præiudicari poſſit Eccleſiæ, ſeu perſonis Eccleſiaſticis in quærendis bonis, ſi Laici id non faciant malo animo: quoniam reſpondetur conſiderari debere affectum, non animum; nã cuius finis malus eſt eius præordinatio præſumitur doloſa: & ſic etiam præſumptiuè includitur malus animus, vt notat Crauetta *conſ. 15. n. 4.* per text. *in l. ſi quis adulteris, C. de adulter.* Vnde ſtatuendo circa acquirenda, & ordinando ne Eccleſia acquirere poſſit contra textum *in d. c. 1. de imm. Eccl.* malus animus, & mala intentio, & dolus præſumitur in ſtatuente. Ergo, &c.

RESOL. XVIII.

Reſponſio ad quintum, & ſextum argumentum? Ex p. 6. tract. 3. Reſol. 10.

§. 1. AD quintum argumentum. Quòd ex frequẽtia bonorum ſtabilium in perſonas Eccleſiaſticas, Laïci in dies penitus depauperantur, & vires Reipublicæ ita in dies minuuntur vt breui timendum ſit ne tuendo imperio non ſufficiant; quod in detrimentum nedum Laïcorum, verùm etiam Eccleſiaſticorum, qui ſub eorum defenſione & tutela tranquilli diuino cultui inſeruiunt, vergeret. Sup. hoc ſupra in Reſ. 9. §. Quinto quia.

2. Reſpondeo primò, quòd ego in hoc argumento agnoſco Huſſium: tetram illam peſtem Eccleſiæ: nam in libro de ablatione bonorum temporalium à Clericis, ſic ait. Cùm quotidie poſſeſſiones accreſcunt Clero, & decreſcunt Baronibus Militibus & aliis ſæcularibus, poteſt euenire de facili, quòd tota poſſeſſio ad Clericos Regni Bohemiæ deuoluatur, & pluſquam quarta pars Regni ad Clericos deuolu-

ta est. Ita ille. Vidisti à quo penu mutuatum sit supradictum argumentum, & ex quibus lacunis aquas hauriant aduersarij? Respondeo secundò quòd non adest periculum, vt propter alienationem bonorum stabilium in Ecclesias, Respublicæ in illo statu deueniant: quod patet ab experientia tantorum annorum. Et si principes ratione adducta in argumento in hoc se grauatos sentiant, recurrant; vt rectè obseruat Hostiensis *in c. cum Laicis, n.10. de reb. Eccles. non alien.* & alij, recurrant inquam, ad Summum Pontificem, & non de facto leges condant contra immunitatem Ecclesiasticam. Sed aduersarij non tantùm ad pecunias, vt benè docet Iacobus Gretserus *in considerationibus ad Theologos Venetos, l.3. consil. fol.311.* oculos nimis politice reflectere, sed ad altiora oculos attollere deberent, & pro certo statuere, licet fisco aliquid decedat, per hoc quòd bona immobilia Deo & Ecclesiæ dedicãtur & consecrantur; aliud tamen longè præstantius, & ad propulsandos hostes multò efficacius accedere, nimirum cœlestem opem, diuinúmque subsidium semper procliue & promptum. Quis Christianus abnuat Deum nequaquam pati, vt liberalitas Laïcorum in Ecclesias immensam suam beneficentiam superet, dum cultus eius propagatur & amplificatur, neque enim frustrà se coli finit Deus.

3. Sed non desinam hîc adnotare id quòd eruditè obseruat Adamus Tannerus *in defens. libert. Eccles. lib.1. cap.15 fol.151.* hanc quantumcumque bonorum Ecclesiasticorum copiam ab aduersariis amplificatam multum abesse ab ea bonorum parte, quam in Ciuitate optimè constituta Aristoteles voluit diuino cultui esse addictam: ita enim scribit *lib.7. polit. cap.10.* Præterea in sacrificiis cultúque Deorum sumptus communes esse totius Ciuitatis. Est igitur necessarium in duas partes regionem diuidere, aliam publicam, aliam priuatorum. Vtraque illarum partium rursùs diuidenda est: illius namque partis, quam publicam debere esse diximus, vna pars Deorum cultui deputanda est, altera verò ad comessationum impensam. Rursùs verò priuati pars vna ad proprias necessitates est deputanda, altera verò ad Ciuitatem. Sic Aristoteles. In quibus verbis apparet, vt notat Tannerus quartam partem soli destinari cultui sacro, & nihilominus Sacerdotibus vt priuatis suam partem relinqui. Verùm pro responsione supradicti argumenti, ne deseras etiam recognoscere me ipsum *in cit. ref. 3. tr.1. part.5.*

Quæ hic est supra Ref.2.

4. Ad sextum argumentum ex auctoritate Doctorum & ab exemplis; in quo maximè se fundat Anonymus Additionator. Respondeo quòd Signorolus communiter ab omnibus Iurisconsultis, Canonistis, atque Theologis reprobatur, vt *suprà* satis visum est. Adde quod ipse agit de statuto generali disponente, nulla facta mentione specifica de Clericis & Ecclesiis; licet etiam in casu statutum ex se inualidum sit; & ideò opinionem supradicti Signoroli; in fauorem statuti Mediolanensis ipse Senatus non sequitur vt ex Carpano obseruat Menochius *consi.878. num.10. in fine, volum.9.* Baldum verò esse sibi contrarium patet ex *consil.132. lib.3.* Imo *in l. finali, Cod. de sacro sanct. Ecclesiis*, cantauit palinodiam de doctrina, quam docuit *in cap. quæ Ecclesiarum, num.8. de constitutionibus, & in capite Clericis, num.2. de iudiciis.* De Barbatia dicam id, quod asserit Rodericus Suarez *in l. .. tit.... De las ganancias del Marido, y de la Muger, lib.3. fori, num.44.* vbi consulit iudicibus, vt non ante oculos, imò post terga semper opiniones eius relinquant: vanæ enim sunt cogitationes hominis; volens singularis demonstrari vitio inconstantiæ & inanis gloriæ, profert in sua lectura infinita, quæ conscientiæ & famæ suæ consultius fuerat illa tacuisse. Ita ille. Et Felinus *in cap. caterum. num.10. de rescript.* asserit Barbatiam desiderio impugnandi communes opiniones deliraße. Adde quòd tanquam varius & inconstans pro hac sententia non est allegandus: nam *in c. cum Laicis, de reb. Eccles. not. alienand. num.9. & 10.* asserit ponderandum illum textum destruentem dictum Baldi *in capite, quæ in Eccles. de const. & in capite, Cleric. de indic.* vbi dixit valere statutum Laïcorum disponens, quòd in Clericum non possit alienari res immobilis, quia contra Baldum videtur hic casus. Ita *ibi* Barbatia. De Patre Molina, non potest negari virum fuisse doctissimum, sed Surdus *consil.301. n.56.* asserit aliquando fuisse hallucinatum, dum sæcularibus Principibus vult gratus fieri. Ita ille. Sed quid immoramur respondendo particulariter ad aliquos paucos Doctores, quos Anonymus affert, cùm communis opinio sit in contrarium, & nulla sit auctoritas Doctorum, vbi adsunt in contrarium Sacri Canones, & determinationes Summorũ Pontificum.

5. Ad exempla verò, quæ ipse adducit. Respondeo non esse exemplis iudicandum, sed videndum quid de iure tenendum sit: verùm ad omnia, quæ Anonymus affert, sigillatim respondeo. * Et ad primum, quòd in Dominio Veneto hoc statutum sit in viridi obseruantia, cum hac tamen conditione, quòd quoad bona donata, vel testamento relicta; teneatur Ecclesia infra biennium exponere extra manum. Respondeo quòd supradicta conditio, vt infra biennium teneatur Ecclesia ponere extra manum immobilia sibi relicta, non iustificat hoc statutum, vt docet Speculator *tit. de locato, §. num aliqua, num. 142. vers. centesimo decimo sexto, in fin.* Archidiaconus *in cap. Romana, verb. consuetudine, de appellat. in 6.* vbi affirmat non valere consuetudinem, vel statutum, quòd Ecclesia sibi rem ex testamento relictam, teneatur alienare intra annum, vel aliud simile: pro quo allegat Canones *in cap. quæ in Ecclesiarum, de constitut. & in cap. cum Laicus, de reb. Eccles. non alienand.* Quinimò hanc conditionem damnauit Alexander IV. tanquam contra libertatem Ecclesiasticam *in cap.1. de immun. Eccl. in 6.* clarissimis verbis: quos ego adduxi *in dicta ref.5.* cui Anonymus additionem apposuit: quod expresè esse contra libertatem Ecclesiasticam notauerunt etiam Ioan. Andreas *in cap. final. num.2. de immun. Eccl. in 6.* Abbas *in c. relatum, num.5. de testament.* Ancharanus *cons.61. num.2. & consil. 155. num.6.* cum aliis communiter: Ergo, &c.

* Sup. hoc §. non. seq.

Sup in Ref quæ hic est 9. §. Sexto. & lege doctrinam Resolut. annot. 1. post seq.

6. Ad exemplum Regni Galliæ, in quo adest ius amortizationis: Respondeo; quòd Petrus Iacobus Doctor Gallus *in Pract. tit. de successione Regni Franciæ, fol.76. pag.2. col.4. in vetusta impressione, vel fol. 120. pag. 2. col. 4. in recentiori editione Lugdunensi, anno 1535. vers. non igitur credant*, inuehitur in Reges & Consiliarios, qui hoc amortizationis genus Clericis & Ecclesiis contra sacros Canones imponere audent, & Reges in dictam amortizationem consentientes asserit teneri eam restituere, & damna resarcire in foro conscientiæ, in foro ciuili, & in foro Ecclesiastico, & obligari ad iudicandum contra se, vel ad constituendum aliquem iudicem, cui se subiiciant. Addit Doctores Iuris Canonici, & Ciuilis, & Magistros in Theologia debiliter loqui, & in scholis, & alibi conniuentibus oculis pertransire, & Consiliarios Regios expalliare timentes displicere Regi, si dicant veritatem. Respondet etiam rationibus & argumentis, quibus ius amortizationis defenditur docéque

Sup. hoc §. pra in Ref. 9. §. Vlt. & in Ref. 4. & lege. etiam allam Ref. earum annot. & infra Vide. doctrinam Ref. in quem.

docétque esse fallacia & periculis plena, & expressè contra sacros Canones; & propterea Confessores & Religiosos debere consulere Regibus, ne irritent Deum contra se in adinuentionibus suis. Hæc omnia Petrus Iacobus. Cæterum quidquid fuerit de tali consuetudine, & an obseruata fuerit in Regno Galliæ, certum est his temporibus consuetudine ista non grauari ampliùs statum Ecclesiasticum per constitutiones Henrici II. Caroli IX. Henrici III. & Henrici IV. vetantes, ne Clerus bona recens quæsita extra manum suam ponat, aut pro illis amortizandis quidquam soluere compellatur: Et parlamenta illius Regni approbant acquisitiones rerum stabilium per Clerum factas. Vide Annæum Robertum *lib. 2. rerum iudicatarum, cap. 21.* Adde quòd aliqui defendunt legem Amortizationis in Gallia ex ratione particulari, quam videbis apud Tortium *in Apologia pro libertate Ecclesiastica, ad Gallum Francum, fol. 14.* Antonium Bouium *in respons. ad considerationes Pauli Seruitæ, part. 3. ad quartum argumentum, fol. 44.* Paponium *lib. 1. capite 5. num. 5.* & alios. Quæ quidem ratio non procedit communiter in aliis Regnis. Ergo, &c. Sed quia suprà audiuimus Gallum contra ius amortizationis loquentem, audiamus & Hispanum: Et is erit Ioannes Beltran de Gueuara *in propugnac. libert. Ecclesiast. assert. 1. §. 6. num. 12.* vbi sic ait. Fuit & aliquando apud nos in Regno Castellæ lex amortizationis à Rege Ioanne II. lata Pintiæ anno 1442. scripta in libro ordinationum Regum Catholicorum *l. 7. tit. 9. lib. 5. Ordinat. Veter. Reg. Cathol.* vbi cautum erat, ne quis alienaret bona immobilia in exemptos à Regia iurisdictione: Quòd si alienauerit rem immobilem, quinta pars valoris rei Regi daretur, quam imposuit super ipsis rebus; ita vt cum hoc onere transeant ad quoscumque, iuxta doctrinam Bartoli *in l. rescripto, §. 1. de mun.* Quæ lex meritò à Catholico, & à sapientissimo Rege, ac Domino Nostro Philippo II. (cuius animam in pace apud Deum requiescere credimus) non fuit recopilata in noua recollectione Legum nostrarum eius iussu edita; immò fuit inde sublata, ac proinde correcta, iuxta procœmium illius collectionis; in qua habemus aliam legem, quæ est *l. 3. tit. 3. lib. 1.* quæ prohibeat leges fieri contra libertatem Ecclesiasticam. Ita Gueuara. Vide me ipsum *in part. 4. tract. 1. resol. 57.* vbi multos alios Doctores adduco asserentes leges Amortizationis esse contra libertatem Ecclesiasticam, quibus adde Adamum Tannerum *in defens. Eccles. libert. lib. 2. c. 17. fol. 435.*

Quæ hic est sup. §.

RESOL. XIX.

Continuatur responsio ad sextum argumentum? Ex p. 6. tract. 3. Resol. 11.

§. 1. AD exemplum verò Regni Portugalliæ, in quo Anonymus asserit similem legem adesse prohibentem bona stabilia in Ecclesias alienari posse. Respondeo, vt constat ex Regestis Innocentij II. Honorij III. Innocentij IV. Clementis IV. Gregorij X. Martini IV. & Nicolai IV. Reges Portugalliæ Sanctius, & Alphonsus III. & Dionysius quasdam prauas consuetudines & leges contra Ecclesiasticam libertatem in eo Regno introductas moniti sunt abolere. Sed quia hoc facere distulerant, Alphonsus, & Dionysius excommunicati fuerunt, & Regnum interdicto suppositum. Et tandem Rex Dionysius precibus Prælatorum Regni Portugalliæ à Nicolao Papa IV. fuit absolutus, cùm à Gregorio X. fuisset excommunicatus ad quem effectum fuit habitum publicum consistorium, in quo Regis Dionysij Oratores præstiterunt iramentum in animam Regis de parendo mandatis Ecclesiæ, vt patet ex literis Nicolai IV. datis Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem X. Calendas Aprilis Pontificatus sui 11. id est, anno Domini 1290. Omnes quoque Portugallenses fuerant à vinculo, quo tenebantur soluti.

Sup. hoc fus. pos. in Resol. 9. hab. & in Resol. 18. lege 3. ad fex. num. vbique in totum dic. Resol. & supra vide dubitatum Resol. 4. & hic cum an.

2. Scio aliquos Doctores hanc legem in dicto Regno Portugalliæ adhuc iustificare ex priuilegio & concordato obtento à Summo Pontifice: quod si re vera extet, videant illi ad quos spectat: nam Doctissimus & Amantissimus Dominus meus Franciscus Albici S. Officij Assessor in quodam responso firmat tale priuilegium seu concordatum non extare & certè qui priuilegium se dicit habere * tenetur illud in authentica forma demonstrare, vt patet ex *cap. 1. de fid. instrument.* & ex *cap. porro, de priuileg.* ibi Abbas, Decius & alij, quos citat & sequitur Barbosa *in collect. tom. 2. lib. 5. tit. 3. c. 3. n. 5.* Rota Romana in vna Oscensi Canonicatus die 1. Decembris anno 1595. coram Pegna. & docet nouissimè Ioannes Antonius de Saura in voto Platonis de primis instantiis, & aliis recursibus §. 1. *fol.* 48. *col. 2.* quibus adde Pesantium *tract. de immun. Eccles. disp. 3. n. 2.* vbi sic asserit: Dico esse videndum, an verè is habeat priuilegium? qui dicitur habere; & ipsius esse illud ostendere; quando fiat instantia; item fuerítne vnquam derogatum. Ita ille.

* Sup. hoc supra in tr. 2. Resol. 14. §. 7. ad quartũ à lin. 6. vers. Adde quod & in aliis vers. eius not.

3. Non desinam tamen hîc adnotare, quòd etiam suppositâ iustitia dictæ legis in Regno Portugalliæ adhuc aliqui asserunt licitum esse instituere Capellas & Oratoria, & Anniuersaria Missarum in Ecclesiis Regularium; vnde Anastasius Germonius *in assertione libertatis Ecclesiasticæ, cap. 7. fol. 75.* sic asserit. Hac quoque lege minùs obstante aliud Religiosis adinuentum est remedium, quo immobilia qualiacumque sint, ipsis acquiri possint impune. Vsu etenim receptum est, vnicuique priuato licere in Ecclesiis Regularium Oratoria seu Capellas instituere, vel certum Missarum anno quolibet recitandarum numerum, pro quibus verè potest bona stabilia relinquere; & hoc titulo à Regularibus & Monasteriis iustè acquiruntur, & retinentur: quia cum aliter fieret, experientia compertum est huiusmodi obligationes paruo temporis interuallo euanuisse in maximum piarum mentium detrimentum. Ita Germonius *loco citato.*

4. * Ad exemplum Regis Odoardi, qui etiam condidit legem, ne immobilia Ecclesiis relinquerentur in Regno Angliæ. Respondeo cum Ferdinando de Bastidia in Antidoto ad considerationem Pauli Seruitæ *in resp. ad arg. 47. fol. 125.* stante iniquitate huius Regis, ipsosmet Anglos in regno seditionem excitasse cum periculo Regis, qui tandem dictam legem sustulit: & quia Codex Bastidiæ rarus est, ponam hîc eius verba. [La legge che fece Odoardo, lo pose in estremo pericolo della sua rouina: per che questo Ecceſſo cagionò ne subditi vna manifesta Rebellione; onde fù forzato a suo mal grado rinouasse la legge fatta.] Vnde apparet ipsosmet Laicos cognouisse iniustitiã talis legis, quæ iram Dei contra Regnum excitare poterat. Vnde Theologi Seruitæ *in defens. cens. Paul. V. c. 7. fol. 142.* sic asserunt. [Odoardo Rè d'Inghilterra fece tale legge ma non poteua farla, perciò malamente là face.] Idem etiam docet Antonius Bouius *in respon. ad considerationes Pauli Seru. p. 3. ad 10. argumentum, fol. 42.*

* Sup. hoc supra in Resol. 9. §. vlt. in fine.

Sup. hoc cursim ibidem, in fin. vlt.

5. Ad exemplum de quibusdam statutis Germaniæ quòd affertur ex Gail. Respondeo dictum Gail dixisse prius esse communem opinionem, vt hæc statuta non afficiant Clericos; postea subdit in Germania obseruari contrarium. Itaque si communis opinio habetur pro veritate iuris, iuxta notata *in cap. iuuitaris, de constit.* Ergo, quod in contrarium seruatur, est de facto; quod allegare est allegare inconuenientia, de quibus conqueritur Papa *in cap. Clericis, de immun. Eccles. in 6.* dicens: quòd nonnulli Ecclesiarum Prælati, & Ecclesiasticæ personæ trepidantes, vbi trepidandum non est, transitoriam pacem quærentes, plus timentes majestatem temporalem offendere, quàm æternam, abusibus præiudicantibus libertati Ecclesiasticæ non tam temerariè, quàm improuidè acquieuerunt.

6. Sed ad dicta exempla Germaniæ & Saxoniæ, quæ adducit Anonymus, Respondeo cum Antonio Bouio *in resp. ad consider. Pauli Seruitæ, part. 3. ad 10. argumentum, fol. 42. & 46.* vbi sic ait. [Di Carlo Magno non hò mai letto, che in Sassonia vi fosse tale legge mà se la fece, s'hà da tenere per fermo la facesse di consenso de Vescoui; essendo che esso non promulgaua manco le leggi Ciuili senza il Consiglio de Vescoui, come se può vedere nelle Prefattioni delle sue Capitolari. E se in alcun stato de Germania vi furono simili leggi, furono riuouate da Federico II. & da Carlo IV. Imperatori, ed in specie questa, di cui trattiamo. E fù statuto che se l'auuenire alcuno la tornasse à fare, fussero ipso iure nulle. E queste constitutioni Imperiali sono referitte, e confermate dal Concilio Constantiense. Ne gli altri Regni di Spagna, non è vero che vi sia simile legge. E vero che Ferdinando terzo fece vna simile legge contra le Monache di Sã Domenico de Madrid: mà non si tosto fù ammonito del Papa Gregorio IX. con vn suo Breue, che la riuocò, come riferisce Ferdinando del Castillo nell'historia del Domenicano *lib. 1. c. 41.* Similmente è vero, che i Procuratori delli Regni di Spagna hanno procurato, è con Carlo V. è con Filippo II. che si prouedesse di fare questa legge, allegando molte raggionne danni, ed inconuenienti: però non si sono mai questi Religiosissimi Principi arrogato di porterla fare, ne preso ardire di farla, fu loro fatta instanza di questa legge nelle Corti fatte in Valladolid nell'anno 1523. alla petitione 45. E nelle Corti di Segouia nell'anno 1592. alla potitione 61. e nelle Corti di Madrid nell'anno 1534. alla petitione 9. In quelle de Valladolid nell'anno 1548. petitione 126. E finalmente in quella di Madrid 1579. che finirono l'anno 1582. nella petitione 18. Con tanta instanza molestati & importunati questi Principi, non però mai fecero tale legge, ne dissero di poter la fare: mà sempre risposero, che hauerebbero procurato col Papa, che comandasse si facesse, e la confermasse.] Hucusque Bouius.

Sed quid moror in refellendis exemplis, quæ Anonymus in sua additione contra nostram sententiam adducit; cùm non quod factum sit, sed quid fieri debeat spectandum sit. *ex leg. sed licet. ff. de offic. Præsid. & ex cap. cùm causam, de elect.* neque exempla nisi bona sequenda sunt, vt tradit Aulus Gellius *lib. 10. Noctium Atticarum, cap. 19.*

Et hæc dicta sufficiant circa præsentem quæstionem quam defensionis causa coactus sum fusius explicare & quia cum in prima impressione dictæ 5. partis fuerit apposita Additio simpliciter siue additamento reuisoris; aliqui putauerunt me sententiam mutasse, & illius fuisse Auctorem, & non nostrum Anonymum cui in mentem reducam verba D. Hieronymi *Epist. 2. ad Nepot.* similem legem, quam ipse defendit, detestantis, & sic asserentis. *Sacerdotes Idolorum, auriga & scorta, hæreditates, & c. solis Clericis & Monachis hoc lege prohibetur.* Ita ille.

RESOL. XX.

An Statutum, siue lex inualidans donationem omnium bonorum factam à Patre filio Clerico. sit contra Immunitatem Ecclesiasticam? Ex part. 3. tract. 1 Resol. 3.

§. 1. NEgatiuè respondet Azeuedus *tom. 3. lib. 5. titul. 10. l. 11. num. 18. recopil.* & Matienzo etiam *in l. 11. tit. 10. lib. 5. gloss. 5. num. 3.* & Vasquez *opusc. de restit. cap. 6. § 1. dub. 2. num. 34.* vbi sic asserit. Notandum quòd *lib. 11. tit. 10. lib. 5. recopilat.* efficitur nulla ipso iure donatio facta à parentibus omnium bonorum alicui filio exempto vtpote Clerico, quia præsumitur, quòd fiat in fraudem tributi Regij, & existimo in conscientia esse nullam donationem, nec id est contra immunitatem Ecclesiasticam, Ita Vasquez.

2 Sed multi contrariam sententiam docent per ea, quæ adduximus *infra in resolut. 14.* & putant non posse legem Ciuilem hanc præsumptionem inducere, vt alienatio facta in Ecclesiam, fieri videatur in fraudem Fisci, vel tributorum, & ob id esse validam docent; & ego puto contra Vasquez, etiamsi opinio negatiua esset sequenda, talem donationem si non fieret in fraudem tributorum esse validam, non solùm in foro conscientiæ, sed etiam in foro externo, & ideo Inrisconsultus Flores de Mena *var. qq. lib. 2. quæst. 21. §. 2. num. 73.* sic asserit. Si absque vlla fraude, & in casibus à iure permissis aliquis fecisset donationem omnium bonorum, vel maioris partis, & hoc probaretur, quòd tunc etiam deberet liberari; nam illa lex non impedit homini libero liberam administrationem rerum suarum modo licito, & in casibus à iure permissis, nec irritat ipso iure dictam donationem, sed solùm præsumit fraudulentam, & eam annullat ipso iure ad effectum procedendi, & non ad alium. Quod amplius apparet, quia lex illa dat licentiam donatori allegandi de suo iure; ad quid ergo seruiret illa licentia, si donatio semper, & quacumque via esset nulla, quia tali existenti, quidquid allegasset, vel ab illo, vel ab ipsius bonis posset Fiscus sua tributa exigere. Vnde apertè concludendum est præsumptionem in illa lege, non esse iuris, & de iure; quia potest probari contrarium, sed solùm iuris, ac proinde esse nullitatem præsumptam, & reuocabilem comperta veritate, & non veram. Ita ille. Notandum est etiam quòd dicta præsumptio non procedit ex sola donatione, nisi cum donatione alia suspicio, & indicium appareret.

TRACTA

TRACTATVS QVARTVS,
DE
ADORATIONE,
QVA SVMMVM PONTIFICEM Catholici venerantur.

RESOLVTIO PRIMA.

An sit licita adoratio, quam Christi fideles Summo Pontifici præbent?
Et negatiua sententia Hæreticorum affertur? Ex p.11. tract. addit. 1. Resol. etiam 1.

Responsio ad argumenta Hæreticorum prima in tota hac tractatione infra Resol. vsque ad Resol. sexta huius capitis.

§. 1. HÆRETICI hostes infensi Romani Pontificis prorsùs variis scommatibus, & dicteriis adorationem Pontificiam impetunt, ac lacerant; & ideò Theodorus Reinhingh. *in tract. de regim. sæcul. & Eccles. lib. 1. claus. 2. c. 4. num. 55.* sic ait: Pontifices se profitentur seruos seruorum verbotenus, re ipsa tamen volunt esse domini dominantium, & habere ius Regis Regum, Iason *in l. rescripta, Cod. de prec. imper. offer.* vnde Iacob. Fab. *in præf. instit.* Ergo Papa in verbis se dicit seruum seruorum, de facto tamen se adorari permittit. An non hoc est, humilitatis vestes, in superbiæ, & ambitionis stolam conuertere? Huc pertinet, quod verissimè simul, ac vetustissimè dixit Cornel. Agrip. omnium admirabilium admirationem hoc vincit, quòd nostri Sacerdotes iisdem mediis se Cœlum posse ascendere putant, quibus olim Lucifer Cœlo decidit, vt refert Meisner *de regim. Eccles. concl. 143.* Gregorium Magnum primum se seruum seruorum Dei appellasse, & Constantinopolitano Patriarchæ vniuersalis Episcopi titulum decreto abrogasse, Quæ verò huius assumpti tituli causa me latet: id tamen ex historia sacra occurrit, quod Noë describens filium suum Cham maledicendo imprecatur, quòd futurus sit seruus seruorum fratribus suis *Genes. 9. v. 25.* Hæc ille virulenter contra Pontificem euomuit, & alij eiusdem farinæ homines probant hanc sententiam. Primò exemplo D. Petri; nam vt scribit S. Lucas *Act. 10.* Factum est cùm introisset Petrus, obuius ei venit Cornelius, & procidens ad pedes eius adorauit; sed statim Petrus hanc adorationem recusauit; subdit enim ibi S. Lucas: Petrus autem eleuauit eum, dicens: surge, & ego ipse homo sum: Ergo asserunt hæretici, ex hoc facto apparet damnandam esse Pontificum exorbitantiam, qui honorem, quem sibi D. Petrus admittere recusauit, ipsi ab omnibus ad se accedentibus exigunt, & requirunt. Hinc notant Historici superbiam Heliogabali; vndè Lamprid. *in Alex. Imper.* ait: Ipse se adorare vetuit, cùm eam cœpisset Heliogabalus more Persarum: & Eutrop. *l. 9. de Diocl.* Adorari se iussit, cùm autem eum cuncti salutarent. Rectè itaque Paulus, & Barnabas à Lycaonibus recusarunt adorari. *Act. 10.* Et Angelus non permisit Ioanni, vt ad suos pedes procumberet, quia eius fuisse conseruum asserebat, *Apocalyp. 10.* & Mardocheus noluit genuflectere Aman, *Esther 3. & 13.* & tamen Pontifex, qui seruus seruorum nominatur, egregium adorationis cultum non solùm non respuit, sed etiam exigit, & admittit. Hæc, & alia similia euomunt hæretici contra Romanos Pontifices more solito: Et maximè conuitiis afficiunt morem illum Pontificis, qui cùm à fidelibus genuflexis adoratur, porrigit eis pedem Cruce signatum, vnde nebulones exclamant, Imperatores, & Reges portant Crucem super eorum capita, & diademata; Pontifex verò Romanus portat illam in pedibus, & ideò Papirius Masson. *l. 9. de Episcop. Vrbis.* adducit verba Iacobi Fabri super Institutum Iustiniani sic asserentis; Papa in verbis se dicit seruum seruorum se nominando; de facto tamen se adorari permittit, quod Angelus in Apocalypsi refugit. Videtur autem id dicere quasi damnans consuetudinem, moremque eorum, qui dimississimè procumbunt ad pedes Pontificios, vt signum Crucis in superficie serici calcei intextum deosculentur: qui mos an sit antiquissimus nescio; nondum enim omnia legi, sed hoc scio, consuedinem illam Cisalpinis populis minus probari, quàm Italicæ genti, ad huius generis obsequia, & demissiones natæ, illamque constitutionem Imperatorum Theodosij, & Valentiniani, quam Eudoxio Præfecto prætorio scribunt, non erit, opinor, superuacuum, atque inutile huic loco intexere *ex lib. 2. Codicis Iustinian.* seu Pontifices volent ea teneri, seu nolent; paria enim sunt in calceo Crucem gestare, atque humi eam pingere. Cùm sit nobis cura diligens per omnia superni Numinis Religionem tueri, signum Saluatoris Christi nemini licere vel in solo, vel in silice, vel in marboribus humi positis insculpere, vel pingere, sed quocumque reperitur, tolli, grauissima pœna mulctando eos, qui contrarium statutis nostris tentauerint, specialiter imperamus. Dat. 12. Kal. Iun. Herio, & Aradabri Coss. Hæc Papirius, quæ quidem valdè miror, Catholicum scriptorem dixisse, & illa acriter non impugnasse.

RESOL. II.

Ad supradictos errores repellendos supponitur, quænam sit adoratio, quomodo distinguatur; & actus, per quos exercetur, explicantur? Ex part. 11. tract. 1. addit. 2. Resol. etiam 2.

§. 1. SEd ad ipsos repellendos suppono ea, quæ doctè, vt semper solet, obseruat Lessius *de iust. lib. 2. cap. 38.*

*cap.*38.*dub.*1.*num.*4. vbi sic ait : Adoratio propriè nihil est aliud,quàm honor externo corporis gestu exhibitus , vt genuflexione , capitis apertione,inclinatione, osculo manus, & pedum, corporis in terram prostratione, &c. his enim,& similibus modis alios honoramus, testamur enim nostram submissionem, & alterius excellentiam. Itaque adoratio propriè consistit in externo illo gestu, quatenus est signum internæ æstimationis , reuerentiæ, & submissionis erga alterum , & consequenter illius quoque excellentiæ.

2. Notandum est etiam , omnem externam adorationem secundùm se esse diaphoram, & posse tam creaturis, quàm Deo exhiberi , nam genuflexio , & totius corporis in terram prostratio(quæ summæ videntur adorationes) etiam hominibus exhiberi solent : vt scripturis patet *Genes.*43. *&* 50. 3.*Reg.*1. 4. *&* *Reg.* 4. *Act.* 10. Itaque à sola intentione pendet, quòd per hæc, ista, vel illa honoris species deferatur; si enim externa illa submissionis nota intendas te alteri submittere tanquam Deo, & testari eius diuinitatem, erit cultus latriæ; si vt amico Dei, erit duliæ; si vt viro sapienti, potenti, erit obseruantia politica. Vndè idem actus externus, quatenus successiuè potest procedere à diuersa intentione, & accipi vt signum diuersæ excellentiæ in honoratis, & diuersæ existimationis reuerentiæ , & submissionis in honorante , potest successiuè esse actus latriæ , duliæ , & obseruantiæ politicæ.

3. Dicendum est itaque quòd nomen adorationis commune est cultui exhibito Deo, Angelis , & hominibus vt ex Scriptura sacra constat, *Deuter.n.*6. *&* *Matth.* 4. Nomen adorationis pro cultu tantùm Deo exhibitum vsurpatur : At *Gen.*19. applicatur ad Angelorum cultum; vidit enim Loth duos Angelos, surrexit, & iuit obuiam iis , adorauitque pronus in terram. Sed 3.*Reg.*3.*&* *alibi*, sæpè accipitur adoratio pro reuerentia hominibus facta.

4. Definitur adoratio in genere , vt sit submissio, & recognitio excellentiæ personæ adoratæ ex affectu illam sic recognoscendi,sic omnes DD. *ex Damasc. or.*1.*de imag. propè ab initio, & orat.*Potest ergo hæc adoratio Deo, & creaturis fieri,quia,in Deo,& creaturis excellentia reperitur adoratione digna. Si adoratio fiat Deo, erit submissio Deo tanquam supremo Principi, & infinitè perfecto , ex affectu illum sic recognoscendi. At si adoratio homini , vel Angelo fiat, erit submissio prouenies ex recognitione creatæ excellentiæ.Quapropter cum creata excellentia,& increata omninò diuersa sint, adoratio creatæ excellentiæ ; & increatæ omninò differunt. Vndè sancti ad eam distinctionem variis nominibus vtuntur , & adorationem Dei vocant latriam , & adorationem Sanctorum duliam; eam verò, quæ B.Virgini fit,hyperduliam, quia intra latitudinem creatæ excellentiæ omnium est excellentissima.

5. Notum est etiam , quòd præter supradictam distinctionem adorationis, alia est communis distinctio adorationis absolutæ, & respectiuæ.Adoratio absoluta est illa, qua quis alteri se submittit ob excellentiam illius, quæ adoratio soli creaturæ rationali , & intellectuali conuenire potest,quia sola illa capax est virtutis,sanctitatis, dominij,&c. quæ sunt qualitates constituentes obiectum dignum adoratione, solaque illa includere submissionem potest. Respectiua adoratio est, quæ fit alteri non propter excellentiam in illo residentem, sed propter respectum, quem habet ad aliud, & ratione cuius iudicatur honore dignus: hæc igitur rebus inanimatis conuenire potest, quia non sistit in illis,sed transit, & refertur ad personas, ad quas illæ res inanimatæ respiciunt, vt contingit in adoratione Imaginum ; sic Suarez *tom.*1. *in part.*3. *disp.*51.*sect.*2.*in fin.*Azor.1.*part.l.*9.*cap.*5.*qu.*4. Bonac. *tom.*2.*disp.*3.*de ador. punct.*1. *in fin.* Vasquez *de ador. disp.*3.*cap.*3.*in princ.*& hæc omnia docent Suar. *in* 3. *part.tom.*1.*disp.*51. *sect.*2.*tom.*2. Castrus Palaus *tra.*8. *disp.*1.*punct.*11.Vasquez *de ador.disp.*3.*cap.*3. Becan.*de iust.c.*84.& communiter Theologi, Baldellus*to.*2.*l.*3. *disp.*2. Malder.*de iust. tract.*10. *cap.*5. *dub.*3. Wig. *de iust.tract.*3.*cap.*3.*dub.*1.

RESOL. III.

Contra Hæreticos Summum Pontificem semper in Ecclesia fuisse adoratum genuflexione , pedum osculatione, &c.demonstratur ? Ex part.11. tract.... addit.1.Resolut.3.

§.1. His suppositis assero contra Hæreticos,licitè Summum Pontificem genuflexione , & osculatione pedum in Ecclesia semper adoratum fuisse propter excellentiam eius dignitatis : adoratio enim eo modo vt *suprà* diximus,non solùm Deo,sed etiam creaturis viuentibus competit : Quod Christi fideles intendunt facere,quando pedes Rom. Pontificis osculantur ; vndè Magist. Raphaël de la Torr. insignis Theologus Dominicanus *in* 2.2.*D.Tho.tom.* 2.*quæst.*84. *art.*5.*disp.*5. *num.*26. sic ait : Ex omnibus dictis in hoc discursu colligimus,osculari quempiam ad adorationem pertinere : similiter esse adorandi genus osculari sanctorum ossa, ac reliquias, vestes sacras , calices, Sacerdotum manus , Summi Pontificis pedes,& ad adorationem Religiosam pertinuisse olim, & modò etiam in Ecclesia Christi obseruari.Ita ille.

2. Adducã aliqua exempla,quæ contra hæreticos hunc morem adorandi Pontificem genibus flexis , eiusque pedes osculando , semper in Ecclesia apud fideles extitisse manifestè demonstrant.Et primò apud Surium *tom.*5.*die* 3. *Maij* habetur : Ostium aperiens Quirinus (sic verbatim acta ferunt) Sanctum vidit Alexandrum; itaque procidens ad pedes eius:Et *infrà* : Fecit ita Quirinus,& osculatus pedes S.Alexandri dixit,&c.

3. Secundò Baronius *sub anno Christi* 294. hæc asserit : Rediens verò Claudius domum , cùm hæc omnia Præpedignæ vxori nuntiasset,illa cum diù ante de fide Christiana sectanda consilium iniisset, sed viri impietate perterrita destitisset, audita viri tanta facta à Deo mutatione,repentè ad Caium Papam se contulit, ad pedesque procidens, eosque ex more(vt acta habent)exosculata,æquè se ad fidē recipi postulauit. Aderat cum eo & Susanna, quæ eam amanter suscepit.Vbi potissimùm verba illa perpendi debent, *eosque ex more exosculata.*Ex his siquidem fit perspectum,constantem iam olim antea fuisse morem eorum, qui ad Romani Pontificis præsentiam accedebant , aliquid gratiæ petituri, acclines , & pronos eiusdem aduolui pedibus , eosque cum osculis venerari,

4. Tertiò probatur *ex epist. Oriental. Episcop. ad Symmach.Papam ann.* 512.directa pro ipsorum in gratiam Apostolicæ Sedis susceptione. In hac enim sic venerandi, ac supplices , ipsum ad Symmacum Papam eloquuntur:Festina in auxilium nostrum,sciens sanctissime (sicut in principio dictum est)quia non opus habent sani medico,sed malè habentes. Quòd si parua existeret ægritudo,nos forsitan ad spiritualem nostrum medicum curreremus,quatenus & passiones

nes bonorum medicorum, id est glorioſorum Chriſti diſcipulorum, veſtrorumque Doctorum, & ſancta adoraremus tua veſtigia, & præuaricationis medicinam, & delicti remiſſionem de tuo ſancto ore ſuſciperemus.

5. Quartò, Anaſtaſius Bibliothecarius *in elect. Leonis IV.* quæ facta eſt anno 847. eundem ei cultum ex auito more fuiſſe exhibitum non modò à Clero, ſed & à ſactis proceribus, qui tum adfuerunt. Tunc omnes pergentes (inquit) cum gaudio multaque auiditatis lætitia ad Eccleſiam, in qua degebat beatorum quatuor Coronatorum, eum coactum, inuitumque exinde abſtrahentes cum hymnis, laudibuſque præcipuis ad Lateran. Patriarchium perduxerunt, qui morem conſeruantes antiquum omnes (eius) oſculari ſunt pedes.

6. Et tandem non deſeram hic apponere ea quæ narrat Paulus Æmilius *in ſua hiſt. de geſtis Franc.* loquens de Pipino Rege, & Stephano III. Papa; ſic enim inquit: Pontifici in Galliam venienti, officij cauſa ampliſſimus, ac nobiliſſimus quiſque ad primos fines occurrere Principes comitatus Carolo adoleſcentulo, cui ſua virtus, felicitaſque magni poſtea nomen indidit. Et Pipinus tertium à Cariſiaco oppido obuiam progreſſus, pedes, vt ferunt, exoſculatus, coërcere non potuit, quin in equo ſalientem ipſe pedibus ad frænum proſecutus, in regiam deduceret.

Et Alcuinus, vt vult Caniſius *tom. 6. antiquæ lectionis*, in quodam poëmate loquens de Carolo Magno, ſic eccinit:

Exemplo properans Carolus veneratus adorat
Pontificem, &c.

7. Quintò, patet exemplo Philippi Regis cum filio Ludouico; ſic enim refert Sugerius *in lib. de vita eiuſdem Ludou. cognomento Groſſi*; occurrit itaque ei ibidem Rex Philippus, & Dominus Ludouicus gratanter, & votiuè amore Dei maieſtatem regiam pedibus eius incuruantes; quemadmodum conſueuerunt ad ſepulchrum piſcatoris Petri Reges ſubmiſſo diademate inclinari; quos Dominus Papa manu erigens tanquam deuotiſſimos Apoſtolorum filios ante ſe reſidere fecit. De Ludouico verò Rege ſic aſſerit Sugerius: Vt autem vſque S. Benedictum ſuper Ligerim deſcendit, Dominus Rex cum Regina, & filiis occurrens, nobilem, & diademate ſæpius coronatum verticem, tanquam ad ſepulchrum Petri inclinans, pedibus eius procumbit, catholicum affectum, & deuoti ſeruitij affectum ei, & Eccleſiæ promittit. Cuius exemplo & Rex Angliæ Henricus ei Carnotûm occurrens, deuotiſſimè pedibus eius proſtratus, votiuam ſui, ſuorumque in terra ſua ſuſceptionem; & obedientiæ filialis promittit plenitudinem, &c.

Et ne in aliena vitula arare videar, hæc, & alia plura exempla inuenies apud eruditiſſitiſſimum Andream Sauſſay Gallum *in append. de oſcul. ped. Summi Pont. art. 3. per tot.* poſt ſuam Encyclopediam Epiſcopalem impreſſam.

8. Quod ante ipſum hoc etiam variis exemplis firmauerat Ioſeph Steph. Epiſc. Vaſtenſis Hiſpan. *in lib. de oſcul. ped. Rom. Pontif. cap. 17. per tot.* Et omnia ab ipſis *ſuperiùs* dicta paucis complectens ſic aſſerit Cornel. à Lapide *Iſai. cap. 49. verſ. 23.* Iuſtinus Imperator veniente Io. Pontifice Conſtantinopolim, cum tota vrbe illi obuiam proceſſit, & ad pedes eius procubuit, detrahenſque ſibi inſignia Auguſtalia, procidenſque ſuppliciter petiit, vt illis rurſum ipſum adornaret. Iuſtinianus Imper. Niceæ ad Conſtantini Pontif. pedes procubuit, eoſque eſt oſculatus. Idem fecit Carolus Magn. Romæ anno Chriſti 774. & eius auus Pipinus Steph. II. Pont. venienti in Franciam anno Chriſti 754. Idem fecit Ludou. Pius Caroli filius Sergio II. Pontif. anno Chriſti 844. Ita ille, cui etiam adde Thom. Boz. *de ſignis Eccleſ. tom. 2. ſigno. 86.*

9. Et tandem ad confirmationem ſupradictorum non deſeram hic apponere verba Innoc. III. *qui lib. 2. Myſter. Miſſæ cap. 27.* cum hanc oſculandi pedum cõſuetudinem huius facti exemplo, & imitatione deduxiſſet, ita ait: Subdiaconus, vel Diaconus non manus, ſed pedes Romani Pontificis oſculatur, vt Summo Pontifici ſummam exhibeat reuerentiam, & eum illius oſtendat eſſe Vicarium, cuius pedes oſculatur mulier illa, quæ erat in ciuitate peccatrix; Adorandum eſt enim ſcabellum pedum eius, quoniam ſanctum eſt, cuius pedes tenentes mulieres reſurgentem à mortuis adorauerũt: Et *l. 2. myſter. Miſſæ cap. 30.* aliam haud fere diſſimilem huius rei cauſam adduxit his verbis: Quod autem Subdiaconus cum Acolytho ad Epiſcopum accedit, illud inſinuat, quòd Ioannes cum audiſſet in vinculis opera Chriſti, duos ex diſcipulis ſuis miſit. Quia verò dextera Domini facit virtutem, ideò Subdiaconus oſculatur dexteram; quia verò per viſa miracula cognouit hunc eſſe, de quo Magiſter prædixerat, qui poſt me venit ante me factus eſt, cuius non ſum dignus corrigiam calceamenti ſoluere, pronus ad pedes calceamentum Romani Pontificis oſculatur.

10. Hanc verò conſuetudinem vetuſtiſſimam fuiſſe ex ordine Romano ante Gelaſium Papam conſcripto, & edito, apertè, & palam confirmari poteſt. Nam in ordine proceſſionis ita conſtituitur: Diaconus oſculans pedes Pontificis, petitaque benedictione venit ante Altare. In ordine verò qualiter Miſſa celebratur: deindè Diaconus oſculatur pedes Pontificis, & tacitè dicit Pontifex, Dominus ſit in corde tuo. Et in ordine, qui in aliis Eccleſiis ſeruari debet, ita habetur: Accedit Archiadiaconus, & genuflexo ante Epiſcopum, tãgat veſtimenta eius, præbens ſe ad pedem, reuertatur, & paulò poſt accedat Diaconus, & adorato altari genuflexus ante Epiſcopum, accipiat benedictionem, & præbens ſe ad pedes eius, & exibente manũ Epiſcopo, eam oſculatur; ita quòd in aliis Eccleſiis Diaconus ſe promptum ad pedem Epiſcopi oſculandum præbeat neceſſe eſt, cum tantùm manum oſculari debeat, in Eccleſia verò Romana, vbi Apoſtolica viget auctoritas, pedem venerari oportet: Et tamen claudam hanc reſolutionem cum verbis Io. Lorini *in Act. Apoſt. cap. 10. v. 25.* ſic aſſerentis: Exploratiſſimum eſt, hunc oſculi pedum Pontificis honorem, Pontifici detuliſſe ex Imperatoribus Iuſtinum ſeniorem, Iuſtinianum II. Federicum I. (& ſi ad oſculum pedũ non eſt ante admiſſus, quam officio fungi more maiorum compelleretur, Conſtantini præſertim Magni exemplo) & poſteriores deinceps omnes, vt omittantur Reges Pipinus, Carolus Magnus, & tam multi alij, ſed & inter priuilegia Romani Pontificis Gregorius VII. ſanctitate conſpicuus nono loco illud recenſuit, quòd ſolius Papæ pedes omnes Principes deoſculentur.

11. Iam inde etiam ferè ab Innocentij III. tempore, communi Principum omnium vſu litteræ præſcriptæ ad Pontificem in ſalutatione, pedum exoſculationem continent. Trita eſt quoque illa adiurandi, & obſecrandi venerabilem perſonam formula, *per veſtigia tua.* Habent ita acta perantiqua Suſannæ Martyris, Præpedignam Caij Pontificij de more pedes oſculatam. Hæc omnia Lorinus.

RESOL. IV.

Supradicta adoratio Pontificis non ſolum perpetuo vſu, vt viſum eſt, ſed etiam ratione nititur, exemplo videlicet

delicet Episcoporum? Ex part. 11. tract. addit. 1. Res. etiam 4.

§. 1. PRobatur euidenter, nam subditi tenentur genuflectere coram Episcopo, vt habetur *in cæremoniali Episc. l. 1, cap. 2.* ibi: Et sibi occurrentes subditos, qui genuflectere debent, *in lib. 2. cap. 8.* Et facit; quòd principibus excelsis hæc genuflexionis reuerentia tribuitur, Io. de Platea *in l. Decur. cap. de silent. l. 12.* Io. de Montaigne *de auth. conf. par. tra. de ord. confist. Regis num. 48.* Laudensis *de Principib. q. 173.* Cassaneus *in catal. part. 5. conf. 33.* Lancellot. *in templo l. 2. c. 1. §. 3. & §. 1.* Auiles *in c. prator.* Gloss. *A cada uno de vos salud y gracia num. 2.* Quòd Episcopus sit Princeps sæcularis, & temporalis, Agia *de exhib. auxil. fundam. 19.* & quod excelsus sit, & habeat excelsum honoris fastigium Rodoanus *de simon cap. 18. num. 4.* Ergo coram eo genuflectere debent tam Principes, quàm subditi, & magnam ei exhibere reuerentiam, vt consuluit Io. Cephal. *to. 1. consil. 1. num. 35*

2. Hinc olim Christi fideles pedes Episcoporũ deosculabantur, vt factum fuit S. Epiphanio, teste D Hieron. *ep. 61. ad Pammach.* vbi sic loquitur. Nonnè, cùm ad eum (Epiphanium) omnis ætatis, & sexus turba confluueret, offerens paruulos, pedes deosculans, fimbrias vellens: cumque non posset promouere gradum, sed in vno loco vix fluctus vendantis populi sustineret, &c. Sic etiam ad pedes S. Martini procidisse Imperatorem Valentinianum Fortunatus *lib. 3, in eiusdem S. Confess. vita* his versibus meminit:

Hinc celer exiliit rapiens se Cæsar, & ardens
Martini genua amplectens, pedibusque volutans: & infra.
Imperiale caput, Sancti ad vestigia subdens.

Leo Castrus *in Isai. c. 49. v. 23.* In vetustissimo (ait) codice Ordinis S. benedicti reperi, olim Reges Hispaniæ, cùm adirent Episcoporum Synodum, procumbere solitos toto corpore ad terram ante ipsos Episcopos, terram osculari; neque prius attollere se humo, quàm è suis illi sedibus surgerent, & Reges eorum pedibus circumfusos brachiis attollerent, & in sella regia pro dignitate collocarent.

3. De Francis habes Clotharium Regem, qui ad pedes Sancti Lupi Senonensis Episcopi supplex accidit.

4. De Longobardis ab Aribone IV. Episcopo Frighingensi scriptum est, Regem Longobardorum è Regia sella descendisse, & ad pedes Corbiniani Episcopi se aduoluisse.

5. Hinc S. Augustinus *Ser. 18. de verb. Apost.* ad Ecclesiam, ait: Curris, Episcopum videre desideras, ad eius pedes volutaris. Et S. Ambrosius *lib. de dignit. Sacerd. cap. 2.* Regum, ait, colla, & Principum submittuntur genibus Sacerdotum, & exosculatis eorum dexteris, orationibus eorum se credunt communiri.

6. Hinc Suidas sic inducit Leontium alloquentem Eusebiam Constantij Imperatoris vxorem, rogantem vt se viseret. Si me, inquit, vis ad te venire, seruato mihi reuerentiam Episcopis conuenientem, vt ingrediar quidem ego, tu autem mox è celso tuo solio descendens, cum pudore mihi occurras, deindè sedeam quidem ego, tu autem stes reuerenter, nec sedeas donec signo iubeam: Si his parere vis, visam te, sin minus, scito te non obtenturam, vt nos honorem Episcopis debitum prodamus, & in diuinum Sacerdotum ius simus iniurij. Hæc ille ad hæreticam Imperatricem.

7. Et hanc adorationem largitam fuisse dictis Antistitibus non solum obtentu sanctitatis, sed etiam ratione dignitatis probat Andreas Sausay *vbi sub. cap. 4.* & patet ex his, quæ adducit Ioseph. Steph. *loc. tit. 12. per tot.* Et ideò ratione eorum ministerij, & gradus, hanc venerationem Episcopis deberi docent Theologi, vt Tannet. Less. Baldell. & alij, *vbi sup.* Ergo vt optimè obseruat Io. Lorin. *in Act. Apostol. cap. 10, v. 25.* Ex Bzouio, & Card. Baron. à fortiori, & à minori ad maius dicendum est Summo Pont. competere, qui à Leone *ser. 2. de sua assump.* vocatur primus omnium Episcoporum, & ab Arnob. *in psal. 138.* Episcopus Episcoporum, & à Sixto I. *epist. 2.* & Victor. I. *epist. 1.* Episcopus Ecclesiæ vniuersalis.

8. Quod magis confirmatur, nam si talis cultus in rigore etiam Sacerdotibus competere potest, vt tradit Vasq. *in 3. part. tom. 1. disp. 98. cap. 1. num. 5.* Suarez *d. 52. sect. 3. §. Respondetur,* & alij: Vnde Tertull. *lib. de pœnit. cap. 2.* dixit: Plerumque ieiuniis preces alere, immiscere, lacrymari, & mugire dies, noctésque ad Dominum, Presbyteris aduolui, & charis Dei adgenicularj: cuius ritus etiam Epistola S. Dionysij *ad Demophilum* mentionem facit.

9. Si inquam licite tali ritu Sacerdotes possunt venerari, quantò magis dicendum est contra hæreticos ritè, & licitè hodie à fidelibus venerari Pontificé, quem suo *ser. de Cathedra S. Petri* vocat Sacerdotem magnum: & Fagund. *l. 4 cap. 3.* Sacerdotem primum inter Christianos Sacerdotes. Vnde ex his agnosce, amice lector, frontem, & impudentiam hæreticorum, qui non verentur auferre Summo Pontifici, quod Episcopis, imò Presbyteris concedere deberent. Obserua tamen quòd licèt *superius* dicta de Episcopis, & Sacerdotibus sint vera, hodie tamen communiter non practicatur, ex reuerentia (vt credo) Summi Pontificis, cui semper ritus genuflectendi, & osculandi pedes inuiolabiliter à Christi fidelibus obseruatur. Claudàm hanc resolutionem auctoritate Iosephi Hebr. qui *l. 11. antiq. cap. 8.* refert, Alexandrum Magnum adorasse Iaddum Ponti ficem Iudæorum: ergo quantò magis contra hæreticos dicendum est, licitè, & meritò adorare fideles Summum Pontificem successorem Petri, qui longè distat, & excellentior est Pontifice veteris testamenti, vt ex multis probat eruditus Martinus Becanus *l. 3. opusc. 7. de Pontifice veteris testam. cap. 9.*

RESOL. V.

Idem probatur Imperatorum, & Regum exemplo, quos à populis adoratos fuisse demonstratur.
Et de differentia adorationis politicæ, & sacra agitur.
Ex part. 11. tract. addit. 1. Res. etiam 5.

§. 1. ESse duplicem adorationem, politicam; & sacram tradunt Theologi, vt Badell. *tom. 2. lib. 3. disp. 12. num. 9.* Vasq. *in 3. part. to. 1. disp. 98. cap. 1. num. 3. cum seq.* & Lessius *de iust. l. 2. cap. 46. dub. 3. num. 18.* vbi sic ait: Obseruantia politica est, quæ ob dignitatem politicam, vel excellentiam humanam cultum defert: talis est qua coluntur Principes.

2. Hac adoratione fuerunt olim Imperatores, & Reges venerati, & sic 3. *Reg. cap. 1.* dicitur: Inclinauit, se Bersabee, & adorauit Regem: & *ibid* Cumque introisset Natan in conspectu Regis, & adorasset eum pronus in terram. Vide *cap. 4. l. 4. Reg. & cap. 10. Act.* & cum Regibus Persarum nemo loqui poterat, nisi prostratus in terram vestigia pedum regiorum exoscularetur, teste Xenophonte *lib. 8.* & Plutarcho *in Alcib.*

3. Hic etiam mos fuit apud Romanos; de Caio, Othone,

Othone, Caligula, Nerone Adriano, Antonino probat Io. Lorinus *in Act. Apost. c.10.v 24.* Et licet antiqui Scriptores videantur hanc Principum adorationem damnare, tamen interpretandi sunt, illam non damnare absolutè, sed in aliquo casu, v. g. ratione adulationis subditorum, vel superbiæ Principum. Vnde ex hoc dixit Martialis *l. 10.*

Ad Parthos procul ite pileatos,
Et tupes, humilesque supplicesque,
Fictorum solia basiate Regum.

Agnosce subditorum adorantium fædã adulationem. Vis videre factum insolens Principis adorati; audi Dionem *lib. Penult. Primum Cæsar is* (Caligula) *se adorari instituit vt Deum:* quod & de Diocletiano referunt Aurelius Vict. *part. 2. num. 39.* & Cassiod. *num. 1040.* Vide Rhodig. *ant. lect. lib. 21. cap. 33.* Igitur adoratio Principum politica, vt sic, non est damnanda, & in specie circa Imperatores, & Reges ex sacra scriptura approbat Ioan. Wigers *de iust. tr. 8. cap. 7. num. 3.* & alij. Vnde Ioseph Augustinus, *vbi sup. cap. 1.* sic ait: Mos igitur communi populorum consensione, omnium quoque ætate comprobatus, tyrannidis nota condemnari non potest: cùm illum dux natura defendat: Quod longa exemplorum serie, & gravissimorum hominum fide, & auctoritate perspicitur. Et tandem posteà sic concludit; ergo quis non videt hanc consuetudinem populorum consensione comprobatam, quasi naturæ auctoritate defendi? Quis non sentit tantam aduersus Principes fuisse hominum propensionem, vt nisi illos tanquam publicos parentes summo studio venerarentur, aliquid de eorum summa dignitate detrahi, aut imminui existimarent? Quamobrem licèt aliquis Imperatoria maiestate insolenter abusus, temerè se Deum iactauerit, aut incredibili armatus audacia, osculum pedum tanquam diuinum honorem sibi arrogauerit: eius quidem improbitas, & dementia culpanda est; non tamen improbanda populi consuetudo, quæ cum omnium consensione, & auctoritate recipitur, quasi naturæ vocibus comprobatur, vt vix ab ea homines audeant recedere.

4. Si itaque olim adoratio politica largiebatur Imperatoribus, & Regibus, quantò magis vt obseruat Ioan. Lotinus *in Act. Apost. vers. 24.* contra Ioann. Cuspinianum, dicendum est largiendam esse adorationem sacram summo Pontifici, qui vt caput Ecclesiæ, & Prochristus est super omnes Imperatores, & Reges; Vnde Ladislaus Rex Vngariæ *orat. ad Nicol. V.* apud Cochacam *l. 11. hist. Hussitarum*, & Petr. Dam. *opusc. 23. cap. 1.* vocant Pontificem Regem Regum, & Imperatorum Principem. Quod etiam dixit Episcopus Pataræ *apud Liberatum in Breviar. cap. 22.* vocando Pontificem plusquam omnes Reges, qui meritò hoc recognoscentes, vt supra visum est, ad eius pedes procumbunt, & osculantur, & reuerenter adorant; & alia honoris, & venerationis signa demonstrant, vt patet in pluribus exemplis: sed duo tantùm hic adducam.

5. Primum ponit Anastas. *in vita Steph. IV.* vbi sic ait: Furaldus Abbas, & Rothardus dux directi à præfato Pipino excellentissimo Francorum Rege, petierunt eumdem Sanctiss. Pontificem ad suum progredi Regem. Quem & magno honore cum omnibus, qui cum eo erant ad eum deduxerunt. Audiens verò idem Rex eiusdem Beatiss. Pontificis aduentum, nimis festinanter in eius aduenit occursum vna cum coniuge, filiis etiam, & primatibus, & ferè ad centum millia; filium suum nomine Carolum in occursum ipsius coangelici Papæ direxit, cum aliquibus ex suis optimatibus, Ipseque in palatio suo, in loco, qui vocatur *Ponticone*, ad ferè trium millium spatium descendens de equo, cum magna humilitate terræ prostratus vnà cum sua coniuge, filiis, & optimatibus eumdem Sanctiss. Papam suscepit. Cui & vice stratoris vsque ad aliquantum locum iuxta eius sellarem properauit. Ità ille.

6. Alterum exemplum adducam ex Genebr. *in Chronograph. l. 4. sub anno* 1180. qui sic affatur: Ad eius pedes (ait) procubuit Federicus Imperator petens absolutionem excommunicationis. Ferunt Ludouicum Francorum, & Henricum II. Angliæ Reges pedites ei inseruisse stratoris officio, ac læua, dexteraque frenum equi ipsius tenentes, eum per Tosiacum vrbem magna cum pompa deduxisse. Cuius pudere eos non debuit; nam & magnus ille Constantinus longè potentior, & sanctior prius id honoris Siluestro Christi Vicario exhibuit. Hæc Genebr.

Vnde ex his Antonius Ongarò vates non infimæ notæ, & quem Roma in sinu suo per multos annos dulciter canentem audiuit, loquens de Clem. VIII. Pontifice hæc scripsit.

In trono augusto, oue suo merto il pone,
Etiam fortuna, il gran Clemente hor siede,
Indi dà leggi all vniuerso, e vede
Sotto le piante sue scetri, e corone.

RESOL. VI.

Probatur etiam adoratio Pontificia ex more apud Veteres, qui ad aliquid impetrandum pedibus obuoluebantur, & præsertim filij supplices apud Patres ad eorum pedes procumbebant, de offensis veniam petendo.

Et notatur Summum Pontificem sæpius vocari Patrem communem? Ex part. 11. tract. addit. 1. Resol. etiam 6.

§. 1. PRius dictum confirmatur ex verbis Apulei *lib. 6. met.* non multò post princ. Tunc Psyche ad pedes eius aduoluta, & vberi fletu rigans, Deæ vestigia, humumque verrens crinibus suis, multiugis precibus editis veniam postulabat. Et huc quoque respicit illud Ciceronis *in or. ad pop. & Equites Rom.* antequam iret in exilium: Oro atque obsecro, quibus sigillatim sæpè supplex ad pedes iacui, vt eum, qui singuli stratum, atque obsessum subleuastis. Et apud Curtium *lib. 3.* Mater, & vxor Darij prouolutæ ad pedes Alexandri, orant, vt sibi liceat patrio ritu Darium sepelire, quem rebantur in acie cecidisse. Cæs. *lib. 2. bell. ciu.* de Massilien sibus loquens: Vniuersi, ait, se ad pedes proiciunt, orant, &c.

2. Et hunc morem maximè filios erga patres effeciisse, apud veteres patet, ad quem respexit Plin. *lib. 9. ep. 21.* vbi sic ait: Libertus tuus, cui succensere te dixeras, venit ad me, aduolutusque pedibus meis, tanquam tuis hæsit; fleuit multum, multumque rogauit, multum etiam tacuit, in summa fecit mihi fidem pœnitentiæ. Sed magis clariùs Sidonius Apollin. *lib. 4. ep. 25.* Deus bone, inquit quàm lætus orietur tibi dies, mihi nuncius animus, ille, cum paternis pedibus affusus, ex illo ore læso, ore terribili, conuitium expectans osculum exceperis: Quod contigit in filio prodigo Euangel. *Luc. 15.*

3. Notandum verò Summum Pontificem sæpiùs vocari patrem communem: Ita vocauit illum

Petrus Cluniacensis *l.4.ep.24.* Acta S. Lutgardis *lib. 2.* cùm de morte Innocent. I I I. Michaël Palæologus *epist. ad Greg. X.*

4. Vnde eadem proportione modò Rom. Ciuitas per Pontificem dici potest Mater communis, aut patria communis, quo olim nomine dictam ratione imperij politici constat ex multis Symmachi locis, quæ Iuresus notauit ad *lib. 5. epist. 74.* Vnam esse cunctarum gentium in toto orbe patriam, dixit Plin. *l. 3. cap. 5.* Totius orbis ciuitatem vnicam vocat Sidonius *l. 8. ep. 6.* Negatque Cassiodotus eam vlli posse dici alienam. Quia scilicet communis erat omnium patria, humanumque genus communi nomine fouit matris, non Dominæ ritu, vt Claudianus cecinit *libro 3. de laud. Stilic.* Ad eum ergo modum proportionaliter, nunc Romana Vrbs per Pontificem communis patria, & ipse Pontifex communis Pater meritò denominatur. Et ideò hoc speciali elogio D. Augustinus *epist. 162.* vocauit Melchiadem Papam patrem Christianæ plebis.

5. Itaque ex his suppositis optimè infert pius, & eruditus Andreas Saussay *cap. 4.* Quid mirum, si ad Sedis Apostolicæ Pontificem accedentes Christiani eius ad pedes aduoluantur, eosque præ filiali reuerentia colant, amplexentur, osculentur: maximè cùm eius vices teneat, qui suo loco Petrum inter homines esse voluit, cùm suas ei iussit pascere oues, sic enim ait Ambrosius in vltimum Lucæ: Ipsum sui erga eas amoris Vicarium constituit; cui etiam cùm dederit claues Regni Cœlorum, animas ligandi & absoluendi Pontificium tradiderit: iure meritóque omnes, qui se peccatorum norunt nexibus obstrictos, caput inclinant, genua flectunt, sacris affunduntur vestigiis, eaque deuotis lambunt osculis, veniam vt quàm supplices petunt, ab ipso cœlesti dispensatore valeant promereri. Ita ille.

6. Quòd adeò humaniter hoc patris officium Pontifices Romani tanquam patres communes erga fideles eorum filios exercent, vt occasione Iubilei anni Sancti, Ioseph Stephanus *vbi supra cap. 11. in fin.* ita testetur: Vidi vno die Gregor. X I I I. Pontificem Maximum decem millia hominum ad pedum oscula benignissime admisisse, tanta animi lenitate, vt ab omnibus præ gaudio vim maximam lactymarum excuteret. Hæc Stephanus.

RESOL. VII.

Aliqua loca Sacræ Scripturæ afferuntur in quibus adorationem Pontificiam indicatam fuisse demonstratur? Ex part. 11. tractat. addit. 1. Resolut. etiam 7.

§. 1. NOn solùm, vt visum est, adoratio Pontificia nititur consuetudine, & rationibus, sed etiam testimonio sacrorum oraculorum, & in primis nobilis est locus ille Isaiæ Prophetæ *cap. 49. v. 23.* sic enim ait: Et erunt Reges nutritij tui, & Reginæ nutrices tuæ, vultu in terram demisso adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent. Et scies, quia ego Dominus, super quo non confundentur qui expectant eum: quæ verba explanans Corn. à Lapide doctus Scholiastes sacræ Scripturæ ita asserit: In verbo *lingent*, est hyperbole, & auxesis, significans summam demissionem, & venerationem. Lingent ergo, idest osculabuntur, tum vt supplices, tum vt à te victi; sic *Psal. 71.* dicitur, coram illo procident Æthiopes, & inimici eius terram lingent. Ita videmus Reges osculari pedes Ecclesiæ in Pontifice, qui Ecclesiæ est caput. Ne ergo fremant ad hoc osculum hæretici, cùm Isaias idipsum hic prædixerit, de eoque tam Regibus, quàm Ecclesiæ sit congratulatus. Sicut enim qui Viceregem valde colit, & honorat, Regem ipsum valdè colit, & honorat: Sic qui Pontificem colit, Christum colit, qui Pontificatum, quasi sui Vicarium, summumque in Ecclesia Magistratum instituit. Ex aduerso qui Pontificem spernit, Christum; Christique ordinationem spernit: ipse enim dixit: Qui vos audit, me audit; qui vos spernit, me spernit. Prædicit gloriam Ecclesiæ, quam habitura erat sub Constantino, & deinceps; Nam ante cum fuit in continua persecutione. Vndè mirum non est hunc honorem non habuisse, nec admisisse S. Petrum, Paulum, aliosque Apostolos, vti perperam obiectat Caluinus. Hucusque Corn. à Lapide.

2. Est etiam alter locus eiusdem Prophetæ Isaiæ *cap. 60. v. 14.* Et venient ad te curui filij eorum, qui humiliauerunt, & adorabunt vestigia pedum tuorum: quæ verba verificata esse in B. Siluestro Pontifice Otho Frisingensis, *l. 4.* in prologo testatus est his verbis, Vt cognoscamus non fortuitis casibus, sed Dei profundissimis, ac iustissimis iudiciis id factum; vide pridie latitantem, ad quemlibet infimæ conditionis virum, fugientem, in breui tantæ auctoritatis fieri, vt Regibus imperet, & de Regibus iudicet. Vide tantæ à sæculo venerationis haberi, vt veniant curui, vestigiaque pedum eius in solio sedentis adorent orbis domini. Ita Otho, cui adde magis genericè loquentem Corn. à Lapide, qui expendens supradictum locum Isaiæ sic affatur; patet hoc impleri in Rom. Pontifice, qui est caput Ecclesiæ, Fruſtra ergo indignantur hæretici ad oscula pedum Papæ, cum ea prædixerit, & promiserit Isaias, Ita Reges Visigothorum, Francorum, Anglorum, Normannorum, Longobardorum, Germanorum, & aliarum gentium, qui sæpiùs vexarunt Ecclesiam, & Pontificem, Romam venerunt, vt ibi adorarent vestigia pedum eius, qui se seruum seruorum Dei vocat, cumque sit caput, pedum sibi nomen assumpsit, humillimum scilicet seruum se professus. Hæc Cornelius.

3. Et tandem alium locum sacræ Scripturæ pro adoratione Pontificia adducit eruditus Io. Lorinus, nempè verba *Psal. 59. v. 10.* In Idumæam extendam calceamentum meum, vbi sic ait: Nec ineptè calceamenti extensio in Idumæam denotare possit supplicem exosculationem pedum Christi, & Vicarij eius Summi Pontif. Ita ille, qui etiam in Acta Apost. *cap. 10. v. 25.* sic asserit, Petrum in quolibet Rom. Pontifice agnoscentes; immò & Christum ipsum, cuius vices in terris gerit, ad illius pedes exosculandos proni aduoluimur: & meritò vsurpamus illud de ipso, quod est in Deuteronomio *In dextera illius ignea lex: dilexit populos: omnes Sancti in manu illius sunt; & qui appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina illius.*

4. Et hoc ante Lorinum inuenio obseruatum à *Iosepho Stephano vbi sup. cap. 10.* sic asserente: Cùm Romanus Pontifex omnes homines Christi auctoritate perfunctus, legem Dei vt Magister, & Legislator edoceat; controuersiasque omnes vt Iudex dissoluat, status excellentia omnibus præsit; In fide, & Religione aberrantes fratres instituat, atque confirmet: meritò ad eius pedes exosculandos accedimus, vt religionis, & fidei disciplina

disciplina imbuamur. Quod ea *Deuteronomio cap.* 33. satis liquidò constare arbitror. In dextera eius ignea lex, dilexit populos, omnes Sancti in manu illius sunt, & qui appropinquat pedibus eius accipit de doctrina illius. Lex ignea Euangelium dicitur, quod cùm Dominus enulgaret, magnum pietatis incendium excitatum est, nulla Imperatorum improbitate restinctum. Ardens quoque charitatis lumen effulsit, quod in hanc Vrbem, eiusque Pastorem omnium ora, animosque conuertit, cùm ab eo sit Christianæ Religionis exordium, pietatis fundamentum, & tandem fides per vniuersum orbem. Vrbi subiectum nuncietur. Quamobrem meritò ad Pontificis nostri pedes prouoluimur, non tam vt hoc humili pietatis voto, eius summam dignitatem, atque excellentiam indicemus, quàm quòd etiam dum eius pedibus obuoluimur, certissimis fidei, & religionis instrumentis imbuamur. Hæc Stephanus.

Nec deseram hic adnotare, Andream de Saussay *loc. citat. cap.* 4. illa verba Ioannis *Apocal.* 3. Ecce dabo illos, vt veniant, & adorent ante pedes tuos, & scient, quia ego dilexi te: de adoratione Pontificia explicare.

RESOL. VIII.

An licitum sit præter genuflexionem, & pedum osculationem adorare Pontificem pectoris tunsione? Ex part. 11. tract. addit. 1. Ref. etiam 8.

§. 1. CVm quidam Conciuis meus ex nóstra Religione, vir satis pius prima vice vidisset Summum Pontificem super humeros gestari cum Thiara in capite, tanta deuotione, & reuerentia erga illum affectus fuit, vt cœperit iteratis vicibus pectus suum obtundere. Tunc dubitaui, an ex condicto sic adorare Pontificem esset licitum, & in rigore, ac speculatiuè loquendo, adhæsi sententiæ affirmatiuæ, Nam, vt obseruat Raphael de la Torre *in* 2. 2. *D. Thomæ q.* 84. *art.* 2. *disp.* 5. *num.* 1. & alij, ex placito, & intentione signa adorationis pendent, & certum eorum numerum designare impossibile esset, tamen ipse aliqua signa externa particularia adducit, & inter illa tunsionem pectoris apponit, *vbi sup. num.* 27. Fuit itaque pectoris tunsio cæremonia Iudæorum, vt constat *Lucæ* 18. de Publicano percutiente pectus suum, & dicente: Deus propitius esto mihi peccatori: & *Lucæ* 23. Aliqui, qui astiterunt crucifixioni in die Parasceues, reuertebantur percutientes pectora sua. Et exemplo Publicani à Christo laudati, postea Christiani hoc ritu in suis precationibus vsi sunt, cuius meminit Turtull. *lib.* 7. *aduersus Marcionem cap.* 18. Cyprianus *in oratione Dominica de Publicano*, inquit, percutiebat pectus, & peccata intus inclusa, quasi ea excussurus. Greg. Nazianz. *orat.* 15. *in plagam grandinis*: & D. Hieronymus *in vita Hilarionis* ait: Pectus pugnis percutiebant, quasi cogitationes cædemanus posset excludere, & idem Hieronymus grandi silice solebat ferire pectus. D. Augustinus *enarrat.* 2. *in Psalm.* 31. *& super Psalm.* 146. Tu dirige cor tuum non potes; tu frange, ille dirigat; quomodo tamen franges? quomodo tamen conteres? confitendo, puniendo peccata tua: quid aliud significat pectorum tunsio, nisi fortè putamus ossa nostra peccasse aliquid cædimus, & tundimus pectus? sed significamus nos cor conterere, vt à Domino dirigatur. Maximus Taurinensis Episcopus *hom.* 13. *de Quadragesima*: Rectè contundes manibus pectus: si omnem inde furorem malignæ voluntatis excusseris. Nicolaus Primus *in responsis ad consulta Bulgarorum cap.* 54. Hinc etiam pectus percutimus, signantes videlicet, quod nequiter egimus displicere nobis, ac ideò antequam Deus feriat, id nos in nobis ipsis ferire, & antequam vltio extrema veniat. Ita Torre.

2. Cùm ergo pectoris tunsio (vt Raphaël de la Torre ex *superius* dictis asserit) sit modus adorationis externus, non video cur aliquis adorando Pontificem genuflexione, & pedum osculatione, non possit etiam adhibere tunsionem pectoris, est enim signum agnoscentis peccata, ac petentis eorum remissionem, quæ quidem à nemine magis, quàm à Summo Pontifice petenda videtur, cui Christus in persona Petri dixit: Quemcumque solueris super terram, erit solutus & in Cœlis.

Verùm quia hic modus adorandi Pontificem non est in vsu, & forsitan admirationem astantibus induceret, ideò ab illa videtur abstinendum.

RESOL. IX.

Probatur adorationem non solum osculatione pedum, Pontificibus præberi, sed etiam inclinatione capitis, quando eorum nomina in orationibus publicis audiuntur. Ex part. 11. tract. addit. 1. Resolut. etiam 9.

§. 1. INclinationem, & apertionem capitis esse actum externum obseruantiæ, & adorationis siue politicæ, siue sacræ tradit Lessius *de iust. lib.* 2. *capite* 37. *dub.* 1. *numero* 5. Ioannes Wigers *tract.* 8. *cap.* 3. *dub.* 1. *num.* 3. & Adamus Tannerus *tom.* 3. *disputat.* 5. *quæst.* 2. *dub.* 1. *num.* 13. vbi sic ait: Scriptura in pluribus locis indicat adorationem, quandoque sine procumbentis gestu sola genuum, aut capitis inflexione, etiam à stantibus fuisse peractam; *Genes.* 24. *v.* 26. Seruus Abrahæ inclinauit se, & adorauit Dominum. *Genes.* 33. Ancillæ Iacob; & filij earum incuruati sunt. Accessit quoque Lia cum pueris suis, & cùm similiter adorassent, extremi Ioseph, & Rachel adorauerunt. *Genes.* 37. *v.* 7. Putabam nos ligare manipulos in agro, & quasi consurgere manipulum meum, & stare, vestrosque manipulos circumstantes adorare manipulum meum. *Exod.* 12. *vers.* 27. Incuruatus populus adorauit; 3. *Reg.* 1. *v.* 16. Inclinauit se Bethsabee, & adorauit Regem.

2. Et hunc adorationis modum refert etiam D. Thomas in 2. 2. *quæstione* 84. *art.* 2. *ad* 2. eumdemque tradit Benedictus Pererius *in Genesim capite* 33. *numero* 2. addens etiam istum, qui ad præcedentem reuocari potest, & fiebat per incuruationem corporis, inclinando scilicet caput cum modica corporis demissione. Et vtrique adstipulatur præsens inter homines consuetudo. Et ideo *in Concilio Moguntino* §. 2. & refert Vasquez *in* 3. *part. tom.* 1. *disp.* 8. *capite* 10. *numero* 127. sic habetur: Et codicem oculis perlustrans, cum quis ad venerabile, & tremendum nomen Iesu deuenerit, caput aperit, inclinatur. Et tandem hunc modum adorandi etiam apud veteres extitisse obseruo in Alexandro ab Alexandro *l.* 2. *c.* 19. vbi sic ait: Apud exteros verò Cyro Persarum Regi adorandi cultum primùm delatum comperimus, cui proximum

Diis immortalibus honorem decreuere. Quod mox Indi, & posteri Reges exequi magno studio curauerunt: Id, quod Octauius Augustus, & Alexander Seuerus præcipuè detestati sunt. Nam si quis inter salutandum flexisset caput, aut assentaretur blandus, foras detrudi, atque exigi iussere. Ita ille. Et ante illum Suetonius, & Lampridius in vitis dictorum Imperatorum, ex quibus verbis clarè apparet, inclinationem capitis ad adorationem pertinere: & detectio capitis apud veteres quidem Romanos, Europæosque nostrates, honoris, seu reuerentiæ nota est, vt videre est apud Lipsium *in amphitheatro cap.* 19. *&* 20. *& l.* 1. *Electorum cap.* 23.

3. His suppositis, affero (quod probauimus) adorationem sacram, quæ reducitur ad Duliam, pertinere ad viuentes ratione alicuius dignitatis, aut ministerij, quæ inueniri maiora non possunt, quàm in Summo Pontifice; cùm sit Prochristus, & Propetrus in terra, & ideò etiam inclinatione capitis quando auditur in Missa, vel in orationibus publicis ab omnibus humiliter veneratur, & adoratur: vndè in rubricis Missalis sic dicitur *cap.* 5. *n.* 1. *de orat.* Cùm nominatur Iesus, caput versùs Crucem inclinat: quod etiam facit cùm nominatur in epistola. Et similiter vbicumque nominatur nomen Beatæ Mariæ, vel Sanctorum, de quibus dicitur Missa, vel fit commemoratio: Item in oratione pro Papa quando nominatur, semper caput inclinat. Hæc ibi.

4 Itaque sicut per adorationem latriæ adoratur inclinando caput nomen Iesu, & Hyperduliæ nomen Beatæ Virginis, sic & per adorationem Duliæ possunt adorari inclinatione capitis nomina Sanctorum existentium in Cœlo; sicut adorantur quando nominantur in Missa, sic & etiam nomina hominum viuentium ratione excellentis dignitatis, vt Summi Pontificatus; nam vt *superiùs* probatum est, & probat signanter D. Thomas *in* 2. 2. *quæst.* 84. *art.* 1. ex mente D. Augustini 10. *de Ciuitate cap.* 4. Adorationem etiam solere exhiberi licitè quibusdam excellentibus creaturis. *Genes.* 18. Abraham adorauit Angelos. 3. *Reg.* 3. Natham Propheta adorauit Dauid; & alibi sæpè fit mentio talis adorationis ex parte obiecti, id est ex parte excellentiæ rei adoratæ in adorationem, qua veneramur Deum, & pertinet ad latriam, & adorationem, qua veneramur creaturas excellentes, & pertinet ad duliam.

5. Si itaque vt etiam notat Castrus Palaus *tom.* 2. *tract.* 8. *disp.* 3. Fundamentum adorationis est dignitas personæ, quænam maior dignitas in orbe existit dignitate Summi Pontificis? Ergo ritè, & licitè per aperitionem, & inclinationem capitis eius nomen adoratur.

6. Probatur nostra opinio auctoritate Aristotelis *lib.* 1. *elenchorum cap.* 1. quia, inquit, fieri non potest, vt res ipsas referentes, disputemus, nominibus vtimur pro ipsis rebus, tanquam signis; & quod accidit in omnibus, in rebus quoque arbitramur accidere: quemadmodum ij, qui calculis supputant, &c. Si ergo nomina substituimus loco rerum, & accipimus pro ipsis rebus, & tanquam vicaria rerum; etiam nomina Pontificum substituimus, & accipimus pro Pontificibus, & ideo illa adoratio, quæ potest adhiberi personis significatis per nomina, potest extendi ad ipsa nomina tanquam ad signa vicaria personarum. Et quamuis sæpe in scriptura per figuram metonymiam, nomini tribuantur quæ conueniunt rei, aut personæ significatæ per nomen; vt quando dicitur *Actorum* 4. Non est aliud nomen datum sub cœlo, in quo nos oporteat saluos fieri; *& ad Rom.* 10. Quicunque inuocauerit nomen Domini saluus erit: *& Ioann.* 1. Dedit poreſtatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius: vt benè notat Vasquez *disp.* 108. *cap.* 11. *cit. num.* 107. *pag.* 784. hoc ipsum tamen clarè ostendit id, quod contendimus, tantam esse coniunctionem nominis cum re, & personæ significata, vt sumatur pro illa ipsa, & pro illa substituatur, ac proinde quod adoratio, & cultus latriæ, quæ debetur personæ, possit deriuari, & extendi ratione illius etiam ad nomen.

7. Et licèt de nominibus Christi, & Dei neget Sotus *l.* 2. *de iustitia q.* 4. *art.* 2. *in fin. pag.* 124. & Corduben. *l.* 1. *quæst.* 5. *dub.* 1. §. *Idem obiectum pag.* 71. *& dub.* 4. *in respons. ad primam confirmationem* 7. *argumenti pag.* 83. *col.* 2. quod sint adoranda, sicut adorantur Imagines; quia solùm implicitè, & confusè repræsentant Christum, & Deum, & solùm ad placitum, & ex nostra institutione ducunt nos in illorum memoriam: non autem quòd habeant vllam veram attributionem, aut pertinentiam ad res ipsas significatas; & quod auditis, & lectis huiusmodi nominibus caput aperiamus, aut genuflectamus, non est quia adoremus ipsa nomina, sed solùm quia adoramus ipsas personas significatas, & rememoratas per nomina. Sed oppositum aliqui asserunt, & tenendum putant; Probatur, quia licèt res inanimata non sit adoranda secundum se, cùm in se non habeat excellentiam, ob quam adoratur, tamen si spectetur vt subrogata in locum rei adorandæ, potest adorari: sicut adoratur exemplar cum prototypo: tum quia si quis nominibus sacris inferat ignominiam, peccat contra Religionem: ergo ex præcepto Religionis nominibus sacris tribuendus est honor: ergo nomina sacra adoranda sunt. Et hæc omnia latè probat ex Suarez, Vasquez, & aliis Pater Baldelli *in theol. mor. tom.* 2. *l.* 3. *disp.* 8. *n.* 5. loquens de adoratione nominis Christi, & Beatæ Virginis, quæ quidem procedunt seruata proportione, & eo modo, quo fieri potest in adorationem nominis Pontificum.

RESOL. X.

Quare Eminentissimi Cardinales ordinarie non genuflectunt ad occursum Pontificis, nec eius pedes osculantur.

Et de osculatione circa manus Pontificis aliqua curiosa obseruantur. Ex part. 11. tract....addit. 1. Resol. etiam 10.

§. 1. AD difficultatem sic respondet Ioseph Stephanus in sæpiùs *citato l. de osculatione pedum Romani Pontificis c.* 19. vbi sic ait: Hæc tamen exempla veterem Ecclesiæ disciplinam à nobis copiosè demonstratam minimè euertunt, aut infirmant; cùm perfecti viri, qui virtutibus plurimùm pollent, vel Ecclesiæ gubernationi insistunt, & inuigilant, non semper ad pedes iacere, sed quandoque ad Christi caput accedere dicantur à Beato Cyrillo Alexandrino in *lib.* 1. *in Leuiticum* his ferè verbis: Ex tribus fœminis, quæ Christum contigerunt triplex Ecclesiæ status deducitur, nam quæ fimbriam vestimenti tremebunda tetigerat, incipientium: quæ caput Christi vnguento perunxerat, perfectorum statum expressit. Et fortasse non absurdè Cardinalium consuetudo multis ab hinc annis constantissimè seruata, ex hoc sanctissimi Patris testimonio defendi potest. Qui post vnam, vel alteram

alteram pedum oſculationem, quam Pontifici Maximo in eius electione deferunt tantùm, deinde manus, vel os inter Miſſarum ſolemnia, cùm ad ea celebranda conueniunt, oſculantur. Euimverò in his ampliſſimis Patribus perfectorum ſtatus conſiſtit, fides noſtra ſtabilitur, & totius Eccleſiæ fundamenta firmantur, cùm ſuper eos totius orbis cura ſit poſita. Ne igitur abſurdum eſſet, eos, in quibus Pontificale oſtium, cæleſtiſque ianua obuoluitur, ſemper ſupplicum more iacere, aut humiliationem pedum deferre (quod ab incipientibus, & Cathecumenis fieri ſolitum in Eccleſia docet Origenes *in cap.* 15. *Matthæi*, & Auguſtinus *de fide, & ſymbolo*) meritò Patres relicta pedum oſculatione, caput Pontifici demittere, inclinare ceruices, corpus reuerentiæ cauſa inflectere, atque incurvare ſunt ſoliti, vt illud oraculum firmiſſimum foret, ſub quo cruantur qui portant orbem. Hucvſque Epiſcopus Veſtanus.

2. Et poſt illum Ioannes Lorinus *in Acta Apoſtolorum c.10.v.25.* ſic aſſerit: Hoc tempore Cardinales, ac multis retrò annis poſt vnam, aut alteram pedum Pontificis oſculationem in ipſius electione, deferunt ei manus tantùm, vel os inter Miſſarum ſolemnia, cùm ad oſculum admittuntur; ſunt enim Pontificis, ac Eccleſiæ totius primarij Conſiliarij, ac veluti cardines, ſuper quos Deus poſuit orbẽ. Ita ille.

3. Sed hic notandum eſt, quòd licèt Domini Cardinales non adorant ita ſæpius Pontificem, genuflexione, & pedum oſculatione; adorant tamen illum oſculo manus, vt ante Miſſam in Capella Papali ſemper ab ipſis efficitur, vt *ſupra* notatum eſt. Probatur. oſculum manus adorationem ſignificat, vt eruditè probat ſapientiſſimus Magiſter Raphael de la Torre *in* 2.2. *D. Thomæ tomo* 2. *quæſtione* 48. *diſputatione* 5. *artic.* 2. *num.* 22. vbi ſic ait: Superest, vt de reuerentiæ, & adorationis oſculo, quod præſentis inſtituti eſt, nonnihil dicamus; aduertentes oſculis ab antiquiſſimis temporibus ſolere ſignificari affectum, & recognitionem ſubmiſſionis, reuerentiæ, aut gratitudinis: quòd ad adorationem externam pertinere, ex definitione à nobis allata de adoratione clarum eſt: fuiſſéque in vſu vetuſtiſſimo, & ferè cum ipſa natura ortum huiuſcemodi adorandi modum teſtantur ſacri authores, & prophani: Cicero *orat.* 5. *contra Verrem* ait: Agrigenti, quod oppidum eſt in Sicilia, æneum fuiſſe Herculis ſimulachrum, quod os, atque mentum detrita haberet, propter frequentiam ſcilicet eorum, qui eò venerationis gratia oſculaturi accederent. Et Prudentius cùm cultus, & adorationis rationem deſcriberet, quo antiqui Solem proſequebantur, inter cætera dixit: Eos, equis quoque, qui Solis currum traherent pedes fuiſſe oſculatos. Et de manuum oſculatione multa ſtatim. Nunc autem adorandi modum per oſcula, frequentiorem fuiſſe apud Hebræos, patet ex multis ſacræ Scripturæ locis, *Eſther.* 5. Regina oſculando ſummitatem ſceptri Regis Aſſueri Regem adorauit. Et Sunamitis ſimiliter apprehendit pedes Eliſæi, nimirum hos oſculatura in reuerentiæ ſignum, *quarto Regum* 4. Et Rex Nabuchodonoſor perterritus ſapientia Danielis cecedit in faciem ſuam, oſculaturus, nempè, eius pedes; *Danielis* 2. Eandem adorationem præſtitiſſe Alexandrum Iaddo Sacerdoti Magno Hebræorum narrat Ioſephus *lib.* 11. *cap.* 18. *& Luc.* 7. *de Magdelena, & 8. de Iairo, Actorum* 10. *de Cornelio.* Denique oſcula ad Religionem, & adorationem maximè apud Hebræos pertinere, vel ex eo colligere licèt, quod verbum oſculandi Hebræum Naſak, ad adorationem refertur ſæpiſſimè, *Pſal.* 2. vbi vulgata habet: Apprehendite diſciplinam, ponitur verbum præfatum Naſak, quo promiſcuè vtuntur Hebræi pro oſculari, & adorare. Hieronymus vertit: Adorate purè: quam verſionem defendit in Apologia contra Ruffinum. *Septuaginta*, & alij: Oſculamini filium, in quo fit alluſio ad veterem adorandi modum per oſcula, vt Hieronymus adnotauit: & *Oſeæ* 13. vbi nos legimus: Vitulos adorant. Pagninus, Regia, Tigurina legunt: Oſculantur vitulos: & Hieronymus ait, ſic vertiſſe Aquilam: & *Geneſ.* 41. illud quod Pharao de Ioſepho dixit: Ad tui oris imperium cunctus populus obediet: legit Regia: Super os tuum oſculabitur omnis populus. Hoc nempè ſigno, te illorum eſſe Dominum oſtendentes; Ecce non ſolùm apud Hebræos, verùm apud Ægyptios, qui ſe omnium antiquiſſimos iactabant, mos erat oſculis ſubmiſſionem, ac reuerentiam erga aliquem profiteri, quod ad adotationem pertinere certò certiùs eſt. Præcipuè autem huiuſcemodi adorationis modus in oſculo manuum exercebatur, vt patet 3. *Reg.* 19. *Iob.* 31. & Apuleio *Apolog.* 1. *lib.* 4. *de aſino aureo; Minutio in Octau. & ex Plinio citandis.* Hæc omnia Magiſter Torre.

4. Quæ quidem ſatis oſtendunt, Eminentiſſimos Cardinales dum ad oſculum manus Pontificis admituntur, ſigno illo exteriori, (vt alij genuflexione, & pedum oſculatione) nempè oſculo manus, Summum Pontificem venerari, ac adorare; Vide Ioannem Wigers *de iuſt. tract.* 8. *cap.* 3. *dub.* 1. *num.* 1. qui etiam docet, manus exoſculationem eſſe ſignum adorationis.

RESOL. XI.

Sub qua adoratione comprehendatur adoratio Pontificis ad Latriámne, vel ad Duliam?

Et opinio Caramuellis affertur. Ex part. 11. tract. addit. Reſ. etiam 11.

§. 1. SAtis itaque *ſuperiùs* probatum eſt ex orationibus, & perpetuo vſu Eccleſiæ, licitè Pontificem à Chriſti fidelibus adorari, nunc videndum eſt, ad quam adorationem reducenda ſit adoratio Pontificis, & ad hoc dubium ſic nouiſſimè reſpondet doctiſſimus, & amiciſſimus Abbas Ioannes Caramuel *de Hierarchia Eccleſiaſtica libro* 1. *diſputatione* 60. *num.* 680. vbi ſic ait: Si Deus ſolus eſt adorandus, quomodo Summus Pontifex adorari præcipitur? & ſi iſte adorari debet, aut poteſt, ceſſat lex illa, quæ creaturas adorari interdicit.

2. Reſpondeo, adorationem eſſe duplicem, Latriæ, & Duliæ: illámque Deo deberi, iſtam verò dicere reuerentiam, & cultum, qui hominibus competere queat. Addo vtramque deberi Pontifici Summo, ſed diuerſimodè conſiderato. Poteſt enim conſiderari vt quòd; poteſt vt quo, & conſideratur priori modo, quando vt perſona; & poſteriori, quando vt imago, vmbra; quando vt Prochriſtus; quando vt Pro Deus, hoc eſt Chriſti Vicarius. Profectò Duliæ cultum nemo Patri Optimo Maximo negare audebit, qui ſciat in tabulis diuinis legem eſſe, quæ parentes honorari præcipiat. Hic cultus debetur Pontifici conſiderato vt quòd, quatenus enim homo eſt, eſt homo ſacer, homo ſummus, & cæteris vniuerſis prælatus. At ſi conſideretur vt quo, vt Vicarius Chriſti, vt via ad terminum,

vbi cesset errandi periculum, Latriæ cultum requiret, eo sensu, quo cæteræ imagines Christi, cultum inquam, qui non terminetur ad lapides, ad ligna, non ad carnem, aut sanguinem, sed ad Christum. Doctrina est clara; & ne obtorqueri queat ab inuido posui illa verba, vbi cesset errandi periculum: si enim scandalum aut proprium, aut alienum, aut aliqua iniuria Deo aut sinistra aliqua explicatio huius cultus præuideretur, deberet omninò intermitti. Ne ergo in re magni momenti erremus, hæc subiungo: Est ob oculos Christi sanguis (hoc est totus Christus) in aureo Calice. Actum latriæ religio postulat, & elicio. Quem ergo adoro? Calicemne? Si Calicem, aurum adoro, quòd non est Deus: ergo non sum Theolatra, sed Chrysolatra, adeoque Idololatra. Debeo igitur adorare vt quod, & tanquam latriæ terminum Christum, qui continetur à calice: non Calicem, qui continet Christum; nam ille solus, & non iste est Deus. At cùm dico esse Christum in Calice, Calicem considero vt quo, Christum vt quod, illum vt medium, istum vt finem; illum vt viam, istum vt terminum, & adorabundus per Calicem ad Christum venio. Hoc sensu adorantur imagines, nam Deus est, quod imago docet, sed non Deus ipsa. Et quia multæ sunt remotæ, & aliæ proximæ, ideò multæ remotiùs, & aliæ proximiùs coluntur. Creaturæ remotissimæ imagines Creatoris sunt, & cùm illum in eis adoro, ad eius notitiam ab illis, & per illas conducor, illum adoro vt quod, istas vt quo. Deindè Dei Patris, & spiritus Sancti pingimus hieroglyphica, & symbola: non enim imagines possimus; quæ enim pure spiritualia, corporeis coloribus nequeunt imaginari. Christus vt Deus, & homo est, eiusque imagines, quia propriùs Deum repræsentant, propriùs coli dicuntur. Deindè Crux est signum visibile, & nomen Iesu signum audibile, quo Christus proximè repræsentatur, & coram eis iubetur, vt omne genuflectatur, Cœlestium, terrestrium, & Infernorum; sed cui? ligno, an aëri? neutri; Cruces enim plerumque fiunt è ligno, voces semper ex aëre, & interim non ligno, non aëri Cœlitum, aut Terricolarum, aut Dæmonum genua flectuntur, sed ipsi Christo. Iubet Apostolus nomen Iesu adorari, & rationem subiungit, quia Dominus noster Iesus Christus in gloria est Dei Patris; non enim hæret in signis, & symbolis, sed per hæc (ligna, & voces) ad Deum venit. Et quia inter alias imagines Prorex est Regis imago intelligibilis, cultu, quo cæteræ materiales Regis ex digniore motiuo honorari debebit. Ergo idem dici debebit Pro Christo; quo enim sensu est intelligibilis imago Christi, eo debebit coli sicut cæteræ imagines. Hucvsque Caramuel.

RESOL. XII.

Refertur circa eamdem difficultatem opinio Tanneri. Ex part. II. tract. addit. I. Resol. etiam 12.

§. 1. INclita Religio Societatis Iesu ferè semper fuit & erit doctorum virorum ferax, ac inter eius præstantissimos Theologos floruit Adamus Tannerus natione Germanus; Is itaque difficultatem præsentem pertractans, sic asserit *tom. 3. disput. 5. quæst. 2. dub. 2. num. 60.* Sanctorum cultus sacer in genere quintuplex distingui potest. Declaratur assertio. Primus enim ille est, quo coluntur solùm impropriè; eò quod Deus in illis colatur, velut in sua creatura, & imagine: qui vtique latriæ cultus est. Et tametsi hic cultus, vt in aliis rebus creatis per se, & ex sua natura non est illicitus, moraliter tamen, & regulariter erga sanctos non est adhibendus, vt speciatim de B. Virgine dictum *assert. præced.*

2. Secundus cultus, quo coluntur ipsi, velut templa, serui, filij, amici, & domestici Dei ob excellentiam Dei increatam; qui cultus respectiuus est, & ex veriori sententia, quamuis vera, & perfecta latria non sit, sed ea multò inferior, ad ipsam Religionis virtutem pertinere, vt docet etiam Lessius *lib. 2. capite 36. dub. 2. numer. 15.* & dictum *in simili assert. 3.* quidquid Vasquez *lib. 1. de adorat. num. 166.* neget, eum cultum ad virtutem Religionis pertinere.

3. Tertius cultus est, quo coluntur ob intrinsecam, & absolutam excellentiam gratiæ, & donorum spiritualium: qui cultus propriè ad duliæ virtutem pertinet, à Religione distinctam, iuxtà communiorem, quia habet rationem colendi diuersam à latria.

4. Quartus quo coluntur velut capaces eiusmodi donorum, & ad ea diuinitus destinati: quæ dignitas sanctis cum impiis communis est: & erga hos, quàm illos maiori ratione vsurpabilis: cùm in illis inueniatur excellentior ratio colendi, non autem in impiis. Atque hic cultus habitu à priori non differt: cùm primaria ratio colendi sit eadem.

5. Quintus cultus est, quo coluntur ob officia, seu munera sacra, quæ iuxta diuinam ordinationem in Ecclesia obeunt: vt Sacerdotis, Episcopi, Vicarij Christi, &c.

6. Et in his rursum distinctione videtur opus. Nam vti Legatus Regis (quod rectè notauit Bellarminus *lib. 2. de cult. imag. cap. 20.*) dupliciter coli solet; Primò quidem perindè ac si Rex ipse esset, honore planè regio: quod tunc præcipuè vsu venit, cùm Legatus sui Regis nomine matrimonium contrahit, aut possessionem accipit? Deinde iuxta propriam dignitatem Legati à regia veluti deriuatam, cultu quodam inferiori: ita in proposito, Vicarius Christi duplici potest honore coli. Primò per simplicem mentis apprehensionem, agnoscendo quodammodo in illo Christum, cuius personam, & munus sustinet: & hoc modo eodem cultu, quo Christus vt homo colitur, adorari posset: ita quidem vt talis cultus propriè, ac per se ad Christum, per accidens verò solum, & relatiuè ad Vicarium tenderet: quod tamen honoris genus existimo consuetum non esse: secundò iuxta propriam dignitatem Vicarij à Christi dignitate, quam vt homo, & supremus Ecclesiæ moderator habet deriuatam, honore quodam inferiori: quem ipsum tamen ad eum habitum pertinere censeo, quo Christus idem, vt homo colitur, vt paulò antea *num. 50.* est dictum. Hæc omnia asserit Tannerus *loco citato.*

RESOL. XIII.

Opinio Theophili Raynaudi proponitur, videlicet, quod Pontifex, adoratur adoratione Hyperduliæ. Ex part. II. tract. addit. I. Res. etiam. 13.

§. 1. HYperduliam ad Beatissimam Virginem pertinere tradunt communiter Doctores, & quidem si consideretur in Beatissima Virgine excellentia intrinseca, quam habet ex maternitate, & ex gratia, & sanctitate, qua maximè præstat aliis omnibus tam Angelis, quàm hominibus, verissimè

mè asserit Sanctus Thomas 3. *part. quæstion.* 25 *dub.* 5. & 2.2. *quæst.* 101. *art.* 4. *ad* 2. quòd illi debetur hyperdulia, id est dulia, & seruitus eminentior, quàm communiter debeatur aliis Sanctis, vel (si licet ita loqui) superseruitus: quia enim nulli puræ creaturæ per se, & intrinsecè potest deberi latria, & excellentia intrinseca Virginis per maternitatem & sanctitatem ita in se est aliquid creatum, vt tamen singulariter excellat omnibus aliis excellentiis creatis: ita illi est exhibendus cultus superior ad omnes alios, qui possunt exhiberi puris creaturis, & hic est cultus hyperduliæ. Et quamuis hoc nomen apud veteres Patres non sit vsitatum; rectè tamen illud excogitarunt Scholastici ad significandam hanc eminentiam cultus, vt notat Vasquez *tom.* 2. *in* 3. *parte*, *disputation.* 99. *sect.* 1. *num.* 2. Nec de vocabulis est laborandum, quando constat de rebus ipsis significatis per vocabula, vt notat S. Augustinus *libr. de Genesi ad lit. cap.* 4. & apud Suarez *in defens. fidei lib.* 2. *capite* 7. *num.* 4.

2. Et quamuis communiter apud fideles hæ duæ excellentiæ maternitatis, & sanctitatis, quæ sunt in Virgine, quandammodò confundantur, & dum illam communiter concipiunt, & adorant vt Dei Matrem, simul concipiant, & adorent vt absolutè sanctissimam, & gloriosissimam supra omnes alios, & maternitatem intelligant non quasi præcisè, & solùm formaliter pro ipsa relatione, & fundamento illius proxima; quod est genuisse: sed simul cum aliis, quæ continet quasi virtute, & in radice, & actualiter ex illa manant; & est eminentissima sanctitas; si tamen ab inuicem distinguantur diuersæ rationis erit hyperdulia, vel superseruitus, aut eminens dulia, quæ debetur vnicuique per se; vt enim benè explicat Suarez *tom.* 2. *in* 3. *part. disputat.* 22. *sect.* 3. § *Tertio*; hyperdulia ratione solius gratiæ, & sanctitatis erit eiusdem speciei cùm dulia, quæ communiter tribuitur Sanctis. Et sicut gratia, & sanctitas Virginis est eiusdem speciei cum gratia, & sanctitate Sanctorum, & solùm differt secundùm excessum, & eminentiam gradus: ita & cultus, & veneratio, quæ vtrisque debetur ratione illius; siquidem excellentia, quæ solùm attenditur secundùm quantitatem graduum non diuersificat speciem, vt notat S. Thomas *in* 3. *distinct.* 9. *quæst.* 2. *art.* 2. *ad* 4. Et quemadmodùm cultus Virginis absolutè, & simpliciter, & respectu omnium, & quasi protonomasticè appellatur hyperdulia; quia Virgo simpliciter eminet omnibus in sanctitate; ita & cultus vnius Sancti potest dici hyperdulia secundùm quid, & in ordine solùm ad aliquem alium, cui supereminet in excellentia gratiæ; vt verbi gratia si comparetur cultus S. Ioannis Baptistæ, aut S. Petri cum cultu infantuli, qui sit mortuus cum solo Baptismo, & solùm habeat gratiam baptismalem, & gloriam illi correspondentem, vt subdit *ibid.* Suarius.

3. Et qua ratione omnis cultus Sanctorum potest absolutè appellari hyperdulia, si comparetur cum dulia communiter dicta, prout est seruitus, ex qua seruus quicunque exhibet reuerentiam suo Domino, vt patet ex S. Thoma 2.2. *quæst.* 103. *art.* 4. Vnde & Palud. *in* 3. *dist.* 9. *quæst.* 2. *art.* 1. cultum Sanctorum quorumcumque absolutè appellat hyperduliam, & ipse S. Thomas *artic.* 4. *cit. ad* 2. hyperduliam ait esse omnem illam, qua exhibetur homini reuerentia propter affinitatem, & coniunctionem ad Deum: qualem certè habent omnes Sancti per gratiam, & gloriam; eadem ratione cultus vnius Sancti maioris potest appellari hyperdulia, si comparetur cum cultu alterius Sancti minoris: & hæc eadem eminentia sanctitatis, quæ est in vno supra alium, non solùm postulat ex parte nostri maiorem existimationem de vno, quàm de alio, & voluntatem exhibendi illi maiorem honorem, prout res, & occasio tulerit, sed etiam postulat maiorem appretiationem ex eodem Suario *ibidem*, & ex illa prælationem vnius ad alium, si forte vterque non possit simul coli, & honorari pro dignitate. Et hoc modo etiam Ecclesia secundùm ritus sacrorum officiorum Sanctos aliquos solùm honorat officio simplici, & alios semiduplici, aut duplici, primæ classis, & maiore, &c. vt de Apostolis, Euangelistis, & Doctoribus statuitur à Bonifacio VIII. *cap. vnico, de Reliq. & venerat. Sanctorum in* 6. & si plures occurrant, aut concurant eodem die vnum alteri præfert, & vnum transfert ad vnum, aut plures dies, non autem alterum. Cætera autem ad Hyperduliam propriè cognoscendam, videbis etiam apud citatos Doctores, quibus adde Baldellum *in theol. mor. tom.* 2. *lib.* 3. *disputat.* 10. *num.* 12. *cum seqq.*

4. His suppositis, assero, Patrem Raynaudum *in suo Monastico Pontificio subnotat.* 3. *fruct.* 1. reducere cultum Pontificium ad hyperduliam; sic enim asserit: Porrò spectata tam sublimi Pontificis, dignitate, quæ est venerationis Pontifici debitæ fundamentum, addendum est non qualemcumque cultum ei esse impendendum, sed supra communem ordinem cultus Religiosi Sanctis tributi, ita vt cùm Sanctis exhibeatur cultus dulæ, spectata sola eorum sanctitate, Pontifici tamen debeatur cultus hyperduliæ; Nam eius coniunctio cum Christo quoad fundamentum reuerentiæ est longè altiór, quidquid sit de sanctitate personali. Sicut Beata Virgo, quia habet excellentiam specie diuersam ab ea, quæ fundatur in gratia, nempè maternitatem, colitur adoratione superiore, quàm sit ea, quæ fundatur in sola gratia sanctificante, vt rectè statuit Suarez 1.2.3 *part. disput.* 22. *sect.* 3. qui anceps est, an cultus ille sit Religionis strictè sumptæ, à qua oritur Dei, & Christi adoratio, an verò oriatur à speciali habitu, ob specialem Virginis dignitatem cultus prædicti fundatricem. Quod secundum circa B. Virginem, mihi placet, & ob paritatem rationis idem statuo in præsenti circa cultum impensum Vicario Christi. Hucusque Raynaudus.

RESOL. XIV.

Opinio authoris, & aliorum adducitur, nempe adorationem Pontificis reducendam esse ad adorationem Dulia? Ex part. 11. *tract. addit.* 1. *Resolut. etiam* 14.

§. 1. OMnes opiniones *superiùs* allatas existimo satis probabiles, sed ego magis adhæreo opinioni Doctorum asserentium adorationem Pontificiam esse ad adorationem Duliæ reducendam. Et ita tenet Lessius *de iust. lib.* 2. *capite* 26. *dubitat.* 3. *numero* 18. *cum sequ.* vbi sic ait: Multæ sunt obseruantiæ species, sicut & multæ dignitatum, & excellentiarum; Illæ tamen magis interna æstimatione, & affectu reuerentiæ distinguuntur, quam opere externo, vt patet ex dictis *capite* 36. *dub.* 2. Idem enim opus externum, vt procedit à diuerso affectu interno, & ad testandam diuersam excellentiam ordinatur, est diuersæ speciei moralis, & diuersæ virtutis.

2. Primò igitur diuidi potest obseruantia in politicam, & religiosam, politica est, quæ ob dignitatem politicam, vel excellentiam humanam cultum defert; talis est qua coluntur Principes, Magistratus, & alij dignitate sæculari conspicui; item magistri à discipulis, domini à seruis, patroni à clientibus.

3. Religiosa est, quæ ob dignitatem, vel perfectionem cum Religione coniunctam, vel diuinum numen respicientem cultum exhibet; vt quando quis honoratur vt Sacerdos, vt Propheta, vt Sanctus, vt Beatus. Dicitur Religiosa, non quia actus eius est à virtute Religionis, sed quia ipsi Religioni affinis, & cum ea coniunctus.

4. Hæc rursùs duplex est: alia enim est naturalis, qualis fuisset in statu nudæ naturæ, & modò esse potest vbi Sacerdotium, & cultus diuinus sola ratione naturali vel constat, vel æstimatur. Alia supernaturalis, quæ ob ministerium supernaturale, vel ob aliquam excellentiam supernaturalem cultum defert; talis est, qua honorantur Sacerdotes, Episcopi, Pontifices, & alij Ecclesiæ Ministri, & Religiosi: si tamen eorum dignitas apprehendatur, & æstimetur, vt oportet. Cùm enim hæc non sit politica, sed supernaturalis, & ad Deum specialem ordinem habeat, necesse etiam est, vt æstimatio interna affectus, reuerentiæ, animique submissio fit alterius rationis, quàm in cultu politico; & consequenter externus quoque cultus, quo hanc submissionem nostram, & illorum excellentiam testamur, induit alterius virtutis rationem; signum enim accipit speciem ex ordine ad rem signatam. Multum ergo falluntur hæretici, cum putant homines in hac vita non posse, nisi cultu politico coli; etsi externa nota submissionis politico cultui, accommodetur.

5. Supernaturalis obseruantia diuiditur in duliam, & hyperduliam. Dulia dicitur, quæ cultum exhibet Beatis ob sanctitatem, vel beatitudinis statum; eandem puto etiam extendi ad viatores, quando ob sanctitatem, vel dignitatem supernaturalem honorantur; sanctitas enim huius vitæ, & futuræ, est eiusdem ordinis, etsi ibi sit perfectior. Hactenus Lessius, qui vt vidisti, adorationem, qua Summum Pontificem veneramur, ad adorationem Duliæ reducit, quia non solùm Beatis in Cœlo, sed etiam viatoribus adhuc in terra exhiberi potest.

6. Sed audiamus Patrem Nicolaum Baldellum *in Theol. mor. tom. 2. lib. 3. disput. 117. num. 9.* ita loquentem, & nostram sententiam confirmantem; Rectè (ait) potest dici, quòd hic habitus se extendit ad cultum Sanctorum non modò post mortem, & dum regnant in Cœlo, sed etiam dum viuunt, & sunt in humanis; est enim etiam sanctitas in hac vita eiusdem rationis cum sanctitate in alia, eiúsque cultus, & veneratio simul proficiscitur ex eodem dictamine fidei, & ex eodem affectu Religionis, & pietatis.

7. Et propter has rationes, quòd se extendat hæc eadem virtus, etiam ad cultum, qui aliquibus exhibetur specialiter propter aliqua dona, aut potestates, aut prærogatiuas supernaturales, vt, quando honoratur, v. g. Summus Pontifex, quia est Vicarius Christi, vel aliquis alius, quia est Sacerdos, vel Propheta, vel Euangelicus, & Apostolicus Prædicator, &c. exhibentur enim sine dubio hi omnes honores ex sola fide, & ex affectu Religionis; & ideò ad illos bene potest se extendere virtus duliæ, cùm hic etiam cultus non sit solùm ciuilis, sed Religiosus, & sacer. Et quemadmodùm res sacræ, quæ ordinantur aliquomodo ad Eucharistiam, & ad Christum, adorantur ex eadem virtute latriæ, ex qua adoratur ipsa Eucharistia, & Christus; ita & Sacerdotes, & Prædicatores. & Prophetæ in quantùm sunt Ministri, & instrumenta sanctitatis, rectè possunt adorari dulia. Ita Baldellus. Et ideo nostram sententiam sequitur Anton. Mazaronius *tract. de adorat. & osc. pedum Pontificis cap. 1.* vbi testatur de communi sententia Doctorum asserentium, adorationem Pontificiam pertinere ad duliam. Dico igitur latriam, & hyperduliam ad Deum, & Beatam Virginem spectare; duliam verò non solùm Sanctis in Cœlo existentibus, sed etiam viatoribus adhibetur; & hoc non solùm propter eminentum sanctitatem, sed etiam propter dignitatem, gradum, ministerium, vt quidem efficitur in Summo Pontifice.

RESOL. XV.

Breuis digressio de gestatione Pontificis super humeros, & cum Regno in capite, quod vulgo Chamaurus *appellatur.* Ex part. 11. tractat. addit. 1. Resolut. etiam 15.

§. 1. PRæsertim Pontificem reuerenter adoramus, cùm in quibusdã diebus solemnioribus procedit ad Capellam gestatus super humeros cum tiara in capite, de quibus in gratiam Lectorum hic pauca perattingam, & de leuatione super humeros, affero de hoc more agere Barbosam *de iur. Eccles. lib. 1. cap. 2. num. 90.* & ex illo Machadus *de perfect. Confess. tom. 2. libro 4. part. 7. tractat. 4. docum. 18. num. 3.* vbi sic ait: [Es tambien priuilegio del Pontifice, aunque no de Derecho, sino de costumbre, y deuocion de los fieles, que sea lleuado publicamente, y con solennidad en ombros dellos: i que todos grandes y pequeños sin exceptuarse los Emperadores, Reyes, y Monarcas del mundo en reconocimiento de su grandeza, y suma podestad le besen los pies de rodillas, protestando con esta humilde, y piadosa accion la obediencia, y sugecion, que todos deuen à la sede Apostolica y sus Pontifices.

2. Vnde ex his Ioseph Stephanus *in tractatulo de hac materia* ad Antonium Cardinalem Caraffam, post multa sic asserit: Constat igitur Pontificem Maximum à sellariis, (idest lecticariis hominibus) per Vrbem in sellari (idest in sella curuli insigni) delatum fuisse, & ab ea descendentem obuiis manibus (vt ait ordo Romanus) exceptum. Quod multorum Pontificum exemplis aperte demonstrari potest. Nam Stephanus II. vt refert Platina, & Franciscus Ioannetus *capite 90.* humeris in Basilicam Constantianam, & inde Lateranam delatus est; & Hadrianus II. in Lateranensem Ecclesiam à Clero, & proceribus deportatus, vt habetur *dist. 63. c....* Cùm Hadrianus II. ad Romanum Pontificatum ab Ecclesia Dei genitricis Dominæ nostræ, quæ dicitur ad Præsepe traheretur ad Lateranense Patriarchium: certatim à Clero, & proceribus & plebe deportatus est.

3. Leo etiam VIII. cùm Summus, & vniuersalis Papa Romanæ Ecclesiæ tertiò fuisset acclamatus ad Lateranense Palatium secundùm consuetudinem cum laudibus ducitur, vt ait Luitprandus *lib. 6. cap. 11.* Et certo tempore in Ecclesia sancti Petri ad summum Sacerdotium facta consecratione

attollitur

attollitur Gregorius I X. auróque circumtectus ad Lateranum ducitur.

4. Quod planè cuiquam mirum videri non debet, cùm ab Isaia hæc Pontificũ celebris gestatio prædicta iam fuerit *cap.* 49. & asserens filios tuos in vlnis, & filias super humeros portabunt; ea quidem causa, quia in magno pretio à mundi Principibus futuri erant Ecclesiæ Præsides; nec aliquod honoris, studij, officiique genus ab illis prætermissum, quòd Ecclesiæ magistratibus consonum videretur. Accedit huc, ideò Pontificem in altum deferri oportere, vt populum, ouésque Christi sibi creditas circumspicere, eisque fausta precatione benedicere, & populi rursum illum in sublimi loco præsidentem commodè spectare, & ex vultu pastorem possent agnoscere: vt inde protestationem fidei conciperent maximam, quoties aspicerent Christi Vicarium, & Petri, in eo quasi throno gloriæ successorem. Hucusque Stephanus.

5. Et quidem hic mos apud veteres extetisse petet ex Herodiano *lib.* 7. ita asserente: Erat puer quidam infans ex Gordiani filiis natus, nomen aui referens, hunc submissis quibusdam, afferri ad se iusserunt, qui cùm domi ludibundum offendissent, impositum in humeros per mediam ferebant multitudinem, plebi ostentantes, ac nepotulum Gordiani dictitantes, vocantésque eum nominatim, populo acclamante, & conspergente puerum frondibus. Hinc Cornelius Tacitus *lib.* 7. asseruit: Impositosque scuto more gentis, & sustinentium humeris vibratus, Dux eligitur; de cuius quidem more, lege Pithocum *lib.* 2. *adversariorum cap.* 6. & Principes olim succollari, & gestari humeris, patet *in Othone apud Sueton. in eius vita capit.* 6. & quidem pietatem Christianorum, & maiestatem Pontificis, quando egreditur ad celebrandum in magnis festiuitatibus inuenio graphice descriptam in illis Virgilij *lib.* 4. *Georg.*

Illum admirantur, & omnes
Circũstant fremitu denso, Stipantque frequentes,
Et sæpè attollunt humeris——

6. Quoad gestationem verò Regni in capite, quod Pontifex in illis diebus gerit, libet huc adducere verba Patris Raynaudi *in Onomastico Pontificio sub not. 3. fruct.* 1. ita eruditè loquentis; Eam verò tanquam luculentum Hieroglyphicum exprimit Pontificia tiara, seu mitra, ac Regnum. Ita vocant textum è tribus coronis, quarum quæ media est, cumulat eam, quæ *imo* loco ponitur; sicut ipsa media cumulatur à tertia, & summa. Iulius Bullengerus *l. de vestimentis sacris cap.* 4. ex Innocentio III. mitram, & Regnum, seu coronam discriminat; sed Paschasius *l.* 9. *de coronis, cap.* 14. duo illa in Pontificio Regno necti docet, & multus est in exquirendis variis rationibus structiuè triplici corona ornamenti: quod diffusè quoque prosequutus est Antonius Mazzaronius *tract. de tribus coronis Pontificis Maximi, cap.* 3. Ratio triplicis illius coronæ Pontificiæ, quam profert Vvolfangus Lazius *l.* 2. *comment. Reip. Rom. cap.* 3. minimè omnium placet. Ait, triplicem esse Romani Pontificis coronam, quia sub Patriarchatu suo habet Italiam, Illirycum, & Africam. Hæc ratio est insufficientissima. Nam Romanus Pontifex est Patriarcha Oecumenicus, nec illis duntaxat tribus Prouinciis summo spirituali iure præest, sed tribus vniuersi orbis partibus; vt proindè debuerit Lazius rationem potiùs petere ex subiectis Pontifici tribus, hoc est omnibus planè Christianis. Quod si rationem habere placeat illius distributionis regionum, quia indulsit aliis Patriarchiis immediatam rectionem quarundam regionum saluis sibi semper excubiis, quas ei potestas Petri inabdicabiliter commisit; ne sic quidem ad ternarium Prouinciarum arctanda est immediata eius rectio. Nam Patriarchatui Romano subsunt multò plures Prouinciæ, quàm tres enumeratæ, vt Germania, & totus Septentrio, Gallia, Britannia maior, maior Hispania, quarum regionum quælibet potentior est, quàm Italia. Itaque Pontifex non iam ternas, sed septenas, vel octonas, aut etiam plures gestare coronas deberet, si Lazij ratio esset idonea. Probabiliora sunt quæ Cæsar Costa *l.* 1. *variar. ambiguitatum cap.* 1. in hanc rem profert, ex tripartito Christi Regno, Vicariæ Romani Pontificis præfecturæ spirituali obnoxio, tribus tituli Crucis idiomatibus expresso, vt Sanctus Chrysostomus *in cap.* 19. *Ioann.* Philosophatur. Item ex triplici corona Pontificibus debita, quarum vnam habeant vt Summi Sacerdotes aliam ex Constantini Magni donatione, tertiam ex munere Clodouei Regis Francorum, vt Anastasius *in Hormisda* memorat, Mazzaronius *cap. Illo* 3. huc aduocat mulierem Ægyptiam tribus regiis coronis decoram, vt exhiberetur fuisse filiam, vxorem, ac matrem Regis, quod refert ex Pierio *lib.* 41. *hierogl. V.* Annulus, aptátque ad Ecclesiam Vicarij Christi filiam, & sponsam, ac matrem. Addit etiam tres coronas Lunæ Reginæ ex Ludouico Cœlio *lib.* 1. *cap.* 19. Subtiliùs, & accuratiùs philosphatus est in hanc rem Carolus Paschalius *dicto cap.* 14. Sed mihi appositè philosophaturus videbor, si dixero, triforme hoc culmen Pontifici competere, vt præcelsæ eius maiestatis, ad cœlestia, terrena, & inferna pertinentis, hieroglyphicum luculentum. Nam & in terris arbiter pro Christo sedet: & quidquid resoluit in terris arbitrio, erit solutum super Cœli radium: & pro animabus reatus temporarij reliquatricibus ignes emendatarios sustinentibus, litrum ex Christi fisco sibi commisso potest annumerare. Quid quod vel ipsa sola in superstites fideles potestas, tam protensa, vt nullum non comprehendat; tam fundata, vt nulla vi, nullis portarum Inferi motibus disiici vnquam potuerit; tam nobilis, vt quod nulla alia magnorum, qui sunt in terra iurisdictio habet, sola sit supernatutalis, omnibus denique eximiæ, & præcellentissimæ Monarchiæ prærogatiuis conspicua, triformi illo coronarum textu, perfectam fidelium omnium sub huius spiritualis potestatis iura subiectionem insinuante, meritissime expressa est; Et hæc omnia docet Raynaudus *vbi supra*.

7. De hac corona mentionem facit Innocentius III. *serm.* 3. *de coronatione Pontificis*, Ecclesia sponsa non nupsit vacua (loquitur de se ipso) sed dotem mihi tribuit absque pretio pretiosam spiritualium plenitudinem, & latitudinem temporalium; magnitudinem, & multitudinem vtrorumque. In signum spiritualium contulit mihi mitram (loquitur enim de se Innocentius Papa) in signum temporalium, dedit mihi coronam, mitram pro Sacerdotio, coronam pro Regno illius me constituens in Vicarium, qui habet in vestimento, & fœmore suo scriptum, Rex Regum, & Dominus dominantium.

Sed agè nunc de Mitra, & Regia Corona aliquid dicamus, vt quantum Ecclesiasticis moribus, hæc ornamenta accommodata videantur, breuiter explicemus.

8. Mitra igitur apud Suidam capitis redimiculum dicitur; *& l.* 28. *ff. de auro, & argent. legat.* vt explicat Brissonius. Apud Eusebium *lib.* 2. *cap.* 1. siue lamina nominatur, qua Iacobus frater Domini ornatus est quamprimùm ab Apostolis in Episcopum Hierosolymitanum fuit consecratus. Quod planè ornamenti genus licèt ab Aaron, & eius filiis originem duxerit, postea tamen in Ecclesiam translatum est, vt eo omnes

nes omnium ferè nationum Episcopi vterentur. Polycrates Ephesinus laminam gestavit, vt ait Eusebius *lib.3.cap.31.* cùm Ephesi sacerdotio fungeretur. Alij quoque Pontifices omnia ferè Sacerdotum veterum ornamenta, talarem tunicam, stolam, seu cœlestem gloriæ coronam, hoc est mitram apud Eusebium *lib.10.cap.4.* gestabant, vt ornatiores, & insigniores apparerent, & de iis plura Amalarius, Rabbanus, & alij grauissimi authores docuerunt.

9. Sed hæc quidem, quæ de mitra dicuntur, multorum hominum consensione recepta, ac comprobata sunt: quæ verò de Regno, seu Regni corona explicari debent, nonnullis sunt tenebris inuoluta, quæ pro ingenij tenuitate, dissoluam.

10. Sed non deserunt alii edicere, hoc ornamenti genus à Constantino Magno originem duxisse, vt ex actis B. Sylvestri colligitur. Quam sententiam omnes Pontifices amplectuntur, vt Leo I X. *epist. aduersùs præsumptionem Michaëlis cap.* 13. & Innocentius III. *serm.1.de B.Sylvestro* confirmauit: Constantinus secedens Byzantium coronam capitis sui voluit B. Syluestro conferre, sed ipse pro reuerentia clericalis coronæ, vel vtilitatis causa noluit eam portare. Verum tamen pro diademate Regio, vtitur aurifrigio circulari: & paulò post, Romanus itaque Pontifex in signum Imperij vtitur Regno, & in signum Pontificij vtitur mitra; sed mitra semper, & vbique vtitur, quia Pontificalis auctoritas est prior, & dignior, & diffusior, quàm Imperialis.

11. Et hanc sententiam tenet Ioseph Stephanus *in lib. de coronat. Romani Pontificis*, qui plura etiam circa hanc materiam adducit: Hoc vnum ego addam, ad hunc morem alluisse Ioannem *in Apoc.14.v.14.* dum ait: Et ecce super nubem candidam sedentem similem Filio hominis, habentem in capite suo coronam auream: quæ quidem verba Cornelius à Lapide exponens, obseruat, Aureolum per hunc Angelum accepisse Stephanum Papam: sed magis genericè dixit Isaias *cap.61.ver.10.* Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo, quia induit me vestimentis salutis & indumento justitiæ circumdedit me, quasi sponsum decoratum corona; Summus enim Pontifex sponsus Ecclesiæ vocatur à Concilio Generali Lugdunensi, adducto *in cap. vbi periculum, de elect. in 6. & ibidem cap. Quoniam, de immunitate.* Turrecremata *lib.3.summæ Ecclesiæ à cap. 27. vsque ad 31.cum aliis*, ergo meritò dicendum est, quod de illo asserit Propheta corona decoratum fuisse. Vndè Cornelius à Lapide exponens locum supradictum Isaiæ, nostram sententiam confirmare videtur; sic enim ait. Porrò alludit ad vestes, & ornatum Pontificis *Exod.28.* qui mitus erat vti & apud Christianos est. Ita Cornelius.

12. Sed hîc obiter detestanda veniunt verba insani Hotomanni contra Bullam Sixti V. *cap.2.* sic debacchantis, vocare Romanum Pontificem sponsum Ecclesiæ, esse blasphemiam qua nulla vnquam ex Erebo prodierit capitalior, aut detestabilior, cùm id sit Pontificem statuere procum Reginæ, & Regi Regum cornua appingere. Ita ille. O lingua præscindenda! ô manus detruncanda! sic hæreticus. Nonnè Christus est Caput Ecclesiæ verè quidem: nam de ipso dixit Paulus: Et ipse est caput corporis Ecclesiæ; & tamen Pontifex dicitur etiam Ecclesiæ caput, vt vocavit illum Concilium Chalcedonense *epist. ad Sanctum Leonem*, & exponit Gabriel *lect.3. in can. à littera F. vsque ad litteram G.* Quare ergo non possumus vocare & Christum, & Pontificem sponsum Ecclesiæ decoratum quidem corona. Itaque quando illum sic vocamus, neque Reginæ procum, neque Christo riualem inducimus, qui Christum & vnum & solum primarium Ecclesiæ sponsum nouimus, cujus non Patris semine cœlesti satos, & in spem æternæ hæreditatis ab eo solo obventuræ, progenitos gratulamur. Sicut tamen alios suos titulos Christus, qua est erga genus nostrum benignitate, cum plerisque puris hominibus communes esse voluit, ac nominatim, qua erga Romanum Pontificem Vicarium suum est gratia, plerosque titulorũ sibi principaliter propriorum, illi communicare dignatus est (vocatur enim Christo ipso auctore pastor ouilis, & Ecclesiæ caput, vtique visibile, ac Christo per omnia subordinatum) ita vt de sponsi Ecclesiæ titulo eidem Pontifici attributo philosophemur citra Christi iniuriam, imò cum summo eius honore, & summæ erga nos prouidentiæ suspectione.

13. Itaque contra Hotomannum, & alios hæreticos, rectè vocatur Pontifex sponsus Ecclesiæ, & corona decoratus, vt dixit *suprà* Isaias, ac non solùm vna, sed tribus, vt portat in sua sacra tiara; sed quare tribus? Audisti antea ingeniosam expositionem Raynaudi, audi & aliam Iosephi Stephani *vbi suprà*. Meritò ait: triplicem coronam capiti aptavit Pontifex Maximus, vt se aliis Regibus gloria, auctoritate, ac rebus gestis superiorem ostenderet. Ita ille.

14. Hinc modestè dicendum est, loquutum fuisse Symmachum Papam *in Apologet.ad Anastasium Imperatorem*, dum dixit: Conferamus honorem Imperatoris cum honore Pontificis; inter quos tantùm distat, quantùm quòd ille curam rerum humanarum gerit, iste diuinarum. Tu Imperator, à Pontifice baptismum accipis, Sacramenta sumis, orationem poscis, benedictionem speras, pœnitentiam rogas. Postremò tu humana administras, ille tibi diuina dispensat. Itaque vt non dicam superior, certè æqualis honor est. Nec te putes mundi pompa præcellere, quia quod infirmum est Dei, fortius est hominibus. Modestè dixi loquutum fuisse Symmachum; nam non æquari tantùm, sed longè anteferri oportuit spirituale Imperium supremum, cuicumque temporali. Et ideò S. Bernardus loquens cum Eugenio *lib.2. de consider.cap.1.* dicit: Parem super terram non habes. Et Michaël Imperator apud *Sangallensem lib.1.de rebus Caroli Magni cap.28.* Ille Papa Regnum habet per se, & nostro præstantius. Et quidem principatus inferior, qualis in vnoquoque Episcopo cernitur, vt tradit Rodericus Episcopus Zamorensis *lib.2. Specul. vitæ humanæ cap.1.* Chrysostomus *lib.3.de Sacerdot. in initio. & homil.5. de verbis Isaiæ:* Vidi Dominum in initio. Clemens Romanus *lib. 2. constit. cap.* 34. & alij, improportionabiliter, & inadæquabiliter superat Imperium quodcumque terrenum. Ideóque nusquam legimus eo honore affectos Imperatores, quo affectum legimus supremum spiritualem Principem, Romanum Pontificem, reuenientium ab eius conspectu, & dignatorum beata eius præsentia, pedibus figantur oscula, & vestium parte rapiantur, ac pro reliquiis asseruentur. Quod facere Æthiopas, suis Roma reuenientibus, scribit *ad Eugenium Papam anno* 2441. Nicodemus Abbas Vicarius Patriarchæ Æthiopici, Iacobum Navarrum, ex quo Sanderus *lib.6.Monach. num.*1122.

15. Meritò igitur Pontifex tribus coronis ornatur, vt obseruat Stephanus *vbi suprà*, stante ejus auctoritate super omnes Reges, vndè Damianus vocavit illum Regem Regum, & Principem Imperatorum, & quia eius verba sunt pulchra, ponam illa per extensum; respondet enim ad quæsitum, quare Pontifices celeri morte defungantur, itavt non attingant dies Petri, sic itaque ait *opusc.23. cap.1.* Videtur nobis, quia idcircò hoc cœlestis judicij ordo disponit, vt

vt humano generi metum mortis incutiat, & quam despicienda sit temporis vitæ gloria, in ipso principatu euidenter ostendas, quatenus dum præcipuus hominum, tam angusti temporis compendio moritur; tremefactus quisque ad præstolandum sui obitus custodiam prouocetur; dum cacumen, aut verticem suum tam facilè corruisse considerat, flatu concussa formidinis, in suis vndique ramusculis contremiscat. Addit posteà Damianus, Deum id potius assequi morte Pontificis, quàm morte Regum, & Imperatorum: Quia (ait ille) cùm vnus omni mundo Papa præsideat, Reges autem plurimos sua cuiusque Regni meta concludat, quilibet Imperator ad Papæ vestigia corruit, tanquam Rex Regum, & princeps Imperatorum, cunctos in carne viuentes honore, ac dignitate præcellit. Vndè quolibet Rege defuncto, administratione eius, Regnum tantummodo, cui præerat, destituitur. Cùm verò Sedis Apostolicæ Pontifex moritur, vniuersus tanquam communi Patre mundus orbatur: Quid enim Africa de Regibus Asiæ, aut quid Æthiopia de Principibus sentit Hesperiæ? Nam siue moriantur, siue viuant qui procul à re remoti sunt, vtrumque indifferenter ignorant. Papa verò quia solus est omnium Ecclesiarum vniuersalis Episcopus, cùm luce priuatur, mors eius per ampla terrarum Regna diffonditur. Et sicut Sol, quia solus lucet, si eclypsim fortè sustineat, præstò necesse est, vt tenebras totus vbique mundus incurrat, sic Papa cùm ex hac vita recedit, illicò quia vnus in mundo est, longinqua Regnorum spatia mortis eius fama percurrit, & consequens est, vt quos tam sublimis, singularisque personæ casus obturbat, propriæ quoque vocationis exitum tremefactis visceribus expauescant. Hæc omnia eloquens Damianus, ex quibus apparet amplitudinè Romani Pontificis, & quomodo (vt visum est) à Damiano vocetur Rex Regum, & Princeps Imperatorum; non est igitur mirum, si ipsi vna tantùm, Summus verò Pontifex tribus coronis decoretur, & adoratione ab ipsismet Regibus, & Imperatoribus, & vniuerso orbe humiliter veneretur, *vt superiùs* satis probatum est.

RESOL. XVI.

An si aliquis Pontifex, (quod Deus auertat,) esset impius, scandalosus, &c. sit adhuc modo, quo supra, à fidelibus adorandus? Ex part. 11. tract. addit. 1. Resol. etiam 16.

§. 1. SAtis igitur ex *superiùs dictis* firmatum remanet ex vsu perpetuo Ecclesiæ, & ex rationibus; rite à Christi fidelibus Pontifici adorationem exhibitam ad Duliam pertinere; quam quidem adhibendam esse etiam Pontificibus (quod Deus auertat) malis, & scandalosis, omnino tenendum est. Nam dicta adoratio præbetur Pontifici ratione ministerij, & dignitatis, sed dignitas Pontificia manet adhuc in Pontifice impio, & scandaloso. Ergo ratione illius ministerij, & dignitatis adorandus etiam venit. Et ideò Ioannes Caramuel *vbi suprà de Hierar. Eccles. lib. 1. disp. 60. num. 580.* postquàm declarauit quomodo adoratio competat Pontifici, subdit posteà, talem adorationem non impedire fragilitatem humanæ naturæ, & imperfectiones personales (nam & Summi Pontifices homines sunt, nec omnes à sinceritate laudantur) si enim è ligno putrido, & vermium dentibus terebrato formes crucem: imò (quod sine horrore vix pronunciem) si è Caini, aut Iudæ, aut cuiuscumque alius hominis damnati cineribus liquorum conficias quo Crucem † præsentem efformes, non obstante indignitate materiæ, adorabo istam crucem, non secùs ac Eucharistiam, quam Hæreticus proiecit in stercora; quoniam à materia præscindit mea deuotio, figuram respicit, & illam adorat vt quo, & per figuram tanquam per viam progrediens, ad Christum peruenit, quem adorat vt quod. Ergo imago intelligibilis est Christi Summus Pontifex, & licet (quod Deus auertat) non sit bonus, cultuq; dignus. Ita Caramuel; cui adde Theophilum Raynaud. *in Onomast. Pontif. subiect. 3. fruct. 6.* Ex quibus sequitur, quòd nullus Pontifex potest deponi à Papatu propter quæcumque crimina horrenda, & scandalosa; secluso delicto hæresis; & ita tradit Iacobus Granado *in 2.2. D. Th. contru. 1. tr. 7. disp. 2. sect. 4. n. 20.* & communiter schola Theologorum. Scio Turrecrematam *l. 4. part. 2. cap. 37.* adducere sententiam cuiusdam Marsilij, asserentis, quòd si Papa sit incorrigibilis deponi etiam possit propter alia crimina præter hæresim, quam etiam sententiam videtur insinuare Glossa *cap. Si Papa. 40. dist.* & tenent hæretici nostri temporis, quos refert Bellarminus *l. 2. cap. 26.*

2. Certissima tamen est conclusio, & absque errore negari non potest, quòd Papa propter nullum aliud crimè præter hæresim possit deponi, quod præter Doctores *cit.* doctè, vt semper solet, firmat Magister Io. de S. Th. *in 2.2. D. Th. disp. 8. art. 3 fol. 736.* & apertè colligitur ista conclusio *ex c. Si Papa, 40. dist. c. Oues, 2. q. 7.* vbi dicitur Papam à nemine iudicari, nisi sit deuius à fide, & Patres Concilij Sinuessensis clara voce dixerunt Marcellino: Tu teipsum iudica (quia viderunt illum respuisse) quia prima sedes à nemine iudicatur. Et *in Concilio Rom. sub. Siluestro* dicitur: Papa nec à Regibus, nec ab Ecclesia, nec à toto Clero, neque à populo iudicatur. Et idem docuit Nicolaus Papa *in epist. ad Michaëlem Imperatorem*; idemque habetur *in Concil. Rom. sub. Sixto III. & in epist. Consil. Calcedonensis ad Martianum & Valentinianum Imperatores; & in epist. eiusdem Concilij ad Leonem Papam, qua habetur actione tertia*, damnatur Dioscorus, eò quòd in quodam conciliabulo voluerit ferre sententiam contra ipsum Leonem Papam; cùm Papa à nemine debeat iudicari.

3. Et ratione probatur hæc opinio, quia Romanus Pontifex est caput Ecclesiæ, ergo non potest iudicari à tota Ecclesia, quia est inferior, neque à iure; quia auctor illi est æqualis: nec denique ab Imperatore (vt dicunt hæretici nostri temporis) quandoquidem sæcularis potestas etiam si Imperatoris sit, inferior multò est, quàm spiritualis, quæ residet in Papa, vnde *in Consil. Mileuit. can. 19.* prohibentur causæ Clericorum deferri ad Reges, vel Imperatores, vel ad iudices sæculares, quare Constantinus Magnus *in Consil. Nicen.* (vt refert Ruffinus *l. 10. cap. 13.*) noluit audire, neque iudicare causas Episcoporum; & Basilius Imperator *in or. quam habuit in fine VIII. Synodi* apertè hanc veritatem est confessus.

4. Nec obstat dicere eum hæreticis, multa adesse exempla, in quibus Iudices sæculares causas cognouerunt Ecclesiasticorum. Imò cum Pilatus dixisset Christo, nescis quia potestatem habeo, &c. Christus respondit *Io. 19.* Non haberes potestatem aduersùs me vllam, nisi tibi datum esset desuper: Et Paulus *Act. 22.* dixit: Ad tribunal Cæsaris sto, vbi oportet me iudicari; Cæsarem appello; ergo si Pilatus respectu Christi habuit potestatem, & Cæsar respectu Pauli, multò magis iudices sæculares respectu Summi Pontificis. Respondetur ad primum exemplum, Pilatum fuisse iudicem de facto, non tamen de iure respectu Christi; nam sicut Christus patienter voluit sustinere mortem, & crucifigi, ita voluit similiter ab homine iudicari, sicut *Matth. 27.* voluit soluere tributum

tributum Cæsari, quod de iure non debebat: Illa autem verba, quæ Christus dixit Pilato: Nisi tibi datum esset desuper, permissiuè intelligenda sunt secundùm Chrysostomum,& Cyrillam *in hunc locum.* Qua etiam ratione eodem capite intelliguntur illa verba Christi: Hæc est hora vestra,& potestas tenebrarum. Vbi non de potestate iurisdictionis,sed permissionis est sermo.

5. Ad secundum respondeo, quòd Paulus iudicari voluit à Iudice Cæsaris non de iure,sed de facto; vnde Rom.Pontifices non sunt de iure subditi Imperatoribus,licèt de facto missi sunt plures in exilium, vt Liberius à Constantino, Siluerius à Theodora, imò & depositi fuerint. Hæc omnia docet Francis. del Castill.*in 3.sent.to.2.disp.*16.*q.*12. qui posteà *n.*9. contra se obiicit, quod in aliis communitatibus prouisum est remedium contra Principes criminosos, & incorrigibiles,vt deponantur; ergo idem etiam potest fieri in Ecclesia respectu Romani Pontificis; aliàs Christus non sufficienter prouidesset suæ Ecclesiæ. Respondetur esse diuersam rationem, quoniam Principes aliarum Communitatum recipiunt potestatem, & iurisdictionem ab ipsis,& ita propter tyrannidem, &c possunt ab eisdem deponi. At verò Romanus Pontifex non ab Ecclesia, sed à Christo accipit potestatem,& ita ab illa deponi nequit, nisi in casu hæresis, quod ipsum ius Diuinum ostendit, dum dixit, hæreticum hominem deuita.Ad id autem, quod dicitur, quòd Christus non sufficienter prouidesset suæ Ecclesiæ.Respondet Montesinus cum Caiet. *cap.*27. *ad* 5. & cum D.Th.*in* 4.*dist.*19.*q.*2.*art.*3.*quæst.*3.*ad* 2. quòd Romanus Pontifex immediatè est sub prouidentia Dei, ad quem pertinet, aut non permittere, quòd cadat in prædicta crimina, vel quòd si cadat corrigatur, aut si non, quòd tollatur è medio. Ad Ecclesiam autem pertinet Deum orare, vt hæc præstet, & suos monere filios, vt agant pœnitentiam suorum peccatorum, propter quæ sola Deus permitteret regnare malos Prælatos. Hucusque, Castillo,

6. Et ideò rectè nouissimè Eminentissimi Domini mei Cardinales *in Sacra Congreg. Indicis* imposuerunt nigrum theta super decisiones Vlisiponenses Emanuelis Themudo Lusitani,nam *in par.*1.*decis.*71. *num.*14. asserebat cum Decio *cons.*151.*num.*6.Pontificem posse accusari, aut iudicari in crimine scandaloso, & licèt dictus Themudo posteà se correxit in quibusdam foliis impressis, & directis ad Eminentiss. Dominum meum Cardinalem Coccinum, quos penes me habeo;tamen in ipsis dicit aliqua, quæ etiam censura, & correctione indigent.

RESOL. XVII.

Respondetur ad argumenta Hæreticorum superius in Resolutione prima apposita, & adducitur ratio, quare D.Petrus respuit adorationem Cornelij? Ex part.11. tract.addit.1.Res. etiam 17.

§.1. SVperest modò respondere ad argumenta,quæ contra licitam adorationem, qua Catholici Summos Pontifices venerantur, petulanter hæretici adducunt. Et primò asserunt,quòd *Act.*10.D.Petrus respuit adorari à Cornelio, & tamen hodie Pontifices honorem, quem Petrus recusauit cum magna exorbitantia non verentur admittere. Respondeo, hoc Petrum effecisse, quia Cornelius aliud aliquid diuinum de illo cogitabat,vt obseruat D. Hier.*l.contra Vigilant.* & ideò ne erraret, noluit eius adorationem admittere; quod patet ex ipsius verbis,ait enim Lucas: Petrus verò eleuauit eum,dicens, & ego ipse homo sum. Vnde ex sacræ scripturæ contextu poterant hæretici obseruare, priùs Cornelium occurrisse, deinde stratum ad pedes, tum ab Apostolo subleuatum, vt illi ex animo errorem eriperet, quo sibi persuaserat Petrum Deum esse. Ergo ipsi ruenti ad pedes non obstitit Petrus, sed per errorem, honorem, qui Deo debetur, sibi deferenti obstitit, ac erexit humo, dicens: Surge, ne feceris, & ego ipse homo sum.

2. Eodem pacto respondendum est ad alia exempla in contrarium adducta; vndè Castrus Palaus*to.*2. *tr.*8.*disp.*2.*num.*2. sic ait: Quod si vrgeas hanc inferiorem adorationem noluisse sanctos viros aliis præstare, nec sibi permittere, vt constat ex *Esther.* 3.13. vbi Mardochæus noluit genuflectere Aman; & Petrus prohibuit Cornelium se adorare volentem *Act.*10. & Paulus,& Barnabas recusarunt à Lycaonibus adorari *Act.*10. & quidem Angelus prohibuit Ioannem, ne seipsum adoraret. Ergo conuenientem non esse hominibus, & Angelis adorationem. Facilis est horum solutio. Mardochæus enim noluit genuflectere Aman, ne videretur homini, honorem Deo debitum deferre; erat enim mos Iudæis, nullum alium præter Deum continuò honorare genuflexione, vt tradit Azor.*l.*9.*cap.*10.*quæst.*3. Aman ergo non semel, aut iterum postulabat hunc honorem,sed continuò: noluit ergo Mardochæus sic continuò honorare, ne scandalum præberet, & ne diuinum cultum ad hominem transferre videretur.Petrus verò ex modestia honorem alioquin sibi conuenientem recusauit. Paulus item, & Barnabas adorationem illam recusarunt; quia Lycaones tanquam Ethnici, & Gentiles, adorationem Deo debitam illis præstare volebant. Angelus autem adorationem Ioannis recusauit, tum ex vrbanitate, tum vt indicaret, quanti ab Angelis humana natura post Verbi assumptionem æstimabatur: & præcipuè quanti Sacerdotes, Apostoli, & Deo charissimi æstimari debeant. Hucusque Palaus; cui adde Tannerum *tom.*4. *disp.*5.*quæst.*2.*dub.*1.*num.*20.Pereiram *in Genes.tom.* 3. *cap.*17.*num.*7.Io. Lorinum *in Act.Apost.cap.* 20. *v.*2. Alanium Copum *Dial.* 3.*cap.*7. Valent.*tom.*3.*disp.*6. *quæst.*11.*punct.*5. & ante omnes omnium Magistrum D.Th.*in* 2.2.*q.*84 *ad* 1. vbi ita asserit; Secundùm reuerentiam quæ creaturæ excellenti debetur,Nathan adoranit Dauid, secundùm autem reuerentiam, quæ debetur Deo, Mardochæus noluit adorare Aman timens ne honorem Dei transferret ad hominem, vt dicitur *Esther.* 13.Et similiter secundùm reuerentiam debitam creaturæ excellenti, Abraham adorauit Angelos, & etiam Iosue, vt legitur *Iosue* 5. quamuis possit intelligi, quòd adorauerint adoratione latriæ Deum, qui in persona Angeli apparebat, & loquebatur. Secundùm autem reuerentiam, quæ debetur Deo,prohibitus est Ioannes Angelum adorare,*Apoc. vlt.* tum ad ostendendam dignitatem hominis,quam adeptus est per Christum, vt Angelis æquetur: vndè ibi subditur: Conseruus tuus sum, & fratrum tuorum etiam ad excludendam idololatriæ occasionem; vndè subditur: Deum adora. Ita D. Th. quibus adde ex SS.Patribus D.Athanasium *ser.*3.*contra Arianos*, & D.August.*l.*2.*contra Faustum cap.*21.

3. Rectè itaque exemplo Cornelij Centurionis, Pontifices vt successores D.Petri adoramus, & ideò Cornelius à Lapide explanans locum *Apoc. cap.* 10. *v.* 25. sic asserit, Exemplo Cornelij fideles adorant Pontificem cúmque genuflexi osculo pedis venerantur, quod notent hæretici. Ita ille, &c.

RESOL.

RESOL. XVIII.

Quare Pontifex vocat se seruum seruorum Dei contra Theodorum Reinghingh, demonstratur? Ex part. 11. tr. addit. 1. Ref. etiam 18.

§. 1. *Superius in resol.* 1. adduximus Theodorum Reinghingh cõtra dictum titulum impetentem, quod etiam fecit Leonardus Waramundus *lib. pro causa Colonienſi*, vbi loquens de Gregorio XIII. qui in quodam Breui vocabatur seruus seruorũ Dei, sic impiè asserit: Gregorius ius illud diuinum abdicat, cùm se se nominat seruũ seruorum Dei; nam ista appellatione spiritus Dei numquam in scripturis vsus esset, nisi vt maledictissimam abiectionem demonstraret, cùm apud Mosen, inquit: Maledictus Chanaam, seruus seruorum erit fratribus suis. Ita ille.

2. Sed quis est, qui absque offensione audiat Waramundum tam insulsè, ne dicam malignè, ac liuidè iam ratiocinantem; sic scilicet virum in differendi facultate peritissimum (talem enim se non semel profitetur) palam est, argumentari. Chanaam seruus seruorum fratribus suis maledictus est: Gregorius ergo seruus seruorum Dei maledictus est: Pulchra nimirùm collectio, & VVaramundo digna. At certè mirum est, cur illi in mentem non venerit, quam interſit inter seruum seruorum fratribus Chanaam, & seruum seruorum Dei. Illud (vt sacra testatur historia) in delicti pœnam impij filij posteritati imprecatus est Noëmus, maledictissimam, vti ait, abiectionem demonstrans, hoc autem tanquam augustissimum elogium, atque illustrissimum stemma, vsurparunt sancti viri, habuerunt Apostoli; quinimò Saluator ipse noster ceu clarissimo apposito, illo insigniri non recusauit. Sed deseramus VVaramundum Caluinistam, & respondeamus ad Theodorum Lutheranum.

3. Dico igitur hunc titulum esse antiquissimum, audi Damasum I. qui quidem ante annum ducentesimum vicesimum suprà millesimum *in epist. ad Steph. Archiep.* & tria Africana Concilia, illo vsus est, Damasus (inquit) seruus seruorum Dei, atque per gratiam eius Episcopus Sanctæ Catholicæ Vrbis Romæ. D. Augustinus eiusdem forè sæculi scriptor, ad Vitalem Carthaginensem, Augustinus, ait, seruus seruorum Dei, idem ad Probam viduam Augustinus Episcopus seruus Christi, seruorúmque Christi famulus, Probæ in Domino Dominorum salutem, &c. B. Fulgentius Afer Ruspens. Episcopus, qui sub Anastasio vixit, ad Gallam de statu viduali, Dominæ verò illustri, & in Christi timore venerabili filiæ Gallæ seruorum Christi famulus. Idem ad Probam, ad Venantiam, ad Eugippium Abbatem, ad Theodorum Senatorem hoc titulo perpetuò vtitur; Paulinus Aquilensis Præsul aduersùs Felicem Vrgelitanum, & Eliphandum Toletan. Scribens; Quapropter (ait) ego Paulinus licèt indignus peccator, omniumque seruorum Domini vltimus seruus. Demùm post hoc Gregorius ille verè Magnus huius nominis primus ad reprimendam (vt auctor est Ioan. Diac.) Cyriaci, & Ioann. Constantinop. insolentiam, insigne istud cognomen maximè habuit peculiare, illud deinceps reliqui Romani Pontifices frequentiùs vsurparunt. Nec enim vt ex Damaso docuimus, ab ipso Gregor. I. titulus iste incepit primùm, estque verissimum quod Euseb. Emiss. (si modò is Eusebius censendus sit) ducentis quinquaginta annis antiquior Gregorio, sic ait *in homil. Dom. xxj. post Pentec.* Romanus Episcopus Episcoporum omnium maximus, seruus seruorum Dei in suis epistolis se esse scribit, sed & Bonifacius Episcop. & vltimo loco domest. cus testis accedat, qui Gregor. II. & III. Pontificibus in Germania vestra verbum salutis prædicauit, & gentem illam sedentem adhuc in tenebris illuminauit, ad Zachariam Rom. Pontificem scribens seruum seruorum Dei se vocat. Hæc itaque nobilissima appellatio, quæ & rationibus, & exemplis comprobata, est hactenus, ita iam Roman. Pontificibus vsu venit, vt continua, diuináque consuetudine, ac stylo firmata, inter solemnia Bullarum Apostolicarum verba meritò annumeretur. Si enim Pontificium rescriptum illa careat falsitatis suspicionem minimè declinabit, vt verè docent omnes Canonici iuris Interpretes: tam est peculiare, & proprium Pontifici Romano Maximo, & summo, seruum seruorum Dei appellari.

4. Verùm ad confirmationem supradictorum non deseram hic apponere verba doctissimi, & amicissimi P. Theophili Raynaudi *in suo Onomast. Pontificio lit. S, ver. Seruus seruorum Dei*, qui ita asserit: Arrogantiam Ioannis Ieiunatoris Constantinopolitani Patriarchæ, qui superbum nomen Patriarchæ, Oecumenici, siue vniuersalis assumpserat, modestiæ insigni specimine contundere volens S. Gregorius, vt scribit Io. Diaconus *lib. 2. de vita capite* 1. & Anonym. apud Henricum Casistum *tom. 6. antiquæ lect.* necnon Aluarus Pelagius *l. 2. de planctu Ecclesiæ capite* 13. Itemque Archidiaconus, & Io. Andreas *ad proœm. 6. Decretal.* & Io. de Anania *ad præm. 1. Decretal.*... ac Genebardus *in Chronico anno* 604. aliique passim *de antiqu. Eccles.* dimisso eo splendido titulo, quem vsurpare iure poterat, in sensu non excludente particulares Episcopos, cœpit vsurpare titulum serui seruorum Dei. Imitatione fortè Damasi, qui se ita inscripserat, rescribens Stephano Carthaginensi, & tribus Conciliis Africanis. Exemplo Sanctiss. Gregorij omnes deinceps Pontifices adhibuerunt eum titulum non iam obiter vt Damasus fecerat imitatione ab aliis non expressus, sed tanta constantia, vt rescriptum, quod eo titulo careat, habeatur adulterinum, vt scripsit Io. de Anania *ad proœm. l. 1. Decretal.* Et quamquam ab eodem S. Gregorio informatus S. Augustinus Angliæ Apostolus, inscribebat se ipse quoque seruus seruorum Dei, vt eius acta, id quod etiam sæpè facit Desiderius Caturcensis *in epist.* & eumdem sibi titulum adscribit Diedericus Aletensis *ep. 31. inter Gerberti epist.* nec non S. Io. Eleemosinarius *in suo testam.* & S. Augustinus *in inscript. epist.* 121. quorum vestigiis institisse videtur S. Bonifacius *epist. ad Fidrad. Abb.* constatque omnes reipsa posse, ac debere præferre quod continetur hoc titulo. Tamen vsus inualuit, vt in actu signato nemo seruorum Dei seruũ se appeller, præter Rom. Pontificem, qui, vt ait Gerso *lect. 3. de vita spirit.* non ficta humilitate, sed metaphysica, & morali, ac theologica veritate seruum se omnium nominat. Consentaneè ad Origenem *hom. 6. in Isai.* & S. Hieron. *in epitaph. Nepotiani*, qui docent, Episcopos ad seruiendum, non ad dominandum assumi, quod maximè valet de Episcopo Episcoporum. Explodendus verò est Castaldus *lib. de Imperat. quæst. 43. in fine*, vbi cum Io. Fabro ait: Papam per iocum se vocare seruum seruorum Dei. Hoc falso dicitur, nam ex animo, & verè S. Gregorius eum loquendi modum induxit, & vsurpant successores. Sicque impletum videmus quod Christus prædixerat; Qui se exaltat humiliabitur. Vndè scitè. Glossa *cap. quoties* 1. *quæst. 7.*

Roma tibi quondam subierant Domini Dominorum;
Seruorum serui, nunc tibi sunt Domini.

Hæc omnia Raynaudus, & ante ipsum Georgius Polacchus *in Comment. ad Bullam Vrbani VIII. de Iubilæo anni sancti sect.* 3. & Gonzalez Ponce de Leon contra Wramundum *caq. 2. per tot.*

5. Vide etiam ad ornatum tituli, quo Summi Pontifices vtuntur, ea, quæ eruditè obseruat Michaël Muclerus *de Monarchia Eccles. tom. 1. par. 2. l. 1. cap. 9. per tot.* Vnde ex his patet, quàm immeritò contra dictum titulum, & Summos Pontifices eo vtentes Theodorus, & Waramundus, & alij hæretici consurrexerint.

RESOL. XIX.

Quare Summus Pontifex non solum calceamento Cruce signato, sed etiam colore rubeo vtatur? Ex part. 11. tract. addit. 1. Resol. etiam 19.

§. 1. OBseruat Augustinus Barbosa *de iure Eccles. lib. 1. cap. 2. num. 90.* quòd Pontifex semper, & vbique lancis, & candidis vestibus vtatur, iuxta illud *Eccles. 9.* Omni tempore vestimenta tua sint candida: & ego obseruo pro casu nostro, Sacerdotes veteres vsos fuisse calceamentis candidis: & ideò Appian. *l. 5. de bell. ciu.* de M. Antonio ita scribit: Calceamenta candida, qualia Athenienſium, & Alexandrinorum Sacerdotes (quos Phæcasios appellant) deferre consueuerunt, sibi assumpsit. Et de huiusmodi Sacerdotibus, & calceorum ab illis denominatorum meminit Seneca *l. 7. de benef. cap. 21.* Pythagoricus, inquit, quidam emit à Sutore Phæcasia, & Iuuenal. *sat.*

Præcasianorum vetera ornamenta Deorum.

Quare igitur Pontifex cùm alias, vt plurimum, candidis vestimentis, tamen calceamentis vtatur coloris rubei?

2. Respondeo, quòd S. Leo IX. *epist. 1. quæ est ad Michaëlem, & Leonem*, demonstrat Pontificatum Romanum esse Regale Sacerdotium, etiam spectata terrena dominatione; ideóque notat Pontificem à Constantino Magno donatum insignibus Imperialibus; & *cap. 38.* (successores S. Petri iam in terris retinere specialem dignitatem terreni, cælestisque Regni) monetque Græcos, ne inuideant. Inter ea porrò Regiæ potestatis insignia, quæ à Constantino collata Rom. Pontifici prodit S. Leo, calceos purpureos disertè recenset Balsamon. Erant enim calcei purpurei nota cultus principalis, iuxta ea', quæ habet Basilius Imper. *in capitibus ad Leonem filium cap. 63.* & iuxta illud Coripp. *lib. 2.*

Purpureo sura resonant fulgente cothurno,
Cruraque puniceis induxit regia vinclis
Parthica Campano dederant quæ tergora fuco,
Qui solet edomitos victor calcare Tyrannos
Romanus Princeps, & barbara colla domare;
Sanguineis prælata rosis, laudata rubore,
Lectaque pro sacris tactu mollissima plantis,
Augustis solis hoc cultu competit vti,
Sub quorum est pedibus Regum cruor.

3. Procopium Imperio inhiantē, ad calceos vsque purpuratum exhibet Ammian. *lib. 26.* Rubra talaria cum pyramide margaritis distincta, in cuius summitate lapis purpureus refulgebat, fuisse Regum insignia ait Gregor. Logothera *in Chron. Constantinop. pag. 41. & 42.* Patriarcha Constantinop. referente Curopalate *in histor. Isaaci Comneni*, purpureos calceos sibi deberi inde confirmabat, quod inter Sacerdotium, & Regnum nihil interesse diceret, vel admodum parum. Alia dabit Balduinus *lib. de calceo c. 10.* Debetur ergo multo magis Romano Pontifici: inter cuius Pontificium, & quodcunque Regnum tantùm distat, quantùm inter humana, & supernaturalia. Vel ex hoc ergo antiquo cultu Pontificis Romani, apparet eum meritò accensèri Regibus. Quamquam pie, & sapienter Pontifices calceis illis Regalibus crucem adiunxerunt. Et hæc omnia, vt semper solet, eruditè obseruat Pater Theophilus Raynaudus *in Onomastico Pontificio littera R. ver. Rex.*

4. Sed ego in calceamentis rubeis Pontificis, mysticam significationem agnosco; volunt itaque Pontifices in illis demonstrare Christi fidelibus ad eorum genua procumbentibus, & pedes osculantibus, volunt, inquam, eis demonstrare se esse redemptos purpureo Christi cruore, & tunc adorare Pontificem caput visibile Ecclesiæ, quam Christus acquisiuit sanguine suo, vt ait Lucas *Act. 20.* & ad eius imperium, de quo *in superiori resol.* diximus calceamentum esse symbolum, & figuram, Christum per crucem peruenisse, vt asserit D. Paulus *ad Philipp. ep. 2.*

5. Vnde ex his, vt dixi, meritò Pontifices fidelibus eos adorātibus præbent ad osculandum pedem calceo signo crucis, & simul rubeo colore ornatum. Hinc appositè, & eleganter pro casu nostro Episcopus Ioseph. Steph. exponit de calceamentis Papæ verba illa *Psal. 67.* Vt intingatur pes tuus in sanguine, accipe eius verba *cap. 18.* Quare omnia (ait) cum à passione Christi habeant firmitatem, non absre Pontifices vt hanc mysticam intelligentiam significare viderentur, crucem pedibus impresserunt; iuxta illud *Psal.* Vt intingatur pes tuus in sanguine, lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. Tunc enim pedes sanguine tinguntur, cùm cruce Christi decorantur; tunc linguæ canum ipsomet sanguine imbuuntur, cùm hæretici, more canum vestigiis summi Sacerdotis obuoluti pedes lambunt, & sandaliis impressam crucem osculantur.

6. Qui mos vsque adeò vetus, & firmus est habitus, vt nusquam Romanum Pontificem depictum, aut marmore expressum, aut ære ductum videas, quin etiam præter infulam, & Sacerdotij ornamenta, crucem pedibus appictam cernas: vt ex imaginibus venerandæ vetustatis, quæ in Basilicis Laurentiana, & Vaticana multis abhinc annis depictæ sunt, constat. Ita ille. Cuius verba ideò notanda sunt, quia Petrus Molineus Caluinista *in libro*, quem inscripsit *de Monarchia temporali Romani Pontificis* Londini edito, hanc regulam constituit. Non excedere annos sexcentos, vel ad minus quingentos mera est nouitas, cùm de Ecclesia, vel doctrina, vel disciplina agitur. Intendit enim perfidus hæreticus omnia ea, quæ à Romanis Pontificibus præsertim recentioribus intra hoc tempus peracta, vel determinata sunt destruere, & eorum auctoritatem minuere; ac tollere. Sed in nostro casu omnia etiam tempore Sancti Siluestri, & aliorum veterum Pontificum obseruabantur, vt infra patebit.

RESOL. XX.

Respondetur ad scommata Ioannis Fabri, qui Pontificem carpit portantes calceos Cruce signatos; & ostenditur humilitatis causa, & ad honorem Crucis ritum hunc à tempore S. Syluestri fuisse introductum. Ex part. 11. tract. addit. 1. Resol. etiam 20.

§. 1. AGnosce; ait S. August. *in psal. 54. v. 1.* gloriam crucis ipsius; iam in fronte Regum crux illa fixa est, cui inimici insultauerunt. Et tamen (obgarrit Fabrus cum pluribus Hæreticis) illam Pontifex deiicit ad pedes, & fœdo ritu calceis infigit.

Dico

Dico igitur morem istum à S. Silvestro Papa incepisse, & postea illum secuti sunt alij Pontifices, vt ex vetustis imaginibus apertissimè probat Angelus Rocca *in observationibus super imagines S. Gregorij, & parentum eius*, à Ioanne Diacono conscriptas, & post illum Benedictus Balduinus *lib. de calceo c.* 27. quibus adde Andream de Saussay *de deosculat. pedum Pontif. c.* 2. *per tot.* vbi firmat, signum crucis sandaliis, seu calceamentis Pontificum Romanorum prisco ex more insertum fuisse. Vnde *in Cæremoniali Rom. lib.* 1. *c.* 6. sic habetur: Inducitur electus (scilicet Pontifex) Papali habitu, toga scilicet lanea, caligis rubeis, & sandaliis rubeis aurea cruce signatis: Nec aduersus hunc morem obiiciant hæretici cum Fabro Imperatorum exempla crucem gerentium in manu pro sceptro, in capite pro corona. Ab his enim pietate Papa se vinci non patitur; à quo potiùs quanto honore crux habenda esset edocerentur. Nihil magis siquidem in ornatu Pontificis est, quod effulgeat. Crux ei pro baculo est, ac virga pastorali. Crucem in tiaræ suæ fastigio pro exquisitiori gemma præfert. Hanc pallio Papali ante, & retrò ac circumquaque acu intextam gestat super humeros, super pectus; pendulamque aliam habet, quæ à sinu suo super cor defluit. A capite igitur ad pedes vsque cruce insignitus est: hócque ornatu totus eius decoratur apparatus, vt sic cum Apostolo gentium illuminatore palam profiteatur, se tantummodò gloriari in cruce Domini sui, *Gal.* 6. *v.* 14.

2. Quam etiam sandaliis seu calceamentis fixerunt, vt Christi fideles eorum genibus aduoluti, & ad eorum prostrati pedes, deosculenter non tam eorum pedes, quàm Christi triumphale signum adorent, & D. Petri simul pro ipsius Domini clarificatione Crucifixi sacra vestigia clauis confixa venerentur. Itaque cùm primùm Pontifices agnoscerent, vniuersos passim Christianos pietatis & honoris ergo ad suorum pedum oscula prouere', vt à se honorem illum, ad Christi Domini gloriam transferrent, Crucem, quæ præcipuum est gloriæ eius monumentum, calceis suis adtexi curauerunt. Sic enim factum, vt Christiani homines, cùm honorem, quem Pontifici per pedum eius oscula habentes ibant delatum, cruce in ipsius calceis perspecta in Christum præsertim referrent; atque adeò ipsum ore contingere, impressisque labiis suauiari viderentur.

3. Hæc ratio, qua maximè Summorum Pontificum humilitas, atque Religio commendatur, ab Angelo Rocca, & Benedicto Balduino fuit antehac obseruata: sed hoc cum discrimine: quòd Balduinus, vt à se profectam illam assignat: Rocca se à Iosepho Stephano, cuius etiam profert ipsa verba, apertè mutuatam profitetur. Quæ cùm verissima, ac efficacissima sit, euadit vtique consectaneum; quam antiquus sit ritus deosculãdi pedes Rom. Pontificis. Si enim ideò crux posita fuit in sacris eius calceis, vt quæ oscula eis à fidelibus reuerentiæ causa infigebantur, ad Christum, cum toto honore, qui ex pio hoc obsequio dimanabat, velut ad authorem Pontificiæ dignitatis, ac primarium Religionis obiectum, & summum, ac æternum Pontificem in Papa ipsius Vicario repræsentatum, Christiani intelligerent à se (vt ab ipso Papa) referenda esse: Et hæc omnia docet Andreas Saussay *vbi suprà*, *cap.* 5. & Stephanus *cap.* 18. Vnde ex hac cæremonia Pontificum humilitas commendari debet, qui cùm omnes populos communi voto, vt docuimus, ad suos pedes adorandos propensos agnoscerent, Cruci Christi osculationem potiùs, quam sibi ipsis tantum honorem deferri maluerunt, vt omnes Christianos benignè ad oscula pedum exciperent.

4. Itaque vt expressam Christi imaginem referrent, vt Saluatoris passionem in hominum memoriam redigerent, Crucem sandaliis affixerunt, vt Christiani homines eos honores, quos debitos, vt necessarios Pontifici deferebant, cruce perspecta alacrius exhiberent.

5. Itaque ritum, quem Pontifices obseruant vtendi calceis cruce signatis contra Fabrum, & alios Nouatores, humilitatis causa à Summis Pontificibus introductum fuisse dicendum est.

6. Sed non erit extra rem mysticas significationes adducere, quare Pontifices calceamenta crucis signo adornent. Suppono igitur, veteres aliquando gemmis, & margaritis calceos ornasse, vnde Plinius *lib.* 9. *cap.* 35. Neque enim (inquit) gestare margaritas, nisi calcent, ac per vniones etiam ambulent, satis est. Hinc puellæ Sionitides Regiam sacræ sponsæ dignitatem ex calceamentorum ornatu adstruunt *Cantic.* 7. *cap.* Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia Principis. Et ideò *Is.* 3. *vers.* 18. asseritur: In die illa auferet Dominus ornamenta calceamentorum.

7. Verùm magis pro casu nostro obseruo, olim Imperatores cùm à populis adorabantur, calceamenta gemmis ornare solebant, vt obseruant Alexander ab Alex. *Gen. dier. lib.* 5. *cap.* 18. Eutropius *lib.* 1. *de gestis Roman.* 10. *cap.* 19. Lampridius *in Chronic.* Cassiodorus *in Consulibus Rom.* Euseb. *in vita Eliogabali, & in vita Alexandri Seueri*, cum Seneca *lib.* 2. *de benef. cap.* 12. verum hodie Pontifices non gemmis, & margaritis vt Imperatores faciebant, sed pretioso Crucis signo plusquam gemmis, & margaritis à Christianis æstimando, calceamenta sua adornant.

8. Aliam mysticam interpretationem adducam, Lectoribus (vt reor) non ingratam; suppono igitur calceamenta esse Regum typum, & symbolum dominij, & Imperij. Probant hoc Hieronymus Pradus, & Cornelius à Lapide in illis verbis *Ezech.* 16. *verb.* 10. Celceaui te hyacinthis; vndè Dauid Idumæam subiugaturus, dixit *Psalm.* 59. 10. In Idumæam extendam calceamentum meum: & *Psalm.* 107. Secundùm *lectionem Nebiisens.* Super Reges terræ proiiciam calceamentum meum; & ideò Io. Lorinus explanans ista verba, sic ait: Extensio, aut immissio, aut proiectio calceamenti, siue super colla hominum, siue super eorum regionem, denotat subigere, ac in potestatem redigere, subiugare, possessionem inire. Ita ille. Clarè igitur apparet calceamentum esse typum Regni, & Imperij; Quod magis confirmatur ex verbis *Ezech.* 24. Corona tua circumligata sit, & calceamenta erunt in pedibus tuis. Quàm mira copulatio est ista calcementorum cum corona! quia, vt diximus, calceamenta figura sunt imperij, & Regni.

9. Hoc supposito, ecce mysterium, quare Pontifex gestet in pede signum crucis, cum Christus peruenisset ad Regnum Ecclesiæ mediante cruce, vt ipsamet canit: Regnauit à ligno Deus; Vndè hoc *Isa. c.* 9. *ver.* 6. prædixit in illis verbis: Et factus est principatus super humerum eius, secundùm expositionem communem Patrum, quos affert hìc Leo Castrus, & sentiunt ipsi Hebræi, teste Galatino *lib.* 9. *cap.* 19. Sequitur ex his rectè Pontificem in calceamentis, quæ, vt dictum est symbolum sunt Imperij, signum crucis infigere, ad demonstrandum, Regnum Ecclesiæ, de quo ipse est visibile caput, mediante cruce prius per Christum obtentum fuisse, & postea mediante cruce per D. Petrum, ad ipsum

Pontificem eorum Vicarium, & successorem peruenisse.

10. Et ego quidem, (dum genuflexi ante Pontificis pedes cruce signatos existimus) cogito ipsum nobis asserere, Vultis, ne pedes vestri commoueantur? *Psalm.* 37. Vultis, vt pedes vestri dirigantur in viam pacis? *Luc.* 1. Vultis pedes vestros perficere in semitis Domini? *Psal.* 16. Vultis, vt ipse Dominus custodiat introitum & exitum pedum vestrorum? *Psal.* 120. Amplectimini crucem, tribulationes videlicet, & mortificationes; quia hæc sunt via Regia, quæ ducit ad Cælum; & postea dum eius calceamentum ornatum cruce actu osculamur; cogito Pontificem nobis dicere: Non habemns hic ciuitatem permanentem, sed futuram inquirimus, Paulus *ad Hebr.* 13. Si vultis super hanc ciuitatem calceamentum extendere (vt locutus est Dauid *vbi suprà*, id est dominium, & possessionem illius habere) amplectimini crucem exemplo Saluatoris, de quo dicitur, quod oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam. *Luc.* 24. Regnum enim cœlorum vim patitur. *Matth.* 11. Et ideò per multas tribulationes oportet nos intrare in Regnum Dei. *Act.* 14. Itaque ex his mysticis interpretationibus patet appositè Pontificem calceos cruce signatos gestare.

Et hæc dicta sufficiant circa præsentem tractatum, quæ omnia Sanctissimo D. N. humiliter corrigenda submitto; præmissa priùs Adoratione Pontificia; ideò procumbens, & pronus in terra eius pedes osculando, in detestationem omnium hæreticorum, ingenti animi submissione ipsum venerabundus, adoro.

TRACTATVS QVINTVS DE INFALLIBILITATE DECRETORVM ROMANI PONTIFICIS extra Concilium.

RESOLVTIO PRIMA.

An Papa possit errare definiendo aliquid de Fide extra Concilium Generale?

Et sententia affirmatiua aliquorum adducitur. Ex p. 11. tract. addit. 2. Resol. etiam. 1.

§. 1. SAPIENTISSIMVS Dominus Noster Innocentius Decimus nunc feliciter regnans nouissimè promulgauit Constitutionem quandam datam Romæ pridie Kalendas Iunij 1653. contra Cornelium Iansenium Episcopum Iprensem, & quosdam alios Iansenistas, in qua ad instantiam plurimorum Galliæ Episcoporum petentium declarationem quinque propositionum, illas declarauit, & damnauit tanquam hæreticas, vt videre est in dicta Bulla posita *in fine tomi quinti*, nostrorum operum. Sed eruditissimus Petrus de Marca Archiepiscopus Tolosanus testatus est mihi per epistolam datam Parisiis die 19. Iulij 1653. aliquos Iansenistas occasione dictæ Bullæ ausos fuisse asserere, Pontificem extra Concilium non posse determinare aliquid circa fidem, quod etiam ausi sunt dicere tempore fel. mem, Vrbani VIII. vt patet apud doctissimum Caramuelem *in Theologia fundamentali, fundament.* 4. *num.* 169. Propositio ardenti cauterio inurenda. Vnde ego ad compescendam eorum audaciam, & temeritatem, illam in hoc Tractatu labefactare conabor, infallibilitatem Romani Pontificis extra Concilium secundùm Catholicam veritatem stabiliendo. Hoc enim debeo Apostolorum Principi Petro patrono, ac intercessori meo, qui in suo successore adhuc regnat, & loquitur; nec non Sanctæ Sedi Apostolicæ, ac Sanctissimo D. N. Innocentio, quorum humillimus, ac indignus minister existo.

2. Itaque ad propositam quæstionem, respondeo, olim quosdam docuisse, quòd quamuis Romanus Pontifex cum Concilio Generali errare non possit in definiendo, tamen si seorsum definiat, possit errare; & hanc sententiam tenent Adrianus *in* 4. *sententiarum in materia de Sacram. Confirmat. art.* 3. *ad secundum principale.* Castro *lib.* 1. *contra hæreses cap.* 2. & latiùs *cap.* 8. Gerson. *tract. de potest. Eccles.* Almainus *in* 3. *dist.* 24. *q.* 5. *dub.* 6. & alij.

Sup. contento in hoc § infrà in Re. seq. per tot. tam. Sed lege etiam Res. 4. huius tractatus.

3. Probatur hæc opinio, primò, quia non legitur in Euangelio, quòd concessum sit hoc priuilegium Petro, aut eius successoribus, sicut legitur, concessum fuisse toti Ecclesiæ, quæ repræsentatur per Concilium Generale *Ioan.* 14. Alium Paraclytum dabo vobis, vt maneat vobiscum in æternum, & ita Ecclesia dicitur columna veritatis. Vnde *Actor.* 15. cùm orta esset controuersia de legalibus, non ad Petrum, sed ad Concilium Apostolorum simul cum Petro delata est, vt definiretur.

Sup. hoc primò contento in hoc § infrà in Re. 3. in §. 1. responsionem inuenies.

4. Probatur secundò, quoniam ad definiendum aliquid de fide debet præcedere sufficiens diligentia, quam certum est fieri in Concilio Generali, sed non ita certum, quod fiat à solo Papa seorsum. Deinde aliàs frustra congregaretur Concilium Generale ad definiendum aliquid de fide. Vnde *in Epistola Concilij Africani ad Celestinum Papam* dicitur maioris roboris esse, quæ à multis, quàm quæ ab vno Episcopo

Sup. contento in hoc § solutionem inuenies in Resol. nec præterea in §. Ad secundum, & seq.

Episcopo decernuntur. Deinde etiamsi Papa non possit errare dum definit aliquid, quod sit de fide, & de necessitate ab omnibus explicitè credendum, tamen si definiat aliquid, quod non est ex necessitate ab omnibus credendum, non videtur inconveniens, quod quantum ad hoc possit errare.

Sup. contento in hoc §. respondetur Solum, in §. Ad tertiam, & sequens.

5. Probatur tertiò, qui repugnat definitioni Romani Pontificis, non est hæreticus: ergo signum est non esse ejus judicio adhærendum tanquam certo, & infallibili. Antecedens probatur *ex B. Cypriano*, qui acriter repugnavit Stephano Pontifici definienti, quod ab hæreticis baptizati, non essent rebaptizandi. Imò S. August. *lib. 2. de Baptismo cap. 7. & seq.* clarè docet varias ea de re fuisse tum sententias Catholicorum, & quidem sine crimine, quandiu nulla extabat Concilij universalis definitio.

Sunt hoc quarto refellendum varietates ibidem in §. Ad quintum.

6. Probatur quartò, Pontifex si hæreticus sit, potest velle Ecclesiam errore maculare, & ad hanc maculam imponendam definitione uti. Ergo ejus definitio non est infallibilis veritatis. Et confirmo, si hoc tempore, quo Pontifex occulta hæresi infectus sit, suboriretur aliqua dubitatio de rebus ad fidem pertinentibus, quid obstare potest, quominus tunc Pontifex errorem firmet, & pro veritate credendum fidelibus proponat? Poterit ergo Pontifex errare.

Supra hoc quinto Conclusionem tuetur ibidem in §. Ad quintum.

7. Et tandem probatur quintò, quia plura sunt scripta Doctorum à Pontifice approbata, quæ tamen non sunt omninò vera. Ergo Pontifex errare potest. Antecedens probatur *ex cap. Sancta Romana 15. dist.* ubi à Gelasio Papa approbantur scripta Cypriani, Chrysostomi, Gregorij Nazianzeni, Basilij, & Ambrosij: atqui in his scriptis plura quæ veritatem non attingunt, continentur. Nam cùm illis temporibus non erat de omnibus elucidata veritas, & ex alia parte non erant scriptores Canonici; meritò potuerunt errare, ut rectè expendit Cano *lib. 7. de locis cap. 3. concluſ. 2.*

RESOL. II.

Opinio negativa firmatur, nempe Decreta Pontificis esse infallibilia, etiam emanata extra Concilium. Ex part. 11. tract. addit. 2. Ref. etiam. 2.

Quod hoc in num. 11. & 12. docetur Ref. 97. figuntur à D. Thomas, & alijs.

§. 1. VErùm his non obstantibus negativam sententiam à Catholicis tenendam esse existimo, & illam tuetur D. Thomas 2. 2. q. 8. *art. 10. & in fra q. 11. art. 2. ad 3. & 4. contra gent. c. 79. & in opusc. 1. contra errores Græcor. cap. 33. & à cap. 65. usque ad 70.* tenent expositores D. Thomæ, Bannez, & Aragonius *ad istum art.* 10. Valentia §. 40. & 45. Bellarm. *lib. 4. cap. 3. tract. 2. de authoritate Papæ cap. 9.* Turrecremata *lib. 2. cap. 109.* Osius *lib. 2. contra Brenum cap. 18.* Driedo *lib. 4. de dogmatibus cap. 3. part. 3.* Waldensis *lib. 2. fidei cap. 47. & 48.* Echius *tractatu de primatu Petri.* Soto *in apolog. pro sua confes. fidei cap. 83.* Victoria *relectione de potestate Ecclesiæ.* Rhophensis *art. 28. contra Lutherum.* Arriaga *in cursu Theol. tom. 5. disput. 9. sect. 4. n. 22.* Amicus *in cursu Theolog. tom. 4. disp. 7. sect. 1. n. 23.* Caramuel *in Theol. fundamentali fundam. 8 num. 169.* Suarez, Malderus, Wigers, Castillo, Tannerus, Granados, Canus, Fragosus, Stapletonius, *ubi infrà*, quibus adde Turrianum *in 2. 2. disputat. 16. dub. 1.* Poncium *in cursu Theolog. disputat. 28. quæst. 2. conclusione 9. num. 13.* Silvium *in controvers. libro 4. quæst. 2. artic. 8.* & noviss. Brunum Chassaing *de privileg. Regul. part. 1. tract. 1. cap. 1. propos. 2.* cum Andrea Duuallio *tract. de Romano Pontifice part. 2. quæst. 1.* asserentes, quod Pontifex dum definit aliquid de fide, etiamsi seorsum, & sine Concilio definiat, errare non potest. Ista conclusio videtur mihi definita à Leone X. *in Bulla contra articulos Lutheri*, ubi inter alios articulos ipsius damnat. 28. in quo dicebat, Papam errare posse in definiendo, &c. eumdem errorem tenuit Petrus Ocsiomensis damnatus *in Concil. Complut. confirmat. per Sixtum IV.* denique *in disp. de Concil.* dictum est multos errores hæreticorum, quos Ecclesia damnat condemnatos esse per sententiam Romanorum Pontificum extra Concilium, qualis est error Pelagianorum, Priscillianistarum, &c.

2. Probatur ista nostra conclusio potissimè ex verbis Christi ad Petrum *Luc. 22.* Ego rogavi pro te, Petre, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conversus, confirma fratres tuos. Quibus verbis duo privilegia data sunt Petro, & eius successoribus propter orationem Christi. Primum, ut non deficiat fides Petri: Secundum, ut confirmet fratres in fide, quorum utrumque, aut quodlibet seorsum non posset præstare Petrus, aut Romanus Pontifex eius successor, si posset errare in definiendo, &c. quia tunc jam deficeret fides Petri in Ecclesia, & non posset confirmare fratres *in fide.*

3. Deindè probatur manifestè, eo quod Concilia Provincialia, eo ipso quod à Papa approbentur, censentur esse infallibilis veritatis, ut ostenditur *ex Milevitano, & Arausicano, & aliis*; ergo etiam sine Provinciali Concilio erit infallibilis regula. Patet; nam si semel Generale, quod videtur repræsentate totam Ecclesiam non requiritur, certè nec Provinciale, quia hoc non habet ullam infallibilitatem, ergo: Adde, quod si in Ecclesia est talis infallibilitas, debet esse in eius capite: quale Pontifex; nam cùm frequentes sæpè fuerint difficultates circa fidem, non expediebat ullo modo ea à sola tota Ecclesia simul iuncta posse decidi: ea enim convocatio in tot occasionibus moraliter esset impossibilis, ergo debuit esse una persona, quæ sine difficultate saltem per litteras conveniri posset: qualis est Summus Pontifex, qui alioquin supremam in totam Ecclesiam habet iurisdictionem,

4. Hinc Eugenius III. *in canonizatione Sancti Henrici*, quæ habetur *in Bullario tom. 1.* supponens ordinariè canonizationem solere fieri in Concilio addit hæc: Auctoritate tamen Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, quæ omnium Conciliorum firmamentum est ad eam canonizationem, &c. Vbi ponderandum à Pontifice doceri duo: primum Concilia non habere firmitatem, nisi quam accipiunt à Pontifice Romano; Vndè infertur, ea ante approbationem Pontificis non esse de fide. Secundò pondero, ipsum Pontificem *ibid.* sentire eam auctoritatem, quæ Conciliis dat firmitatem, posse extra Concilia totam suam firmitatem habere: undè intulit, se etiam extra Concilium posse ad canonizationem procedere.

5. Et tandem, omnia *superiùs* confirmantur, quia plurimi Pontifices varios errores absque vllo Generali Concilio condemnarunt, quorum condemnatio à tota Ecclesia acceptata fuit, vt patet ex primis trecentis annis, in quibus nulla vnquam Concilia Generalia propter ingruentes persecutiones coacta leguntur, cùm tamen multæ in fide quæstiones toto hoc tempore feliciter sopitæ, & determinatæ fuerint per Pontificum definitiones. Nec dicant adversarij hos errores pro hæresibus habitos non fuisse, donec his Pontificum definitionibus Conciliorum Generalium calculus accederet; falsum enim est omnibus quotquot fuerunt

erroribus à Sede Apostolica damnatis, & qui iam pro hæresibus in Ecclesia haberentur, semper accessisse Concilij cujusdam Generalis condemnationem: Quod enim quæso, Concilium Generale Pelagianos damnavit, vt ipsi pro hæreticis in Ecclesia haberentur, certè, vt ex Prospero præmonuimus post decreta Concilij Africani à Zosimo Papa approbata, statim toto orbe pro hæreticis habiti sunt ipsi Pelagiani, quod etiam Novatianos condemnavit, qui jam tempore Cypriani inter hæreticos censebantur, & Nycenum Concilium omnium Oecumenicorum primum centum viginti quinque annis ex Baronio *tom. 2. & 3.* præcesserunt. Cherintus iam Apostolorum tempore, & paulò post, Appelliani, Valentiniani, Marcionistæ, tanquam hæretici in Ecclesia denigrati sunt, & contra eorum hæreses Irenæus, & Tertullianus, & alij calamum acuerunt, quod quæso, Concilium Generale tunc celebratum fuit, vt ipsi pro hæreticis per totam Ecclesiam haberentur.

6. Itaque dicendum est, quòd non expediebat Ecclesiæ, propter quam hæc potestas data est Pontifici, vt illi daretur quasi alligata, & dependens à Concilio Generali: ergo verisimile non est ita fuisse datam; ac subindè poterit Pontifex sine tali Concilio veritatem definire sine periculo erroris. Antecedens ostenditur primò, quia difficillimum est Concilium Generale congregare, & ordinariè fieri non potest sine magno labore & dispendio Ecclesiæ, & aliquando potest esse moraliter impossibile, propter persecutiones, bella, vel alia impedimenta. Aliundè verò potest sæpè instare necessitas damnandi novam insurgentem hæresim, vel declarandi veritatem aliquam necessariam, quæ ad dubium revocatur: ergo oportuit Summum Pontificem habere hanc potestatem independentem à Concilio Generali. Secundò, quia ita erat utilius ad majorem Ecclesiæ vnitatem; quia nisi caput Ecclesiæ haberet in omnibus superiorem potestatem, facilè possent oriri schismata. Tertiò, numquam legimus, hanc potestatem datam esse Pontifici dependenter à Concilio, sed potiùs è converso datam esse Concilio dependenter à Papa; vnde ratione illius habet infallibilitatem; & ideò ante confirmationem eius non habet dictam auctoritatem; Ergo Pontifex per se habet illam; vndè de facto solent Concilia Generalia illius sequi judicium, vt videre licet *in Ephesino primo, & Calcedonensi, & in Nyceno secundo.* Et videri etiam potest Innocent. I. *epist. 26.* & Gregorius *lib. 4. epist. 32.* & Gelasius *in epist. ad Faustum.*

7. Vnde ex *superiùs dictis* Andreas Duuallius Professor Sorbonicus *tract. de Pontifice part. 2. quæst. 1.* sic ait: Absolutè certum est Summum Pontificem neque in fide, neque in moribus ex cathedra decernendis errare posse, statimque à sua canonica electione infallibilitatis privilegio à Christo donari. Laudabilis in Academia Parisiensi viget consuetudo, qua Baccalaurei de quæstionibus Theologicis solemniter responsuri, protestationes præmittunt, se nolle quidquam contra decreta Sanctæ Matris Ecclesiæ, necnon Sanctæ Sedis Apostolicæ, & Romanæ, asserere aut defendere, & si quid in æstu disputationis adversùs eiusmodi decreta illis exciderit, vel ignorantiæ, vel immemoriæ, vel linguæ præcipitio attribuendum velle. Ita ille. Cui adde alium Doctorem Gallum Ioannem de Iect. *in tract. de auctor. Pont. lib. 2. per totum:* contra Simonem Vigorium asserentem infallibilitatem non competere Pontifici, nisi à Concilio Generali.

RESOL. III.

Respondetur ad argumenta pro affirmativa sententia ab adversarijs excogitata, ac superiùs posita Ex part. II. tract. addit. 2. Res. etiam 3.

§. 1. *Supra in ref. 1.* aliqua argumenta adduximus, quæ sententiam affirmativam videbantur stabilire. Ideò ad primum respondeo, quòd in Evangelio, sicuti toti Ecclesiæ promissa est assistentia Spiritus Sancti, *Ioann. 14.* sic Petro, & ejus successoribus, *Lucæ 22.* & ita sicut tota Ecclesia errare non potest, sic nec Petri successor in definiendo. Ad id autem quod dicitur *ex Actor. 15.* dico quòd licèt solus Petrus auctoritate ordinaria posset definire quæstionem de legalibus. Imò solus Paulus, aut Iacobus jurisdictione delegata, vt optimè vidit Bellarminus *lib. 4. cap. 17. ad secundum* tamen placuit eam definire in Concilio, vbi de illa re fuit facta magna inquisitio. Quæ hic etiam sup. Resol. I. ejus §. Probatur hæc.

2. Ad secundum argumentum respondetur primò non esse timendum, quòd Papa definiat aliquid sive in Concilio, sive extra Concilium absque sufficienti diligentia, quoniam qui promisit Petro, & successoribus ejus assistentiam Spiritus Sancti, ad definiendum, promisit media, ideſt inquisitionem veritatis, & quod faciet illam diligentiam, quæ sufficiat, sicut si promitteret Deus ubertatem segetum, promitteret etiam curam Agricolarum circa cultum terræ. Secundò, non est alligatus Romanus Pontifex, vt faciat istam sufficientem diligentiam in Concilio, vel extra Concilium, quia vtroque modo potest consulere viros doctos, & inquirere antequam definiat. Sup. hoc Ref. præcedentis ex. in ejus §. Probatur secundo.

3. Ad id autem, quod dicebatur in argumento, si hoc ita est, frustra est congregare Concilia. Respondetur negando consequentiam, quoniam cùm ad definiendum aliquid debeat præcedere inquisitio, & consultatio, optimè fit in Concilio per diligentiam Patrum, qui ibi sunt congregati. Et declaratur magis, quia id, quod definitur tanquam de fide inquiritur in scriptura, & in traditionibus, &c. optimè autem in Concilio fit ista inquisitio per Patres totius Ecclesiæ. Accedit ad hoc, quòd hac ratione Patres si aliquando dissentiunt, melius uniuntur, & unusquisque illorum cognoscit quid in sua Diœcesi debeat proponere credendum suis subditis.

4. Ad tertium argumentum respondeo negando antecedens: Ad ejus probationem respondetur, Stephanum quidem Pontificem tum verbis, tum scriptis instituisse, vt antiqua Ecclesiæ consuetudo de non rebaptizandis iis, qui ab hæreticis baptizati fuerant, inviolabiliter servaretur; imò etiam hoc ipsum præcepisse, quemadmodum liquet *ex epistola Cypriani 74. quæ est ad Pompeium*: numquam tamen definivit velut rem fide tenendam. Et propterea, quamvis Cyprianus non sine culpa repugnaverit Stephano Papæ, ejusque præcepto non obedierit, eum tamen immunem fuisse ab hæresi diximus *2. 2. quæst. 11. art. 2.* partim quia non erat pertinax, vt potè paratus acquiescere definitioni Ecclesiæ: vndè numquam se ab aliis, qui contra sentiebant, separavit; partim quia nihil adhuc erat ab Ecclesia determinatum ac definitum, sed consuetudinis robore tenebatur orbis terrarum, & hæc sola opponebatur inducere volentibus novitatem, ait Augustin. *lib. 2. de baptismo c. 9.* Si autem extitisset aliqua definitio, non sola consuetudo fuisset opposita, sed ipsa definitio fuisset allegata. Sup. hoc ibidem §. Probatur tertio.

5. Neque

5. Neque his obstat, quòd (ipso Cypriano teste *dicta epist.* 74.) Stephanus Papa censeret excommunicandos esse eos, qui docerent rebaptizandos illos, qui fuerant baptizati ab hæreticis: quia numquam illos excommunicauit; neque vel eos à sua, vel seipsum ab eorum communione separauit, sed in eadem semper vnitate Ecclesiæ ipsos habuit, ac cum eis permansit.

6. Ad confirmationem respondetur: Propterea fuisse diuersas sine peccato sententias Catholicorum tempore Cypriani, quia Summus Pontifex Stephanus non voluit rem velut ad fidei dogma pertinentem, determinare sine Concilio Generali, sed tantùm voluit, ac præcepit antiquam consuetudinem seruari.

Simile ibidem §. Probatur quarto. 7. Ad quartum argumentum de Pontifice in hæresim lapso, respondeo; si eius hæresis Ecclesiæ manifesta est, facilè liberabitur ab illo, quia tunc non agnoscit illum vt pastorem, sed vt lupum ouile volentem destruere. At si hæresis non sit in Ecclesia nota, sed fortè sub aliqua controuersia versetur, ipseque ex malitia, vel ignorantia vellet Ecclesiam inficere, nequaquam posset, quia antequam id præstaret, Deus illum è vita eriperet, aut alia via impediret definitionem, aut tandem faceret, vt verum pronunciaret: Quæ omnia necessariò sequuntur via ordinaria ex promissione facta Ecclesiæ, non defuturum in ea spiritum veritatis.

Simile ibidem §. Ec 8. Ad quintum argumentum de approbatione Pontificia scriptorum Basilij, Chrysostomi, Nazianzeni, &c. Respondeo Pontificem non approbasse omnia illorum dicta vera esse, & tanquam vera esse habenda; quia non erant Canonici scriptores, sed declarauit eos benè scripsisse; hoc est bona intentione, & zelo, qua cum intentione stare optimè potest per ignorantiam non attigisse aliquando veritatem. Et hæc omnia docet Castillo, Syluius, Castrus Palaus, & alij, *vbi infra*. Remanet igitur satis firmata nostra sententia ex rationibus pro ea adductis, & ex solutionibus ad argumenta aduersariorum.

RESOL. IV.

Quanam censura Theologica inurenda sit hæc propositio? Decreta Papæ loquentis ex Cathedra extra Concilium non habent Infallibilitatem, & ideo posse errare. Ex part. 11, tr. addit. 2. Ref. etiam 4.

§. 1. IAm satis *supra* probatum est, Pontifices etiam extra concilium Generale posse determinare aliquid de fide, & hoc infallibiliter; nunc videndum est contraria sententia Almaini Gersonis, & aliorum, qua censura sit inurenda; & in hoc est difficultas inter Catholicos; vndè ego diligenter, & cum ingenti labore aliorum sententias à me collectas in proscenium adducam. Dico igitur primò, sententiam, quam *superius* impugnauimus vocari solùm improbabilem à duobus Doctoribus Louanienſibus Maldero *in* 2.2. *D. Thomæ quæst.* 10. *art.* 1. & à Ioanne VVigers etiam *in* 2.2. *quæst.* 10. *art.* 1. *tract. de Pontifice dub.* 5. *num.* 177. vbi sic ait: Pontificis iudicium in quæstionibus fidei determinandis, non tantùm cum Concilio Generali, sed etiam quandocumque ex cathedra loquitur, & Ecclesiam totam docet cũ obligatione ad ita credendum, & docendum, est prosus certum, & infallibile. Est hæc assertio non tantùm contra hæreticos, sed etiam contra Catholicos nonnullos, vt contra Gersonem, & Almainum *de potestate Ecclesia*, contra Alphonsum à Castro *libro* 1. *cap.* 2. *& quarto aduersus hæreses*. Adrianum *in* 4. *quæst. de confirmatione ad secundum principale circa finem*. Tenetur communiter ab aliis Catholicis, ita vt opposita sententia habeatur improbabilis. Ita Wiggers. Sed ego admiror modestiam horum Doctorum, & puto eorum censuram censurandam esse.

2. Dico secundò, aliquos asserere, supradictam sententiam esse temerariam. Ita Stapletonius *contr.* 3. *quæst.* 4. alij verò putant esse erroneam, Franciscus del Castillo *lib.* 3. *sentent. tom.* 2. *disput.* 16. *q.* 6. *n.* 4. Aragonius *in* 2.2. *D. Thoma tract. de Pontifice quæst.* 1. *art.* 10. Fragosus *de Republ. tom.* 2. *lib.* 1. *disput.* 1. §. 3. *num.* 25. & alij. Bellarminus verò *de Romano Pontifice lib.* 4. *cap.* 3. & Tannerus *tom.* 3. *disp.* 1. *quæst.* 4. *dub.* 6. *num.* 150. addunt esse hæresi proximam. Vide etiam Granadum *in* 2.2. *contr.* 1. *tract.* 7. *disp.* 2. *sect.* 2. *num.* 8. qui citat Melchiorem Canum.

3. Sed ego puto nostram sententiam esse de fide, & contrariam hæreticam, & ita docet piissimus, & sapientissimus Pater Suarez *de fide disputat.* 5. *sect.* 8. *num.* 4. & Pitigianus *in* 3. *sentent. tom.* 2. *disp.* 25. *quæst.* 2. *art.* 4. *conclus.* 2. Quibus adde Gregorium de Valentia *tom.* 3. *quæst.* 1. *punct.* 7. §. 4. vbi dicit contrarium sententes errare in fide grauissimè; & Bañes *in* 2.2. *quæst.* 1. *art.* 10. *dub.* 2. asserit, tanquam Apostolicam traditionem esse tenendam. Et nostram sententiam ad fidem pertinere cum Suarez, & aliis, ex valido fundamento probat, & tenet etiam Amicus *in cur. Theolog. tom.* 4. *disput.* 7. *quæst.* 1. *num.* 33. sic itaque asserit: Quotiescumque in aliqua propositione expressè reuelata continetur alia implicitè, non solùm expressè reuelata, sed etiam implicitè contenta pertinet ad eandem fidem, non quidem vt deducta, sed vt explicita. Atqui in hac propositione expressè reuelata: Petrus etiam extra Concilium Generale definiens res fidei habet infallibilem auctoritatem à Christo, virtute continetur hæc: Quisque legitimus Petri Successor etiã extra Concilium Generale res fidei definiens habet infallibilem auctoritatem: ergo etiam hæc, non vt deducta, sed vt explicita pertinebit ad eandem fidem, ad quam pertinet maior expressè reuelata; Maior propositio expressè habetur in sacris oraculis, in quibus omnes promissiones à Christo factæ Petro, vt Rectori, & Pastori vniuersalis Ecclesiæ factæ non sunt singulari, & indiuiduæ personæ ipsius. Minor euidenter deducitur ex fine, propter quem talem authoritatem Christus contulit Petro, vt eam nimirum perpetuaret in Ecclesia, in cuius emolumentum illam Petro contulit. Ita Amicus.

4. Et quidem veritas Catholica nostræ sententiæ præter rationes *superiùs* adductas, etiam patet ex consensu, & traditione Ecclesiæ; nam in primis, vt dicebam, Pontifices à principio hanc potestatem in se agnouerunt, & illa vsi sunt, & non est verisimile illam vsurpasse, tum propter eorum multitudinem, & magnam sanctitatem; tum propter consensionem, & obedientiam Ecclesiæ. Deinde ipsamet Concilia Generalia approbata hanc in Pontifice potestatem recognoscunt, vt patet ex Concilio Viennensi *in Clement. vnica de summa Trinit.* & ex Concilio Florent. *sess.* 25. *in fine*, & ex Lateranensi sub Leone X. qui articulum 24. Lutheri hanc veritatem negantis, tanquam hæreticum damnauit.

5. Item, vt *supra* diximus, Concilia Prouincialia à Pontificibus confirmata recipiũtur ab Ecclesia tanquam regula fidei infallibilis, vt patet *ex Con-*

cilio Mileuitano, & Arausicano, & ex multis Toletanis, & Carthaginensibus, & præcipuè de Romanis, seu Lateranensibus, de quibus ita sentiunt omnes Catholici Doctores: Ergo signum est, Pontificem sine Concilio Generali posse aliquid de fide constituere, & consequenter sine Concilio Prouinciali; nam est eadem vel maior ratio, quia potest alio modo sufficientem diligentiam adhibere.

6. Et confirmatur, quia Concilia Generalia quantumcumque sint numerosa, si sine Romano Pontifice celebrentur, possunt in rebus fidei errare; imo & in illis erasse inueniuntur; Ergo illorum authoritas non requiritur, vt Pontifex possit infallibiliter definire res fidei; infallibilitas enim iudicij non est in Concilio Episcoporum, vel in cœtu consiliariorum, sed in eo, cui Christus dixit: Rogaui pro te, vt non deficiat fides tua. Et posteà: Pasce oues meas, hoc est in Petro, Petríque successore legitimo. Hinc enim est, quòd Canones Conciliorum quantumcumque Generalium non habentur rati, & firmi, nisi Summi Pontificis auctoritate fuerint confirmati. Sacrosancta Romana Ecclesia ius, & auctoritatem sacris Canonibus impertitur; sed non eis alligatur, vt legitur 25. *quæst.* 1. *cap. Ideò*, §. *Si ergo*, communia Concilia (ait Paschalis *cap. Significasti, tit. de elect.*) per Romani Pontificis auctoritatem, & facta sunt, & robur acceperunt. Hinc quoque est, quod laudabilis, & antiqua habet consuetudo, vt PP. in Conciliis congregati, decretorum suorum confirmationé petant à Rom. Pontifice.

7. Ergo, hoc supposito, sic argumentor: Definitiones Conciliorum non sunt habendæ tamquam de fide, nisi priùs confirmentur à Papa; ergo si Papa potest errare in suis definitionibus, sequitur definitiones Conciliorum etiam confirmatorum non esse de fide, consequens est hæreticum, ergo & antecedens.

8. Vndè ex his omnibus nouissimè doctissimus Caramuel firmiter nostram sententiam tenet cum professoribus Salmanticensibus ab ipso consultis de censura contrariæ sententiæ: sic itaque asserit *in Theologia fundamentali fundam. 4. num. 169. fol. 81.* Quæcumque à Pontifice ex cathedra sunt definita, credendaque toti orbi Christiano proposita, dicuntur definita ab Ecclesia.

9. Sed quid est loqui Pontificem ex cathedra? An idem, quod loqui in Generali Synodo? An ne extra Generale Concilium habet definiendi articulos fidei potestatem? Negabant Louanij nonnulli, qui censebantur docti, vt meliore colore reiicerent Vrbani VIII. Bullam, quæ doctrinam Cornelij Iansenij condemnabat. Consului Salmanticenses meos, & recepi singularum positionum censuras; sed quia quæ in Iansenio carpuntur, multæ sunt, nec omnes huc spectantes, ponam vnam, quæ poterit nostro intento prodesse.

10. Quæstio erat: An Summus Pontifex extra Concilium sit magister Ecclesiæ? An possit condemnare aliquam propositionem, vel aliam, vt fidei dogma tradere? quam Salmanticenses sic resoluunt.

11. Dico tam constans esse inter Catholicos hæc omnia posse Pontificem Romanum extra Concilium eumque Ecclesiæ vniuersalem Doctorem, & Magistrum Ecclesiæ esse, vt certa fide id tenendum dicat Suarez *de fide disp. 5. sect. 8. num. 4.* Idem communis fidelium Doctorum consensus probat, dum ea omnia quæ à Pontificibus extra Cõcilium Ecclesiæ credenda proponuntur, certa fide credenda fidelibus proponant, & predicent.

Fr. Alphonsus Perez.

Subscripsit Salmanticæ in S. Bernadi Collegio die 20. Maij, anno 1642.

Fr. Angelus Manrique.

Et eodem loco, die, mense, & anno.

Fr. Petrus Guiedo.

Et in veræ Crucis Collegio, Ordinis B. Virginis Mariæ de Mercede Redemptionis captiuorum Ciuitatis Salmanticensis die 21. Maij, anno 1642.

Fr. Petrus Merino.

Et in eodem Collegio veræ Crucis postridiè.

Fr. Gaspar de los Reyes.

Et in Salmanticensi Conuentu S. Augustini die 22. eiusdem mensis subscripserunt.

Fr. Ioannes de Auilar.

Fr. Gaspar de Ouiedo.

Et in eadem Vniuersitate in Conuẽtu Sanctissimæ Trinitatis die 24. Maij eodem anno.

Fr. Antonius de Ledesma.

Fr. Ioseph Romanus.

Et ibidem in Collegio Societatis Iesu die 26. eiusdem mensis eamdem resolutionem sua subscriptione firmarunt.

Idelphonsus del Cano.

Martinus de Esparza.

Et ex Doctoribus sæcularibus consultus fuit subscripsitque etiam Salmanticæ die 18. Mensis Iunij eodem anno 1642.

Magister. Don. Ioann. Ioaniz de Echalaz.

Et hæc omnia inuenies apud Caramuel. *vbi suprà.* Dicendum est igitur cum Suarez, & aliis supradictis Theologis certa fide tenendum, posse Pontificem extra Concilium determinare aliquid ab Ecclesia credendum, & ideò contrarium asserere esse hæreticum, vel ad minus, vt alij volunt, erroneum, & hæresi proximum, sicque stando in nostra sententia sequeretur, Almainum, Aliacensem, & Gersonem, & alios fuisse hæreticos.

12. Sed respondeo negando consequentiam nam ipsi suam sententiam non defenderunt cum pertinacia, quæ hæresim constituit, & hæreticam facit; Nota tamen in re Pontificia Aliacensem, Gersonium, & Almainum non esse tantæ authoritatis; quia tempore schismatum flouerunt, & scripserunt: duo priores, quando tres se pro Pontificibus gerebant, postremus verò, nempè Almainus tempore Iulij II. & Conciliabuli Turonensis, quo Gallia sub Ludouico XII. à Sede Apostolica defecerat.

RESOL. V.

An Decreta Pontificis loquentis ex Cathedra sint Infallibilia, etiam non adhibito concilio Cardinalium, vel Theologorum? Ex part. 11. tract. addit. 2. Resolut. etiam 5.

§. 1. DIfficilis, & curiosa quæstio, & cum Pontificem etiam extra Concilium determinando aliquid ex cathedra non posse errare latè iam ostensum sit nunc pro curiosis inquiro, si data hypothesi, vel per possibile, vel per impossibile, si ex cathedra determinaret aliquid, non adhibito cõsilio Cardinalium, vel Theologorum decreta illa sint infallibilia. Suprà hanc quæst. lege infra in 2. doctrinam Resj.

2. Et negatiuam sententiam tenet ex inclyta Dominicanorum familia Magister Grauina *in controuersiis tom. 2. part. 2. art. 9. fol. 144.* & Episcopus Araujo *in 2.2. D. Thomæ quæst. 1. de Pontifice art. 10. dubitat. 5. num. 14.* Propter tria, tum quia præceptum est

est, nó temerè audendi ad causas grauiores, scilicet fidei, ac Religionis Christianæ definiendas; si autẽ eas sine præuia cõsultatione definiẽdi infallibiliter haberet Pontifex auctoritatẽ, non temerè auderet sine illa: ergo, tum etiam quia Deus secundùm ordinariam legẽ dat finẽ, & media necessaria ad finẽ, dat quoque formam dependentem à propriis dispositionibus, sed istę præuiæ cõsultationes sunt media, ac dispositiones ad veritatem definiendam secundùm ordinariam legem, qua Deus voluit Ecclesiam gubernari; ergo contulit Pontificibus potestatem definiendi dependenter ab illis. Tum denique quoniam Summi Pontifices, etsi sint successores Petri in authoritate pastorali docendi, aut definiendi, non tamen in modo habendi illam, quia non sunt Apostoli, vel Ministri accipientes reuelationes immediate à Deo, sed mediantibus studio, labore, ac Doctorum, & regularum fidei consultatione; igitur sine illis non aderit infallibilis reuelatio veri.

3. Et hanc sententiam tenet etiam Pater Bordonus *in tribun. cap. 5. quæst. 25. num. 110.* vbi sic ait: An Papæ de facto procedendi ad definiendũ controuersiam fidei sine cõsultatione credendum sit, & definitũ pro fide habendũ? Respondetur negatiuè, quia non procedit vt Papa, & vt Iudex supremus, sed potius tanquã persona priuata, seu vt Doctor suam proferens sententiam; ergo eius sententia, cùm sit priuati hominis & non Legislatoris, non obligat ad credendum ex præcepto fidei. Confirmatur, quia huic sententiæ potest subesse falsum; cùm non nitatur assistentia Spiritus Sancti, qui Summo Pontifici tunc assistit, quando procedit legitimè cum debitis circunstantiis. Ita ille.

4. Sed hoc dubium pertractat, & ad illud respondet Granado *in 2.2. D. Thoma contr. 1. tr. 7. disput. 2. sect. 2. num. 13.* sic asserens: Obiicies, vt Pontifex non decipiatur in iis, quæ definit, oportet consulat, viros doctos, & maturè se gerat in tanto negotio, sed potest sine consilio, & matura consideratione aliquid definire; ergo potest etiam errare. Respondet Valentia §. 40. *obiect. 6.* siue Pontifex consulat viros doctos, & prudenter se gerat, siue non, errare non posse, quia ad Dei prouidentiam spectat non permittere, vt in definitione decipiatur, licèt ipse peccare possit; eò quòd debitam diligentiam nõ adhibeat. Sed mihi hæc solutio displicet, primò, quia si verum esset, pontificem rectè definire; quamvis diligentiam non adhiberet, non peccaret, nec imprudenter se gereret nullum consulendo; nam prædictum consilium solùm requiritur ad indagandam veritatem, & ne subrepat error ob immaturam definitionem; si autem sine illa errare non posset, nulli periculo se exponeret Pontifex, ac proindè non peccaret neminem consulendo. Secundò quia Diuina prouidentia suauiter omnia disponit ac proindè licet assistat Pontifici, vt non decipiatur, assistentia tamen accomodata est humano definiendi modo; non ergo excludit, sed postulat potiùs consilium & debitam diligentiam. Meliùs ergo Canus *lib. 5. cap. 5. ad 2.* & Bañez *in breui Comment. dub. 2. ad 3.* respondent, in eo ipso, quod Deus assistat Pontifici, ne decipiatur, assistere etiam, vt debitam diligentiam adhibeat, & ex certitudine illius primi inferri certitudinem istius secundi. Et si roget aliquis: An ista propositio conditionata veritatem habeat: si Pontifex aliquid definiret absque debito examine, posset errare? Ego sanè eam absolutè non concederem, sed cum hypothesis sit impossibilis, dicerem ex illa inferri vtrumque contradictorium, scilicet posse errare, & non posse errare; sicut enim si quis roget, an si homo esset equus, esset irrationalis, respondendum foret vtrumque inferri ex illa hypothesi impossibili; scilicet esse irrationalem, quia id est essentia equi, & non esse irrationalem, quia id est contra naturam hominis; Ita in proposito si Pontifex per impossibile definiret, non adhibita diligentia, errare posset, quia immaturè definit & non posset, quia Deus illi semper assistit. Hucusque Granadus, cui adde Amicum *in cursu Theol. tom. 5. disp. 7. sect. 1. num. 30.*

5. Verum sententiam affirmatiuam Gregorij de Valentia admittunt aliqui, tanquam probabilem, & illam sequitur, & sustinet Ioannes Wigers *in 2. 2. D. Thoma tract. de Pontifice quæst. 1. art. 10. numer. 189.* vbi post multa concludit, quod licet si contingeret Pontificem ex Cathedra determinare quæstionem aliquam per se solum; non idcirco illa definitio habenda esset temeraria, aut inprudens; sed potiùs præsupponendum, quòd non requireret ampliorem indaginem, vel quòd peculiari instructione, & instinctu Spiritus Sancti Pontifex sic sapienter processerit, & rem definierit. Ita ille.

6. Idem docet Castrus Palaus *tom. 1. tract. 4. disput. 1. punct. 5. §. 2. num. 12.* vbi sic ait: Argumentum adductum, quo probatur Pontificem errare posse in propositione fidei, desumptum erat ex diligentia, & inquisitione, quam facere Pontifex videtur obligatus in rebus fidei definiendis; cui argumento dupliciter respondemus; Primò, affirmando non esse necessariam hanc diligentiam, vt Pontifex certò, & infallibiliter definiat; sed solum esse necessarium, vt prudenter, & absque peccato ad definiendum procedat; sicuti ad dispensationem concedendam debet causam inuestigare; non quia necessaria talis inuestigatio sit ad dispensationis valorem; sed quia est necessaria ad rectum, & conuenientem illius iurisdictionis vsum, sic in presenti: Quare si de facto ad definitionem procederet Pontifex, omissa debita diligentia, dicendum est definiturum infallibiliter veritatem. Sic Valent. 2. 2. *disput. 1. quæst. 1. punct. 7. quæst. 6. §. hoc accedit pag.* 235. Quod videtur probari ex promissione facta Petro, eiusque successoribus, ne eius fides deficiat, cùm talis promissio non limitata, nec conditionata fuerit si diligentiam adhiberet.

7. At dicit Bañes 2. 2. *quæst. 1. art. 10. §. ad 4 pag.* 115. Si rota certitudo, & infallibilitas pendet ex assistentia Diuini Spiritus, neque ad hanc assistentiam habendam prærequiritur humana inquisitio, cur hæc expostulatur? Neque enim dici potest temerariè, & imprudenter Pontifex procedere, cum illam omittit, siquidẽ non omittit aliqua, ex quibus recta, & infallibilis definitio pendeat. Adde omittendo hanc diligentiam humanam, videtur magis fidere in diuina assistentia, & fidelibus denotare non humano ingenio, sed diuino instinctu veritates fidei inuestigandas esse. Ergo vel est necessaria ad definiendum, vel nullo modo requiritur; sed facilè respondetur præcipi à Deo hanc humanam diligentiam adhiberi, quia vult, vt homines faciant quantum est in se ad veritatem inuestigandam, hoc enim ad rectum Ecclesiæ regimen videtur pertinere. Cùm enim Pontifex non noua fidei dogmata Ecclesiæ debeat proponere; sed iam Ecclesiæ proposita, abscondita tamen in lucem producere, debet pro subiecta materia diligentiam adhibere, quodque præstitit D. Petrus, cùm cessationem Circumcisionis, & aliarum cæremoniarum definiuit *Act. 15.* Quando autem aliquis defectus intercedit in tali diligentia adhibenda, illa non obstante protegit Deus suam Ecclesiam, & ab errore liberat impediendo Pontificem, ne definiat, vel si definiat, vt verum pronunciet. Ita Castrus Palaus.

8. Et hanc sententiam docet Franciscus del Castillo *in lib. 3. sent. tom. 2. disput. 16. sect. 6. n. 21.* Si per impossibile

impossibile asserit,Papa siue in Concilio, siue extra Concilium definiret, non facta sufficienti diligentia, peccaret quidem, & temerè ageret tamen non erraret in definiendo propter manutenentiam Dei, & assistentiam Spiritus Sancti. Itaque quamuis præcedens inquisitio requiratur, vt conditio, tamen ratio formalis ad non errandum in definiendo est assistentia Spiritus Sancti, qui non est alligatus conditioni præfatæ. Sic ille. Cui etiam adde Ludouicum Caspensem *in cur Theolog. tom.2. tr.15. disp.2.sect.7.n.68.* de facto(asserit)Pontifex ad definitionem procedat, omissa hac debita diligentia,definiet infallibiliter veritatem, hoc enim non obstante protegit Deus suam Ecclesiam,& ab errore liberat,impediendo Pontificē ne definiat, vel si definiat, vt verum pronuntiet, sic enim promissum fuit Petro,ciusque successoribus, ne eius fides deficiat; quæ promissio non videtur conditionata,si deligentiam adhiberet. Hæc Caspensis.

9. Et hanc sententiam tanquam probabilem admittit etiam Adamus Tannerus *tom. 3. disp. 1. qu. 4. dub.6.num.* 158.qui benè notat, vt dogmata à Pontificibus statuta sint certò, & de fide vera, vnum è duobus, certissimum quoque necesse est, nempè vel Deum non permissurum veros Pontifices temerè aliquid definire, vt volunt Canus, Bañez, & Granad. *suprà*, vel si permittit, eum certissimè manutenturum Pontifices, ne errent, vt tradit Valentia, & alij à nobis citati.

10. Itaque cùm hominum iudicia sint varia, & quod aliqui sufficere dicunt, alij insufficiens esse autument,si Deus infallibilitatem articulorum fidei ab Ecclesia decernendorum, dependenter à sufficienti examine, & consultatione promisisset, prædictum finem non consequeretur; si quidem si Deus non se obligauit ad impediendū temerarias definitiones, vel si eas permisisset, ad manutenendum Pontifices, ne errarent, quilibet dubitare posset, an in hac, vel illa determinatione Pontifex præmisso sufficienti examine processisset: quare vt prædicta dubitatio penitus tollatur, & articuli fidei prorsùs indubitatæ veritatis sint,dicendum est, vel Deum nullatenùs permissurum præfatas determinationes; vel si permittit,non passurum vt in eis deflectatur à veritate.

Et tandem hanc etiam opinionem nouissimè latè confirmat Pater Ambrosius de Pinalosa *in suis eruditis Vindiciis Deiparæ Virginis disp. 12. cap. 1. §. 1. num. 6. cum seqq.* vbi validissimis rationibus illam roborat, & respondet ad argumenta contraria.

11. Claudam hanc resolutionem cum verbis doctissimis Patris Suarez *de fide disp. 5. sect.8.n. 11.* sic asserentis: In secundo argumento postulatur, quam diligentiam debeat Pontifex adhibere ad definiendum, quando Concilium Generale non congregat; Ad quod breuiter respondeo,aliquam sine dubio esse necessariam quia Deus non vult, vt homines temerè iudicent vel gubernent: quanta verò futura sit, nullo iure, saltem Diuino definitum est, sed prudentiæ ipsius Pontificis relinquitur. Solet autem quæri,quid sit futurum,si Pontifex sine præmissa diligentia definiat? Aliqui dicunt, posse tunc Pontificem errare, & Ecclesiam posse tunc non assentiri; sed hoc periculosum est; quia Ecclesiæ non poterit constare, an Pontifex adhibuerit sufficientem diligentiam,nec ne; vel relinquetur singulorum arbitrio, vt iudicent, an diligentia sufficiens fuerit; & ideò meliùs, vt existimo, respondetur, non admittendo casum: nam Spiritus Sanctus, qui regit Ecclesiam non permittet Pontificem tam imprudenter definire & ideò quoties absolutè definit, credendum est, sufficientem diligentiam præmisisse. Ita Suarez, & ego.

12. Sed quia hæc opinio vsque adhuc in Ecclesia ex Diuina prouidentia à Pontificibus, nec practicata fuit, nec practicabitur; ideò ad aliam quæstionem transeamus,Lege post hæc scripta visum Patrem Paludanum *in Apologia constitut.Vrbani VIII. contra Ianseninm cap.11.per totum.*

RESOL. VI.

Ad confirmationem eorum, quæ pro nostra sententia superius adducta sunt proponitur quæstio: An sit omnino de Fide,v.g.hunc numero Innocentium X. esse verum Pontificem, & verum Petri successorem? Ex p.11. tract.addit.2. Resol.etiam 6.

§.1. HÆc quæstio est quidem necessaria pro confirmanda nostra sententia, quòd decreta Pontificis extra Concilium sint infallibilia; nam aliquis posset sic arguere, non est de fide hunc Pontificem esse verum Pontificem: ergo numquam eius determinationes erunt de fide. Probatur antecedens, quia non est de fide, neque aliter omninò certissimè constat ipsum verè esse baptizatum, adeóque nec an capax sit dignitatis Episcopalis; sequela probatur; quando enim dubitare possumus de antecedente, etiam de consequente possumus dubitare.

2. Itaque cùm saltem non sit de fide hunc Pontificem electum verum esse Petri successorem; siquidem non est de fide certum esse baptizatum,aut nullum in eius electione defectum substantialem habitum esse.Ergo non poterit esse de fide certum,errare non posse, quia impotentia errandi annexa est (vt dixit) vero Christi Vicario,non simulato.Et confirmari potest exemplo Eucharistiæ; licèt enim de fide sit in Hostia ritè consecrata adesse corpus Christi; non tamen de fide est in hac numero Hostia adesse, quia non est de fide consecrantem esse Sacerdotem baptizatum, habentemque intentionem consecrandi, solum enim id creditur morali certitudine. Ergo similiter esto verum sit, & de fide certum, verum Christi Vicarium, & Petri successorem errare non posse in rebus fidei proponendis, at non videtur esse de fide certum, hunc numero errare non posse, quia non videtur esse de fide certum, esse verum Pontificem.

3. Sed respondendo ad quæsitum immediatè:Prima opinio asserit, non esse de fide, Innocentium, v.g.Decimum verè feliciter regnantem esse verum Pontificem;& ita tenet Bañez *in 2.2. D.Thoma q.1. art.10. dub.2. ad 2.* vbi affirmat hanc propositionem.Hic Pontifex numero est verus Papa,esse solùm certam certitudine morali, cui speculatiuè potest subesse falsum. Probatur primò,quia non est de fide nunc electum in Pontificem esse baptizatum. Ergo neque esse verum Pontificem. Secundò potest definire res fidei,& vniuersalem Ecclesiam regere, quin sit verus Pontifex, sufficit enim,si vt talis existimetur,& reputetur; si enim Prætori incapaci confert Respublica iurisdictionem, quando vt legitimus existimatur,ne ex actibus nullis grauia inconuenientia sequantur. Quare idem non dicemus in Pontifice incapaci, qui vt legitimus reputatur, conferre illi Christum omnem iurisdictionem, & auctoritatem, sicuti si verè Pontifex esset;Idem tenet Caietanus *in 2.2. quæst. 1. art.3. ad 4.* Castrus *aduersùs hæreses lib.1. cap.9.*& plures alij.

4. Sed affirmatiuæ sententiæ ego adhæreo, pro qua suppono Summum Pontificem posse considerari, quando eligitur, & adoratur illigitimè, vel cum

suspicione

suspicione illegitimatis : in hoc sensu non est quæstio, quia dum est probabile fundamentum de illegitimitate Pontificis, non potest fide Divina credi eum esse successorem Petri, quia fides divina non potest exerceri, quando est locus hæsitationi prudenti, vt sæpius ostendi : probabile autem fundamentum occasionem præbet hæsitationi prudenti: Quapropter non quiescit Ecclesia, antequam eruto omni dubitandi fundamento, tollantur schismatum occasiones.

5. Alio modo consideratur Pontifex, quando tam legitimè eligitur, & adoratur, vt tota Ecclesia illum suscipiat, vt nunc Dominus noster Innocentius X. sine vllo controversiæ vestigio tenet Christianæ Reipublicæ clavum, clavesque Petri : est igitur quæstio vtrum credendum sit fide Divina Innocentium X. & alios Pontifices pacificè susceptos esse legitimos successores Petri; Et vt dixi, puto credendum esse fide divina omnes, & singulos ejusmodi Pontifices esse legitimos successores Petri. Hæc conclusio non invenietur expressa in authoribus antiquis, quia forte de illa nunquam dubitaverunt, eam supponentes.

6. Illam tamen tenent ex Neotericis Cardinalis Lugo *de fide disp. 5. sect. 13. §. 5. num. 316.* Suarez *de fide disp. 5 sect. 3. num. 12.* Oviedo *de fide contr. 4. punct. 7. num. 86.* Hurtado de Mendoza *de fide disp. 37. sect. 3. cum seq.* Arriaga *in cur. Theol. to. 5. disp. 7. sect. 8. num. 50. cum seq.* Tannerus *tom. 3. disp. 1. q. 1. dub. 5. num. 146.* Castrus Palaus *t. 1. tr. 4. disp. 1. punct. 5. §. 2. num. 9. cum seqq.* Amicus *in cur. Theol. tom. 3. disp. 6 sect. 5. num. 152.* Gerund. *de Episcopo, tom. 2. l. 5. disp. 3. num. 56.* Comitolus *resp. l. 1. q. 99.* Valentia *tom. 3. disp. 1. q. 1. punct. 7. in qu. 5. §. 39.* omnes ex Societate Iesu, qui intrepidè hanc sententiam pro Summis Pontificibus sustinent, Quibus adde Sylvium *in controversiis fidei lib. 4. quæst. 2. art. 8.* Pueronum *de Reg. Aristocratiæ tom. 2. cap. 8. per tot.* Verticelli *in qq. mor. tr. 8. q. 24. num. 7.* Poncium *in cur. Theol. disp. 28. q. 1. concl. 9. num. 14.* & ex Dominicanorum familia sapientissimum Ioannem de Sancto Thoma *in 2. 2. q. 1. disp. 8. art. 2. per tot.* Adrianum, & Petrum de Walemburch *in examine princip. fidei p. 2. contr. 7. num. 50.* Ioanem Ponncium *in cur. Theol. disp. 28. q. 1. cuncl. 9. num. 13. & 14.* Bordonum *in sacro tribunali cap. 5. q. 6. num. 16.* Bonacinam *de cens. disp. 1. q. 2. punct. 1. num. 9.*

7. Et huic sententiæ magnum robur dedit Clemens VIII. qui teste Puente Hurtado, *vbi sup.* carceravit nonnullos Doctores, qui tunc oppositum censuerunt, eosque iubens adire Romam, rationem reddituros illius sententiæ.

8. Probatur hæc opinio primò, quia *in Bulla Martini V. apud Concilium Constantiense* disponitur, vt hæretici ad Ecclesiam redeuntes credant Papam canonicè electum, qui pro tempore fuerit (expresso eius nomine) esse successorem Petri; &c. Ergo supponit Concilium nunc determinatè de moderno, v. g. Innocentio X. expresso eius nomine debere credi esse Petri successorem; Secundò, quia multa Concilia determinatè agnoverunt pro tali eum, qui tunc præerat; non est autem maior ratio de vno, quàm de altero. Tertiò, quia si non constat de fide fuisse verum Papam Pium IV. neque constabit Concilium Tridentinum esse validum, quia à Papa Concilium accipit totam suam vim. Id autem est fere hæreticum.

9. Et tandem quia alioquin quidquid de Iudice controversiarum in Ecclesia, vt certum de fide creditur, esset planè ridiculum; quomodo enim debeo credere de fide dari Iudicem talem, si non possum ex fide dicere quis ille sit? Ad quid enim, quæsò, deserviret pro praxi talis assensus de eius quasi vaga Iudicis existentia? Sanè non teneremur ex fide adire Papam in eis controversiis : quia quilibet diceret, fides solùm docet me teneri adire Iudicem controversiarum; at nòn dicit mihi, illum esse Ioannem Baptistam Pamphilium, seu Innocentium X. Ergo non teneor ex fide illum adire, aut decidenti credere.

10. Deindè probatur, quia omnis propositio de fide potest inferri ex duplici præmissa de fide, vel vt aliis placet, altera de fide, altera cognita lumine naturali; sed ista propositio Papa definiens non potest errare, est certa de fide. Ergo potest inferri ex duplici præmissa modo dicto; quod tamen nulla ratione fieri potest, vt patebit discurrenti, nisi propositio ista sit de fide.

11. Hìc Pontifex definiens est verus Papa; nam in quocumque syllogismo inferatur conclusio illa, Papa definiens non potest errare, debet assumi, vt minor, hic Pontifex definiens est verus Papa, quæ cùm non sit nota lumine naturali, necessariò debet esse de fide, aliàs conclusio non esset de fide.

12. Huic argumento respondet Bañez *loco cit.* non requiri, vt conclusio aliqua de fide inferatur, vtramque præmissam de fide esse, vel vnam de fide, & alteram evidentem; sed sufficere vnam esse de fide, & alteram moraliter certam; quia tunc conclusio non sequitur ex illa propositione moraliter certa, tanquam ex causa, sed tanquam ex conditione sine qua non, sive vt applicante. Et exemplo Prædicatoris illustrat, qui si rite tibi proponat doctrinam Evangelicam, teneris fide divina veritatibus propositis assentiri : cùm tamen non sit fide divina certum, hunc Prædicatorem esse infallibilis veritatis.

13. Sed hæc solutio facillimo negotio præcluditur, argumento ducto ab inconvenienti : si enim vera esset, sequeretur hanc propositionem esse de fide: sub hac numero Hostia consecrata est Corpus Christi, quia revera infertur per evidentem consequentiam ex vna de fide, qualis est ista : In omni Hostia debitè consecrata est Corpus Christi, & insuper infertur tanquam ex conditione, & vt applicante ex altera certa moraliter, scilicet hæc Hostia est debitè consecrata; ergo sub hac Hostia est Corpus Christi, erit propositio de fide? Idem argumentum formari potest de his propositionibus. Hic parvulus baptizatus recipit gratiam; Iste, qui ordinatur est Sacerdos, & sic de aliis similibus, quas compertum est apud omnes non esse de fide; cùm possit illis subesse falsum ex defectu intentionis baptizantis, ordinantis, & consecrantis. Neque exemplum de Prædicatore obstat, quia licèt Prædicator aliis in rebus non sit infallibilis veritatis : at provt hic, & nunc prædicat, credere debes infallibilis veritatis esse; siquidem obligaris eius dictis fide divina assentiri.

14. Et ita nostra sententia videtur esse sententia Augustini *t. 6. en epist. contra poteſt. Donat. & t. 2. epist. 115.* Irenæi *l. 3. cap. 3.* Basilij, Ambrosij, Hieronymi, quos refert Bañez *2. 2. q. 1. art. 10. de authorit. Papæ ad 5.* Favent sacra Concilia; nam VI. Synodus nominatim respicit Agathonem, confitendo illum verum Pontificem, Concilium Chalcedonense Leonem, Concilium Milevitanum Innocent. III. ac tandem *in cap. de libellis dist. 20.* approbantur tanquam veri, & legitimi Pontifices Silverius, Zozimus, Innocentius, & alij.

RESOL. VII.

Respondetur ad argumentum contrariæ sententiæ? Ex part. 11. tract. addit. 2. Resol. 7.

§. 1. Ad

§.1. AD argumentum, quod neque ex Scriptura, neque ex traditione, neque ex definitione constare potest hunc esse legitimum Pontificem; ergo non est de fide eum esse talem.

2. Et ad illud, quod docet Bañez *vbi sup.* non esse de fide hunc hominem esse baptizatum: non enim constat de voluntate baptizantis, neque est de fide cum esse legitimè Sacerdotem, quia non constat ex fide de voluntate conferentis, aut recipientis Ordines, ergo non potest constare ex fide eum esse Pontificem.

3. Respondetur negando antecedens; constat enim hunc esse legitimum Pontificem ex illis Scripturæ testimoniis, quibus solet Petri confirmari primatus; quia illa est promissio vniuersalis, qua immediatè continentur omnes legitimi successores Petri, quos Deus sigillatim vidit, & de illis loquutus est; & qui nobis noscendi erant per euidentiam moralem ex legitima illorum electione, & acceptatione pacifica. Quemadmodum quando Deus reuelauit omnem hominem conceptum iri in peccato originali, loquutus est Deus immediatè de Petro, & Paulo, quos Deus clare cognouit, & à nobis erant cognoscendi per euidentiam physicam ortam ex sensibus, & quemadmodum cognito Petro, & cognita vniuersali reuelatione de conceptione omnis hominis in peccato, video ex sola apprehensione terminorum Deum loqui de Petro, & Paulo; Ita visa promissione vniuersali Dei de omnibus successoribus Petri, & visa euidenter legitima electione, & approbatione Pontificis; video hunc esse legitimum successorem Petri, & de ipso loquutum esse Christum.

4. Respondetur secundò distinguendo antecedens; si enim intelligatur de reuelatione, qua hæc propositio, Innocentius X. est verus Pontifex illis terminis fuerit reuelata; verum est, sed consequentia non est bona: potest enim aliquid esse fidei, quod etsi non sit in se, vel in suis terminis expresè reuelatum, habetur tamen, & cognoscitur ex reuelatione, sicut hæc propositio: Petrus, Paulus, Ioannes, & alij singulares homines, qui modò via generationis ordinaria nascuntur, concepti sunt in peccato originali, & sunt mortis necessitati obnoxij, fide certa est, quamuis non sit in illis terminis reuelata, eò quòd sit reuelata in sua vniuersali, ex qua per inductionem quamdam deducitur nimirum in hac, omnes in Adam peccauerunt; Item in illis; Per peccatum mors: quis est homo, qui viuet, & non videbit mortem? statutum est hominibus semel mori.

5. Similiter autem est in proposito: nam prædicta propositio, de qua nunc disseritur, licèt expresè reuelata non fuerit in suis terminis, est tamen reuelata in sua vniuersali, qua continetur, & ex qua per quamdam inductionem deducitur, nimirum in ista, omnes Petri successores in Romana Sede, sunt Vicarij Christi, & veri Pontifices Summi. Ex hac enim inductione quadam consequitur, & hunc, & illum singularem hominem, qui ab Ecclesia Catholica est electus, receptus, & assumptus in Summum Pontificem (eiusmodi hodie est Innocentius X.) verè esse Summum Pontificem.

6. Ad argumentum Bañesij respondeo, licet illa propositio: hic homo, qui dicitur Innocentius X. est homo virilis sexus, vel est baptizatus, considerata secundùm se, non sit certa, prout tamen substat diuinæ reuelationi absolutè, certa est; ita vt iuxtà hanc considerationem nec possit, nec potuerit esse falsa, quæ responsio in B. Thoma fundatur, quatenus 2.2. *qnæst.* 1. *artic.* 3. *ad* 2. scribit, quòd Deum non incarnari secundùm se consideratum fuit possibile, etiam post tempus Abrahæ, sed secundùm quod cadit sub præscientia Diuina, habet quamdam necessitatem infallibilitatis, vt *in prima* dictum est (scilicet 1. *part. quæst.* 14. *artic.* 13. & 15.) & hoc modo cadit sub fide: Vnde provt cadit sub fide non potest esse falsum. Loquimur namque de hac propositione: Innocentius X. est legitimus Pontifex, prout cadit sub diuinam præscientiam, & reuelationem: dicimusque quod sic spectata, sit ex fide certa. Vndè quòd ipse sit sexus virilis, ac etiam quod ritè baptizatus fuerit, omninò certi sumus, & quidem ex fide propter reuelationem, ex qua cognoscimus, quòd ipse sit Summus Pontifex. Quia enim fide Catholica credimus eum, quem Ecclesia recipit, & habet pro Summo Pontifice (qui modò non alius est, nisi Innocentius X.) esse verum Christi Vicarium, & legitimum Pontificem Summum, necessaria consecutione sequitur, quòd sit masculus, quòd baptizatus, quoque id omne habeat, sine quo pontificia dignitas nequit consistere. Prouidentiæ enim Diuinæ est, quæ nec vult nec potest Ecclesiam fallere, vt Christi Vicarius, quem suo gregi vult esse præpositum, nulla re careat, quam necessariò expoſcit potestas, quam gerit, & munus, quod debet exequi.

7. Itaque dicendum est spectare ad specialem prouidentiam Dei in Ecclesiam non permittere eligi, & admitti pacificè eum, qui non possit esse legitimè Pontifex. Quare ex euidenti cognitione legitimæ electionis, & acceptionis pacificæ colligimus certò eum hominem nullo carere ex requisitis ad Pontificatum, eique Deum contulisse Pontificium Sancti Petri. Itaque ex applicatione per se nota deducimus actum fidei, quo credimus illi successori Petri collatam ipsius Petri potestatem quemadmodum ex euidenti cognitione Petri colligimus eius conceptionem in peccato. Quæ afferuntur de priuato Sacerdote non vrgent: quia non promisit Deus eam specialem prouidentiam in hos casus priuatos, quia res est leuioris momenti, & quæ absque præiudicio fidei potest contingere, secùs autè electio Pseudo-Pōtificis.

8. Ad id verò, quod dicitur, quòd qui recederet à moderno Summo Pontifice, esset quidem schismaticus, & non hæreticus; ergo non est de fide, quòd ipse sit Summus Pontifex, quia recedere ab aliquo dogmate ad fidem pertinente est hæresis, & non solùm schisma.

9. Respondeo, quòd licet schisma, & hæresis differant ratione formali, non est necesse, vt omnis schismaticus sit hæreticus, ne quidem is, qui à Summi Pontificis obedientia recedit; si qui tamen recederet cum errore intellectus, quo non crederet eum, quem Ecclesia pro Summo Pontifice recepit, ac retinet, esse Summum Pontificem, verè esset hæreticus, posito quòd supra dicta propositio certò, & manifestè pertineret ad fidem.

Et omnia *superiùs* dicta docent Hurtadus de Mendoza, Syluius, Arriaga, & alij Doctores, *vbi supra*, pro nostra sententia adducti contra Bannez, Caietanum, & alios.

Alia argumenta, quæ contra nostram sententiam adduci possunt, inuenies soluta penès citatos Authores, & ex *superius* adductis, patet etiam solutio ad argumenta in contrarium adducta à Caramuele *in sua secunda disputandi methodo part.* 2. *fol.* 59.

RESOL. VIII.

An standò in opinione, quod non sit de Fide hunc numero Innocentium X. esse verum Pontificem, an inquam, eius Decreta circa res Fidei, haberent Infallibilitatem? Ex part. 11. tract. addit. 2. Res. etiam 8.

§. 1. Respondeo,

§.1. REspondeo, quòd stando etiam in opinione illorum Doctorum, asserentium non esse de fide hunc Pontificem esse verè Pontificem, non ex hoc sequeretur decreta ab ipso facta non esse infallibilia. Ita præter Bañez *vbi suprà*, tenet Malderus Episcopus Antuerpiensis; & olim professor publicus in Inclyta Academia Louaniensi *in* 2.2. *D. Thomæ quæst.* 1. *art.* 10. *disp.* 5. *in fine*, vbi sic ait: Vt enim sit fidei id, quod Papa determinat, non requiritur, vt sit fidei Diuinæ, hunc qui determinat, esse verum Pontificem, sed sufficit hoc esse certissimum. Est autem certissimum eum, quem vniuersa Ecclesia pro Pontifice recepit esse verum Pontificem. Hoc enim ad prouidentiam Dei pertinet impedire, ne in eiusmodi iudicio fallatur Ecclesia. Frustrà ergo noui homines blasphemi quidam Apostatæ dubium mouent de legitima electione Pontificum huius æui; quos sibi aduersos experti sunt. Ab Ecclesia Catholica recepti extra huius calumniæ aleam sunt; sufficere autem, quòd omninò certum sit, etiamsi non fuerit fidei: probo: Quia certitudo fidei pendet ex veracitate Dei id dicentis, quod creditur; Papa autem non facit nouos articulos fidei, sed solùm proponit, Deum aliquando hoc, aut illud dixisse. Dictum est *supra* in illis, quæ concurrunt ad propositionem, & credibilitatem fidei, non esse exigendam certitudinem per omnia æqualem certitudini fidei, sed sufficere credibilitatem fieri euidentem per eiusmodi argumenta, quò fallere quidem non possint, non tamen fide Diuina credantur. Hoc enim sufficit non solùm ad infallibilitatem fidei, sed etiam obligationem; itavt non credens, hæreseos, aut infidelitatis peccatum incurrat. Ita Malderus.

2. Hoc etiam docet Episcopus Araujo Dominicanus, & in celeberrima Academia Salmanticensi Theologiæ Professor *in* 2.2. *Diui Thomæ quæst.* 7. *dub.* 2. *num.*4. vbi format contra se hoc argumentum: Per fidem assentimur veritatibus definitis à Summo Pontifice, in quantum ab illo sint definitæ. ergo: Si de eius potestate non haberemus certitudinem fidei, nec illam haberemus de veritatibus ab illo definitis: siquidem nequit esse maior certitudo de definito, quàm de definiente, cùm illa innitatur huic.

3. Sed posteà respondens ad hoc argumentum, sic ait: Ex eo quòd fides, & certitudo Diuina, quæ habetur de veritatibus definitis à Summo Pontifice, vt à capite Ecclesiæ non innititur illi, vt rationi formali, & regulæ principali, nisi dumtaxat, vt instrumento, per quod prima veritas, quæ est regula principalis, & ratio formalis obiecti fidei, loquitur & reuelat, vel vt conditioni, & regulæ quoad nos, sine qua Diuina reuelatio de huiusmodi veritatibus definitis nobis non communicaretur, nec applicaretur: quemadmodum autem potest in naturalibus, & artificialibus effectus perfectione, & nobilitate excedere instrumentum, atque conditionem: Ita & in nostro casu potest certitudo veritatum definitarum excedere instrumentum, & conditionem quoad certitudinem, quæ de ipsis habetur. qua ratione etiam in intellectualibus, in quo genere sunt assensus conclusionis scientificæ præstantior est dispositione syllogistica in modo, & figura, à qua tamen per se, vt à conditione dependet. Igitur quamuis de veritate, & electione legitima capitis definientis tantùm habeatur certitudo theologica, optimè potest de rebus definitis haberi formalis certitudo Diuinæ fidei: ac proindè ex hoc capite non conuincitur eandem, vel æqualem de veritate capitis in singulari, atque de veritate rei ab ipso definitæ fore habendam certitudinem. Huc vsque Araujo. Et vt scriptoribus Dominicanis Auctores Iesuitas adiungamus, hanc sententiam ex Bellarmino docet Quiedo *de fide contr.* 4. *pun.* 7. *nume.* 87. Fr. Ioannes Poncius *in cur. theol. disp.* 28. *q.* 1. *concl.* 9. *num.* 13.

4. Itaque dicendum est, quòd res proposita esset fide diuina certa, esto proponens non sit diuina, sed humana dùtaxat fide certus, constat primò exemplis; nam primò quod hoc sit legitimum Concilium à legitimo capite congregatum, sola fide humana constat, non enim nobis immediatè applicatur per ipsam Pontificis definitionem, sed id tantùm habetur per testimonium Ecclesiæ, quæ illud acceptet, vt legitimum Concilium, quod testimonium non excedit fidem humanam, & tamen fide diuina tenemur credere, quæ de orthodoxa fide hoc Concilium docet.

5. Secundò, quòd hæc scriptura sit declarata vt canonica, nobis non constat immediatè testimonio Pontificis definientis, & declarantis hanc esse canonicam scripturam, sed solo testimonio hominum qui illam vt talem acceptant: cùm tamen fide diuina teneamur credere, illam esse canonicam, & quidquid in ea continetur à Deo reuelatum.

6. Tertiò tenemur fide diuina credere Christiana Religionis mysteria esse vera, & à Deo reuelata, cùm tamen signa, quibus illa nobis proponuntur, vt euidenter credibilia, quòd sint à Deo reuelata, non credamus fide Diuina, sed humana. Ergo pari modo possumus fide diuina credere, quæ hic Pontifex nobis credenda proponit, esto eadem fide diuina non credamus ipsum esse verum Pontificem.

7. Cùm igitur Pontifex solùm se habeat vt proponens res fidei, ad hoc, vt res ab ipso propositæ sint fide diuina credendæ necessum non est, vt ipse etiam fide Diuina credatur, quòd sit verus Pontifex; sed sufficit, si tantùm credatur fide humana, quia nimirùm cum iis signis Pontificiæ authoritatis rem credendam proponit, vt moraliter sit certum quòd ipse sit verus Pontifex; nam tunc res proposita credenda est fide diuina, & tamen ipse credi potest fide tantùm humana.

8. Nam possum fide diuina esse certus, quòd hoc sit legitimum Concilium, quòd hæc sit canonica scriptura, quòd hæc sit Apostolica traditio, etiamsi eadem fide diuina non sim certus quòd proponens sit legitimus Pontifex, sed sufficit si tantùm sim certus fide humana.

Et hæc doctrina est valdè notanda, quia apud paucos authores inuenies.

RESOL. IX.

An omnia contenta in Decretis Pontificum loquentium ex Cathreda habeant Infallibilitatem? Ex part. 11. tract. addit. 2. Resol. etiam 9.

§.1. LIbet mihi respondere cum verbis Iacobi Granadi *in* 2.2. *Diui Thomæ contr.* 1. *tract.* 7. *disp. c. sect.* 1. *num.*3. vbi docet duo consideranda esse in decreto Pontificis, etiam quando se gerit, vt caput Ecclesiæ. Vnum est potissimum negotium quod definitur, seu res ipsa quam explicandam, & decernendam assumit: Alterum est ratio aut authoritas ad illius rei confirmationem obiter adducta, seu aliquid, quod obiter ex propria sententia asseuerat. Et quidem in hoc secundo non repugnat errare Pontificé, quia cùm non sit id, de quo agitur, & quod cótendit proponere Ecclesiæ, non est vndè sufficienter probetur illi assistere Spiritum Sanctum, ne in eiusmodi

negotiis decipiatur. Vnde Nicolaus Papa *in cap. à quodam Iudæo, de consecrat. dist.* 4. cum potissimùm interrogaretur, an Baptismus à Iudæo collatus esset validus, rectéque respondisset affirmanter, obiter dixit Baptismum in nomine Christi collatum valere, quod tamen falsum est, nam sine Trinitatis inuocatione verus baptismus conferri non potest; Immò nunquam collatus est, vt in materia de baptismo latè probabitur.

2. Sed Doctori Hispano Gallum adiungamus sic itaque asserit Ioannes Bagotius *in Apologetico fidei tom. 1. lib. 4. cap. 2. num. 7.* Quarta, & vltima conditio est, vt secundùm mensuram mysteria, seu secreta Dei reuelata dispenser, & definiat, quantum videlicet exigit necessitas fidei, & controuersia de qua agitur. De hac Melchior Canus citatus *lib. 6. cap. 8.* monet: in decretis, definitionibusque Ecclesiæ duo distingui oportere. Aliud continet conclusiones, aliud continet probationes conclusionum, aitque in illis conclusionibus, Iudicem controuersiarũ errare non posse, in rationibus errare posse. Mea ratio est, quia in probationibus non tam sustinet personam Iudicis, quàm Doctoris consilium dantis, aut disceptãtis, vt est autem disceptator non habet illam infallibilitatem, quam habet, quatenus est Iudex, vt ostendam posteà. Hinc diligenter animaduertendum est quid in Conciliis definiatur, & sub qua verborum forma, an vt doctrinain Ecclesia recepta, an verò vt ipsius fidei doctrina. Huius rei exemplũ Canus *l. 5. c. 6.* affert ex Tridentino *sess. 13. can. 11.* in quo anathematizatur, qui dixerit solam fidem esse sufficientem præparationem ad sumendum Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramentum. At posteà statuit, atque declarat Sancta Synodus necessariò præmittendam esse confessionem Sacramentalem illis, quos conscientia peccati mortalis grauat, quantumcunque etiam se contritos existiment, habita copia Confessoris, & eo ipso excommunicat, si quis contrariùm docere, prædicare, vel pertinaciter asserere, seu etiam publicè disputando defendere præsumpserit. Cùm autem tunc Synodo interfuerit Melchior Canus, testatur non fuisse Concilij mentem, eodem modo vtramque illam partem definire: nec tanquam doctrinam fidei propositam esse istam confessionis Sacramentalis necessitatem. Et *in capite 7. eiusdem sessionis*, de hac eadem necessitate loquens Synodus, ait: Ecclesiasticam consuetudinem declarare, eam qua dicitur, vt probet seipsum homo, probationem necessariam esse ad hanc Sacramentalem confessionem, quam scripturæ interpretationem non ita de fide esse asserit, sicut *cap. 1. eiusdem sessionis* transubstantiationem colligit ex verbis, quibus Sanctissimum Sacramentum conficitur; ait enim ea verba hanc propriam, & apertissimam significationem præseferre, secundum quam à Patribus intellecta sunt. Huc vsque Bagotius. Rectè itaque ex Bellarmino ait Amicus *in cur. Theol. tom. 7. disp. 13. sect. 2. n. 22.* non omnia, quæ habentur in Concil. & sacris Canon. pertinere ad fidem, sed tantum ea, quæ directè definiuntur, non autem ea, quæ obiter afferuntur ad melius explicandum rem definitam.

3. Vndè ex his Canus *lib. 5. cap. 1. §. Illud idem damus.* Granadus *vbi sup.* Valentia *tom. 3. disp. 1. punc. 7. §. 39.* & alij asserunt non omnia, quæ sunt in decretalibus, esse de fide; & ideò Bagotius *vbi suprà sect. 1.* sic ait: Si nonnulli Pontifices, vt inter cæteros Innocentius III. à nonnullis aut personis, aut Ecclesiis priuatis interrogatus de plerisque quæstionibus respondit, quid sentiret, existimandum non est eas omnes responsiones esse fidei decisiones, vt norauit Melchior Canus *tom. 5. de locis theol. cap. 5.* vbi ait, non statim dogma fidei credendum esse, quidquid iuris Canonici volumine continetur, & pleraque in decretalibus epistolis haberi, quæ fidei Catholicæ decreta non sunt, aitque nominatim quæ responsa dantur ad priuatas personas, aut Ecclesias non esse necessariò existimanda dogmata fidei. Hæc enim cùm non vnam, aut aliquas Ecclesias particulares, sed totam Ecclesiam Catholicam spectent, omnes fideles ex æquo obligant, & quæ de eis decreta fiunt verbis eiusmodi concipi oportet, vt ad totam Ecclesiam dirigantur. Caue tamen existimes hæc Summorum Pontificum responsa Theologo minoris ponderis haberi posse, cùm enim Summus Pontifex in iis doctrinam Ecclesiæ Catholicæ communem, aut certè in Romana vulgò, & communiter receptam tradere se, & docere dicat, sitque authoritatis singularis Romana Ecclesia, reliquarum mater, & traditionum antiquarum custos fidelissima, vt dictum est *superiùs*, temerarius sanè is erit qui tantam authoritatem neglexerit. Hæc ita ille.

4. Sed licèt hæc doctrina vera sit, puto tamen cum Turriano *in 2.2. D. Thomæ disp. 16. dub. 2.* falsam esse sententiam Medinæ, qui admittit declarationes Pontificum in decretalibus posse esse falsas, in decretis harum rerum, quæ ad mores pertinent, atque adeò cogitur fateri posse aliquid reuerà inhonestum vt honestum proponere toti Ecclesiæ; nimirum verum est, Caietanum, Sotum, & Medinam viros doctos, & pios ita sentire de potestate Pontificis in his, quæ ad mores pertinent. Nec minùs deceptus est Canus, qui vt *infrà* dicam, putauit posse Pontificem errare in approbatione Religionis.

RESOL. X.

An Pontifex possit errare in assignandis censuris propositionum præter hæreticas? Ex part. 11. tr. addit. 1. Resol. etiam 10.

§. 1. Svppono solere aliquando Pontifices, & Ecclesiam non solùm propositionem, vel assertionem aliquam reprobare, aut prohibere, sed etiam censuræ gradum determinare, dicendo illam esse hæreticam, vel erroneam, vel piarum aurium offensiuam, &c. in quo casu quærunt aliqui: An Ecclesiæ iudicium circa gradum censuræ certum sit, & infallibile? Et quidem non est dubium quando Ecclesia determinat & declarat aliquam propositionem esse hæreticam; nam tunc implicitè declarat contradictoriam esse de fide; non potest autem Ecclesia aberrare, proponendo nobis aliquid, vt de fide, quod non sit reuerà de fide, alioquin tota nostra fides, nutaret, quæ fundatur supra fundamentum Apostolorum, & Ecclesiæ, quæ est columna, & firmamentum veritatis.

De aliis autem censuris potest esse maior difficultas.

2. Hoc supposito, quæro, videlicet: An quando Pontifex definit aliquam propositionem esse temerariam, erroneam, scandalosam, &c. sit hæreticum pertinaciter negare illam esse talem: An verò solum sit temerarium, erroneum, & scandalosum, &c.

3. Aliqui affirmant esse hæreticum id negare, quia Pontifici reuelatur id quod definit ac proindè qui pertinaciter negat quod Pontifex definit, negat obiectum reuelatum, & in hæresim incidit.

4. Sed ad propositam quæstionem sic respondet Turrianus *in 2.2. tom. 1. disput. 55. dub. 5.* Constat sæpè Pontificem Summum damnare aliquam propositionem, vt hæreticam; aut tanquam erroneam, vel temerariam, aliquando declarat propositionem esse

esse de fide, interdum opinionem esse probabilem: Vocamus ergo in quæstionem, an in his censuris assignandis possit Ecclesia errare; constat autem ex dictis *ad q.1.* Pontificem non posse errare in definitionibus fidei, quærimus ergo, an possit errare assignans alias censuras?

5. Mihi sanè valdè certum est, Pontificem non posse errare in his censuris; nam certum est in definiendis fidei veritatibus non posse errare, vt dixi: assignare verò has censuras pertinet ad veritates fidei; ergo; nullo modo admittendum est posse errare. Et explicatur, quia cùm declarat aliquam propositionem esse erroneam, planè definitio pertinet proximè ad fidei veritates, quia propositio erronea est contraria conclusioni deductæ euidenter ex principiis fidei: ergo non posset Pontifex errare in hac censura, nisi errans aliquo modo circa fidei veritates, & idem iudicium est, si declaret aliquam propositionem esse proximam errori, vel sapientem hæresim.

6. Deinde in aliis censuris, propositionum, quæ non ita proximè videntur pertinere ad doctrinam fidei, vt cùm dicitur aliqua proposito temeraria, etiam dicendum est errare non posse Pontificem, quia pertinet ad doctrinam, & veritatem rerum Religionis Christianæ, quòd si in hoc posset errare, nō esset omninò certa definitio circa veritatem fidei, quia posset contingere, vt damnaret aliquam propositionem vt temerariam, quæ esset magis consentanea principiis fidei, quam contraria, quod nullo modo est admittendum, & ita existimo esse errorem asserere in his censuris posse Pontificem errare. Ita Turrianus.

7. Et quidem Coninch *de actib. supernat. disp.8. dub.8. num.135.* docet eum, qui negat prædictas censuras asserere aliquid, ex quo per euidentem consequentiam deducitur hæresis, & Eminentissius Dominus meus Cardinalis Lugo *de fide disp.20. n.109.* asserit, tale assertum fore erroneum, & errori proximum, quod anteà dixerat Bañes *in 2. 2. D. Thom. q.10. art.2.*

8. Verùm Malderus *in 2.2. D. Thom. q.11. artic.2. membr.5.* distinguendum putat; dicit enim reuelatum quidem esse à Deo Ecclesiam non posse errare in definitionibus circa doctrinam, adeoque qui hoc negaret cum pertinacia, fore hæreticum; si autem ipse affirmaret propositionem, quam Ecclesia censuit esse temerariam non esse temerariam sed veram; nisi simul dicat Ecclesiam errare in huiusmodi censura, non erit hæreticus, sed incurret in errorem hæresi proximum. Si enim hæc propositio non sit temeraria, sequitur aliquid contra fidem, nimirum, Ecclesiam errare in definitionibus circa doctrinam. Itaque distinguendum est. Vel enim qui negat hanc propositionem esse temerariam, solùm intendit dicere, eam esse veram, & sic non erit hæreticus; etiamsi nouerit Ecclesiam determinasse, quòd sit temeraria: potest enim fieri, vt non nisi probabile putet Ecclesiam in talibus non posse errare, aut vt nouerit quidem Ecclesiam hoc damnasse tanquam temerarium, & credat quidquid vt temerarium damnat Ecclesia esse reuerà tale; sed non pertractet illa simul ad concludendum hoc esse verè temerarium. Vel intendit sustinere pertinaciter Ecclesiam errare in censura istius propositionis, & erit hæreticus.

9. Et hanc Malderi sententiam docet etiam Pater Quiedo *de fide contr.4. punct.9. num.124.* asserit enim posse pertinaciter negare censuram ab Ecclesia illatam, quin iudicet Ecclesiam posse errare, ac proindè ex hoc capite fore hæreticum, qui illam negaret non præcisè, quia negaret censuram, quia hanc non definit Pontifex vt reuelatam, sed quia negaret specialem assistentiam Spiritus sancti, vi cuius Pontifici nunquam errare permittet, & contra hanc assistentiam assereret, Pontificem de facto errasse.

10. Et sic intelligendus est Cardinalis Lugo, & Coninch, *vbi supra*: Itaque secundum Quiedo dicendum est, Pontificem definientem propositionem aliquam esse erroneam, non inniti immediatè reuelationi, quia illi sit reuelatum, talem propositionem esse erroneam (idem intellige de quacumque alia censura) quia Ecclesia, quando damnat, hanc propositionem, vt erroneam, aut temerariam, non intendit definire censuram vt reuelatam, sed constituere propositionem in determinato certitudinis gradu, quem explicat, dùm oppositum esse erroneum, aut temerarium declarat; vnde censura quasi secundario imponitur; & id, quod primariò definitur, est doctrina illa cuius oppositæ inuritur censura circa quam nullam recepit reuelationem Pontifex, aliàs eam de fide sua definitione constitueret, & oppositam hæresis censura notaret, & non solùm erroris, aut temeritatis, vt facit in propositionibus, de quibus modò agimus.

11. Sed his suppositis, quid dicendum de aliqua censura, qua Pontifex iudicat aliquam propositionem esse probabilem, vt olim definiuit Clemens *Clementina vnic. de summ. Trinit.* in qua approbat vt probabiliorem opinionem asserentium in baptismo infundi paruulis habitus virtutum theologicarum, de qua materia alibi diximus; & legi potest P. Vasquez *1.2. dist. 86.* difficultas autem est, an possit Pontifex in hoc errare.

12. Dico quòd Turrianus *in 2.2. to.1. disp.55. dub. 5.* existimat Pontificem in hac censura assignanda non posse errare, posset enim hoc vergere in detrimentum fidei, quia opinionem, quam Pontifex approbat, vt probabilem, vel probabiliorem tota Ecclesia debet, vt talem amplecti, & ex illa ad alia discurrere, vndè posset contingere circa res fidei grauis error.

13. Restat verò explicare: An possit Pontifex opinionem falsam approbare, vt probabiliorem? Quæstionis causa est, quia absolutè loquendo non repugnat aliquam opinionem esse probabiliorem, & reipsa esse falsam: Ergo poterit Pontifex verissimè decernere aliquam opinionem esse probabiliorem, & non errare etiam si aliàs opinio illa sit falsa.

14. Nihilominus existimo non posse Pontificem errare circa veritatem propositionis, quam declarat esse probabiliorem: loquimur enim semper in materia, quæ possit ad mores, vel fidem pertinere, licèt res non sit de fide, nam si in hoc posset Pontifex errare, magnum detrimentum posset sequi in Ecclesia: omnes enim amplecterentur, & defenderent eam opinionem, & putarent veram, & eius probabilitas in dies crescceret, ac proinde tota Ecclesia falleretur, quod nulla ratione admittendum est. Vide Turrianum *vbi sup.*

15. Verùm circa præsentem difficultatem, & omnia *superiùs* dicta, ne deseras etiam videre scientia, & dignitate Eminentissimum Dominum meum Ioannem de Lugo, *vbi suprà de fide, disp.20. sect.3. num.115. cum seq.* vbi latè, & doctè, vt semper solet, totam materiam pertractat, cui etiam adde Ferdinandum de Salazar *de concept. cap.43. §.1. & 4.* Sed ad confirmationem omnium supradictorum faciunt ea, quæ obseruat Pater Paludanus *in Apol. constit. Vrban. cap.10. per tot.* Vide *ipsum*, & non pigebit.

RESOL. XI.

Exponitur modus, quo Spiritus Sanctus assistat Pontifici, quando aliquid de Fide determinat? Ex part. 11. tract. addit. 2. Resol. etiam 11.

§. 1. Difficultas est: An Pontifex quatenùs gaudens authoritate diuina, & quatenus Spiritu Sancto regitur, constituat obiectum formale fidei, quia per eum nobis loquitur Deus, sicut per Prophetas loquutus est, & ita quando Ecclesia aliquid definit, illud possemus credere fide Diuina independenter ab alia reuelatione præexistente, quia Ecclesiam definire hunc articulum, sit Deum reuelare talem articulum per suam Ecclesiam, tanquam per organum Spiritus Sancti, vel an definitio Ecclesiæ, cum aliquid proponit fide Diuina credendum, illud supponat iam reuelatum, ita vt Ecclesia seu Pontifex definiens tantùm sit infallibilis regula, applicans obiectum iam reuelatum, non tamen sit instrumentum, seu organum, medio quo Deus loquatur, aut reuelet, quod antea reuelatum non erat?

Et primum modum defendit Suarez *de fide disp. 5. sect. 11. num.* 8. Puente Hurtadus *de fide vol.* 1. *disp.* 37. §. 18. *cum sequent.* Turrianus *in* 2. 2. *tom.* 1. *disp.* 23. *dub.* 5. & alij. Secundum verò modum approbant, & defendunt Molina *part.* 1. *art.* 2. *disput.* 1. *&* 2. Valentia *disp.* 1. *quæst.* 1. *punct.* 6. *responsione ad tertium.* Gaspar Hurtadus *disp.* 2. *diff.* 4. *vers. ad Inductionem in fine.* Tannerus *quæstion.* 1. *dub.* 7. *in fine.* Malderus 2. 2. *quæst.* 1. *in commentario articulorum* 6. 7. 8. 9. Lorca *disp.* 28. *num.* 8. *&* 15. Pro eadem sententia refert Valentia, Waldensem, Canum, & Alphonsum de Castro.

2. Et hæc opinio mihi magis placet; dico igitur, quòd quando Pontifex definit aliquid pro tota Ecclesia, Deus illi non reuelat immediatè obiecta definienda, quod fieri posse non repugnat, & docent Authores citati; sed tantùm illi assistit, ne erret in definitionibus tradendis aliis ad regimen Ecclesiæ spectantibus, quod sine noua reuelatione Pontifici facta fieri potest. Et ita hanc sententiam docet etiam Arriaga *in Cur. Theolog. tom.* 5. *disp.* 9. *sect.* 5. *num.* 30. Tannerus *tom.* 3. *disp.* 1. *q.* 1. *dub.* 7. *n.* 217.

3. Vndè circa præsentem quæstionem libet mihi ea, quæ Franciscus Ouiedo dixit, hîc apponere; sic itaque asserit *de fide controuers.* 5. *punct.* 1. *numero* 127. Statuimus Pontificem non accipere nouam reuelationem, cùm aliquid definit, nec Deum illi loqui, nec fidelibus medio illo. Ex alia parte asserimus, quod catholicè necessariò tenendum est, Pontificem non posse errare, & illi Spiritum Sanctum specialiter assistere in rebus fidei definiendis; Videndum modo est, quæ sit hæc Spiritus Sancti assistentia, ratione cuius Pontificis definitiones non possint errori subiacere. Pater Tannerus *quæst.* 1. *dub.* 7. *num.* 217. asserit hanc Spiritus Sancti assistentiam ne Pontifex, aut Ecclesia erret in rebus fidei proponendis per se non requirere positiuam inspirationem, seu loquutionem Diuinam ipsi Ecclesiæ factam, sed contentam esse quouis auxilio Dei, etiam merè negatiuo; quo fiet, vt Ecclesia in his rebus non possit errare. Coninch *disput.* 9. *dub.* 5. *num.* 61. explicat differentiam, quæ est inter Ecclesiam proponentem fidei mysteria, & scripturam, qua Deus loquitur, & reuelat eadem mysteria apto quodam exemplo. Supponatur (inquit) Superiorem alicuius Religionis in illius constitutionibus, & instituto versatissimum habere duos subditos, quorum quilibet suarum constitutionum commentariolum scribit, ita tamen, vt vnus id faciat iussu, & nomine Superioris, & sub nomine Superioris in lucem detur, quia multa, quæ nouit subditum ignorare suggerat, aut etiam dictet, in aliis eum illuminet, clariùs ea ipsi explicando, & in omnibus ei assistat, itaut nec in minimo eum errare permittat; alter verò subditus suum commentariolum proprio nomine scribat, Superiori tamen semper ei assistente, ne in illo erret prouidente, ac quædam ei occulta explicante, Commentarij in eo conuenient, quòd vterque ob authoritatem illius Superioris credatur omni errore vacare, different tamen ex eo quòd si error aliquis deprehenderetur in commentario nomine Superioris scripto, & edito, error iste Superiori tanquam authori imputaretur; si verò similis error in alio commentario deprehenderetur, non Superiori, sed subdito tanquam Authori, imputaretur, & Superiori, tanquam non rectè dirigenti & gubernanti subditum, seu tanquam permittenti errorem, quem propter specialem curam erga subditum tenebatur vitare. Rem vno verbo accipe: Scriptura Canonicus scriptor non loquitur proprio nomine, sed nomine Dei; se enim habet scriptor Canonicus, sicuti amanuensis, qui alicuius Doctoris studia ab ipso audita characteribus exprimit in charta; ea enim scripta non dicuntur amanuensis, sed Doctoris, qui ea dictauit; Ecclesia autem suo nomine scribit, aut loquitur, Deo tamen auscultante, qui nihil ab ea scribi permittet, quod verum non sit, & multa illi obscura inspirat, non vt ea nomine Dei proferat, sed illa à Deo instituta, ipsa nomine suo fidelibus proponat. Neque ea, quæ Deus Ecclesiæ inspirat, sunt per modum loquutionis, aut reuelationis Dei loquentis, sed tantùm immittendo cogitationes, quibus Pontifex, aut Generale Concilium veritatem deprehendit, quam proprio nomine fidelibus proponit, ea tamen ratione, vt si id, quod proponit verum esse à Deo non cognosceretur, nullo modo permitteret ab Ecclesia proponi.

4. Concludo ergo assistentiam Spiritus Sancti respectu Ecclesiæ includere vt benè Tannerus auxilium extrinsecum, quo non permittit Deus aliquid non verum ab ipsa proponi, & concursum denegat ad definiendum obiectum falsum, quòd per se sufficeret, ne Ecclesia erraret. Addo tamen, quia nonnulla Ecclesia proponit obscura, & valdè difficilia, quæ nulla industria humana possent comparari, vt horum notitiam habeat, eam inspirare mediis illustrationibus, & sanctis cogitationibus, quibus intellectus Pontificis veritates assequatur, suprà quas potest cadere definitio.

5. Nec obstat dicere, quòd in definitionibus Ecclesiæ Pontifex, & Patres Concilij scribunt, visum est Spiritui Sancto, & nobis: Ergo Spiritus Sanctus loquitur per Ecclesiam tanquam per instrumentum, cui immediatè reuelat ea, quæ Pontifices, & Concilia definiunt, tanquam de fide reuelata fuisse immediatè à Deo, non ipsi Pontifici definienti, sed Apostolis, aut Canonicis scriptoribus. Et ideò de his optimè dicitur visa fuisse Spiritui Sancto, quia ab illo immediatè fuere reuelata; Reliqua autem, quæ definiuntur, non vt actu fidei certa, sed alia certitudine huic proxima possunt etiam dici Spiritui Sancto visa, quia Spiritus Sanctus ea permittit ab Ecclesia definiri, nullo modo id permissurus, si vera non essent.

Et circa præsentem quæstionem vide etiam Magistrum Grauinam *in controuersiis fidei tom.* 4. *q* 2. *art.* 13. *per tot. fol.* 151.

RESOL.

RESOL. XII.

Ad ornatum materiæ inquiritur : An Papa, vt persona priuata, possit errare in Fide, & de facto errauerit ? Ex part. 11. tract. addit. 2. Ref. etiam 12.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam tenet Melchior Canus *l. 6. cap. vlt. ad* 11. Tufrecremata *lib. 2. c. 112. ad 7. & lib. 4. p. 1. cap. 16.* Caietan. *tr. 1. & 2. de auctoritate Papæ.* Valent. §. 41. *in Argumentis.* Bañez *dub. 1. de authoritate Papæ, concl. 1.* quibus adde Castr. Palaum *tom. 1 tr. 4. disp. 1. punct. 5.* §. 1. *n. 6.* Turrianum *in 2. 2. disp. 16. dub. 1.* Franciscum del Castillo *in lib. 3. sentent. tom. 2. disp. 16. q. 10. num. 3.* quod intelligit non solùm de errore inuincibili, sed etiam culpabili : Colligitur *ex cap. Si Papa, 40. dist.* vbi dicitur, Papam à nemine iudicari, nisi sit deuius à fide. Idem docuit Innocentius *serm. 7. de consecratione Romani Pontificis.* Colligitur *ex VI. & VII. Synodo Generali,* vbi damnatur Honorius Papa tanquam hæreticus. Quamuis enim dicat Bellarminus VI. Synodum iudicasse secundùm allegata, & probata, & errasse in eo, quod pendet ex facto, tamen ad minùs colligitur veram esse doctrinam nostræ conclusionis, quòd Papa possit errare vt persona priuata.

2. Efficaciùs fit hoc argumentum de Liberio Papa, qui, depositus fuit propter hæresim, nam quamvis aliqui dicant, ipsum solum defecisse exteriùs, & non errasse interiùs in fide, tamen ad minùs colligitur quòd Ecclesia senserit ipsum in fide errare potuisse.

3. Et ratione probatur, non magis est Pontifex confirmatus in fide, vt persona priuata, quàm in spe, & charitate ; ergo sicut potest amittere spem, & charitatem, ita potest amittere vt persona priuata fidem. Neque obstat si dicas, quod Christus dixit Petro : Non deficiet fides tua. Respondetur enim, quòd loquitur illi tanquam ad personam publicam, quæ vt talis habere queat successorem, non vt personam priuatam, quia in hoc successorem habere nequit, ergo illud : Non deficiet fides tua, non intelligitur de Romano Pontifice, vt persona priuata ; imò ex hoc fit argumentum pro nostra sententia, quam ex multis exemplis probat Palaus, *vbi supra*, ex quibus constat, plures Pontifices in hæresim lapsos esse, vt de Victore V. Marcellino, Liberio, Honorio, Anastasio II. & aliis tradunt *supra* relati Doctores ; nam de Victore tradit Eusebius *lib. 5. histor. Eccles. cap. penult.* fuisse hæreticum. Idem constat de Marcellino thus offerente Idolis. Neque dici potest non dereliquisse fidem ; vndè non constat mente non consensisse. De Liberio id affirmat Hieronymus *in chronicis*, de Anastasio refert Gratianus *cap. Anastasius 19. distinct.* De honorio verò constat *ex epistola Adriani relata in VIII. Synodo act. 7. & ex epistola Agathonis relata in VI. Synodo act. 4.*

4. His tamen non obstantibus, ego etiam puto cum Ioanne Wigers *in 2. 2. D. Thom. tract. de Pont. q. 1. art. 10. dub. 6. num. 207.* & docet Fragosus *de Republ. tom. 2. lib. 1. disp. 1. §. 2. n. 32.* quòd piè ac probabiliter credi potest, non posse Rom. Pontificem, etiam vt priuatam personam fieri absolutè hæreticum.

5. Probatur primò, quia hoc videtur Diuinæ prouidentiæ, quæ attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter, magis consentaneum, vt quem constituit ad Ecclesiam suam in sana doctrina erudiendam, & confirmandam, sic quoque ei assistat, & dirigat, vt nunquam permitteret illum pertinaci assensu mentis adhærere doctrinæ alienæ, & damnatæ, quia violentum est aliter animo sentire in tantis negotiis, & aliter voce alios ex authoritate docere.

6. Probatur secundò quia hactenus non est quisquam Pontificum repertus, de quo manifestè, & certò constet, quod in hæresim ipse prolapsus fuerit.

7. Deindè sequeretur alioquin, quòd Summus Pontifex posset hæresim definire, quòd prorsùs negãdum est, posset enim definire conformiter suo priuato iudicio ; cùm non sit putandum Spiritum Sanctum per immediatam reuelationem illi assistere.

8. Et ita hanc sententiam præter Wigers tenet Pighius *l. 4. Eccles. Hierar. c. 8.* Bellarm. *de Pont. l. 4. c. 6.* qui limitat, dicens, quòd circa ea, quæ semel sunt definita ab Ecclesia tãquam de fide Papa errare non possit, & non potest esse pertinax, aut hæreticus ; circa ea verò, quæ nondum sunt definita fatetur, quòd errare possit ; vndè *c. 4.* dicit errasse *Io. 22.* dicendo, animas iustorum non videre Deum vsque in diem iudicij : Sed post hæc scripta inueni Magistrum Granam *in contro. tom. 4. p. 2. art. 5 fol. 112.* hanc sententiam admittere tanquam piam, & probabilem, & postèà asserit, quòd si spectetur persona Pontificis physicæ prolabi potest in errorem ; sin autem moraliter, probabile est non posse deficere ex suaui Dei prouidentia.

9. Et probat hoc pacto, quòd potentia physica distinguitur à morali : Physica enim est, quæ secundùm vires suas præcisè sumpta, potest in actum exire, quamuis non exeat, moralis non solùm dicit, quod potest quis facere, suppositis difficultatibus occurrere solitis, non omninò impedientibus, sed maximè retardantibus, quæ cùm occurrunt, constituunt potentiam moralem, quæ ex ipso euentu accipit complementum, vel iterum illud etiam dicimus fieri posse simpliciter, quod ex potentia aliqua, vel aliquo iure possumus, vel illud esse non posse, quod conuenienter fieri non potest : si ergo spectetur potentia physica intellectus Papæ vt singularis persona potest errare in fide, moraliter verò impotentiam moralem habet ex adiunctis impedimentis, & ex ipso euentu, impotentia apparet, quia ex experientia, vt ostendetur, nullus sedit Pontifex in Cathedra, qui de errore accusatus, vel de hæresi denotatus sit.

10. Itaque spectata natura potentiæ physicæ, intellectus Pontificis, &c. potest in hæresim labi, tamen ex impediente Deo, ob decorem Ecclesiæ, vt dictum est, & ex euentu probatum, numquam factum est, neque fiet, vt vllus hæretica labe pollutus in Cathedra Petri sedeat, vel vnquam sit sessurus. Vel etiam si absolutè ex conditione humanæ naturæ id fieri posse, non sit simpliciter impossibile, nullo modo fieri posse dicendum est ; vt id contingat quod conuenienter, & decenter non fiet, vt explicatum est.

11. Vndè patet, potuisse Melchiorem Canum *lib. 6. de locis c. 8.* hanc sententiam non reprehendere, imò potiùs tanquam probabilem admittere, quia redundat in honorẽ Sedis Apostolicæ ex præseruatione cuiuscumque erroris in sedente in illa Sede, vbi sicut posuit infallibilitatẽ in officio, vt decẽserat, voluit extendere indefectibilitatis donum ad personas.

12. Rectè itaque dixit Theodor. *in epist. ad Renatum Presbyterum*, qui id sentire videtur ; sic ergo dicit : Tenet enim saucta ista Sedes gubernacula regendarum cuncti Orbis Ecclesiarum, cùm propter aliarum, quia semper hæretici fœtoris expers mansit, nec vllus vnquam, qui contrarium sentiret in ea sedit, quin potiùs Apostolicam gratiam puram custodiuit, quare quæa b isto vestro Tribunali proficiscentur, qualiacumque erunt iudicij vestri integritate confisi amplectemur.

13. Diligenter perpendenda verba Theodoreti ; duo enim dicit : Sedem Apostolicam fuisse semper

expertem hæretici fœtoris, & nullum in ea sedentem contrarium sensisse. Vbi clara est distinctio Sedis, quod pertinet ad officium, à sedente, quod pertinet ad personam, & tam officium, quàm persona ab erroris periculo eximuntur, ex quo duplici funiculo ad eiusmodi Tribunal fiducialiter recurrit Theodoretus, vbi incorruptum iudicium exercetur, nedum ex parte officij, sed & in officio constituti, id est nedum ex prædictæ Sedis Apostolicæ, sed sedentis in eadem.

14. Et licèt illud priuilegium non errandi, etiam personale fuit in Petro, quod certa fide asserendum est necessariò: ad successores verò secundùm quandã decentiam transmissum, non improbabiliter dicitur.

15. Ad exempla verò, Honorij, Liberij, & aliorum Pontificum allata à Castro Palao, & aliis pro contraria sententia, optimè, & sigillatim respondet Francisc. Syluius *in Controuersiis fidei lib. 4. q. 2. art. 12.* Magister Grauina etiam *controu. tom. 4. part. 2. art. 5. vbi à fol. 114. vsque ad fol. 140.* liberat omnes Pontifices, quos aliqui in hæresim, vt personas priuatas lapsos esse tradiderunt, adi supradictos Authores, & non pigebit.

16. Sed quidquid sit de hac quæstione, certum est inter Catholicos, Summum Pontificem loquentem ex Cathedra, etiam extra Concilium non posse errare in determinationibus fidei, & asserere contrarium, non solùm esset erroneum, sed etiam hæreticum, vt satis probatum est in hoc Tractatu.

APPENDIX AD Superiorem Tractatum,

De Infallibilitate Decretorum Summi Pontificis circa mores.

RESOL. XIII.

An Pontifex possit errare definiendo aliquid circa mores extra Concilium? Ex part. 11. tract. addit. 2. Resol. etiam 13.

§. 1. DIXIMVS *suprà* Summi Pontificis auctoritatem esse quidem infallibilem in dubiis fidei quæstionibus definiendis. At verò supereſt difficultas, an pariter etiam sit infallibilis in decretis morum? & Authores adducti *in resol.* 1. vt Almainus, Gerson, & alij negatiuè respondent, vel quia talis error non videtur damnosus Ecclesiæ: siquidem Ecclesia non peccat illum amplectendo. Deindè Petro, & eius successoribus promissa est firmitas fidei, morum autem honestas non videtur promissa. Ergo in hac poterit esse error; secùs in rebus fidei.

2. Confirmatur, quia Alexander III. cùm tractaret de testamentis, decernit non esse vera testamenta, nisi ad tres testes restricta, cùm celebrantur, & aliàs facta rescindenda, cùm tamen contrarium apud multas Catholicas nationes seruetur, vt septem vallari testibus ea opus sit, vt valeant.

3. Sed & Innocentius I. *epist. 22. ad Rufum*, qui viduas in vxores acceperunt, statuit non debere fieri Sacerdotes, & hanc ordinationem præceptum vocat Diuinæ legi subnixum: at illud non fuit, nisi præceptum cæremoniale. Ergo, &c. Gregorius quoque I. decreuit *epist ad Aug. Cantuar.* & Greg. III. *ad Bonif. Epise.* docuit, si mulier ob infirmitatem debitum reddere noluerit, licere viro alteram ducere, & habetur *in cap. Laudabilem, de controu. infidel.*

4. Verùm his non obstantibus, dicendum est de fide esse, non posse Pontificem statuere aliquid ab vniuersali Ecclesia obseruandum, quod legi diuinæ, vel naturali contrarium sit. Probo primò, quia de fide est Pontificem errare non posse in pascendis ouibus; sed oues non solùm doctrina fidei, sed morum institutis pascuntur. Ergo de fide est in his institutis errare non posse. Secundò de fide est in Ecclesia deficere non posse spiritum veritatis; sed si Pontifex obseruandum præciperet legi diuinæ contrarium, iam spiritus veritatis in Ecclesia deficeret. Ergo. Tertiò, de fide est, Pontificem in rebus fidei non posse errorem docere, sed ex eo, quòd præciperet aliquid obseruandum contrarium legi diuinæ, errorem doceret, quia doceret credere hoc esse obseruandum, quòd est error in fide. Ergo.

5. Itaque dicendum est, quòd si posset Summus Pontifex in legibus ferendis de rebus ad salutem necessariis errare, posset tota Ecclesia in negotio salutis errare: nequit autem tota Ecclesia in negotio salutis errare. Ergo nequit Summus Pontifex in legibus ferendis de rebus ad salutem necessariis errare. Minor clara est, alioquin non verificaretur illa promissio Christi: Et portæ Inferi non præualebunt aduersus eam. Nam siue errare posset falsitate doctrinæ, siue malitia, & iniquitate morum, verè contra eam præualere possent Inferorum portæ: sequela probatur, nam ex præcepto Christi tenetur tota Ecclesia obedire Summo Pontifici præcipienti, vel prohibenti ad salutem necessaria. Igitur si posset Summus Pontifex in huiusmodi præceptis errare, tota Ecclesia errare posset. Confirmatur, si posset Summus Pontifex in præcipiendis rebus ad salutem necessariis errare, posset etiam errare in rebus ad fidem spectantibus; nam eadem scriptura sacra docet, vitia esse turpia, & vitanda; virtutes contra honestas, & amplectendas: Si autem Summus Pontifex aut vitium aliquod præciperet, aut virtutem prohiberet, contra ipsam diuinam scripturam doceret; vitium esse honestum, & amplectendum; virtutem contra esse turpem, & vitandam, cùm non possit vitium præcipere, nisi sub ratione boni, & honesti; nec virtutem prohibere, nisi sub ratione mali, & turpis.

6. Quod si lex, & constitutio pro vna Prouincia, vel Diœcesi feratur; etsi aliqui Doctores sentiant errare posse Pontificem, quia tunc munus Pontificis gerere non videtur; eò quòd vniuersalem Ecclesiam non astringat: at credo de fide esse, nec tunc posse. Sic docet Bañez 2. 2. *quæst.* 1. *art.* 10. *dub.* 6. *concl.* 4. Et ratio videtur manifesta, primò, quia Pontifex, quatenus supremus est Pastor, legem statuit obligantem aliquam prouinciam; quia secundùm hanc rationem non solùm regimen totius Ecclesiæ illi commissum est; sed etiam cuiuslibet Prouinciæ. Si ergo respectu totius Ecclesiæ errare non potest, quia illius est suprema regula veritatis, cùm etiam respectu cuiuslibet Prouinciæ, sit eadem regula, efficitur sanè errare nullo modo posse. Secundò, si admittas errare posse Pontificem in statutis specialibus præcipiendo inquam; obseruari ab aliqua Prouincia, quæ contraria sunt legi diuinæ, seu naturali; videris admittere errare posse circa totam Ecclesiam; nam Ecclesia vniuersalis sufficiens habet fundamentum ad credendum sic ordinatum, & præceptum bonum esse, & seruandum ab illa Prouincia, sed tale iudicium erroneum est. Ergo cogitur ex errore speciali

Pontificis

Pontificis Ecclesia vniuersalis errare, quod non est dicendum.

7. Non nihil difficultatis esse posset de legibus, aut decretis morum, quæ sunt de rebus aliàs indifferentibus, quæ scilicet neque sunt iuris naturæ, aut iuris diuini. Sed respondetur, quòd neque in his legibus errare possit, vt si præcipiat ieiunium in aduentu, aut communionem Eucharistiæ in tribus anni temporibus; in his enim errare nequit, siquidem Ecclesia tenetur obedire tanquam suo pastori, & quia non præcipit rem inhonestam, aut prohibet rem bonam; vndè eo ipso quod statuit eiusmodi legem siue de re, quæ prius erat sub consilio, vt in exemplis adductis; siue de alia re quouis alio modo indifferenti: nihil aliud facit, quàm constituere in materia virtutis actum, quem præcipit.

8. Neque obstat, quòd vnus Romanus Pontifex ex eiusmodi legibus possit mutare, quod alius statuit: respondetur; Ita est, tamen neuter errauit, sed pro diuersitate temporum lex, quam modò Pontifex iudicat esse conuenientem, posteà poterit iudicare non conuenientem, & ita poterit mutare.

Et hæc omnia docent Canus *lib. 5. de locis Theologicis cap. 5. quæst. postrema, conclus. 1.* Bañez 2. 2. *quæst. 1. art. 10. in breuioribus comment. dub. 6.* Bellarm. *lib. 4. de Romano Pontifice, cap. 5.* Valentia *de obiecto fidei disp. 1. quæst. 1. punct. 7. §. 40.* Malderus *dub. 6.* Suarez *disp. 5. sect. 8.* Turrianus *disput. 16. dub. 2.* Syluius *lib. 4. de controu. 2. art. 13.* & recentiores omnes.

9. Vndè nostra conclusio, nempè Papam non posse errare definiendo aliquid circa mores fuit definita à Martino V. *in Concilio Generali Constantiensi in Bulla, qua incipit: Inter cunctas Pastoralis curæ, qua habetur post vltimam sessionem Concilij*, vbi post damnatos errores Wicleffi, & Ioannis Huss. præcipit, omnes de hæresi suspectos interrogari inter alios articulos vtrum credant, quòd illud, quod sacrum Concilium Constantiense, vniuersalem Ecclesiam repræsentans, approbauit, & approbat in fauorem fidei, & salutem animarum, quod hoc est ab vniuersis Christi fidelibus approbandum, & tenendum; & quod condemnauit, & condemnat esse fidei, & bonis moribus contrarium, hoc ab eisdem esse tenendum pro condemnato, credendum, & asserendum. *Et infra:* Item vtrum credant, quod consuetudo communicandi personas laicales sub specie panis tantùm ab Ecclesia vniuersali obseruata, & per sacrum Concilium Constantiæ approbata, sit seruanda, sic quod non liceat eam reprobare aut pro libito immutare. Et quod dicentes pertinaciter oppositum præmissorum tanquam hæretici, vel sapientes hæresim sint arcendi, & puniendi: Quæ consuetudo, vt patet, ad mores tantùm spectat. Ergo &c.

Vide etiam D. Antoninum *part. 3. tit. 12. cap. 8. §. 2.* vbi ait: Pontificem in præcipiendo errare non posse, esse de fide.

RESOL. XIV.

Respondetur ad argumenta in contrarium adducta. Ex part. 11. tract. addit. 2. Ref. etiam 14.

§. 1. AD argumenta verò *in principio superioris resolutionis* in contrarium proposita, respondeo, quòd licèt concedamus, Ecclesiam obediendo iis legibus, & prauis institutis non peccaturam; at negari non potest pernicioso errore maculari, à quo Christus Dominus voluit Ecclesiam liberare; tum cum promisit eius fidem non defuturam; tum cum Petro, & eius successoribus imperauit ones suas pascere salubri doctrina, & rectis morum institutis.

2 Ad auctoritatem verò Alexandri III. respondetur, non dixisse Pontificem esse alienum à Diuina lege condere ea testamenta pluribus, quam tribus vallata estibus: Vel dicendum non omnibus eam legem demandasse, sed suæ temporalitati subiectis vassallis, vt potiùs sit lex municipalis, quam derogatio ciuilium legum. Vel si vniuersaliter lata sit pro omnibus, intelligatur de testamentis ad pias causas.

3. Ad auctoritatem Innocentij noluit Pontifex Ecclesiasticam legem probare quasi à cæremoniali lege Moysi necessario dependentem, sed quantum ad moralitatem quandam, & decentiam, vel quantum ad figuram, vt seruaretur illud in noua lege, quod in suo prototypo præcesserat in veteri lege.

4. Ad auctoritatem Cœlestini: illa sententia non reperitur in decreto Cœlestini, & si id dixit, ex sua priuata sententia id dixit, non enim de hac quæstione, sed de alia interrogabatur Cœlestinus, & Innocentius III. id significare videtur, dum dicit: illi visum esse sic sentire, non dicit sic determinasse. Nec obstat dicere, quod sæpè contingit, vt quod vnus Pontifex statuit obseruandum, subsequens abroget: ergo vel præcedens errat, vel subsequens.

5. Nam respondeo, negando consequentiam, quia id, quod tunc est salutare populo, potest alio tempore propter diuersas circunstantias desinere esse expediens: sicut lex, vt Gentiles recenter ad Christianam Religionem conuersi abstinerent à sanguine, & suffocato. *Act. 15.* Erat pro tempore illo conueniens, ne alioquin Gentiles horrori essent Iudæis, sicque impediretur adunatio Iudæorum, & Gentilium in vnum populum Christianum, postquam verò cessauit ista ratio, lex illa fuit abrogata.

6. Nota verò hìc obiter cum Suarez *de fide disput. 5 sect. 8. num. 7.* Wigers *in 2. 2. D. Thomæ tract. de Pontif. quæst. 1. art. 10. num. 192.* Quod licet certum sit, vt probauimus, Pontificem non posse errare in præceptis, seu rebus moralibus; quas tradit, vel approbat pro vniuersa Ecclesia. Hoc intelligendum quantum ad substantiam, seu quantum ad honestatem morum: Nam quoad circunstantiam, vel multiplicandi præcepta, vel rigorem, aut nimias pœnas, non est inconueniens, aliquando committere aliquem humanum defectum, quia hoc non est contra Ecclesiæ sanctitatem: approbare autem turpia pro honestis, vel è conuerso damnare honesta tanquam iniqua, repugnat veritati, & sanctitati Ecclesiæ; & ideò in eis etiam non potest errare Pontifex.

7. Deindè etiam obserua cum Dicastillo *vbi sup. n. 8.* circa nostram conclusionem principalem, non comprehendi sub illa leges, quas statuunt Romani Pontifices ad ciuile regimen in terris, sibi quantum ad temporalia subiectis, v. gr. leges taxantes pretia rerum venalium. Similiter non comprehenduntur sub eadem conclusione iudicia Romanorum Pontificum, quæ pendent ex facto, v. gr. quod iste Episcopus sit deponendus, & alius sit restituendus. Verum est, quod in his vtrisque duobus præsumendum est pro capite.

8. Itaque dicendum est, Pontificem posse errare in his, quæ sunt facti, seu in iudicio rerum gestarum, quia iudicium illud pendet ex hominum testemoniis, quæ sunt incerta. Vnde quando aliquis vxore vna occultè ducta; etiam publicè ducit, & Pontifex iubet, vt illa priore relicta, huic secundæ adhæreat, eique debitum coniugale reddat: Vel quando quis vnicam quidem duxit, sed cum qua est occultum impedimentum iure naturæ dirimens, & Iudex præcipit, vt eam habeat pro legitima coniuge; ipse errat

errore facti, quamuis non errore iuris, aut fidei, quo proindè pertinet rescriptum Innocentij *cap. à nobis 2.tit.de sent. excomunicationis*: Iudicium Dei veritati, quæ non fallit nec fallitur, innititur, iudicium autem Ecclesiæ nonnunquam opinionem sequitur, quam & fallere sæpè contingit & falli, propter quod contingit interdum, vt qui ligatus, & qui liber est apud Deum; Ecclesiastica sit sententia innodatus, similitérque rescriptum Alexandri III. *cap.Si quando, tit. de rescriptis*; vbi Pontifex dicens: Si quando aliqua tuæfraternitati dirigimus, quæ animum tuum exasperare videntur, turbari non debes: Ita subjicit qualitatem negotij, pro quo scribitur; diligenter considerans, aut mandatum nostrum reuerentur adhibeas, aut per litteras tuas quare adimplere non possis rationabilem causam prætendas, quia patienter sustinuimus; si non feceris, quòd praua nobis fuerat insinuatione suggestum.

9. At in his, quæ sunt per se bona, vel per se mala, vel quæ concernunt mores ad salutem necessarios, nequaquam errare potest Pontifex, illa vt Pontifex præscribendo alicui Ecclesiæ, vel Congregationi, quia talis error est pernicioſus, & præiudicaret fidei. Et de his salua fide, non est dubitandum.

10. Verùm non desinam etiam hic adnotare, quod adhuc Melchior Canus *lib.5.cap.5.§.Sed an sit hæreticum*, non audet hæresis notam inurere asserentibus, posse errare Ecclesiam in aliqua mala consuetudine circa rem, quæ non sit ad salutem necessaria quia non propterea erraret in fide.

11. Sed aduersùs illum meritò insurgit Iacobus Granadus *in 2.2.D. Thomæ controu.1.tract. 7.disputat. 2.sect.2.num.* 11. & ad omnium supradictorum confirmationem, dico, quòd in determinationibus Pontificum duo considerari possunt.

12. Primò ipsam substantiam, seu materiam præcepti secundùm se, vt nempe illicitum non sit, quod præcipitur, neque ad salutem necessarium, quod probetur. Et in hac re ex omnium Catholicorum sententia errare non magis potest Pontifex, quàm si eam formaliter definiret. Tenetur enim non minus tota Ecclesia talibus præceptis se conformare saltem cum de iniquitate præcepti aperte non constat; quàm si aliquid propriè defineret.

13. Secundò considerari possunt in eiusmodi præceptis circumstantiæ non rei præceptæ, sed ipsius præcepti, videlicet tempus, modus, quo præceptum fertur, &c. Et in his indefinitè loquendo communiter omnes fatentur, Pontificem aliquando per imprudentiam errare posse, non commodo videlicet tempore, & modo rem alioqui per se bonam præcipiendo, aut nimis multis legibus, & excommunicationibus, ac censuris Ecclesiam onerando, vt in specie notauit etiam Bañez *hic q.1.art.10. dub.8. post conclus.* quemquam in particulari, & vbi res dubia est, non est ouium pastorem iudicare, sed simpliciter obtemperare. De qua re plura Castro *lib.5.de iust. hæreticorum punit.c.6.* & Bellarm. *lib.4.de Pont. cap.5.*

RESOL. XV.

An in Canonizatione Sanctorum Papa possit errare? Ex part. 11.tract.addit.2.Resol.etiam 15.

§.1. VIdetur affirmatiuè respondendum: Primò, quia quicumque innititur medio fallibili, potest errare: sed Pontifex in canonizatione Sanctorum innitirur medio fallabili, vt potè testimoniis hominum: Ergo in illa potest errare.

2 Confirmatur quia Ecclesia non proponit nouum articulum fidelibus credendum, qui Apostolis, canonicisque scripturis propositus non sit; sed nullibi est propositum, Augustinum, Franciscum, Dominicum, Ignatium in Cælis esse: Ergo cùm Ecclesia id ipsum proponit, non proponit tanquam fidei articulum, sed tanquam veritatem omninò certam moraliter, & cui fides humana meritò adhiberi debeat.

3. Probatur secundò, quia ex Augustino dicitur, multa corpora honorantur in terris, quorum animæ torquentur in gehenna: & conformiter *cap. Audinimus, de reliquiis, & vener.Sanct.* Pontifex dicit quemdam in ebrietate occisum pro Sancto coli. Et *in Martyrol. Vsuardi. 21.Iunij* cum Sanctis numeratur Eusebius Cæsariensis; quem tamen constat fuisse Arianum, & quem S. Hieronymus *l.2.aduersus Rufin.c.4.* vocat Arianorum Principem.

4. Verùm omninò tenendum est, Papam non posse errare in canonizatione Sanctorum: Probatur; nam si posset Pontifex in hoc errare, posset tota Ecclesia errare; nam tota Ecclesia tenetur obedire Pontifici in huiusmodi decreto seruando; igitur si posset in hoc Pontifex errare, tota Ecclesia errare posset. Hoc autem est contra illam promissionem à Christo Ecclesiæ factam *Ioannis 16.* Cùm venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.

5. Confirmantur supradicta, quia quando Pontifex aliquem Sanctum Canonizat, interdum sic loquitur, authoritate Domini nostri Iesu Christi, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, ac nostra, Catharinam Senensem in cælestem Ierusalem fuisse receptam; & æternæ gloriæ corona donatam, de fratrum nostrorum consilio declaramus, eamque tanquam sanctam publicè, priuatéque colendam esse decernimus, & definimus, vt Pius II. *in Bull.Canon. S.Catharinæ Senens.* interdum sic: Auctoritate, &c. decernimus, & definimus bonæ memoriæ Franciscum de Paula eiusdem Ord. Minimorum institutorem in cælesti Ierusalem inter Beatorum choros iam receptum, æternæque gloriæ condonatum fuisse, &c. vt Leo X. *in Bull.* 38. Aliàs hoc modo, decreuimus, ac definiuimus bonæ mem. Hiacynthum Polonum Ord. Fratrum Prædicatorum sanctum esse, vt Clemens VIII. *in Bull.* 27. aut sic Beatam Franciscam Romanam, &c. sanctam esse definimus vt Paulus V. *in Bul.* 45. *aliàs* 28. quo modo idem Pontifex *in Bull.67.alias* 43. de Carolo Borromæo, loquitur, Sanctum esse definiuimus. Non videtur autem, quod Summi Pontifices talibus formulis absolutam definitionem in re totam Ecclesiam concernẽte continentibus vterentur, nisi existimarent, se omninò certos esse, ac per consequens nullum subesse erroris periculum.

6. Deindè probatur ab inconuenienti, quia si esset falsum iudicium Papæ in canonizandis Sanctis, defraudarentur ipsi canonizati à fructu suffragiorum, & sacrificiorum Ecclesiæ; nam vt ait Augustinus *de verbis Apostoli*: & refertur *cap. Cùm Martha, §.3. de celebrat.Missarum*, iniuriam facit Martyri, qui orat pro martyre, quia eodem modo iniuriam facit Sancto canonizato, qui orat pro illo. Similiter defraudarenter fideles, qui inuocant Sanctos canonizatos, quod si animæ illorum essent in inferno, peterent maledictionem pro benedictione.

7. Et tandem non licet dubitare, quòd Sanctus canonizatus sit inuocandus, & honorandus à fidelibus; ergo neque licet dubitare, quòd eius anima sit beata, consequentia patet, quia si publicè inuocatur, & honoratur Sanctus, eius anima beata est; neque enim animæ damnatorum honorantur. Antecedens verò probatur primò ex Augustino *epistola* 118.

In

In solemnitate, inquit, insaniæ est dubitare de eo, quod facit Ecclesia. Sed Ecclesia inuocat,& honorat Sanctum canonizatum, ergo, &c. Bernardus *epist.174.ad Canonicos Lugdunenses*, loquens *de festinitate Sanctorum*,ait:Ego quod accepi ab Ecclesia,id teneo.Denique ratione probatur.Romanus Pontifex pastor vniuersalis Ecclesiæ præcipit inuocare,& honorare Sanctum canonizatum: Ergo non licet dubitare, quòd sit honorandus,& inuocandus.

RESOL. XVI.

Respondetur ad argumenta contraria? Ex tract.addit.2. Ref.etiam 16.

§.1. AD argumenta verò *in principio superioris resolutionis* adducta, ad primum respondeo, illud benè concludere de homine priuato, priuatam solùm, naturalemque notitiam habente. Ita namque illud Apostoli accipiendum est: Quis hominum scit, quæ sunt hominis; nisi spiritus hominis, qui in ipso est? Verum sicut in ea sententia non excluditur Deus: dicitur enim, quis hominum scit: Ita nec amici eius excludi debent, quibus ipse secreta sua reuelat, quando, & quibus vult: Iuxta quod *eodem capite 2.ad Corinth.* ait Apostolus:Nobis autem reuelauit Deus per Spiritum suum. Quoniam ergo Pontifex in canonizatione Sanctorum non procedit secundùm solam naturalem notitiam, sed attendit diuina testimonia, quæ sunt, vita sancta, mores, & miracula per eorum merita, vel inuocationem facta, ac insuper particulariter à Spiritu S.dirigitur; vndè B.Thomas *quodlib.9. artic.16.* respondet, quòd Pōtifex potest certificari de statu alicuius per inquisitionem vitæ, & attestationem miraculorum, & præcipuè per instinctum Spiritus sancti, qui omnia scrutatur, etiam profunda Dei; Ideò Pontifex non potest in isto errare.

2. Itaque argumentum procedit, si Pontifex non præseruaretur ab errore: Diuina autem Prouidentia præseruat Pontificem,ne in Sanctorum canonizatione per infallibile testimonium hominum fallatur.Et quamuis fieri possit, vt non omnia, quæ de vita alicuius narrantur, vera sint, aut certa; vndè & contingit correctionem in historiis fieri, certum tamen est ea vera esse, quæ ad canonizationem sufficiunt? Ideoque ipsa canonizatio vera est, ac certa.

3. Vndè dicendum est, asserentem Pontificem in canonizatione Sanctorum posse errare,non esse tanquam hæreticum absolutè damnandum: quia non affirmat aliquid,quod contrarium sit his,quæ Ecclesia recipit tanquam de fide certa absque vlla controuersia Doctorum.Videmus namque Canum, Bañez, & alios *in principio* relatos sentire de fide non esse, Pontificem errare non posse. Ergo Ecclesia non defendit tanquam de fide certum sine vlla controuersia.Quocirca ea maiori probabilitate, & certitudine, quam existimamus de fide esse Pontificem in canonizatione Sanctorum errare non posse,ea affirmandum est,hæreticum esse qui negaret.

4. Et quidem credendum est, Pontificem in canonizatione Sanctorum vti testimonio humano,non vt motiuo credendi,sed vt conditione explicante testimonium diuinum in sacris Scripturis vniuersaliter reuelatum de omnibus, qui in gratia Dei moriuntur. Adde huiusmodi testimonium esse publicum, cui ex speciali prouidentia Deus assistere tenetur, ne si illud falsum sit, tota Ecclesia errare possit. Confirmatur, nam etiam in hac,vel illa scriptura canonica proponenda,in hac,vel illa traditione Apostolica declaranda,vtitur Pontifex,vt conditione explicante,publico testimonio humano Ecclesiæ.

5. Ad secundum argumentum, non obest quod ex Augustino solet obiici: Multa corpora honorantur in terris,quorum animæ torquentur in infernis: Etenim Bellarminus dicit se in Augustino non potuisse talia verba inuenire, habent præterea facilem explicationem, vel vt de corporibus, quæ fortè per errorem sunt supposita loco corporum veri Sancti,vel de corporibus Principum & Magnatum aliquorum, quæ splendidissimis sepulchris habētur in veneratione,& tamen multorum ex illis animæ sunt in Inferno: vel fortè de eis, quæ apud multos habent nomen sanctitatis: Hussium enim Hussitæ colunt, vt Martyrem, Lutherum sui venerantur vt Sanctum, &c. vel certè inter Catholicos aliqui in hoc, aut illo priuato loco censentur Sancti, qui reuerà non fuere, sed peccatores; ad quorum canonizationem nunquam Deus Papam permittet accedere.

6. Itaque negnandum eam sententiam in Augustino reperiri. Quamquam non negemus impios posse sepulchris honorari, aut aliquos posse particulariter ab aliquibus tanquam Sanctos coli, qui Sancti non sunt, sicut contigit erga illum, de quo loquebatur Pontifex *in cap. Audiuimus*, qui sine Rom. Pontificis consensu colebatur; neque negamus, quin tales possint in Martyrologium intrudi; sicut intrusus fuit Eusebius Cæsarienſis pro Eusebio Samosateno, vt docet Baronius *ad 21.Iunij*, quomodo,& quemdam Marcum Arethusium Arianum *in Græcorum Menol.* fuisse intrusum idem ostendit *29.Martij*.Sed negamus aliquem eiusmodi posse toti Ecclesiæ Sanctum proponi, & canonizari ab eo, cuius est,Sanctos canonizare, id est à Romano Pontifice.

RESOL. XVII.

An Papa possit errare in Beatificatione Sanctorum? Ex part.11.tract.addit.2.Ref.etiam 17.

§.1. SVppono, quod differt canonizatio à beatificatione, quod canonizatio est per modum definitionis,& vltimæ sententiæ à Pontifice latæ de sanctitate, & gloria canonizati toti Ecclesiæ propositi. Beatificatio verò est indulgentia, seu concessio Pontificis facta alicui Prouinciæ, vel Religioni, vt possit aliquis defunctus Beatus appellari,eique cultus aliquis exhiberi,quæ beatificatio solet esse via ad canonizationem. Colligitur hoc discrimen ex forma ipsa,qua Pontifices vtuntur in Bullis canonizationis & beatificationis. Nam in Bullis canonizationis vtuntur verbis: Definimus,decernimus, mandamus, vt apparet in Bulla Sancti Francisci de Paula, quæ à Surio refertur *in eius vita; & in Bulla Sanctæ Theresiæ edita à Gregor. XV.* Theresiam inquit, virginem de Abula, de cuius vitæ sanctitate, fidei sinceritate, & miraculorum excellentia planè constabat,& constat, ac sanctam esse definimus, decernimus, & adscribimus, illamque vniuersos Christi fideles tanquam veram sanctam honorare, & venerari mandauimus, & mandamus, statuentes, vt ab vniuersali Ecclesia in eius honorem Ecclesiæ, & altaria, in quibus sacrificia Deo offerantur, ædificari, & conseerari, & singulis annis die 5. Octobris, quo ad Cœlestem gloriam translata est, eius officium, vt de sancta Virgine ad præscriptum Romani Breuiarij celebrari possit.

2. In Bulla verò beatificationis vti solent verbis: Concedimus, indulgemus, &c. vt constat *ex*

Bulla

Bulla beatificationis B. Francisci Borgiæ Societatis Iesu, edita ab Vrbano VIII. Nos inquit, supplicationibus inclinati de Cardinalium sacris ritibus præpositorum consilio, vt Dei seruus Frãciscus Borgia Beatus nuncupari, dèque eo ab omnibus dictæ Societatis Iesu Religiosis vbique existentibus, necnon in ditionibus familiæ illorum de Borgia ab omnibus Sacerdotibus tam sæcularibus, quam Regularibus Kalendis Octobris, ipso nempè die sui obitus, Missa celebrari, ac Officium de communi Confessorum non Pontificum recitari, iuxta rubricas Missalis, & Breuiarij Romani respectiuè, liberè, & licitè valeant Apostolica authoritate tenore præsentium perpetuò concedimus, & indulgemus.

3. Hoc supposito, alicui videbitur, Pontificem in beatificatione Sanctorum errare posse, etiamsi in canonizatione liber ab errore sit; quia ex hoc errore non sequitur, vniuersalem Ecclesiam errare, siquidem non proponitur vniuersali Sanctus ille colendus.

4. Sed contrarium omninò tenendum est, quia etsi non proponatur talis beatificatus colendus toti Ecclesiæ, proponitur tamen alicui Regno, vel ordini. In his autem, vel similibus decretis, etsi non respiciant vniuersalem Dei Ecclesiam, non potest esse error, etsi respiciatur sola vna prouincia, vel Regnum, vel Religio; vndè etiamsi probetur noua Religio à Sede Apostolica, nec in his error accidet, & ab omnibus id indubiè tenendum est.

5. Confirmatur, quia talis propositio facta particulari Ordini, vel Regno, est res etiam pertinens ad Religionem, & cultum. Ergo nullus interuenire potest error, sicut nec in decretis morum. Tandem à simili; nam ex errore in canonizando, sequuntur magna incommoda, quæ sequerentur etiam si nõ esset infallibilis, & certa ipsa beatificatio. Accedit, quòd Pontifex non potest errare perniciosè condendo aliquam legem; etiamsi illam ferat pro particulari Ecclesia, vt rectè monstrat noster Bañez *in hoc casu*, 2. 2. q. 1. *art.* 3. *dub.* 6.

6. Deinde ad talem declarationem Pontifex vtitur graui examine, ne se Deus permittat errare. Secundò, quia etiam implicitè videtur definire, seu saltem supponere, eum esse in Cœlo. Tertiò, quia licèt Diuinum officium, sacrúmque non concedatur omnibus pro tali Beato; tamen omnibus iam in Ecclesia licet se illius precibus etiam publicè commendare, eúmque Beatum vocare, & pro tali reputare, non est autem credibile, Deum permissurum in re tam graui, totam errare Ecclesiam: Ergò omninò certum debet esse, Papam non posse in beatificatione errare.

7. Deindè Doctores loquentes de canonizatione, & affirmantes pontificem errare non posse, nihil de beatificatione scripserunt: ergo signum erat sub canonizatione voluisse beatificationem comprehendere. Secundò, Pontifex beatificans Sanctum aliquo Missæ sacrificio, hoc est, concedens, vt aliquod Missæ sacrificium in illius honorem celebretur, toti Ecclesiæ venerandum proponit, quia nomine totius Ecclesiæ sacrificium offertur: Ipsáque tota Ecclesia medio illo Ministro, & sacrificio ab illo oblato sanctum illum veneratur: sed in his, quæ pertinent ad cultum vniuersalis Ecclesiæ, errare non potest Pontifex. Ergo & ex his patet solutio rationis dubitandi. Negamus enim non sequi vniuersalem Ecclesiam errare, si erret Pontifex in beatificatione. Nam licèt à Pontifice non proponatur venerandus per vniuersalis Ecclesiæ ministros proponitur tamen venerandus ab vniuersali Ecclesia per speciales aliquos ministros, & hoc sufficit, vt Ecclesia ipsa errare dicatur.

8. Dicendum est itaque, Pontificem non posse in huiusmodi beatificatione errare, sic nimirùm, vt illum declaret esse beatum, atque vt talem honorandum, qui Beatus non sit, quoniam etsi beatificatio solùm sit particularis canonizatio, & cultus in ea permissus restringatur, continet tamen declarationem beatitudinis, & gloriæ eius, qui beatificatur. Quòd autem eiusmodi declaratio possit esse falsa, magnum esset inconueniens, quia hoc cederet in vilipendium Ecclesiæ, & in contemptum potestatis Summi Pontificis.

9. Adde, quòd si posset fieri, quòd is non sit Beatus, quem Pontifex Beatum declararet; dum vult eum honorare, ipsum beatificando, noceret illi; impediret enim, ne pro illo fierent suffragia, & consequenter ne à pœnis purgatorij citò liberaretur. Sicut enim iniuria est pro Martyre orare, cuius nos debemus orationibus commendari, vt loquitur August. *serm.* 17. *de verbis Apostoli*: Ita pro aliis, quos cum Christo regnare tenet Ecclesia; nemo prudenter orabit, vt à pœnis purgatorij liberentur, iuxtà Innocentium III. *cap. Cùm Marthæ sit. de celebratione Missarum.*

RESOL. XVIII.

Qua certitudine tenendum est Papam non posse errare in Canonizatione Sanctorum.

Et esse de Fide probatur; Ex part. 11. tractat. addit. 2. Resol. etiam 18.

§. 1. REspondeo, quòd aliquorum sententia fuit, posse Pontificem quoad canonizationem errare; & multò magis quoad beatificationem. Est Caietani *to.* 1. *opusc. tr.* 15. *de indulgentiis. ad Iulium Mediceum cap.* 8. *ad vlt.* Melchioris Cani *lib.* 5. *cap.* 5. *qu.* 5.

2. Hæc opinio prorsùs est reprobanda; vndè imeritò P. Arriaga *in curs. Theol. to.* 5. *disp.* 9 *sect.* 5. *n.* 31. miratus est valdè Caietan. qui non solùm negat esse de fide, Papam non posse errare, sed absolutè docet, eum posse errare: Sed hanc doctrinam censet hoc tempore ad minimum esse erroneam, & temerariam.

3. Explosa itaque hac opinione, alia docet Pontificem neque in canonizatione, neque in beatificatione errare posse: id tamen diuina fide certum non esse. Ita Bañes 2. 2. *in breuioribus in comment. dub.* 7. *concluf.* 2. Malderus *dub.* 6. *propos.* 4. Suarez *disp.* 5. *sect. vlt. num.* 8.

4. Quibus adde doctissimum Magistrum Ioannem de S. Thoma *in* 2. 2. *D. Thomæ disp.* 9. *art.* 2. *fol.* 767. & ex Societate Iesu Granadum *in* 2. 2. *D. Thomæ contr.* 1. *tract.* 7. *disp.* 3. *sect.* 3. *num.* 24. & Franciscum del Castillo *in lib.* 5. *sent. tom.* 2. *disp.* 16. *quæst.* 8. *num.* 25. qui tamen *num.* 23. asseruerat temerarium, impium, scandalosum, atque quodammodò sapit hæresim, negare esse beatam animam Sancti canonizati.

5. Et probat singula; nam quòd sit temerarium, est manifestum, quia est contra torrentem omnium fidelium in materia graui; quia omnes verbo, & operè fatentur sanctitatem, & beatitudinem animæ illius, qui à Romano Pontifice est canonizatus. Quòd sit impium, patet, quia est contra Religionem, & cultum Sancti canonizati. Quòd sit scandalosum, probatur; nam quis non scandalizabitur audiens Wicleph dicentem animas Beati Augustini, Benedicti, & Bernardi esse damnatas, propter quod ipse, & eius sententia (quantum ad hoc non vt hæretica sed vt offensiua piarum aurium, sicut & aliæ ipsius propo-

sitiones)

sitiones) damnatur *in Concil. Constantiensi sess.* 8. Quòd sit suspectus de hæresi apparet ; nam quodam modò illam sapit sententia, quæ negat hanc beatitudinem, quia videtur negare vel authoritatem in Papa ad Sanctos canonizandos, vel quòd Sancti non sunt digni tali honore.

6. Sed mihi magis placet opinio aliorum asserentium esse de fide, Pontificem errare non posse in canonizatione Sanctorum, & ita tenet Valentia *tom. 3. disp. 1. quæst. 1. punct. 7. §. 40.* Turrianus *in 2. 2. tom. 1. disp. 17. dub. 6.* Castrus Palaus *tom. 1. tr. 4. disp. 1. punct. 5. §. 4. num. 2.* Verricelli *in quæst. moral tract. 8. quæst. 25. num. 2.* Amicus *in cursu Theologiæ, vbi infrà num. 13.* Arriaga *tom. 5. disput. 9. sect. 5 num. 28.* & alij, firmantes, Papam in canonizationibus non solùm errare non posse, sed id esse de fide.

7. Rationes verò pro hac sententia videbis apud Authores citatos, qui etiam respondent ad omnia argumenta, quæ in contrarium possent adduci. Verùm circa præsentem difficultatem ne deseras recognoscere doctissimum Magistrum Grauinam *in controuersijs tom. 4. part. 2. fol. 362.*

RESOL. XIX.

An eadem certitudine de Fide sit tenendum Papam non posse errare circa beatificationem Sanctorum? Ex part. 11. tract. addit. 2. Ref. etiam 19.

§. 1. Affirmatiuam sententiam tenet Castrus Palaus *tom. 1. tract. 4. disp. 5. punct. 5. §. 5. num. 4.* Megalius *verb. Canonizatio, num. 1.* & ex ipsis nouissimè Pater Verricelli *in qq. moral. tract. 8. quæst. 25. n. 3.* Itaque dicendum videtur de fide esse Pontificem non posse errare in canonizatione, neque in beatificatione. Probant, quia ex errore vtriusque eadem sequerentur absurda, & incommoda, & ad vtrumque actum præcedit inquisitio vitæ, & sanctitatis, & miraculorum beatificandi, vel canonizandi. Quòd autem sit maior, vel minor, non videtur inferre in vno actu maiorem certitudinem, quàm in alio, si quidem vtraque inquisitio debet esse prudens, & grauis.

2. Secundò, quia sicut pertinet ad Religionem, quòd aliquis proponatur colendus toti Ecclesiæ vt Sanctus. Et circa materiam Religionis non potest Pontifex errare, ita quòd proponatur certæ Prouinciæ, aut Religioni, est res pertinens ad Religionem, & ita oportet, vt non possit errare, sicut neque circa decreta morum. Et hanc docuerunt non pauci viri docti in Italia, & Hispania.

3. Verùm licèt hæc opinio sit satis probabilis, tamen ego magis adhæreo negatiuæ sententiæ. quam tuetur Amicus *in cur. Theol. to. 4. disp. 7. sect. 4. num. 98.* vbi sic ait : Non est de fide Pontificem errare non posse in beatificatione, provt beatificatio condistinguitur à canonizatione : est tamen ita certum, vt oppositum sit ad minimum temerarium, scandalosum, & errori proximum. Prior pars facilè probatur. Etenim si esset de fide, beatificatum esse in Cœlis, in eo canonizando Pontifex non vlteriùs procederet, maiorem diligentiam, nouúmque examen instituendo de sanctitate canonizandi: quia quod est fide certum, non eget vlteriori certitudine. Atqui Pontifex post beatificationem, si ad canonizationem procedat, non est contentus priore examine, & diligentia pro beatificatione facta, sed instruit nouum examen, nouamque diligentiam, idque non ad externã dumtaxat solemnitatem, & pompam, sed ad maiorem certitudinem de sanctitate canonizandi habendam ; vt praxis & stylus curiæ docet.

4. Posterior pars constat, quia cùm beatificatio sit potissimum medium ad canonizationem ; est enim via ad illam, vt Pontifices in Bullis beatificationis declarant, temerarium esset, & errori proximum negare beatificatum esse in Cœlis. Nam licèt illum Pontifex non definiat, eum tamen colendum proponit alicui Prouinciæ, vel Religioni, quousque ad eius canonizationem veniatur.

5. Obiicies. Omnes honores, & cultus, qui exhibentur canonizatis, exhiberi possunt Beatificis, ergo eadem certitudine certum est, Beatificatum esse in Cœlis, ac canonizatum. Respondeo primò negando consequentiam canonizatis exhibentur vt debiti, & à Pontifice authoritate Apostolica definiti : Beatificatis verò solùm vt permissi. Respondeo secundò negando antecedens ; nam canonizatis in eorum cultum, & honorem erigi possunt templa, ab omnibus sacrum offerri, & officium recitari, Beatificatis verò nec Templa erigi possunt, nec ab omnibus sacrum offerri, & officium recitari, nisi dumtaxat ab iis, quibus in Bulla expressè conceditur. Solùm enim Beatificatis erigi possunt altaria, & quidem ab iis tantùm, quibus conceditur posse sacrum offerri ; non autem ab aliis, quibus non permittitur sacrum offerri. Prætereà sacrum & officium de canonizato potest cum octaua celebrari, non autem de beatificato, nisi de expressa licentia Pontificis. Idem dicendum de sacro votiuo ; cùm non possint alij honores, & cultus beatificatis exhiberi, quam qui in Bulla ipsa Beatificationis exprimuntur. Nam hoc ipso, quod tales honores, & cultus restringuntur ad certam Religionem, certúmque locum, censentur etiam restringi ad certum genus honoris, & cultus nempe ad illud ; quod in Bulla exprimitur. Licèt autem beatificatis altaria erigi ab iis, quibus conceditur in ipsorum honorem, sacrum offerri, quia hic honor est intrinsecè connexus cum ipso cultu sacrificij, cùm nèqueat nisi in altari sacrificium offerri. Eadem est ratio de imagine cum radiis pingenda, vel sculpenda etiam publicè. Hucusque Pater Amicus.

6. Hanc etiam sententiam docet Arriaga *in cursu Theo. to. 5. disp. 9. sect. 6.* & supponit, quòd beatificatio prout de facto, & in vsu, est quædam licentia data per Bullam à Summo Pontifice, vt aliqua persona in aliqua determinata Prouincia, Episcopatu, aut Religione coli possit, vt existens in Cœlo : conceditur autem ea præmisso diligenti examine vitæ, & miraculorum, aut audita sententia Cardinalium Congregationis rituum, imò etiam Auditorum, seu Iurisdarum Rotæ. Vndè has differentias inter eam, & canonizationem obseruo.

7. Prima, & principalis, quòd non vtitur Pontifex verbo vllo directe declarante, aut definiente talem Sanctum esse in gloria : solùm dat licentiam vt colatur : estò ibi implicitè videatur supponere omninò illum in gloria esse, quia non possunt tales honores exhiberi nisi homini Beato, seu Deo fruenti.

8. Secunda differentia est, quod beatificatio non est vltimum iudicium Ecclesiæ in causa sanctitatis talis personæ : sed proceditur deindè ad nouum examen, testes, miracula, &c. antequam ad canonizationem veniatur, quæ est iudicium vltimum, post quod nihil ampliùs discutitur.

9. Tertia differentia est, quòd Beatificatio esse solet limitata, vt dixi, ad vnam prouinciam, &c. at canonizatio extendit se ad totam omninò Ecclesiam, vt omnes de eo celebrare, &c. recitare etiam Diuinum Officium possint ; nam licèt teneantur ex Bulla Pij V. orare iuxta Breuiarij Rubricas : si tamen

quis

quis velit ex deuotione duo Officia orare, poterit sine dubio de eo Sancto: at neque hoc modo licet omnibus de solùm Beatificato orare.

10. Quarta differentia, quæ tamen videtur esse accidentaria: est maior solemnitas canonizationis præ Beatificatione: hæc enim sine vlla planè fit, illa verò cum maxima pompa, & cum consensu vniuersali Cardinalium, & Prælatorum, præmissis precibus, & quæsito à Cardinalibus omnibus, aliisque consensu. Hæ sunt differentiæ inter Beatificationem, canonizationemque; ex quibus breuiter, & solidè deducitur, quid sic dicendum quoad infallibilitatem Beatificationis.

11. His suppositis ab Arriaga, posteà sic asserit: Non videtur esse de fide, Papam non posse errare in Beatificatione. Hæc est valdè communis inter recentiores, qui de beatificatione egerunt: & suadetur meo iudicio ferè euidenter ex secunda differentia *supra* posita: etenim si fide certum esset Beatificatum esse in Cœlo, gratis, imò in iniuriam certitudinis fidei inquireretur: deindè in vitam eius, & noua testimonia exigerentur ad probandum eum esse in Cœlo sicut si fierent iam ad declarandum sanctum Petrum esse Beatum: ergo supponitur res adhuc non esse omninò certa certitudine fidei. Idem secundò probatur ex prima differentia, quia cùm Pontifex non vtatur in Beatificatione vllo verbo dei orante definitionem (ex quo maximè *superius* argumentati sumus pro certitudine canonizationis) cessare videtur præcipuum argumentum eius infallibilitatis de fide. Tertiò ex tertia differẽtia suadetur, nam cùm non permittatur cultus eius Sancti pro vniuersali Ecclesia, sed solùm pro vna aliqua Prouincia, nec sit de fide, vnam, aut alteram Prouinciam, aut Religionem errare non posse: ideò etiam non desumitur indè tam efficax argumentum pro ea certitudine, quàm pro canonizatione. Quartò denique idem probo ex quarta differentia, quia illa ipsa maior solemnitas preces illæ communes, assensus ille quasi totius Ecclesiæ, qui in canonizatione reperitur, est quædam dispositio ad hoc, vt Deus Papam errare non permittat: estque quasi generalis Ecclesiæ consensus, perinde ac si in Concilio vniuersali cum Papæ approbatione decideretur veritas aliqua. Hæc autem omnia cessant in Beatificatione: ergo cessat vnum ex maximis fundamentis pro hac certitudine fidei. Et hæc omnia docet Arriaga *vbi suprà*.

12. Et tandem huic sententiæ adhæret Turrianus *in 2.2.tom.5.disput.17.dub.6.* qui tamen optimè, & verè obseruat, in quo omnes conueniunt esse temerarium, & scandalosum, & impium asserere Pontificem posse errare in Beatificatione Sanctorum. Temerarium quidem, quia sentiret contra communem sensum non solùm Doctorum, sed etiam omnium fidelium. Item sine idoneo argumento iudicaret Pontificem errare in re tam graui, & ad quam semper præcedunt tot diligentiæ, & inquisitiones prudentes.

13. Deindè in hac materia esset scandalosum, ex qua potest oriri aliquod scandalum in animas fidelium, vt dicemus *suo loco ad quæstionem primam*. Et certè non posset non poni obstaculum pietati fidelium, si audirent aliquem dicentem, Pontificem erasse in beatificatione alicuius Sancti.

14. Impium autem dicitur, quia est contra Christianam Relgionem, & cultum Sanctis debitum. Et ideò S. Thomas *quodlibeto illo 6. art.vltimo*, dixit piè credendum esse, Pontificem non errare in Sanctorum canonizatione. Deinde sicut Bañez, & alij dicunt, sapere hæresim asserere Pontificem errare posse in canonizatione, quia videtur velle negare potestatem canonizandi: ita qui diceret Pontificem posse, errare in Beatificatione, esset suspectus de hæresi, quia videretur velle negare potestatem esse in Pontifice ad beatificandum hominem aliquem. Ita Turrianus, & ego.

RESOL. XX.

An præcisè ex vi solius Beatificationis, quod anima Beatificati sit in gloria, remaneat tantum intra latitudinem probabilitatis, & certitudinis moralis? Ex p.11.tract. addit.2.Ref.etiam 20.

§.1. AFfirmatiuam sententiam (attendas quæsò amice Lector) contra Turrianum sustinet nouissimè doctissimus Magister Ioan.de S.Th. *in 2.2. D.Thom.disp.9.art.2.fol.770.* vbi sic ait: Torres tenet, quòd esset impium, scandalosum, & temerarium dicere, quòd Pontifex posset errare in beatificatione, aut quòd anima Beatificati non esset in gloria, esse tamen magis temerarium, & magis scandalosum id affirmare de canonizato, ita solùm certitudo canonizati, & beatificati differunt penès magis, & minus intra eamdem speciem.

2. Nihilominus supposita sententia *sup.* probata, quòd beatificatio non sit iudicium de sanctitate alicuius, sed solum permissio vt possit publicè coli, & venerari. Existimo Pontificem practicè errare non posse in tali beatificatione; ita quòd esset temerarius, & scandalosus, qui talem celebrationem negaret, aut talem cultum non esse exhibendum. Speculatiuè autem circa veritatem Sanctitatis talis personæ existimo quod ex vi solius beatificationis, id non excedit latitudinem certitudinis moralis, & probabilitatis maximæ, ita quòd oppositum non esset censura dignum. Et dico ex vi beatificationis præcisè quia ex alio capite, v.g. si accedat assensus totius Ecclesiæ, aut maioris partis fidelium, multitudo miraculorum facta in confirmationem eius sanctitatis, & hoc longo tempore sit continuatum, ex hac parte fiet longè certius, & qui negaret sanctitatem talis personæ cum his circunstantiis esset censura temeritatis dignus.

3. Ratio, quæ me præcipuè mouet, ea est, quia vt Ecclesia publicè celebret festum de aliquo tanquam de Sancto, sufficit probabilitas & moralis certitudo de sanctitate eius, non verò requiritur iudicium, & sententia canonica, vt patet manifestè in celebratione festi Conceptionis Beatæ Virginis, quod Ecclesia celebrat: & tamen ipsamet Ecclesia præcipit, ne possit vlla censura notari opinio asserens fuisse conceptam in peccato originali: ergo vt Ecclesia habeat iudicium practicum certum de celebratione alicuius Sancti, non requiritur, quòd habeat etiam iudicium speculatiuum certum de sanctitate, sed sufficit moralis certitudo, aut opinio. Item etiam videmus, quòd in materia Religionis sæpè vtitur Ecclesia solùm opinione probabili, vt patet in dispensatione voti solemnis, & in dispensatione matrimonij tati non consummati: sicut autem votum pertinet ad virtutem Religionis, ita etiam veneratio Sanctorum (vt *sup.* declarauimus) ergo permissio, seu dispensatio, vt aliquis veneretur pro Sancto, non requirit maiorem certitudinem, quàm moralem de eius sanctitate.

4. Ad hæc D.Thomas *3.p.q.27.art.2. ad 2.* ex eo quòd Ecclesia Rom. suo tempore toleraret celebrationem festi Conceptionis, dicit eam consuetudinem non esse totaliter reprobandam, nec aliquid amplius infert ex tolerantia talis celebrationis; sed beatificatio est concessio celebrationis de aliquo Sancto cum tolerantia

lerantia Sedis Apostolicæ: ergo ex vi præcisæ beatificationis non infertur, nisi quòd talis consuetudo non sit reprobanda, non verò quòd sit omninò certum, quòd persona beatificata sit in gloria, taliter quòd oppositum sit censurabile. Et denique veneratio, quæ exhibetur beatificatis aliquando fuit permissa fieri ab Episcopis in Ecclesia, & tunc certum est, quòd ad venerationem exhibendam alicui sufficiebat moralis certitudo, nam Episcopi non poterant definire de fide, aut certum reddere, quòd illi essent in gloria: ergo de se talis beatificatio non petit nisi moralem certitudinem de alicuius gloria; imò in rigore loquendo, permissio celebrandi de aliquo potest stare cum certitudine, quòd non sit adhuc in gloria, dummodò constat esse Sanctum, sicut permittit Ecclesia, quòd celebretur de Elia in Ordine Carmelitarum, quem tamen constat nondum esse beatum. Aliud est ergo celebrationem de aliquo permittere, aliud iudicare, & habere pro infallibili, quòd sit in gloria. Hucusque Ioannes de S. Thoma.

5. Sed ego prorsùs puto non esse discedendum à sententia Turriani, qui absque vlla distinctione loquitur, sicut loquuti sunt Doctores, qui post illum scripserunt, & ideò eius sententiam docet etiam Franciscus Del Castillo Ordinis S. Francisci ex Regulari Obseruantia *in l. 3. sent. tom. 2. disp. 16. quæst. 8. num. 33.* sic asserens: Sed inquires qua censura dignus sit, qui negaret animam Sancti beatificati esse beatam? Respondetur cum Montesino, quòd etiam id negare esset impium, & temerarium; nam intra idem genus propositionis damnabilis, potest vna esse magis temeraria, quam alia, & magis piarum aurium offensiua: sic magis impium, & temerarium esset negare beatitudinem animæ Sancti canonizati; sed non ideò desineret esse temerarium, & impium hanc negare animæ beatificati. Ita ille. Cui adde sapientissimum Patrem Rodericum Arriaga *in curs. Theolog. tom. 5. disp. 9. sect. 6. num. 55.* Franciscum Syluium *in contron. lib. 4. quæst. 2. art. 15.* & Patrem Amicum *in curs. Theol. tom. 5. disp. 7. sect. 4. num. 99.* vbi sic ait: Cùm Beatificatio sit potissimum medium ad canonizationem; est enim via ad illam: vt Pontifices in Bullis beatificationis declarant; temerarium esset, & errori proximum negare beatificatum esse in Cœlis; nam licèt illud Pontifex non definiat, eum tamen colendum proponit alicui Prouinciæ, vel Religioni quousque ad eius canonizationem veniatur. Ita ille. Cui etiam adde nostrum doctum Patrem Verticelli *in qq. moral. tr. 8. q. 25. n. 3.* adhærentem Turriano, & probantem sanctitatem Beatificati non remanere intra latitudinem certitudinis moralis, & hoc negare esset temerarium, scandalosum, &c.

6. Itaque dicendum est cum Arriaga, quòd Pontifex videtur implicitè definire, vel saltem supponere beatum esse in Cœlo. Et ideò omnes Catholici, eò ipso quod aliquis sit beatificatus, nullatenus de illius sanctitate dubitant, licèt hæc sanctitas talis personæ beatificatæ non sit certa de fide, sicut etiam non pertinet secundùm aliquos directè ad fidem, quod sit beata anima Sancti canonizati, tamen hoc negare esset magis impium, & temerarium, quam si negaretur de anima beatificati. Vnde Trullench *in Decal. tom. 1. lib. 1. cap. 9. dub. 5. n. 5.* sic asseruit: Est impium, temerarium, & scandalosum negare Sanctum beatificatum esse in gloria, & similiter negare Sanctum canonizatum esse in gloria, sed hoc magis temerarium, magis scandalosum, & magis impium propter maiorem diligentiam inquisitiones, & probationes, quæ fiuns ante canonizationem, quàm sit diligentia, inquisitio, & probatio, quæ fiunt ante beatificationem. Vndè sit quando aliquis semel beatificatur à Summo Pontifice, nullus in toto orbe terrarum potest sine temeritate dubitare de gloria illius Sancti. Ita ille. Qui *n. 3.* rectè obseruat quod per canonizationem, & beatificationem cognoscitur hominem defunctum esse in gloria, per canonizationem quidem in forma declaratiua, & pronunciatiua, per beatificationem in forma indultiua, & concessiua.

7. Ex quibus omnibus apparet contra Ioan. de S. Thoma ex vi beatificationis sanctitatem beatificati non remanere, vt ipse putat intra latitudinem probabilitatis, & certitudinis moralis; vndè contra ipsum contrarium asserere dicendum est esse censura dignum.

8. Restat modò respondere ad argumentum de festiuitate Conceptionis B. Virginis, quod adducit à S. Th. Dico igitur in isto casu Pontifices apertè, & claris verbis in suis Bullis relinquere certitudinem illius festiuitatis intra limites probabilitatis. Sed in nostro casu, vt probant Doctores à nobis citati, contrarium apparet; nam per decreta beatificationis, saltem implicitè, & inchoatiue determinatur sanctitas personæ beatificatæ. Ergo contra Io. à S. Thoma dicendum est sanctitatem, & gloriam beatificati non remanere intra latitudinem probabilitatis, ac certitudinis moralis; vndè sequitur neminem etiam ex vi tantum beatificationis posse dubitare de gloria, & sanctitate eius quem Pontifex beatificauit.

RESOL. XXI.

Dubium incidens: An posito, quod Pontifex concedit aliquibus determinatis personis, & sub determinato aliquo ritu venerari Sanctum Beatificatum, possint alij omnes licite vti tali concessione?

Et an liceat transferre diem S. Beatificati, qui designatur pro celebratione? Ex part. 11. tract. addit. 2. Resol. etiam 21.

§. 1. Affirmatiuam sententiam nominatim contra me docet doctus Pater Thomas Tamburinus *opusc. de sacrific. Missæ lib. 2. cap. 6. §. 8. num. 15.* quia, ait ille, cùm vna Missa eiusdem sit valoris, & dignitatis ac aliæ quælibet, statim atque Pontifex declarat talem Beatum dignum esse vna Missa, quæ dicatur ab vna determinata persona, declarat illum esse dignum omnibus cæteris Missis à quocumque, & quomodocumque celebrandis. Si igitur remanet sic dignus declaratus, non est vndè quilibet Sacerdos impediatur illum per suas Missas venerari, nec venerabitur sine Sedis Apostolicæ authoritate; hæc enim ibi intercedit per illam declarationem, qua dignus Missa declaratus est Beatus. Hinc infert posse quemlibet eius imaginem adorare, adorandam in Altari constituere, publicis processionibus circumferre (adde & eius collectam) seu commemorationem facere in Missa, infra annum. Ratio est, quia hi cultus longè inferiores sunt Missa; quare si hunc Pontifex concedit, concedit & illos. Ita Tamburinus, qui citat Fagundez à me alibi adductum, quibus nunc addo Quintanaduenam *tom. 1. tr. 6. singul. 5. n. 2. cum seq.*

Sup. hoc in tom. 2. tr. 12. Res. 80. 81. & 82. & in tom. 1. tr. 6. Resol. 91. à §. 2.

Alibi in nulla alia Res. aut loco pro hac quæst. author præcitatum hic Fagundez adduxit.

2. Verùm ego non recedo à sententia negatiua, quam olim docui, & præter Granadum, Turrianum, Gauantum à me alibi adductos, nostram sententiam sustinet Pater Amicus *in curs. Theol. tom. 5. disputat. 7. sect. 4. num. 100.* vbi sic ait: Canonizatis in eorum cultum, & honorem erigi possunt templa, ab omnibus sacrum offerri, & officium recitari: Beatificatis verò nec templa erigi possunt, nec ab omnibus

sacrum offerri, & officium recitari, nisi dumtaxat ab iis, quibus in Bulla expressè conceditur. Solùm enim beatificatis erigi possunt altaria, & quidem ab iis tantùm, quibus conceditur posse sacrum offerri, non autem ab aliis, quibus non permittitur sacrum offerri. Præterea sacrum, & Officium de canonizato potest cum octaua celebrari, non autem de Beatificato, nisi de expressa licentia Pontificis. Idem dicendum de sacro votiuo, cùm non possint alij honores, & cultus Beatificatis exhiberi, quàm qui in Bulla beatificationis exprimuntur. Nam hoc ipso, quòd tales honores, & cultus restringuntur ad certam Religionem, certùmque locum, censentur etiam restringi ad certum genus honoris, & cultus, nempè ad illud, quod in Bulla exprimitur. Licet autem Beatificatis Altaria erigi ab iis, quibus conceditur, in ipsorum honorem, sacrum offerri, quia hic honor est intrinsecè connexus cum ipso cultu sacrificij. Eadem est ratio de imagine cum radiis pingenda, vel sculpenda etiam publicè. Ita Amicus. Et etiam contra Tamburinum *de commemoratione in Missa*, idem sentit Pellizzarius *in man. Regul. to. 2. tr. 8. c. 2. n. 126.* & contra Palaum nominatim insurgit doctus Pater Antonius de Escobar *in Theol. moral. edit. vlt. tr. 1. exam. 12. c. 4. n. 42.* Vide etiam & me citato, Trullench *in Decal. tom. 2. lib. 1. c. 9. dub. 3. n. 9. & 11.*

Sup. hoc & contento in vers. seq. Idem. huius textus in to. 3. tr. 3. Res. 90. §. 2. post medium à vers. Nota etiam. & ibi in tr. 6. Res. 91. § Sed quæritur. & cursim in aliis eius annot.

3. Sed audiamus Mag. Ioan. de S. Th. *in 2. 2. D. Th. disp. 9. art. 1. fol. 772.* sic asserentem: An Beatificato possint omnes deferre cultum Religionis saltem in eo, in quo non prohibetur per litteras Beatificationis, licèt expressè non concedatur? Supponimus in concessione beatificationis aliquando cum restrictione concedi licentiam huiusmodi, vel cum restrictione loci, vt scilicet in tali Ecclesia, vel tali Religione, aut prouincia celebretur: vel cum restrictione temporis, vt scilicet tali die, aut diebus celebrari possit, vel cum restrictione personarum, vt scilicet à talibus personis possit celebrari: vel cum restrictione cultus, vt scilicet talis cultus possit exhiberi, & non amplius. Et loquimur de cultu publico, qualis est, qui Beatificatis defertur. Supponimus etiam nullam esse difficultatem, si restrictio fiat cum expressa prohibitione, vt si concedatur licentia celebrandi de aliquo tali die, aut à talibus personis, cum prohibitione, ne alio die, aut ab aliis personis id fiat: Sed solùm procedit difficultas, quando conceditur facultas cum aliqua restrictione, v.g. celebrandi tali die, vel à talibus personis, & nihil prohibetur circa alias personas, vel alios dies.

4. Dico ergo, quòd in tali casu solùm licèt eo modo, & illo cultu publicè venerari talem Sanctum, sicut à Pontifice conceditur: reliqua verò etsi ibi expressè non prohibeantur, non possunt licitè eis exhiberi. Et fundamentum sumitur ex prohibitione iuris communis facta Alexandro III. *in cap. Audiuimus sæpe citat.* quòd non liceat sine authoritate Rom. Pont. aliquem venerari pro Sancto: ergo in eo ad quod talis authoritas non se extendit, sed restringitur, non licèt venerationem exhibere, quia quidquid amplius fit, sine authoritate Romani Pontificis fit.

5. Nec obstat, quòd facta Beatificatione supponitur talem hominem esse in gloria, & sic potest ei deferri cultus.

6. Non, inquam, obstat, quia cultus publicus non solùm requirit, quòd homo sit in gloria, sed etiam iudicium, aut licentiam Ecclesiæ, quæ quoad hoc est restricta.

7. Vndè sequitur, quòd si restrictio sit circa diem, vt si concedatur à Pontifice, quod certo die possit celebrari de aliquo Sancto, non potest facta celebratione alio die, etiam per modum deuotionis, & Missæ votiuæ de eo celebrari. Et præter fundamentum positum extat responsio Sacræ Congregationis Cardinalium, qui consulti, an liceret Missam votiuam de Sancto non canonizato celebrare? Respondit, non licere; Missa autem votiva celebratur extra proprium diem.

8. Sequitur præterea, quòd si conceditur beatificatio pro Religiosis certæ Religionis, aut pro hominibus certæ Prouinciæ, vt quòd Sacerdotes talis Religionis possint de illo Sancto celebrare, nullis aliis Sacerdotibus id licet. Vndè nec etiam ad cantandum solemniter Missam potest alius Sacerdos subrogari, quia in tali licentia standum est præcisè verbis concessionis, sine qua non licèt deferre illum cultum publicum alicui personæ ex prohibitione iuris communis, quæ solùm intelligitur quantum sonat licentia, & concessio; & non amplius. Si autem concedatur restrictio ex parte loci, sed non ex parte personarum, vt quod tali die in Ecclesia tali liceat celebrare Missam de tali Sancto, videtur quod omnes Sacerdotes possint ibi celebrare, cùm sit licentia sine restrictione personarum, & vbi ius non restringit, nos restringere non debemus, præsertim in fauorabilibus. Hucusque Ioannes de S. Thoma.

9. Sed in posterum sententiam Castri Palai, Tamburini, & aliorum non posse amplius sustineri patet ex decreto SS D.N. Inno. X. nunc feliciter regnantis; nã cùm in Sacra Congregat. Rituũ delatæ essent supradictæ sententiæ exponentes Breuia Pontificia pro cultu Beatificatorum concessa violenter, & contra ipsorum verba, & mentem Sacræ Congregationis SS. D.N. vt dixi, condidit decretum tenoris sequentis:

Sacrorum Rituum Congregatio die 5. Octobr. 1652. censuit, & declarauit, si Sanctissimo Domino Nostro placuerit, non potuisse, nec posse tam sæculares, quàm Regulares, cuiuscumque Ordinis, & Instituti, etiam Societatis Iesu, excedere limites verbales Indultorum Sedis Apostolicæ, super Beatificationibus præsertim in celebratione Missarum, & Officij cum octauis, nisi hoc expressè Sedes Apostolica eis indulserit; Et facta relatione per me Cardinalem Cornelium Episcopum Albanensem, die 16. Decembris 1652. Sanctitas sua approbauit, & sic, vt præmittitur seruari mandauit.

F. Episcopus Albanens. Card. Cornelius.

Loco † sigilli.

Bernadinus Roccius Sacr. Rit. Congr. Secr.
Romæ ex Typograph. R. Cam. Apost. 1652.

Itaque ex verbis supradicti Decreti corruunt ea omnia, quæ Tamburinus, Palaus, & aliqui recentiores circa dubia *superius* posita scripserunt.

10. Sed oritur difficultas, an liceat transferre diem Sancti Beatificati, qui designatur pro celebratione, vel si ex ignorantia, aut negligentia omittatur celebratio illa die, possit alio die celebrari. Et aliqui censent id non licere, quia cum ista facultas supposita prohibitione iuris communis sit quasi dispensatio, & priuilegium, Priuilegium autem sit stricti iuris, non operatur vltra formam suæ concessionis: quare si designat diem, in quo possit celebrari, transacto illo die cessat permissio, & licentia celebrandi.

11. Verùm oppositum probabile videtur Ioanni de S. Tho. *vbi sup.* quia concessio celebrandi illo die, si aliud non explicatur intelligenda est iuxta communes rubricas, quòd celebretur tali die, si non sit impedimẽtum, alias transferri possit; præsertim quia intentio concessionis primò, & per se hoc videtur respicere, quòd

quòd solùm vno die celebretur; siquidé Congregatio quando censet non licere Missam votiuam celebrare de Sancto non canonizato, supponit proprium diem semper saluum manere, ita quòd celebrato die proprio, seu festiuitate propria, per modum voti, aut deuotionis non liceat celebrare. Circa ipsum autem diem proprium quòd possit, vel non possit transferre, nihil decreuit: Vnde cùm fauores sint ampliandi, celebratio diei proprij non est intelligenda ita restrictè, quòd debeat esse propria secundùm computum mensis, quasi mathematicè, sed proprie secundùm modam celebrationis Ecclesiæ, quòd impedito die censetur adhuc proprius dies esse illa, in quam primò transferri potest. Tutius tamen esset in hac parte consulere Congregationem, quia res est magni momenti, & exposita periculo, ne celebretur tali die in quo non licet sine authoritate Papæ. Ita Ioannes à S. Thoma, qui si modò scripsisset post dictum decretum Innocentij X. credo. quòd non tutius, sed necessariò dixisset recurrendum esse ad Summ. Pontificem. Obseruat etiam idem Ioan. de S. Th. *loc. cit.* quòd ex vsu, & praxi communi videmus aliqua specialia signa cultus publici exhiberi Beatificatis, quorum non fit expressa mentio in decreto beatificationis; nam solent deferri eorum imagines, aut reliquiæ in solemni processione, & in Templo, aut altari collocari, & cum lumine pingi, &c. Quare ita damnanda non sunt, etsi in decreto non exprimantur, quia videntur quasi connexa cum celebratione Missæ, & recitatione Officij; si enim in eorũ honorem sacrificium, & officium Deo offertur, per se est connexum, quod in templo, & in Altari, vbi tale sacrificium, & Officium, dicitur, speciali signo honoris eius imago collocetur, in cuius honorem talis publicus cultus exhibetur. Hæc ille. Quæ quidem vt verum fatear, etiam difficultatem haberent, stantibus verbis supradicti decreti. Non deseram tamen hìc admonere aliquos pressos supradicto decreto, quod quidem satis vrget, asserere vel non fuisse legitimè promulgatum, vel non fuisse vsu receptum, vel non tollere praxim, & consuetudines communiter in aliqua prouincia receptas; sed ego has responsiones suis authoribus libenter relinquo: Ipsi videant, & de illis rationem reddant, si forte vocentur à Sacra Congregatione: Mihi verò bonum erit Romanis oraculis reuerenter, vt facio, adhærere.

RESOL. XXII.

An si quis esset delatus in S. Officio, quod dixisset Papam posse errare in Canonizatione, & Beatificatione Sanctorum, sit ei imponenda abiuratio de formali?

Et aduertitur esse magnum discrimen inter hanc propositionem: non est de Fide Vrbanum VIII. esse verum Pontificem; & illam, Vrbanus VIII. non est verus Pontifex?

Et notatur, quod est puniendus in Tribunali S. Inquisitionis, siquis diceret, quod Beatus Franciscus de Borgia, & B. Caietanus non sunt in cœlo, secus si diceret: ego non teneor credere B. Borgiam, & B. Caietanum esse in gloria?

Et quid, si diceret, ego non teneor credere B. Ignatium, vel alium quemlibet Sanctum Canonizatum esse in gloria? Ex part. 11. tr. addit. 2. Resol. etiam 22.

§. 1. VIdetur affirmatiuè respondendum, quia abiuratio de formali iniungitur, vt patet asserenti propositionem contra fidem, sed est de fide, vt probatum est, Papam non posse errare in canonizatione Sanctorum; ergo contrarium asserens de formali abiurare debet. Respondeo hanc doctrinam procedere, quando omninò certum est propositionem illam esse de fide. Sed in proposito nostro casu, non est ita certa, vt de illa non sit controuersia inter Doctores, & aliqui contrarium sentiant.

2. Ergo supradictus reus, licèt possit ab Inquisitore puniri, non est tamen ei imponenda abiuratio de formali, sed tantùm de vehementi, quia stante diuersitate opinionum, non est absolutè hæreticus, sed suspectus de hæresi.

3. Et ita docet Castrus Palaus *tom. 1. tr. 4. disp. 1. punct. 5. §. 4. n. 3.* vbi sic ait: Concedo affirmantem posse errare Pontificem in canonizatione Sanctorum, nõ esse tanquam hæreticum absolutè damnandum; quia non affirmat aliquid, quod contrarium sit his, quæ Ecclesia recipit, tanquam de fide certa absque vlla controuersia Doctorum. Videmus namque Canum, Bañez, & alios *in principio* relatos sentire de fide non esse, Pontificem errare non posse. Ergo Ecclesia non defendit tanquam de fide certum sine vlla controuersia quocirca ea maiori probabilitate, & certitudine, qua existimamus de fide esse, Pontificem in canonizatione Sanctorum errare non posse, ea, affirmandum est, hæreticum esse, qui negaret.

4. Et ideò Iacobus Granado *in 2. 2. D. Thomæ contr. 1. tr. 7. cisp. 23. sect. 3. n. 24.* dicit, qui negat, Pontificem non posse errare in canonizatione Sanctorum dignus esset quidem quòd tanquam de fide aliquantulum suspectus puniretur.

5. Notent Domini Inquisitores, & eorum Consultores, quòd non dixit esse puniendum tanquam hæreticum, sed tanquam de hæresi suspectum. Ergo non erit ei imponenda abiuratio de formali, sed de vehementi.

6. Rectè itaque dixit Franciscus del Castillo *in 4. sent. to. 2. disp. 16. q. 8. p. 4. n. 24.* asserentem, Papam posse errare in canonizatione Sanctorum, quod non solùm grauiter peccat contra Religionem, sed quodammodò contra virtutem fidei, & ideò puniendum venit à fidei censoribus, qui non solùm puniunt hæreticos, sed etiã assertores propositionum damnabilium, qualis est temeraria, scandalosa, sapiens hæresim, &c. Ita ille.

7. Et hæc omnia applicanda sunt in omni alio casu simili quoad præsentem materiam.

Sed aduerte cum Castro Palao *vbi sup. §. 2. n. 11.* esse magnum discrimen inter hanc propositionem: Non est de fide Vrbanum VIII. esse verum Pontificem, & illam: Vrban. VIII. non est verus Pontifex; nam affirmare hanc secundam propositionem, scilicet Vrban. VIII. non est verus Pontifex, est propositio in primis temeraria, vtpotè sine vllo prorsùs fundamento asserta, & communi fidelium consensui repugnans. Est etiam scandalosa, quippè quæ ansam præbet schismaticis ad perseuerandum in separatione ab hoc capite Ecclesiæ Romanæ; & hæreticis etiam ad deridendum fideles, quòd venerentur tanquam verum caput, quod reuera est fictè caput; imò & Catholicis, vt nõ assentiantur definitis ab hoc Pontifice, siquidem non est verus Pontifex: ac tandem affirmans supradictam propositionem erit suspectus de hæresi, & tanquam hæreticus puniri deberet: vt benè notauit Bañez *in 2. 2. q. 1. art. 10. dub. 2.* §. *Nihilominus.* Quia negans hunc esse Pontificem post vniuersalem Ecclesiæ acceptationem, videtur planè negare in Ecclesia esse potestatem eligendi verum Pontificem, legitimumque successorem Petri: Quare dicendum esse reor adeò certum esse Vrbanum VIII. v. g. esse verum Papam, vt etiamsi id non esset de fide, multò certiùs esset, quàm est in hac Hostia consecrata esse Corpus Christi, quia moraliter loquendo facilius potuit

interuenire defectus in consecratione Hostiæ propter Sacerdotis obliuionem, malitiam, seu defectum intentionis, vel potestatis, quam in eo, quod Ecclesia vniuersalis acceptet hunc pro vero Pontifice, cùm tamen non sit. Illa tamen propositio, quod scilicet de fide sit hunc Pontificem esse verum Pontificem, mihi certissima est: non tamen audeo contrariam aliqua graui nota inurere, si quidem tot, tam grauésque Doctores illam defensarunt. Hucusque Palaus.

8. Nota etiam hic obiter, quòd esset puniendus in nostro sacro Tribunali, si quis diceret Beatus Fráciscus Borgia, vel Beatus Caietanus non sunt in Cœlo; nam sic dicendo positiuè, dissentirent à sensu Pontificis: secùs autem si diceret. Ego non teneor credere, Beatum Borgiam, & Beatum Caietanum esse in gloria, quia ad hoc credendum non adstringitur per Bullam Beatificationis.

9. Non autem hoc esset admittendum, si diceret: Ego non teneor credere, Sanctum Ignatium esse in gloria; nam ad id credendum adstringitur per Bullam canonizationis, tanquam vltimum iudicium suæ Sanctitatis.

10. Et hæc omnia docet Adamus Tannerus *to.3. disp.1.q.4.dub.7.n.292.* vbi sic ait: Canonizatio differt à beatificatione, non solùm quòd hæc aliquando permittat cultum talis Sancti solùm alicui parti Ecclesiæ, puta certæ Religioni, aut Episcopatui, sed etiam quia hæc vniuersim solùm permittit, vt talis habeatur Sanctus, non autem adhoc credendum obligat, canonizatio autem planè obligat, vt is pro Sancto habeatur, & colatur. Ita ille. Quod est valdè notandum, & docet etiam Castr. Pal. *to.1.tr.4.disp.1.pun.5.§.5.n.8. in fine*, & Ægidius Trullenc. *in Decalog.to.1.lib.1.c.9.dub.6.n.10.*

RESOL. XXII.

An Papa possit errare in approbatione Religionum? Ex part.11.tract.addit.2.Resol. etiam 23.

§.1. MElchior Canus *lib.5.de locis cap.5.* ait, quod Ordines Religiosos probare, vel refellere non pertinet ad ea, in quibus Summus Pontifex errare nequit: idque confirmat.

2. Primò ex Concilio Lateranensi, vbi Innocentius III. *cap.Ne nimia, tit.de Religiosis domibus*, aduertit nimiam Religionum multitudinem valdè Ecclesiæ Christi incommodare.

3. Secundò, quia Gregorius X. *in Conc. Lugdunensi* (quod refertur *in l.3.tit.17.*) ait, quòd importuna petentium inhiatio Religionum multiplicationem extorsit, & quosdam Ordines etiam per Sedem Apostolicam probatos abolet.

4. Tertiò, quia Cælestinus V. approbauit Ordinem, Fratricellorum, quem Ioannes X X II. reprobat *in suis extranag.tit.7.* Sed & quosdam alios Religionum Ordines à Pontificibus extinctos fuisse, non est dubium.

5. Petrus verò de Aragon. *§.vlt. de potestate Papæ* limitat hanc sententiam, dum ait, Papam non posse errare in approbatione Regulæ, aut legum alicuius Religionis, quantum ad substantiam, benè tamen quantum ad circumstantias, iudicando scilicet, quòd hîc, & nunc sit conueniens aliquam Regulam approbare, cùm tamen hîc, & nunc id non fuerit conueniens, limitat deinde Bañez, quod licèt non possit errare quantum ad approbationem Regulæ, benè tamen quantum ad multitudinem Religionum, approbando scilicet plures, quàm conueniens sit, & probat *dub.8.concluſ.5.* ex Innocentio III. *in Concilio Lateranensi* refertur *cap. vlt.de Religiosis domibus*, & ex Gregorio X. *cap.vlt.eodem tit.in 6.* qui damnat multitudinem Religionum in Ecclesia, quoniam multitudo parit confusionem.

6. Sed his non obstantibus, firmandum est, Pontificem non posse errare in approbatione Religionum; vndè meritò contra Canum insurgit ex Dominicanorum familia Io.de S.Thoma *in 2.2. D. Thomæ disp.9.art.3.fol.777.col.1.* Probatur conclusio, quia in decretis morum Romanus Pontifex non potest errare, vt patet *ex dictis*, sed in approbatione alicuius Regulæ specialis non approbat aliquam legem improbam, aut aliquod statutum iniquum, contrarium legi naturali, aut Diuinæ, sed potiùs conforme obseruationi Conciliorum Euangelij. Ergo, &c.

7. Dicendum est itaque, quòd approbatio Religionum est magna pars materiæ moralis; oportet enim, vt Ecclesia habeat securitatem, & certitudinem non tantùm in præceptis, sed etiam in consiliis, & in via perfectionis. Item quia approbare Religionem est quasi canonizare tale institutum, vt sanctum: ergo ad prouidentiam Spiritus Sancti spectat, vt in hoc non permittat errare Ecclesiam, quam specialiter regit. Erraret autem Ecclesia, si Pontifex posset errare: Ergo credendum non est, id accidere posse.

8. Verùm difficultas est: An secundùm leges prudentiæ errare possit Pontifex approbando aliquam Religionem, cuius institutum, licèt malum non sit, neque contrarium perfectioni Euangelicæ; est tamen minus conueniens Ecclesiæ, vel quia nimis durum, vel laxum sit; vel quia ex illo sequitur confusio aliqua in Ecclesia, & feruoris spiritualis in aliis Religionibus diminutio?

9. Et affirmatiuam sententiam tenet Bañez *in 2.2.q.1.art.10.dub.8.concl.5.* Mouetur primò, quia Innocentius III. *in c.vlt.de Religiosis*; & Gregorius X. *in c.1.eodem tit.in 6.* prohibent firmiter nouarum Religionum institutionem, ne nimia Religionum diuersitas grauem in Ecclesia Dei confusionem inducat. Sentit ergo Pontifex tunc temporis non esse conueniens nouam Religionem instituere. Ergo si de facto illam approbaret, rem inconuenientem Ecclesiæ videretur facere. Secundò sæpè approbatas Religiones Pontifex reformauit, vel dissoluit. Ergo sensit Ecclesiæ Dei non conuenire, vt existerent; nam ideò dissoluit, quia non iudicantur conuenientes. Ergo ante dissolutionem inconuenientes erãt. Sed non obstante hac inconueniẽtia approbabantur, & Pontifex obligabat vniuersam Ecclesiam ad rem, quæ illi aliquo modo inconueniens est; quia ex alio capite habet conuenientiam. Tertiò negari non potest posse Pontificem leges rerum agendarum, & quæ necessariæ non sunt ad salutem ita multiplicare, vt earum multiplicatio rectæ Ecclesiæ gubernationi inconueniens sit. Ergo similiter poterit Religiones ita multiplicare, vt earum multiplicatio confusionem inducat, & regimini Ecclesiæ præiudicet.

Et ita hanc sententiam præter Bañez tenet etiam Palaus *t.2.tr.4.disp.5.pun.5.§.6.n.4.* Suarez *de fide disp.5.sect.8.n.9.* Arriaga *in curs.Theol.to.5.d.9.sect.6.n.36.* Tannerus *to.3.disp.5.q.4.dub.7.n.285.* Syluius *in controu.l.4.q.2.art.16.*

10. Sed aliqui absolutè tenent cum Francisco del Castillo *in 4.sent.to.2.disp.16.q.9.n.9.* Valent. *to.3.disp.1.q.1.punct.7.§.41.* & aliis, quòd neque errare potest Papa approbando Religionem, quantum ad circumstantias, taliter, vt approbet, quòd hic, & nunc est inconueniens, neque oppositum dicere, vacat temeritate. Hanc conclusionem tenuit Doctor Montesinus

in

in manuscriptis ; & probatur primò ratione generali, quia semper præsumendum est pro capite , quando non apparet manifestus error : cùm ergo constet ex secunda conclusione,Papam non posse errare in approbatione alicuius Religionis,statuendo aliquid cõtrarium iuri naturali,aut diuino,consequens est, quòd neque possit dici ipsum errare quantum ad hoc,quod est approbare,quòd hîc,& nunc est disconueniens.

11. Secundò specialiter probatur de Romano Pontifice,quia habet assistentiam Spiritus Sancti in his,quæ pertinent ad regimen vniuersalis Ecclesiæ, sed approbatio Religionum etiam quantum ad circumstantias,& quantum ad modum pertinet ad regimen vniuersalis Ecclesiæ. Ergo,&c.

12. Vndè ex his sequitur neque dici debere Romanum Pontificem errare in approbatione Religionum,quantum ad multitudinem. Sic teneo contra Bañez , vbi Montesinus *vbi supra* dicit, quod audacter nimis id affirmatur,& probat argumento , quo vtitur Bañez pro sua sententia,quia si Romani Pontifices *supra* relati decreuerunt, deinceps nullam fundari Religionem sine authoritate Sedis Apostolicæ, quoniam erant tunc temporis multi Religiosi, taliter quod multitudo pareret confusionem:Ergo dicendum est,quod Papa approbante non possit esse hoc inconueniens in Ecclesia,vt sint tam multæ Religiones approbatæ,quod multitudo pariat confusionem. Vnde non est timendum,quod Papa in approbandis Religionibus imprudenter se gerat, sicut neque in condendis legibus,quæ ad vniuersalem pertinent Ecclesiam.

13. Nota tamen,quòd licèt opinio Bañez,Syluij, & aliorum sit satis probabilis , verum tamen ipsimet existimant non posse dici de facto,vel errasse Pontificem imprudenter aliquam Religionem approbando, vel aliquam earum,quæ per ipsum approbatæ sunt, esse inutilem absque magna temeritate; cùm temerarium sit de eo , quod Pontifex palam probat , diuersum ferre iudicium , cumque Pastoris præsertim Summi sententia suspicienda sit,non sinistrè interpretanda.

RESOL. XXIV.

Respondetur ad argumenta contraria adducta à Melchiore Cano. Ex part.11.tr.addit.2.Ref.etiam 24.

§.1. FAteor Melchiorem Canum ex inclyto Ordine Dominicano fuisse virum sapientissimum , & acutissimi ingenij,sed circa præsentem difficultatem meritò ab omnibus Theologis reiicitur, vnde aduersùs illum Arriaga *in cursu theol.to.5 disp.9 sect.6.n.36.* sic ait:Vehementer miror,Canum admisisse in approbando Ordinem Religiosum, errorem cadere posse in Pontificem,per quod sanè , & suæ propriæ Religioni vehementer nocuit ; si enim inde potuit ipse aliúsve dubitare,an Pontifex errasset in Sancti Francisci Ordinis,v.g. approbatione , potuere eodem modo,& alij dubitare, an non in confirmatione Ordinis Sancti Dominici erratum fuisset. Non ergo debemus vllo modo talem veritatem in dubium vertere. Ita ille.

2. Vndè ad argumenta Cani *sup.* adducta respondent Castillo,Syluius,& alij *vbi sup.* Dico igitur cum ipsis ad primum ex auctoritate Innoc.III.non haberi, quod ipse aduerterit nimiam Religionum ab Ecclesia, seu ab eius capite approbatarum multitudinem Ecclesiæ incommodare,quia prohibet quidem, ne quis de cætero nouam Religionem inueniat , idque ne nimia Religionum diuersitas grauem in Ecclesiam Dei confusionem inducat; sed ista prohibitio sic intelligi debet , vt nullus inueniat nouam Religionem , quam sine approbatione Pontificis inducat,& executioni mandet : Alioquin contra istam prohibitionem fecissent Sancti , Franciscus de Paula , Ignatius de Loiola, & alij, qui post Innocentij III. tempora nouas Religiones à Sede Apostolica probatas, & confirmatas induxerunt, id,quod nemo orthodoxus dicere audebit.

3. Ad secundum respondetur , Gregorium manifestè loqui de multiplicatione Religionum à Sede Apostolica non probatarum , quando dicit , quod importuna petentium inhiatio Religionum multiplicationem extorsit.

4. Quod autem attinet ad id quod sumitur quosdam Ordines etiam per Sedem Apostolicam probatos,fuisse postea abolitos ; seu extinctos : Respondetur id traditæ doctrinæ nihil penitus obstare. Successu enim temporis, vel ob malitiam inhabitantium, vel propter circunstantiam temporum , vel propter aliquid huiusmodi , contingit , quod Religiones , quæ ab intio erant Ecclesiæ vtiles ; fiant inutiles , ideoque mereantur extingui.Et propterea quando in simili casu successor Pontifex extinguit Ordinem à Prædecessore probatum, non arguit illum prædecessorem errasse;sed tantùm variatas esse circunstantias, ob quod id, quod antea prudenter fuit approbatum, postea etiam prudenter abolcatur.

5. Et ex his responsio ad tertium haberi potest. Quibus tamen addendum videtur non liquere,quod Cœlestinus V. approbauerit Ordinem , & statum Fratricellorum. Prætendebant quidem ipsi se ab eo priuilegium , & approbationem habere;sed prætendebant solùm,non autem probabant. Bonifacius autem VIII. ei succedens ex certis, & rationabilibus causis omnia à Cœlestino concessa, quæ per ipsum Bonifacium non contingeret approbari, viribus penitus vacuauit : istud autem priuilegium non inuenitur per Bonifacium approbatum,vt dicitur *Extrauag. Io.22.tit.7.* Et hinc est , quod Ioannes statum illum non admiserit , præsertim cùm deprehenderit ipsos habere errores, quos Cœlestino Pontificatum regente ocultauerant. Error autem personarum non facit statum , in quo versantur esse malum , & si merito possit esse causa statum alioquin ex se bonum extinguendi.

6. Itaque ad ea, quæ dicit Canus respondendum est nos non negare Religionem approbatam ab vno Romano Pontifice posse extingui authoritate alterius, imò & eiusdem pro diuersis temporibus ; nam quòd hic,& nunc prudenter iudicatur conueniens pro alio tempore , potest etiam prudenter iudicari disconueniens , ex quo capite oritur mutatio legum quæ sunt de iure positiuo : quod iudicium diuersum potest oriri ex incuria,aut malitia Religiosorũ Religionis aliàs approbatæ,aut ex eo,quod aliquid agant, vel tollant Religiosi de sua regula,ratione cuius reddantur leges minus vtiles,aut fortè contrariæ ad obseruationem status perfectionis , vel denique ex nimietate peccatorum ipsorum Religiosorum.

7. Vnde ex his non pugnat , quo minùs aliquæ Religiones,alioqui,& ex se,& pro eo etiam tempore, quo approbatæ fuerant , Ecclesiæ vtiles , successu temporis , vel ob malitiam inhabitantium in ea, vel propter circunstantias temporum , & statum Ecclesiæ mutatum , inutiles fieri , ac proindè etiam abrogari possint , quod enim legibus , id etiam Religionibus quoad hoc accidere potest , vt omnes fatentur : Idque solùm probant exempla , quæ Canus *loco citato* affert , quamuis fortè non omnia sufficienti auctoritate,ac fide nitantur.

RESOL. XXV.

Qua certitudine credendum est Papam, non posse errare in approbatione Religionum? Ex part.11. tract. addit.2. Resol.etiam 25.

§.1. REspondeo hanc conclusionem esse de fide; Ita docet Amicus *in curs.theol. tom.4. disp.7. sect.3.num.79.* Franciscus del Castillo *in 3.sent.tom.3. disp.16.quæst.9.n.8.in fine.* Castrus Palaus *tom.1.tract. 4.disput.1. punct.5.§.6.num.6.* vbi sic ait: Cum Pontifex Religionem aliquam approbat, approbat vitæ aliquod institutum sub voto paupertatis, castitatis, & obedientiæ, tanquam aptissimum, & Euangelio nimis conforme ad salutem consequendam, hoc autem institutum, & continet finem aliquem ad diuinam gloriam, & salutem æternam pertinentem, & insuper media aliqua, quibus hic finis obtineri potest: Dicendum ergo existimo de fide esse, non posse Pontificem in approbatione huius finis,& mediorum,quæ sibi proponuntur, errare; itaut approbet tanquam consentaneum Euangelicæ perfectioni quod verè consentaneum non sit.Ita ille.

2. Vndè ex omnibus *superiùs* dictis sequitur, Pontificem non potuisse errare in approbando institutum nostræ Religionis Clericorum regularium Theatinorum viuendi absque redditibus, nec petendi directè, vel indirectè eleemosynas, sed ex sponte oblatis viuere,& qui contrarium diceret,seuera censura dignus esset ex rationibus *superiùs* adductis.

3. Ex quibus infert etiam Pater Amicus, *vbi sup.n.*83.ad finem pertinere,quod Gregorius XIII. *in Bulla: Quanto fructuosius,edita anno* 1582.*Calendis Febr.*declarauit esse verè,& propriè Religiosos, eos, qui in ipsa Societate admissi biennio probationis peracto,tria vota simplicia emittunt, non minùs,quam si in Professorum numerum adscripti essent.

4. Quam doctrinam sequuntur multi docti Theologi. Et ratio est, quoniam hoc spectat ad substantiam nostræ Religionis;spectat enim ad peculiarem quemdam gradum nostræ Religionis constantem ex scholasticis approbatis,qui in nostra Religione substantialis est.Quare sicut non potuit Pontifex in reliquis gradibus eiusdem Religionis approbandis errare; ita neque in hoc,cum ex omnibus gradibus constet substantialis perfectio nostræ Religionis. Ita Amicus, quod etiam docuit ex eadem Religione Pater Turrianus *in 2.2.D.Thomæ disp.16 dub.2,*Sed circa præsentem quæstionem ne deseras videre Ioannem de Sancto Thoma *in 2.2 disp.9.art.2. fol.776.* vbi firmat Pontificem errare non posse in approbatione alicuius Religionis,& qui oppositum diceret ad minus tanquam temerarius, & scandalosus, & errori proximus haberetur, & respondet posteà ad argumenta Caietani,& Soti.

RESOL. XXVI.

An Pontifex possit errare approbando, vel reprobando aliquem contractum,& agitur de Monte pietatis?

Idem potest quæri de aliquo actu, an sit Simoniacus, vel non?

Et etiam quæritur, an Pontifex habeat infallibile iudicium de propositionum philosophicarum probabilitate? Ex part.11.tract.addit.2Resol.etiam 26.

§.1. IDem potest quæri de aliquo actu: An sit peccatum simoniæ, vel non?& quidem Caietanus *tom.2. opusculorum tract. 6.* Sotus *6. de inst. quæst.1. artic.6.*agentes de Monte pietatis, putarunt definitionem Leonis X, *in Concilio Lateranensi.* §.10. qua definit, eum montem non esse vsurarium, ad fidem non pertinere, quia existimant naturas contractuum potiùs esse explicandas à Philosophis moralibus: & licèt de quadam definitione in specie loquantur, sed videntur supponere vniuersalem doctrinam: si enim in explicanda natura vnius contractus vsurarij errare potest,poterit in aliis, omnesque similes definitiones poterunt in dubium reuocari.

2. Sed omninò contrariam sententiam tenent communiter Theologi: & ideò Malderus *in 2.2. D. Thomæ,quæst.1.art.10.disp.6.propos.5.* sic asserit: Non potest Pontifex errare, quando toti Ecclesiæ ex Cathedra declarat aliquem contractum esse licitum, aut illicitum,& vsurarium. Hoc enim sanctitas Ecclesiæ postulat,vt non profiteatur bonum, malum, aut malum,bonum. profiteretur autem,si caput eius ita præscriberet. Ita ille.

3. Et quidem id spectat ad authoritatem Pontificis,quia cum sit Summus Pastor,habere debuit infallibiliem potestatem salubriter pascendi oues Christi; valdè autem diminuta foret eius potestas,si non se extenderet ad huiusmodi leges declarandas. Nec refert,quod earum delatatio proximè pendeat ex natura talium legum,& ex philosophia morali, non ex scriptura sacra, nam ea Pontifex non definit, quatenus veritates philosophicæ sunt, sed quatenùs sunt præcepta morum;ad salutem necessaria, ad quæ definienda habere debet infallibilem assistentiam Spiritus sancti, ne definiat,& declaret, quod contrarium est saluti hominum. Confirmatur; nam etiam Clemens V.*in Conc.Vienensi* declarauit, animam rationalem esse veram corporis formam, quæ veritas proximè ex philosophia pendet, quia tamen dirigitur ad doctrinam fidei, potuit, & de facto fuit à Pontifice authenticè definita,adeò vt hæreticus sit censendus, qui contrarium docet, atque ex his solutum manet fundamentum Soti.

4. Vide etiam Turrianum *tom.1. disp.16. dub.2.* Bellarmin. *lib.4.c.10.*Bañez *in 2.2. q.1.art.10.dub.6.* Vndè P. Molina *lib.2.de iust.disp.325.*agens de citata definitione Leonis; meritò reprehendit doctrinam Soti,& Caietani,& ferè videtur sensus Ecclesiæ;recipit enim Ecclesia has definitiones tanquam omninò certas,& indubitatæ veritatis. Et ratio huius doctrinæ esse debet,quia esset contra sanctitatem Ecclesiæ, si Pontifex posset iniustum natura sua contractum proponere vt rem iustam,quæ res cum ad mores pertineat,magni momenti est, neque esset à Christo sufficienter prouisum, si Ecclesiæ caput hoc modo errare posset,quod non est vllo modo concedendum, & certè cum veritas istarum rerum valde sit necessaria, necessarium etiam fuit, vt in earum declaratione Pontifex errare non posset.

5. Vide etiam Verricelii *in quæst. moral. tom.1. tractat.8, quæst.25. num.9.* asserentem, quòd Mons Pietatis à Leone X. licitus declaratus, de fide est, quòd sit iustus.Ita rectè Nauarrus *comment,de vsuris num.59.* Sotum, & Caietanum grauiter reprehendit immodestiæ, & irreuerentiæ erga Sedem Apostolicam & Concilia Generalia, displicet mihi, viros tam doctos fugillare, sed necessarium est in re tam graui:Et quidem contra Caietanum, & Sotum insurgit ex Dominicanorum familia Magister Ioannes de S.Thoma *in 2.2.q.1.disp.9.art.3. fol.777.* vir quidem sapientissimus.

6. Dico igitur contra supradictos omninò certum esse Montes pietatis,& laudabiles, & ab omni labe vsuræ immunes esse.Probatur authoritate Concilij Generalis Lateranensis sub Leone X. *sess.10.* vbi

vbi Pontifex, re maturè discussa, & collatis vtriusque partis rationibus, tandem sacro Concilio approbante definit montes in quibus pro ministrorum impensis, & sola montium indemnitate aliquid moderatum vltra sortem accipitur esse laudabiles, & meritorios, & Concil. Trident. *sess. 22. cap. 11.* & sæpè ante inter pia loca Montes pietatis numerat, & Doctores communiter consentiunt. Sotus *resp. Caiet.* qui Concilio interfuit, scripsisse post Concilium contra Montes, & tamen à nullo fuisse reprehensum. Deinde asserere originalem Bullam habere aliquam limitationem, quam non habet decretum, quod circumfertur: Sed Sotus errat grauiter. Primò enim non scripsit Caiet. post Concilium, sed septemdecim annis ante hanc definitionem, vt patet legenti, & Acta Concilij & finem opusculi Caietani. Secundò non interfuit tanquam Cardinalis, sed tanquam Magister Ordinis, postea enim factus est Cardinalis. Tertiò, hanc, quam citamus definitionem, approbauit Caietanus, quia suffragium rogatus annuit; cum enim singuli fuissent nominatim interrogati, nemo contradixit præter Archiepiscopum Tranensem 4. *in isto opusc.* non agit de definitione facta à Concilio (quæ, vt dixi 17. annis post illud opusculum est edita) sed Bulla aliqua Pontificis alicuius præcedentis, quæ continebat approbationem montium. Vnde Sotus non subsistit. Insistendum ergo est definitioni generalis Concilij (quæ etiam ad montes postea erigendos extenditur) vt ibi declarat Pontifex: fundamentum est, quod habeat ius seruandi se indemnem; atqui moderatum illud, quod datur, est ad indemnitatem montium, & ad compensandas obligationes, & contra, quæ subeunt mutantes in gratiam communitatis.

7. Dices cum Caietano, & Soto *loc. supra citatis* pignus datur in vtilitatem solius mutuantis, & securitatem debiti acquirendi suo tempore: ergo illi soli incumbit cura illud custodiendi. Ergo iniustum est exigere à pauperibus pro hoc labore salarium, sicut quãdo aliquis de commodato ob ipsius solius vtilitatem, commodatarius debet facere sumptus, qui sunt necessarij ad conseruandam rem commodatam, non verò commodator. Respondetur primò falsum assumi, quia secundùm iura creditor habet actionem contrariam pignoratitiam contra debitorem ad recuperandum omnes sumptus necessarios, quos fecit in conseruando pignore, *l. si necessarias. ff. de pignorat. act.* Immo etiam & vtiles *l. impensa, ff. de verb. significe.* Vndè si pignori des mihi equum, debes soluere expensas factas non solùm in alimẽta equi, sed etiam in famulũ, qui custodit equum, vt habet Barthol. *in l. Interdum, qui potiores in pignore.* Ergo stando in iure communi, debentur præfectis montium omnes expensæ necessariæ, & vtiles factæ in conseruatione pignorum, & per consequens famuli, quibus illa cura incumbit debent ali à mutuatariis.

8. Obseruandum verò est cum Turriano *loc. cit.* eodem modo, ac de vsurario contractu loquendũ esse, cùm Pontifex declarat aliquam conuentionem esse simoniacam, & de vitio simoniæ in specie loquitur Bañez *supra*, & planè sentiunt Doctores, qui docent Pontificem non posse proponere toti Ecclesiæ, vt honestum aliquid, quod reuera peccatum est, quod maximè decet sanctitatem Ecclesiæ Et idem iudiciũ est, quando Pontifex declarat ex aliquo peccato non oriri obligationem restituendi, sicut de simonia mentali docuit Gregorius *cap. fin. de simonia*, vt multi putant; & ideò falsò Bartholomæus Medina *in summ. l. 2. §. 21. cap. 14.* dixit, Pontificem ibi secutum esse opinionem probabilem, sed contrariam esse probabiliorem, nempè mentalem simoniam obligare ad restitutionem.

Sup. hoc in tom. 5. tract. 7. Ref. 22. §. vlt. & in Ref. 23. per totam & in aliis eius secundæ not.

9. Falsa est igitur sententia Medinæ, qui admittit declarationes Pontificũ in decretalibus posse esse falsas in decretis harum rerum, quæ ad mores pertinent, atque adeò cogitur fateri posse aliquid reuerà inhonestum, vt honestum proponere toti Ecclesiæ, mirum verò est Caietanum, Sotum, & Medinam viros doctos, & pios ita sentire de potestate Pontificis in his, quæ ad mores pertinent.

10. Nec obstat contra *superius* dicta authoritas Melchioris Cani *l. 5. a. 5.* vbi docet, posse Pontificem in iudicio circa personas priuatas, & Ecclesias particulares errare præcipiendo, vel prohibendo aliquid, quod rationi, & Euangelio contrarium est, & adhibet exemplum de illo, qui occultè vna vxore habita, alteram publicè ducit, in quo casu præcipit Ecclesia, vt priore relicta, posteriorem accipiat. Nec inquam, hæc obstant; nam respondeo cum Amico *vbi sup.* ad exemplum adductum, vel negandum est posse Pontificè in tali casu, si constet de legitimo matrimonio cum priori vxore, cogere virum, vt relicta priori posteriorem accipiat: vel certè declarat tunc Pontifex prius matrimonium, præsertim vbi Concilium Tridentinum receptum est, non fuisse validum defectu publicitatis in contractu matrimoniali requisitæ. Quanquam posset in hoc Pontifex errare, cum pendeat ex facto, an nimirum prius matrimonium fuerit validum. Licèt semper in huiusmodi casibus standum sit iudicio Pontificis.

11. Sed hîc obiter quæro, an Pontifex habeat infallibile iudicium de propositionum philosophicarum probabilitate? Respondeo, non videtur de talibus Pontificem debere iudicare, nisi interfit fidei eiusmodi propositionem probabilem haberi: quo modo Clemens V. *in Concilio Viennensi* definiuit erroneum esse, si quis dixerit animam rationalem non esse formam corporis humani per se, & essentialem, & Leo X. *in Concilio Lateranensi* præcipit philosophis, vt pro posse Christianam fidem contra philosophorum argumenta adstruant. Vbi acta habent, Caietanum interrogatum respondisse, sibi eam partem Bullæ non placere. qua præcipitur philosophis, vt publicè suadendo doceant veritatem fidei. Verùm rectè poterat statui, vt saltem contraria philosophorum argumenta soluendo, quæ omnia solubilia sunt philosophiæ Professores propugnent dogmata fidei. Et hæc omnia docet Malderus *in 2.2. D. Thomæ q. 1. art. 10. disp. 6. prop. 6.*

An clausis oculis standum sit Decretis Pontificiis? Ex part. 11 tract. 1. Ref. 15. *Quæ nunc inuenietur* tom. 6. tract 1. Ref. 27.

TRACTATVS SEXTVS
DE
POTESTATE PONTIFICIS
eligendi sibi Successorem.

RESOLVTIO PRIMA.

An Pontifex possit sibi eligere successorem?
Et affirmativa sententia proponitur? Ex part.10. tr.5. Res. etiam 1.

§. 1. POsse Pontificem, absolutè loquendo, & in rigore eligere sibi Successorem, docuit hac nostra tempestate ingeniorum Phœnix Gabriel Vasquez *in 3. part.tom.3. disp.244.cap.3. num.26.* vbi sic ait. Postremò de electione Summi Pontificis Romani dicamus; de qua; eum certum sit, ab ipsis Summis Pontificibus esse modum electionis præscriptum,& Cardinalibus commissum, manifestè consequitur hoc ius primariò in ipso Summo Pontifice esse, vt ipse eligere sibi possit successorem: sicut Petrus elegit sibi Clementem, teste Ioanne III. in Epistola vnica,quæ est ad Germaniæ & Galliæ Episcopos, *capite primo*, Nam, si non posset Summus Pontifex Successorem sibi eligere, neque etiam sua lege positiua aliis præscribere posset modum electionis, sicut reuera præscripsit, & Cardinalibus tribuit. Contrà verò, qui potestatem à Deo habet præscribendi modum electionis aliis, & eum immutandi, prout expedire iudicauerit; cur etiam non habebit Successorem sibi eligendi? Et quidem Beatum Petrum elegisse Clementem, vt sibi succederet, negare non possumus: cùm id expresè testetur Ioann. 3. in prædicta epistola: nam Linus,& Cletus non successerunt Petro in Romano Pontificatu; sed ipso viuente absolutè ordinati sunt Episcopi, hoc est sine vlla Ecclesia, vt Petri Coadiutores essent: sicut *disp.241. cap.1.* diximus. Et idem *Ioannes III.* scribit: nullum autem fundamentum habemus, vt asseramus, hoc fuisse Petro ex peculiari priuilegio concessum, vt sibi successorem posset eligere. Scio quidem viros peritos aliquos oppositam sententiam sequutos fuisse, vt Antonium & Panormitanum *in cod. Licet de electione*: eò quòd effectus huius electionis referatur ad tempus, quo iam non est Papa, & ideo videatur nulla; cùm tunc iam non sit Papa, cuius authoritate id fieri debet: id,quod etiam docuit Syluest. in Summa, *verbo excommunicatione 9.num.2.* Verùm hæc ratio mihi non probatur; nam sicut Pontifex tribuit aliis facultatem, vt post mortem suam successorem eligere possint; cur etiam ipse in vita sua non posset ipsum ita designare, vt ius successionis haberet; Præterea hanc potestatem potuisse illi Deum tribuere, nemo dubitare potest: cumque legamus, Petrum elegisse Clementem sibi Successorem; dubitare etiam non debemus, aliis etiam Pontificibus hanc potestatem reipsa Deum tribuisse. Cæterum, quamuis dicamus, iure diuino hanc potestatem eligendi Pontifici Romano concessam fuisse, non proinde asserimus hunc esse magis conuenientem modum electionis, aut semper Pontificem eo vti posse sine peccato: nam potestas à Deo ita concessa est, vt si hoc modo electio magis expedire iudicetur, fiat, sin minus, aliis committatur, & præscribatur modus illius,& hic modus vt plurimum magis conueniens est. Hucusque Vasquez.

2. Sed post Iesuitam, Dominicanum loquentem audiamus, & is erit sapientissimus Magister Victoria *in Relect. vndecim. de potestate Eccl. q.2. prop.10.n.2.3.* B. Petrus(ait) potuit eligere & designare sibi Successorem; qui defuncto Petro, sine alia electione esset Summus Pontifex. Hæc propositio non recipitur à Theologis recentioribus, quòd sint Pontificiæ dignitati aliquanto infestiores, quàm deceret,alioqui pij,& Christiani Scriptores. Sed probatur primò ex facto Petri, qui (si fides habenda est narrantibus) Clementem viuens ipse Pontificem nominauit; vt habetur 8.q.1.*cap.si Petrus*; ex authoritate Ioannis scilicet Tertij,qui fuit temporibus Iustiniani.

3. Item probatur manifesto,& inuicto argumento: nam, vt probatum suprà est,poterat ferre legem de electione Successoris; sed potuisset ferre legem,vt viuens Pontifex eligeret Successorem; imò illa lex videtur futura conuenientissima ad tollenda Schismata,& ambitiones: sicut apud Romanos durante adhuc Magistratu Consulum designabantur futuri Consules,quare ergo non ita potuit fieri de Summo Pontifice? Item potuit ferre legem,vt Episcopus viuens nominaret sibi Successorem; quare non potuit de Summo Pontifice? Sequitur consequenter, quod tantundem potuit facere quilibet Successor Petri. Patet, quia habuit eandem potestatem. Hæc Magister Victoria.

4. Probari potest hæc opinio: nam ad Papam spectat definire modum,quo sibi succedatur: Sed vnus eorum est,vt antecessor Successorem nominet; qui neque includit repugnantiam, nec apertam præ se fert indecentiam: ergo,&c. Confirmatur, quoniam Papa statuere valet, vt eo viuente eligatur Successor eo modo, quo Imperator eligitur. Valet præterea hanc nominandi Pontificis prærogatiuam vni personæ concedere; vt Ostiēsi Episcopo,vt eligat sibi successorem *c.petit.7.q.1.* & 8.*q.1.* non semel; ergo & ipse idem poterit efficere: cur enim non sibi tribuat quod aliis potest: Denique ostendimus Petrum id egisse: neque constat permotum fuisse singulari priuilegio aut reuelatione: fecit ergo ex ordinaria potestate.

5. Nec obstat dicere cum Cardinali Turrecremata,vt infrà,Petrum non elegisse Clementem, qui sibi succederet,sed solùm nominasse illum,vt postea eligeretur, & ita reuera Clemens non fuit secundus Pontifex à Petro, sed Linus & Cletus, vt patet ex *can.Missa*, & ex Iren.*lib.3.cap.3.* non fuit ergo Clemens à Petro electus.

6. Respondeo,

6. Respondeo, opinionem Turrecrematæ non esse admittendam; cùm sit contra Tertullianum *de præscriptionibus*, Hieronymum *lib.*1. in Iouinianum, *& in cap.* 52. Isaiæ, Ruffinum *in præfatione Relectionum*, *& in inuectiua contra Hieronymum*; Ioannem III. Papam *in epist. ad Episc. Germaniæ*; Anacletum *ep.*1. Damasum *in vita Petri*, *& contra cap. si Petrus*, *& c. vnde* 8. *q.*1. Vide ex Scholasticis Pitigianum *in* 3, *sentent. tom.*2. *disp.*25. *q.*2. *art.*3. *concl.*2. Itaque dicendum est, vel Clementem fuisse quidem à Petro electum; sed statim verò post mortem ipsius Petri renunciasse ac noluisse succedere: quod videtur sentire Epiphanius *serm.*27. & docet Bellarm. *de Rom. Pontif. l.*2. *cap.*5. & Baron. *tom.*1. *ann.*60. *à num.*35. vel dicendum de facto Clementem successisse Petro. Ita Patres citati.

7. Linus ergo extitit coadiutor Petri eo viuente, Romanamque Ecclesiam gubernabat eo absente ipsoque ante Petrum defuncto, Cletus in eodem munere suffectus est; tandem verò mortuo Petro, Clementis eius Successoris Cletus itidem, quandiu vixit Coadiutor fuit, ob idque hi duo inter Episcopos Romanos numerantur. Vide Turrianum *l.*4. *contra Cent. cap.*10. & Suarez *vbi infrà num.*8. & ita hanc affirmatiuam sententiam præter Vasquez, & Victoriam adductos ad recentioribus firmat Andr. Duuall. *de potest. Pontificu part.*3. *quæst.*6. Martinus Bonac *tract. de electione Pontificis quæst.*6. *puncto* 4. *propos.*2. *num.*3. 5. 8. & alij.

RESOL. II.

Opinio negatiua affertur, videlicet non posse Papam sibi Successorem constituere? Ex part.10. tract.5. Res. etiam 2.

§.1. His tamen non obstantibus secunda opinio negat Pontificem posse sibi eligere Successorem. Et illam tenet Cardinalis Iacobatius *de Concil. lib.*5 *art.*22. *num.*2. *& l.*8. *art.*18. Cardinalis Albanus *lib. de Cardinalatu*, *q.*32. Cardinalis Turrecremata *in Summa Eccl. l.*2. *cap.*51. Card. Caietanus *tom.*1. *opusc. tr.*3. *in Apolog. de comparatione authoritatis Papæ cum authoritate Concilij part.*2. *cap.*22. & alij quos citat, & sequitur Reuerendiss. P.M. Vincentius Candidus Sacri Palatii Magister dignissimus, *in peculiari disquisitione de hac q. impressa in fine tom.*2. *suorum operum fol.* 342. Idem docet Pater Comitolus *in Resp. moral. lib. quæst.*98. Azorius *in Summa tom.*2. *lib.*4. *cap.*5. *q.*3. Turrianus *in* 2.2. *tom.*2. *disp.*15. *dub.*3. Michaël Tarrade *in amplitudine beneficiaria disp.*1. *& disp.*5. *q.*2. *num.*18. Villadiego *de Card. q.*5. *num.* 19. Mancinus *in disq. cent.*2. *cap.*177. Acugna *in Decretum Gratiani p.*1. *dist.* 79. *cap.*10. *num.*1. Laudensis *de Card. q.*20. *&* 39. Lauorius *Var. tom.*1. *tit.*4. *cap.*43. *num.*33. Armacanus *lib.* 1. *cap.*15. *&* 19. Paludanus *de Rep. Eccl. cap.*7. Tiraquellus *de Iure const. part.*3. *limit.*2. *num.*4. Alphons. Mendoza *in QQ. Quodlibeticis q.*4. Rodulphus Cupers *tract. de Ecclesia, artic.* 2. *num.* 23. *fol.* 151. & alij.

2. Probatur hæc opinio à Caietano ex illa propositione Aristotelis *de somno & vigilia*, dicentis: *Eius est potentia, cuius est actus*; sed electionis Papæ actus, simpliciter & absolute nō est Papæ: ergo potestas electiua Papæ nō conuenit formaliter Papæ. Maior patet ex Aristotele. Minor probatur: electio Papæ est actus factiuus, quantum ex se, tunc Papæ: quod est dicere, quod per actum electionis pro illo tempore, quo eligitur Papa, efficitur Papa ille, qui eligitur: ergo repugnat ei, quòd præsupponat pro tunc Papam. Patet consequentia, quia quod fit, non est, si enim esset, non fieret. Tunc vltra; ergo elector præsupponitur secundum naturam rei electioni, & est simul tempore cum electione. Tunc vltra: Ergo actus electionis Papæ non est Papæ; quia electio Papæ est actus Electoris Papæ.

3. Deinde Turrecremata alias addit rationes; translato nempe sacerdotio legali, oportuisse formam etiam assumendæ personæ ad Sacerdotium transferri. In Sacerdotio legali vim habebat successio originis & carnis; debebant enim Sacerdotes esse ex stirpe Aaron *Exod. c.*28. Decuit ergo, inquit, Turrecremata, vt huiusmodi forma, translato Sacerdotio, transferretur in aliam; vt iam non per carnis originem, sed per electionem assumptio fieret personæ ad Pontificatum. Hæc est illius prima ratio.

4. Sumit secundam ex spiritualitate Sacerdotij Euangelici, cuius summus Principatus non carni, sed vitæ & spiritui debetur. Tertiam vniuersitate Sacerdotij, quod ad omnes tribus, & nationes pertinere potest, ac pertinet. Quartam ex qualitate vitæ, & sanctimonia, quæ requiritur in maximo Sacerdote; quæ sanctitas minus periclitatur, difficiliusque perit si Sacerdotium summum non origine, sed electione mandetur. Quintam ex periculo fortuito, quod accidere posset, si successione originis Pontifex eligeretur. Sextam ex vtilitate populi Christiani, cui Pontifex maximus præficitur. Septimam ex ratione naturali: quia nullus videtur iustè præesse multitudini, nisi ex eius consensu; ita à Christo, ait, Ecclesiæ potestatem permissam esse sibi creandi Pontifices. Vnde subiungit Turrecremata, de iure naturali, & quasi diuino videtur esse, quòd Papa non faciat sibi successorem, nec post mortem, nec post resignationem. Et paulo post; sic ergo patet, quod tam iuri diuino, quam naturali consonum videtur, quod ex electione, (cùm hodie sunt Cardinales, vt *in cap. In nomine Domini dist.*23. *&* 79. *cap.*1.) fiat Papa, siue assumatur summus Pontifex.

5. Et hanc vltimam rationem nimis approbat Azorius *loco citato*, vbi sic ait. Existimo dicendum, id quidem iure diuino, & Christi institutione non esse interdictum; nusquam enim id in Sacris litteris legimus vetitum, aut improbatum: nec enim arbitror, tantummodo ius Canonicum prohibere, quominus Romanus Pontifex Successorem nominet & creet, nam si id solummodo ius Canonicum prohiberet; possent illud Romani Pontifices abrogare: sed ipso iure naturali videtur esse cautum, ne id vlla ratione fiat; nam eo ipso, quo Christus Petrum suum Vicarium creauit, & voluit in eadem potestate Romanum Pontificem succedere: liberum Ecclesiæ reliquit, vt hoc, aut alio modo Pontifex eligeretur. Hac tamen libera potestate à Christo relicta, consequitur vt ipsa naturalis ratio præcipiat, ne Romanus Pontifex Successorem eligat; cùm illa dictet, innumera penes mala in Ecclesiam oritura, si Papa id fecerit.

6. Quare, etiamsi aliquis Romanus Pontifex sibi Successorem creasset; nihil sanè fecisset: nam post eius obitum Ecclesia nequaquam permisisset: Generalis enim totius Reip. Christianæ, pax, & tranquilitas perturbaretur; ac proinde alium in demortui Pontificis locum Ecclesia subrogaret, teste Gomez. *q.*1. *in regula de Infir. resig.* Hæc Azorius. Et hanc sententiam esse communem inter Doctores testatur Panormitanus *in capite licet de vitanda, de elect. num.*2. Sic asserens: Non tamen Papa potest eligere sibi successorem, vt notat Gloss. *in cap. Apostolica* §. *His omnibus* 8. *quæst.*1. & sequitur Ioan. Andr. hic & Archid. *in cap. transitus dist.*79. & tenetur hoc dictum communiter

muniter per Doctores. Et est ratio, quia effectus huiusmodi electionis refertur ad tempus, in quo non est futurus Papa *leg. qui de iurid. omn. iud.* Hæc ille.

RESOL. III.

Sententia media inter affirmatiuam, & negatiuam sententiam superius adductam proponitur.

Et cursim infertur, an ex dispensatione possit Episcopus Successorem sibi eligere?

Et an possit Pontifex adhuc viuens renunciare Papatum, & alium Papam loco sui eligere, id est, existens Papa an possit alium designare?

Et aduertitur non posse Papam prius renunciare Papatui, & deinde alium eligere? Ex part. 10. tract. 5. Resol. etiam 3.

§. 1. VIdisti, amice Lector, circa præsentem quæst. inter se pugnantes sententias; nunc tertiam opinionem mediam inter supradictas aferam, & est Patris Suar. *de fide, spe & charit. disp. 10. sect. 5. num. 16.* vbi admittendo supradictas opiniones tanquam probabiles, tamen addit: Ego nec simpliciter concederem dictam potestatem Pontifici, nec negarem simpliciter: potest ergo Papa ordinare modum electionis, iustum tamen, & vtilem Ecclesiæ, quique non sit in destructionem eius, sed in ædificationem: quare si tentaret prædictum eligendi modum, tanquam ordinarium præscribere, valeret is minimè, neque esset obseruandus: quia planè vergeret in perniciem Ecclesiæ, vnde apertam contineret iniustitiam attamen si in raro casu vrgente aperta Ecclesiæ necessitate, id faceret, iustè faceret, legitimaque Potestate vteretur, vt arbitror. Et rationes pro Victoria factæ probant. Ita Suarez.

2. Sed magis latè hanc sententiã probat doctissimus Pater Franciscus Amicus *in cursu Theol. tom. 4. disp. 6. sect. 6. num. 204. & segu.* vbi firmat, quod posset Sum. Pontif. sibi successorem post mortem designare, isque sic designatus, validè electus foret; modo, talis electio apertam non contineat iniustitiam: quod tunc esset, vt declarat Glossa *in c. si transitus disp.* 79. quando Pontifex hoc faceret, quasi ex testamento dignitatis suæ hæredem substitueret. Nam tunc inualida esset electio, tanquam vsurpati iuris non sui: cùm Pontifex hanc potestatem non habeat vt hæreditariam cum iure de illa disponendi quomodocunque, sed in vtilitatem dumtaxat, & emolumentum Ecclesiæ.

3. Assertionem sic explicatam, probat, primò ex præcit. *cap. si transitus*; in quo videtur supponi, posse Pontificem futurum Successorem nominare: sic n. habet: Si transitus Papæ inopinatus euenerit, vt de sui electione successoris, ante decernere non possit &c. nam etsi hoc caput nonnulli explicent de electione successoris, non quem ipse Pont. immediatè, & per seipsum designet, sed mediantibus Electoribus, cum quibus ante mortem de futuro successore ab ipsis eligendo deliberet; nulla tamen ratio cogit ad illud sic intelligendum. Præterea si potest illum per Electores à se designatos eligere; cur non posset ipsemet illum eligere: cùm sit supra Electores qui potestatem eligendi habent ab ipso Papa, qui electores pro futuro Pontifice determinare potest.

4. Dices, ideò non posse præsentem Papam, futurum eligere; quia mortuo eligente non amplius obligat eius electio quæ in vita elegentis non habuit effectum.

5. Sed contra; nam vnde constat mortuo Papa eligente, eius electionem non ampliùs obligare? Potuit enim Christus hanc potestatem suo Vicario concedere; & aliunde non constat illam ei non concessisse.

6. Probatur igitur Assertio secunda ipso facto Petri, qui viuens successorem sibi elegit Clementem; vt ipsemet & Clemens testatur *Ep. 1. ad Iacob. Fratrem Domini, circa initium*; & Ioannes III. *in Ep. vnica ad Germaniæ & Gallia Episcopos*, & habetur *cap. si Petrus 8. quæst. 2.* vbi dicitur, Petrum Pontificiam potestatem tradidisse successori suo. Quo modo eligendi, aliqui apud Suarez *disp. 10. sect. 4. n. 8.* vsos fuisse, putant, Linum & Cletum.

7. Dices, aut Clemens electus fuit à Petro peculiari instinctu Spiritus S. qui modus non est in exemplum trahendus; vel certè electus fuit à Petro non immediatè, sed mediantibus Electoribus, quos Petrus ipse constituit: sicut dicitur Pontifex eligere futurum Papam per Electores à se constitutos. Sed contra primò, nam vnde constat, hoc Petrum fecisse peculiari instinctu Spiritus S. & non ex ordinaria potestate sibi à Christo communicata? Contra secundò, Quoniam (vt rectè notat Caietan. *tom. 1. opusc. tr. 3. in Apol. de comparatione authoritatis Papæ cum authoritate Concilij part. 2. cap. 22. ad 5.*) talis explicatio est contra textum, in quo legitur, Tradente sibi Petro; non autem ordinante.

8. Probatur tertia Assertio posita, quia nullum extat ius diuinum oppositum prohibens; humanum autem positiuum non sufficit, cùm Pontifex plenam potestatem habeat suprà omne ius humanum positiuum: & suam potestatem habeat non ab Ecclesia, sed à Deo.

9. Dices: Hoc ius diuinum colligi ex duobus capitibus *Episc. 8. quæst. 1.* in quibus statuitur, non licere Episcopo successorem sibi eligere. Sed contrà, nam manifestè ibi agitur de iure Ecclesiast. quod fuit in Antiocheno Concilio determinatum. Et constat, quia ex dispensatione Papæ potest Episcopus Successorem sibi eligere; vt notat ibi Glossa, & expresè habetur *cap. petisti. 9. quæst. 1.* vbi Pontifex Zacharias concedit Archiepiscopo Moguntino, vt sibi successorem post mortem eligat.

10. Nec obstat dicere cum Doctoribus negatiuæ sententiæ, quòd non fuit expediens, vt talis potestas concederetur Pontifici ob multa incommoda, quæ ex tali electione nasci possent. Vnde efficax Argumentum sumunt ex eo, quòd nullus Pontifex hactenus tali modo vsus sit. Nam ratio tantùm probat, huiusmodi electionem irritam fore in casu in quo apertam contineret iniustitiam. Alias n. in maximum bonum Ecclesiæ interdum cederet, si præsens Pontifex, præuidens futura schismata ex futuri Pontificis electione, ipsemet successorem designaret. Cæterùm, quòd nullus Pontifex hactenus hoc modo eligendi vsus sit; id fortè accidit, vel propter probabilitatem contrariæ sententiæ; propter quam meritò nullus voluit futuri Pontificis electionem dubio exponere: multa n. speculatiuè iudicantur vera; quæ tamen, vt redigantur in praxim, non semper censentur tuta; tùm ne daretur occasio, vt Pontifices hoc iure vterentur vt proprio & hæreditario; qui esset pessimus potestatis abusus.

11. Addit etiam Amicus, quòd posset Pontifex adhuc viuens renunciare Papatui, & alium Papam loco sui eligere. Hæc assertio sequitur ex præcedente: nam si potest Pontifex, naturali morte Papatu defunctus, ipse successorem sibi eligere, cur non poterit adhuc viuens, renunciato Papatu, alium in Sedem Petri designare? Nam quod possit spontè Papatum renunciare, maximè accedente consensu Ecclesiæ, ab

omnibus

omnibus conceditur: idque peculiari statuto definiuit Celestinus V. qui & ipse Papatui renunciauit: *vt de renunt. cap.* 1. refert Bonifacius VIII. qui tunc temporis erat vnus è Cardinalibus, vt ipsemet testatur. Quod autem ipse eligere possit Papam, probatur; quia modus eligendi Papam est de iure positiuo, pendens à potestate Romani Pontificis; ergo posset hunc modum statuere, ac seruare.

12. Aduertendum tamen est, non posse Papam prius renunciare Papatui, & deinde alium eligere: quia, renunciato Papatu, non haberet amplius potestatem mutandi modum præscriptum ab alio Papa. Sed existens Papa potest alium designare; per quam designationem simul & alter eligeretur, & ipse desineret esse Papa: ita vt electio vnius, esset renunciatio & depositio alterius; vt nec simul tempore essent duo Summi Pont. nec daretur tempus, in quo nullus esset in tali casu Pontifex; sed quando vnus desineret, alter inciperet.

13. Neque huic nostræ assertioni obstat, quod, cùm Celestinus III. graui morbo laborans renunciare vellet Papatui, & Cardinalem Ioan. de S. Paulo, tit. S. Priscæ, sui ipsius loco eligi cuperet; Cardinales noluerint, asserentes inauditum esse in Ecclesia Dei, vt summus Pontifex se ipsum deponat: nam hoc, factum non est ante Celestinum V. ante quem nullum præcesserat exemplum, quod summ. Pont. se ipsum sponte è Papatu deponeret. Hucusque Pater Amicus, vbi supra.

RESOL. IV.

Auctoris sententia, & de supradictis opinionibus iudicium breuiter profertur.

Et docetur Pontificem Adiutorem cum futura successione adsciscere non posse? Ex part. 10. tract. 5. Res. etiam 4.

§. 1. ET hæ sunt opiniones Doctorum, circa præsentem quæst. Quid ego sentiam, dicam breuiter. Ideo assero, quòd secundæ sententiæ negatiuæ libenter adhæreo, non solùm propter rationes, quas in sui fauorem adducunt communiter DD. sed primò propter relationem Consistorialem, quam DD. citati non obseruant, & de qua mentionem faciunt Ioan. Bapt. Casal. *de veterib. sacris Christianor. ritib. cap.* 79. *in fine*, & Andr. Victorel. *in addit. ad Ciac. in vit. Papæ Pij IV.* his verb. Anno. 1565. die 18. Cardinales in Consistorio alloquens, ætatem suam senio confectam in occasum quasi præcipitem ferri, narrans; adiecit, scire se, quæri à Iurisconsultis, an Romanus Pontifex sibi successorem deligere queat; & sub Paulo IV. agitatam quæst. An idem Pontifex adiutorem cum futura successione adsciscere possit. Et quamuis nonnulli, Decius in primis, id affirmet; eam tamen sententiam Pius, vt falsam, reiiciendam censuit: volebatque declarare, & si opus fuisset, statuere Pontificem, Cardinalibus etiam assentientibus, id facere non posse. Maior Cardinalium numerus decretum faciendum, iudicauit. Gambara dixit, declaratum olim à Pont. in Consistorio, & decreto firmatum, hoc à Pont. effici non posse: quare, aiebat, videndum, quibus verbis constitutio facienda. Pius, auditis sententiis, decretum inutile non futurum asseruit; seque declaraturum, Pontificem non posse successorem adiutoremve cum futura successione sibi eligere. Hæc ibi.

2. Secundo moueor ad negatiuam sententiam magis tenendam; quia, cùm Bonifacius II. tentauerit ordinare sibi successorem, Vigilium Diaconum; facta tamen iterum Synodo, ipsemet Bonifacius Papa reum se confessus est Maiestatis: quod sibi successorem constituisset; & decretum sua scriptione munitum, in præsentia omnium Sacerdotum, & Cleri, & Senatus, incendio consumpsit; vt refert Card. Baron. *tom. 7. ann.* 571. vbi inter alia hæc dicit: Sed & quam Deo ipsi displicuerit illud, manifestum est; cùm, ad aliorum exemplum, eundem Bonifacium citò ex hac vita substraxit. Hæc Card. Baró. & Gonz. de Illescas *in hist. Pontific. in vita eiusdem Bonifacij.*

3. Quæ omnia magis firmantur ex verbis S. Syluerij Pontificis & Martyris in epist. quæ habetur *tom. 2. Conc. ad Vigil.* qui factione Belisarij, eumdem S. Syluerium Sede expulerat & in illam fuerat intrusus; dum sic ait; Quia contra iura Canonica temporibus sanctæ memoriæ Bonifacij Papæ ipso viuente, designari conabaris, nisi tibi amplissimi Senatus obuiasset Iustitia; tunc prouidentia Pastorali, ac Pontificali authoritate tua execranda iam debuerant auspicia detruncari: sed dum paruum vulnus in te neglectum est; insanabile creuit apostema. Hæc S. Martyr.

4. His tamen non obstantibus, displicet mihi id, quod asserit Paulus Grylandus Dominicanus *in decisionib. fidei Cathol. vers. Papa num.* 17. Nempe esse propositionem temerariam, asserere, Pontificem posse sibi eligere Successorem. Nam vt verum fateat, hic Author aliquando nimis audacter se gerit in censurandis opinionibus, & debebat considerare istam propositionem, quam vt temerariam damnat, docuisse ornamentum suæ Religionis, Magistrum Victoriã, & sapientissimum Vasquez, præter multos alios viros doctos. Et licèt Pius IV. in cit. decret. Consistoriali vocet hanc opinionem falsam, tamen aliquis posset dicere de illo non constare autenticè, & declarationem illam Pontificis in lucem non prodiisse; ideo non obstante, quod ego firmiter teneam, non posse Pontificem Successorem sibi eligere; tamen puto sententiam affirmatiuam Magistri Victoriæ non posse aliqua censura inuri donec aliter ab Apostolica Sede determinatum fuerit; & Pater Suar. *vbi sup.* probabilem illam vocat: & à fortiori idem dicendum erit de ipsius sententia, & Patris Amici, licet mihi non placeat, & ideo illam impugnat ex eadem Societate Turrian. *in 2. 2. D. Thom. to. 1. disp. 15. dub. 3.* non n. ille casus peculiaris necessitatis potest moraliter contingere; & ideo non fuit necessaria talis potestas. Concludendum est igitur absolutè, Pont. non posse sibi eligere Successorem.

5. Nota verò quod post hæc scripta inueni sententiam affirmatiuam, quam suprà impugnauimus, docere etiam Martin. Ledes. ex inclyto Ordine Dominicano, præstantissimum Theologum, *qui in 2. Quarti, q. 20. art. 4. concl. 10. fol. mihi* 312. *col. 4.* sic ait: Beatus Petrus potuit eligere, & designare sibi Successorem, qui defuncto Petro sine alia electione esset summus Pontifex. Hæc conclusio non recipitur ab aliquib. Theologis recentioribus, eò quod sint Pontificiæ Dignitati aliquantum infensiores, quam deceret, alioqui, pij & Christiani Scriptores, qui si fides adhibenda est vera narrantibus, Clementem ipse viuens in Pontificem nominauit, vt habetur 8. *quæst. 1. c.* Si Petrus ex authoritate Ioan. I I. I. qui fuit temporibus Iustiniani. Præterea poterat ferre legem de electione Successoris: ergo potuisset ferre legem, quod viuens Pontifex eligeret Successorem, immò illa lex videtur futura conuenientissima ad tollendum Schismata, & ambitiones: sicut apud Romanos, & durante adhuc Magistratu consulum, designabantur futuri Consules: ergo ita potuit fieri de summo

mo Pontifice. Præterea potuit ferre legem,quod Episcopus quicumque viuens nominaret sibi Successorem, quare non posset etiam de Summo Pontifice; vnde sequitur, quod idem potuit facere quilibet Successor Petri, cum quilibet successor habeat eandem potestatem, quam Petrus habuit. Ita Ledesm. qui, vt vides, Victoriæ verba ad verbum transcripsit. Sed ejus argumenta superius reiecta sunt: Et vt verum fatear, parum modeste dixit, Authores qui nostram sententiam tenent, esse Pontificiæ dignitati infensos; nam tales essent plures Doctores ex sua Religione, & præsertim R. Magister Candidus, qui vt dixi, mordicus nostræ sententiæ adhæsit. Non est igitur vllo pacto circa præsentem quæst. ab opinione negatiua recedendum.

In Tract. 5. De Potestate Papæ eligendi sibi Successorem, in fine Resol. quartæ, hæc apponantur.

§. 1. VErùm post hæc iam impressa inueni circa præsentem difficultatem nouissimè Patrem Arriagam *in Cur. Theolog. tom. 5. disputat. 7. sect. 7. num. 47.* hæc asserere. Dicò secundò, valdè probabile esse, posse Papam designare sibi Successorem; nam id Petrum fecisse designando Clementem est ferè communis sensus: esto multi dicant, Clementem renunciasse; & non nisi post Linum,& Cletum, successisse. Pater tamen Suarez probabilius putat, hos duos non veros Papas, sed Coadjutores Petri fuisse. Quidquid verò de eo facto sit, certè cum Papa possit designare Electores. Imò id vni personæ committere, nec aliundè constat, negaram ei esse potestatem designandi Successorem, non est cur ei non concedatur: quia quodammodo plus est committere vni alteri eam designationem, quàm immediatè per se præstare: nam ipse censetur melius personas noscere,& magis prouisurus Ecclesiæ,habiturus etiam præsumitur maiorem considerationem in designanda persona, quàm haberet alter Elector ab ipso designatus. Dices primò, Fieret inde quasi hæreditarius Papatus. Respondeo: eodem modo fieri posse, si designet vnum tantum Electorem, quia ille potest esse Nepos, aut sanguineus, & potest se ipsum nominare, vel alium consanguineum, & tamen certum est posse,si velit, vni tantùm dare eam vim electiuam. Respondeo secundò, Deum, qui curam habet suæ Ecclesiæ suauiter posse id impedire mille modis. Ob hanc tamen obiectionem putat P. Suarez, vniuersaliter Papam non habere eam potestatem, sed solùm in aliquibus casibus. Ego tamen censeo, vel vniuersaliter ei negandum, vel vniuersaliter concedendum. Quod etiam docet P. Torres *suprà*; nam si semel licitè, & validè potest, quando datur aliqua vrgens ratio, certè validè etiam faciet, esto illicitè, licet non detur talis ratio: quia similes potestates non solent à Deo concedi cum ea restrictione, vt solùm quando est iusta causa valeant: vt patet in potestate Sacerdotis ad consecrandum validè, in potestate ipsius Papæ ad constituendos Episcopos: potest enim etiam indignissimos validè eligere, ordinare, &c. Et denique si ex natura rei, eo quod ipsi tota Ecclesia sit tradita, sequatur ea vis eligendi, semper eam habebit; si verò inde non sequitur, non est fundamentum, vt dicamus in hoc, vel illo casu, non verò in omnibus, eam habere. Hæc omnia Pater Arriaga.

TRACTATVS SEPTIMVS
DE
POTESTATE, ET PRIVILEGIIS
S.R.E. CARDINALIVM, ATQVE DE Collocutionibus, & Scriptionibus vetitis tempore Conclauis.

RESOLVTIO PRIMA.

An Dignitas Cardinalium sit prima post Pontificatum? Vbi plura de eorum præstantia enumerantur? Ex p. 5. tract. 2. Res. 1.

§. 1. BEllvm aggredior, sine tamen sanguine, cum quodam neoterico Hispano, viro alioquin docto; & is est Mauritius Alzedo *in sua praxi Episc.* siue *de excellentia Episcopatus, part. 1. cap. 8. n. 33.* vbi docet, quòd Episcopatus est prima dignitas post Papatum, & in Ecclesia secundum locum obtinet, quia in primo loco est Papatus, & in secundo Episcopatus. Ita ille. Vnde *num. 36.* infert, quòd si alioqui Episcopi commensales continui fuerint alicuius Cardinalis, non potest dici quòd eius familiares sint, quia eo maiores sunt, quod est singulare contra Episcopos commensales Cardinalium, qui dicunt *el Cardenal mi Señor.* Ita ille.

2. Probari potest hæc sententia, quia apud sacros Canones passim legitur nullum in Ecclesia Dei maiorem Episcopali ordine reperiri, vt notatur *in c. quoties 1. quæst. 8. & in cap. antiqua, de priuil.* & constat ex Dionysio *lib. 5. de Eccles. Hierarch.* ob idque Romanus Pontifex se Episcopum appellet, iuxta Glossam *ver. Episcopus, in Proœmio.* ibi. *Episcoposque fratres* cæteros verò filios nominet. *cap. quàm graui, prima distinct.* Deinde quod in Concilio Carthagin. IV. & in Conciliis Romanis Episcopi præcedebant Cardinales in Sede Concilij, & actibus plurimis: constat autem ex ordine sedendi maioritatem dignitatis ostendi, iuxta textum *in cap. vlt. dist. 93.* Vide etiam *cap. ante omnia,* & *ibi* Glossam. *40. dist.* Confirmatur hæc opinio ab Alzedo ex *epist. 19. D. Aug.* vbi sic ait; Quod

Quamquam enim secundùm honorum vocabula, quæ jam Ecclesiæ vsus obtinuit. Episcopatus presbyterio major sit, tamen in multis rebus Augustinus Hieronymo minor est. Ex quibus verbis apparet quòd licèt Augustinus Hieronymum venerabatur, id non erat, quia major esset in dignitate, sed in sanctitate.

3. Verùm his non obstantibus, dicendum est, quòd Cardinalitia dignitate nulla maior est in Ecclesia Dei post Pontificatum maximum. Nam si gradum Cardinalatus spectes, non datur propinquior ipsi Papæ, cùm sint Cardinales membra, & pars corporis illius: dicitur enim Cardinalis specialis filius Ecclesiæ Catholicæ, *cap. Felicis, §. vlt. de pœn. in 6.* cum ipso Summo Pontifice vnum corpus mysticum Cardinales conficiunt, quamvis enim Papa quatenus repræsentat Christum, cujus vices gerit, sit caput vniversalis Ecclesiæ, & singuli fideles membra in genere: est tamen speciale caput Cardinalium, & ipsi ejus membra specialia respectu aliorum: quod corpus sic adeò est compactum, vt Papa, qui est caput, nullatenus ab his exigat juramentum obedientiæ & fidelitatis, cùm sint sibi invisceratí. Ita Hostien. *in cap. antiqua, sub num. 5. vers. Sed quæ potest esse ratio, extrà de privileg.* quem sequitur Præpositus *in d. can. quamquam, sub n. 13. vers. 3. patet, 2. q. 7.* iurant enim dumtaxat se honorem & auctoritatem sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ipsiúsque Papæ conservaturos, aucturos, & promoturos vt latè Paleottus *part. 1. quæst. 5. vers. quod eo magis*, adeò quòd inter Papam & Cardinales non simplex vnitas, verùm etiam quædam identitas consistat, vt optimè considerat Ioan. Andreas *in cap. requisisti, n. 12. ad fin. vers. imò & quæsi, de testam.* Iacobatius *de Concil. d. lib. 1 sub. n. 172. vers. ad quod est.* Rodericus Zamoren. Episc. *in specul. vitæ humanæ part. 2. cap. 8.* vbi quòd propterea quicquid favet, vel nocet Sedi Apostolicæ, continò favere, vel nocere intelligatur singulis Cardinalibus, & è contra: quod etiam sensit Præpositus *in præallegat. Can. quamquam, num. 7.* Dico igitur ex dictis quòd sicut Presbyter Ordinis potestate est Archidiacono superior, iurisdictione tamen, administratione, & honoris dignitate solet esse inferior, & Presbyter, qui est Episcopus electus, & confirmatus, nondum tamen consecratus, est Presbytero iurisdictione superior, quamvis Ordinis potestate par; ita etiam Cardinalis est Episcopo administratione superior, sed inferior Ordinis potestate. Et ita hanc sententiam docet Vasquez *in 3. part. tom. 3. disput. 262. cap. 5.* Bellarmin. *tom. 1. lib. 1. de Clericis cap. 16. §. Quantum ad 3.* Augustinus de Ancona *in summa de Ecclesiæ potestate quæst. 102. art. 2.* Sanchez *in opusc. tom. 2. lib. 7. c. 1. dub. 10. num. 8.* Moneta *de iud. consert. cap. 5. num. 37.* Hermosilla *in addit. ad Lopez gloss. 2. prol. P.V. num. 49.* Rousset. *in Histor. Pont. iurisd. lib. 2. cap. 10. n. 17.* Ludovicus à Cruce *in Bulla Cruc. disp. 1. cap. 2. dub. 22. num. 15.* Lotherius *de Beneficiis tom. 1. lib. 1. quæst. 8. num. 57.* Palatius *in 4. sent. dist. 24. disput. 2.* Azorius *tom. 2. lib. 4. cap. 1. quæst. 9.* Sebastianus Cæsar *de Eccles. Hierarch. disp. 2. §. 3. per totum.* Fernandez *in exam. Theol. moral. part. 3. cap. 11. num. 6. §. 4.* Landensis *tract. de Cardinal. quæst. 61.* Cephalus *lib. 1. cons. 1. num. 50.* Manfredus *de Cardinal. cap. 6.* Tuschus *tom. 1. concl. 100. num. 1.* Platus *de Cardinalib. cap. 3.* Lancellotus *in Templo lib. 2. cap. 2. de Cardinalib. §. 3.* & alij communiter. Unde apparet esse rejiciendum Decianum *de probat. lib. 2. cap. 26 num. 141.* vbi docet. Cardinales præferri aliis Patriarchis, exceptis Constantinopolitano, Alexandrino, Antiocheno, & Ierosolymitano, hoc enim est falsum, nam etiam his præferuntur, vt ipsimet hæretici concedunt, & ita docet Wolfius apud Dominicum Arumæum *in discurs. Academ. de iure publ. vol. 2. disc. 30. thesi 5. litt. C.*

Sup. hoc in tractatu in Ref. 2a

Sup. hoc in Relectionibus not. præcipue & 18. in Ref. 17. Verum, quòd in fine, & in Ref. 19. adnotatum, vers. Nam Cardinales, & Ref. 37. paulo post vsum. vel Hinc.

4. Restat modò respondere ad argumenta contraria. Dico igitur Canones in contrarium adductos intelligendos esse quoad potestatem Ordinis, & in hoc Episcopus est maior Cardinali, non autè quoad dignitatem & iurisdictionem & regimen Ecclesiæ vniversalis, quam Cardinales cum summo Pontifice regunt, illiúsque negotia tractant; vnde quia ille, qui maioribus præest negotiis, de iure dignior reputatur, iuxta textum *in cap. per singulas 2. in ordine 9. quæst. 3. Authent. de defens. civitatem, §. Nos igitur*, ideò absolutè Doctores dicunt Cardinalatus dignitatem Episcopali maiorem esse. Ad authoritatem quam affert Alzedus Divi Augustini, dico quòd illam pro hac sententia adduxerat Calvinus *lib. 4. Institut. c. 7. §. 30.* Sed non facit ad rem. Nam respondetur Episcopatum quidem presbyterio maiorem esse & ita Presbyterum Cardinalem ratione presbyterij non esse præferendum Episcopo, sed ideo tantùm, quia Cardinalis Romanus est; & Cardinalis Romanus non Cardinali, ratione dicta, dignior est, quare & inter ipsos Romanos Cardinales Episcopus Cardinalis præcedit Presbyterum, & Presbyter Cardinalis Diaconum. Deinde ait Vasquez *c. 6. n. 37.* Hieronymum non fuisse Presbyterum Cardinalem Romanum. Sed prima ratio amplectenda est.

5. Ad secundum argumentum respondeo verum quidem esse olim Episcopos præcessisse Cardinales in Conciliis, tamen ordinem hunc fuisse mutatum, Cardinalésque cœpisse præcedere Episcopos etiam in Sede Concilij, & Episcopatum gradum esse ad Cardinalatum, constat Concilio Nicæno, Ephesino, Chalcedonensi VI. VII. & VIII. Synodo Generali, vbi Presbyteri Cardinales sederunt ante Episcopos, idque etiam obtinuit vsus in Conciliis, cujus rei duplex ratio & origo assignatur à Bellarmino *dicto loco.* Vna quòd ad solos Cardinales devoluta sit electio Summi Pontificis, cùm antea ad omnes pertineret; altera verò & magis propria quòd cùm antea Cardinales neque soli, neque primarij essent Consiliarij Pontificis, primis enim sexcentis, vel octingentis annis Pontifices ad judicanda graviora negotia cogebant Concilia Nationalia Episcoporũ Italiæ, in quibus aderant non solùm Cardinales, sed etiam Episcopi, & hi Cardinalibus anteponerẽtur, cùm tũc Episcopi æquè, vel magis adjuvarent Pontificẽ in regenda Ecclesia, quàm Cardinales. Verùm quia supradicta quoad amplitudinem Cardinalitiæ dignitatis mirificè confirmãtur, ex Epistola Eugenij Papæ IV. visum est mihi hîc illam per extensum apponere; sic enim asserit

6. * Eugenius Episcopus, servus servorum Dei, Venerabili viro magno Henrico Archiepiscopo Cantuariensi, &c. Non mediocri dolore afficimur, cùm inter fratres nostros Episcopos, seu alios Ecclesiasticos dissidij aliquid exortum esse percipimus, tum propter malum, quod inde in populis exemplum provenit, tum quia contemptus & detractionis præbetur occasio. Proinde non parum admisse displicuit dissensionem illam quam cum dilecto filio nostro Ioanne Sanctæ Balbinæ Presbytero Cardinali nuper tua fraternitas habuit, cum nova & insolita res ipsa sit, quæ nunc attentatur. In primis autem admiramur satis cùm per 14. annos & ampliùs cum dilecto filio nostro Henrico titulo Sancti Eusebij Presbytero Cardinali in sedendo, & in ferendis votis sine altercatione vixeris, & nullam super hoc secum prorsus habueris disceptationem, quid causæ sit, quòd nunc primum in contentionem venias cum ipso Ioanne Cardinali eadem prædito dignitate. Nec quidem generis Regij erga ipsum Henricum ratio

* Sup. sequentibus in hac Epistola inf. in Ref. 17.

prætendi potest; quoniam & antequam Cardinalatus ipsam foret dignitatem adeptus dumtaxat existens Vintonien sis Episcopus, & voce & loco tibi cedebat, postea autem quàm in Cardinalem per felicis recordationis Martinum prædecessorem nostrum assumptus est, jure tibi & aliis antepositus fuit, & nunc anteponitur. Quòd si sola Cardinalatus dignitas hanc in alio prælationem operata est cur in isto itidem non efficiet? cum tamen ipse Archiepiscopus, ille Episcopalem obtineat dignitatem, & illius Ecclesia tuæ sit suffraganea, istius verò nullo iure subiecta. Illud autem de te nobis placuit ac laudamus; quòd in tuæ protestationis fine sub his verbis addidisti, quòd scilicet per præmissa aut aliquid per te factum, aut dictum, & habitum, seu faciendum, dicendum, vel habendum, non intendis sacrosanctam Romanam Ecclesiam Matrem tuam, seu iuramentum tuum eidem præstitum, aut venerabilem cœtum eiusdem Ecclesiæ Cardinalium, aliquémque eorum in aliquo offendere, aut eisdem, aut alicui honori, privilegio, prærogativæ, seu dignitati, præeminentiæ, aut alicui alteri iuri eorum in aliquo derogare, seu iuramento tuo in aliquo contraire, sed quod eandem sacrosanctam Romanam Ecclesiam cum honoribus suis omnibus, privilegiis, prærogativis, dignitatibus, præeminentiis, gratiis, & aliis iuribus suis quibuscumque cum omni reverentia, cui bis ac defendes, & ab aliis manuteneri ac defendi procurabis. Per hoc planè innuere videris, si hoc sit Romanæ Ecclesiæ Cardinalium ius, vt reliquos antecedant Ecclesiæ gradus; quòd nolis in lite mota persistere, imò Apostolicæ Sedis stare iudicio, cuius inter alia privilegia, quæ manutenere, & defendere protestaris, hoc etiam est vt de quibuscumque ambiguis quæstionibus, quæ in Dei Ecclesia accidunt, valeat iudicare, & sua authoritate finem imponere, quamquam longè fuisset decentius ante motam controversiam Sedem Apostolicam consulere. Quantum autem hæc Cardinalatus dignitas sit sublimis, & aliis excellentior, & ita hactenus in Ecclesia reputata, si eius officium ac sanctorum Patrum statuta & consuetudinem tam apud hanc Sedem, quàm Generalia Consilia semper observatam sciveris diligenter scrutari, facilè tibi innotescet. Quippe etsi huius dignitatis nomen, quod modò in vsu est, ab initio primitivæ Ecclesiæ non ita expressum fuit, officium, tamen ipsum à Beato Petro eiúsque successoribus institutum evidenter invenies. Imò, vt inquit Innocentius III. ex veteri Testamento iussu Dei traxit originem, asserit enim id, quod *Deuter.* 17. dicitur, vt pro difficultate & ambiguitate iudicij accederatur ad Sacerdotes Levitici generis, & iudicem, qui fuerit illo tempore, & obediatur ipsorum judicio, qui præsunt loco, quem Dominus elegerit, de Summo Pontifice intelligendum esse, & Fratribus eius, id est, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, qui ei iure Levitico in executione sacerdotalis officij coadjutores existunt. Itaque & ab exordio Ecclesiæ, sicut & hodie Summis Pontificibus in regenda, gubernandáque vniversali Ecclesia assistebat, & vt ex Concilio Stephani Papæ colligitur, dicentis: Oportebat vt hæc sacrosancta Domina nostra Romana Ecclesia, iuxta quod à Beato Petro eiusque successoribus institutum est ritè ordinaretur, & in Apostolatus culmine vnus de Cardinalibus Presbyteris, aut Diaconis conseeraretur, &c. datur manifestè intelligi hos Fratres nostros, qui inter Cardinales locantur, tempore B. Petri extitisse. In confinio autem Nicæni Concilij Beatus Sylvester (qui cœpit Ecclesiam regere anno Incarnationis Dominicæ CCXX. vel circiter) in Synodo generali congregationis præsidens, hos coadjutores suos nuncupavit Cardinales, & magno admodum privilegio insignivit, quale nullus Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum in Canonibus habere reperitur, vt videlicet sine plurima testium multitudine damnari non debeant. Nec sine mysterio triplex ordo in Fratrum nostrorum Collegio à sanctis nostris prædecessoribus institutus est. Nam cùm Summus Pontifex vices Dei gerat in terris, decuit quemadmodum Moysi præceptum fuit, vt omnia ad exemplum faceret, sicut ei ostensum erat in monte; quòd ad instar illius cœlestis Hierarchiæ in hac nostra Ecclesia tres constituerentur ordines assistentium Papæ, qui purgantium, illuminantium, & proficientium fungerentur officio, veluti sunt Diaconi, Presbyteri, & Episcopi Cardinales; decuit etiam cùm Summus Pontifex Christi repræsentet personam, vt quemadmodum Christo conversanti in terris assistebant Apostoli, ita etiam Cardinalium cœtus Apostolicum repræsentans coram Papa assisteret, reliqui verò Episcopi vbique diffusè Apostolos repræsentant ad prædicandum per Orbem missos. Ipsos præterea Cardinales pro honoris ac dignitatis eminentia partem sui corporis Summi Pontifices appellant. Ex quo sine vlla dubitatione ostenditur post caput Ecclesiæ, quod est Papa, contigua sui corporis membra, qui sunt Fratres eius Cardinales, præ cæteris Ecclesiæ membris ac partibus honorari debere, adeò quidem vt sacris Canonibus sancitum sit eos, qui in Cardinalem iniecerint manus violentas, aut fugârint; aut insecuti fuerint, seu ad hoc dederint consilium, vel favorem, criminis læsæ Majestatis reos maximis, & multiplicibus pœnis esse plectendos, si ipsius Apostolici throni violaverint Majestatem, quod in ipsos, qui Patriarchas, Archiepiscopos, vel Episcopos offenderint, statutum minimè reperitur, vt evidenter hinc liqueat tanto ampliorem censeri dignitatem, quanto plures, severioréfque illam offendentibus infliguntur pœnæ. Sunt etiam & insignum præeminentiæ ipsis Fratribus nostris præ aliis Ecclesiæ Prælatis, & similiter cùm Legati de nostro Latere destinantur, præ aliis Legatis multa ac magna per Canones attributa privilegia, quæ tibi nota esse non dubitamus. Hinc etiam constat cur à latere Apostolico mitti eis solis, & non aliis appropriatur Legatis. Sed & ille novissimus Constantinus Imperator animadvertens ad quàm magnum ac publicum vniversalis Ecclesiæ officium ipsi Fratres nostri vocati essent, sic inquit. Volumus etiam deinde sui ordinis Reverendissimos Clericos sanctæ Romanæ Ecclesiæ servientes singulos habere illud sanctum culmen potentiæ & excellentiæ, cuius sanctissimus noster Senatus videtur gloria adornari in Patritios Consules fieri, quos certè Patritios Consules secundùm leges, vt in summa dignitate constitutos Imperator Patres sibi elegit, & loco Patrum à se honorari affirmat. Quòd verò hæc dignitas tanto honore præfulgeat, nec tuæ fraternitati, ne cuipiam alteri molestum esse debet, quoniam, vt sancta arteſtantur Patres omnes Patriarchales, Archiepiscopales, Episcopales, Cathedrales, aliásq; dignitates Romana fundavit Ecclesia, ficútque licuit vni Ecclesiæ amplam, alij ampliorem, & alij ampliſſimam, pro vt expedire iudicavit, tradidit potestatem, omnes enim ranquam vnius arboris rami ab vna eadémque radice, & vt diversi aquarum riuuli ab eodem fonte prodierunt, licèt vnus alio copiosior, atque vberior. Itaque si iustis ex causis, & Spiritus sancti instinctu (quo hanc Sedem regi credendum est) Romana Ecclesia Venerabilium Cardinalium cœtum ad cœlestis Hierarchiæ similitudinem conditum, & tanquam sui corporis partem his privilegiis, & honoribus illustrare decrevit,

decreuit, nec tua Ecclesia, cui per Apostolicam Sedem præfectus es, nec quisquam alius Ecclesiæ gradus ab eodem similiter Apostolico throno originaliter institutus (quæ omnia de ipsorum Fratrum nostrorum consilio acta sunt) vllam succensendi, aut conquerendi causam habet, ne illud adducamus Euãgelicum verbum: Amice non facio tibi iniuriam, numquid mihi non licèt de meo facere, quod volo, & sicut tu vis vt priuilegiis Ecclesiæ tuæ ab hac Sede concessis aliæ deferant Ecclesiæ inferiores; ita eadem ratione par est, vt ab eadem Sede huic cœtui instituto tu similiter deferas, & reuerentiam præstes. Multum etiam mouere te debet diuturna per Christianum populum vbique seruata consuetudo, quæ etiamsi cætera deessent, ex quo tam vetusta est, vt eius initij memoria non extet in contrarium pro constituto iure habenda foret, præsertim quando sciente & approbante Summo Ponrifice, non quidem vno, sed tot, quot vnquam habuit Ecclesia, id actum esse dignoscitur, in omnibus enim nationibus, ac Regnis, & in Anglia vt memoravimus, hactenus: huiusmodi præeminentiæ Cardinalibus delatus est honor, qui quidem non tam ipsis, quàm nobis (cùm nostra sint membra) attribui censendus est. Nec minus his Ecclesiæ Romanæ consuetudo, (quæ caput, magister & magistra est reliquarum Ecclesiarum) id ipsum tibi persuadeat, qua semper nullo vnquã contradicente in cunctis actibus quibuscumque Prælatis præhonorati sunt. Idem in antiquis generalibus Conciliis, præsertim in duobus Lugdunensibus, in vno præsidente Innocentio IV. in altero Gregorio X. (quorum adhuc extant acta) vsitatum fuit (de quibus etiam apud Regnum Angliæ non pauci adhuc superstunt testes) obseruatum esse palàm, est absentibus etiam Summis Pontificibus. Idem, & nunc nobis præsidentibus in hoc sacro Oecumenico seruatur Florentino Concilio. His quoque illud accedat, quòd in sententiis & decretis tam huius sanctæ Sedis, quàm generalium Conciliorum, cùm de dignitatibus nominatim fit mentio, illa clausula adiici solet, Non obstante si Cardinalatus, Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali, seu alia quacumque præfulgeat dignitate, per quod ex ordine nominandi, quæ sit maior, luculenter apparet. Nec causetur quispiam, quòd Ordo Episcopalis presbyterio maior sit, quoniam in eiusmodi prælationibus officium ac dignitas, siue iurisdictio præponderat Ordini: quemadmodum iure cautum est, vt Archidiaconus non Presbyter suæ iurisdictionis obtẽtu Archipresbytero præferatur, simili modo Diaconus, vel Subdiaconus aliúsve Clericus noster, aut alicuius Metropolitani Vicarius, seu locum tenens in Synodo & alibi alios quocumque ordine maiores etiam Episcopos antecedit, propter illius iurisdictionem, quam exercet, & personam, quam repræsentat. Sic & electus ad Ecclesiam Cathedralem, & confirmatus quamquam nondum consecratus, ratione iurisdictionis cunctis in sua diœcesi præeminet. Quis ergo iam dubitarit eum, qui talia iura, & Canones condidit, & talem aliis tribuit potestatem, posse eandem cùm vult & maiorem suis membris tribuere? Si quis forte obiecerit prioris dignitatis potiùs esse rationem habendam, quàm Cardinalatus de nouo collati, cùm in regiis tractatibus ac Parlamentis, quilibet vt suæ Ecclesiæ Prælatus, non vt Cardinalis intersit. Huic obiectioni euidens respondet ratio, nam cùm personæ sint Ecclesiasticæ, sicut statuta, ac priuilegia suarum Ecclesiarum in his actibus seruant, multo magis Romanæ Ecclesiæ, cui vinculo obedientiæ astricti sunt, priuilegia, & statuta seruare tenentur, quibus nec ipsæ personæ Ecclesiasticæ, nec alij quicumque tanquam inferiores derogare quomodolibet possunt. Cùm igitur viri Ecclesiastici ad actus publicos, vel priuatos vocantur, cum suis qualitatibus, ac prærogatiuis ab Ecclesia institutis admitti debent. Nam & contra honestatem publicam, & vniuersalis Ecclesiasticæ disciplinæ vergeret, si in quouis actu Diaconus Presbyterum, vel Presbyter Episcopum, aut Episcopus Patriarcham præcederet. Præterea in Canonibus scriptum est, vnumquemque in Collegio, vel Capitulo iuxta suæ receptionis tempus honorandum esse, & quòd si postea aliquis admittatur Presbyter, cæteris tempore antecedentibus præponatur, qui Presbyteri non sunt, quod si in Ordine maiori fit, hoc etiam multo ampliùs in dignitate, seu iurisdictione quæ in his actibus maior est Ordine, seruandum est, vt suprà de Archidiacono, & Archipresbytero dictum est. Quod si in post receptis locũ habet, eadem ratione in iis, qui priùs, si qua de nouo eis obueniat dignitas. Hoc enim rationi consentaneum est, vt dignius minùs dignum ad se trahat, & res à potentiori & nobiliori denominetur. Quod in ipsis Cardinalibus euidenter seruatur, qui licèt certarum Ecclesiarum, dum ad Cardinalatum assumuntur, Episcopi sint, nihilominus eos non Episcopos, sed Presbyteros S. Rom. Ecclesiæ Cardinales Sedes Apostolica appellat. Quinimo si eis suas priores Ecclesias in titulo dimittat, non ampliùs sub nomine Ecclesiarum, sed tituli Cardinalatus scribit, quasi ad maiorem dignitatem, & iurisdictionem assumpserit, alioquin non ascendisse, sed descendisse, non honorari, sed dehonorari viderentur. Quis etiam non videat Cardinalatus dignitatem Archiepiscopali esse maiorem dignitate? quia cùm illa priuatæ vnius patriæ præsit vtilitati, ista publicæ totius populi Christiani, illa vnam duntaxat regit Ecclesiam; ista cum Sede Apostolica vniuersas, & cùm à nemine, nisi solo Papa iudicentur Cardinales, ipsi & Patriarchas, & Archiepiscopos, & reliquos Ecclesiæ gradus cum Summo Pontifice iudicant; quorum officio nomen ipsum consonat optimè. Nam sicut super cardinem voluitur ostium domus, ita super hos Sedes Apostolica (totius Ecclesiæ ostium) quiescit & sustentatur. Nullum denique pro tua intentione proponis Ecclesiæ Romanæ priuilegium, quis enim alius huic iuri positiuo, & vniuersalis Ecclesiæ obseruantiæ atque Apostolicæ concessioni (præsertim quæ Apostolici throni membrorúmque eius præeminentiam concernit) contrarium priuilegium dandi vllam omnino habet facultatem? Neque etiam consuetudine vlla tuam causam tueris; quamquam si qua prætenderetur præter Apostolicæ Sedis consensum, & approbationem inefficax prorsus censenda esset (vt proximè de priuilegio dictum est) atque irrationabilis, quia per eam dignitas confunderetur superiorum Magistratuum, turbationémque pareret in quolibet Reipublicæ statu. Nam iuxta Canones vniuersos non posset alia ratione subsistere, nisi eam huiusmodi magnus differentiæ ordo seruaret Ecclesiasticus, quia confunderetur ordo si cuique suæ dignitas non seruaretur. Quamuis, vt prædictum est, ex frequentibus actibus 40. annorum spatio vsitatis contraria potius in Regno Angliæ consuetudo firmata sit. Hortamur itaque te Venerabilis Frater, & volumus vt prædictis rationibus nostris, ac Prædecessorum nostrorum ordinationi, atque Ecclesiæ vniuersalis obseruantiæ cenitus acquiescas, sicut pro tua prudentia & deuotione, quam ad Romanã Ecclesiam, & Nos, semper habuisti, te facturũ speramus. In reliquis verò siue tuam Ecclesiam, siue personã concernentibus, quæ nec rationi, aut honestati derogent pro magna, qua te omni tẽpore complexi sumus, ac complectimur charitate, nos semper propitios experieris. Datum Florentiæ, &c.

RESOL. II.

An Cardinalatus sit Ordo, & an Papa possit illum extinguere?

Ex quo etiam infertur, an Pontifex possit extinguere Patriarchas, & Archiepiscopos?

Et an Cardinalatus sit de iure Diuino, vel tantum de iure Pontificio institutus? Ex part. 5. tr. 2. Resol. 2.

Sup. hoc in tom. 4. tr. 8. ex Resol. 4. lege §. 1.

§. 1. NEgatiuam sententiam docet Fernandez *in exam. Theolog. moral. part. 3. c. 11. § 4. num. 6.* Ledesma *in 2. 2. part. 4. q. 22. art. 6.* Sotus *in 4. dist. 24. q. 2. art. 4.* Sanchez *in opusc. to. 2. lib. 7. c. 1. dub. 10. n. 2.* Palacius *in 4. dist. 24. q. 3.* & alij asserentes Cardinalatum non esse Ordinem, nec Sacramentum, quia nullo modo ordinatur ad Eucharistiam, nec confert gratiam, & ideo Cardinalatus, vt inter alios docet Baldellus *tom. 1. lib. 5. disput. 7. num. 11.* Suarez *de legibus lib. 4. cap. 6. num. 5.* Azorius *tom. 2. lib. 4. cap. 1. quæst. 3.* Bonacina *tract. de elect. Summi Pontificis, disput. 1. quæst. 1 punct. 1. §. 3.* non est iure diuino, sed iure Pontificio institutus, quia non habetur locus in sacris literis, vbi sit institutus, nec habetur traditio de hoc. Vnde inferunt Palacius, & Sanchez, posse Pontificem extinguere Cardinales, sicut etiam potest extinguere Patriarchas, & Archiepiscopos, quia potest in iure humano dispensare, & ita etiam docet Moneta *de commutat. vlt. volunt. cap. 12. num. 78.* Barbatius *cons. 1. num. 14.* & Azorius *tom. 2. lib. 4. cap. 1. quæst. 3.*

Quamuis nō plenè sup. hoc lege tamen §. not. præteritæ, & si placet vide eius Resol. per totam.

2. Non desinam tamen hic adnotare Matthiam Vgonium *de Conciliis, fol. 59. col. 3. §. 4.* Borellum *in summa omnium decisionum tit. 5. num. 8.* Manfredum *tract. de Cardinal. quæst. 105.* Lancellottum *in templo iud. lib. 2. cap. 2. §. 1.* Villadiego *de Cardinal. quæst. 1.* Iacobatium *de Concil. lib. 1. art. 12.* Ojeda *de beneficiis in præfat. n. 5.* Turrecremata *lib. 1. de Ecclesia. c. 80. n. 1.* Augustinum Triumphum *tract. de potest. Ecclesiæ quæst. 102.* D. Antoninum *part. 3. tit. 21. cap. 1. & 2.* Laudensem *tract. de Cardinal. quæst. 1. num. 7.* & Albanum fusè *tract. de Cardinal. quæst. 5.* docere Cardinalatum esse de iure diuino. Et hanc opinionem colligunt ex *c. per venerabilem, qui filij sint legitimi §. rationibus.* vbi Pontifex ait suos Fratres, quos sic vocat ipsos Cardinales, in Leuitici generis Sacerdotibus fuisse adumbratos: & deducitur etiam ex *c. fundamenta, de elect. in 6. §. docet. 1.* Deinde, quia Cardinales videntur 72. Christi Domini discipulis successisse, qui fuere duodecim Apostolorum adiutores, sicut Cardinales sunt Romano Pontifici à consiliis. Accedit quod dicitur 1. Regem 2. *Domini sunt cardines terræ, & posuit super eos orbem.* Eugen. IV. *in epist. ad Episc. Cantuar. vbi supra cit.* ait Apostolos Christo Domino assidentes figuram retulisse Cardinalium, qui Romano Pontifici adstant. Apostolos verò in totum terrarum orbē missos ad Euangelium annuntiandum, typum & similitudinem tenuisse Episcoporum, qui sunt per Prouincias distributi. Et ita ex his non posse Summum Pontificem extinguere cœtum Cardinalium, docuit ex neotericis Cucchus *in instit. Canon. lib. 2. tit. 4. num. 52.* Lancellotus *in templo iud. lib. 2. c. 2. de Cardinal. §. 3. n. 27.* Manfredus *de Cardin. decis. 112.* Iodochus Lorichius *in Thesaur. Theol. ver. Cardinalis §. 10.* vbi sic ait: Cardinalatus ordinem Summus Pontifex non potest extinguere, quoniam iuris diuini est, præfiguratus in Sacerdotibus Leuitici generis, ad quos simul & iudicem difficilia, atque ambigua iudicia referebantur, *Deuter. 17.* & summa Ecclesiæ necessitas ita expostulat, vt in præcedentibus declaratum est: & si quoque nomen & splendor dignitatis ab eis auferri possint, tamen officij ipsorum potestas ab Ecclesia nullatenus excludi debet, ac potest. Vt enim Deus olim Moysi iunxit septuaginta viros, eisque de spiritu ipsius dedit, vt sustentarent cum eo onus populi, ne ipse solus grauaretur; ita Summo Pontifici ad sustentandum onus vniuersalis Ecclesiæ necessarij sunt Cardinales, id est, viri sapientes, seu alio nomine vocentur. Ita Lorichius. Et hæc sunt placita Doctorum circa præsentem quæstionem, licèt prima sententia sit communiter recepta, & tenenda.

RESOL. III.

An Pontifex possit ardua Ecclesiæ sine consilio Cardinalium definire? Ex part. 5. tract. 2. Resol. 4.

Sup. hoc loco prima in ar. lege dictam Resol. 4. & si placet ibi adquas antecedentes & posteriores Resol. & non frigidas.

§. 1. NEgatiuam sententiam docet Archidiaconus *in cap. sicut quidam 25. q. 1. & in c. cùm redemptor 12. q. 2.* Cardinalis *in cons. 150. & in c. perpendimus, de sent. excom. & in c. licèt, de elect.* Monachus & Dominicus *in c. super eo, de hæret. in 6.* & hanc opinionem esse potiorem dixit Ripa *rubrica de constitut. n 20.* & quàm plures alij, quos refert Laudensis *de Cardinal. q. 45.* & Albanus *de Cardinal. q. 39.* & Barbatia *vol. 4. cons. 40.* asserit Collegium Cardinalium quasi possessionem habere, ne sine eorum consensu ardua negotia expediat Summus Pontifex, cuiusmodi sunt creare Cardinales, Episcopos transferre, generalem legem promulgare, feuda magna concedere, Legatum à latere mittere, bellum indicere, alienare res pretiosas Ecclesiæ, & similia. Probant hanc opinionem ex *c. per venerabilem, vers. rationibus, qui filij sint legitimi.* vbi Romanus Pontifex videtur asserere Cardinales insimul esse coniudices cum Romano Pontifice; quemadmodum in Deut. Sacerdotes Leuitici erant cum supremo iudice, atque ita eumdem Pontificem sine illis Ecclesiæ negotia expedire non posse. Deinde quia videtur Cardinales hodie Apostolorum vice fungi, quos parem potestatem cum Petro habuisse probat text. *in c. in nouo*, ibi, *pari consortio, 21. distinct.* ac subinde etiam illos quoque cum Pontifice circa Ecclesiæ negotia habere potestatem. Tandémque asserunt aliqua de hac re exempla, nempe Benedictum XI. suspendisse statura, quæ Bonifacius sine Cardinalibus Marchianis confirmauerat.

2. Sed his non obstantibus contrariæ sententiæ communiter adhærent Doctores, nempe Romanum summúmque Pontificem Ecclesiæ negotia sine Cardinalium consilio expedire posse, neque ad hoc de necessitate astringi, cùm supremam & vniuersalem super omnes solus à Christo Domino acceperit potestatem, *Ioan. 21.* ipséque solus illius plenitudinem habeat, & exerceat, vt probat eleganter text. *in c. multum 2. quæst. 6. cap. cum ex eo, de pœnit. & remiss.* cum mille aliis vulgaribus, quæ quidem potestatis plenitudo maxima ex parte offenderetur, si non posset ardua sine Cardinalibus tractare & definire. Accedit quòd iura passim proclamant, maiora Ecclesiæ negotia ad Sedem Apostolicam esse referenda, *cap. rogamus, cap. quoties 24. quæst. 1. cap. dudum 3. quæst. 4. cap. maiores, de Baptismo.* Hanc autem Sedem Apostolicam solùm tenere Romanum Pontificem, probat text. *in cap. hæc est fides 24. quæst. 1.* Vide Paulum de Castro *in l. 1. n. 5. ff. de legibus.* Panormitanum *in c. 2. n. 3. de Cler. non resident.* & doctum Iurisconsultum Valenzuela *in Mon. Pauli V. part. 6. num. 97. & 98.* cum Morla *in empor. iur. part. 1. tit. 1. q. 3. num. 13.* qui latè hanc discutit quæstionem.

3. Verùm licèt hæc opinio sit tenenda, fatendum tamen

tamen necessariò erit, convenientissimum esse Pontificem in arduis negotiis Cardinalium consilium adhibere, atque ita ad hoc de honestate adstringi, ita enim loquitur text. *in c. fundamenta, § decet. de elect. lib. 6.* Dum inquit, *Decet Romanum Pontificem per Fratres suos S. R. E. Cardinales libera habere consilia*; constat etiam Petrum duas claves accepisse, vt per alteram potestas, per alteram verò decentia indicaretur, vt habetur *in sum. 20. dist.* Et ideo Malderus *in p. 2. q. 95. art. 1. fol. 379.* sic ait. Papa in rigore non dependet à Cardinalibus in legibus ferendis, habet tamen hoc ex Dei assistentia, vt temerè non proponat leges vniversales, fidem, aut mores concernentes, Ecclesiæ vniversali, sed quia media ordinaria maximè adhibenda sunt, vt sine judicio, & consiliò nihil fiat, secundùm monitionem Sapientis *Eccl. 32. & 33.* congruit vt Cardinales in consilium adhibeat tanquam consultores, non tanquam legum collatores. Ita ille. Vide etiam doctissimum Valenzuelam *de Monitorio Paul. V. part. 6. num. 97. & seq.* Vide etiam Manfredum *de Card. dist. 237.* & Palcottum *de sacro Consist. part. 1. quæst. 3.*

RESOL. IV.

De qua natione assumendi sint Cardinales? Ex part. 5. tract. 2. Res. 18.

§. 1. ELigendi sunt ex omni natione, vt tradit Sixtus V. *in constit. Postquam, an. 1586.* Mosconius *de maiest. milit. Eccl. lib. 1. part. 1. c. 5.* Mandosius *cons. 55. n. 22.* Laudensis *in decis. Pisanis decis. 35. num. 188.* Barbosa *de iure Pontif. lib. 1. cap. 3. n. 13.* Rousselus *in hist. Pont. iur. lib. 2. cap. 10. n. 20.* & ideo Cucchus *in instit. can. lib. 2. tit. 4. n. 112.* sic ait. Cardinales ex omni lingua & notione eligi æquum & vsitatum est & vnaquæque natio suum habeat in Curia Patrem tutelatem, qui cùm possit desideria sua & negotia conferre, & ab eo præsidium præsentius sumere, veluti linguæ, & morum, & negotiorum perito. Ita ille.

2. Non desinam tamen hîc apponere dictum Hispani in favorem Italorum, & is est Ioannes Garzias *de Nobilitate Hispan. gloss. 48. §. 3. n. 54.* vbi ex D. Anton. docet quod Cardinales convenientiùs assumuntur de terris Ecclesiæ, quia sunt liberiores in ferendis suffragiis & sententiis. Ita ille, & ante illum Iacobatius, quem affert. Cherubinus *in compen. Bullæ tom. 2. Bull. 51. Sixti V. in schol. 1.*

RESOL. V.

De qua ætate debeant esse Cardinales?

Et an quispiam in Diaconum Cardinalem, assumi non possit, nisi saltem in 22. suæ ætatis anno fuerit constitutus?

Et cursim explanatur, de qua etiam ætate debeant esse Episcopi? Ex part. 5. tract. 2. Res. 19.

§. 1. EX *c. cùm in cunctis, de elect.* nullus potest esse Episcopus ante trigesimum ætatis suæ annum qui debet esse completus, licèt glossa *ver. comp. in c. vn. de ætate & qual. in 6.* asserat ad Episcopatum promoveri posse qui trigesimum ingressus est annum; sed hoc hodie non est admittendum, ex Bulla Greg. XIV. *in sua const. publ. die 15. Maij 1591.* ibi, Annum trigesimum expleviss e. Ita Armend. *in addit. ad recopil. leg. Nauarr. lib. 1. tit. 2. leg. 1. n. 18.* Gutierrez *in Canon. q. lib. 1. q. 26. n. 39.* Lessius *lib. 2. c. 34. dub. 20. n. 163.* Vivianus *in praxi iuspatron. part. 2. lib. 6. c. 7. n. 4.* & alij.

2 Hanc igitur ætatem requiri etiam in eis qui ad Cardinalatum assumendi sunt, tenet Manfredus *de Cardinal. decis. 244.* Henriquez *lib. 14. capit. 9. prope finem, & lib. 10. cap. 19. num. 3.* Azorius *tom. 2. lib. 6. cap. 6. quæst. 14.* & Campanili *in diver. iur. canon. vulg. 7. cap. 6. num. 47.* & Cardinalis Palcottus *de sacro Consist. part. 4. q. 1.* qui optimè notat hoc procedere in Cardinalibus Presbyteris, nam de Diaconis ita Sixtus V. sancivit *const. 50. §. 6.* Neque posthàc quispiam in Diaconum Cardinalem assumi posset, nisi saltem in 22. suæ ætatis anno fuerit constitutus, ita vt omnino intra annum ad sacrum Diaconatus Ordinem valeat & debeat promoveri, alioquin si anno elapsò ad ipsum Diaconatus Ordinem promotus non fuerit, eo ipso tam in Consistorialibus, & omnibus aliis actibus, & negotiis Cardinalitiis, quàm etiam juxta constit. fel. rec. Pij Papæ IV. Præd. nostri super reformatione Conclavis, editam in elect. Summi Pontificis, voce activa & passiva omnino careat, ac privatus existat. Sup. contenta in hoc §. in Resol. præced. not. præmittit.

3. Nota tamen quòd superiùs dicta procedunt de iure ordinario, nam potest Summus Pontifex minores ætate creare Cardinales; vt sæpe fieri videmus; & latè comprobat Palcottus *de sacro Consist. p. 3. q. 4.* & ex Platina observat Moscovius *de maiest. milit. Eccles. lib. 1. part. 1. cap. 6.* Greg. XI. minorem 10. annis fuisse ad Cardinalatum assumptum, & Henriquez *lib. 10. cap. 17 num. 4.* observat quòd solet Papa noviter electus suum Cardinalatum conferre cognato; quamvis adolescenti, & quibusdam ob insignem nobilitatem & indolem, de quibus spes est, quòd multum sua auctoritate proficient Ecclesiæ.

RESOL. VI.

De numero Cardinalium, & an expediat semper esse completum? Ex part. 5. tract. 2. Res. 22.

§. 1. TEmpore Pontiani Pontificis extitisse 236. Cardinales, testantur scriptores, & inter illos Laudensis *de Cardinal. q. 2.* Campanili *in diver. iur. can. rubr. 7. cap. 6. n. 48.* Sed hodie per constit. Sixti V, numerus Cardinalium ad 70. redactus est. Quam tamen constitutionem, vt rectè observat Palcottus *de sacr. Consist. p. 4. q. 1.* verbis negantibus vbi de numero agit, sapienter admodum idem Pontifex concepit, vt scilicet ostenderet non solum numerum septuagenarium non esse transiliendum, sed nec etiam semper æquandum, vbi pauciores possunt ad munera omnia sufficere, cùm, vt aiunt Iurisconsulti, non quidquid iudicis committitur potestati, illud etiam subijcitur necessitati. Ita ille. Rationem verò quare Sixtus V. voluit Cardinales esse tantùm 70. & non ampliùs, videbis apud Ildephonsum de Lara *in compen. vitæ hominis, cap. 29. num. 20.*

RESOL. VII.

An Cardinales, mortuo Pontifice, possint leges condere, & alia iurisdictionalia facere?

Et Sede vacante Apostolica, an tunc non sit prohibitum Sacro Collegio Cardinalium dare Reverendas? Ex part. 5. tract. 2. Res. 9.

§. 1. AFfirmativam sententiam tenet Henriquez *lib. 14. c. 18. n. 2. in fine.* Manfredus *de Card. decis. 6.* Archidiaconus *in cap cùm constitueret 50. dist. in fine.* Albanus *de Cardin. quæst. 42. in fine.* Bartolus *in l. vbi absunt. num. 3. de tut. & curat.* & alij. Ea ratione

moti, quia iurisdictio Pontificis eo mortuo remanet in Collegio Cardinalium; mortuo enim Prælato vniversa iurisdictio residet penes Collegium, *cap. his qui de maior. & obed. & cap. cùm olim, eodem tit.* & Ecclesia, vel Sedes Apostolica, numquam moritur, *can. lib.12.q.2.cap. si gratiosa, de rescript. in 6.* etiamsi vnus tantùm Cardinalis de Collegio remaneret, *can. si fortè 71. dist. c. gratum, de postul.* cùm semper retineat caput Ecclesiæ generale, & proprium, qui est Christus, *cap. 1. & 2. dist. 22.*

2. Verùm contraria sententia clarè determinatur *in Clem. Ne Romani, de elect.* ibi: Irritum aut inane decernentes quicquid potestatis, aut iurisdictionis ad Romanum Pontificem, dum vivit, pertinentis, cœtus ipse duxerit exercendum. Solumque ibi excipiuntur quæ *in cap. vbi periculum, de elect. in 6.* Cardinalibus conceduntur, ibi autem nihil eis conceditur nisi quæ ad electionem Pontificis, & ad defensionem Ecclesiæ, & quæ ad obviandum imminentibus periculis spectant. De reliquis verò potiùs ibi dicitur, quòd se nequaquam de aliquo negotio intromittant. Et ita hanc sententiam tenet Panormitanus *in cap. cùm te, n. 12. & seq. de re iudic.*, & *ibi* Felinus *num. 11.* & Anton. de Butr. & Imola *in c. translato, de constit.* Sebast. Medic. *de leg. part. 1. quæst. 10.* Suarez *lib. 4. de leg. c. 6. n. 5.* Salas *eodem tract. disp. 8. sect. 8.* & ex neotericis vide Monetam *de commut. vlt. volunt. c. 5. quæst. 6. num. 188.* Baldellum *tom. 1. lib. 5. disp. 7. num. 10.* Sebastianum Cæsarem *in Relect. de Eccles. Hierarch. part. 1. disput. 2. §. 6. num. 1.* Merollam *tom. 2. disput. 4. c. 4. dub. 4. n. 18.* Azorium *tom. 2. lib. 4. cap. 3. qu. 1.* Laudensem *de Cardinal. quæst. 74.* Campanili *in diversi iur. can. rubr. 7. cap. 6. à num. 76.* Vide etiam præter dictam Clementinam, aliam constitutionem Pij V. quæ incipit, *In eligendis.* Datam Romæ Idibus Octobris anno 1562.

3. Nota tamen quòd licèt hæc opinio sit amplectenda, tamen ex dicta Clement. apparet dominos Cardinales mortuo Pontifice posse. Primò quòd vbi immineret periculum evidens amissionis alicuius loci, vel iurisdictionis Ecclesiæ, aut rei similis, Collegium consentientibus omnibus Cardinalibus præsentibus, aut saltem duabus illorum tertiis partibus per suffragia possit illi occurrere, & facere quascumque provisiones, & ordinationes necessarias. Secundò, quòd pro coërcendis flagitiis, sceleribus, & seditionibus, ac servanda quiete, & obedientia possit imponere pœnas, tam corporales & temporales, quàm etiam spirituales veluti anathematis, & similes. Tertiò, quòd ad eundem finem possit confirmare, mutare, & de novo eligere, & creare quoscumque officiales etiam Gubernatorem Vrbis, tam vltra Pontem, quàm citra, & alios Ministros pro regimine status Ecclesiæ. Quartò, quòd possit etiam deputare administratores vt facilius expediantur ea, quæ imminent pro electione. Quintò vt possit etiam iudicare Papam intrusum, dum ipsi vacant electioni legitimæ, quia hoc concernit negotium ipsius electionis, & ab alio iudicari non potest. Idem dicendum est de aliis casibus similibus, quia mens Pontificis n dictis constitutionibus fuit non denegare necessaria, signanter ea, quæ possunt retardare negotium electionis, & hæc omnia observat etiam Iulius Lavorius *in variis elucubrat. tit. 3. cap. 3. num 27. & seq.*

4. Notandum est etiam hîc obiter quòd Sede Apostolica vacante, tunc sacro Collegio Cardinalium non videtur prohibitum dare Reverendas, quia Tridentinum *sess. 7. cap. 10.* non videtur illius Sedis vacantis iurisdictionem limitare. Ita ex Maiolo & Salzedo docet Sanchez *in opusc. 2. lib. 7. cap. 1. dub. 20. num. 39.*

RESOL. VIII.

An Cardinales debeant eligere ad Pontificatum vnum ex Sacro Collegio?

Et an si Cardinales eligerent in Papam aliquem extra eorum gremium, electio sit valida? Ex part. 5. tract. 2. Resol. 63.

§. 1. NEgativam sententiam videtur docere Campanili *in diver. iur. Canon. rubr. 7. c. 6. num. 71.* & D. Antoninus *in summa tom. 3. tit. 21. capit. 2. §. 7.* Castellinus *de elect. capit. 10.* Petrus Navarra *de rest. lib. 2. cap. 2. num. 170.* & docet Sotus *de iust. lib. 3. q. 6. art. 1. ad 4. argum.* vbi sic ait. Cardinales in Pontificis electione ob summam Vicarij Christi dignitatem sanctiori fide perstringuntur optimum eligere, quapropter rumorem illum numquam persuadere mihi potui, videlicet statutum illis esse, non posse deligere nisi ex suo gremio, & tandem ab ipsis Dominis Cardinalibus audivi falsum esse. Enimverò quod activas voces ad ipsum sacrum Senatum Ecclesia detulerit, decentissima ratio persuasit 23. *dist. can. in nomine Domini, & c. licet, extrà de elect.* & *cap. vbi periculum, eo lib. 6.* videlicet ne tantus Episcoporum cœtus à remotissimis regionibus Romam ad eligendum cogeretur, attamen cùm tanti referat optimum Episcoporum orbis ad summam Sedem evehere, quod intra paucos Vrbis passiva electio coërceatur, licèt sit credibile inter eos numquam defore dignum, certè sinceritas Evangelica non permittit. Vnde *in eo cap. in nomine Domini*, si in Romana Ecclesia non inveniatur idoneus, ex alia sumi iubetur. Ita Sotus.

3. Sed meritò adversùs illum insurgit Salon. *in 2. 2. D. Thom. quæst. 63. art. 2. contr. 2. concl. 1.* & primò quo ad primum eius dictum non esse verum patet, quia *in cap. in nomine Domini*, non dicitur vt eligatur aliquis extra gremium Cardinalium, nisi quando inter illos nullus est dignus, tunc enim etiamsi nullum esset decretum, non liceret eligere ex Cardinalibus, cùm indigni electio omni iure prohibita sit ad quodcumque beneficium, quanto magis ad supremum? Alterum verò dictum Soti, electionem activam convenire Cardinalibus, non de iure, sed de facto, quia ita expedit, correctione etiam indiget. nam *c. licet. de elect.* supponit hoc ius illis convenire, quo supposito statuitur electiones aliorum Prælatorum Ecclesiæ validas esse, modò fiant à maiori parte Capituli; electione verò Papæ debere fieri à duabus partibus Cardinalium qui ad illam convenerint, & *in cap. vbi pericul. eod. tit.* præsupposito etiam eodem iure Cardinalium agitur de conclavi, in quo manent recluſi Cardinales tempore electionis, & de aliis ad id negotij pertinentibus. Et tandem ad illud dictum Soti, quod pertinet ad nostram quæstionem, quòd etiamsi reperiatur dignus Pontificatu inter Cardinales, nihilominus ad tam sublimem dignitatem quærendum esse dignissimum ex tota Ecclesia, respondeo contrarium tenendum esse. Primò, quia quicumque ex Cardinalibus dignis, quorum multi reperiuntur in illo sacro Collegio, licèt extra ipsos daretur alius sanctior & doctior, est quovis externo doctior & vtilior Ecclesiæ. Primò, quia ex his, quæ vidit, egit & expertus est in Romana Curia, & in isto Collegio, & Conciliis Pontificum prædecessorum novit negotia Romanæ Curiæ, & Ecclesiæ gubernationem melius quàm quivis alter. Secundò, quia electus vnus ex ipsis statim admouet manum operi, & gubernationi fidelium, electus autem externus esset convocandus à longe, expectandóque illius consensum, & adventum vacaret multo tempore Sedes B. Petri, quod,

experientia

experientia teste, est maximum incommodum, semper enim ex diuturnis vacantibus multa sequuta sunt damna Romæ, & in Italia, imò & in tota Ecclesia, quo fit dignum inter ipsos esse vtiliorem quouis externo. Et hæc omnia aduersùs Sotum docet Aragon *loco citato*, cui adde Suarez *de fide disput.* 10. *sect.* 5. *num.* 19. vbi sic ait. Sed quæret aliquis, an electus debeat necessariò esse de numero Cardinalium; constat quidem id non fuisse perneccssarium, attamen vsus Ecclesiæ ita habet ac fieri oportet, vt dixit Stephanus Papa cum Concilio *in cap. oportebat, & cap. nullus. d.* 79. Cui adde Hieronymum Manfredum *de Cardinal. decis.* 299. vbi sic ait. Cardinales potiùs debent eligere vnum de Collegio in Papam, quàm alium extra, dummodo idoneus ibi reperiatur, & hoc licitum est facere, etiamsi extrà magis idoneus reperiretur. Ita ille. Et tandem non desinam hic apponere verba Henrici Villalobos *in summ. tom.* 2. *tract.* 8. *diffic.* 3. *num.* 18. vbi sic ait. [De la elecion del Papa en lo que toca a la voz activa, solamente la tienen los Cardenales, mas quanto à la voz passiua, dize Soto que no solo pertenece à los Cardenales, sino à qualquiera del gremio de la Iglesia, y que assi selo oyò dezir à ellos, y que por esso se dize en vn texto, que si entre los Cardenales no huuiesse digno, se busque de fuera. Salon y otros dizen, que ha de ser del gremio de los Cardenales lo qual tengo por mas cierto: y estando en esto responde al argumento; que conuiene à la Iglesia, que los dignos del Collegio de los Cardenales se prefieran à otros mas dignos, por la experiencia que tienen de las cosas, què han visto, y tratado, y como, estàn presentes, luego ponen mano a la obra lo qual es mas conueniente, que traer vn estraño de lexos e instruyrle. Mayormente que siempre en aquel Collegio se hallan varones muy capables, y de grandes prendas para esto.] Vide etiam Butsatum *vol.* 2. *cons.* 126. *n.* 6. Mosconium *de maiest. milit. Eccles. lib.* 1. *c.* 3. Azorium *tom.* 2. *lib.* 4. *c.* 5. *quæst.* 6. Lauorium *in var. elucubrat. tit.* 4. *c.* 2. *num.* 9. Gundisalauum *de potest. Eccles. num.* 31. Barbosam *in Decret. Gratiani part.* 1. *dist.* 79. *cap. oporteat, num.* 1. & *ibi.* Acugnam.

3. Sed si aliquis curiosus inquirat, an si Cardinales eligerent in Papam aliquem extra eorum gremium, electio esset valida; Respondeo affirmatiue cum Suarez *loco citato*, vbi sic ait. Crediderim si aliquis extra Collegium Cardinalium legitimè eligeretur, electionem fore ratam & firmam, quia non video quo iure ita reuocata sit electio passiua ad personas Cardinalium, vt aliàs nulla sit habenda. Ita ille & ideo si eligeretur in Papam aliquis extra gremium, electionem fore validam docet Acugna, Barbosa, Lauorius, & Azorius *locis citatis*, quibus adde Laudensem *de Cardinal. quæst.* 75. & Doctores quos citat Cenedus *ad Decretum collect.* 18. *num.* 1. & Bonacina *tract. de elect. Summ. Pontif. disp.* 1. §. *vnico num.* 19.

Non desinam tamen hic adnotare Lancellot. *in templo iudicum, lib.* 2. *cap.* 1. *de Pont.* §. 2. *q.* 4. *n.* 4. docere electionem factam extra gremium Cardinalium esse invalidam post Decretum Stephani III. *in d. cap. oporteat.* Vnde apparet omninò esse reiiciendam opinionem Soti, quam suprà adduximus,

RESOL. IX.

An Cardinales possint relinquere digniorem & eligere dignum, quando pars sufficiens ad electionem vult illum in Papam eligere?

Et quid, si iurassent eligere digniorem?

Et quid est dicendum in supra dicto casu, an peccet Cardinalis dignus, si acceptet Papatum, cognoscens in electione prætermissum esse digniorem, quod idem dicendum est de Beneficiariis, &c? Ex part. 5. tr. 2. Res. 85.

§. 1. CAsus potest frequenter accidere, & videtur negatiuè respondendum, quia, vt latè probat Castellinus *tract. de elect. c.* 10. Cardinales tenentur in conscientia eligere digniorem in Papam ex gremio tamen sacri Collegij, *vt* * *supra dictum est.*

2. Sed in casu proposito ego puto Cardinales posse sine vllo scrupulo conscientiæ eligere dignum, prætermisso digniori, per ea, quæ adducit Villalobos *in sum. tom.* 2. *tract.* 8. *diffic.* 3. *num.* 8. vbi sic ait. [Porque si la mayor parte de los Electores està ya resuelta de eligir el menos digno, de tal suerte, que moralmente hablando ha de salir con la elecion, podrà amenor parte conformarse con la mayor eligiendo al menos digno, como dize Bañez, que como en este caso es impossibile elirgirse el mas digno, no ay obligacion à votar por el, y conuiene à la communidad, que las eleciones se hagan pacificamente, porque el electo gouernarà mejor con esso, que si lo eligiessen menos, y esto es verdad, aunque Iurassen los Electores de eligir el mas digno, lo que se ha de entender, supuesto que lo pueden eligir.] Sic ille. & ante illum Io. Valerus *in differ. vtriusque fori ver. electio differ.* 1. *num.* 1. Riccius *part.* 3. *decis.* 214. *num.* 3. Ioann. de la Cruz *in direct. conscien. part.* 1. *præcept.* 7. *q.* 7. *art.* 2. *dub.* 9. *concl.* 2. Syluius *in* 2. 2. *q.* 63. *art.* 2. *quæritur* 4. *concl.* 3. & alij.

* Sup. in Res. quæ hic est antecedens, & in tom. 7. tract. 1. lege doctrinam Res. 218. & Resol. & §§. eius annot.

3. Verùm quid dicendum, an peccet Cardinalis dignus si acceptet Papatum cognoscens in electione prætermissum esse digniorem? & affirmatiuam sententiam, loquens de Beneficiariis, docet Petrus Nauarra *de rest. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 63. cuius opinionem probabilissimam putat Tannerus *in* 12. 2. *D. Thomæ disput.* 4. *c.* 8. *dub.* 2. *n.* 15. quia dignior habet iusticiam distributiuam ad beneficium, quam non habet minùs dignus; & ita communicaret peccato eligentium, ergo, &c. Verùm his non obstantibus ego puto nullum peccatum admittere Cardinalem dignum si Papatum accepter, prætermisso digniori, & ita tenet Sotus *de Iust. lib.* 3. *q.* 6. *art.* 2. *post.* 9. *concl.* & Turrianus *to.* 2. *in* 2. 2. *D. Th. disp.* 22. *dub.* 3. *n.* 8. Vbi docent minùs dignum, etiamsi sibi & electoribus notum sit, digniorem in electione esse prætermissum, posse iustè præbendam acceptare, quia dignus ratione electionis cõparat ius ad proprietatem, & possessionem sumendã præbendæ: ergo facta electione vtitur iure suo acceptans illam. Nec valet dicere, iste minùs idoneus non potest petere præbendam in prædicto euentu, vt diximus, ergo non poterit electionem acceptare, vtrumque enim videtur contra iustitiam, & vtriusque videtur eadem ratio. Respondeo consecutionem esse inefficacem; quia non sunt res eodem modo se habentes, nam post electionem minùs idoneus habet ius ad comparandam proprietatem, & possessionem præbendæ, & ita acceptans electionem vtitur iure suo, quod non posset esse verum si faceret contra iustitiam, quod maximè obseruandum est: ergo, &c. quæ omnia militant etiam in casu, de quo loquimur.

Sup. his Beneficiariis, & pro tota doctrina huius Res. signanter pro contento in hoc §. in tom. 3. tit. 3. Res. 107. §. Nota secundo, & seq. Sed lege eam per totam.

RESOL. X.

An si duo Cardinales tantum remanerent in Conclaui; possint adhuc eligere Summum Pontificem?

Et quid, si remaneret vnus tantum?

Et an tunc dictus Cardinalis solus possit eligere se ipsum? Ex part.5.tract.2.Resol.72.

Sup. contento in hac Resol. tom. 6. tract. 1. lege doctrinam Resol. 138. per totam.

§.1. CAsus magis est curiosus quàm practicabilis, lege tamen illum, & non pigebit. Negatiuam sententiam docet Castrus Palaus *tom.1.tract. 3.disp.1.punct. 23.num. 20.* vbi sic ait. Aduertit Bonacina, si omnes Cardinales, vno excepto, è conclaui decedant, posse ab eo, qui remansit, Pontificem eligi, quia omnes alij reputari debent ac si è vita discessissent. Probabilius credo non posse, sed reputandum est, ac si in conclaui numquam fuissent Cardinales congregati, fauétque *cap. vbi periculum, & Clem.ne Romani*, quæ semper loquuntur de numero plurali, imò de Collegio & cœtu, qui non videtur esse vnus, neque duo, sed ad minus ttes, *l. Neratius, ff.de verbor. significat.*

2. Verùm mihi magis placet sententia Bonacinæ, quam docet *tract. de legib.disp.1. q.1.punct.3.n.28.* Dico igitur remanere facultatem eligendi Summum Pontificem, etiamsi tantùm duo Cardinales remanerent in Consistorio, reliquis mortuis, vel absentibus, ex *cap. Adrianus &c. non licet, §.his, dist.63. &c. Abbatem, cum duobus seqq.18. quæst. 2.* quo casu vnus potest eligere alium, ex Sylu. *excomm. 9.nu. 2.* Ioan. de Anan. *in cap. fin de appell.* Imò etiam vnus remaneat, ad illum spectabit electio. glos. *in Clem. ne Romani, de elect.* Laudem. *de Cardin.q.14.* Panuin. *de offic.Cap. Sede vacant. prat. 5. n. 8.* vbi dicit quòd solus Cardinalis in conclaui clausus remanens, cæteris exeuntibus, vel negligentibus, Papam eligere potest. Manfred. *decis. 296.* ius enim & nomen vniuersitatis in vno seruatur, *l. sicut*, vbi Bartol. §. *in Decurionibus, ff.quod cuiusque vniuers.* Alban. *q.123.* Nec obstat textus *in l.Neratius.ff.de verb sign.* glos. *in c. 1.de elect. & c.licet eodem.* quia etsi Collegium in vno considerari nequeat, tamen in vno virtualiter retineri potest. *d l.sicut, & l.si optio.ff. de opt.leg.* glos. *in d.l. Neratius,* Abb. *cons.15. & cons.38.vol.2.* An autem dictus Cardinalis solus possit eligere se ipsum, negat Abbas *in c. gratum, de post.prælat.* tamen *in c.licet, fin de elect.in 6.* dat remedium quo possit se ipsum eligere, vt scil. totius sacri Collegij nomine alteri eligendi potestatem demandet, qui veluti compromissarius ipsum eligat, Albanus autem *q. 14.* dicit opinionem Abbatis procedere quando ipse solus remansisset, cæteris exeuntibus, vel absentibus, non autem mortuis. Et hæc omnia docet etiam Salas *de legib.tr. 14. disp. 8. sect.3.n.4.* Cucchus *instit.Canon.lib.2. tit.4.n.36. & 37.* & Iul.Lauorius *in var.elucubrat.tit.4 c.6. n.26.* Vndè remanet satis firmata opinio Bonacinæ contra Castrum Palaum, quam nouissimè post hæc scripta docet etiam Baldellus *tom.1.lib.5.disp.7.n.13. & seq.* Vide etiam Castellinum *tract.de elect.c.5.n.86.*

Sup. hoc lege doctrinã §. 1. prope finem, à vers. Et hæc omnia. Resol. not. præteritæ.

RESOL. XI.

An Cardinales in electione Pontificis habeant vocem etiam si insignia Cardinalitia eis tradita non sint?

Et an Canonicus habeat vocem in electione, antequam in Choro possessionem nactus fuerit?

Neque simile est de Episcopo, qui ante consecrationem à multis prohibetur, quia consecratio alium Ordinem, de nouo Episcopo confert.

Et an offendentes, & interficientes Cardinales, qui nondum capellum habuere, incidant in censuram Bullæ Cœnæ? Ex part.5.tract.2.Resol.74.

Quoad hoc lege doctrinam resol. not. seq. signan.

§.1. ALiqui negant, eo quòd suffragium non sit proprietatis, sed possessionis fructus, ergo Cardinalis nondum possessionem assecutus in comitiis suffragium non habet, & proinde Cardinalis dignitatem quidem per electionem adeptus, nondum tamen insignia, ac id circo possessionem nactus suffragium habere non potest: alij tamen affirmant, quia ex ipso quòd est à Romano Pontifice electus & creatus, omnem potestatem administrandi Ecclesiam nanciscitur, si aliud iuris impedimentum non obstet. Deinde id colligunt à simili. nam Abbas etiamsi sacratus non sit, & nomen Abbatis habet & Ecclesiam administrat, & pastorali baculo, annulo, mitra, & aliis Pontificiis insignibus vtitur, & hæc omnia docet Azorius *tom.2.lib.4. c.2.q.7.* & ante illum Albanus *de Cardinal.q.17.* quorum opinio potest confirmari ex illo, quod de Canonico Doctores resoluunt. Innocent. Buttrius, Abbas, & alij, *in cap. transmissam de elect.* nempe habere vocem in electione antequam in Choro possessionem nactus fuerit. Neque simile est de Episcopo, qui ante consecrationem à multis prohibetur; consecratio enim alium ordinem de nouo Episcopo confert, non ita verò insignia Cardinali aliquid addunt. Neque tandem aliquid facit pallij similitudo, ãte cuius traditionem Archiepiscopus denominari non potest, iusta text. *in cap. nisi, de authoritate & vsu pallij*, quia, vt idemmet textus inquit, in pallio Pontificialis officij plenitudo cum Archiepiscopalis nominis appellatione confertur, quod non ita in traditione insignium contingit, & ita hanc opinionem tenet etiam Sebastianus Cæsar *in Relect.de Eccl.Hierarch.part.1.disp.12 §.4.num.7.*

2. Sed hodie cessat hæc quæstio, nam Pius V. *die 26.Ianuar.1571.* quodam particulari decreto, vt obseruat Lauorius *in variis elucubrat. tit.3.cap.2. n.16.* statuit Cardinales in electione Summi Pontificis, etiamsi galerus & insignia tradita non sint, neque apertum os sit, posse adhuc vocem in electione Summi Pontificis habere, & verba Decreti sunt hæc Pius Papa V. &c. Quia aliquando dubitatum fuit, vtrùm Cardinales, quibus os clausum esset, si antequam illud eis aperiretur; Sedis vacatio eueniret, vtrùm, inquam, in Summi Pontificis electione votum haberent, sanctitas sua exquisitis RR. DD. sententiis de eorum assensu & consensu decreuit, quòd cùm potissima Cardinalis facultas in Romano Pontifice eligendo consistat, quæ sanè ipsis propter insignium, & cremoniarum defectum auferri non debet, ob eam causam sanctitatem suam statuere, vt postquam aliquis S.R.E. Cardinalis creatus fuerit, honorémque acceperit, & consensum suum dederit, is statim vocem & ius eligendi Romanum Pontificem habeat, & consequatur, etiamsi Cardinalatus galerus nondum illi traditus sit, neque os clausum, aut si clausum fuerit, nondum tamen apertum sit. Videri enim potest huiusmodi claudendi otis ritum ad præcipuam Cardinalium facultatem, quæ circa Sum. Pontificis electionem versatur, non pertinere, sed ceremoniam quandam esse ea de causa introductam, vt Cardinales antequam in Consistoriis & Congregationibus suffragium ferant de modestia, quæ ab ipsis in his, & aliis actibvs adhiberi debet, quodammodo admoneantur, &c. *sub die 26.Ianuar.1571.* Et tandem idem statuit Gregor. XV. *in Bulla de Ceremoniali, Idus Martij 1622.*

Sup. hoc lege doctrinam §. 1. ex fata in Cathedra §. vlt. fol. 8 cum 9 tomum.

3. Vnde ex his infertur offendentes & interficientes Cardinales, qui nondum capellum habuere, incidere in censuram Bullæ Cœnæ, quia quando aliquis in Cardinalem nominatur, & assentit, vere Cardinalis efficitur, nam Capellum accidentarium est, & ita docet Sousa *in Bullæ Cœnæ, cap.12. disput. 60.concl.1.* Bonacina *in Bulla Cœnæ, disput.1.quæst.12. punct.2.*

Sup. comento in hac 6 in tom. 1. tract. 1. Resol. 138. per tot. a fin.

punct.2.num.3.Duardus *lib.2. canon.11.quæst.6. num.1.* Vgolinus *cap.11. §.1.num.1.* Filliucius *tom.1.tract.16. cap.9. num.259.* Scortia *in Bull.Pontif. epitome 166. theorem. 420.*Megala *in 3.part.lib.2.cap.9.q.1.num.10.* & alij.

RESOL. XII.

An Cardinalis iustè impeditus possit vices suas in creando Summo Pontifice alteri demandare?
Et an absens possit constituere Procuratorem ad eligendum, & suffragium ferendum in scrutiniis?
Et an sit Cardinalibus id iure concessum? Ex part. 5. tract.2. Resol.40.

§.1. AFfirmativam sententiam docet Manfredus *de Card. decis.* 280. vbi sic ait: Cardinalis iusto detentus impedimento vices suas alteri in electione Papæ demandare potest. Ita ille. Probari potest hæc opinio ex *cap.si quis iusto,de elect in 6.*Palcottus *de sacro Consist.part.5.quæst.7.*notat absentem posse constituere Procuratorem ad eligendum, & suffragium ferendum in scrutinio,& citat Mandagotum *de elect. Pralat. cap.10. 11. & 12.*

2. Verùm negativam sententiam docet ex Aucharano & Philippo Franco Azorius *tom.2.lib.4.c.2. quæst.9.* & Megalius *in promptuar. ver. Cardinalis, num.19.* quia non est Cardinalibus id iure concessum.

RESOL. XIII.

An Cardinales si non expectent alios intra tempus definitum,quod est per spatium decem dierum, & eligatur Pontifex ex ipsorum omnium,vel duarum partium consensu, electio adhuc sit valida?
Et quid,si Cardinales præsentes contradixissent; an ipsis invitis electio consisteret? Ex part.5.tr.2.Resol.75.

§.1. SVppono; quod Cardinales præsentes debent per spatium decem dierum absentes expectare pro electione Summi Pontificis.Difficultas est, an si illum eligant infra dictum tempus, electio sit nulla? & talem electionem non valere respondet Albanus *de Card.q.14.*quia cùm tempus certum lex præscribit, ad substantiam spectare dicitur,ex *authent.qua supplicat.C.de precib.Imper.offerend.*sed hoc in electione statutum est. ergo, &c.

2. Sed talem electionem vim habere magis probabiliter tradit Azorius *tom.2. lib.4.cap.2.q.5.* & Lavorius *in var.elucubr. tit.4.cap.7. num.4.* quibus ego adhæreo,nam glossa *in cap.vbi periculum,de elect.in 6.* sentit eam electionem ratam esse & firmam, quia in eo cap. generatim dicitur nihil excipi, aut opponi posse,si Pontifex eligatur suffragiis duarum partium Cardinalium. Item, quia si illi Cardinales præsentes quoque fuissent, & contradixissent, nihilominus ipsis invitis electio consisteret. Nec diversum ab his Philippus & Archidiac. docuerunt, putant,enim ad substantiam electionis solùm requiri vt Pontifex à duabus partibus Cardinalium eligatur, cætera verò ad accidentia electionis attinere, nempè locum & tempus,ergo, &c.

RESOL. XIV.

An Cardinales, si ita distent à Romana Curia, vt omnino inter decem dies post mortem Pontificis accedere non possint, teneantur adhuc præsentes illos expectare? Ex part. 5. tract.2. Resol. 76.

§.1. AFfirmativam sententiam docet Manfredus *de Card. decis.* 266. vbi sic ait. Cardinales qui intra decem dies accedere non possunt,expectandi sunt. Ita ille, qui citat glossam, Francum, Baldum, Iasonem, Albanum, & Iacobatium.

2. Sed contraria sententia mihi placet, quam tuetur Albanus *de Cardin. q.13.* Azorius *tom.2.lib.4. cap.2.quæst.5.* quibus ego addo Iulium Lavorium *in var.elucubr.tit.4.cap.7.num.11.*quia *in cap. vbi periculum, de elect. in 6.* decem dierum spatio præfigitur. ergo, &c.

RESOL. XV.

An si Ecclesia vacaret tempore, quo Concilium Generale est congregatum; electio Summi Pontificis adhuc spectet ad Cardinales?
Et quid sentiendum est de iure? Ex part. 5. tract.2. Resol.73.

§.1. HIc casus accidit tempore Concilij Constantiensis, & res ex consensu communi ad concordiam redacta fuit; sed quid sentiendum de iure?Hanc quæstionem latè tractat Albanus *de Cardin. quæst.35.*in qua aliqui volunt,ad Cardinales spectare electionem, si Sedes vacat per obitum,vel renunciationem;si verò vacet, vel quia Pontifex ab ipsa Sede sit depositus,vel eius electio irrita,& nulla ab ipso Concilio declarata sit,putant eiusdem Concilij esse eligere novum Pontificem, tum quia cùm Concilium habeat potestatem Pontificem hæreticum deprehensum deponendi, quod est plus, *cap.si Papa, dist.40.* multo magis debet illi concedi eligere quod est minus, ex *rei reg. cui licet, de reg. iur.in 6.& in l. non debet, ff eodem tit.* & potestas conferendi videtur concessa illi, cui concessa est auferendi, *l.nemo qui condemnare, ff. de reg. iuris*, tum quia electio Rom. Pontif. ad Cardinales redacta est, habito respectu ad difficultatem congregandi Concilium statim post obitum Summi Pontificis, quod cessat, dum Sedes vacat congregato Concilio.Vide Cucchum *in instit. Canon.lib.2.tit.4.num.30.*

2. Verùm alij tradunt ius eligendi Pontificem in nullo casu pertinere ad Concilium,nam vbi iura non distinguunt, nec nos distinguere debemus, neque Concilium potest hanc facultatem Cardinalibus auferre,quia non à Concilio, sed à Sum. Pontifice acceperunt,licèt Concilio approbante, vt patet *in cap. licet.& in cap. vbi periculum, de elect. in 6.* ergo sola Concilij authoritate potestas iure nequit auferri,nisi Romani quoque Pontificis consensus accesserit, & hæc opinio mihi magis placet cum Albano *vbi suprà*, & Azorio *tom.2.lib.4.cap.3.quæst.13.* cum hac tamen limitatione, vt eam potestatem Cardinalibus possit Concilium adimere, si iusta alioqui causa subsit, ut si è munere & officio esset ob crimen hæresis Pontifex deiectus, & Cardinales essent criminis participes, aut alia de causa suspecti, aut verisimiliter crederetur offensionem orituram, aut schisma, vel magnam Ecclesiasticæ pacis perturbationem; tunc enim ob Ecclesiæ communem salutem, iure posse ad tempus, non in perpetuum Cardinalibus ea potestas auferri, alioqui minimè.

3. Objicies, Generale Concilium potuit id iuris Cardinalibus concedere;ergo & auferre. Respondeo potuisse quidem,sed non sine iusta causa,quæ quidem alicujus ponderis, & momenti esse videatur.

RESOL.

RESOL. XVI.

An Cardinales aliquando possint conuocare Concilium? Et notatur, quod non propterea huiusmodi Concilia imperfecta habenda sint tanquam Conuenticula? &c. Ex part.5.tract.2.Res. 62.

§.1. AFfirmativam sententiam docet Manfredus *de Cardinalibus, part.1. cap.13.* Didacus ab Alava Episcopus Abulensis *de Conciliis.part.2.cap.2. n.4.*qui ponit casus,in quib.Cardinales possint Concilium congregare.Idem etiam docet Cucchus *in inst. Canon.lib.2.tit.4. num.45.& tit.3.num. 13.* Iacobatius *lib.1.de Concil.à num.1.vsque ad* 48. cum Albano *de Cardin.quæst.42.privileg.14.*vbi sic air:Orto schismate, vel alio casu eveniente, in quo Concilium conuocari debeat,si Papa in eo congregando negligens comperiatur, tunc ista conuocandi Concilij facultas ad Cardinales pertineret,vt pote ad maiores vniversitatis, iuxta *l.1. cum ibi notatis, ff. de alb. scrib.* ipsi enim cæteris omnibus dicuntur esse maiores, & post Summum Pastorem suprema dignitate funguntur. Ita ille, qui citat Ioannem Andream, Imolam, Romanum, Abbatem, & Decium.

2. Verùm mihi placet ad hoc dubium respondere cum doctissimo Antonio Peres, insigni Theologo Salmanticensi, ex Ordine D.Benedicti *in Pentateucho fidei, tract. de Conciliis, cap.*8. Dico igitur aliud esse loqui de Concil.generalib. provt sic abstrahendo ab illegitimis,& legitimis, perfectis & imperfectis, aliud verò de legitimis, & perfectis. Quibus præmissis respondendum est, quòd si loquamur de Conciliis primo modo sumptis,certum est posse alios à Pontifice rectè,& ritè Concilium congregare; secus verò si loquamur de illis in secundo sensu. Priorem partem huius decisionis probo, quia extrema necessitas maximè totius communitatis potior est omni positivo iure. Secundam verò partem probo ex eo, quòd Concilij generalis legitimatio est propria Summi Pontificis etiam in casu,quo de Pontificis incapacitate in Concilio ipso agendum est, vt patet ex *c. Concilia, disp.*17.Ibi enim refertur quòd cùm Symmachus Papa diffamatus esset de quibusdã criminibus,& Theodorus Rex Romam veniens Concilium congregaret, vt examinarentur ea,quæ Pontifici obijciebãtur,tunc Episcopi ad Concilij vocati,postquam in vno congregati fuere surgentes inclamarunt,opus esse authoritate ipsius Symmachi iudicandi ad hoc,vt ille Cõventus Synodus fieret,hoc est,legitimus & perfectus.

3. Est tamen notandum quòd non propterea huiusmodi Concilia imperfecta habenda sunt tanquam conventicula, quia licèt sint imperfecta, eo quòd carent prærogativis & privilegiis;quibus gaudent Concilia legitima ad certò & infallibiliter definiendas res fidei, & ad alia huiusmodi, de quibus Pighius. Ipsi tamen ratione sui muneris, & instituti Conventus veuerabiles sunt, vt pote iure congregati ad subveniendum extremæ necessitati Ecclesiæ,circa quam est authoritas defendendi seipsam,& providendi sibi de capite.Vnde quamvis sine illo non possit statuere de multis, potest sibi providere & eligere caput,cum quo de illis statuat; & hæc omnia docet *vbi suprà* Perez,qui citat Caietanum & Bellarminum. Igitur possunt Cardinales Concilium congregare in sensu explicato à Perez *loco citat.*vide etiam Ioannem Wigers *in 2.2.D Thoma,quæst.1.art.10.dub.1.num.38.*

RESOL. XVII.

An Cardinales, qui Episcopi non sunt, habeant ius præsentiæ, & iudicij in Conciliis Generalibus?
Et an Cardinales in Concilio præferendi sint Patriarchis, & Episcopis? Ex part.5. tract.2. Res.

§.1. VIdetur negativè respondendum, quia Cardinales tantùm sunt præfecti illis Ecclesiis singularibus, quarum titulis insigniuntur; sed hoc non sufficit ad tale ius, vt patet in Parochis & Archidiaconis: ergo. Adde quòd Cardinales si non sunt Episcopi, nullam habent iurisdictionem. Sup. contra his in hac Res. lege pra in Res. Epistolam positam Eugenius.

2. Verùm noviss imè ex communi Doctorum sententia affirmativam sententiam docet Didacus ab Alva *de Conciliis part.1.cap.6.num.2.fol.*33. Malderus *in 2.2.D.Thom.quæst.1.art.10.dub.4.§.4.* Duuallius *de potest. Rom.Pont.part.4. quæst.3.* Suarez *de fide disp.11, sect.1. num.17.* & Perez, ornamentum Benedictinæ familiæ, *in pentateucho fidei tract.3. de Conciliis dub.3.cap.8.num.81.*Primò quoniam Cardinales tanquam Senatores & Consules atque Vrbis Patritij habentur, & euulgantur. Secundò, quia habent iurisdictionem Episcopalem in suis titulis.Tertiò,quia, vt Turrecremata ostendit,uon minùs quàm Episcopi Apostolorum loco succedunt, quia sicut Apostoli adstiterunt Christo,adeò vt illis dixerit: Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis; ita Cardinales assistunt Summo Ecclesiæ Pontifici in omnibus Ecclesiæ arduis. Quartò, quia assistunt illi tanquam particulares Assessores, Consiliarij, atque cooperatores, iuxta verba Bonifacij VIII. Quintò, quia sunt pars corporis Papæ, & specialia membra illius, & partes, Papatus causa.Sextò, quia, vt dicit Hostiensis, & Ioannes Andreas, maior est coniunctio,imò identitatis vnio inter Cardinales & Papam, quàm inter se ipsum,& vniversos alios etiam Episcopos. Sup. hoc in Res. nec præterea verum amen medium, vers. alio quod & infra in Res. 22.18.19.

3. Restat modò respondere ad argumentum contrarium. Dico igitur authoritatem Cardinalium non solùm Ecclesiam Titularem,vel vnam Diœcesim,sed vniversam Ecclesiam respicere, vt benè probat Lotherius *de Benef. tom.1.lib.1.quæst.8. num.49.* & ratio est, quia habent consulere non solùm Romanæ,sed etiam vniversali Ecclesiæ. Propter quod aptantur Cardinalibus illa verba: Domini enim sunt cardines terræ,& posuit super eos Orbem; Cardinales enim eo dicti sunt, quia sicut ostium intra cardines vertitur, ita Ecclesiæ regimen Consiliis Cardinalium, & reputantur vt Dei munere introducti in Ecclesia, vt portent onera eius,tanquam Summi Pontificis robustissima membra. Item aptari solet illud: Pro patribus tuis nati sunt tibi filij (id est, Cardinales, propter Apostolos) constitues eos Principes super omnem terram, de quibus Turrecremata, qui etiam adducit ad idem testimonium D. Bernard. qui de Cardinalibus loquens ad Eugenium III. inquit: Hi quoque qui tibi assistunt seniores populi Orbis iudices. Propter quod Cardinales non solùm vocem habent decisivam vt Episcopi, sed præferuntur Episcopis, vt videri potest apud Concilium Lateranense, ibi enim ante Episcopos subscripserunt Cardinales.

4. Notandum est tamen hîc contra Garciam *de nobilitate gloss.*48..§.2.*num.*54.Cardinales in Concilio præferendos esse Patriarchis, ex rationibus, quas adducit Eugenius IV. *in epist. superiùs posita.* Superius in Res. §. Eugenius.

RESOL. XVIII.

An Cardinales possint sine scrupulo tacere, quando in Consistorio aliquid non bene determinatur?
Et quid, quando maior pars Collegij contrarium approbat?

Et

Et an doctrina huius Resolutionis intelligenda sit pro quocumque alio Collegio, vniuersitate, & Communitate? Ex part. 5. tract. 2. Resol. 49

§. 1. DE hac quæstione latè disputat Albanus *de Cardin. quæst. 10. per totam*, vbi ex multis rationibus probat Cardinales semper, & quocumque casu veritatem profiteri debere, eósque circa peccatum, quod pro veritate sentiunt, tacere non posse, quia qui de Collegio sunt, in his quæ ad vniuersale commodum pertinent, ex vi officij sui tacere non possunt arg. *cap. 1. de his quæ fiunt à maiori part. Cap.* Verùm si is, qui loqui tenetur, sileat in sui præiudicium consentire censetur, *l. de ætate*, §. *qui tacuit, ff. de interrogat. & rog. qui tacet, de reg. iur. id* 6. & ita hac ratione motus dixit Abbas post Innoc. *in d. cap. 1.* vbi quemlibet de Collegio ad liberè loquendum cogi docuerunt, & totis viribus resistere, si quidquam adversùs honorem, vel Capituli vtilitatem pertractaretur, aliter eum grauiter errare, & licèt de Collegio simplici loquatur: idem tamen, & multo etiam magis de hoc sacro Senatu respondendum est, cùm longè maioris ponderis sit aliis Collegiis inferioribus, quia minus peccatum, & minor pœna, est in maiore ait Gl. *in cap. 2. in verb. Sacerdotale. de offic. deleg. in 6.* & prædicta quæ per Innoc. & Abb. *in d. c. 1.* tradita sunt, sequutus est Abbas etiam *in cap. continebatur eodem tit. in c. dilectus el 2. de simonia, in cap. vestra, de locat. & in c. in causis, de elect.*

2. Nec valet dicere quòd quando maior collegij pars contrarium approbat vana futura esset oratio, nam respondeo eum omnino confidere debere se inuictam veritatem proferentem alios quoque in suam sententiã adducturum, arg. *l. si in tres. ff. de arbitr.* Veritas enim omnia vincit, *cap. consuetudo* 8. *distinct.* & labium veritatis firmum erit in perpetuum, *Prou. 12.* transumptiuè *in cap. qui ambulat. 5. q. 5.* & semper veritati locum esse ait Iurisconsult. *in l. fin. ff. de probat.* qui autem veritati innititur, èi Deus, qui est ipsa veritas, auxilio est. Ita Alban. *vbi suprà.*

3. Verùm mihi placet ad præsentem quæstionem cum Azorio *tom. 2. lib. 4. cap. 3. quæst. 17.* distinguendo respondere. nam illud, quod proponitur in Consistorio, aut certò & euidenter est contra commune Ecclesiæ bonum, & tunc tuta conscientia tacère veritatem Cardinalis non potest, quamuis sibi odium pariat; aut res dubia est, & tunc si maiori Cardinalium parti contraria sententia placuisset, & nihil profuturam suam sententiam Cardinalis certò, aut manifestò, aut saltem bona fide intelligat, tuta conscientia contrariæ maioris partis sententiæ adhærere potest; tunc enim non videtur errare, & in odium aliorum incideret, aut imprudens haberetur. Item suo suffragio nihil prorsus Cardinalis efficeret, & in dubiis prudenter aliorum consilium sequimur.

RESOL. XIX.

Verum Cardinales teneantur impedire nominatum à Pontifice pro Episcopo, si alium digniorem arbitrentur? Ex part. 5. tract. 2. Resol. 21.

§. 1. CAsus potest sæpiùs in praxi accidere, & ad illum Paleottus *de sacro Consist. part. 4. q. 1.* respondet, ad Cardinalium auctoritatem & officium non pertinere propriè aliquem ad Episcopatum admittere, sed tanquam Papæ Consiliarios non vlteriùs obligari, quàm vt ad eas res, de quibus à Papa requiruntur, & consuluntur, fidele præstent responsum, per *cap. fundamenta*, §. *decet, de elect. in 6.* Itaque cùm Pontifex in Episcoporũ promotione non aliud ab ipsis Cardinalibus exquirat, quàm iudicium, si propositum Episcopali dignitate dignum arbitrentur. Ideo non ad aliud obligantur, quàm ad interrogata respondere, illúmque approbare, si ita credant. Imò & Cardinales omnes tutam respondendi, ferendique suffragij sui rationem colligere posse, addit ex testimoniis quatuor Cardinalium in publicam formam redactis, & ab eis subscriptis, quibus inquisitio committitur de promouendi qualitatibus. Et ita hanc sententiam præter Paleottum. docet etiam Campanili *in diuer. iur. can. rubr. septima, capite 6. num. 72.*

RESOL. XX.

An Eminentissimi Cardinales reuelando eas quæ in Consistorio tractantur, incidant in censuram Sanctissimo reseruatam?

Et quid, si reuelent ea, quæ à Pontifice specialiter, & expresse sub silentio fuerint indicta?

Et an supra dicta censura sit vsu recepta?

Et an in hanc excommunicationem non incidas, si ea, quæ tibi Cardinalis inique manifestauit, quæque à Pontifice secreto accepit, reueles?

Et notatur, quod si aliquis casu, vel dolo audierit ea, quæ in Consistorio acta, vel dicta sunt, & aliis narret, non incideret in dictam censuram? Ex part. 9. tract. 8. & Misc. 3. Resol. 41.

§. 1. SVppono in Concilio Lateranensi referri Bullam Leonis X. in hæc verba: Statuimus, ne quis Cardinalium vota in Consistorio data, & quæcunque ibi gesta, aut dicta, quæ in odium, aut in præiudicium, aut scandalum alicuius redundare possint, scripto, aut verbo, vel quouis alio modo reuelet sub pœna periurij, & inobedientiæ; & quotiescunque à nobis & Romano Pontifice pro tempore existente specialiter, & expressè vltra præmissa indictum fuerit super aliqua re silentium, si quis contra fecerit vltra pœnas, excommunicationem latæ sententiæ incurrat.

2. Hoc supposito circà prædictam Censuram, duas difficultates inuenio. Prima est, an Cardinales reuelantes aliquid de actis secreto in Consistorio, si non existat præceptum Papæ, vt non reuelentur, incurrant adhuc in dictam Censuram? Et negatiuè respondet P. Victorianus Premoli ex Societate in Catalogo excommunicationum *cap. 1. num. 2.* Leone vbi infrà, & Bonac. *tom. 2. disp. 2. q. 7. punct. 2.* neque enim Pontifex videtur excommunicationem apposuisse aliis quàm iis, quibus ipse silentium indixit: nam reuelatores eorum, quæ in Consistorio dicta, vel gesta sunt periurij, & inobedientiæ reos esse decernit. Verum affirmatiuam sententiam tenent Filliuc. *tom. 1. tract. 15. cap. 9. n. 200.* & Castrus Palaus *tom. 6. disp. 3. punct. 28. num. 4.* asserentes, supradictam Censuram Cardinales comprehendere siue reuelauerint, quæ à Pontifice sub secreto specialiter, & expressè acceperint, siue quæ in Consistorio dicta, vel gesta sunt, quæ reuelata in odium, præiudicium, aut scandalum alicuius redundare possint. Quia sub eadem clausula continentur; & quæ Cardinales reuelent in Consistorio acta, & quæ à Pontifice specialiter, & expressè sub silentio fuerint indicta. Quod verò ob reuelationem eorum, quæ in Consistorio dicta, vel gesta sunt, quæque reuelata in alicuius præiudicium cedere possint, excommunicationem Cardinales incurrant; inde mihi persuadeo, quia illa clausula generalis: Si quis contra fecerit, refertur ad ea omnia, quæ

in antecedenti statuta sunt. At in clausula antecedēti statutū est, ne quis Cardinalium reuelet vota in Consistorio data & quæcunque ibi gesta, vel dicta, quæ in odium, præiudicium, aut scandalum alicuius redūdare reuelata possint. Ergo hæc reuelantes in Excommunicationem incidunt. Sed Ego vtranque sententiam probabilem esse puto.

3. Secunda difficultas est, an supradicta Censura sit vsu recepta? Et negatiuè respondendum videtur ex celebri doctrina Patris Suarez *de Censur. disp. 22. sect. 6. num. 8. & 9.* vbi loquens de quadam Censura in dicto Concilio Lateranensi imposita, sic asserit: Mihi est valdè dubium, an hæc Lex, & excommunicatio vsu, consuetudine recepta sit; quod de omnibus Excommunicationibus illius Concilij affirmat Caietanus, *verb. Excommunicatio, in fine, post cap. 81.* & Bartholomæus Carranza *in Summa Conciliorum in fine illius Concilij*, & Nauarrus, *cap. 27. num. 110.* & ideò alias excommunicationes, quæ in eo feruntur, prætermitto. Ita Suarez; cui adde, in terminis, vt dici solet, terminantibus Leonem *de Censur. Recollect. 4. littera C. ver. Cardinales 3.* & Victorianum Premoli vbi supra. Sed quando est dubium, an Censura sit vsu recepta, illam nō obligare, satis firmauit cum Azorio, Rebellio, Palao, & aliis, *in part. 4. tract. 3. resol. 14.* & firmat nouissimè me citato doctus, & amicissimus Caramuël *in The. mor. lib. 3 n. 1347.* Ergo. Verùm nolo in re tam graui nimis indulgere; ideo tu cogita; imò assero Castrum Palaum vbi supra, docere dictam Censuram esse vsu receptam.

*Quæ hic in tom. 6. tr. 1. Res. 41. & in Res. 40. & 39. §. Ergo prope fin. & in tom. 1. tr. 3. Res. 20. §. Quæ quidē. & in tom. 5. tr. 3. Res. 37. §. Posset hæc

4. Puto tamen cum dicto Palao te in hanc excommunicationem non incidere, si ea, quæ tibi Cardinalis iniquè manifestauit, quæque ipse à Pontifice secreto accepit, reueles. Tum, quia Cardinalis non es, quos tantum hæc constitutio comprehendit. Tùm quia non reuelas ea, quorum silentium tibi indictum sit à Pontifice, tametsi aliis indictum fuerit. In præsenti autem Constitutione videtur requisitum, vt reuelatio secreti ab eo fiat, cui secretum à Pontifice commissum est, quia hæc est propria secreti indicti violatio in contemptum indicentis cedens.

5. Nota etiam hic, quòd si aliquis, vel casu, vel dolo audiret ea, quæ in Consistorio dicta, vel acta sunt, & aliis narraret postea, non incideret in dictam Censuram; quia lata est tantùm contra Cardinales, aut contra eos, quibus à Pontifice secretum commissum fuerit.

RESOL. XXI.

An vt maritus promoueatur ad Cardinalium, opus sit vt vxor ingrediatur Religionem, vel sufficiat, vt remaneat in seculo cum voto castitatis, siue in iuuenili, siue in senili ætate constituta sit?

Et cursim infertur, quid dicendum sit in prædicto casu, vt maritus ad sacros Ordines, vel ad Episcopatum promoueatur?

Et an Dignitas Cardinalatus statim per contractum matrimonij per verba de præsenti expiret? Ex part. 5. tract. 2. Res. 39.

Sup. hoc, quoad Cardinalatum in tom. 2. tr. 5. Res. 116. §. vlt. in fin.

§. 1. CAsus est curiosus, & de illo ego olim interrogatus fui à magno quodam Dynasta vxorato, & affirmatiuam sententiam ex Anania docet Manfredus *de Cardinal. decis. 213.* vbi sic ait. Cardinalis non potest esse vxoratus nisi vxor Religionem profiteretur. Sic ille, & post illum Maiolus *de irreg. lib. 1. cap. 34. num. 2.* & in hanc sententiam inclinat Ioan. Andreas *in cap. sanè, de conuer. coniugat.* & *ibi* Abbas *num. 3.* Cardinalis *in fine*, & Acharanus *in fine.* & ratio est, quia, vt habetur ex *d. cap. sanè*, & docent communiter Iurisperiti, & Theologi, vt maritus promoueatur ad * Episcopatū, necessaria est professio vxoris in Religionem: ergo, & idem dicendum est, vt quis promoueatur ad Cardinalatum, quia, vt dictum est sæpius suprà, in suis titulis habent iurisdictionem Episcopalem.

* Sup. hoc quoad Episcopatum in tom. 2. tr. 5. Res. 116. §. vlt. in fin. Reiterat, in principio dicti §. vlt.

2. Sed vt aliquis vxoratus ad Cardinalatum promoueatur, ego existimo cum Sanchez *de matrim. 2. tom. 2. lib. 7. dub. 41. num. 4.* non amplius desiderari, quàm ad Ordines à viro assumendos, quia, vt verum fatear, non inuenio textum aliquem specialem in hoc casu differentem, & decidentem, neque rationes in contrarium cōuincunt; sufficeret igitur vt vxor Cardinalis remaneret in sæculo cum voto castitatis, siue vetula, siue iuuenis esset, nam hoc tantùm sufficit de iure, vt vir ad sacros * Ordines promoueatur, teste sapientissimo Basilio Pontio *de matrim. lib. 7. cap. 35. num. 7.* vbi sic ait. Denique dixerint neque antiquo, neque nouo iure requisitum fuisse, vt vxores eorum, qui ad alios sacros Ordines, præter Episcopatum, promouebantur, Religionem profiterentur, sed tantùm vt continentiam in sæculo vouerent, siue in senili, siue in iuuenili ætate essent constitutæ, nam textus *in d. c. sanè*, solùm agit de his, qui Episcopi ordinabantur; text. etiam Alex. III. *in d. cap. coniugatus, de conuers. coniugat.* in quo de aliis ordinatis agitur, solùm exigit vt continentiam profiteantur, ibi, *nisi ab vxore continentiam professe fuerit absolutus*, quo verbo glossa ibi intelligit simplex castitatis votum. Vnde in eo discriminantur vxores eorum, qui ad Religionem transeunt; quòd istæ profiteri Religionem compelluntur, nisi senes sint. *cap. cùm sis, de conuers. coniug.* At eorum, qui ad Ordines assumuntur, minimè discriminantur etiam vxores eorum, qui ad Episcopatum euehuntur. & qui ad alios Ordines, accendunt, quòd illæ profiteri Religionem, istæ continentiam tantùm vouere cogantur, idque forte sic constitutum est ob maiorem reuerentiam statui Episcopali debitam. Ita Pontius, de rigore iuris loquendo.

* Sup. hoc quoad Episcopatum in tom. 2. tr. 5. Res. 116. §. vlt. in fin. Reiterat, in principio dicti §. vlt. Sup. hoc quoad ordinatos tantum à Res. hoc huius li. magis li. principio

3. Notandum est tamen hic obiter quòd dignitas Cardinalatus statim per contractum matrimonij per verba de præsenti expirat, tanquam dignitas Clericatui annexa. Ita Ricciullus *de iure personarum, &c. lib. 7. cap. 1. n. 16.* qui obseruat hoc ætate nostra contigisse.

RESOL. XXII.

An Cardinales in sua consecratione teneantur præstare iuramentum Romanæ Ecclesiæ? Ex part. 5. tract. 2. Res. 95.

§. 1. QVamuis omnes Prælati in sua consecratione teneantur Summo Pontifici iurare fidelitatem; Cardinales tamen ad tale iuramentum fidelitatis præstandum non tenentur. Nam licèt Pontifex sit caput totius Ecclesiæ, est tamen, specialiori quadam ratione Cardinalium caput, & Cardinales eius membra specialia respectu aliorum, dicuntur enim quasi ipsi Pontifici inuiscerati & quasi vnum corpus adeò vnitum, vt si Pontifex ab illis fidelitatis iuramentum peteret, quodammodo à se ipso petere videretur, contra decisionem textus *in cap. final. de instit.* & ita docet Valboa de Magrouiejo *in lectionibus Salmaticensibus, tom. 2. cap. 4. de iureiuran. num. 4.* & communiter Doctores.

Sup. hoc, multis in fin. in §. Verum paulo initium. Nullatenus ab his alia Res. nor. & in. Res. in med. vbi Nam Cardinales, & alias notationem

RESOL.

RESOL. XXIII.

An electus ad Cardinalatum priora beneficia amittat? Ex part.5. tr.2. Resol.11.

§.1. NEgatiuam sententiam docet Albanus *de Cardinalibus*, *q.22. priuileg.* 20. Laudensis *de Cardin.p.42.* Lotichius *in Thesaur.ver. Cardinalis*, §.7. Bertachin. *de Episc.part.1.lib.2.q.21.* & Azorius *part.2.lib.4.c.3.q.5.* quorum tamen resolutionem intelligit in beneficiis inferioribus non curatis, nec habentibus dignitatem P ureus *decis.438.* aliàs *428.lib.2* Sed hac de re extat Consistoriale Decretum incip. *Sanctissimus*, *sub die 16. Martij 1588.* inter Constit. Sixti V. *79. in Bullario nouo, tom.2. pag.627* in quo sic habetur. Sanctissimus Dominus N. Papa Sixtus V. decreuit, quòd per promotionem ad Cardinalatum vacant omnes Ecclesiæ, & omnia beneficia cuiuscumque nominis, & tituli sint, nisi fuerit data retentio, quæ concessa intelligatur & data ad Patriarchales, Metropolitanas, & Cathedrales Ecclesias, ad Monasteria etiam commendata, ad Prioratus, & ad cætera omnia beneficia, quæ videntur conuenire dignitati Cardinalatus. Ad alia verò quæ videntur repugnare dignitati, & gradui Cardinalatus, puta Archipresbyteratus, Archidiaconatus, Decanatus, Canonicatus, & similia beneficia non extendantur, cùm obtinentes huiusmodi beneficia teneantur residere in choro, & habere debeant locum post Episcopum Cardinalis dignitati non conuenientem. Vide Parisium *de resign.benef.lib.3.q.1.n.66.*

RESOL. XXIV.

An Cardinales soluantur legibus, qua prohibent duo, aut plura beneficia simul habere, vt patet in cap. De multa. & Extrauag. de Præbendis?

Et an Cardinales habeant priuilegium, quod beneficia suorum familiarium non possint conferri per Papam sine consensu Cardinalis Patroni?

Et an pari ratione Cardinalis Legatus quamcumque amplissimam potestatem habens conferendi beneficia, non possit conferre vacantia per obitum familiaris Papæ vel Cardinalis? Ex part.5.tr.2.Resol.41.

§.1. NEgatiuam sententiam docet Abb. *in cap. bona memoria. de postulat. in cap. ex gestis, de Cler.non residen. & in cap. Ecclesia vestra.de elect.* cum multis aliis. Sed affirmatiuam sententiam docet Hostiensis *in cap. Ecclesia vestra, de electione*, & alij quos citat & sequitur Barbatia *de Cardinal.quæst.12. num.6.* cui adde Hieronymum Manfred. *de Cardinal. decis.108.* & Martinum Laudensem *de Cardinal.q.42.* & ratio est, quia regimini Ecclesiæ vniuersalis inuigilant, & consequenter cuicumque particulari Ecclesiæ dicuntur deseruire. Secundò Cardinales, vt suprà dictum est ex *cap.felicis de pœnis in 6.* sunt pars corporis Papæ: ergo iura prohibentia aliquem habere duas dignitates, non comprehendunt Cardinales: consueuit enim Papa in constitutione sua, quando vult comprehendere Cardinales, facere expressam mentionem de illis Venerandis Patribus, *cap. 1. de schismat.lib.6.* Tertiò facit. Ad eum casum non adaptatur constitutio, ad quem casum non adaptantur verba sua, *l.quod constitutum, ff.de testament. milit. cap.indemnitatibus*, §.*sed cùm eas.de elect. lib.6.* cum simil. Sed verba *cap.de multa.de præben. & dicti cap. dubium*, & illius Extrauagant. *Execrabilis*, non adaptantur ad Cardinales: ergo non habent locum in eis, per supradicta, ergo minimè debemus extendere illa iura ad Cardinales. *l.nominis & rei*, §.*verbum ex legibus ff.de verb.signif. l.si seruus*, §.*non dixit Prætor, ff.de acquir.hæred.*

2. Sed si quis stare velit in prima opinione, dicendum est cum Azorio *tom.2.lib.4.cap.3.q.4.* & aliis, quòd in Cardinalibus iusta subest causa, Romani Pontif. Indulgentiæ vt ab huiusmodi legibus soluti plura Ecclesiastica beneficia consequantur: nam, vt habetur *in Extrauagant. Execrabilis*, *de præb.* inter Extrauagantes Ioan. XXII. Cardinalibus conceditur, vt plura beneficia simul habeant. Item, *in cap. multa, de præben.* dicitur iusta causa est ad plura beneficia possidenda si quis sit doctrina, fama, industria, & prudentia clarus, cuius opera & diligentia maximè vtilis esse credatur: Ecclesia enim talibus viris indigere videtur, & ob id eis multa concedi posse constat, quæ cæteris meritò denegantur, insinuat lex *in cap.cùm ex eo, de elect.in 6.* Nam idcirco egregiis, strenuisque militibus, & ducibus maiora stipendia & præmia tribuuntur, præsertim cùm ob splendorem & excellentiam personarum à rigore legum recedi posset *l.ad bestias, ff.de pœnis*, & Cardinales honoris, amplitudinis, & dignitatis authoritate præstent: ergo, &c. Et hanc sententiam docet etiam Sebastianus Cæsar *de Eccles. Hierarch. part.1. disp. 2. §.5. num.12.* vbi docet Cardinales plura beneficia incompatibilia posse facilè ex dispensatione obtinere.

3. Notandum est etiam hîc obiter, Cardinales habere priuilegium, quòd beneficia suorum familiarium non possunt conferri per Papam sine consensu Cardinalis Patroni. Ita Ægidius Bellen. *consil.19.n.2. vers.5.* vbi subdit quòd pari ratione Cardinalis Legatus quamcumque amplissimam potestatem habens conferendi beneficia non confert vacantia per obitum familiaris Papæ, vel Cardinalis. Ita Cardinalis Tusch. *tom.1.lit.C, concl.100. n.42.* & post illum Barbosa *de iure Eccles.lib.1.c.4.n.84.*

RESOL. XXV.

An Cardinales possint præsentari ad beneficia Iuris patronatus?

Et quid de Episcopis circa hoc? Ex part.5. tractat.2. Resol. 15.

§.1. REspondeo quòd licèt Episcopi non possint præsentari ad beneficia iurispatronatus, nisi priùs habeant super hoc dispensationem, vt vult Abbas *in c.Ecclesia vestra, de elect.n.3.* tamen Lambertinus *p.1.lib.2.q.7.art.16.* & Viuianus *in praxi iurispatron. lib.6.c.10.n.38.* concludunt, Cardinales posse præsentari ad beneficia iurispatronatus.

RESOL. XXVI.

An Cardinales possint succedere in feudo?

Et an in tali casu admittantur ad seruiendum per substitutum? Ex part.5, tr.2.Resol.70.

§.1. NEgatiuam sententiam tenet Barbatia *de Cardinal. quæst. 4. num.13.* Intrigliolus *de feudis cent.2.art.1. ntm.161. & 162.* Rimnaldus iunior. *lib.5.consil.527.num.44.* Masullus *in addit. ad Capycium, decis.70.n.5.* Menochius *lib.3. cons.202. n.140. & lib.2.cons.181.n.71.* & alij penes ipsos, quia in iure Cardinales in materia feudorum non reperiuntur priuilegiati.

2. Verùm alij putant Cardinales poſſe in feudo ſuccedere provt alij laici nullum habentes impedimentum, quia tanta dignitas non debet eis detrimentum, ſed potiùs incrementum afferre, & ideo Cardinales in tali caſu admittunt ad ſeruiendum per ſubſtitutum, & ita docet Iaſon *lib.4.conſ.119. & lib.1.conſ.13.* Anna *ſing.70.* Syluanus *conſ.3.n.54.* Marta *de iurisd. part.4.cent.1.caſ.97.n.5.* Dueñas *reg. 103. fallent. 14.* Pancirolus *conſ.111.num.2.* & alij, quibus omnibus adde Anaſtaſium Germonium *de ſacra immun.lib.3.cap.6.n.66.* & Zechium *de republ.Chriſt. tit.3.de Cardinal. n. 9. priuil.11.* aſſerunt Cardinales ſuccedere in feudis paternis, ſeu auitis. Vide etiam deciſionem Rotæ coram Eminentiſſimo & doctiſſimo Veroſpio *die 14. Ianuarij 1616.* apud Farinacium *tom.2.deciſ.703.num.6.*

RESOL. XXVII.

An Cardinales eo ipſo ſoluti ſint à patria poteſtate in his, quæ ipſis ſunt commoda, non autem vt amittant ius ſuorum hæredum?

Et an filij Familias teſtari non prohibeantur de bonis, quæ habebant, priùs quam efficerentur Cardinales? Ex part.5.tr.2.Reſ.32.

§.1. REſpondeo affirmatiuè cum Lancelloto *in Templo iud.lib.2.c.2.de Cardin.§.3.n.26.* Couarr. *cap.quia nos, n.5.de teſtam.* Laudenſi *de Cardin. part.2 q.80.* Manfredo *de Cardin.c.8.priuil.8.* Albano *de Cardin.q.42.priuil.27.* Germonio *tr.de indul.Card. §.quod tu Romanam,n.3.* Molina *de iuſt.tom.1.tract.2. diſp.229.n.8.* Azorio *tom.2.lib.4.c.3.q. 20. priuil.11.* & Zechio *de Republ.Chriſtiana tit.3.de Cardin.n. 9. priuileg.8.* vbi ſic ait, Cardinales liberantur à patria poteſtate in his, quæ ipſis ſunt commoda, non ita tamen vt amittant ius ſuorum hæredum. Ita ille. Et reuera ſi hoc priuilegio gaudent qui à conſilio ſunt Imperatori, aut Regi, quanto magis illo gaudere debent, qui à conſilio ſunt Summo Pontifici, & ita hanc ſententiam præter Doctores citatos tenet etiã Cuchus *in inſtit.can.li.2.tit.4.n.87.* vbi ſic ait. Fruuntur quoque hoc priuilegio Cardinales quòd abſoluuntur à patria poteſtate, non tamen vt iura ſuorum hæredum amittant, ſed hactenus dumtaxat, quatenus ipſis futurum eſt commodo, hinc etiam filij familias teſtari non prohibentur de bonis, quæ habebant priùs quàm efficerentur Cardinales, vel quæ ad eos peruenerint à coniunctis ſanguine.

RESOL. XXVIII.

An Cardinales, ſi ſint in Patrimonialibus diuites, poſſint adhuc viuere de redditibus Eccleſiaſticis? Ex p. 5.tract.2.Reſ.38.

§.1. REſpondeo affirmatiuè cum Manfredo *de Cardi.deciſ.183.* vbi ſic ait. Cardinales poſſunt viuere de redditibus Cardinalatus, & conſeruare patrimonium proprium, etiam quòd eſſet amplũ, & poſſunt in victu vti pluribus ferculis. Ita ille, & ante illum hanc quæſtionem fusè pertractauit Barbatia *de Cardinal.quæſt.6.per totam.* vbi pro negatiua ſententia adducit plures textus. Sed tandem poſt multa *nu.16.* affirmatiuæ adhærer, vbi *num. 18.* aſſerit quòd Cardinales honorabilius debent veſtire familiam ſuam, quàm faciant alij Prælati inferiores, eſt enim eorũ dignitas ampliſſima, vt viſum eſt in prima reſol. huius tractatus. Vnde rectè Germonius *de ſacra immun.lib.3.c.6.n.71.* aſſeruit, mirum non videri, ſi ad tantam dignitatis amplitudinem, grauitatem, & autoritatem retinendam vario & ſumptuoſo ornatu in veſtibus, familia & ædibus vti eos oporteat.

RESOL. XXIX.

An Cardinalibus egentibus teneatur Summus Pontifex ſubuenire?

Et curioſum, notabile adducitur de ſanguinis emiſſione Cardinalium, ideſt, Cardinales agritudine laborantes non poſſe ſanguinis emiſſionem pati ſine ſpeciali licentia Papæ. Ex part.5.tr.2.Reſ.33.

§.1. REſpondeo affirmatiuè cum Azorio *to.2.lib. 4.c.2.q.20.* Albano *de Cardin.q.42.* Manfredo *de Cardinal.deciſ.146.* Lotichio *in Theſau.ver.Cardin. §.7.* Bagno *de Eccl.dignit.tr.11.fol.183.* Lancelloto *in Templo iudic.lib.2.c.3.§.2.n. 21.* Martino Laudenſi *de Card.q.6.* & aliis communiter, caput enim membris ſuis indigentibus ſuccurrit. Vnde, vt obſeruat Cuchus *in inſtit.Can.lib.2.tit.4. num.132.* non defuerunt qui opinati ſunt Cardinalibus indigentibus ſifci Apoſtolici redditus communicandos eſſe. Et ita tenet Dominicus *in c.vbi periculum, de elect. in 6.* & Laudenſis *de Card.q.27.* & reuera ſi D. Paulus *ad Epheſ. 5.* ait; *Nemo carnem ſuam odio habet, ſed magis nutrit, & fouet eam,* vt etiam habetur *in c.non æſtimemus 15.q.2.* ſequitur quòd Pontifices egenis Cardinalibus non ſubuenientes, contra dictum D. Pauli, carnem ſuam odio habent, neque nutriunt, & fouent eam, quod apertè probatur. Nam Cardinales dicuntur inuiſcerati Papæ, & dicuntur pars corporis Papæ, & vna perſona cum illo, vt habetur *in cap.felicis. de pœnis in 6.* & docet Barbatia *tr.de Cardin.q.12.n.6.* Manfredus *de Cardin.c.8.* Iacobatius *de Concilijs, lib.1. fol.89. col.1.lit. A,* Tuſchus *tom.1.concl.100. num.13.* Turrecremata *lib.1.de Eccleſ.c.81.* Romanus *conſ.498.nu.7.* Villadiego *de Cardin.q.2.nu.11.* & alij communiter ex qua cauſa ego puto, quod eſt valde notandum, Cardinales ægritudine laborantes, non poſſe ſanguinis emiſſionem pati, ſine ſpeciali licentia Papæ, vbi poſſet commodè haberi: vt ex Hoſtienſi docet Perez *in Pentateucho fidei, tr.3.dub.3.cap. 8.n. 81.* Villadiego *de Cardin. q.5.n.13.* Garzias *de nobilit.Hiſp.gl. 48.§.3.nu. 47.* Moſconius *de maieſtate militan. Eccl.lib.1. p.1.c.5.* Iacobatius *vbi ſupra, fol.34.col.1. lit. A,* & Manfredus *de Card.deciſ.180.* Et reuera ſi dignitas Cardinalium tanta eſt, vt explicaui *in reſolut. 1.* & in tota ſerie huius tractatus, & ſit æqualis in omnibus, neſcio qua ratione vnus debeat abundare, & plures penuriam pati.

RESOL. XXX.

An Cardinales teneantur ſoluere decimas pro generali aliquo ſubſidio à Pontifice impoſito?

Et an Cardinalis penſionarius teneatur contribuere ad Papalem decimam pro rata penſionis? Ex part. 5. tract.2.Reſ.68.

§.1. AFfirmatiuam ſententiam tenet Bellon. *tr.de ſubſidio charit. quæſt.66.* vbi contra Romanum *conſ.493.* probat quòd quando ſubſidium imponitur pro expeditione contra infideles, tenentur Cardinales ſoluere decimas, quia diſpoſitio fauorabilis comprehendit etiam Cardinales, ſed nullus maior fauor eſt, quàm fidei, vt patet ex *cap. 2. de converſ. infidel.* ergo.

2. Sed

2. Sed negatiuam sententiam Romani, quam ego teneo, docet etiam Manfredus *de Cardin. decis.* 171. Lancellottus *in templ. iud. lib.2.cap.3. de Cardin.§.2. n.20.*& Gigas *de pension.q.59.n.10.* vbi tuetur Cardinalem Pensionarium non teneri contribuere ad Papalem decimam pro rata pensionis;& ratio est, quia in generali const. non comprehenduntur, vt suprà probatum est,cardinales,nisi de iis fiat specialis mentio, & ad argumentum superiùs adductum respondet Moneta *de decimis cap.9. quæst.3. num.110.* vbi hanc negatiuam sententiam tenet. Vide etiam Bellettum *in disquis. part.1. tit. de Clerico debitore*, §.11. *numero 25.*

Sup. in Resol. quæ hic est 21. de fructuum in tribus Resol. huius lapsi

RESOL. XXXI.

An Cardinales comprehendantur in generali Constitutione Pontificia imponente censuras, & pœnas?

Et præter generales casus tandem quæritur, an Cardinales comprehendantur sub censura primi Canonis Bullæ Cœnæ contra legentes libros Hæreticorum; & comprehendantur in Paulina Ambitiosa? Ex part.5. tr.2. Resol.16.

§.1. QVæstio est solennis, prima sententia affirmat. Ita Paulus de Castro *in l. fin.in princ. ff.de verbor.significat.* Vgolinus *de censibus tab.1.cap.17. §.6.num.10.*& Bonacina *de legibus disp.1. q.1.punct.6. num.34.*

2. Secunda opinio negat. Ita Ioannes Andreas, Monacus, & Geminianus *in cap. 1. de schism. in 6.* vbi Summus Pontifex volens in illa pœnali constitutione Cardinales includere,illos expressit.Idem etiam docet Barbatius *vol.1.cons.23.num.7.& tr.de Cardinal. part.1.q.7.*Iason *vol.4. cons.186.* Laudensis *de Cardinal.q.62.*Iacobatius *de Conciliis lib.1.art.12.* Licitiet. *de primogen.lib.1.q.34.n.32.* Mandosius *regul. 19. de infirmis q.2.* Rebuffus *in Concord. rubrica de collat. §.si vero,ver.Cardinalatus.*Romanus *cons.498.*Alban. *de Card.q.42.*Oldradus *cons.193.* Anastasius Germonius *de sacr. immun.lib.3.cap.6.n.56.* Sebast. Cæsar.*in select. de Eccles. Hierarch.part.1. disp.2. §.5.n.2.* vbi sic ait. Cardinales non comprehenduntur in sententia excommunicationis generaliter promulgata, siue in quanis alia dispositione pœnali,nisi de eis fiat expressa mentio, per textum *in cap. quia periculosum, de sententia excomm.in 6.* Ita ille.

3. Tertia opinio distinguit vel factum quod prohibetur lege pœnali,ac odiosa,ex natura sua est malum,vel alias non est in se malum.In primo casu constitutio pœnalis includit etiam Cardinales.in secuudo minimè. Ita ex Iasone,& Gigas *de pens. q.5. n.7.* & ex Felino & Monacho docet Sanctarellus *var.resol. tom.1.q.2.num.28.* quod idem docet quando lex lata est in fauorem animarum,tunc enim est fauorabilis, non odiosa; vel lata est ad tollendas fraudes, & sic Cardinales, ait ille, comprehenderentur in generalibus constitutionibus de residentia, & comprehenduntur *in cap.si quis suadente diabolo*, quamuis in eo non inuenitur expressa mentio de Cardinalibus, & comprehenduntur etiam,vt obseruat Parisius *de resignat. lib.12. q.4. num.10.in cap. de multa, de præbend. & dignit.*Vnde Gambarus *de legato lib.4. à num.144. vsque ad num. 147.* docuit Cardinales ligari legibus generalibus, nisi in certis casibus, quòd etiam nouissimè docet Scortia *in Bulla Pontific. epit. 41. theorem.114.*

4. Nota tamen lector, quòd si opinio secunda est probabilis, multi casus in fauorem Dominorum Cardinalium resolui possunt, maximè quo ad censuras, & ideò præter Sebastianum Cæsarem *vbi suprà*, asserunt Germonius *de sacram.immun.lib.3.cap.6. num.56.* Zechius *de Republic. Christ. 3. de Cardinal. num.9.priuileg.11.* Manfredus *de Cardinal. decis.191.* Albanus *de Cardinal. quæst.42.* Laudensis *de Cardinal.quæst.62.*Iacobatius *de Concil. lib.1. art.1 2. lit.B,* Cucchus *in instit. Canon. lib.2.tit.4. num.77.* Licitietus *de primogen. lib. 1. artic.12. num.32.* & alij. Cardinales non comprehendi sub censuris quæ imponuntur transgressoribus Pontificiarum constitutionum, nisi de illis fiat expressa mentio. Vnde, e. g. cogita si comprehendantur Cardinales sub censura primi Canonis Bullæ Cœnæ contra legentes libros hæreticorum. Agit de hac quæst. Merolla *tom.1. disp.1. c.2. coroll. 7. diffic. 11. n.147.* & affirmatiuam sententiam tanquam probabiliorem docet, ideò secundùm Merollam opinio negatiua est probabilis, quia secundùm aliquos lex illa est pœnalis & odiosa, & non prohibet aliquid iure naturali damnatum ergo non comprehendit Cardinales, ex doctrina superiùs allata, sed communiter contrariam sententiam tenent: vnde Filiucius *tom.3. tr.44.cap.3. n.79.*docet Cardinales esse comprehensos in Paulina *Ambitiosa,de rebus Ecclesiæ non alienandis,*licèt in illa non explicentur & circa præsentem quæstionem Præter Doctores citatos ne deseras videre Azorium *tom. 1. lib. 5. cap. 11. quæst.5.* Lotterium *de benef. tom. 1. lib.1. quæst. 8. num. 85.* Albanum *de Cardinal. q. 42. priuil. 13.* & nouissimè Baldellum *in disput. Theolog. tom.1. lib.5. disp.42.n.4.& seq.* qui omninò videndus est.

RESOL. XXXII.

An Cardinales includantur in sententia suspensionis, vel interdicti à Summo Pontifice imposita? Ex part.5. tract.2.Resol.46.

§.1. REspondeo negatiuè, ex *c. quia periculosum, de sententia excom. in 6.* qui quidem textus licèt loquatur de Episcopis tantùm, Doctores illum extendunt etiam ad Cardinales non Episcopos,quia in sua Ecclesia sunt dignitate Episcopi,& ita ex Auila & Sayro docet Hurtadus *de Sacram. tr. de suspens. diffic.9.n.23.* quibus adde Cornejo *in 3.part. tr.5. de suspens.disp.3.dub.1.q.2.* Albanum *de Cardinal. q.42. priuileg.31.* & Azorium *tom.2. lib.4. c.3. q.20.* Henriquez *lib.13. cap.34.§.1. in glossa lit.X.* Bagnum *de dignitate S.R.E. tract.11. fol.183.* & Bellettum *in disq. Cler.part.1.de discipl.Cler.§.2.num.48.*

Sup. hoc inf. in Resol. 36. cursim ante medium.

RESOL. XXXIII.

An Cardinales comprehendantur in Regulis Cancellariæ,quæ odiosæ sunt? Ex part.5.tr.2. Resol.17.

§.1. NEgatiuam sententiam aliqui tenent,asserentes in regulis Cancellariæ,quæ odiosæ sunt, non censeri inclusos Cardinales, nisi de illis fiat specialis mentio. Ita Abb.*in c.1. de excess. Prel. in principio*, Ancharan. *cons.295.n.5.*Gomez *in Proœmio reg. Cancell.q.4.* Mandosius *regul.19. de infir.q.2.num.4.in fine.* Romanus *cons.498. num.1.* Gigas *de pension. q.9. n.7.*Zechius *de Republ.Christ.tit.3. de Cardin. priu.11.* Manfredus *de Cardin. decis.184.* Barbatius *de Cardin. q.6.*Cucchus *in instit.can.lib.2.tit.4.num.73.* & Azorius *to.1.lib.5.c.11.q.5.* Siue, ait ille hoc sit,quia Cardinales cum Pontifice cæteros omnes iudicant; siue quia Pontifex non creditur eos velle comprehendere

generali sua constitutione,nisi cùm id exprimit. Vide etiam Ferretum *vol.2.cons.315.num.7.*& Puteum *lib.1. decis.95.num.1.*

2. Sed hæc opinio ita absolutè prolata ab aliquibus non admittitur, ita ex multis Scortia *in Bulla Pontif. epit.41. theorem.114.* & in multis casibus inclusos esse Cardinales in regulis Cancellariæ, tradit Gonzalez *in reg.8.Cancell.gl.24. num.15. & seq.* & Lotherius *de benef.tom.1. lib.1.q 8.n.88.* quibus adde Filliucium *tom.3.tr.44.c.3.n.79.* vbi docet Cardinales teneri regulis Cancellariæ,illis nimirum,quibus agitur de vitanda fraude.

RESOL. XXXIV.

An Regula octaua Cancellaria excipiens Cardinales, excipiat Cardinales à Curia absentes; & quid de Cardinalibus Titularibus ab vrbe? Ex part.5.tr.2. Resol.28.

§.1. REspondeo Gonzales *in dicta regula glossa 24. a n.21.* excipere omnes Cardinales ordinarios collatores etiam à Curia absentes, exceptis illis sex Cardinalibus Titularibus de Vrbe,quorum Cardinalatibus Episcopatus annexus est. Nam horum beneficia si vacent,in absentia Sedi Apostolicæ reseruantur, per *reg.7.Cancell.*

2. Sed Castrus Palaus *tom.2.tr.13.disput.2. punct. 22.§.4.n.9.* fatetur quidem per *reg.7. Cancell.* horum beneficia sic vacantia in absentia reseruari. Sed hoc non obstat quominus hæc regula 8.quæ est de mensibus,nullum Cardinalem comprehenderit,stat enim optimè, quòd nullus Cardinalis sit comprehensus in reseruatione mensium, & quòd aliqui Cardinales sint comprehensi in reseruatione facta pro beneficiis vacantibus tempore, quo à Curia fuerint absentes. ergo.&c.Et huic sententiæ consentit etiam Garzias *de benefic.part.5. cap.1. à num 638.* Et ego libenter adhæreo.

RESOL. XXXV.

An Cardinales Episcopi excusentur à residentia, si Romæ Summo Pontifici assistant?

Et an Cadinales possint à Curia discedere sine licentia Papæ? Ex part.5.tract.2.Resol.8.

§.1. AFfirmatiuam sententiam tenet Villadiego *de origine Cardinal.quæst.5.nu.11.& 12.*Gonzales *in regul.8.Cancellar.glossa 24.num. 128.* Parisius *de benef.lib.3.q.1.n.74.*& alij, quos citat & sequitur Hieronymus Gigas *in tr.de residen.Episc.cap.17.n.30.* vbi sic ait.Quartus casus quo Episcopus iustè excusatur non residens; si ad Cardinalatus apicem promoueatur,sunt enim Domini Cardinales astricti curæ vniuersalis Ecclesiæ. Innocent.*in cap.bona memoria,de postulat.& ibi* Abb. tenentur namque assistere Pontifici consulendo in rebus agendis tangentibus totam Christianam Rempublicam, vt patet *in cap.per venerabilem,qui filij sint legit. & in cap. fundamenta, de elect.in 6.* Hinc est quòd Cardinales dicuntur pars corporis Papæ, vt *in cap. decreto 2. q. 6.* & dixit Hostiensis *in cap. antiqua, de priuileg.* & *ibid.* Anton.de Butr. quòd licet Episcopi iurent fidelitatem Papæ,vt *in cap.ego enim,de iureiuran.* Tamen Cardinales tanquam viscera & pars corporis Papæ non præstant huiusmodi iuramentum, debent tamen se præ cæteris astrictos reputare ad seruandam fidelitatem ipsi Summo Pontifici.Hoc tamen procedit in Cardinalibus,Presbyteris & Diaconis;sed Cardinales Episcopi iurant vt Episcopi,vt cæteri faciunt Episcopi,non tamen tanquam Cardinales, secundùm Hostiensem,& Ioannem Andream, *in d. cap. antiqua.* & habetur per Martinum de Laud. *in suo tr. de Cardinal. in 4.q...* & non præstatur iuramentum Cardinalibus in signum singularis confidentiæ,quam de ipsis habet Papa,nam sicuti cardine ostium regitur,*Prou.25.*ita consilio & assensu Dominorum Cardinalium Papa regit,disponit, & ordinat vniuersalem Ecclesiam,vt inquit Cardin. *in cap. quamquam, colum.2.v.2.quod sicut 2.q.8.* de quibus Bernardus *in lib.de consolat.ad Eugenium Papam,* inquit. Hi quoque, qui tibi continuò assistunt, seniores populi Orbis iudices,&c. Abbas *in cap.2.n.col.* inquit, quòd Cardinales sunt pars corporis Papæ,quibuscum Papa totum Orbem iudicat,allegato text. *in d. cap. per venerabilem, qui filij sint legitimi.* Facit, quia Cardinales non possunt à Curia discedere sine licentia Papæ,vt dicunt Ioannes Andreas, & Doctor. *in cap.vestra el.2. de elect.* subdendo quòd Cardinales habent alas ligatas vt à Curia sine Papæ licentia non discedant, quod etiam dixit Martinus de Laud. *in tract.suo de Cardin. quæst.43.* Hinc est quòd percipiunt fructus suorum beneficiorum etiam in absentia,*cap.cùm dilectus, de Cler.non residen.* vt latè per Oldr. *consil.46.* vbi dixit quòd ius commune habet illos pro residentibus,ex quo Romanæ Ecclesiæ seruiunt,quæ omnium Ecclesiarum mater est, & aliarum Ecclesiarum solicitudinem gerit,præallegato *cap. bonæ el 1.de postulat. Prælat.* de quo per Martin. de Laud. *in d.tract. suo quæst. 68.* Huc vsque Gigas *vbi suprà,* cuius sententiam præter Doctores citatos ab ipso tenent etiam noster Siculus Barbatia *tr.de Cardin. q.vlt.* & ex neotericis hanc sententiam mordicus tenet Augustinus Germonius *tr.de Cardin. §.tibi quoad vixeris, n.* 10.cuius verba hic transcribere non desinam. itaque sic ait: Cardinales apud Papam residentes, hoc est in Romana Curia, excusantur à residentia suorum beneficiorum, quod an hodie verum sit,non immeritò dubitari posset ex eo quòd Trident. *sess. 23. cap.1. de reformat.* decreuit omnes Episcopos, Archiepiscopos & Patriarchas in sua Ecclesia,vel diœcesi residere debere, etiamsi S.R.E. Cardinales sint; puto tamen verius si agunt in Romana Curia, & à Summo Pontifice inde discedere non iubentur, perinde esse ac si residerent, quia tacita illa Papæ approbatio videtur dispensatio. Nam idem ipsum Concilium *d.cap.* 1.dicit ex iustis causis eosdem à residentia abesse posse,si legitimæ absentiæ causas Romanus Pontifex, aut Metropolitanus,vel eo absente, suffraganeus Episcopus antiquior residens in scriptis approbauerit. At si Episcopus iustis de causis cum licentia potest abesse, multò magis Cardinalis, qui cùm Romæ commoratur, licentiam à Pontifice maximo videtur habere, ac præsens in sua Ecclesia intelligitur; imò singulis Ecclesiis videtur deseruire, vt ait Innocent. III. *in d.cap. bonæ, de postulat. Prælat.& in c.cùm dilectus de Cleric. non resid.* Oldrad.*cons.* 48.*per totum.* Philipp.Prob.*ad cap. vnic. n.8. de maior.& obed. lib. 6.* quinimò Leo IV. *in Synodo Romana 67. Episcoporum,* teste Anastasio Bibliothecario *in eius vita,* vt in veteribus codicibus legitur.Tertius ait *in cap.1. eodem tit.de Cler. non residen.* quemdam Anastasium Presbyterum Cardinalem tituli S. Marcelli fuisse depositum, quòd titulum suum per spatium quinque annorum deseruisset, hoc est, fuisset absens, & non resedisset in Curia in suo titulo,nec astitisset Papæ,vt asserunt Io. Andreas *in addit. ad Specul. tit. de legat.* & Oldrad. *d. consil.48.*

2. Sed hæc sententia, quamvis multorum authorum

Sup. hoc suprà in Resl.1. §. Verùm, & in aliis eius sæcũdæ not.

thorum iudicio firmata sit, tamen hodie per Trident. & Bullam S.D.N Vrbani VIII. sustineri non potest, & ita hanc opinionem tenet Salonius *in 2.2. tom.1 quæst.63.art.2. concl.2. ver. ex his.* Sotus *de iust. lib.10.quæst.3.art.5* Caieranus *in 2.2. quæst.85. art.5.* Valent. *tom.3. disputat.10.quæst.3. punct.5.* Gonzalez *in reg.8. Cancell.glos.24.nu.158.* Azorius *tom.2.lib.7. cap.4.quæst.7.* Eman.Sà *ver. residentia num.1.* & fusè probat hanc sententiam amicissimus Sanctarellus *var.resol. tom.1.q.2. per totam*, qui *num.5.* optimè excludit à residentia Cardinales illos sex, qui habent Episcopatus Vrbi proximos.

RESOL. XXXVI.

An priuilegia Episcopis concessa extendantur ad Cardinales? Ex part.5.tract.2.Res.48.

Sup. in Res. quæ nunc est 41. & quo eligendo Confessarium in Res. &c. & generali interdicto, & suspensione eli multis aliis III. in Res. huius nor. q. infra in Resol. 49. §. Antequam, &c.

§.1. FErè semper extendenda sunt & sic suprà dictum est Cardinales gaudere priuilegiis Episcoporum, *in cap. quia periculosum, de sentent. excommunic.in 6. & in capite fin. de pœnit. & remiss.* & ideo possunt eligere sibi confessarium, neque includuntur in generali interdicto, vel suspensione, & sic non desinam hîc apponere verba Pauli Laiman *in Theolog.morali, lib.1. tract.5. part.3. cap.2. num.1.* vbi sic air. Attenta praxi Ecclesiæ, priuilegia Episcopis propter status dignitatem concessa, ad Cardinales fermè extendi solent, propter maiorem eorum dignitatem. Ita ille, & ego: & ideo Manfredus *de Cardin.decis.124.* docet Cardinales habere illa sex priuilegia Episcoporum, de quibus per glossam *in c.final. de priuileg.in 6.*

RESOL. XXXVII.

An Cardinales in suis titulis gaudeant priuilegio Episcoporum ex Concilio Tridentino sess.24.cap.6.de Reformatione? Ex part.5.tract.2.Res.59.

In hac vltima Resol. ad. in no.5. 9. Res. 5 singuler in §. vlt. Kin tom. 2. c. Res. 50. à fine à Res. & pra. tertium.

§.1. NEgatiuè videtur respondendum, quia illæ dispensationes, quas ibi Concilium concedit Episcopis, conceduntur illis contemplatione plenæ ac propriæ Diœcesis, per ea, quæ adducit de Episcopo titulari, Sanchez *in sum. tom.1. lib.2. cap. 11.num.3.* & alij. & in Concilio traditur Episcopis hîc facultas respectu subditorum in propria Diœcesi tantum, vt ex contextu apparet.

2. Verùm liceat mihi in gratiam Dominorum Cardinalium pro affirmatiua sententia hîc tantùm, vt alij iudicent, rationem aliquam proponere, & hæc erit quia Prælati Episcopo inferiores habentes quasi Diœcesim etiam intra fines Diœcesis Episcopi, atque adeò iurisdictionem quasi Episcopalem, possunt dispensare, & absoluere suos subditos in casibus à dicto Concilio *sess.24. cap. 6.* Episcopis concessis sub contemplatione Diœcesis, & ita docet Sanchez *in sum.tom.1.lib.4.cap.38. num.19. & de matrim.tom.3.lib.8.disp.2.num.11.* Henriquez *lib.14. cap. 18.num.2. & l.6.c.16.n.12.* Rodriquez *in qq.regul. tom. 1.q.61.art.9.* & alij. Si hæc ergo potestas conceditur supradictis Prælatis Episcopo inferioribus, quia habent quasi iurisdictionem Episcopalem, quare est deneganda Cardinalibus, qui eandem potestatem habere suprà satis probatum est. Vnde in suis Ecclesiis excommunicant, dant licentiam assistendi matrimonio, benedictionem solemnem excercent, & similia; & ideo hanc sententiam ex supradicta ratione in fauorem Cardinalium defendi posse, tradit Moneta *de commut. vlt. volunt. cap.5. quæst.13. concl.1.n.453.* licèt ipse ibi contrariam teneat.

RESOL. XXXVIII.

An Cardinales in suis titulis possint dispensare in voto? Ex part.5.tract.2.Res.58.

§.1. SEcluſa consuetudine non posse Cardinales in suis titulis dispensare in voto, docet Suarez *de Relig tom.2.lib.6.c.10.n.10.* & Sanchez *in sum.to... lib.4.cap.38. n.2.* quia non habent in dictis titulis ius Episcopale.

2. Verùm mihi placet contraria sententia, quam tuetur Moneta *de commut. vlt. volunt cap.5. quæst.13. concl.1.n.452.* quia, vt dictum est, Cardinales in suis titulis habent & excercent intra Episcopalia, ex *c. his quæ, de maior. & obed.* & nos suprà in multis resolutionibus vsque ad satietatem probauimus, & docet ipsemet Suarez *de legibus lib.4.cap.5.n.4.* & Sanchez. *de matrim.tom.1.lib.3.disp.28.num.7.* vnde ex ipsis nutat fundamentum, ex quo moti sunt ad tenendum Cardinales non habere hanc auctoritatem in suis Ecclesiis titularibus. Quod autem dispensatio in voto sit actus iurisdictionis spiritualis, nec ex se Pontifici reseruatæ, constat ex eodem Sanchez *in summ.tom.1. lib.4.cap.38.n.6.* & Suarez *vbi suprà de Relig. cap.10. num.1.* quibus adde Lessium *lib.2.cap.40. dub.12.* & alios, ergo, &c.

Sup. in Res. quæ nunc hanc sequetur, & in multis aliis.

RESOL. XXXIX.

An Cardinales possint in suis titulis excommunicare, suspendere, interdicere, & vti Pontificiis insignibus?

Et an Vicarij Cardinalium possint etiam fulminare censuras, & reliqua facere quæ sunt iurisdictionis Episcopalis? Ex part.5.tract.2.Res.12.

§.1. REspondeo affirmatiuè, nam, vt patet ex *c.his quæ, de maior. & obed.* vbi Felinus, Abbas, & Butrius, Cardinales, inquiunt, habere iurisdictionem Episcopalem in Ecclesiis, quarum sunt Titulares, & ita etiam docet Panormus *de potest.Cap.Sede vac.prælud.6. num.9.* Imola *ad Clem. ne Romani, n.23. de elect.* Monachus *in c.vn.de maior. & obed.in 6.* & *ibi* Probus *num.6.* Romanus *cons.* 498. Albanus *tract. de Cardinal.q.46.* Merolla *tom.1. disput.1.c.3. difficult.5 num.125.* Sebast. Cæsar. *select.de Eccl. Hierarchia.12. disput.2.§.5. num.2.* Rubeus *in Aphorism. Episc. ver. Cardin.num.2.* Laudensis *de Cardinal.quæst.60.* Flaminius *de resignat.benef.lib.7.quæst.12.n.106.* Iacobatius *de Concil. lib.1.art.2.* Leo *in foro Eccl. part.2.c.1.n.7.* Azorius *tom.2.lib.4. cap1.quæs.8.* Vnde ex his sequitur vt notat Germonius *in tract. de Indul. Cardinal. §.tam ratione, num.18.* ex Dominico & Barbosa, vbi infrà ex Abbate, Cardinales posse irrogare pœnas excommunicationis, suspensionis, & interdicti, & ex hac ratione, vt notat Laudensis *de Card.q.19. & 21.* Megalius *in Promptuar. ver. Cardin.n.7.* Lorichius *in Thesaur. ver. Cardin.§.7.c.3.q.2.* Moneta *de conseru. c.5.num.34.* & Barbosa *in collect.in Cod.tom.1.lib.1.tit 33. cap.11. n.3.* possunt pontificiis insignibus vti, & benedicendi solemnem ritum more Episcoporum exercere, etiamsi Episcopi non sint. Et nota etiam ex supradictis, vicarios Cardinalium posse etiam fulminare censuras, & reliqua facere, quæ sunt iurisdictionis Episcopalis Ita Romanus *cons.498.n.11.* & Sbrozzius *de Vicar.lib.1.q.3.num.23.*

RESOL. XL.

An Cardinales poſſint leges ferre in ſuis titulis ligantes in conſcientia? Ex part.5. tract.2. Reſ.71.

Sup.hoc in tom 6.tr.1. ex latiſſima doctrina Reſ 18. ſignanter in §. penult.

§.1. Affirmativè reſpondeo, quia in illis habent iuriſdictionem Epiſcopalem.ergo:& ita docet Gordonus *tom.1.lib.2. q.10.c.2.§.4.num.7.* Caſtrus Palaus *tom.1.tract.3.diſp.1.punct.23.n.12.* Suarez *lib.4. c.5.n.4.* Salas *diſp.8. ſect.8. n.45.* Acugna *in Decretum Gratiani p.1.diſt.2.cap.1.n.4.* Granadus *in p.2.contr.7. tract.3.part.2.diſp.3.tract.3.ſect.2.n.13.* Merolla *tom.2. diſp.4.cap.4.dub.4. num.18.* & alij.

RESOL. XLI.

An. Cardinales in ſuis titulis poſſint commutare vltimas voluntates, in quibus poſſunt Epiſcopi reſpectu ſuorum ſubditorum? Ex part.5. tract.2.Reſ.57.

§.1. Reſpondeo affirmativè ex principio ſæpiùs adducto, quia Cardinales de jure habent in ſuis titulis iuriſdictionem Epiſcopalem, & præter iura, & Doctores ſæpiùs citatos tenet Grilenzonius *conſ.63. num.1. & ſeq.* Sbrozzius *de Vicar. Epiſcop. lib.1.quæſt.3.num.27.& ſeq.* Sanchez *de matrim.tom.1. lib.3.diſp.28.num.7.* Gonzales *ad reg.8. Cancell. gloſſa 13.num. 20.* Imola *in Clement. ne Romani, de elect.* & alij. Sed commutatio vltimarum voluntatum ad iuriſdictionem pertinet, vt per ſe patet, atque adeò id ex iis eſt, quæ de lege diœceſana ſunt, neque ex iis, quæ à iure diœceſano tantùm, vel ſub commemoratione Diœceſis Epiſcopis conceduntur:ergo,&c. Adde quòd Cardinales in ſuis titulis Presbyteralibus vel Diaconalibus, poſſunt dici habere quamdam Diœceſim, licèt modicam, poſitam intra fines Romanæ Diœceſis propriæ Romani Pontificis, vt eſt Epiſcopus Lateranenſis, habent enim pleraſque Capellas ſibi ſubiectas intra certos fines ac limites ſubſtitutas,& hæc omnia docet Moneta *de commut. vlt. vol.c.5.q.13. concl.1. num.452.*

RESOL. XLII.

An Cardinales in ſuis titulis poſſint derogare fideicommiſſis ad eas Eccleſias pertinentibus? Ex part.5. tr. 2.Reſ.61.

§.1. Reſpondeo affirmativè, quia,vt dictum eſt, Cardinales in ſuis titulis etiam Presbyteralibus, & Diaconalibus, habent iuriſdictionem Epiſcopalem de iure communi, & notat Lorichius *in theſaur.ver. Cardinalis*, §.7. ergo, &c. Et ita hanc ſententiam docet in terminis Moneta *de commut. vlt. volunt.cap.9.concl.22. num.634.*

RESOL. XLIII.

Quamnam poteſtatem habeant Cardinales in ſuis titulis, quæ ſunt Monaſteria Regularium? Ex part.5. tract. 2. Reſ. 60.

§.1. Hoc dubium non à pluribus tangitur, & de illo tractat Mandoſius *ad reg.7. Cancell. q.2. n.10.* vbi obſervat quòd cùm aliqui ex titulis Cardinalium ſint Monaſteria, pro vt ſunt tituli ſanctæ Crucis in Ieruſalem, S.Euſebij, S.Petri ad Vincula,& alij ſimiles, ſatis dubitabile videtur decidere, quam poteſtatem in his titulis ac Monachis Cardinales habeant; quódque ipſum decebat titularem S. Euſebij Cæleſtinorum non habere iuriſdictionem ſuper eius Monachos, alioqui eſſent plura capita, videlicet Pater Abbas generalis, & Cardinalis titularis, quorum vterque in ſolidum & principaliter haberet iuriſdictionem, quod non eſt dicendum. Ita Mandoſius.

2.Sed obſerva cum Moneta *de commut.vlt.volunt. cap.5.q.13.n.441.* quòd forte iſtæ Eccleſiæ nunc Regulares in conſtitutione titulorum fuerunt ſæculares: cùm autem Cardinales hanc iuriſdictionem in iure fundatam habeant, *c. his quæ, de maior. & obed.* erit favorabilis, & latè interpretanda, iuxta tradita per Caſſiodorum *deciſ.8.n.6. de præb.* Caputaquenſis *p.2. dec.88.n.6.* & alios relatos à Gonzales *in reg.8. Cancel.§.6.præm.n.27. & 42.* ergo, &c.

RESOL. XLIV.

An Cardinales Monaſteria Monialium ingredi valeant?

Et an hoc privilegium intelligendum ſit de Cardinalibus Protectoribus ſolum?

Et an hoc poſt Bullam Greg. XIII. poſſit amplecti? Ex part.5. tract.2. Reſ.20.

Sup. hoc in tom.2.tr.1. Reſ.913.& argumenti curius pe lucos

§.1. Ad hoc dubium ita reſpondet Campanili *in diver. iur. canon. rubr. 12. cap. 16. num. 39.* Nullum reperi Decretum, aut Canonem de Cardinalibus loquentem in hac ſpecie, ſed tantùm in regula Monialium S. Claræ reperi ita ſcriptum. Si quis de S. R. Eccleſiæ Cardinalibus ad aliquod Monaſterium huiuſmodi Religionis aliquando venire, & intra clauſuram ingredi voluerit, tam reverentia quidem eſt ſuſcipiendus; rogandus tamen, vt cum paucis ſociis ingrediatur: quæ verba refert præfatus Collector *in eodem loco, verſic. octavus caſus*, & ſubdit alia verba, inquiens: Iſtud ſecundùm aliquos eſt intelligendum de Cardinalibus Protectoribus ſolùm. Nihilominus verior videtur altera ſententia, vt de omnibus explicetur, ac verba facere intelligatur, ex quibus idipſum fortaſſe dicendum eſſet reſpectu aliorum Monaſteriorum alterius cuiuſcumque Ordinis. Ita Campanili. Sed poſt Bullam Gregorij XIII. hæc opinio non poteſt amplecti, nam expreſsè in illa prohibetur, ne Cardinales ingredi valeant Monialium Monaſteria, niſi in caſibus neceſſariis.

RESOL. XLV.

An Cardinales poſſint exigere à ſuis Eccleſiis titularibus Charitatiuum ſubſidium? Ex part. 5. tract.2. Reſ. 55.

§.1. Videtur negativè reſpondendum, quia charitatiuum ſubſidium ſolis Epiſcopis debetur,ex *cap. conquerente, de offic. ordin.* & ex *cap. cùm Apoſtolus, §. probabimus, de cenſ.* eſt enim de lege Diœceſana, & ideo quia Papa eſt Epiſcopus totius Orbis & Diœceſanus, ab vniverſo terrarum Orbe, poteſt charitatiuum ſubſidium exigere.

2, Sed poſſe Cardinales ab Eccleſiis titularibus ſibi ſubiectis charitatiuum ſubſidium quærere, affirmat ex Chaſſanæo Remigius de Gonny *tr.de charitatiuo ſubſidio, q.21.* & ex Bellen. Marcellus Megalius *in p.2.lib.2.cap.15. quæſt.3.num.13.*& Scipio de Rubeis

in

in Aphor.Epiſc.ver. charitatiuum ſubſidium, n.9. quia, vt ſæpiùs dictum eſt, Cardinales in ſuis Eccleſiis titularibus Epiſcopalia iura habent, vt docet Butrius, Imola & Abbas *in cap. his, quæ, de maior, & obedient.* Ioan. Andreas *in cap. dilecto, de officio Archid.* Gemi-nianus *in cap. vnic. de maior. & obed. in 6.* Suarez *de legibus, lib.4.cap.5.num.4.* & Mandoſ. *ad reg. 1. Cancellar. quæſt.2.num.10.* ergo, &c.

RESOL. XLVI.

An Cardinales poſſint concedere Indulgentias?
Et an poteſtas Indulgentiarum in Cardinalibus potius ſit de conſuetudine, quam de iure, cum pro ea nullus extet Canon? Ex part.5.tract.2.Reſ.6.

§.1. REſpondeo Cardinales poſſe concedere Indulgentias centum dierum. Ita Præpoſitus *in 3.part. q.14.de Indulg. dub.4.n.* 38. Gamachæus *in ſumm.Theol.tom.2.diſp.de Indulg.c.*8.Sotus *in 4.diſt.21. q.1.art.4.*Corduben.*de Indulg. q.*10. Paludanus *in* 4. *diſt.20.q.4.art.*3.& alij.

2. Notandum eſt tamen quod Nauarrus *notab.* 21. affirmat poteſtatem Indulgentiarum in Cardinalibus potiùs eſſe de conſuetudine, quàm de iure, cùm pro ea nullus extet Canon. Hæc tamen opinio aliquibus non probatur; nam conſuetudo non ſufficit ad hoc, vt aliquis habeat ius ad conferendas Indulgentias; cùm enim ex ſe ſint odioſæ, & ius commune de diſciplina Eccleſiaſtica vulnerent, & eneruent, præter hanc conſuetudinem debet adhuc intercedere titulus, ſeu auctoritas tacita, vel expreſſa Superioris, quæ quidem cenſetur adeſſe, cùm propter dignitatem ipſorum Cardinalium, quibus Pontifex priuilegia, quæ communiter aliis infetioribus, conceſſa ſunt, non vult denegare, tum quia videt Summus Pontifex ipſos Cardinales conferre Indulgentias, & hoc videndo tacens cenſetur annuere, & in hoc priuilegium Cardinalium conſentire. Ex quo ſequitur quòd ſi ipſe hanc conſuetudinem ignoraret, aut agnitam improbaret, nulla Cardinalibus per hanc conſuetudinem poteſtas conferendi Indulgentias acquireretur; ſed tamen cùm numquam improbauerit, argumento eſt præter conſuetudinem ſufficientem titulum ad ipſas Indulgentias habere: & ita hæc omnia docet Andreas Duuallius *in part.2.D.Thomæ tract.de Indulgent. quæſt.vn.art.9.concl.*4. Sed ego puto ſententiam Nauarri eſſe ſatis probabilem per ea, quæ adducit Villalobos *in ſumma tom.1.tract.26.difficult.5.num.* 10. vbi probat conſuetudinem poſſe introducere poteſtatem conferendi Indulgentias; vnde ex vtroque capite, & ex conſuetudine, & ex tacito conſenſu Summi Pontificis puto Dominos Cardinales poſſe Indulgentias centum dierum concedere.

Sup. hoc in tom.4. tract. Reſ.41.

RESOL. XLVII.

An Cardinales poſſint eligere ſibi Confeſſarium?
Et an etiam ſua familia poſſint prouidere de Confeſſario?
Et an omnes, qui ſunt de Cardinalium familia, poſſint de eorum licentia Confeſſarium ſibi eligere?
Et an hoc etiam procedat, vbicumque Cardinales inuenianur?
Et an contrarium dicendum ſit circa hoc vltimum de familia Epiſcoporum extra propriam Diœceſim? Ex part.5.tract.2.Reſ.10.

In hoc videſupra

§.1. REſpondeo affirmatiuè, vel ex *c.fin.de pœnit. remiſſ.* vt aſſerunt aliqui, & ego cum illis, vel ex conſuetudine vt volunt alij. Ita docet Ochagauia *de Sacram.tract.2.de confeſſ.ſacrament.q.36.numero* 15. Vaſquez *in 3.part.tom.4.quæſt.93. art.1. dub.4. num.2.* Ludouicus à Cruce *in Bulla Cruc.diſput.1.c.2. dub.22. num.11. & ſeq.* Reginaldus *tom.1.lib.1.cap.5.ſect. 1.num.* 32. Suarez *tom 4.diſp.27 ſect. 2.nu.6.* & Præpoſitus *in 3.part.q.8.de approbat. Miniſt.dub.7.num.53.* vbi ſic ait, Ex conſuetudine poſſunt Confeſſarium eligere Cardinales, qui & ſuæ familiæ poſſunt prouidere de Confeſſario, cùm ſint quaſi Paſtores ſuorum domeſticorum, quod etiam docuit Turrianus *de pœnitent. diſp.23.dub.3.* Fillucius *tom.1.tract.7.cap.7.num.* 197. Henriquez *lib.6.cap.13.num* 3. Comitolus *lib.1. quæſt.* 101. *num.4.* Laudenſis *de Cardinal. quæſt.* 19. Manfredus *de Cardin.deciſ.*118. Albanus *de Cardinal. quæſt.* 41. Sotus *in 4.diſtinct.18. quæſt.4.art.* 2. Toletus *lib.3. cap.13.num.9.* Boſſius *de Iubilæo ſect.4. caſ.2. §.4.n.*111. & alij.

2. Notandum eſt tamen quòd Scipio de Rubeis *in Aphoriſm.Epiſcop.ver.Cardinalis, num.*5. & Azor. *tom.2.lib.4.c.3.q.* 16. tenent hoc habuiſſe locum ante Conc.Trid. nunc verò docent, quòd Cardinales, qui nec ſunt Epiſcopi, nec Legati, confiteri debent vni ex approbatis ab Epiſcopo proprio Confeſſariis, quia ſi approbatus non eſt, non reputatur idoneus ad audiendas confeſſiones. Ita ille. Sed doctores ſuperiùs citati poſt Concilium ſupradictam auctoritatem, quàm impugnat Azorius, Cardinalibus tribuerunt: & Antonius Naldus *in ſumma ver.Cardinalis, num.*8. nominatim contra dictum Azorium tenet ſententiam in fauorem Cardinalium, ſic enim ait: Certum eſt Cardinales eſſe quaſi proprios Sacerdotes ſuæ familiæ, & per ſe, vel per alios poſſe munus hoc parochiæ in illam exercere, & per conſequens eandem familiam non ſubii i parochiali locorum, in quibus iidem Cardinales inhabitant quoad Sacramenta ab illis ſuſcipienda. Ipſi autem Cardinales ſicut ratione dignitatis & officij coniunctiſſimi ſunt Summo Pontifici, ita illum ſolum habent vti proprium Sacerdotem, atque ita pro libito eligent ſibi Confeſſarium, ad text. *in cap. fin. de pœnit. & remiſſ.* prout nunc eis ex conſuetudine iam competere ex Soto tradit Azorius *vbi ſuprà, q.* 16. & ſupponit Nauarr. *conſ.9. num.3.de ſtatu Monach.* & quamuis Azorius aſſerat in hoc contrariam ſacræ Congregationis declarationem, tamen cùm de ipſa legitime non conſtet, non eſſet dubitandum de prædicta conſuetudine diuturna, nam ſi poſſunt ipſi hanc facultatem ſupradictæ familiæ, vt ſuprà, concedere, non erit ambigendum poſſe & erga ſe ipſos vti eadem auctoritate. Ita Naldus. Vnde nouiſſimè Adamus Tannerus *tom.4.diſp.6. q.9.dub.3.num.*58. ſic ait. Sacerdos quilibet ab aliquo Cardinalium deſignatus, & electus, facultatem habet, tam ad proprias eorum, quàm ad familiarium ac commenſalium confeſſiones audiendas. Hæc ille. & tandem Ludouicus de San.Iuan. *quæſt.6. art.2. de ſacram. Pœnit. diffic.5.concl.*2. ſic ait. [Todos los Cardenales tienen licentia tacita del Papa para eligir Confeſſor para ſi, y para ſus familiares, y yo lo sè por eſperiencia, pues fue Confeſſor del Señor Cardinal Doria, y de otros Cardinales, ſin mas autoridad que ſolo ſu nombramiento.] Ita ille.

Sup. hoc in Reſ. 36.& infrà in Reſ. 49. §. Antequam. & in tom. 1.tract. 5. Reſ. 23. §. Quæro ſecundo. & curſim in alio §. eius not.& in to. 3. tr. 1. Reſ. 38.§. Tertius caſus. & in tom. 4. tr.8. Reſ. 105. lege eius doctrinam per totam, & ſignanter §. Sed. à lin.11. Verſ. Sed quid.

Sup. hoc in Reſ. 3. not. præteritæ, in eodem §. in fine, & in Reſol. 4. in eodem §.

3. Notandum eſt etiam omnes qui ſunt de Cardinalium familia, poſſe de eorum licentia Confeſſarium ſibi eligere. Ita tenent Doctores citati, quoniam commenſales Cardinalium vbicumque Cardinales reperiantur, ſunt de cõſuetudine ſubiecti eiſdem Cardinalibus tanquam Ordinariis ſuæ familiæ curam habentibus; ergo de ipſorum licentia poſſunt ſibi eligere Confeſſorem. Et ideo ex praxi Curiæ Romanæ patet, quòd cùm cuncti fideles ſub præcepto teneantur

Sup. hoc in tom.1. tract. 3. Reſ. 25. §. Imo.& ſeqq. & in to.3.tr. 1. Reſ. 38. §. Tertius caſus, in fine.

in propriis Parochiis Eucharistiam sumere; tamen in priuatis, & domesticis Oratoriis Cardinalium, eorum familia, & commensales ab ipsis, vel ab aliis de eorum mandato sacra reficiuntur communione. Nec valet dicere quòd familia & commensales Episcoporum non possunt extra propriam diœcesim confiteri, nisi Episcopo diœcesis vbi commorantur, vel Parocho vel alteri de ipsorum licentia. ergo idem dicendum est de familia Cardinalium. Non, inquam, valet hoc dicere, negatur enim consequentia, nam in hoc Episcopi non gaudent Cardinalium priuilegio qui enim sunt de familia laica Episcoporum extra Diœcesim, subduntur in foro pœnitentiali Episcopo loci vbi commorantur, vt docet Paludanus *in* 4. *dist.* 17. *quæst.* 3. *art.* 3. *concl.* 4. Sed hoc non est dicendum de familiis Cardinalium, nam eisdem vbicumque degant, subduntur tanquam suis Ordinariis, & ita docet Ludouicus à Cruz *in Bull. Cruc. disput.* 1. *cap.* 2. *dub.* 22. *num.* 17. *& seq.*

RESOL. XLVIII.

An Cardinales gaudeant priuilegio in itinere celebrandi, vel sibi facere celebrare ante auroram, & post meridiem?

Et supponitur Episcopos hoc gaudere priuilegio? Ex part. 5. tract. 2. Resol. 77.

Sup. contentis in hac Resol. magis late in Resol. seq. & lege eam per totam & non pigebit, signanter, §. Hoc Cardinalibus, & seqq.

§. 1. EPiscopos gaudere hoc priuilegio docet Coninch *de Sacram. q.* 83. *art.* 2. *dub.* 4. *num.* 217. Azorius *tom.* 1. *lib.* 10. *cap.* 25. *q.* 5. Emanuel Sà *verb. Missa n* 27. Miranda *in Man. Pralat. tom.* 1. *q.* 40. *art.* 10. *concl.* 1. Barbosa *de offic. Episc. part.* 2. *alleg.* 23. *n.* 5. & alij. Si ergo Episcopi gaudent hoc priuilegio, quanto magis Cardinales gaudere debent? & ideo illos hoc frui priuilegio in specie, notat Sotus *in* 4. *sent. dist.* 13. *q.* 2. *art.* 2 *ante finem*, & nouissimè Mauritius Alzedo *de præl. Episc. p.* 2. *c.* 13. *n.* 13. vbi sic ait. Cardinales S.R.E. gaudent priuilegio celebrandi ante auroram, vel post meridiem. Ita ille.

RESOL. XLIX.

Quibus priuilegiis gaudeant Cardinales quoad celebrationem Missæ in suis Capellis?

Et hæc dissertatio in quatuor diuiditur quæstiunculas, quibus vniuersa complectitur tractatio?

Et supponitur priuilegiis, quibus Episcopi diuersis in rebus fruuntur, potiri etiam Cardinales, & etiam amplioribus? Ex part. 6. tract. 8. & Misc. 2. Resolut. 40.

§. 1. CAsus est curiosus & practicabilis, sed quia circa illum dignum his diebus me fecit cuiusdam dissertationis à se compositæ Eminentissimus Princeps, & amantissimus Dominus meus FRANCISCVS MARIA CARDINALIS BRANCATIVS, vir non solùm in legali scientia, sed etiam in Morali, & Scholastica Theologia peritissimus, ideo in gratiam studiosorum illam per extensum apponere non grauabor, audiant igitur Cardinalem sic loquentem.

2. Dubitanti aliquando mihi, quibusnam fruamur priuilegiis; vel quid nobis ex Pontificum indulgentia in nostris domesticis Capellis, quidue in iis ipsis, nostris Capellanis liceat, visum fuit peropportunum totam hanc dissertionem in quatuor diuidere quæstiunculas, quibus vniuersa complectatur tractatio, vt in posterum quæ licita forent non ignorarem.

3. Prima, An Capellani Cardinalium possint in Capella Palatij ante Auroram, & post Meridiem tam pro dominorum suorum seruitio, quàm familiæ seorsim celebrare, & quanam hora nostri vsualis horologij.

4. Secunda, An vnica tantùm, vel plures Missæ à diuersis Capellanis in eadem Capella celebrari possint.

5. Tertia, An si Cardinalis sit absens, & extra Vrbem in qua degit, durante eius absentia, possint nihilominus iidem Capellani in eodem Palatij sacello sacrificium offerre.

6. Quarta, An exteri, & non domestici Cardinalium familiares, si sacris intersint in Capella prædicta diebus festis, præcepto satisfaciant.

7. Antequam tamen singulas dissoluam quæstiones, præmittendum esse censui primò, Priuilegiis, quibus Episcopi diuersis in rebus fruuntur, potiri etiam Cardinales, iisque sex præsertim, de quibus meminit Gloss. *in cap. fin. de priuileg. in* 6. *in verbo Indulgemus.* Manfred *in tractat. de Cardin decis.* 214. Villadieg. *de orig. Cardin. quæst.* 13. *numer.* 63. Barbat. *de præst. Card. quæst.* 3. *part.* 1. *num.* 6. Iacobat. *de Concil. lib.* 1. *fol.* 36. *col.* 2. Layman *Theol. Mor. lib.* 1. *tract.* 5. *p.* 3. *cap.* 2. *num.* 1. Dian. *p.* 5. *tract. de potest. & priuil. Card. ref.* 48. Sup. loc. pra in fi. 16. 17. &c. 48.

8. Imò in nostra hac materia, non solùm iisdem, ac Episcopi gaudent priuilegiis, sed etiam amplioribus; cum maiores sint Episcopis in administratione. Concil. Later. *sess.* 9. *de Cardinal.* latè Turrecrem. *in summ. lib.* 1. *cap.* 81. Villadieg. *de orig. Card. q.* 11. Barbat. *de præst. Cardinal. quæst.* 1. *num.* 52. Manfred. *d. tractat. decis.* 114. Alben. *de Card. quæst.* 7. Quæ hic supra Resol. 36.

9. Vnde etiam post Concilij Tridentini decretum de celebr. Missarum, possunt Cardinales ex Pontificis priuilegio extra locum sacrum celebrare, super altari tamen portatili, quod aliis etiam *Episcopis videtur interdictum ex multorum Doctorum opinione Nauar. *in Manual. Lat. cap.* 25. *numer.* 82. Rodriquez *in summ. part.* 1. *cap.* 242. *numer.* 14. ibi, ni el Papa lo concede à los Obispos, excepto à los Cardenales.] *Sup. loc. tom. 4. Resol. 40. n. 8.

10. Et id, quod indultum olim fuit Sacerdotibus in Concilio Tiburien. & habetur *in Can. Concedimus, de consecrat. dist.* 1. quod si deesset in itinere Ecclesia, possent in altari portatili sacrificium offerre, & deinde solis Episcopis reseruatum, vt in itinere hoc valeant facere: & ampliatum est etiam ante lucem. Gloss. *in d. c. fin. de priuil. verb. Indulgemus.* quam sequuntur Nauar. Palud. & Sot. *dist.* 3. *quæst.* 2. quos refert, & amplectitur Henriquez *in sum. lib.* 9. *cap.* 14. *litt. P.* Suarez *loco infra cit. ver.* 3. *exceptio.* Azor. *tom.* 1. *lib.* 10. *c.* 25. *quæst.* 5. Sà *in Aphor. verb. Missa, n.* 27. Coninch *de Sacr. q.* 83. *art.* 2. *dub.* 4. *num.* 217. Barbos. post alios *de offic. Episcopi, part.* 2. *alleg.* 23. *n.* 5.

11. Hoc Cardinalibus licet, etiamsi non ita faciant, & ante lucem, vt concludit idem Henriquez *loc. cit.* ex Palud. & Sot. *in* 4. *dist.* 13. *qnæst.* 3. *art.* 2. Scort. *de sacrif. Missæ, lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 4. Alzed. *de præst. Episcop. part.* 1. *cap.* 13. *num.* 13. & post hos Diana *dict. part.* 5. * *resolut.* 77. (hi postremi indistinctè loquentes in itinere vel extra) Sylueſtr. *in summ. verb. Missa* 1. *numer.* 6. ex eodem Palud. vbi ait, Cardinalibus Papam in hoc dispensare, quod celebrent ante Auroram. * Quæ est Resol. cedens.

12. Et animaduertendum, hoc Cardinalium priuilegium, vt optimè docet Valer. *de differ. vtr. for. disput.* 2. *in ver Missæ*, esse mixtum personale scilicet & locale, cum ratione personæ illorum, quilibet locus priuilegium consequatur, quod infra sæpius nobis repetendum erit.

13. Secundò,

13. Secundò, præmittendum est, idem esse quoad eos, qui huiusmodi fruuntur priuilegiis (celebrandi videlicet ante Auroram, & post Meridiem, & in Altari portatili) si ipsimet celebrent, ac si ab aliis celebrari faciant, *text. in d. cap. fin. de priuileg. in 6.* & omnes DD. suprà adducti id testantur, & supponunt, addo Diaz *in prax. crimin. can. cap. 47. nu. 3.* Rodriq. *in summ. in cap. 243.* Suar. *loc. mox cit. vers. tertia exceptio.* Nald. *in summ. verb. Missa, num. 29.* & communis est DD. sententia, quæ concludit posse Episcopos, & per consequens Cardinales cum suis Capellanis in hoc dispensare, quod in priuatis Oratoriis celebrent, vt olim poterant *ex sexta Synod.* & habent *in can. Clericos, de consecrat. dist. 1.*

14. His præmissis, ad primam quæstionem affirmatiuè respondeo, posse, scilicet Cardinalium Capellanos pro eorum seruitio ante Auroram in domestico sacello celebrare; hoc tamen ex priuilegio.

15. Etenim iure communi, & regulariter, præcisisque priuilegiis (quicquid sit de prisca illa consuetudine, de qua Baron. meminit *in tom. 2. Annal. ad ann. 154. num. 2.* in sacris vigiliis consuetum fuisse noctu sacrificium offerri) initium Auroræ terminus est, ante quem non licet Missam celebrare, D. Thom. *in 3. quæst. 83. art. 2. ad 4.* Suar. *in 3. part. tom. 3. quæst. 83. art. 2. sect. 4.* Scort. *de sacrif. Missæ in d. cap. 15. num. 3.* Fr. Ioannes à Cruz *de stat. Relig. lib. 2. cap. 5. dub. 6.* Bonac. *de Sacr. Euch. tom. 1. disput. 4. quæst. vlt. punct. 9. num. 5.* & innumeri, quos collegit Barbos. *in collect. Concil. sess. 22. in decret. de observand. & euitand. in celebr. Miss. num. 29.*

16. Vt autem clariùs eluceat responsio, videndum est primò pro iis, qui nullo vtuntur priuilegio, quid importet initium hoc Auroræ: deinde videbimus quid priuilegium secum afferat prærogatiuæ, quando scilicet priuilegium scriptum non apparet, vt in casu nostro; cùm enim illud extat illius verbis inhærendum est, vt diximus de regularibus, quibus hoc est indultum. S. Thomas igitur *dict. quæst. 83. art. 2 ad 4.* constituit Auroræ initium inter mediam noctem, & Solis ortum, quando scilicet substantia Solis super terram apparet, & incipere Auroram, quando claritas radiorum Solis, non Sol in cælo conspicitur, tunc enim quodammodo dicitur ortus, & signatè Auroræ initium dici per horam, & quartam horæ partem ante Solis manifestationem, affirmat Scot. *in 4. dist. 13. quæst. 2. art. 2.* Gabr. *in lect. 14. in Canones*, ita vt omnibus non Priuilegiatis liceat tunc celebrare. Scort. *loc. citat. cap. 15. num. 3.* Rosel *in verb. Missa, num. 2.* Azor. *d. lib. 10. cap. 15. q. 5.* Rodrig. *tom. 1. quæst. 43. art. 3.* & alij communiter.

17. Adeo quod exemp. gr. de mense Ianuar. à principio, vsque ad medietatem illius, iuxta communem Poli altitudinem Italicam plus, minúsve à gradu 39. ad 43. quæ altitudo comprehendit omnem ferè Italiam, vltra nonnulla alia loca) incipere possunt hora 12. & dimidia, & deinde vsque ad finem horæ 12.

18. Ampliant tamen hoc tempus non pro priuilegiatis vnius scilicet horæ cum quadrante ad horam cum dimidia, grauissimi Theologi, & primo Suar. *loco cit. vers. secundo, inquiri potest.* vt occurrat scrupulis, ait non esse insistendum super illo quadrante, horæ scilicet cum quadrante, vt supra dictum fuerat, cum in re morali non sit procedendum per Mathematicam mensuram, sed licitè posse per sesquihoram ante Solis ortum. Secundò, alij, quod possit Missa inchoari per dimidium horæ ante crepusculum, hoc est ante Auroræ initium, ita vt finis Missæ incidat in initium Auroræ vel crepusculi, Palud. apud eundem Suar. & Victor. *in summ. num. 97.* Layman. *tract. 5. de sacrif. Missæ, cap. 4. num. 2.* & Suar. *loco citato vers. tertia exceptio*, consulit hoc esse in praxi seruandum.

19. Cumque crepusculum, vt not. etiam Bonac. *loc. cit. de Sacram. Euch. tom. 1. disp. 4. quæst. vlt. punct. 9. num. 5.* dicatur tempus vnius horæ cum dimidia ante Solis ortum, toto pene anno, Martio ac Iunio Mensibus exceptis ex communi Theologorum & Astronomorum sententia, ex hac probabilissima tutáque opinione sequitur, quod quilibet Sacerdos possit per duas ferè horas ante Solis ortum Missam inchoare ex eod. Suar. *vers. exceptio.* Hieron. Rodrig. *in comp. quæst. Regul. resol. 25. de celebs. Miss.* & aliis supra cit.

20. Hæcque pro non priuilegiatis. Quid igitur pro iis qui priuilegiis fruuntur, sed non sunt in corpore Iuris clausa, vel in Bullis, aut concessionibus, vt est quoad Cardinales, quorum priuilegia sunt apud DD. & vsum & traditiones, & quod est amplius sumuntur ex scientia Summorum Pontificum, & eorum tolerantia & dispensatione, vt Sylvester *loco citato in summ. in verb. Missa 2. num. 6.*

Quoad hoc, si placet lege doctrinam Resol. & §§. not. seqq.

21. Dico quod cum priuilegium consistat in anticipatione temporis ad totum tempus, in quo præciso priuilegio, quis celebrare valeat, vt optimè aduertit Suar. *loco cit. ver. tertia exceptio*, & Rodriquez. *in sum. ver. Missa. cap. 243. num. 1.* & cæteri Sic ratiocinandum generaliter erit, vt semper Missam terminare valeant per duas horas ante Solis ortum, vt priuilegium aliquid addat priuilegiatis. Vnde Scortia *loc. cit. num. 4.* in specie de Cardinalibus, loquens, affirmat eos posse per duas horas cum quadrante ante Solis ortum sacrificium terminare, & sic addit quartam horæ partem ratione priuilegij.

22. Et, si nostra priuilegia saltem interpretatiuè de voluntate Summ. Pontif. metiri velimus ex priuilegiis Regularibus S. Dominici; & S. Franc. concessis, possemus, hoc facere (vt ipsi possunt) per tres horas ante Solis ortum, vt de prædictis Regularibus affirmat Suar. *loc. cit.* & Mirand. *in Manuali prælat. q. 40. art. 10. conc. 2. part. 1.* Hieron. Rodriq. *loc. cit. in comp. quæst. regul.*

Sup. hoc in tom. 2. tr. 1. Resol. 100. §. vlt. & in Resol. 101. §. Ex his. & in Resol. 103. & ibi in tr. 2. Resol. 47. §. vlt. prope finem, à vers. vnde.

23. Et saltem ex supra deductis certum est, quod si simplex Sacerdos, præciso priuilegio Missam inchoare potest per mediam horam ante initium crepusculi, & Auroræ, (tempus illi concessum de iure) & hoc quia sufficit, quod Missa desinat circa initium Auroræ. idem dicendum sit de Cardinalibus, eorúmque Capellanis, qui poterunt incipere per dimidium horæ ante tempus concessum, ex DD. sententia, hoc est duarum horarum cum quadrante, & sic per duas horas cum tribus quadrantibus, vt Missæ sacrificium terminari contingat per duas horas cum quadrante ante Solis ortum, cum sacrificium communiter spatio semihoræ perfici soleat.

24. Superest nunc in eadem quæstiuncula quæsitum soluere, an hoc idem fieri à Capellanis possit in iisdem Capellis pro familiæ Cardinalis commoditate, vt exemp. gr. pars familiæ discessura sit ab Vrbe præcurrendo dominum, velitque Missam audire, an licitè hoc possit ante Auroram?

25. Pro affirmatiua probabile existimo, fundamentum est quia vt supra ostendimus, priuilegium hoc est mistum, & sic licet non adsit persona Cardinalis, competit nihilominus loco, respectu familiarium. Accedit, quia Episcopus, & sic Cardinalis potest dispensare cum suo Capellano, vt Missas iuxta eorum priuilegium celebret; vt supra cum Suar. & communi opinione DD. firmauimus, vnde cum licentia Cardinalis saltem hoc facere licitè poterunt.

26. Neque

26. Neque obstat, quod cum Cardinalis non assistat per se Missæ, videtur cessare priuilegium sibi concessum: nam hoc est falsum non solùm respectu Cardinalium, sed cuiuscunque, etenim ij, qui gratiam obtinent à S.D.N. in propriis Palatiis celebrare faciendi, in sacellis ad hoc ab Ordinario visitatis; certè licet ipsi non assistant (vt exempli gr. si dominus infirmatur, vel nequeat sacrificio interesse) potest nihilominus familia præcepto satisfacere, & Missam audire, quia priuilegium ad hoc videtur, ex rationabili concedentis coniecturata mente se extendere, & ita vsus interpretatus est, & Confessarij docti, & timoratæ conscientiæ hoc admittunt: nam priuilegium dicitur commune domino, & familiaribus, & sic etiam videmus celebrari in Capellis Cardinalium & Episcoporum, licèt ipsi non intersint, si aliqua vel infirmitate, vel impedimento detineantur, neque hucusque audiui aliquem pium, & sapientem virum condemnare, vel cogere familiarem Cardinalis, vt in similibus casibus Missam in Ecclesia auscultet iterum, vt satisfaciat: ergo sicut potest familia priuati vti priuilegio concesso domino suo, illo etiam non interessente, ita etiam familia Cardinalis priuilegio Cardinali concesso etiam illo absente, & in simili, quod familia Cardinalis fruatur eodem priuilegio quo Cardinalis quoad non residentiam in beneficiis curatis, latè Alban. *de Cardin. priuil. 6.* & ante ipsum Lauden. *de Card. quæst. 13. num. 63.* & Barbat. *de præst. Card. q. 6.* Bald. *num. 18.* quod familia Cardinalium debeat splendidioribus vti vestibus, quàm familia Episcopi, quia radiis dominorum coruscat, *text. in l. habitatio. versic. secundùm dignitatem, ff. de ventr. in possess.*

Sup. hoc infra in Ref. 61.

27. Posset etiam in medium deduci alia ratio, nam * Capellanus Cardinalis pari iure cum ipso censetur quoad officia diuina, & sibi conformari potest, vt firmat Villad. *de Card. orig. num. 63. quæst. 13. fol. 59. in tract.... tom. 13. part. 2.* Clem. 2. *de celebr. Miss.* vbi DD. Alzed. *in tract... cap. 5. num. 118.* At certum est, quod Missa est pars officij diuini, Gloss. *in Clem. 1. de celebr. Missar. verb. Canonicas, ex Clem. vnic. de relig. & venerat. Sanct. circa finem.* Ferr. *de Hor. Canon. num. 26.* ergo non tantùm in ritu celebrandi, sed quoad tempus se Capellani Cardinalibus conformare valebunt.

* Quamvis non plene super hoc lege tamen in tom. 1. tr. 6. doctrinam Ref. 65. 99. 100. & 101. & melius ad rem, & doctrinam hujus §. ibi in Ref 106. §. Ratio ad medium.

28. Tandem ratiocinatione hoc idem comprobari posset. Nam Cardinalis respectu suæ familiæ dicitur Pastor & Episcopus, Turrian. *de pœnit. disput. 23. dub. 3.* Præposit. *in 3. part. D. Thom. quæst. 8. de approb. minist. dub. 7. num. 53.* & ante hos Lauden. *de priuil. Card. quæst. 17. & in alio tr. de eodem q. 13.* Alban. *de Card. quæst. 42. priu. 15.* Nald. *in sum. ver. Card. num. 8.* refert dici Ordinarium suorum commensalium. Sot. *in 4. dist. 17. q. 4. art. 2. vers. Cardin. verò.* Azor. *tom. 2. lib. 4. cap. 3. vers. 16 queritur.* Suar. *in 3 part. tom. 4. disp. 25. sect. 2. in exemptionibus, num. 12.* vbi ait Cardinales esse proprios Sacerdotes, & Parochos suæ familiæ, & erga illam posse per se, vel alios hoc munus exercere. Tanner. *tom. 4. disp. 6. quæst. 9. dub. 3. num. 58.* Diana post cæteros *cap. 5. res. 10.* & colligitur ex Conc. Later. sub Leone X. *sess. 9. de Card.* ibi, Ordinamus: vt quilibet Cardinal. se domus, ac familiæ suæ optimum Rectorem, perfectumque ostendat esse. Et sic in Capella Cardinalium domestici eius satisfaciunt præcepto, *cap. omnis vtriusque sexus*, nec aliam agnoscunt Ecclesiam Parochialem. Si ergo propriæ familiæ cura est apud Cardinalem, & per alium illam, quoad animarum salutem dirigere potest; ad ipsum spectabit, & ipse poterit licentiam dare vt Missæ satisfaciant familiares; & Capellanis vt celebrent ante Auroram iuxta Priuilegium quod habet, suis etiam communicabile, vt suprà probatum est. His tamen non obstantibus si ego sacrificio Missæ non adessem non permitterem Capellanum meum in Sacello ante auroram celebrare; solum igitur Cardinale Missam audiente id licitum esse puto.

29. De priuilegio autem postmeridiano, vt ita dicam, (& sic tota remanebit dilucidata controuersia) videtur etiam Cardinalibus concessum, & eorum Capellanis, vt post meridiem celebrare, & celebrari facere valeant, sicut communis opinio testatur, posse Episcopum in casu particulari dispensare cum suo Capellano, vel alio Sacerdote. Filliuc. *tom. 3. tract. 1. cap. 4. num. 113.* Vnde Alzed. *de præst. Episc. loc. cit. part. 1. cap. 13. num. 12.* ait S.R.E. Cardinales gandere priuilegio celebrandi ante Auroram & post meridiem, ex Sot. *in 4.* & prius diximus ex Sylueſtro. Imò plerique DD. quos sequitur Hieronym. Roderic. *in d. comp. q. regul.* tenent, præciso etiam omni priuilegio, posse Missam inchoari infra horam post Meridiem ex aliqua causa, & Henriq. *in summa, lib. 9. cap. 24. n. 6.* dicit posse ex causa per horam, circiter post Meridiem celebrari.

Sup. hoc de in com. tr. 1. Ref. 5. vlt. & in Ref. 104. 106. 107. & 146. §. E. his & in tom. 3. ad Ref. 663. ad medium vers. Et ratio.

30. Ad secundam quæstionem, An plures Missæ in eadem Capella Palatij Cardinalis per domesticos Capellanos celebrari licitè possint eadem die;

31. Censeo etiam affirmatiuè respondendum, & primò ex doctrina suprà firmata, quod Capellæ Cardinalium sint adinstar publicæ Ecclesiæ, & parochialis respectu Dominorum & familiæ, vnde & non egent quod visitentur ab Ordinariis, vel in Vrbe à Domino Vices-gerente, sed sunt eo ipso approbatæ; gaudent insuper ex consueta sanctissimi Pontificis largitione, indulgentiis, quibus stationales Ecclesiæ in Quadragesima, pro familiaribus, sunt speciali nota dignæ, vnde in Concil. Lateran. *suprà alleg. d. sess. 9. de Card.* ita habetur: sint omnes vigiles Missarumque celebrationi intenti, habeántque Capellas suas in loco honesto, prout facere consueuerunt. Vnde concludendum videtur, quod hac in Ecclesia possunt ibidem pro commoditate Cardinalis ac familiæ plures celebrari Missæ.

32. Secundò, à simili, videmus enim in priuilegio concesso Societati IESV, quod in eorum priuato Oratorio valeant celebrare etiam absque alia Ordinarij licentia & approbatione, quod iidemmet Patres, vt scimus, docti, & satis timoratæ conscientiæ interpretati sunt illud, non tantùm pro vnica Missa in die; sed pro multis, etiam ab exteris Sacerdotibus id fieri posse rectè permittunt apud Suar. *d. tom. 3. disp. 81. sect. 3. in fine.* Scort. *de sacrif. Miss. lib. 2. cap. 13. n. 3.* & hoc, vt aduertit Suar. *loc. cit.* quia est priuilegium, personis, & loco concessum, sicut etiam firmauimus nos nostrum esse priuilegium mixtum, & loco, & personæ indultum: vnde idem dicendum est de nostris Capellanis.

Sup. hoc in tom. 2. in fine, & in Ref. 8. 10. tr. & Ref. 11. tr. 8. Ref. 11. paulo post initium à vers. Tertiò quia, & infra hoc §. vlt. huius Ref.

33. Tertiò, quia non est maior ratio, cur vnicus tantùm Capellanus eadem die ibidem sacrificium offerre possit, & non alij domestici, cum hoc à iure non reperiatur prohibitum: vnde expresè limitatum videtur in licentiis, quæ à Roman. Pontif. cæteris conceduntur, vt scilicet vnica tantùm Missa in eorum Oratoriis dici possit in die. Cum igitur nostrum Priuilegium hanc non habeat restrictionem; aut interpretationem, meritò non videntur prohibitæ plures Missæ.

34. Imò ego existimarem valdè decere, vt Capellani Cardinalium frequenter in eodem sacello sacris operentur plures, cum enim pro Ecclesia parochiali familiæ deseruiant congruum videtur, vt & domestici variis distenti curis & muneribus, in diuersis horis sacrificio adesse valerent, nec tanta fraudarentur spiritualis

spirituali consolatione, & vtilitate.

35. Ad tertiam quæstionem, An dum Cardinalis abest: durante nihilominus eius absentia possit in Capella celebrari à Capellanis?

Respondeo, iam suprà firmatum fuisse; quòd quando Cardinalis non est in Capella, sed vel ægrotat, vel sacris nequit interesse, adhuc celebrari in illa valeat à solitis Sacerdotibus. Addo nunc, quòd etiamsi Cardinalis ab Vrbe, vbi moratur, sit absens, non relinquit tamen domicilium, sed Palatium adhuc retinet, & est reuersurus, quod etiam tali casu possint eius Capellani qui remanserunt, pro commoditate familiæ, vel etiam pro sui deuotione celebrare.

36. Tum ex fundamento supraiacto, quòd Capella sit velut Ecclesia Parochialis familiæ, vnde semper debet illi patere etiamsi Cardinalis extra Vrbem versetur: nulla enim maior ratio est cur possit celebrari si adsit in Vrbe, & non intersit Capellæ, quàm quando sacrificio non intersit, eo quia absens sit ab Vrbe.

37. Tum à simili, satis probatum enim est apud DD. quod Palatium Episcopi, & sic Cardinalis etiã si ab illo sit absens, & extra Vrbem, dummodo alteri non locetur, gaudet eadem Ecclesiastica immunitate, ac quando adesset Dominus. Marius Ital. *de immunitat. lib. 1. cap. 4. 3. 9. num. 4.* qui addit etiamsi Episcopus mortuus esset, & ibi loquitur expressè de Palatio Cardinalium, quem sequitur Barbos. *in collect. Decreti, tom. 4. in cap. constituimus 17. quæst. 4 n. 1.* Nouar. *in summ. Bullar. de immunit. Eccles. nu. 10.* & ratio, quia cùm sit in eandem Domum Dominus reuersurus, non cessat dici Domus Episcopi vel Cardinalis, & sic etiam Capella non debet sua amittere priuilegia, quæ cùm sint mixta, propria etiam Capellæ dici poterunt. Accedat regula quod dicatur habitare in domo, qui pro aliquali parte anni habitat. Gloss. *in cap. dilectus il. 2. de rescript. verb. domicilium*, & fortius, nam licèt fructus, & obuentiones, quæ Cardinalibus præsentibus ratione pilei debentur, habeantur, loco distributionum quotidianarum, quas nisi præsentes percipere nequeant, vt notat Anast. Germon. *de indult. Card. §. tibi quoad vixeris, num. 22. & 23.* Nihilominus si per sex menses integros & vltra non abfuerint à Curia, illas lucrantur, hac tantùm ratione, quia non videntur abesse cito reuersuri. Hinc etiam est, quod licèt Cardinalis consensus non requiratur in prouisione beneficij vacantis per obitum sui familiaris, si longo tempore absens, à curia sit, hoc tamen fallit si absentia est modici temporis. Gomes. *in reg. de impetr. benef. vacant. per obit. quæst. 17. num. 8.* idem ergo erit dicendum in casu nostro. An autem in his terminis possint Capellani priuilegio frui celebrandi ante Auroram, pro nunc placet mihi non affirmare.

38. * Ad quartam tandem quæstionem. An exteri, & Cardinaliium non domestici præcepto satisfaciant, si Missæ interfuerunt in Capella Palatij?

39. Equidem puto similiter affirmatiuè respondendum: exemp. gr. si reperiantur aliqui in Palatio Cardinalis illum associaturi, eique obtequium præstituri, vulgo, *Per Cortegiare*, in Capellam, vel alias functiones ituro, bene præcepto satisfacere.

40. Tum quia, vt supra diximus, Capella Cardinalis est ad instar Ecclesiæ, in qua omnes admittuntur, vt sacris intersint.

41. Tum quia hoc non reperitur prohibitum; vnde cùm non sit de natura prohibitorum & malorum, quia mala; videtur concessum *l. 1 ff. de procur. l. quod non §. quod ei, ff. quib. cauf. maior. cap. 1. de proc. in 6.* & concessum intelligitur quod expressè non prohibetur *in cap. 2. de translat. Episcoporum*, vbi Gloss. *verb. non inuenitur. cap. si non licèt 23. q. 5.*

42. Tum quia non vidi à doctis, & timoratis Confessariis pœnitentes obligari ad Missam iterum audiendam in Ecclesia si dixerint audiuisse in Capella Cardinalis, vt præcepto satisfaciant.

43. Tum & quartò, quia quando Pontifex id prohibere voluit hoc expressit, vt in licentiis pro priuatis Oratoriis, in quibus apertè cauetur vt tantùm pro domesticis, deseruiant, nec exteri possint præcepto satisfacere si sacris ibi intersint, vt notat Quaranta *in Bull. in ver. Missa*, in quibus etiam vetuit ne in certis solemnioribus festiuitatibus liceat Missas in ipsis Oratoriis auscultare, quod est desumptum, vt obiter hoc dicam à Concilio Agathen. & habetur *in cap. si quis etiam, de consecrat. disp. 1.* quem ornatè ponderat distertus Nicol. le Maistre *in suo tract. de patrim. sacro, lib. 2. cap. 5.* quod tamen non reperitur Cardinalibus prohibitum, vt nec præceptum illud externis iniunctum. Vnde apparet quod totum debetur prærogatiuæ Eminentissimæ dignitatis, cuius nulla maior in terris est post Pontif. Max. in Ecclesiastica Hierarchia, Eugenius IV. in sua Bulla, *Non mediocri. Bull. t. 1. &* post Zabar. & Prob. ad Monachum. Loter. notat *de re benef. lib. 1. quæst. 8. numer. 33. & seq.* & sic non videtur quod nequeant hoc facere exteri, qui in dictis ædibus reperiuntur, vel quod sit hoc Cardinalibus interdictum. Neque dici potest, quod hoc fiat ignorante Pontifice, cum omnes prius Cardinales fuerint; hocque viderint & probarint, nec damnarint postea Pontifices effecti.

Sup. hoc in tom. 4. tr. 2. Ref. 42.

Sup. hoc in tom. 4. tr. 2. Ref. 27.

44. Quod autem possimus vti argumento in hoc casu à non expressa prohibitione, videri videlicet approbatum, hac ratiocinatione roborari potest: etenim præceptum Ecclesiæ de Missam audiendo in festis de præcepto ex consuetudine vniuersali, & habetur *ex dicto c. si quis etiam, & can. Omnes fideles & can. Missas, de consecrat. dist. 1. & cap. conquestus, de fer.* & in actis Martyrum Africæ apud Baron. anno 303. *n.* 48. Lex Ecclesiæ de celebrando Dominico (Dominicum enim Missam dici ibi clarè patet, *num.* 84. non autem templum, licèt pro templo aliquando sumatur) non arctat audientes, vt in tali vel tali loco illam audiant, vt Azor. aduertit *loco infra citat.* & Molfes. *in summ. p. 1. tract. 3. cap. 17. n.* 32. Sed simpliciter vbi celebratur, aut in Parochiali, aut in Ecclesia Regularium, aut in Oratorio priuato, dummodo sit locus sacer, ad id destinatus peculiariter. Suar. *in 3. part. tom. 3. quæst. 83. disputat. 81. art. 3. sect. 3. ex can. nullus, de consecrat. dist. 1.* & hoc regulariter, nam de licentia Episcopi etiam extra locum sacrum, vt *ibi* Suar. latè *vers. secundò obseruandum*, licèt in solis Parochiis hoc licebat, Filesac. *de orig. Parœciarum, cap. 6. in suis variis opuscul.* Azor. *in 1. part. lib. 7. cap. 6. vers. quarto quæritur.* Barbos. *de paroch. part. 1. cap. 11. num. 18. & 19.* Tolet. *in summ. lib. 6. cap. 7. num. 1.*

Sup. hoc in tom. 4. tr. 2. Ref. 42. per totam, & signanter §. Secus. Sed lege eam à principio pro oratoriis alicuius Magnatis.

45. Vnde text. *in cap. 2. de paroch. ex Concil. Nanneten.* (de quo incertum, est quonam tempore fuerit celebratum) aut contraria consuetudine abrogatus est, vt tenuerunt Angel. Rossell. Syluest. Armill. Nauar. quos Azor. refert *loc. citat. vers. quintò quæritur, & vers. octauò quæritur*, vbi firmat satisfacere præcepto qui audit Missam in quocumque Oratorio siue publico, siue priuata auctoritate fabricato, dummodò hoc non fiat ex contemptu Parochi proprij, Portel. *in dub. regul. in verb. Missa, in addit. n. 5.* Molfes. *loc. cit. cap. 17. num. 32.* & videmus olim Presbyteros ordinatos pro Ecclesiis villicis, vt ita dicam, scilicet quæ in villis erant, & non erant Parochiæ, nam apud Græcos Canones ἐπιχώριοι vocantur, siue ἐπιχώριοι, & Presbyteri huiusmodi in Concilio Ancyrano dicuntur ἐπιχώριοι πρεσβύτεροι.

Sup. hoc late in Resol. not. præteritæ.

46. Aut

46. Aut certè non comprehendit, vt censeo, Cardinalium Capellas ex supra probata doctrina, nam desumitur ex Concil. Nannetен. quod Prouinciale est, neque de Episcoporum Capellis ibi fit mentio: si ergo poterit quis celebrare in dicta Capella licitè quibuslibet diebus, idem erit dicendum respectu audientium, quod possint licitè audire, & etiam exteri; cùm eadem sit ratio celebrantis, ac Missam audientis quoad hoc.

47. Hinc in Sacr. Congregatione Concilij die 22. Septembris 1640. fuit resolutum quòd interessentes sacrificio Missæ in priuato Episcopi sacello, satisfaciant præcepto Ecclesiastico tam in Diœcesi, quàm extra: ergo idem, & eò fortiùs dicendum ex suprà ponderatis de Cardinalium Capellis.

Sup. hoc in tom. 4. tr. 2. Ref. 42. §. Secus.

48. Quid autem è conuerso, An exteri Sacerdotes possint in Capellis Cardinalium celebrare, etiamsi non sit pro seruitio Cardinalis? Et censeo posse, sicut diximus de priuilegio Iesuitarum, ita interpretato quoad exteros Sacerdotes. Hucvsque Cardinalis Brancatius, sub quo INCLITO NOMINE tanquam Genio Tutelari, feliciter huic sextæ Parti finem impono.

Sup. hoc in tom. 4. tr. 2. Ref. 12. §. Notat. & in aliis eius not. & hic sup. ad medium §. Secundo à simili. huius Ref.

RESOL. L.

An Cardinales possint assistere in suis Ecclesiis, & dare licentiam assistendi matrimonio? Ex part. 5. tract. 2. Ref. 35.

Sup. hoc in tom. 2. tr. 6. Ref. 90. §. 1. ad medium, à vers. Deinde censetur.

§. 1. REspondeo affirmatiuè, & ita docet in terminis Sanchez *de matrimon. tom. 1. libr. 3. disput. 28. num. 7.* & Basilius Pontius *de matrimonio lib. 5. cap. 10. num. 6.* quia, vt dictum est, in suis Ecclesiis habent Cardinales iurisdictionem quasi Episcopalem, tex. *in cap. his, de maior. & obedien. & ibidem* Abbas Felinus, Butrius, quibus adde Imolam *in Clement. ne Romani. de elect.* vide etiam Zechium *de Republ. Christiana, tit. 3. de Cardinal. num. 9. post. 11. priuileg.* & ideo Rubeus *in Aphor. Episc. ver. Cardinales, num. 2.* sic ait. Cardinales in suis titulis habent iurisdictionem quasi Episcopalem, & dant licentiam vt in eis coram Sacerdote non Parocho à suis subditis matrimonium contrahatur. Ita ille, & ego.

RESOL. LI.

An Cardinales possint conferre primam Tonsuram, & minores Ordines in suis titulis?

Et an Cardinales Presbyteri Tonsuram, cæteroſque ordines suis familiaribus conferre possint, quia per Concilium Trid. sess. 23. cap. 10. videtur derogari hanc facultatem? Ex part. 5. tract. 2. Ref. 5.

Sup. hoc in tom. 3. tr. 1. Ref. 68. §. 2. ad lin. 2. & in Ref. 71. prope finem. vers. quia modo.

§. 1. NEgatiuam sententiam docet Anastasius Germonius *in tract. de indul. Cardin. §. tam ratione, n. 29.* vbi firmat Cardinales in suis Titulis posse exercere ea, quæ sunt iurisdictionis, non ea, quæ sunt Ordinis.

2. Sed affirmatiuam sententiam tenet Ioseph *de Sacram. part. 2. disput. 8. sect. 1. assert. 3.* Victoria *in summa de sacram. Ord. num. 234.* Lancellottus *in Templo iud. lib. 2. cap. 2. §. 3. n. 17.* Maiolus *de irregular. lib. 4. cap. 20. num. 8.* Laudensis *de Cardinal. quæst. 20.* Valentia *tom. 4. disp. 9. q. 3. punct. 2.* Hurtadus *de sacram. Ord. difficult. 18.* Iacobatius *de Conciliis lib. 1. art. 12.* Zechius *de Republ. Eccl. tit. de Cardin. num. 9.* Ioan. Baptista de Fabris *in man. Ord. de sacram. in comm. cap. 7.* Bartholomæus Ledesma *de Ordin. dub. 11.* Palacius *in 4. distinct. 24. q. 2.* D. Antoninus *3. part. tit. 14. cap. 16. §. 6.* Paludanus *in 4. dist. 24. q. 3. num. 12.* Bonacina *de Sacram. disput. 8. q. vn. punct. 4. num. 3.* Piasecius *in praxi part. 1. cap. 1. art. 1. num. 6.* Tabiena *verb. Abbas q. 5.* Syluester *ver. Ordo 3. q. 2.* Vasquez *in 3. part. tom. 3. disp. 243. cap. 4 num. 33.* Binsfeldius *in Enchir. part. 1. disp. 16. §. 9.* & Sotus *in 4. dist. 25. q. 1. art. 1. ad secundum argumentum.* & hoc ex consuetudine, quæ licèt dare non possit ad hoc iurisdictionem, est tamen signum eam habere à Papa.

3. Notandum est tamen ex Ledesma, Sanchez *in opusc. tom. 2. lib. 7. cap. 1. dub. 19. num. 21.* docere per Concilium Tridentinum *sess. 23. cap. 10.* derogari facultatem, quam habebant Cardinales conferendi primam Tonsuram, quia expressè reuocat consuetudinem, etiàm immemorialem. Verùm ego inuenio Doctores post Conc. Trident. asserere Cardinales Presbyteros, Tonsuram cæteróſque Ordines suis familiaribus conferre posse, & ita docet præter Doctores citatos Parisius *de resignat. benefic. lib. 4. q. 2. n. 88.* Azorius *tom. 1. lib. 4. cap. 3. q. 2.* Sebast. Cæsar. *in relect. de Eccles. Hierarch. part. 1. disp. 2. §. 5. num. 2.* Campanili *in diuer. iur. Can. rubr. 6. cap. 2. num. 12.* Henriquez *lib. 10. cap. 27. num. 3.* Fornarius *de sacrament. Ordin. cap. 5.* Granadus *de Sacram. in 3. part. contr. 9. tract. 2. disp. 2. num. 1.* Tamburinus *de iure Abbat. tom. 1. disp. 11. q. 4.* Moneta *de iudic. conseru. cap. 5. num. 5.* Mæratius *tom. 3. tract. de sacram. Ord. disput. 8. sect. 1. num. 8.* Hieronymus Llamas *in summa 3. cap. 3. §. 3.* Alzedus *in praxi Episcop. part. 2. cap. 5. num. 9.* Tuschus *lit. C. concl. 100. num. 50.* Lorichius *in Thesaur. ver. Cardinalis. §. 7.* Cucchus *in institut. Canon. lib. 2. tit. 4. num. 66.* Pintus *de Ordin. q. 6. art. 1. num. 46.* Barbosa *in Concil. Trident. sess. 23. cap. 9. num. 3. & de potestate Episc. part. 2. allegat. 5. num. 19.* vbi testatur ita sensisse Rotam *in vna Cremon. 9. Decembris 1592.* vnde non est audiendus Sanchez, & Germonius.

RESOL. LII.

An Cardinales habeant ius conferendi beneficia in suis Titularibus Ecclesiis?

Et idem dicendum est de Canonicatibus, & Prabendis, quæ ab ipso titulo dependent?

Et an Cardinales possint absoluere à iuramento in suis titulis? Ex part. 5. tract. 2. Ref. 13.

§. 1. REspondeo affirmatiuè, quod intellige quando sunt in vrbe, nam in eorum absentia solus Papa confert, & ita docet Ioannes Chokier *in comment. regul. 1. Cancell. num. 23. ver. Secunda reseruatio* Barbosa *Collectan. in Cod. tom. 1. lib. 1. tit. 3. cap. 11. nu. 3.* Gonçalez *ad regul. 8. Cancellar. glos. 13. num. 20.* Grilenzonius *cons. 63. per totum.* & Germonius *tr. de indult. Cardin. §. tam ratione. num. 24.* vbi sic ait. Licèt tituli in Vrbe sint, & eorum beneficia iure ordinario ad Pontificis Maximi, veluti ad proprij Episcopi collationem, & prouisionem spectent; verum tamen Pontifices ipsi, vt ostenderent Cardinales sibi verè filios, & fratres esse, & vt eos suorum titulorum studiosos per residentiam magis allicerent, pleniorem eisdem dederunt conferendi facultatem, *cap. his qua de maior. & obed.* Ita Germonius, vbi *num. 16.* ex Bellinzonio *in tract. de Charit. subs. qu. 3.* dicit Cardinales maius ius habere in Ecclesiis titularibus, quàm Ecclesias matrices in Capellis non subiectis, possunt enim omnia beneficia, Canonicatus, & præbendas, quæ ab ipso titulo dependent, Cardinales conferre. Vide etiam Albanum *tr. de Cardinal. q. 46.* Sed an Cardinales possint absoluere à iuramento in suis

suis titulis, vide Camillum Billotta *tract. de Absol. iur. lib. 2. c. 7.* & Merollam *to. 1. disp. 1 cap. 3. difficult. 5. num. 225.*

RESOL. LIII.

An Cardinales in Ecclesiis sibi concessis possint conferre beneficia, & exercere iurisdictionem ante cœptam possessionem, & ostensionem literarum? Ex part. 5. tr. 2. Ref. 47.

§. 1. VIdetur negatiuè respondendum, & ideo Episcopus non potest absque litterarum ostensione possessionem consequi, vt docet Parisius *de resignat. lib. 8. q. 5. n. 33.* Azorius *p. 2. lib. 3. c. 29. q. 9.* & alij, nam quamuis iure communi, vbiquis erit canonica institutione confirmatus, habeat ea quæ sunt iurisdictionis, dignitatis, & de lege Diœcesana, *cap. transmissam, c. nosti, c. qualiter, de elect. c. inter corporalia, de transl. Episc.* & statim ac sunt propositi in Consistorio Sanctitatis suæ, dicantur electi, nominati, designati, præsentati, instituti, ac confirmati; nihilominus per *Extrauag. iniuncta, de elect.* inter communes, si velint prædicta exercere, debent obtinere prædictas literas, aliàs possessionem Episcopatus consequi non possunt.

2. His tamen non obstantibus dict. Extrauag. *iniuncta*, non habet locum in Cardinalibus Episcopis, qui ante possessionem adeptam, & ostensionem literarum iurisdictionem exercere possunt, vt obseruat Lauotius *in var. elucubr. tit. 4. c. 25. nu. 10.* Gonzales *in reg. 8. Cancell. gl. 24. n. 7.* Barbosa *de potest. Episc. part. 3. allegat. 111 n. 35.* Bellenchus *de charitate subs. q. 60. n. 16.* & alij.

RESOL. LIV.

An Cardinalis ad Episcopatum assumptus, si nondum possessionem fuerit adeptus, possit adhuc beneficia conferre?

Et an Cardinales possint conferre beneficia commendata, siue ad tempus, siue ad vitam dissoluta commenda; & idem dicendum est de vnitis, dissolutis vnionibus? Ex part. 5. tr. 2. Ref. 45.

§. 1. NEgatiuè respondet Archiadiaconus *in c. eum qui, de præbend. in 6.* Dynus *ad reg. 1. n. 17. de regulis iuris in 6.* Ripa *cons. 11.* Rebuffus *in praxi benefic. tit. de simonia, in resignat. n. 44.* & alij. Ait enim Dynus canonicam institutionem appellari illam, in qua omnia substantialia concurrunt, videlicet institutio, seu collatio, inuestitura, seu collationis confirmatio, & missio in possessionem. Per institutionem verbalem tribuitur ius proprietatis, per inuestituram declaratur, & confirmatur illius iuris collatio, vt *cap. adhæc, §. in quadam, & c. vt nostrum, de offic. Archid. & c. cum ex iniuncto, de hæret.* & per inductionem in possessionem tribuitur ius possessionis, vel quasi, & ius administrationis, *d. cap. adhæc, & cap. vt nostrum*, ibi, *ponere Abbates, & Abbatissas in Sede.* ergo, &c.

2. Verùm ego affirmatiuæ opinioni adhæreo, quam docet Germonius *de Indulg. §. nec non, n. 8.* vbi post multa concludit possessionis apprehensionem esse vtique necessariam quoad solemnitatem, vt possit prouisus ostendere se esse in possessione, sicque illatam molestiam repellere, inferendámve præcauere; non sequi tamen quin ante adeptam possessionem possit administrare & exercere ea, quæ sunt iurisdictionis, dummodo tertio non præiudicet. Sed sic est, vt notat Innoc. Hostiensis, Abbas *in c. transmissi, de elect.* cum Oldrado *cons. 191.* quòd statim ac quis est electus Episcopus, & confirmatus, potest exercere ea, quæ sunt iurisdictionis, vti est beneficiorum collatio etiam extra Diœcesim, etsi nondum in eam se contulerit, sic Ecclesia dicitur vacare vsque ad confirmationem gl. *ad Clem. 1. ver. collatio, vt lite pendent.* & *ibi* not. Imola. *num. 20. vers. iuxta prædicta.* Felin. *ad cap. cùm Bertoldus, col. 2. num. 3. vers. dixit etiam, de re iudic.* Panuin. *de offic. & potest. Cap. Sed vac. præl. 7. num. 16. in fine.* Franc. *ad c. quamuis. §. 1. num. 1. de elect. lib. 6.* Rota *decis. 6. vers. hoc etiam, de elect. in nouis. decis. 182. diuers. p. 2.* quæ cùm luce clariora sint, videtur dicendum non opus esse possessionis apprehensione vt Cardinalis virtute indulti conferat, etiamsi eam & naturaliter & corporaliter nondum cœperit, vt ait Innocent. *in c. cùm super, ibid. n. 17. de conf. possess. & propriet.* sequitur Abbas, cui adstipulantur Gemin. & Paris. *ad cap. cum qui, de præbend. lib. 6.* & ita hanc sententiam ex neotericis, præter Germonium tenet etiam Massobrius *in praxi habendi concurs. præl. 26. dub. 6. num. 3.* quando Episcopus Cardinalis fuerit confirmatus, & quando possessio talis Episcopatus fuerit vacua: nam si fuerit ab aliquo occupata, putat priùs possessorem expellendum esse iusta sententia.

3. Notandum etiam hic obiter Cardinales posse conferre beneficia commendata siue ad tempus, siue ad vitam dissoluta commenda, & idem de vnitis dissolutis vnionibus. Ita Germonius *loco cit. §. qua extra n. 18.* & Massobrius *dub. 15.*

RESOL. LV.

An Cardinalis Episcopus possit prouidere beneficia reseruata vacantia tempore sui Antecessoris non Cardinalis?

Et quid è conuerso, vacante beneficio in mense alias reseruato tempore, quo Cardinalis erat Episcopus, quod durante vita Cardinalis non fuit prouisum, an possit dictum beneficium ab Episcopo non Cardinali successore prouideri? Ex p. 5. tr. 2. Ref. 27.

§. 1. REspondeo vel habet indultum, vel non habet, si non habet, non potest, quia tale beneficium à puncto vacationis fuit Sedi Apostolicæ reseruatum: sed si Cardinalis habet indultum solitum ad conferenda beneficia, illud beneficium conferre poterit, dummodo indultum extendatur ad beneficia etiam vacantia, aliàs minimè. Ita Garzias *de benefic. part. 5. c. 1. n. 635.* Massobrius *in praxi haben. concur. præl. 26. dub. 3.* Gonzales *in reg. 8. Cancellar. gl. 24. à n. 108.* & Castrus Palaus *tom. 2. tr. 13. disp. 2. punct. 22. §. 4. n. 7.* qui tamen *n. 8.* contra Gonzales putat è conuerso vacante beneficio in mense aliàs reseruato, tempore quo Cardinalis erat Episcopus, quod durante vita Cardinalis non fuit prouisum, posse dictum beneficium ab Episcopo non Cardinali successore prouideri, non obstante *reg. 2. Cancell.* Sed sententiam Gonzales tenet Massobrius *vbi suprà dub. 4.* vnde puto vtramque sententiam probabilem esse.

RESOL. LVI.

An beneficia simultaneæ collationis Episcopis, & Capitulo vacanti in mense Apostolico, a Cardinali simul cum Capitulo prouideri debeant, & quid in beneficiis aliàs reseruatis?

Et notatur Cardinalem habentem facultatem conferendi beneficia reſeruata, & in alium ſubſtituendi poſſe ſubſtitutum dicta beneficia conferre, ſicut poteſt Cardinalis. Ex part.5. tract.2.Reſ.26.

§.1. QVoad primum, reſpondeo à Cardinali ſimul cum Capitulo prouidenda eſſe. Ita Gonzales *ad Reg.* 8.*Cancell.gloſſ.*24.*a nu.*52.qui *n.*61.dubitat an idem dicendum ſit in beneficiis ſimultaneæ collationis aliàs reſeruatis, ad quorum prouiſionem Cardinalis Epiſcopus indultum à Pontifice obtinet, & affirmatiue reſpondet, quia indultum non ampliat facultatem conferendi, ſed ſolùm remouet obſtaculum reſeruationis, qua remota Cardinalis iure ordinario prouidet; ſed in prouiſione ordinaria Capitulum concurrit, vt ſuppono, ergo ſuppoſito hoc indulto cõcurrere debet.

2. Verùm mihi contraria ſententia magis placet, quam tuetur Garzias *de benef.p.*5. *c.*1. *n.* 628. ſcilicet ſolum Cardinalem virtute indulti beneficia aliàs reſeruata prouidere poſſe, & non Capitulum,quia virtute indulti non ceſſat reſeruatio, eſto in ea diſpenſatur.Reſeruatio namque horum beneficiorum eſt lex omnes Cardinales aſtringens,à cuius legis obligatione Cardinales priuilegiati eximuntur : eximuntur,inquàm, vi priuilegij manente reſeruatione, ſicuti cùm tempore interdicti conceditur tibi poteſtas audiendi Sacrum ob priuilegium Bullæ, priuilegium inquam, Bullæ non tollit interdictum, ſed illo manente tibi facultatem concedit Sacrum audiendi, ac ſi interdictum non eſſet, ſic in hoc indulto prouidendi beneficia reſeruata ; perſeuerante enim reſeruatione concedit indultum Cardinalibus facultatem prouidendi beneficia ac ſi reſeruatio non eſſet.Ex quo fit Cardinales non iure ordinario, ſed virtute indulti,vt à Sede Apoſtolica delegatos hæc beneficia prouidere. ergo, &c. Et ita hanc ſententiam docet etiam Caſtr.Palaus *tom.* 2. *tr.*13. *diſp.*2.*punct.*22.§.4. *n.*4.Sed circa præſentem quæſtionem vide etiam Maſſobrium *in praxi habendi concur.præl.*26.*dub.*35.

3. Notandum eſt etiam hic obiter Cardinalem habentem facultatem conferendi beneficia reſeruata, & in alium ſubſtituendi, poſſe ſubſtitutum dicta beneficia conferre, ſicut poteſt Cardinalis. Ita Rota Romana coram R.P.D. Vbaldo *in vna Vliſſipon.* 20. *Iunij* 1614.apud poſthumas Farinacij *tom.*1.*deciſ.*595 *num.*1.

RESOL. LVII.

An Cardinalis poſſit in curia conferre ſine concurſu Parrochialem Eccleſiam, quæ vacauit in ſua Diœceſi? Ex part.5.tr.2.Reſ.42.

§.1. REſpondeo poſſe, dummodo ille,cui conferatur,fuerit examinatus ab examinatoribus deputatis à Papa, vel eius Vicario. Diſpoſitionem verò ſacri Concilij Trid.*c.*18.*de reform.ſeſſ.* 14.ibi. *etiamſi ipſa Parochialis reſeruata*, &c. etiam vigore Indulti S.R.E. Cardinal. putat habere locum circa Indulta extraordinaria duntaxat, vel niſi Indulta ſint extraordinaria, nimirum circa ea beneficia, quorum collationes ſpectant ad Cardinales ratione alicuius Abbatiæ, vel dignitatis, quas poſſident in aliena Diœceſi, non autem circa Indulta ordinaria. & ita docet Germonius *tract.de Indul.cur.*§. *quibuſuis*, *n.*9. & poſt illum Maſſobrius *in praxi habendi concurſ.requiſ.*7.*dub.* 42. qui pro hac firmanda ſententia adducunt multas rationes.

RESOL. LVIII.

An Vicarius Cardinalis habens facultatem conferendi beneficia poſſit illa conferre extra Diœceſim, quia de Cardinalibus non eſt difficultas? Ex p.5.tr.2.Reſ.43.

§.1. DE Cardinalibus non eſt difficultas, quia Ordinarius poteſt extra territorium exercere ea, quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis, & cauſæ cognitionem non requiritur, ex *l.*2.*ff. de officio Proconſ. & Legat.* & ex gl.*in cap.nouit*, *de officio Legat.* & latè Iaſon *in l.extra territorium*, *ff.de iuriſdict.*extra territorium, ſeu Diœceſin poſſe conferre beneficia. Eſt igitur quæſtio,ſi Cardinalis Vicario generali ſuo dederit facultatem conferendi beneficia, an poſſit idem Vicarius conferre extra Diœceſim? & poſt multa Germonius *tract.de Indulg.*§.*tibi*, *num.*85.in affirmatiuam ſententiam tranſit.

2. Verùm Maſſobrius *in praxi habendi concurſ. præl.*26.*dub.*5.*num.* 6. diſtinguendum putat, ait enim, aut Cardinalis qui habet indultum,reperitur in Rom. Cur.aut etiam eſt abſens à Curia,& Diœceſi,ſed cum licentia Papæ, & ſic poterit eius Vicarius etiam extra Diœceſim conferre. Aut eſt abſens ſine licentia, & tunc nequaquam poterit Vicarius conferre, ex prædictis, quia Cardinalis non potuiſſet id ei dare, nemo enim dat quod non habet *c.cum Dalbertum* 1. *b.*7.facit.*c.nemo* 79.*de reg.iur.in* 6.

RESOL. LIX.

An Cardinales poſſint conferre beneficia Epiſcopatum à ſe reſignatorum, etiam poſt præconizationem reſignatarij, ſi nondum tamen fuerit adeptus poſſeſſionem? Ex part.5.tract.2. Reſ.44.

§.1. AFfirmatiuam ſententiam docet Germonius *de Indulg. Cardin.* §. *nec non quarumcumque num.*22.nam qui reſignauit Epiſcopatum in fauorem alicuius, eſt adhuc eius dominus, vt poſſit conferre beneficia tum ratione indulti, tum poteſtate ordinaria, quia adhuc in poſſeſſionem eſt; & quamquam dicatur per reſignationem eſſe priuatum,intelligi tamen debet de poſſeſſione iuris,quã perdit,non tamen poſſeſſione naturali, cui poteſt incumbere, donec ſciat præfatam reſignationem habuiſſe effectum, vt cenſet Innocent *ad c.qui in dubiis,de rer.permut.*& captam eſſe poſſeſſionem. Vnde Gomezius *ad reg.de publ.q.*15. ſcribit eandem regulam non habere locum niſi tribus concurrentibus, videlicet quòd reſignatio non fuerit publicata,poſſeſſio petita, & quòd reſignans deceſſerit,in poſſeſſione,& Puteus *deciſ.*337.*nu.*2. *lib.*3. ait,quòd tunc reſignatarius dicitur ciuiliter & naturaliter poſſidere,quando eſt apprehenſa poſſeſſio, & *in deciſ.*158.*nu.*3.*eodem lib.*3.quòd cum fit reſignatio in fauorem certæ perſonæ ante apprehenſionem,ſeu acquiſitionem, reſignans dicitur etiam poſſidere, & titulum coloratum habere. Hæc Germonius, cuius ſententiam ſequitur etiam Maſſobrius *in praxi habendi concurſ.præl.*25.*dub.*6.*num.*6.

RESOL. LX.

An Cardinales poſſint recipere reſignationes beneficiorum exiſtentium in ſuis titulis;

Et an hoc extendatur ad Cardinales habentes Archiepiſcopatum, Abbatias, vel Prioratus in Commendam, ex diſpenſatione?

Et

Et an Cardinales renunciantes Episcopatui retineant facultatem conferendi beneficia in mensibus Papæ ex eius indulto? Ex part.5.tr.2.Resol.14.

§.1. HAnc quæstionem doctè pertractat Flaminius Parisius *de resignat.benef. lib.7.q.12.per totam*, vbi *n.*8.docet Cardinales posse recipere resignationes beneficiorum existentium in suo titulo, quia possunt conferre,vt dictum est *suprà*,illa beneficia,& possunt destituere beneficiatos, quod ius cóperit eis ratione titulorum, vt etiam tradit Mandosius *in reg.7.Cancell.q.1.n.5.*vbi plures alios allegat. & hanc etiam opinionem docet Barbosa *collect. in Cod.tom.1.lib.1.tit.33.c.11. n.3.* Et hanc opinionem Parisius *vbi supr.n.22.*extendit ad Cardinales habentes Archiepiscopatum, Episcopatum, Abbatias, vel Prioratus in commendam ex dispensatione Papæ: possunt enim recipere resignationes beneficiorum ratione Archiepiscopatus, Episcopatus, &c. nam si possunt conferre beneficia vacantia ratione Archiepiscopatus, Episcopatus, &c. poterunt etiam resignationes recipere,

2. Nota hîc etiam Cardinales renunciantes Episcopatui retinere facultatem conferendi beneficia in mensibus Papæ, ex eius indulto, vt docet Parisius *num.*23 qui etiam *num.*27. rectè notat, Cardinales, qui habent indulta in Episcopatibus renunciatis etiamsi resignatio beneficij fuerit facta coram Episcopo in mensibus,in quibus ipsi habebant potestatem conferendi, posse etiam ad illos spectare beneficium resignatum in manibus Episcopi conferre, & ratio est clara,quia si renunciatio fiat coram Episcopo in mensibus Papæ reseruatis, collatio, hoc non obstante, spectat ad Papam, & non ad Episcopum recipientem ipsam resignationem;ergo etiam in casu nostro debet spectare ad Cardinales, qui per indultum loco Papæ successerunt.Et ita etiam tenuit in causa inter Cardinalem Vrbini, & Archiepiscopum consulendo, Gabriel. *lib.1. conf.*187.

Sup. hoc supra in Resol. 48. Nec obstat quod fuerit, vel. quo ad non residentiam.

RESOL. LXI.

*An familiares Cardinalium in absentia gaudeant fructibus suorum beneficiorum?*Ex p.5.tr.2.Resol.79.

§.2. REspondeo affirmatiuè cum Cuccho *in Instit. Can.lib.2. tit.4.n.69.* vbi sic ait. Cardinales possunt suoram beneficiorum fructus, etiam dum ab eis absunt, in Curia Romana existentes percipere, quia Romanæ Ecclesiæ,quæ cæterarum omnium est mater,deseruientes,aliis quoque Ecclesiis seruire videntur, & in suis beneficiis residere, quod etiam de familiaribus eorum traditum est, cùm & ipsi eadem ratione,eisdem priuilegiis perfrui debeant.Ita ille, & ante illum Laudens.*tract. de Cardin.q.69.* vbi citat pro hac sententia Ioannem Andream, & Buttrium *c.cùm dilectus, de cler. non resid.* & hanc etiam sententiam docet Albanus *de Cardinalibus q.42.priuil.6.* & alij penes ipsum.

RESOL. LXII.

An Cardinales, quando Patroni sunt discordes, possint prouidere Ecclesiis iuris Patronatus? Ex part.5.tr.2. Resol.94.

§.1. VIdetur negatiuè respondendum, quia hoc, vt obseruat Lessius *lib.2.c.34. dub.6. n.27.* & alij communiter, competit Episcopis, ex *cap. si vcrò,& c.quoniam in quibusdam, de iure patron.* Sed ex hac ratione probatur posse Cardinales hoc efficere,quia vt * sæpius suprà probatum est satis, Cardinales in suis titulis habent plenum ius Episcopale. Vnde Cardinalis *in Clem.ne Romani, §.irritum, q.3.* dicit, quòd tituli Cardinalium æquiparantur Ecclesiis Episcopalibus, & sic habent iura Episcopalia, *c.conquerente de officio Ordin.*& consequenter possunt conferre beneficia suis titulis subiecta, vt * suprà dictum est:& ideo ad casum propositum affirmatiuam sententiam ex rationibus adductis tenet Vinc. Grilenzon. *conf.*63. *n.*9. asserens quòd quando patroni discordant in præsentando, sicut Episcopi, ita & Cardinales prouident Ecclesiis.

*Sæpiº sup. in Resolutionib. quæ hic sunt suprà 38.39.40. 41. & in aliis.

*Sup.in Resolutionibus, quæ hic sunt 52.53. & 54. & aliquid in Res.55.56. & 57.

RESOL. LXIII.

An Cardinales in Ecclesiis titularibus possint cognoscere causa clericorum præsertim criminales?

Et quid est dicendum, si clericus aliquis sit depositione dignus; an Cardinalis debet sententiam ferre,actum tamen degradationis Episcopo committere? Ex p.5. tr.2.Resol.7.

§.1. NEgatiuam sententiam docet Mandosius *in regul.7.Cancell.q.2.n.7.*vbi testatur Cardinales in Ecclesiis suorum Titulorum non tantùm iurisdictionem habere vt possint causas ciuiles & criminales cognoscere, ac iudicare,nisi priuilegiis Pontificiis id faciant.

2. Sed alij affirmatiuam sententiam tenent ex his, quæ asserit Lotherius *de benef.tom.1.lib.1.quæst.8.n.50.* & Grilenzonius *conf.63.per totum.* Layman *in Theolog.moral,lib.1.tract.4.c.7.§.7. n.28.* vbi ex Abbate & aliis firmant Cardinales in suis Titulis habere iurisdictionem Ecclesiasticam, & alia exercere, quæ Episcopalis iurisdictionis sunt, & Probus ad Ioannem Menochium *in cap.1.num.2.de maior. & obedien.* testatur Papam sibi hoc dixisse. Verùm inuenio hanc quæstionem in terminis tractare Anastasium Germonium *tract. de Indult.Cardin. §.tam ratione, num.* 34. vbi tenet Cardinalem non Episcopum de causa criminali posse cognoscere,& si Clericus erit depositione dignus,sententiam ferre, actum tamen degradationis Episcopo committere debere, cùm hoc sit Ordinis.Et ideo Rota coram Aldobrandino dixit, Cardinales quoad iurisdictionalia habere iura Episcopalia, *part.1.decis.233. n.19.* in Decis. diuersorum Auditorum.

RESOL. LXIV.

An Cardinales possint habere priuatum carcerem ad suos familiares coërcendos?

Et an familiares Cardinalium ex consuetudine remittantur ad ipsos Cardinales, & ipsi Domini Cardinales sint eorum iudices competentes, ita vt Vicarius Papæ dictos familiares non iudicet, sed eos remittat suo Cardinali?

Et an Cardinales possint habere familiam armatam?

Et an, qui alium cepit ex iusta causa, possit illum detinere spatium 20.horarum, & ipsum captum iudici præsentare?

Et quid, si illum detinet non ex iusta causa. quæ pœna puniri debet? Ex part. 5. tractat. 2. Resolut.25.

§.1. LIbet huic dubio respõdere cũ verbis insignis Criminalistæ Iul. Clari *in praxi lib.5. §.final.*

q.66.num.32.vbi ſic ait.Priuatum carcerem exercens punitur pœna capitis,vt eſt text. *in l.1. C. de priuatis carcer.* & aduerte quia ille, qui capit aliquem, & detinet,non ex iniuſta cauſa, punitur pœna priuati carceris,etiamſi illum detineat minori ſpatio 20.horarum. Ille verò qui alium capit ex iuſta cauſa,poteſt illum detinere ſpatio 20.horarum, & ipſum captum iudici præſentare, & ita concludunt omnes DD. vt dicit Caucin.*ſuper 56.ritu Magna Curia, n.2.* Scias tamen quòd diſpoſitio illius legis non habet locum in Cardinalibus S.R.E.nam hodie quilibet Cardinalis habet priuatum carcerem ad puniendos domeſticos,& familiares ſuos. Et ita vſum obtinuiſſe teſtatur Manfredus *in tr.de Card. cap.8. priuileg.19.* Ita ille,& poſt illum Tuſchus *tom.1. concl.100. num.52.* Cucchus *vbi infrà num.92.*cui adde Zechium *de Rep. Chriſtiana tit.3.de Cardin. num.9.* & ideo Barboſa *de iure Eccleſ.lib.1.cap.4.num.85.*aſſerit Cardinales habere facultatem iudicandi priuatiuè quoad alios eorum familiares,& ita etiam docet Carolus de Graſſis *in tr.de effect. cler.effect.1.n.151.*vbi ſic ait,Familiares Cardinaliũ ex conſuetudine remittuntur ad ipſos Cardinales,& ipſi Domini Cardinales ſunt eorum iudices competentes.Ita ille.Et tandem Pereyra *de manu Regia,tom.2.c.10.n.13.*& Carleualius,vir quidem doctus,*de iudiciis,lib.1.tit.1.diſp.2.q.6 ſect.6.n.509.* Vnde,vt docet Albanus *de Card. quæſt.42. priuileg.15.* & Laudenſ. *de Card. quæſt.17.* Barbatia *de Card. q.11.*Gratianus *in diſceptat.tom.2. cap.341. n.16.* Bagnus *de dignitatibus S.R.E.tr.11.fol.183.* Cucchus *in in inſtit.can.lib.2.tit.4.num.114.* Manfredus *de Card. deciſ.140.* Vicarius Papæ dictos familiares non iudicat, ſed eos remittit ſuo Cardinali,& ideo non eſt audiendus Bonacina *tom.3.diſp.1.q.16.punct.3.n.7.* & Scaccia *de iud.cauſ. &c. tom.1. lib.1. cap.11. num.22.* qui hanc obſeruantiam negant. Nota etiam hîc obiter cum Iacobatio *de conciliis, lib.1. fol.38. col.1.lit.B,* poſſe Cardinales habere familiam armatam.

Sup.hoc & contento in verſ.ſeq. Ille vero, huius Reſ.ſupra in tr.2.lege doctrinam Reſ.113. & ſignanter §.2. & vide etiam alias Reſ. & §§. eius adnot. omnium.

Sup.hoc infra in tr.§8. Reſ.10. §. Adeo. ad medium. à verſ. Item magis.

RESOL. LXV.

An Cardinales,ſi ſint iudices recuſari poſſint?
Et quid, ſi ſit iudex delegatus, & etiam Legatus à latere?
Et quid eſt dicendum, ſi ſint iudices alterius Cardinalis? Ex part.5. tract.2. Reſ.30.

§.1. AFfirmatiuè reſpondet,ex iuſta cauſa,etiamſi ſit iudex delegatus. Ita Rolandus à Valle *lib,3.conſ.19.num.17.* vbi hoc etiam docet in Cardinali Legato à Latere.Pariſius *lib.1. conſ.31. num.98.* Iacobus Lauor.*de iudice ſuſpecto cap.2.num.13.& 14.* & Mandoſius *in praxi commiſſ.in 8.formula, ver. Auditoris Cameræ,*ita teſtatur. Et hanc ſententiam,præter Doctores citatos,docet etiam Gloriſius *reſp. 11. num.3.*Zechius *de Republ.Chriſt. tit.3. de Card.n.9. priuileg.4.*Laudenſis *de Card.q.50.* & Barbatia *p.2. quæſt.3.*

2. Verùm non deſunt Doctores aſſerentes Cardinales non poſſe vt ſuſpectos recuſari, & ita tenet Præpoſitus *in cap.poſtremo, n.8. ver. & ideo cùm de Cardinalibus,extra de appell.*poſt Innocentium,Ioannem Andream,& Hoſtienſem *locis ibi per eum relatis, & ibi* etiam Francus *n.15.* & hanc ſententiam docet etiam Decianus *de probat.lib.2.cap.33. num.15.* & ex neotericis Guaſinus *in defen.1.c.19.n.102.* vbi ſic ait. Cardinales non dantur ſuſpecti, niſi eſſent iudices alterius Cardinalis.Sic ille. Vide etiam Scacciam *de appell.q.16.limit.1. n.17.*

3. Sed ſi eſſet tenenda prima opinio, dicendum erit, quòd magna requiritur cauſa ad recuſandum Cardinalem. Ita Manfredus *de Cardinalibus deciſ. 151.*& potentior, quàm in aliis. Ita Albanus *de Cardinal.q.42.* Nam, vt obſeruat ex *cap.nouit, de appellat.* Decius & ex *cap. ad petitionem, de accuſat.* Hoſtienſis & Butrius, & ex ipſis, Moneta *de iudic. conſeru. cap.9.num.21.* Cardinales non ita facilè recuſari poſſunt.Vide etiam Lancellotum *in Templo iudic. lib.2. c.2.de Cardinalibus §.3.n.16.* & Zoſſonem *in Pragm. & Antifato ver.2.obſeru.2.n.114.*

RESOL. LXVI.

An liceat à ſententia Cardinalium appellare?
Et quid à ſententia vnius Cardinalis?
Et an à ſententia Regis, & Præſidis, vel Præfecti non detur appellatio? Ex part.5.tract.2.Reſ.36.

§.1. ASſerunt communiter Doctores, non poſſe appellari à ſententiis totius cœtus Cardinalium, ſecus autem à ſententia vnius Cardinalis, nam ab illa datur appellatio. Ita docet Albanus *de Cardin.qu.42.priuileg.3.*Iacobatius *de Concil.lib.1.fol.38.col.2. lit.B.* Manfredus *de Cardinalib. in deciſ.30.* Intrigliolus *ſingul.130.num.5.* Laudenſis *de Cardin. quæſt.66.& 67.* Azorius *tom.2. lib.4.cap.4.quæſt.20.* Zechius *de Republ. Eccleſ. tit.3. de Cardinal. numero 9. priuileg.4.* & Lorichius *in Theſau.ver. Cardinalis,* §. 7. *priuil.10.* Cucchus *in inſt. canon. lib.2.tit.4. n.61.& 62.*& Ceuallos *de cognit. part.2. quæſt.131.*

2. Sed non deſinam hic adnotare pro dignitate Dominorum Cardinalium,quòd aliquis poſſet dicere neque à ſententia vnius Cardinalis dari appellationem,per textũ iuncta gloſſa *in l.1.ff. de officio Prætoris,* vbi textus ait,à ſententia Præfecti appellari non licere,& ſubiungit gloſſa Cardinalem Præfecto æquiparari,ergo illa gloſſa ſic ad textum relata hanc quæſtionem in fauorem Cardinalium determinat, & reuera ſi Ruginellus *tract.de appellat.§.2.cap.2. num.35.* Farinacius *q.101. limit.14. numer.72.* Rolandus à Valle *lib.1. conſ.94. num.1.* & alij communiter aſſerunt, quòd à Præfecti prætorio ſententia non appellatur, quare appellandum eſt à ſententia Cardinalium, qui præfecto prætorio æquiparantur, vt docet Alex.*in rubr.de appell.n.39.ver. ſed quid de Cardinalibus.*

3 Imò ſi à ſententia Regis non appellatur, vt obſeruat Corſettus *de præſt.Regis p.3.q.22.n.18.*Farinacius *vbi ſuprà,* & alij, neque à ſententia Cardinalium videtur appellandum eſſe, quia Regibus æquiparantur, & ideo *in cap.felicis, de pœn.in 6.* inferentes iniuriam Cardinalibus tanquam rei læſæ Maieſtatis puniuntur, imò Reges vocantur, vt obſeruat Gonzales *in regul.8.ancCell. gloſſa 24. num.14.* Iaſon *in l.centurio, ff.de vulgar.& pupill. ſubſtit.* & alij, quos citat & ſequitur Barboſa *in collect.in Cod.tom.1.lib.1. tit.3.cap.21.num.5.*& Bonacina *in tr. de elect. Summi Pont.diſp.1.qu.1.punct.1.§.2.n.2.*Sed, vt verum fatear, prima opinio eſt communis.

RESOL. LXVII.

An quando mandatur cauſa Cardinali cum clauſula appellatione remota, *cenſeatur excluſa etiam appellatio iuſta?*
Et notatur, quod cauſa ſemel commiſſa Cardinali, & ab eo non deciſa, non committitur alteri inferiori à Cardinali

Cardinali propter eius reuerentiam, &c. Ex part. 5. tr. 2. Resol. 371.

Sup. hoc supra in tr. 2. Resol. 5. vnde, & in tom. 6. tr. 1. Resol. 120. quarter Limitatur, a fin.

§. 1. SVppono in rescriptis dictam clausulam apponi potius, de stylo generali, quàm de ministerio speciali, sonat enim potiùs in quamdam monitionem, videlicet vt non deferatur appellationi frustatoriæ, quàm quòd in aliquo deroget iuri communi vnde talis clausula tollit solùm friuolas, non autem legitimas appellationes. Ita Cenedus *in quæst. can. q. 45. num. 43.* & Lancellot. *de authent. part. 2. c. 12. limit. 8. n. 39.* & 40. & ideo ex Bartolo & Ripa docet Anton. Rippol. *variar. resol. cap. 2. de recus. omn. iudicum, num. 222.* quòd prohibita appellatione, intelligitur solùm de friuola, non autem de vera & reali. Hoc tamen supposito, & non obstante, respondeo ad quæstionem propositam affirmatiuè, & ita docet Farinacius *in fragmen. crim. part. 2. ver. iudex. nu. 963.* Tuschus *concluf. 400. num. 11.* Barbosa *clauf. 9. num. 17.* Cucchus *in inſtit. canon. lib. 2. tit. 4. num. 103.* Zechius *de Republica Chriſtiana, tit. 3. de Cardin. num. 9.* vbi sic ait. Quando Cardinali causa mandatur appellatione remota, non friuola tantùm, sed quæcumque appellatio vetita censetur iusta, vel iniusta. Ita ille, & ante illum Iacobatius *de Conciliis lib. 1. fol. 38. col. 1. lit. B.* Lorichius *in Theſaur. ver. Cardinalis §. 7. priuil. 9.* Manfredus *de Cardinal. deciſ. 156.* & Albanus *de Cardinal. queſt. 42. priuileg. 4.* vbi sic ait. Clausula, *Appellatione remota*, in commissionibus apposita friuolas tantummodo appellationes reiicere videtur, secus tamen est, quando in commissione Cardinali apposita esset.

2. Notandum est etiam hic obiter pro præstantia Cardinalitiæ dignitatis, quòd causa semel commissa Cardinali, & ab eo non decisa, non committitur alteri inferiori à Cardinali, propter illius honorem. Ita Manfredus *vbi suprà deciſ. 179.* & Iocobatius *loc. cit.* Item in signaturis, & iudiciis cùm Papa eis causas delegat, non solere apponere clausulam, vt iustitiam faciant, sed tantùm vt audiant & decidant ne eis cum his verbis iniuriam inferre videatur. Ita Zechius *de Republic. Chriſt. tit. 3. de Cardin. n. 9. privil. 11.* Cucchus *in inſtit. can. lib. 2. tit. 4. num. 77.*

RESOL. LXVIII.

An Cardinales veniant in appellatione Clericorum, & in appellatione Curialium vrbis Romanæ? Ex part. 5. tract. 2. Resol. 69.

§. 1. REspondeo in materia fauorabili venire. Ita Duardus *in Bull. Cœnæ, lib. 2 can. 11. qu. 6. n. 11.* Alterius *de cenſuris, tom. 1. lib. 5. diſp. 12. cap. 3.* Trott. *de vero & perfecto Clerico c. 7. n. 3.* Belletus *in diſquiſ. Cleric. p. 1. tit. de diſcipl. Clericali, §. 2. n. 8.* Calderinus *in c. in noſtra, de reſcript.* Secus autem dicendum est in materia odiosa, nam tunc appellatione Clericorum minimè Cardinales comprehendi tradit Iason. *vol. 4. conſ. 117.* Ruinus *vol. 5. conſ. 4. n. 6.* Cephalus *vol. 1. conſ. 1. n. 40. 42. & ſeq.* Gigas *de penſion. q. 9. n. 7.* Romanus *conſ. 498.* Ferretus *lib. 2. conſ. 315. n. 7.* & alij, quos citant & sequuntur amicissimi Sanctarellus & Barbosa, ille *in var. reſol. p. 1. q. 38. num. 13.* hic autem *in tract. de appell. verbor. & c. appellat. 51. n. 6.* Notandum est etiam hic Cardinales appellatione Curialium vrbis Romanæ in fauorabilibus contineri, secus autem in odiosis, & ita docet Manfredus *de Cardin. deciſ. 148.* Laudensis *de Cardin. quæſt. 24.* & alij.

RESOL. LXIX.

An credendum sit Cardinali teſtanti de re aliqua, etiam ſine iuramento?

Et notatur, quod aſſertioni Cardinalis confirmanti ſtatutum de mandato ſpeciali Sedis Apoſtolicæ creditur?

Et quid, ſi dicat factum eſſe à Papa Viuæ Vocis oraculo.

Et Cardinali ſe eſſe Legatum dicenti creditur circa ordinariam poteſtatem, etiam ſi literas Legationis non exhibeat. Ex part. 5. tract. 2. Resol. 31.

§. 1. NEgatiuam sententiam, quando agitur de præiudicio tertij, docet cum multis Doctoribus Gloritius *reſpon. 12. num. 84.* Barbosa *in decretum Gratiani part. 1. diſtinct. 97. cap. 3. num. 1.* Riccius *part 4. collect. 1459.* & Zechius *de Republ. Chriſtiana tit. 3 de Cardin. n. 9.* Sed quidquid sit de iure, de consuetudine Romanæ Curiæ credendum esse Cardinali aliquid asserenti etiam in præiudicium tertij, testatur Decius *in c. conſtitutus, n. 9. de appellat.* Ancharanus *in Clem. 1. n. 2. & ibid.* Bonifacius *n. 53. de probat.* & alij. Verùm has sententias concordat & limitat Farinacius *q. 63. à n. 58.* Tuschus *lit. C. conci. 103.* & Mascardus *conſ. 140. & 269.* & ideo in casu contingenti vide illos. Nec etiam deseras videre Decisionem Rotæ coram R. P. D. Damasceno *die 5. Martij 1618.* apud posthumas Farinacij *tom. 2. deciſ. 630.* & coram Seraphino *die 15. Octobris 1571. tom. 1. deciſ. 142. & deciſ. 133. p. 1. n. 1. & deciſ. 293. n. 1. & p. 2.* diuersorum Auditorum.

2. Nota tamen quòd Laudensis *tr. de Card. q. 56.* docet quòd creditur testimonio Cardinalium sine iuramento, & Manfredus *de Cardinal. deciſ. 158.* firmat credendum Cardinali de eo, quod dicit factum à Papa viuæ vocis oraculo, etiamsi agatur de præiudicio tertij. Ita Puteus *lib. 1. deciſ. 2.* Caputaquen. *p. 1. deciſ. 95.* Riccius *in collect. part. 4. collect. 1459.* Lapus *allegat. 33. n. 4.* & alij cum Germonio *de ſacra immun. lib. 3. c. 6. n. 43.*

Super hoc præiudicio in tom. 1. tr. 5. Resol. 20. §. Nec obstat, ad lin. 4.

3. Nota etiam quòd assertioni Cardinalis confirmanti statutum de speciali mandato Sedis Apostolicæ creditur. Ita sacra Rota *die 15. April. 1611.* coram Manzanedo apud Farinacium *p. 2. deciſ. 339. num. 1.* & Cardinali asserenti se esse Legatum creditur circa ordinariam potestatem, etiamsi literas legationis non exhibeat, vt tradunt Doctores, quos citat & sequitur Barbosa *collect. in Cod. tom. 1. lib. 1. tit. 15. num. 5.*

RESOL. LXX.

Quam fidem faciat Cardinalis deponens de facto proprio, vel ad fauorem ſui familiaris? Ex p. 5. tr. 2. Resol. 93.

§. 1. REspondeo quòd Cardinalis deponens in facto proprio facit plusquam semiplenam probationem. Ita sacra Rota *die 29. Ian. 1601.* coram Illustrissimo Domino meo Coccino, litteris & virtute Vrbi & Orbi noto *deciſ. 19. n. 1.* Respondeo secundò quòd attestatio Cardinalis ad fauorem sui familiaris, quamuis non plenè probet, facit tamen magnum adminiculum. Ita etiam sacra Rota *die 11. Martij 1615.* coram eodem Coccino apud Farinacium *tom. 4. deciſ. 556. n. 9.* & apud Ludouisium *deciſ. 166. num. 11.* vbi etiam docet, quòd ad effectum iustificationis plenè probat, quicquid sit ad effectum reseruationis. Notandum est etiam hic quòd fides simplex extraiudicialis & sine iuramento facta per Cardinalem,

licèt non probet concludenter, multum illi tribuitur, vt dictum est in Rota *die 26. Iun.* 1600. coram eodem Coccino *decis. 4. num. 3.*

RESOL. LXXI.

A quo lites, & causa inter Cardinales vertentes sint decidenda? Ex part. 5. tr. 2. Res. 23.

§. 1. REspondeo per Summum Pontificem tantùm, priuatiuè quo ad alios, appellatione remota ex Bulla Pauli IV. *sub die 9. Ian. an.* 1556. & ita obseruat Barbosa *de iure Eccles. lib. 1. cap. 4. nu. 79.* cui ego addo Lotherium *de benef. tom. 1. lib. 1. quæst. 8. num. 48.*

RESOL. LXXII.

An familiares Cardinalium in eorum causis sint testes idonei?

Idem dicendum est de familiaribus Episcoporum? Ex part. 5. tract. 2. Res. 56.

§. 1. VIdetur negatiuè respondendum quia testes à iure repelluntur, ex multis capitibus, & inter illa, vt notat Lessius *lib. 2. c. 30. dub. 5. n. 38.* quando testis est domesticus ipsius producentis.

2. Sed ab hac doctrina excipiuntur Cardinales, & ideo Albanus *de Cardinal. q. 42. priuil. 11.* sic ait, Iure optimo dicendum est Cardinalium familiares, qui ob dominorum dignitatem, ac de ipsis præsumptam integritatem boni & honesti interpretatione iuris existimantur ad perhibendum pro suis dominis testimonium non prohiberi, licèt regulariter id vetitum sit. Ita ille, & reuera, si Felinus *in c. in litteris, n. 7. de testib.* hanc opinionem tenet quoad familiares Episcoporum, quantò magis hoc dicendum est de familiaribus Dominorum Cardinalium?

RESOL. LXXIII.

An in pari causa sententia sit deferenda in fauorem Cardinalium? Ex part. 5. tr. 2. Res. 78.

§. 1. AFfirmatiuè respondeo cum Cucchо *in inst. Canon lib. 2. tit. 4. num. 104.* vbi sic ait. Vbi partium iura sunt ambigua, nec satis liquet pro quo ferenda sit sententia, in pari causa pro Cardinale potiùs sententia ferenda est. Ita ille, qui citat Romesium, & Manfredum.

RESOL. LXXIV.

Quot testes requirantur ad damnandum Cardinalem de crimine?

Et quot testes, &c. quando Cardinalis est Episcopus, & quot quando sunt Presbyteri; & quot, quando sunt Diaconi?

Et an Cardinales possint conuinci, aut damnari de delictis commissis ante Cardinalatum?

Et an Papa in puniendo, & damnando Cardinali teneatur adhibere Collegium, vt simul cognoscat, & iudicet? Ex part. 5. tract. 2. Res. 24.

§. 1. REspondeo ex text. *cap. Præsul. 2. quæst. 4.* quod Cardinales non possunt damnari nisi fuerint conuicti per 72. testes, si sunt Episcopi, & per 64. si sint Presbyteri, ac tandem per 27. si fuerint Diaconi. Ita Lorichius *in Thes. Theolog. ver. Cardinalis*, §. 10. Manfredus *de Cardinal. def.* 142. Sebast. Cæsar *relect. de Eccles. Hierarch. part. 1. disput. 2. §. 5. num. 2.* Iulius Clarus *in practica crimin. quæst. 66. num. 5.* & Zechius *de Republ. Eccles. titul. 3. de Cardinal. num. 9. priuileg.* 10. licèt obseruent hodie hoc non esse in praxi, quando Papa procedit contra Cardinales, quod etiam notauit Borellus *in summa omnium decisionum tom. 2. tit. 5. num. 78.* & Antonius Scappa *de iure non scripto lib. 1. quæst. 10. num. 14.* Sed quidquid sit de tali obseruantia, notandum est quod Zechius *vbi suprà*, Manfredus *de Cardin. decis. 181.* & Barbatia *de Cardin. quæst. 11. n. 2. & 10.* asserunt Cardinales gaudere dicto priuilegio *c. præsul.* neque conuinci, aut damnari de delictis commissis ante Cardinalatum, licèt contrarium videatur asserere Laudensis *de Cardinal. q. 72.* Sed an Papa in puniendo & damnando Cardinali teneatur adhibere Collegium, vt simul cognoscat & iudicet, respondet negatiuè Iulius Clarus *in praxi criminali, q. 35. n. 11.*

RESOL. LXXV.

An condemnatus, si obuiam habeat Cardinalem sit liberandus?

Et docetur hoc procedere, quando Cardinalis casu, & non data opera in reum incidit, cui sine iuramento in hac re credendum sit? Ex part. 5. tractat. 2. Resolut. 29.

§. 1. NEgatiuè respondet Corsettus *in suis singul. verb. Cardinalis.* Barbatia *tr. de Cardin. q. 9. n. 1. & seq.* & Farinacius *in frag. crimin. part. 1. n. 631.* vbi, quod valde miror, mordicus contendit hoc priuilegium Cardinales minimè habere, sed ipsos ex consuetudine hoc habere priuilegium, vt si obuij facti sint condemnato, possint eum à morte liberare, tradit Baldus *in l. adductos C. de appellat.* & communiter Iurisconsulti, quod affert Iul. Clarus *in pract. crim. lib. 5. §. fin. q. 98. n. 5.* Licèt ipse, si casus contingeret, sit in sententia, vt posset pœna mortis mitigari, & reus ad triremes transmitti, & hoc nisi crimen, pro quo ille fuisset condemnatus, esset de atrocissimis, vt crimen falsi, læsæ Maiestatis diuinæ, & humanæ, proditionis patriæ, & huiusmodi. Quod etiam docet Decianus *tom. 2. lib. 7. c. 37. n. 27.* & Villadiego *tract. de Cardin. q. 13. n. 64.* Lorichius *in Thesaur. ver. Cardinales*, §. 7. Cucchus *de institut. can. lib. 2. titul. 4. num. 85.* Lancellott *in Templo iud. lib. 2. c. 2. de Cardin. §. 3. n. 30.* Zechius *de Republ. Christiana tit. 3. de Cardin. num. 9. priuileg. 7.* & Farinacius *loco cit.* Si, ait ipse, opinio esset tenenda in fauorem Cardinalium; quam omnino tenendam esse puto cum Doctoribus, quos citat & sequitur Barbosa *de iure Eccles. lib. 1. c. 4. num. 61.* quibus ego addo Anastasium Germonium *de sacra imm. lib. 3. c. 6. n. 52.* qui hanc sententiam tenet, quando Cardinalis casu, non data opera, in reum incidit, cui sine iuramento in hac re credendum esse docet. Non est igitur audiendus Farinacius, apud quem minimè esse deberent deterioris conditionis S. R. E. Cardinales, quàm olim apud Romanos fuerint Flamines Diales, & Virgines Vestales, quarum auctoritas tanta fuit quòd si aliquis ad verberandum traheretur, & supplex ad Flaminem procumberet, eo die verberari piaculum esset, auctore Gellio *lib. 10. c. 15.* vel si ad capitale supplicium aliquis duceretur, & casu transisset aliqua Virgo Vestalis, is necari non posset. Et ita hanc sententiam docet Danza *in pugna Doctorum, de qualitat. officialium, cap. 1. num. 16.* Et ego absolutè

teneo

teneo in fauorem dominorum Cardinalium, atque illam præter Doctores citatos tenet etiam Albanus *de Cardinalibus, quæst.47.* in casu contingenti omnino videndus, qui respondet ad argumenta quæ pro contraria sententia docet Corsettus *vbi suprà*, Nec desinam hîc apponere exemplum Cardinalis Ximenij Archiep. Toletani, qui, teste Gomezio *de rebus gestis Ximenij lib. 3.* & Rousellio *in histor. Pontif. iur. lib.2. cap.10. num. 18.* cum audiret strepitum trahentium quemdam ad furcas, iussit illum exolui, id permitti suæ dignitati asserens.

RESOL. LXXVI.

An si quis eiciat Cardinales à terris, in quibus nati sunt, aut domicilium habent, incurrant excommunicationem Bullæ Cœnæ, si non exerceant Legationem aliquam?

Et quid si solis verbis comminatoriis, quis eiciat supradictos Cardinales si ob minas actu relinquant loca?

Idem dicendum est in prædictis casibus de iussa exequentibus, quia huiusmodi censentur vna persona cum mandante.

Et an idem dicendum sit de Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Legatis Sedis Apostolicæ, & Nunciis? Ex part.5.tract.2.Ref.82.

§.1. NEgatiuam sententiam docet ex Vgolino Duardus *in Bulla Cœn.lib.2. can.11. q.6.n.6.* vbi sic ait. Ad contrahendam prædictam excommunicationem oportet, vt dicti Antistites eiiciantur à prædictis locis, dummodo sua sint, id est, in eis iurisdictionem habeant ratione suarum dignitatum, siue iurisdictio spiritualis sit, siue temporalis. Nam quamuis pronomen illud *suum* sit æquiuocum, vt habetur ex Bart. *l.cum in testamento, ff.de aur. & argent.leg.* & Iason *in l.pecunia n.2. ff.si cer. pet.* atque adeò aliquando significet dominium & proprietatem vt *in l.2.ff.de relig. & sump. funer.* aliquando id, quod de facto tenetur, vt ait Bart. *in rub. C.de verb.sign.n.5.* & aliquando id, quod sub cura & administratione habetur, vt per gloss. *in c.2.ver.rebus suis.* vbi etiam Felin. *de iureiur.* nihilominus hoc loco per ly *suis*, significantur diœceses, territoria, & terræ, seu dominia, in quibus Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi Apostolicæ Sedis Legati, & Nuncij iurisdictionem ratione suarum dignitatum obtinent, siue iurisdictio sit temporalis, siue spiritualis simul, qualis est quam habet Episcopus Imolensis Bagnariæ, siue spiritualis tantùm, vt Episcopi in suis Diœcesibus, quas habent in locis aliorum Principum, & legati ac Nuncij in suis locis. Vbi eorum munera obeunt. Archiepiscopi & Patriarchæ in suis Prouinciis, & Cardinales in suis Ecclesiis titularibus, quoniam hoc priuilegium ob eas dignitates ipsis cõcessum est. Ita Duardus, cui adde Sousam *in Bulla, c. 12. ante disputat. 60. numer.3.* Coriolanum *in Bulla Cœna excommunic.4.* & Filliucium *tomo 1. tractat.16. cap.9. num.248.* & Reginaldum *tom.1. lib.9. cap.20. num.225.*

2. Sed ego contrariæ sententiæ adhæreo, quam tuetur Scortia *in Bulla Pontif. epit.166. theorem. 420.* Naldus *in sum. ver. Bulla Cœnæ, num.46.* Alterius *de cens.tom.1.lib.5.disput.12,c.4.* & Bonacina *in Bull. Cœn. disp.1.q.12.punct.1. num.17.* & ratio est, quia in hoc casu verificantur verba Canonis absolutè excommunicantis eiicientem præfatos Cardinales, vel Prælatos à terris suis, terra enim quæ alicui titulo patrimonij, hæreditatis, originis, vel domicilij competit, juxta communem & vulgarem loquendi modum dicitur sua.

3. Sed obiicies, Papa istam excommunicationem imposuit fauore dignitatum, alioquin ipsarum mentio frustrà hic facta fuisset; ergo vt quis excommunicationem contrahat, debet expellere Prælatum à loco, in quo spiritualem, vel temporalem iurisdictionem habeat ratione dignitatis, non titulo patrimonij, aut alia ratione. Resp. etiamsi Papa in gratiam dignitatis hoc priuilegium concesserit, nihilominus cùm absolutè & indistinctè loquatur, par non est vt nos hoc priuilegium ad terras ratione dignitatis subiectas restringamus, & in hoc casu non solùm iudices & Principes, sed etiam iussa exequentes in dictam excommunicationem incidunt, quia huiusmodi censentur vna persona cum mandante Cardinales eiici, & idem est vtriusque delictum, vt patet ex ipso Sousa *vbi sup.n.4. & c.10. disp.58. concluf.3.*

4. Notandum est etiam hîc obiter incidere in dictam excommunicationem si quis eiiciat Cardinales modo quo suprà, solis verbis comminatoriis? requiritur tamen effectus, id est, vt Cardinalis ob minas actu relinquat loca, vbi moratur, & recedat. Ita Alterius *de cens.tom.1.lib.5.c.4.in fine.* Scortia, Duardus & Bonacina *vbi suprà*, quibus adde Filliucium *tom.2. tr.16.c.19.n.249.*

RESOL. LXXVII.

An si quis insultum faciat ad domum Cardinalis, vt ex hoc ei verecundiam tantum inferat, incurrat excommunicationem Bullæ Cœnæ? Ex part.5.tr.2.Ref.81.

§.1. NEgatiuè respondet Acosta *in Bulla Cruc. q.65.* Sayrus *lib.3.c.25.n.6.* Filliucius *tom.1. tract.16.cap.9. n.245.* Duardus *in Bulla Cœnæ, lib.2. can.11.q.7.n.3.* Barbosa *in Collectan. Doct. in 6. Decretal.lib.5.tit.9.c.5.num.7.* & alij, quia in tali casu sic facientes non dicuntur Cardinales hostiliter insequi, contra quos Bulla infert excommunicationem, & *cap.felicis* alias pœnas.

2. Verùm semper mihi magis placuit opinio Alterij *de cens.tom.1.lib.5.disput.12. cap.4. aol.4. fol.616.* vbi ex multis validis rationibus probat sic facientes in censuram Bullæ incurrere, quia verba legis iuxta finem, propter quem edita est, intelligi debent, ex *l. in agris, de acquir. rer. dom. & cap.finali, de præb.* Sed finis Summi Pontificis in Bulla fuit prouidere dignitati Cardinalium, vt ab omnibus debito honore afficerentur, & à nemine læderentur. Verùm huic fini non satis prospectum fuisset, si censura lata esset solùm in eos, qui Cardinales insequerentur dum fugerent, vt euitarent manus insequentium, nisi comprehenderet etiam illos, qui insultum facerent in eorum domos, nam quamuis illa obsessio non ordinaretur ad pœnam, vel actum iudicialem contra illos, tamen reuera est ignominiosa ipsi Cardinali, neque fieret sine graui eiusdem Cardinalis iniuria: ergo, &c. Reliquas rationes videbis apud Alterium *loc.cit.*

RESOL. LXXVIII.

An offendentes Cardinales incurrant crimen læsæ Maiestatis, & quid, si contra illos tantum verba iniuriosa protulerint?

Et an ipse Imperator offendens Cardinalem aliquo modo expresso, sit reus læsæ Maiestatis?

Et in textu huius Resolutionis proponuntur 37. pœnæ,

quæ ſupradictis infliguntur; & quod offendentibus familiares Papæ, vel Cardinalis pœna imponitur pro qualitate culpæ? Ex part. 5. tractat. 2. Reſolut. 80.

§. 1. OFfendentes Cardinales eos eſſe reos læſæ Maieſtatis, patet ex *c. felicis, de pœnis, in 6.* vbi ſupradictis plurimæ infliguntur pœnæ, nempe 37. vt obſeruat Manfredus *de Cardin. cap. 8.* & Lancellot. *in Templo iud. lib. 2. c. 2. de Cardin. §. 3. n. 26. in d. cap.* Cardinalem S. R. E. qui fuerit hoſtiliter inſequutus, vel percuſſerit, aut cœperit, vel ſocius fuerit facienti, aut fieri mandauerit, vel factum ratum habuerit, aut conſilium, auxilium, vel fauorem dederit, vel poſtea receptauerit, aut ſcienter defenſauerit, ſit reus læſæ Maieſtatis, perpetuò infamis, diffidatus, & bannitus, non poteſt teſtari, nec ſuccedere, etiam ab inteſtato, eius ædificia dari debent in ruinam nullo tempore reparanda, nullus ei obligatur reddere debitum, vel reſpondere in iudicio, eiuſque bona applicantur fiſco; fit ipſo facto priuatus omni feudo, gubernatione, beneficio Eccleſiaſtico, de quibus Rector Eccleſiæ diſponere poterit. Eius filij, nepotes, vel pronepotes per rectam lineam priuantur beneficiis, ſine ſpe aſcenſionis ad dignitates, regimen, honores etiam mundanos; non ſunt apti ad Ordines, nec ad teſtificandum, nec ad actus legitimos; & prædictus atque alij tanti mali participes ſunt excommunicati, & ſingulis diebus feſtiuis vt tales publicari debent, dum ſunt contumaces, nec abſolui poſſunt niſi à Papa, præmiſſis fuſtigationibus in nudo ad cautelam, & vltra mare ad triremes relegari debent. Illum autem qui fuit ſimpliciter Conſiliarius, vel fautor, iudex pro qualitate culpæ caſtigare poterit. Prædictæ item pœnæ per Papam extendi poterunt ad collaterales fratres, videlicet nepotes & pronepotes talium. Contrà verò offendentes familiares Papæ, vel Cardinalis pœna imponi poterit pro qualitate culpæ. Tandem contra occidentes Cardinalem, vel dantes cauſam mortis, acriùs etiam à laicis & ſecularibus inſurgi debet, qui ſi non fecerint hæc obſeruati intra menſem, ſunt excommunicati, & eorum ciuitas priuatur Pontificialibus, & eſt interdicta.

Sed de iſtis pœnis, & de tota hac materia videbis Farinacium *in Praxi crim. q. 112. à n. 75. vſque ad num. 131.* Barboſam *in Collect. Doctor. tom. 3. in 6. Decret. lib. 5. tit. 9. c. 5. per totum.* Azeuedum *in recopil. lib. 8. leg. 1. tit. 18. n. 7.* & expoſitores Bullæ Cœnæ *in Can. 11.*

2. Verùm difficultas eſt, an qui iniuriam verbalem in Cardinalem protulit incidat in pœnas *d. c. felicis*, ita vt dicatur incidiſſe in crimen læſæ Maieſtatis? Hanc quæſtionem latè diſcutit Albanus *de Cardin. q. 42. priuil. 7.* & licèt pro affirmatiua ſententia multas adducat rationes, tamen ipſe in negatiua perſiſtit, quam etiam tenet Couarr. *lib. 1. var. cap. 11. nu. 5.* Plaza *de delictis lib. 1. cap. 2. num. 5.* Diaz *in pract. crimin. cap. 69. num. 3.* Naldus *in ſum. ver. Bulla Cœnæ, n. 45.* Alterius *de Cenſuris, tom. 1. lib. 5. diſp. 12. cap. 4. quæſt. 2.* Zechius *de Republ. Chriſt. tit. 3. de Cardinal. num. 9. priuileg. 3.*

3. Non deſunt tamen Doctores (tanta eſt dignitas Dominorum Cardinalium) aſſerentes in tali caſu Cardinalem iniuriantes pœnas dicti *cap. felicis*, non effugere & reos læſæ Maieſtatis effici: & ita præter Ioannem Ananiam *in cap. 1. de maledictis, col. 4.* & Felin. *in c. non dubium, num. 5. de ſentent. excomm.* tenet hanc ſententiam Hieronymus Manfredus *tract. de Cardinal. deciſ. 205.* & Iacobatius *de Conciliis lib. 1. fol. 39. col. 1. lit. B.* quia verbum *percuſſit* in d. cap. *felicis* poſitum duplicem ſenſum habet, verificari enim poteſt & in percuſſione verbali, & actuali: vnde iſta conſtitutio licèt pœnalis ſit, attamen ſimul fauorabilis eſt, cùm præcipuè in fauorem Cardinalium edita ſit, debet ergo hanc percuſſionem verbalem complecti.

4. Notandum eſt etiam hîc obiter, quia *in d. c. felicis*, nullus omninò excipitur, & ideò notat Gigas *de crimine læſæ Majeſtatis lib. 1. q. 5. num. 10.* & Gambacurta *de immunit. lib. 5. c. 40. num. 5.* etiam Imperatorem ipſum offendendo Cardinalem aliquo modo *in d. c. felicis*, expreſſo, eſſe reum læſæ Maieſtatis, quod etiam tenet Gloſſa *id cap. Apoſtolica, de ſentent. & re iudicata, ver. Cardinales.*

RESOL. LXXIX.

An ſi quis percutiat Cardinalem percuſſione leuiſſima, incidat in excommunicationem Bullæ Cœnæ?

Et quid, ſi ictus ſolummodo veſtes tetigit, aut eleuauit manum ad percutiendum Cardinalem, quamvis poſtea non percutiat? Ex part. 5. tract. 2. Reſolut. 92.

§. 1. AFfirmatiuè reſpondeo cum Scortia *in Bull. Pont. epit. 166. theor. 420.* vbi ſic ait. Actiones principales quæ excommunicationi ſubiiciuntur contra offendentes Cardinales, ſunt hæ: Interfectio, mutilatio, &c. Percuſſio iniuſta etiam ſi phyſicè ſit leuiſſima, dummodo exiſtimetur ſecundùm moralem opinionem grauis iniuria ratione honoris & dignitatis: vt ſi Cardinalis percutiatur chirotheca. Ita ille. Vide etiam circa præſentem quæſtionem Megalam *in 3. p. lib. 3. c. 9. q. 1. n. 5.* qui *n. 6.* notat incurrere cenſuram Bullæ, ſi quis habet animum percutiendi Cardinalem, ſi ictus ſolummodò veſtes tetigit, nam qui percutit veſtem, qua eſt indutus Cardinalis, formaliter illum percutit, & per accidens eſt, ſi ictus perſonam non tetigit. Adde quòd ex Alterio *de cenſ. tom. 1. lib. 5. diſp. 12. cap. 5. dub. 1.* poſſet quis dicere incurrere etiam excommunicationem Bullæ Cœnæ eleuantem manum ad percutiendum Cardinalem, quamuis poſtea non percutiat.

RESOL. LXXX.

An qui offenſionem in Cardinalem, cum poſſit, non impedit, incurrat excommuaicationem Bullæ Cœnæ?

Et an idem dicendum eſt de illo, qui ſine vitæ periculo clamando poterat eiuſmodi Prælatis opem ferre, & non clamauit aut pecunia eos redimere, & non redemit? Ex part. 5. tract. 2, Reſ. 88.

§. 1. NEgatiuam ſententiam docet Bonacina *in Bulla Cœn. diſput. 1. q. 12. punct. 3. n. 14.* vbi putat eum, qui non prohibet delicta; de quibus loquitur Bulla, non affici excommunicatione huius Canonis, non prohibendo præcisè, niſi fortè conſentiat cooperando, & auctoritatem præſtando. Ratio eſt, tum quia communiter approbari ſolet *regul. iur. in l. culpa caret. ff. de reg. iur.* in qua dicitur neminem ex ſola ſcientia & notitia criminis teneri; tum quia in hoc Canone, excommunicantur patrantes delictum, vel præſtantes auxilium, conſilium, & fauorem ad illud patrandum, qui autem non impedit, propriè loquendo, non præſtat auxilium, conſilium, vel fauorem, cùm negatiuè ſe habeat: auxilium verò, conſilium & fauor

po ſitiuum

positiuum influxum importare videntur, tum quia versamur in materia pœnali, & odiosa, in qua strictè interpretatio facienda est, tum quia dum Sum. Pontif. vinculo excommunicationis ligare intendit non impedientes, solet eos exprimere, vt *in c. quantæ, de sent. excom.*

2. Verùm omnino contrariam sententiam tenendam esse puto, quam tuetur Alterius *de cens. tom. 1. lib. 5. disput. 12. cap. 6. col. 10.* Duardus *lib. 2. can. 11. q. 19. num. 1.* & Vgolinus *part. 2. cap. 11. ver. vel fauorem, num. 3.* & ratio est, quia facere proculdubio is dicitur, quod vi dicti Canonis expresè prohibetur, quòd verè percutienti faueat. Probatur ex text. *in c. quantæ, de sent. excommunic.* vbi habetur quòd hi desinquentibus fauere dicuntur, qui, cùm possint, manifesto facinori desinunt obuiare: si ergo fauere illi dicuntur, qui cùm possint manifesto facinori non obuiant, idem proculdubio dicendum est de non prohibente percuti Cardinalem, aut alium Antistitem cùm possit, atque adeò in supradictam excommunicationem incidat. Ampliatur hæc conclusio, vt non solùm locum sibi vindicet in iudicibus ac Potestatibus, qui ad id ex officio tenentur, sed etiam in iis, qui iurisdictionem non habent: nam si possunt prohibere ne Antistites offendantur, & non prohibent, prædictam excommunicationem contrahunt, eo quòd text. *in d. cap. quanta*, generaliter loquitur, vt benè declarat Vgolinus *loc. cit.* vbi etiam *num. 4. 5. & 6.* hoc idem dicendum esse ait, si quis sine suæ vitæ periculo clamando poterat huiusmodi Prælatis opem ferre, & non clamauit: aut pecunia eos redimere, & non redemit, quia tunc in excommunicationem incideret, per ea, quæ docet Socinus *in cap. ad audientiam, num. 355. q. 98. de homicidio.*

RESOL. LXXXI.

An si quis tantum sciens aliquos contra Cardinalem conspirasse, & illos non denunciet, & patefaciat, incidat in excommunicationem?

Et an illos teneatur reuelare, etiam si per fraternam correctionem speratur emendatio? Ex part. 5. tract. 2. Ref. 89.

§. 1. QVicquid sit de censura Bullæ Cœnæ, certum est, vt notat Peregrinus *de immun. cap. 11. num. 4.* & alij, incidere in excommunicationem latam à Pio V. *14. Kal. Ianuar. anno 1569.* occasione mortis attentatæ contra S. Carolũ Borromæũ, in qua Bulla præscribitur, vt quisquis quouis modo cognouerit, siue ex litteris, scripturis, cœtu, conatu, concursu, insidiisque, aliisque signis, & indiciis qualemcumque scientiam habuerit, vel etiam coniecerit, vel intellexerit quempiam auctorum, administrorum, vel consciorum coniurationis, seu conspirationis, aut commissi, committendiue criminis in personam Cardinalis, teneatur quamprimum id Romano Pontifici, si in Curia fuerit, sin autem, Ordinario loci, vel si Cardinalis ipse Ordinarius extiterit, propinquiori Episcopo, & si crimen nondum commissum fuerit, etiam ipsi Cardinali quanto citiùs reuelare, & quicumque etiam non subditus, & omninò extraneus hac in re defecerit, cuiuscumque dignitatis fuerit, excommunicationis laqueo innodatus remaneat, paritérque maiestatis reus infamiam, & omnes pœnas *in cap. felicis, de pœnis in 6.* inflictas eo ipso incurrat. De supradictis verò pœnis, & de tota materia huius Bullæ, vide Scottiam *in Constit. Pontif. epit. 109. theorem. 297.*

2. Sed difficultas est, an in tali casu sit adhuc reus reuelandus, si speretur per correctionem fraternam eius emendatio, & periculum non sit in mora? Negatiuam sententiam docet Duardus *in Bulla Cœnæ, lib. 2. can. 11. q. 19. num. 11.* vbi sic ait. Benè verum est quòd si quis sciat aliquem parare insidias huiusmodi Prælatis, & probabiliter credat per secretam admonitionem illum recessurum à tali facinore, tunc debet præmittere secretam correctionem, cùm hæc iure diuino præcipiatur, vt *in cap. si peccauerint. 2. q. 1. & cap. nouit, de indic.* quod verum puto nisi ex dilatione denunciationis talis criminis immineret periculum multitudini, quia tunc sine dilatione facienda est denunciatio, quia bonum commune id postulat, & qui sic occultè peccat, non solùm in te peccat, sed etiam in alios, iuxta ea, quæ docet D. Thom. 2. 2. *q. 33. art. 7. in corp.* dum inquit, quòd si aliquis occultè tractet, quomodo ciuitas tradatur hostibus, vel si hæreticus priuatim homines à fide auertat, oportet statim procedere ad denunciationem, vt huiusmodi nocumentum impediatur nisi fortè aliquis existimaret, quòd statim per secretam admonitionem posset huiusmodi mala impedire; ex quibus patet satis rigorosam esse Alterij sententiam, dicentis quòd si sciat contra Cardinalem, vel alios Prælatos hîc recensitos per aliquem machinari malum, quamuis eum monuerit, & speret emendationem, tamen à reuelatione desistere non debet. Ita Duardus.

Sup. hoc in Resnot. seq.

3. Verùm sententiam affirmatiuam Alterij, quam docet *tom. 1. de cens. lib. 5. disp. 12. cap 6. col. 20. fol. 629.* tenet etiam nouissimè Martinus Bonacina *in Bulla Cœnæ disp. 1. q. 12. punct. 3. num. 15.* quia quoties denunciatio, vel accusatio præcipitur in pœnam delinquẽtis, & ob commune bonum facienda est, siue delinquens priuata correctione emendetur, siue non. In hac autem constit. Pij V. præscripta videtur reuelatio in pœnam delinquentis, & ob commune bonum, quod offensione Cardinalium violatur, vt colligitur ex verbis constit. quibus præcipiuntur delinquentes reuelari non solùm ante patratum crimen, sed etiam crimine perpetrato: ergo, &c. ex quibus à fortiori, amice Lector, hîc aduerte, quàm verè ego *in 4. p. tract. 5. resol. 24.* docui, in delictis pertinentibus ad nostrum Tribunal S. Officij esse reos denunciandos, etiamsi de illis speretur per correctionem emendatio, nam talis denunciatio præcipitur in eorum pœnam, & ob publicum Reipublicæ bonum. Non nego igitur supradictis minimè adhibendam esse correctionem, si speretur; id quod constanter nego, est vt non sint post correctionem Tribunali denunciandi. Vide meipsum, *vbi supra.*

Quæ nunc inuenietur in tom. 5. tr. 9. Ref. 4. & in aliis eius primæ not.

RESOL. LXXXII.

An Cardinales percutientes se ipsos incurrant in censuram Bullæ Cœnæ?

Idem dicendum est de clericis percutientibus se ipsos quoad censuram cap. Si quis, &c. Ex part. 5. tract. 2. Ref. 84.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam tenet Duardus *in Bull. Cœn. lib. 2. cap. 11. q. 22. num. 2.* & Vgolinus *in Bull. Cœn. cap. 11. §. 11. num. 2.* ex Tabiena *ver. excommunicatio 1. cas. 1, num. 32.* & ratio est, quia Clericus seipsum percutiens incidit in excommunicationem latam *in cap. si quis suadente diabolo 17. q. 4.* ergo neque Cardinalis immunis erit ab hac excommunicatione Bullæ, si seipsum percutiat. Deinde hæc Bulla lata est in fauorem status Cardinalium. Ergo non potest Cardinalis cedere priuilegio huius Bullæ, quia est priuilegiũ concessũ dignitati, & nõ personæ.

2. Verùm

Quæ hic repetitur in tom. 5. tra. 2. Resol. 7. §. vlt.

2. Verùm ego probabiliter contra Duardum contrariam sententiam docui *in 3. part. tract. 5. resol.* 81. & docet Bonacina *in Bulla Cœnæ, disp. 1. quæst. 12. punct. 3. num. 3.* & ratio est, quia volenti, & consentienti, non fit iniuria, ex *l. nemo præsumitur ff. de reg. iur.* Deinde quod fauore alicuius inductum est, non debet in ipsius damnum retorqueri, ex *l. nulla iuris ratio, ff. de legibus*, & tandem, quia plures ex actionibus prohibitis in Bulla, & similiter *in cap. felicis, & in Clem. si quis suadente*, nullo modo aptari possunt personæ iniuriã patienti; sed necessariò requirunt causam efficientẽ extrinsecã, vt capere, carcerare, detinere, hostiliter insequi, à Diœcesibus & terris eiicere. Nemo enim se ipsũ eiicit, vel insequitur, &c. ergo eodẽ modo accipiendæ sunt aliæ actiones, vt scilicet, intelligantur sub excommunicatione prohibitæ. quatenus ab aliis inferuntur aduersùs dictas personas Ecclesiasticas. Item si Cardinalis se ipsum percutiens incideret in hanc excommunicationem Bullæ; ergo idem dicendum esset *in Canone 9. de his qui veniunt ad Sedem Apostolicam, & in 10. de peregrinis ad Vrbem accedentibus*, si quis eorum in se ipsum manus inferret contra dispositionem Bullæ. Est enim eadem & par ratio, & tamen nemo id affirmat. Adde quòd ego ipse satis etiam probabiliter vbi suprà firmaui, Clericum percutientem se ipsum non incurrere excommunicationem *cap si quis suadente*. & ita hanc sententiam loquens in specie de Cardinalibus se ipsos percutientibus, docet etiam esse probabilem Alterius *de censuris, tom. 1. lib. 5. disput. 12. cap. 3. dub. 2.*

Vbi supra in Resol. not. præteritæ. à principio. & in alia eius primæ annot.

RESOL. LXXXIII.

An offendentes Clericos familiares Cardinalium eorum intuitu incidant in excommunicationem Bullæ Cœnæ? Ex part. 5. tract. 2. Resol. 83.

§. 1. NEgatiuè respondet Acosta *in Bullæ Cruc. 9. 65.* Sousa *in Bulla Cœnæ, cap. 12. disputat. 66. num. 3.* Duardus *lib. 2. can 11. qu. 10. num. 1.* Barbosa *in Collect. Doct. tom. 3. in Decr. lib. 5. tit. 9. cap. 5. num. 35.* Alterius *de cens. tom. 1. lib. 5. disp. 12. cap. 3. dub. 7.* & alij asserentes tales non incurrere dictam excommunicationẽ, etiamsi offendant dictos familiares coram Cardinalibus, ex ipsorum intuitu, & in contemptum, quia censura non ligat vltra mentem conditoris verbis expressam; sed in Bulla exprimuntur tantùm Cardinales, & non eorum familiares. ergo, &c.

2. Sed est tanta dignitas Dominorum Cardinalium, vt propterea contrariam sententiam docuerit ex Armilla & Viualdo, Greg. Sayrus *de cens. lib. 3. cap. 15. num. 3.* Sed quicquid sit de hoc, certum est, offendentes Cardinalium familiares incurrere excommunicationem reseruatam Summo Pontifici *in cap. felicis, de pœnis, in 6.* & in Bulla Pij V. edita 14. *Kal. Ian. ann. 1569.* Ita Sousa *vbi suprà.* & Alterius *de cens. tom. 1. lib. 2. disput. 12. cap. 3.*

RESOL. LXXXIV.

An Cardinales Religiosi statim soluantur à voto paupertatis, & efficiantur Domini redditurum Ecclesiasticorum instar Cardinalium secularium: & ideo superuacaneè consumpta, & in vsus illicitos non teneantur restituere ab ipsis recipientes?

Idem infertur de Religiosis Episcopis.

Et an Cardinales Religiosi recuperent facultatem testandi de rebus suis, quas ex professione Religionis amiserant? Ex part. 5. tr. 2. Resol. 64.

§. 1. NEgatiuam sententiam docet Barbosa *in iure Eccles. lib. 1. cap. 3. num. 24.* & alij penes ipsum, quibus ego addo Suarez *de Relig. tom. 4. lib. 3. c. 19.* vbi docet eandem esse rationem de Episcopo ac de Cardinali; sed Episcopus Religiosus non liberatur à voto paupertatis, vt communiter asserunt Doctores, & nouissimè Lopez de Texeda *tom. 1. lib. 2. tract. 1. contr. 2. num. 3.* ergo neque Cardinalis. Et ita hanc sententiam docet etiam Sanchez *in summa tom. 2. lib. 6. cap. 6. num. 34.* & amicissimus & doctus Lezana *in qq. regul. cap. 17. num. 5.* vide etiam Manfredum *de Cardin. decis. 154.*

2. Verùm ego contrariam sententiam probabilem esse existimo, secundùm quam dicendum est Religiosum creatum Cardinalem eximi à voto paupertatis, & effici verum dominum redditurum Ecclesiasticorum instar Cardinalium secularium; & ideo superacaneè consumpta, & in vsus illicitos non teneri restituere, neque ab ipsis accipientes, ad restitutionem astrictos esse, & ratio horum omnium est, quia etiam Regulares Episcopi non tenentur amplius ad votum paupertatis: ergo neque etiam effecti Cardinales, quòd autẽ Religiosi ad Episcopatũ assumpti soluantur paupertatis voto, ego alibi probabiliter docui, & nunc etiam doceo cum Soto *de iust. lib. 7. q. 4. art. 2.* Vasquez *in part. 2. q. 96. art. 4. disp. 165. cap. 8. num. 91. ad finem & num. 104. & in tract. de eleemosyna.* Pro hac sententia adduxi Petrum Hurtadum de Mendoza, & alios, quibus nunc addo Michaëlem de Palatio, insignem Theologum Salmaticensem, *in 4. sentent. disp. 38. disput. 1.* & hanc sententiam quoad Episcopos & etiam Cardinales probabilem esse fatentur ipsimet aduersarij, vt Sanchez *loco citato.*

Alibi in n. 7. n. 1. Ref. 26. & 27. & in tom. 5. n. 2. Ref. 66. & ideo ad n. diuina vers. an quoad. & seq. & in nota. 7. Ref. ult. Verum si facultas in n. 1. in cum multis DD. in lib. 106. & in n. 6 n. 2. & 3 in n.

3. Notandum est tamen quòd stando in prima opinione, Cardinalis & Episcopus Religiosus licèt non sit dominus redditurum Ecclesiasticorum, potest tamen de dictis bonis facere id, quod facere possunt alij Cardinales & Episcopi sæculares, neque alia obligatione tenetur: nam quamuis careat dominio illorum, habet liberam & absolutam administrationem, & dominium, quod manet penes Ecclesiam, ita suppositum est eius voluntati, vt quicquid fecerit, ratum habeatur, & validum, quoad dominij transactionem, siue peccet in erogando, siue non, nisi fortè expressa aliqua limitatio, aut conditio in ipsa collatione Episcopatus imponatur, & ita docet Lorca *in 2. 2. D. Thom. q. 32. art. 9. sect. 4. disp. 4. mem. 1. num. 31.* Granadus *in 2. 2. contr. 3. tract. 11. disp. 5. num. 2.* & nouissimè Andreas Duuallius *in 2. 2. tr. de eleem. q. 8. art. 5. in fine.* Vnde apparet ex his nimis rigidè contra me & alios viros doctos insurrexisse eruditum Bañez Faiardo *in resol. de Episc. Regulari.* vt *in tract. de eleem.* dicetur.

4. Non desinam etiam hîc apponere id quod docet Laudensis *de Card. q. 22.* & Cucchus *in inst. Can. lib. 2. tit. 4. nu. 111.* Cardinales Religiosos recuperare facultatem testandi, & dispensandi de rebus suis, quam ex professione Religionis amiserant.

Sup. hic tom. 4. n. Ref. 26. Verum hanc, & alijs cui prime re lege §§. eius n. 2.

RESOL. LXXXV.

An Cardinales Religiosi teneantur ad vota quæ præter tria substantialia emittuntur in Religionibus iuxta eorum statuta? Ex part. 5. tr. 2. Resol. 65.

§. 1. VT, v. g: in Religione Minimorum emittitur quartum votum de seruanda vita quadragesimali,

simali, & in Societate Iesv Professi emittunt votum, quo promittunt se obedientia Pontificis coactos ad Episcopatum admittendum non detrectaturos audire consilium generalis Societatis, vel eius, quem ad id substituerit. Et affirmatiuam sententiam docet Vasquez *in 1.2.disput.165.cap.8.num. 89. in fine*, & quoad Episcopos docet Laurentius de Peyrinis *in priuil.Minim.tom.3.cap.14.nu. 3.* ergo idem dicendum est de Cardinalibus.

2. Sed ego contrariam sententiam probabilem esse puto, quam tuetur Sanchez *in summa tom.2.lib. 6.cap.6.num.34.iuncto num. 15.* quia ad ista vota non tenentur Religiosi ad Episcopatum assumpti; ergo neque ad Cardinalatum promoti. Vide me ipsum *in tract.Miscell.* vbi hanc sententiam contra Peyrinum quoad Episcopos tenui, & nunc idem quoad Cardinales sentio, quos ex Minimorum Ordine assumptos probabiliter puto statim esse solutos à voto vitæ quadragesimalis.

Sup. hoc in tom.7. tr.1. Ref.38.39. & 23.vbi.cur-sus allin.6.

RESOL. LXXXVI.

An Cardinales Religiosi, si deponant habitum suæ Religionis, incurrant excommunicationem?

Idem infertur de Episcopis Religiosis? Ex part.5. tr.2. Resol.66.

§.1. REspondeo Cardinales teneri portare habitum suæ Religionis, vt ex multis tenet Suarez *de Relig.tom.4.lib.3.cap. 19. num.4.* & Pacianus *vol.1.conf.132.num. 39. & 40.* Difficultas est, an si illum dimittant, incurrant excommunicationem latam *in cap.ne Clerici,vel Monachi in 6.* & videtur affirmatiuè respondendum ex principio sæpiùs dicto, quia Episcopi id facientes in excommunicationem incurrerent, vt tradit Riminaldus *vol.1.conf.6. nu.7.* Pacianus *vbi suprà num.42.* Maiolus *de irregular.lib.2. cap. 1.n.13.* Surdus *de aliment.tit. 8 priuileg.79.num. 10.* & alij. Ergo idem dicendum est de Cardinalibus.

Sup. hoc in tom. 4. tr.8. Ref. 106. §. vlt. ad me-dium, à vers. secundo ta-li, & in tom.7. tr.1. Ref.6. vlt. duplo vs-que in fine.

2. Sed ego contrariæ sententiæ adhæreo, quam docet Sanchez *in summa tom. 2. lib.6.cap.6.n.54.iuncto n.23.* & Barbosa *de iure Eccles. lib.1.cap.3.n.25.* & Lezzana *in qq.canon.cap. 17.n. 9.* quia Religiosi Episcopi id facientes non incurrunt in excommunicationem; ergo neque Cardinales; quod Episcopi verò habitum suæ Religionis deponentes non incurrant dictam excommunicationem, probatur, quia nullo iure est excommunicatio indicta Monacho, qui prætextu Episcopalis dignitatis habitum dimittit, & Episcopalem induit, quia textus ille excommunicans clarè loquitur de Religioso sub Abbatis obedientia manente, eiúsque regulis astricto, atque ita eam rationem reddit, ne detur Monachis materia vagandi dimisso habitu, eo quòd à nemine cognoscentur, quæ in Episcopo Religioso deficiunt; vt potè qui non est sub regulæ obedientia, & induens Episcopalem habitum minùs aptus erit ad euagandum, & ita hanc sententiam loquens de Episcopis tenet etiam Rodriquez *in qq.regul.tom.2.q. 58. art.3.* Tappia *in auth. ingressi,ver.sua,cap.6.num.61.C.de sacros. Eccles.* Lopez de Texeda *tom.1.lib. 2. tract. 1. contr. 2. num. 14.* & alij.

RESOL. LXXXVII.

An Cardinalis Religiosus possit esse compater in Baptismo, & Confirmatione?

Idem dicendum est de Episcopis Religiosis? Ex part.5. tract.2.Ref.67.

§.1. QVamuis Imola *in Clem.1.n.2.de statu Monach.* dicat posse licere Episcopis hanc compaternitatem non suscipiendo, sed baptizando: vnde idem videtur dicendum de Cardinalibus: tamen ego puto absolutè posse Episcopos & Cardinales tenere in Baptismo, & sic eam compaternitatem contrahere, & patet exemplo Gregorij, qui ex Religione promotus ad Cardinalatum factus est Mauritij Imperatoris compater, & ita de Episcopis docet Rodriquez *in qq.regul.tom.2. quæst. 58.art. 3.* Barbosa *de officio Parochi, cap.18.nu.32.* & de Cardinalibus idem Barbosa *in iure Eccles.lib.1.cap.3.num.26.* Sanchez *in summa, tom. 2.lib.6. cap. 6. num.34.* & ratio est, quia in Episcopis, & Cardinalibus non subest familiaritatis nimiæ periculum, & inde incontinentiæ, ex quo Canones hoc officium facere Religiosis prohibuerunt.

Sup. contento in hac Ref. in tom. 1. tr. 2. Ref. 21. §. vlt. in fine, & in Ref. 22. §. 1. prope finem. & §.penult.

RESOL. LXXXVIII.

An Cardinales ex licentia Summi Pontificis possint testari de bonis perceptis Cardinalitii Galeri? Ex part.5.tract.2.Ref.50.

§.1. NEgat Barbatia *de Card.q.4.num. 7.* vbi sic ait. Si quæritur vtrum Papa possit concedere potestatem testandi Cardinalibus de rebus quæsitis intuitu Cardinalatus, & videtur dicendum, quod potest haberi, habet enim potestatem supra ius positiuum *c.innotuit,de elect.cap. proposuit, de concess. prab.* cum similib. Sed iura positiua prohibuerunt Clericos, Sacerdotes, Episcopos, Cardinales, & similes posse testari de rebus quæsitis ab Ecclesia: ergo Papa potuit circa illa iura dispositiua dispensare, & propter hoc seruatur communis moderna obseruantia, in quo videmus Summum Pontificem concedere huiusmodi potestatem. Aut quæritur, vtrùm Papa possit concedere potestatem Cardinalibus testandi super rebus quæsitis ex Cardinalatu, relinquendo illas extraneis, & præferendo eos Ecclesiæ, & tunc si hoc facere potest, ipse Deus iudex, qui omnia nouit, iuxta illud: Nouit ille, qui nihil ignorat *c.nouit,de iudic.* subiicio tamen me decisioni sanctæ matris Ecclesiæ: & pondera etiam, quia licèt Papa concedat facultatem testandi Cardinalibus de rebus quæsitis intuitu Cardinalatus; debet restringi, & limitari illa potestas, videlicet ad benè meritos, vt superiùs in præcedenti quæstione dixi, vel ad pias causas, seu ad eleemosynas.

Sup. doctrina contenta in hac Ref. in tom. 4. tr.7. Ref.20. & 27. §. 2. & lege etiam §. 1. & alios eius primæ not. & hic sup. in tr.2. Ref. 14. vide §.9. Non desinam.

2. Verùm his non obstantibus affirmatiuam sententiam docet Azorius *tom. 2. lib. 4. cap. 3. quæst. 6.* quia hæc bona Cardinalibus non dantur ratione Ecclesiæ vel beneficij Ecclesiastici, sed simpliciter ratione muneris & officij, quo apud Pontificem funguntur. Sed in hoc attendenda est consuetudo Romanæ Curiæ.

RESOL. LXXXIX.

An Cardinales in testamentis gaudeant priuilegio Militum? Ex part.5.tract.2.Ref.51.

§.1. SVppono priuilegium militum consistere primò circa formam & solemnitatem testamenti, vt septem testes non requirantur, sed duo solùm, vel ad validandum dispositionem, si miles testetur in castris extra conflictum belli, vel ad verificandum scripturam militis testamentum facientis in conflictu belli, vt superiùs dictum est. Secundò circa substantiam & efficaciam dispositionis, quia miles potest decedere

decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus, *l. miles ita, ff. de milit. test.* quod paganis non permittitur. Tertiò circa personam hæredis instituti, quia potest instituere etiam personam incapacem, vt est deportatus, *l. neque, §. & deportati, ff. de milit. test.* & ita docet Molfesius *in sum. tom. 2. tract. 13. cap. 2. num. 59.* & alij communiter. Hoc supposito negatiuè respondet ad propositam quæstionem. Iason *in l. quamquam, C. de test. mil.* qui ait ideo hoc priuilegium militibus concedi, quia simplices & ignari interpretatione iuris existimantur, quæ quidem ratio in Cardinalibus non viget: ergo, &c.

2. Sed his minimè suffragantibus asserunt DD. Cardinales habere priuilegium testandi iure militari, & ita docet Albanus *de Cardinal. quæst. 42. § secundò principaliter*, vbi pro hac sententia citat Baldum. Idem docet Manfredus *de Cardinal. decis. 221.* & Zechius *de Republ. Christ. tit. 3. de Cardin. n. 9. priuil. 11.* cum Gratiano *in disceptat. tom. 2. cap. 312. n. 11.* Germonio *de sacra immun. lib. 3. c. 6. n. 66.* & Bagno *de S. R. Æ. dignitatibus, tr. 11. fol. 182.*

RESOL. XC.

An Cardinales testantes ex facultate Pontificis teneantur adhibere formam iuris Ciuilis, aut Canonici? Ex part. 5. tract. 2. Res. 52.

§. 1. AD hoc dubium respondet Azorius *tom. 2. lib. 5. cap. 5. q. 7.* facultatem dictam intelligi, vt testari queat seruatis, quæ Canonico iure, non ciuili, præscribuntur, & quia ius Canonicum, vt patet ex *cap. cùm esses, & cap. relatum, de testam.* solùm requirit duos, aut tres testes, ideo testamentum subsistit factum à Cardinali duobus, aut tribus testibus adhibitis, quamuis iure ciuili septem requirantur. Testamenta Cardinalium Romani Pontificis cõsensu facta iuxta Canones, non iuxta leges ciuiles metiri debemus. Hæc Azorius, qui malè pro contraria sententia citat Barbatiam *de Card. q. 4. n. 9.* vt legenti patet; apertè docet Cardinales testantes ex facultate Papæ validè testari cum formulis iuris Canonici quod etiam nouissimè docet Bagnus *de dignit. Cardinalium S. R. E. tract. 11. fol. 180.*

2. Non desinam tamen hic adnotare ea, quæ circa præsens dubium notat Germonius *tract. de indult. Cardinal. § quod tu Romanum. n. 22.* vbi sic ait. Inanis redditur illa quæstio, an si Papa concedat Cardinali testandi facultatem, hæc facultas accipi debeat, prout ius ciuile disponit, aut prout Pontificium. In qua sanè controuersia mihi tempus conterere videntur interpretes nostri, quos citat & sequitur Andreas Barbatia *in dicta quæst. 4. num. 7. ver. sed potest quispiam, vsque ad finem*, nam si verum est, vt est vero verius, Cardinales posse de rebus propriis, patrimonialibus inquam, & ex proprio acquisitis, vel ab amicis, & affinibus intuitu personæ, non æquè dignitatis relictis liberè disponere, si verum quoque est, prout est, Principem concedendo testandi facultatem alicui videri concedere, quod ille non habet, videtur Pontifex maximus Cardinali concedere, vt testari possit de acquisitis ex fructibus rerum Ecclesiasticarum, quæ sanè bona regulantur, vt nemo nescit, secundùm Pontificias dispositiones, non autem Cæsareas constitutiones. Atqui iure Pontificio cautum est, vt videas *in cap. cùm esset, cap. relatum 1.* vbi omnes notant, *de test.* subsistere testamentum, in quo duo tantùm, vel tres fuerint adhibiti testes, cùm septem iure ciuili esse debeant. Vnde in ea sum sententia, vt existimem facultatem testandi Cardinali concessam, non de solemnitatibus intelligi debere, sed de dispositione bonorum, de quibus alias ipse testari non poterat, etsi idem Barbatia parum cautè post Salicetum putauerit *in d. quæst. 4. num. 9.* Cardinalem hac facultate habita quoad solemnitatem testamenti non teneri testes adhibere, licèt teneatur quoad probationem, quæ quidem solutio absurda non videtur in eo, qui cùm liberã habeat testamenti factionẽ, facultatem testandi à Principe obtinet, quia licèt tunc possit omittere solemnitates, præcipuè quoad numerum testium de iure communi necessariorum, rectius tamen fecerit si propter pleniorem probationem eos adhibuerit, ne in falsitatis discrimen veniat testamentum. Hucusque Germonius.

RESOL. XCI.

An facultas concessa Cardinalibus testandi intelligatur pro prima vice? Ex part. 5. tract. 2. Res. 53.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Cucchus *in inst. Can. lib. 2. tit. 4. num. 90.* & Zechius *de Republ. Christ. tit. 3. de Card. num. 9. priuil. 8.* vbi sic ait. Solet à Pontificibus Cardinalibus concedi, vt de fructibus ex beneficiis quæsitis testari possint, quæ tamen licentia facto primo testamento extinguitur. Ita ille, qui pro sua sententia citat Decium *cons. 52.* & Socinum iuniorem *lib. 1. consil. 89.* & ita licentia vt aliquis monasterium Monialium ingrediatur, vel vt ad vrbem accedat, intelligenda est vt semel tantùm introeat, vel in Vrbem veniat. Quoad hanc Resolutionem pro Epilogo in tom. 1. tr. 1. cr. 8. 9. signanter in fine.

2. Verùm mihi contraria sententia placet, quam loquens in terminis de Cardinalibus docet Azorius *tom. 2. lib. 4. cap. 3. quæst. 10.* vbi ex multis docet facultatem testandi ad primum testamentum non expirare, non enim est idem iuris de testamento quod de aliis rebus, nam testamentum non nisi morte testatoris confirmatur, & hominis voluntas vltima non est ante mortem, vt cætera primo actu perficiuntur.

RESOL. XCII.

An licentia concessa Cardinalibus testandi expiret mortuo Pontifice, qui illam concessit?

Et an Pontifex possit concedere facultatem testandi non solum in pios vsus, sed etiam in quoslibet, dummodo liciti sint, & honesti? Ex part. 5. tr. 2. Res. 54.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Cucchus *in instit. can. lib. 1. tit. 4. n. 90.* & Zechius *de Rep. Christ. tit. 3. de Cardinal. num. 9. priuil. 8.* vbi sic ait. Solet à Pontificibus concedi Cardinalibus vt de fructibus ex beneficiis quæsitis testari possint, quæ tamen licentia extinguitur mortuo concedente testamento non facto. Sic ille, qui citat pro hac sententia iuniorem *lib. 1. cons. 89. num. 33.* & ratio est, quia est facultas ad actum odiosum, & iuri communi repugnantem. Sup. hoc in tom. 1. tr. 1. legis doctrinam §. 8. & 9. Res. 149.

2. Sed ego contrariam sententiam teneo, quia cùm testamentum vim non habeat, nisi post testantis mortem, illi, cui testandi licentia concessa est, imputari nequit concedente superstite eum testatum non fuisse, si quidem longiorem vitam adeptus est, quàm is, qui facultatem concessit, & ea facultas pro tempore mortis, à quo debet testamentum vim habere, deseruit potissimùm, & ita docet mutans sententiã Couarruuias *in c. cùm in officiis, n. 8. de testam. in 2. edit.*

Guttierrez

Gutierrez *in qq. pract. lib. 2. q. 75. n. 1. & seq.* Bursatus *vol. 1. cons.* 30. Henriquez *lib. 7. cap. 21. num. 6.* Molina *de iustitia, tom. 1 tract. 2. disp.* 141 & alij, quos citat & sequitur Sanchez *de matrim. tom. 2. lib. 8. disp. 28. n. 82.* & hanc sententiam loquens in terminis de licentia data Cardinalibus testandi, tenet Megalius *in promptuar. ver. Cardinalis, n.* 10.

3. Notandum est tamen hîc obiter contra Barbatiam *de Cardin. q. 4.* & Nauarrum *de reddit. Eccles. q. 3.* posse Pontificem concedere facultatem testandi Cardinalibus non solum in pios vsus, sed etiam in quoslibet, dummodo liciti sint, & honesti, & Pontifex tales licentias sic concedere consueuit. Ita Azor. *tom. 2. lib. 4. c. 3. q. 12.* & Bagnus *de S. R. E. dignitatibus. tract. 11. fol.* 180.

RESOL. XCIII.

Notabilia quædam de Cardinalibus ex Sacra Rota Decisionibus, in quibus fusè tractantur collecta? Ex p. 5. tr. 2. Ref. 97.

I. AN vniri possint beneficia reseruata de tempore vnionis, si fiat vnio à Cardinali habente Indultum, Rota coram Caualerio *decis. 618. num. 3.*

II. Indulta Cardinali concessa, an capiant beneficia electiua? Rota coram Puteo *lib. 3. decis. 190.*

III. Indultum Cardinalis quando non capiat vacationem? *ibidem lib. 3. dec. 13.*

IV. Indulta Cardinalium an respiciant beneficia de nouo erecta? *ibidem lib. 2. decis. 194.*

V. Indultum Cardinalis quòd cessantibus commendis & vnionibus prouidere possit, quomodo intelligatur? *ibidem lib. 3. decis. 13.*

VI. An Cardinales subiaceant Regulæ de publicandis resignationibus? *ibidem lib. 1. dec. 189.*

VII. Derogatio Indulti Cardinalis ordinarij non datur nisi expressè dicatur, *ibidem lib. 2. dec. 412.*

VIII. Derogatio Indulti Cardinalis an intelligatur de Indulto Cardinalis extraordinario, non autem Cardinali concesso? *ibidem lib. 3. decis. 93.*

IX. Auditores Cardinalium quando & quomodo possint seruare terminos? *ibidem lib. 2. dec. 17.*

X. Cardinalium dicto quando credatur? Rota coram Seraphino *tom. 1. decis. 354. n. 12. & decis. 142. num. 1.*

XI. Cardinales non ligantur dispositione Extrauag. *Iniuncta,* & possunt etiam ante adeptam possessionem, Episcopatus beneficia conferre. *ibid. tom. 2. decis. 1144. n. 3.*

XII. Cardinalis Vicecancellarius, vel Camerarius vel Pœnitentiarius non fortiuntur aliquam prærogatiuam in iis, quæ spectant ad officium Cardinalium in eorum Collegio. *ibidem decis. 716. num. 6.*

XIII. Cardinales sunt familiares Papæ, & non commensales, non veniunt appellatione Officialium, nec in generali dispositione, veniunt tamen in fauorabilibus, etiam in præiudicium concedentis. Rota coram Crescentio *decis. 3. n. 1. 2. & 3.*

XIV. Cardinales milites Religionis Ierosolymitanæ non sunt exempti ab oneribus impositis Commendis ab ea traditis, Rota coram Mantica *decis. 230. n. 8.*

XV. Cardinales sunt exempti ab oneribus impositis & imponendis pensionibus, quæ eis à Pontifice conceduntur. *ibidem n. 7.*

XVI. Cardinalium literæ priuatæ non probant. Rota coram Cæsare de Grassis *decis. 172. num. 12.*

XVII. Literæ missiuæ Cardinalis nepotis Papæ, & Superintendentis loquentes de omnibus beneficiis extenduntur ad Canonicatus in Collegiata, & quare & quando derogent Breui Pontificio. *ibid. decis. 112.*

XVIII. Cardinalis potest nolle vti Indulto, sed magis vti mensibus Ordinariorum. Rota coram Achille de Grassis *dec. 407.*

XIX. Cardinalibus sex menses dati ad resignandum beneficium minoris valoris 200. currunt à die prouisionis, non autem à die habitæ possessionis. *ibid. decis. 1.*

XX. Regula modificatoria Indultorum Cardinalium absentium durantibus expectatiuis, vt habeant tantùm alternatos menses, procedit tam in Cardinalibus, qui semper fuissent absentes, quàm in his, qui à principio præsentes, postea cœperunt abesse. *ibid. decis. 410.*

XXI. Cardinalis non inhibet alteri Cardinali. Rota *in antiquis decision. 31. de dolo & contum.*

XXII. Cardinalibus ob reuerentiam non inhibetur. *ibidem decis. 25.*

XXIII. Cardinales non gaudent Indulto, qui nunquam fuerunt in Curia. Rota *in decisionibus nouissimis part. 3. lib. 3. decision. 1953.*

XXIV. Cardinalis acceptans beneficium ita vt gratia familiaris non possit canonizari, cui ex fauore fuit postea beneficium collatum, non nocet per gesta à se ante præstitum consensum dicto familiari, *ibid. decis. 538. n. 2.*

XXV. Cardinalis gratia obtenta ius suum à se sine consensu Papæ abdicare non potest. *ibid. decis. 358. num. 3.*

XXVI. Cardinalium familiares descripti in matricula, si inter eos non reperiatur descriptus, qui se dicit familiarem, an ob id non sit habendus pro familiari. *ibidem decision. 416. n. 2.*

XXVII. Cardinalis titularis habet de iure ius conferendi in sua Ecclesia hæc tamen iuris assistentia non sufficit ad manutentionem, quando probatur alium esse in possessione. Rota apud Farinacium *decis. 423. n. 3.*

XXVIII. Indultum conferendi in mensibus reseruatis non suffragatur vbi Episcopus est Cardinalis, quia tunc nulli sunt menses reseruati. Rota coram Ludouisio *decision. 91. n. 1.*

XXIX. Indultum concessum alicui Cardinali intra alienam diœcesim, non comprehendit beneficia spectantia ad collationem ordinarij. *ibidem decis. 295. n. 8.* & hoc est ita verum, vt etiamsi sedes Episcopalis vacaret, dum vacat beneficium in mense Ordinarij, non potest Cardinalis illud conferre. *ibidem,* & Rota *dec. 442. diuers.* Alia etiam priuilegia Cardinalium ex sacra Rota decerpta videbis apud Riccium *part. 1. collect. 120.* Et ne deseras in casu contingenti etiam videre duas magistrales decisiones Rotæ apud posthumas Farinacij *tom. 2. decision. 403. & tom. 1. decision. 464.* vbi exactè explicatur, quando, quomodo, & ex quibus censeatur probata familiaritas Cardinalium ad effectum reseruationis. Et hæc dicta sufficiant circa præsentem tractatum de sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus.

* *
*

Subsequuntur omnes Resolutiones de Collocutionibus & Scriptionibus vetitis tempore Conclauis, Ex duodecima parte R.P. Dianæ in eius secundo Tractatu.

RESOL. XCIV.

An Cardinales loquentes cum aliis existentibus extra Conclaue de rebus ad electionem pertinentibus, incidant in censuram Papæ reseruatam?

Et negatiue respondetur?

Et notatur, quod contra colloquentes palam Cardinalibus nulla est pœna latæ sententiæ, sed contra secreto loquentes. Ex part. 12. tract. 2. Resol. 1.

§. 1. RESPONDENT aliqui negatiuè, quia in *Cap. vbi periculum de elect. in 6.* sic habetur. *Nulli fas sit ipsis Cardinalibus, vel eorum alicui nuncium mittere, vel scripturam: qui verò contra fecerit scripturam mittendo, vel nuncium, aut cum aliquo illorum secretè loquendo, ipso facto, sententiam excommunicationis incurrat:* ita ibi. In quibus verbis vt patet, solum excommunicantur ad Cardinales in Conclaui existentes scripturam, vel nuncium mittentes. Ergo mittentes à Cardinalibus distinguuntur: maximè cum in verbis antecedentibus dixerit Pontifex *nulli ad eosdem Cardinales aditus pateat.* Ergò personæ extra Conclaue existentes, sunt quæ huic excommunicationi subiiciuntur, non autem qui intra Conclaue existunt. Itaque hæc excommunicatio non comprehendit ipsos Cardinales, sed nuncium, vel scripturas mittentes, vel secretò alloquentes. Ita docet. Caietan. *verb. Excommunicatio capit. 55.* Sayrus *libr. 3. capite 35. numero 3.* Filliucius *tractatu 14. cap. 4. quæstione 2. numero 54.* Suarez *disp. 23. sect. 4. num. 2.* Bonacina *tom. 3. de censur. disput. 2. quæst. 2. punct. 34. num. 6.* Castrus Palaus *tom. 6. disput. 3. punct. 31. num. 1.* Sed quid dicendum in terminis Bullæ Pij IV. respondeo etiam negatiuè; nam Pontifex ibi sic ait. *Clauso Conclaui, nulli ad colloquium, etiam extra portam Conclauis, etiam Principum Oratores, nisi ex magna, & vrgenti causa à maiori parte Collegij approbanda admittantur.* In quibus verbis, vt patet, nulla imponitur excommunicatio Cardinalibus propter locutionem, vndè Castrus Palaus *vbi supra num. 1. in fine,* sic ait. *Aduerte in fine huius Constitutionis Gregorij, Pium IV. in Bulla eiusdem incipiente. In eligendis Ecclesiarum Prælatis, excommunicationem sibi reseruatam profert aduersus quoscunque etiam Cardinales, qui litteras, aut cuiusuis generis scripta nuncium vel notam, aut signum miserint ad eos, qui in Conclaui fuerint, vel è contra è Conclaui ad eos, qui foris fuerint, & aduersus quoscunque has litteras, scripta, nuncium, vel notam recipientes. Ex quo iam dubitare non licet quocunque modo littera, vel nuncius mittatur, siue secretè siue publicè, sub hac excommunicatione comprehendi: neque etiam dubitare licet comprehendi Cardinales.* Ob locutionem autem præsenti Constitutione Pij IV. excommunicatio non iniungitur; benè tamen in dicto capite *vbi periculum.* Ita ille. *Et punct. 29. numero 6.* Sic etiam asserit. In Bulla Pij IV. in ordine 63. edita. Anno 1562. cuius initium est, *In eligendis Ecclesiarum Prælatis, Pontifex sub excommunicatione ipsi reseruata prohibet litteras aut cuiusuis generis scripta ad eos qui in Conclaui erunt, seu nuncium, vel notam, aut signum mittere, aut recipere, aut è contra, è Conclaui ad eos qui foris erunt. Insuperque prohibet, & si non sub excommunicatione, vt clauso Conclaui ad colloquia etiam extra portam Conclauis, etiam Principum Oratores, nisi ex magna, & vrgenti causa à maiori parte Collegij approbanda admittantur.* Hæc Palaus. Itaque dicendum est Pium IV. ad confirmationem eorum, quæ disposuerat Gregor. X. *in d. capite Vbi periculum* addidisse excommunicationem Papæ reseruatam, non solum contra scribentes extra Conclaue intra Conclaue, vt fecerat Gregorius, sed etiam Cardinales recipientes litteras, & illas scribentes ex Conclaui ad alios extra Conclaue. Prohibuit etiam Collocutiones, sed non cum pœna excommunicationis; & ita hanc sententiam præter Palaum *vbi suprà* in terminis Bullæ Pij IV. docet Bonacina *tomo tertio, disputatione 2. quæstione 2. punct. 34. numero 9.* vbi loquendo de differentia inter Constitutionem Pij IV. *& capite vbi periculum*, sic asserit; *Patet differentia inter istam, & præcedentem Excommunicationem. Primo, quod ista est reseruata Summo Pontifici, illa nequaquam. Secundo, in ista non solum prohibitum est mittere litteras, scripta, & signa, verum etiam illa recipere: illa verò non imponitur excommunicatio recipientibus. Tertio in illa prohibitum est sub excommunicatione secretè loqui*, in hac verò *Constitutione prohibitum quidem est, sed non sub censura.* Hæc Bonacina, *cui etiam adde Iosephum Gibalinum in Synopsi censurarum verbo Electio numero 6.*

2. Itaque dicendum est, in dicta Constitutione non inueniri censuram latam reseruatam contra colloquentes, sed contra scribentes ex Conclaui ad alios existentes extra Conclaue, vel scribentes Cardinalibus, vel aliis existentibus in Conclaui.

3. Et tandem non deseram hic apponere verba Patris Thesauri *in praxi de pœnis par. 2. verb.* Conclaue, *capite 2. §. Item Pius.* vbi sic ait, *Nota quod contra colloquentes palam Cardinalibus nulla est pœna latæ sententiæ, ex praedictis; Itaque solum ij, qui secretè loquuntur cum Cardinalibus in conclaui existentibus incurrunt excommunicationem non reseruatam: ipsi autem Cardinales secretè loquentes cum aduenientibus, non incurrunt vllam censuram.* Ita Thesaurus.

RESOL. XCV.

Rationes pro affirmatiua sententia adducuntur, sed negatiua firmatur?

Et docetur, quod mens legis magis est attendenda, quam verba?

Et explanatur legem pœnalem extendendam esse ad alium casum, quando militat eadem ratio.

Et quod in his, quæ per rationem legis comprehenduntur, non dicitur fieri interpretatio extensiua, sed comprehensiua? Ex part. 12. tractat. 2. Resolut. 2.

§. 1. SED his non obstantibus affirmatiuam sententiam aliqui satis probabilem existimabunt, nempe Cardinales non solum mittentes litteras, & nuncium ad alios extra Conclaue existentes, sed etiam cum ipsis colloquentes in censuram reseruatam Pij IV. incidere.

2. Probatur

2. Probatur Primò hæc opinio, quia legis mens magis est attendenda, quam verba, vt patet ex *l. scire, ff. de legib. l. non aliter, ff. de legat. 3. l. nominis, & rei, §. verbum ex legibus, ff. de verb. signific.* & tenet Suedus *decis. 35. numero 14.* Ferrer. in *Constit. Catal. Gloss. 4. num. 66.* vnde Bartholomæus Humada *in schol. ad Glossam*, Lopez *l. 57. tit. 5. part. 1. gloss. 2. numero 7.* docet ex Baldo in dicta *l. scire*, quod non solum recedere debemus à verbis legis, & seruare mentem, vbi est expressa, sed etiam vbi mens, seu ratio non est expressa. Sed certum est Summum Pontificem Pium IV. in dicta Constitutione aliam non habuisse mentem ac finem, quam ob solam Pontificis electionem Cardinales ab omni communicatione cum aliis extra Conclaue se abstinerent, vnde prohibuit sub censura sibi reseruata ad eos mittere litteras, nuncium, &c. Ergo quanto magis dicendum voluisse Cardinalibus prohibere collocutionem cum supradictis, cum lingua magis vrgeat, & vim habeat, quam calamus.

3. Deinde probatur, & confirmatur hæc opinio, quia in Bulla Pij IV. §. *Clauso & §. litteras* versantur, & respiciunt vnam eandemque materiam, videlicet remotionem ab omni communicatione cum existentibus extra Conclaue, prohibendo collocutiones, litteras, mandata, notas, signa, ergo licèt materialiter videantur duo §§. distincti; sunt tamen formaliter vnus, & idem, & ideò *in Rubr. §. litteras* dicitur *Clauso Conclaui littera, & signa similiter prohibentur.* Nota dictionem *similiter*, quæ est repetitiua, vt obseruat Ruinus *cons. 169. numero 2. vol. 2.* & Surdus *decis. 88. num. 15.* Vnde inducere dispositionem similem præcedenti, dixit Sacra Rota coram Seraphino *tom. 2. decis. 1384. num. 1.* Ergo censura lata in dicto §. *litteras* cadit etiam, & includit antecedentem §. *Clauso*, & ideo non solum mittentes, & recipientes litteras, vel scripturas, sed etiam colloquentes cum his qui extra Cõclaue existunt de rebus pertinentibus ad Electionem, in excommunicationem incidere dicendum erit, cum vtrobique par sit ratio, vt statim videbimus, & alioquin contra Regulam *cum quis de regulis Iuris in 6.* quod vna via denegatur, altera concederetur, vnde Petr. Peckius in dictam Regulam sic ait. *Quoniam in omnibus dispositionibus, & publicis, & priuatis scriptum sententiæ, & menti cedere æquum est, cum ratio legis lex sit, & non legis verba captanda sint, sed legislatoris intentio spectari debeat, optima sanè ratione constitutum fuit; quod cum quid alicui vna via per legem prohibetur ad id alia via, sub velamento, & prætextu verborum, contra legis mentem admitti non debet.* Ita ille Cui adde Varnesium *vol. 2. consil. 459. num. 2.* Vela *dissert. 10. num. 59.* Sesse *decis. 28. num. 11.* Larrea *Decis. Granat. 1. num. 45. lib. 1.* Sanchez *de matrim. lib 10. disp. 8. num. 20.* & alij asserentes absurdum esse, quod vna via denegatur altera concedere: Sed hoc eueniret in casu nostro, nam ad euitandam omnimodam communicationem cum aliis extra Conclaue denegarentur sub censura latæ sententiæ scriptiones, & mandata per nuncium, sed concederentur sine incursu censurarum colloquia.

4. Probatur tertio, quia non pauci, nec contemnendi, imò magni nominis Doctores asserunt etiam legem pœnalem extendendam esse ad alium casum, quando militat eadem ratio & ita per Textum in *l. 2. vers. si Curatores, ff. ad Tertull. & in cap. si postquam, cum gloss. de elect. in 6.* docet Alphonsus Moditius *in §. lex est instit. de iur. gent. dub. 54. numero 1.* Quia, vbi est eadem ratio, & omnimoda similitudo, debet esse eadem iuris dispositio, etiam in pœnalibus: quia tunc non dicitur fieri extensio, sed quædam declaratio, vt notat *Gloss. singularis in cap. 1. in verb. Italia de temp. ordinand. lib. 6.* quam pro singulari commendat Panormitanus *in cap. nihil columna. antepenult. de elect. & in cap. fin. columna. 2. de rescript.* Et hæc omnia latè firmat ex Neotericis Guttierrez *pract. qq. lib. 3. quæst. 17. num. 83.* vbi probat, quod in quacunque materia simus, vbi habet locum ratio legis, ibi quoque locum debet habere ipsa lex *l. illud, ff. ad l. Aquiliam. l. à Titio, cum similibus, ff. de verb. obligationibus.* Mantic. *de coniecturis vltimarum voluntatum lib. 2. cap. 11. num. 20.* Tiraquell. *de cautis cessantib. part. 1. num. 151.* Becc. *cons. 89. num. 10.* Decian. *cons. 76. num. 10. lib. 2.* Mascard. *de probat. concl. 1162. num. 4. & prius concl. 312. num. 9.* Adde Barb. *consil. 10. numero 11. 12. & 19. lib. 2.* Hinc est, quod in his quæ per rationem legis comprehenduntur non dicitur fieri interpretatio extensiua, sed comprehensiua. Rolandus à Valle *cons. 27. num. 6. cum seqq. lib. 1.* Molina *lib. 1. de Hispan. primogen. cap. 5. num 12.* Vnde in tali casu non dicitur lex extendi, sed includi ille casus sub eiusdem legis dispositione, latè Crauet. *de Antiquit. temp. 4. part. princip. in princip. num. 91.* cum sequentibus & Parisius *consil. 22. numero 20, lib. 2.* quibus adde Antonium Frances in *Pastor. Regul. part. 2. quæst. 10. num. 52.* Ergo cum ex supradictis pateat ex identitate rationis legem pœnalem esse extendendam, à fortiori dicendum est in casu nostro Constitutionem Pij IV. contra Cardinales, mittentes, litteras, & nuncium extra Conclaue ad alios, extendendam esse ad Cardinales cum ipsis colloquentes, nam in hoc casu militat eadem, imò maior ratio: vnde ex superius allatis patet opinionē hanc affirmatiuam cui ego adhærere Eminentissimis DD. Cardinalibus consulerem, esse satis probabilem. Illa tamen non obstante, existimo opinionem negatiuam Castri Palai, & Bonacinæ non carere probabilitate, & ideo illam sequentes non damnarem. Nam in materia, censurarum respuitur communiter à Doctoribus argumentum à simili, vt notat Amicus in *Curs. Theologic. tom. 7. disputatione 31. sect. 3. numero 58. & alij*, imo & à fortiori, vnde verba interpretanda sunt, vt iacent, & sonant. * Pœnæ etenim ad alios casus non sunt extendendæ, sed restringendæ, *l. factum cuique, §. in pœnalibus, ff. de Reg. Iur. capite in pœnis eodem tit. in 6.* docet Surdus *de aliment. tit. 1. quæstione 51. numero 12.* Burgos *de Paz. cons. 8. numero 2.* etiamsi extensio efficeretur ex similitudine rationis, vt docet Gironda *de priuileg. explicat. numero 540.* Dueñas *Regul. 281.* cum aliis communiter. Ergo, cum Pius IV. fulminauerit sententiam excommunicationis contra Cardinales mittentes, & recipientes litteras, nuncium, &c. non est extendenda ad colloquentes; nam, si istos voluisset comprehendere, expressisset, vt fecit, contra mittentes, & recipientes litteras. Ergo dum non expressit, comprehendere non voluit, quia vt diximus, si voluisset expressisset *leg. vnica, cap. fin. autem, C. de caduc. tollen. cap. 2. de transf. Prælat.* Tiraquellus *in leg. si vnquam, verb. libertis, numero 3. C. de reuocan. donat.* Surdus *cons. 88. numero 4.* Guttierrez *Pract. qq. lib. 3. quæst. 22. numero 7. & alij.* Sed si aliquis vellet stare in hac opinione quod Cardinales loquentes de rebus pertinentibus ad Electionem non incidant in censuram Papæ reseruatam; restat videre an saltem Cardinales in tali casu peccent mortaliter.

Ref. 62. §. 1. in fine, & in aliis eius annotat. & in tom. 5. tr. 1. Ref. 90. §. 2. & vlt. & ibi in tr. 3. Ref. 34. §. Nec valet. ad medium, & ibidem in tr. 9. Ref. 35. §. 1. & in Ref. 55. §. Adde. & in Ref. 78. § 1. & 2. & ibi in tr. 10. Ref. 122. §. 2. ad medium. vers. Vnde. & in tom. 6. tr. 1. Ref. 79. & in to. 7. tr. 1. R. 1. §. Hæc. paulo post initiũ, à vers. tamen lex. Et pro interpretatione comprehensiua, & non extẽsiua cõtenta in hoc textu late sup. in tr. 1. Ref. 128. §. Probatur tertio. ad medium, à vers. Hinc est. & in to. 2. tr. 1. Ref. 179. §. 2. ante medium. & in tom. 3. tr. 2. Ref. 47. §. Et hanc. ante medium. vers. nec dicitur extensio. & in to. 7. tr. 1. Ref. 1. §. Nec obst at primo. ad medium. à vers. Et in tali casu. in Ref. 3. §. 1. prope finem. & in Ref. 304. §. Confirmatur. & in Ref. 313. §. Sed hæc. à lin. 5.

* Sup. hac pœna in omnibus Ref. & §§. not. primæ huius §.

RESOL. XCVI.

An Cardinales loquentes cum aliis existentibus extra Conclaue de rebus pertinentibus ad electionem peccent saltem mortaliter ?

Et deducitur, quod si necessitate vrgente Sacerdos absque præuia confessione celebrauerit, Quam primum confiteatur, *& quia sunt verba imperatiua non important præceptum ad mortale, sed consilium, & adhortationem.*

Et docetur, quod consuetudo, & obseruantia subsequens est optima legum interpres ? Ex part. 12. tract. 2. Resol. 3.

*Sup. hoc latissime in to. 6. tr. 1. Resol. 29. & in multis aliis eius primæ not.

§. 1. NEgatinè prima facie videtur respondendum: nam Pius IV. sic ait. *Clauso Conclaui nulli ad colloquium admittantur* * Quæ quidem verba cum sint imperatiua, non inducunt præceptum aliquod, quia sunt simplicia quædam verba; Et quando Ius, vel Superior aliquid sub culpa præcipere volunt, fortioribus terminis vti solent. Et ita hanc sententiam generaliter, & absque vlla limitatione docet Bordonus *in cons. regul. tom. 2. resol. 61. quæst. 9. nu. 27.* Patrum Thomistarum decus Cardinalis Caietanus *2. 2. quæst. 186. art. 9. circa solut. ad 2.* Castro *lib. 1. deleg. pœn. cap 5. docum. 4.* Salon. *2. 2. quæst. 77. art. 2. centrouers. 8. col. 3. vers. Ex his sequitur.* Carbon. *de legib. lib. 7. disp. 4. ad fin.* Confirmatur hæc opinio auctoritate Petri de Ledesma *in Summa Tom. 1. de Eucharist. c. 11. ante 9. conclus.* Villalobos *in Summa tom. 1. tract. 7. difficult. 37. num. 7.* Tamburin. *opusculo de Commun. cap. 1. §. 6. nu. 49.* Lud. de S. Ioanne *quæst. 7. de Eucharist. art. 7. dub. 1. in fin. pag. 264.* Martin. de S. Ioseph. *lib 1. tract. 7. de Eucharist. num. 19.* asserentium verba Concilij Tridentini *sess. 13. cap. 5.* Quod si necessitate vrgente Sacerdos absque præuia confessione celebrauerit, quam primum confiteatur, quia sunt verba imperatiua, non important præceptum ad mortale, sed consilium & adhortationem. Et ad plurimum verba imperatiua, important tantum præceptum sub veniali, tradunt Nauarrus *cap. 12, num. 49.* Emanuel Sà *verb. lex, num. 6.* Sayrus *in Clau. Regia lib. 3. cap. 7. num. 2.* & alij.

Sup hoc infra in §. vlt. huius Resol. & in aliis eius annot.

2. His tamen non obstantibus puto affirmatiuam sententiam tenendam esse. Probatur primò, quia supradicta opinio Caietani, & aliorum procedit quando materia non est grauis, sed quando verba imperatiua versantur circa materiam grauem, & quæ plurimum interest Reipublicæ, tum dicta verba importare præceptum sub mortali, tradunt communiter Doctores, vt Castrus Palaus *tom. 1. tract. 3. disp. 1. punct. 9. num. 2.* Vasquez *in 1. 2. tom. 2. disp. 178. cap. 3. num. 21.* Sanchez *de matrim. lib. 4. disp. 23. num. 12.* & in Summa *tom. 2. lib. 6. cap. 4. num. 26.* Merolla. *tom. 2. disp. 4. cap. 3. diffic. 1. num. 110.* & alij. Quod patet ex Clement. *Eximi, §. item quia, vers. nos itaque de verb. significat.* vbi Pontifex expressè dicit, verba imperatiui nec continere præceptum, nec ei æquipollere, & statim ex materiæ grauitate præceptum collegit. Sed in nostro casu materia præcepti est in re grauissima, quæ importat, & conducit ad bonum vniuersale totius Ecclesiæ, videlicet ad liberam, & rectam electionem Summi Pontificis. Ergo verba supradicta Pij IV. licèt imperatiua, præceptum sub mortali continere omnino dicendum est. Et ita interpretata est dicta verba Pij IV. consuetudo, & obseruantia subsequens, quæ est optima legum interpres *l. minimè, ff. de legibus l. si de interpretatione, ff. eod. tit. cap. cum de consuetud.* Syluan. *cons. 88. num. 27.* Tiraq. *De nobil. capite 10. num. 9.* Afflict. Neap. *decis. 166. num. 9. & decis. 173. numero 3.* Menoch. *cons. 32. numero 44. & cons. 390. num. 21. cons. 577. num. 2. & 3. vol. 3.* Mascard. *de probat. conclus. 1415. numero 10.* Bruno à Sole *in locis commun. verb. consuetudo 6.* Cardos. *in praxi Iudicum, & Aduocat. eod. vrob. numero 3.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, C. de in integr. restit. minor. verb. contractum num. 29.* Bellet. *disquis. cleric. p. 1. tit. de Clerico debitore, §. 12.* Mendez à Castro *in praxi Lusit. lib. 2. cap. 1. numero 12.* Camil. Borell. *in Summa omnium decis. tit. 14. numero 88.* Cened. *practic. & canon. qq. lib. 1. quæstione 3. numero 11.* cum aliis, quibus adde Ioannem Præpositum *in cap. 2. num. 14.* & Amicum *in Cursu Theolog. tom. 5. disp. 5. sect. 8. num. 204.* asserentes, obligationem ad mortale solo verbo imperatiuo declarare praxim, & consuetudinem. Et ideò loquentes de verbis imperatiuis asserunt plures standum esse consuetudini acceptanti, & intelligenti ea verba. Si enim ita explicuit tanquam verba præcepti, continebunt præceptum; si verò tanquam verba consilij continebunt consilium. Vbi autem consuetudo nihil explicuit, spectandam esse materiam, & si ea magni ponderis, & necessitatis sit, & ita verisimile sit, eam sic à superiore ponderatam, continebunt præceptum; secus autem si non. Sic Anton. *in cap. nam concupiscentiam in fine de constit.* & ibi Panorm. *num. 4.* Imol. *num. 10.* Felin. *numero 8. vers. De aliquibus autem verb.* Alex. de Neuo *numero 16.* Angel. *verb. lex. num. 3. & ibi* Tab. *quæst. 28. num. 29.* Armilla *num. 4.* Syluest. *verb. Præceptum quæst. 2.* Euerard. *in suis topicis loco ab æquipollentib. num. 11.* Sanchez *tomo 2. Summæ lib. 6. cap. 4. num. 39. & alij.* Sed in casu de quo loquimur, etiamsi non adesset, consuetudo, quod negamus, tamen materia est ita grauis, vt grauior esse non possit, videlicet, vt diximus, media ad rectam electionem Pontificis. Ergo in dictis verbis imperatiuis præceptum sub mortali Pium IV. imposuisse, manifestè apparet, nec aliter sentiendum puto.

Aduerte obsecro, quod hæc duo nomina eòsuetudo & obseruatia au-

3. Ad autoritatem desumptam ex verbis Concilij Tridentini vbi suprà, Respondeo contra Ledesmam, & alios, verba illa imperatiua, vt ego,* alibi probaui, inducere obligationem sub mortali, quia versantur, vt est in casu nostro circa materiam grauem, ita etiam interpretante consuetudine. Et ita docet Amicus *loco citato num. 204.* Et me citato Dicastillus *de Sacram. tom. 1. tract. 4. disp. 9. dub. 9. num. 176.* & me citato Leandrus *de Sacram. tom. 2. trat. 7. disp. 7. quæst. 46.* & me citato Eminentiss. Card. Lugo *de Euchar. disp. 14. sect. 7.* & me citato Auersa *de Sacram. Eucharistiæ. quæst. 8. sec. 7.* & me citato Franciscus de Lugo *de Sacram. l. 4. c. 6. q. 8. nu. 61.* & me citato Paulus Maria Quartus, *in Rubricas Missalis Romani p. 3. tit. 8. sect. 3. dub. 6.* & me citato Trullench, *de Sacram. l. 3. c. 6. dub. 4 q. 4. n. 26.* & me citato Eligius Bassæus *verbo Communio sacra n. 59.* & me citato Caspensis *in Curs. Theolog. tom. 3. tract. 22. disp. 9. sec. 2. num. 26.* cum aliis communiter.

RESOL. XCVII.

An Collocutiones, & Scriptiones, quæ ordinantur ad Bonam electionem futuri Pontificis, prohibeantur in Bulla Pij IV. in eligendis, &c. Et opinio negatiua affertur.

Et docetur, quod mens Legislatoris, & finis legis colligitur ex eius proœmio.

Et probatur, quod quando cessat finis adæquatus, & fundamentalis legis etiam in particulari, lex non obligat.

Et

Et quod lex fundata in præsumptione, ipsa deficiente, non adstringit? Ex part.12.tract.2.Ref.4.

§.1. IN Bulla sic habetur, *Clauso Conclaui nulli ad colloquium etiam extra portam Conclauis, etiam Principum Oratores, nisi ex magna, & vrgenti causa à maiori parte Collegij approbanda admittantur, Litteræ verò, aut cuiusuis generis scripta ad eos qui in Conclaui erunt, seu nuncium, vel notam, aut signum mittere, seu recipere, aut contra, è Conclaui ad eos qui foris erunt, nullo modo liceat, qui contra fecerint, quacunque dignitate, etiamsi Cardinalatus honore præfulgeant, pœne excommunicationis lata sententia subiaceant, absoluendi facultate, præterquam in mortis articulo, soli Pontifici Maximo reseruata, à quo nihilominus pro qualitate delicti vltra dictam excommunicationis pœnam puniendi erunt.*

2. Ad dubium propositum negatiuè videtur respondendum, quia in hoc casu cessat finis legis scriptiones prohibentis.

3. Probatur eo quod mens Legislatoris, & signis legis colligitur ex eius procœmio, vt patet ex *l.fin. ff.de Haredibus instit.* & ibi Bartolus, Baldus, Angelus, & Imola. Idem habetur *in l.1. de orig. Iuris*, & docent Molina *de primogen. lib.1. cap.5. num.34. & 35.* Guttierrez *pract.lib.1.quæst.27. num.90.& 91.* Hurtadus *tom.1.tract.2.cap.2.resol.3.num.30.* Soccin.*de confess.solicit.tract.1. cap.7. num.4.* Panormitanus *in cap. si aduersus de immun. Eccles. num.2.* Nauarrus *in cap. si quando de rescrip.excepi.8.num.1.* Oldradus *cons.103.* Tiraquellus *tit.cessante causa limit.1.n.90. & 91.* Paz *cons.92.num.6.* Quintana Dueñas *tom.1. tract.3.singul. 18.num.8.* Salas *de legib. disput.17. sect.9. num.13.* & alij. Sed vt patet in §.1.Bullæ Pij IV.finis suæ Constitutionis fuit, tollere abusus qui liberæ, rectæ & maturæ Electioni Pontificis obstare poterant,& ideo Bonacina *tom.3. disput.2.quæst.2. punct.35. num.13.* & Castrus Palaus *num.6.disput.3. punct.18. num.6.* cum Iosepho Gibalino *in Synopsi Censurarum ver. Electio num.6.* docent finem dictæ Bullæ Pij IV. esse,vt electio futuri Pontificis libera omnino sit.Et Sayrus *de censur. lib.3. cap.3. num.2.* ait, materiam Canonis *vbi periculum in 6.* esse occasionem differendi, vel turbandi electionem Summi Pontificis. Ergo quando collocutiones cum Cardinalibus, vel scripturæ ad eos missæ nullum continent abusum, nullam occasionem differendi, vel turbandi electionem Pontificis, imò conducunt, & ordinantur, & efficiunt, vt actu sequatur subita, recta, libera & matura electio ipsius Pontificis, vt est finis, & voluntas dictarum Constitutionum, in tali casu dicendum videtur ita colloquentes, & scribentes neque peccare mortaliter,nec incidere in censuras.

4. Probatur hæc opinio, quia quando cessat finis adæquatus, & fundamentalis legis etiam in particulari, lex non obligat, & lex fundata in præsumptione,ipsa deficiente non adstringit.

5. Probatur primo ex iure Canonico, vt patet *in cap.miramur, de seruis non ordinandis, iuncto cap. multis, de æt.& qualit. cap. cum cessante de appellationib.cap. quorundam de iudic. cap. Marchion. 1. quæst.2. cap. fin. de Reg.iuris*, & glossa *vers.seruorum in cap.ita quorundam de Iudæis*,

6. Probatur, ex iure ciuili, vt patet *ex l. quod dictum 32.ff.de pactis, l. adigere 6. §. quamuis de iure Patronatus l.illud 9.ff.ad legem Aquiliam,l.ita demum, ff.de administr.tutor.l.quod ait lex, ff.de dinortiis, l.1. §. vltim.ff.de alimentis legatis*, & Gloss.*verb.prouidentia,& verbo filio procedente lib.2. vers. & si extraneum, ff.de vulgari.*

7. Et tandem probatur auctoritate Doctorum, ita Granadus *in 1.2. contro.7. tract.3.p. 2. disput.15. sect.2.* & alij quos alibi adduxi, & ad satietatem adducit Franciscus Sousa in Bullam Clementis VIII. *de largitione munerum fundam.2.num.24.* quibus nunc addo Martinum de S.Ioseph *post Regulam S. Francisci fol.437. numer.7.* & me citato Roccaful.*tom.1. p.3.lib.6. de lege humana in communi capite 15.* & me citato Crescent.*in Præsidio Romano lib.3.numer.28* & me citato Bertrand.Loth. *in Resol. Theol. tractat.2. artic.8.* & Tamburin. vir. doct. & amiciss. *in decal. tom.1.lib.2.cap.1.§.10.num.3.* & me citato Pollachus *in vacat.epidem.p.1.num.65.* & me citato Caramuel *in Theologia regulari disp.5.nu.50.* & me citato Possentius *verb. lex, in collect. responsionum moralium tit. de Monialibus, inquis.2.n.52.* Et nota quod Granadus addit supra *sect.3. num.24. Satis esse probabiliter cognosci cessare adæquatam rationem legis, vt licitè possit non seruari?* dummodo, vt obseruat Roccaful. *vbi sup. Absit scandalum, & rectè procedatur in rei veritate, non verò fictione, fingendo deficere, & cessare finem legis in particulari, cum minime deficiat.* Vnde ex his aliqui non possunt intelligere, quomodo Pius IV. & Gregorius X. qui nihil aliud intendunt in suis Constitutionibus, quam optimam Pontificis electionem, quod postea velint eos excommunicationis nexu vinciri qui scriptiones adhibent tanquam media probabilia opportuna, imò, & forsan necessaria ad adiuuandam, & efficiendam dictam electionem, ideo putant in dictis Constitutionibus solum prohiberi litteras, quæ tanquam abusus tendere possunt ad differendam, turbandam,& impediendam liberam rectam,& maturam Pontificis assumptionem,non autem collocutiones, litteras &c. quæ illam adiuuare possunt,& ad hunc finem adhibentur.

Alibi in to.6. tr.1. Ref.70. 71.[1] & 72. & ibi in tr. 3. Ref.16. §.vlt. à lin.5. & ibi in tr.8.ex doctrina Ref. 57.& vlt.& in tom.1. tra. 5. Ref.45.à lin. 4. & vers. Proinde.& in to.5.tra.8. ex doctrina ref. 10. & in to. 7.tr.3.Ref.33. prope finem, à vers. Et satis. & hic in Ref.seq. per tot.signanter in §.vlt.

RESOL. XCVIII.

Opinio affirmatiua firmatur.

Et explanatur,quod aliquando lex fundatur in periculo facti, vel delicti, & vtrumque explicatur, quomodo debeat intelligi.

Et additur,quod opinio, quæ docet, cessante fine legis, cessare obligationem legis etiam in casu particulari, est contra communem? Ex part.12.tract.2. Resolut.5.

§.1. VErum supradicta opinio, licèt prima fronte speciosa videatur,quam ego olim speculatiuè loquendo,probabilem censui, asserendo cessante legis fine, non obligare legem etiam in particulari,nunc tamen omnino existimo practicè in nostro casu non esse hanc sententiam consulendam.Durum enim mihi videtur,in re tam graui relinquere iudicium de cessatione legis, non solum omnibus Eminentissimis Cardinalibus,sed etiam secularibus, itaut possint impunè scribere,& colloqui cum ipsis, quoties probabiliter dictas collocutiones,vel literas existimarent conducere ad bonam electionem Pontificis; atque ideo non adesse in illis abusum, sed cessare finem legis. Et vnus scriberet contrarium, quod scriberet alter, & ideo vnusquisque diceret, quod cessat finis legis in suo casu. Vnde si hæc opinio esset admittenda,dubitarem quod Sacrum Conclaue,& eius Rotæ magis frequentarentur, quam Posta Pascuini, & Constitutiones Pontificiæ tam arctæ deseruirent de vento,& in fumum transirent,& electio Summi Pontificis vsque ad Kalendas Græcas differretur.Ideo negatiuæ sententiæ, quam cer-

tam existimo, adhærendum puto, prorsus affirmatiuam refellendo.

Sup. doctrina contenta in hoc & duob. seqq. §§. lege in tom.7. tr.1. ex Ref.308. §.Nec. ad lin.12. & in tom.6. tr.1. Ref.69. & alias eius primæ not. & si placet etiam alias eius annot.

2. Dico igitur, quòd lex aliquando fundatur in periculo facti, vel delicti, quando enim lex, seu præceptum fundatur præsumptione facti, vel delicti, si factum, vel delictum cessat, cessat etiam obligatio legis, vt fuisti institutus hæres alicuius, non feciſti inuentarium, præsumitur, quod bona hæreditatis fodsconditi, & propterea es condemnatus vltra vires: si reuera non absconditi, non teneris in conscientia. At quando lex, seu præceptum fundatur in periculo facti, vel delicti, etsi delictum, seu factum, cessetin aliquo casu speciali; quia non cessat generaliter, & absolutè, id est non cessat ab entitate præcepta in se, ideo non cessat lex, neque præceptum. Ideo contractus minoris, vel pupilli sine auctoritate tutoris, & aliis conditionibus requisitis non valet, etsi cesset omnis fraus, Sic obligatio dotis, renunciatio illius, donatio vxoris facta marito, renunciatio legitimæ, confectio Sacramenti, electio, & alia similia, si fiant sine solemnitatibus, etiamsi sine fraude, non valent; etsi alia viget lex, quia non fundatur in facto, seu delicto præsumpto, sed in periculo facti, id est quod factum. seu delictum in ea re esse potuit, etsi actu non sit. Ita ex Pontio, Suarez, Salas, Bonacina, & aliis, docet hæc omnia Ferdinand. à Castro Palao *tom.* 1. *tractatu.* 3. *disp.* 1.*punct.*14. *num.* 13. Quibus adde Ianuarium *de Casibus reseruatis resolut.* 34. *num.* 14. & nouissimè Angelum Bossium *Variar. tom.* 3. *tit.* 16. §. *vnic. numero* 11. *&* 12.

3. Hoc supposito, sic argumentor. Quando lex præsumitur, & fundatur non in delicto, sed in periculo delicti, illo deficiente adhuc lex obligat, sed in nostro casu, constitutiones Pontificiæ non fundantur, nec præsumunt factum, vel delictum, sed periculum facti, & delicti: ergo etiam deficiente præsumptione, & delicto obligabunt.

4. Probo minorem ex verbis Bullæ Pij IV. §. 2. ibi, *Nos quantum cum Deo possumus futuris periculis occurrere volentes &c.* Et ideo dixit Bonacina vbi infra *num.*10.*quod Summus Pontifex ad præcauenda pericula prohibet mitti scripta cuiusuis generis, &c.* Quod confirmatur ex illis verbis Greg. X. *in cap. vbi periculum, pro his tantum, quæ ad electionis negocium pertinent vocaretur, &c.* videlicet ait, Glossa, Aduocati, & Religiosi. *Ergo non prohibentur tantùm collocutiones quæ continent abusus & delictum, sed etiam locutiones absque abusu, & delicto, imò licitas in ordine ad rectam electionem Pontificis.* Itaque axioma illud Iurisconsultorum, ac Theologorum, legem fundatam in præsumptione, si præsumptio deficit non obligare, & cessante fine legis, legem non arctare, intelligenda sunt, vt diximus de fine legis, & præsumptione, quæ fundantur in delicto, non autem in periculo delicti, vt accidit in casu nostro circa prohibitiones Colloquentium vel scribentium ad conclaue, seu existentes in Conclaui.

5. Ad argumentum verò desumptum ex verbis Pij IV. appositis in procemio seu §.1.suæ Constitutionis patet responsio ex dictis, videlicet Pontificem ibi non loqui de abusibus continentibus delictum, sed tantum periculum. Ergo.

Sup. hoc in omnibus Ref. & §§. positis in annot. §. Et tandé, præcedentis Ref.

6. Adde, quod illa opinio, in qua fundatur contraria sententia, videlicet cessante fine legis, cessare obligationem legis, etiam in casu particulari, est contra communem, vt me citato obseruat Bassæus *verb. lex.*5. *num.* 3. & me citato Merolla *tom.*2.*capit.*8.*dub.*2.*difficult.*1. & me citato Verricell. *in qq.Moral.tract.*3.*quæst.*13. *numer.*13. & me citato Pellizzarius in *Manual. Regul.tom.*2.*tractat.*6.*cap.*4. *num.*22. & me citato Hurtadus *var.tom.*1.*tra.*3. *cap.* 6.*resol.*35.*num.*223. & me citato Caspensis *in Curs. Theol.tom.*1.*disp.*6.*section.*1.*num.*4. Araujo *in* 1.2.*D. Thom.quæst.*97.*disp.*3.*sect.*7. *diffic.*3. *num.*45. & hæc opinio communiter recipitur in Schola Societatis, & ita præter Suarez, Vasquez, Salas Baldellum, Azorium, Filliccium, & alios à me alibi adductos tenet nouissimè Escobar *in Theol. Mor.tom.*1. *lib.*5. *cap.*9.*num.*66. Vnde practicè ego negatiuæ sententiæ adhæreo.

Alibi fusè.

RESOL. XCIX.

An in prohibitione colloquendi, & scribendi contenta in Bulla Pij IV. detur paruitas materiæ, excusans à peccato mortali, & ab incursione censurarum? Ex p.12. tr.2.Ref.6.

§.1. NEgatiuam sententiam mordicus sustinet Bonacina *tom.*3.*disput.*2.*quæst.*2.*punct.*34. *n.*13. vbi sic ait. *Dubium est vtrum mittens, vel recipiens modicum chirographum, & valde breuem scripturam, vinculo huius censuræ obstringatur. Ratio dubitandi est, tum quia paruitas materiæ semper excusat à mortali, consequenter etiam ab excommunicatione, quæ per peccatum mortale incurritur, tum quia legens octo, vel decem lineas libri ob hæresim damnati, non efficitur excommunicatione lata contra legentes libros hæreticorum, etiam si in illis paucis lineis insertus sit error, cuius causa liber ille damnatus fuit:* ergo *multo minus in præfatis casibus incurrit excommunicationem mittens, vel accipiens breuissimum chyrographum.* Et ideo post hæc dicta sic sic subdit Bonacina,

2. *His non obstantibus omnino sustinendum est, tam recipientem, quam mittentem breue chirographum in præfatis casibus vinculo excommunicationis ligari; Ratio est, tum quia prohibitio generalis est, non solum enim prohibentur litteræ, verum etiam scriptura cuiusvis generis, nota & signa; huiusmodi autem chirographum comprehenditur sub nomine scripti cuiusuis generis, vel saltem sub nomine notæ, aut signi, tum quia vbi est eadem ratio, debet etiam esse eadem iuris dispositio* l. illud, ff. ad leg. Aquil. l. illud, Cod. de sacrosanct. Eccles. & l. à Titio, ff. de furtis. *Ratio autem ob quam ista excommunicatio lata est, militat tam in breui chirographo, quàm in longiori, cum inde arripi possit occasio impediendi liberam futuri Pontificis electionem. Ad primam rationem dubitandi, Respondeo, in hoc casu non adesse paruitatem materiæ, sed materiam ipsam sufficientem ad mortale, & ad censuram incurrendam, vt patet ex rationibus à me allatis. Ad secundam, negatur consequentia. Ratio disparitatis est, quia illa excommunicatio lata est contra legentes libros hæreticorum; qui autem paucas lineas legit, non dicitur, moraliter loquendo librum legere, consequenter ratione paruitatis materiæ à mortali, & censura excusatur. Qui verò breue chirographum in Conclaue mittit, vel recipit, dicitur recipere aliquod scriptum, notam, vel signum, quod est materia istius excommunicationis: consequenter non excusatur à mortali, & ab excommunicatione.* Hucusque Bonacina, cuius opinio terrere quidem debet illos, qui forsitan folia integra extra Conclaue scriberent, vel reciperent.

3. Sed licèt hæc opinio sit satis probabilis, tamen ego puto aduersus illam: dandam esse paruitatem

tem materiæ in prohibitione colloquendi, & scribendi contenta in Bulla Pij IV. Et ita hanc sententiam sustinet Castrus Palaus *tom. 6. disput. 3. punct. 29. num. 6.* vbi ita asserit. *Ex eodem etiam fine desumendum est, an litterarum missio grauitatem peccato mortali requisitam attingat: si enim ex se leuiter nocere possit, & non grauiter intentioni Pontificis, à peccato mortali & consequenter à censura excusabitur. Nihilominus, consultum est à qualibet litterarum missione, & secreta locutione omninò abstinere, tum ob scandalum, tum quia saltem in foro exteriori dum veritas non manifestatur, sic litteras mittens recipiens, & secretè colloquens excommunicationi subiectus erit.* Ita ille, & ego. Vnde ex his ego interrogatus respondi non esse paruitatem materiæ, sed peccatum mortale si aliquis ex Conclaui diceret alicui his paucis verbis: Vade, & dic Oratori Hispano, vel Gallo, vt impediat electionem eam faciendam Cardinalis N. nam licèt verba prolata quoad materiale sint pauca, formaliter tamen sunt multa, & grauiter nocent intentioni Bullæ prohibentis colloquia, & scriptiones, ne turbetur electio Pontificis: Secus autem dicendum est, vt obseruat Palaus, si aliqua pauca verba etiam circa electionem leuiter nocere possint intentioni Pontificis, vt si quis diceret alicui: *Cardin. N. habuit decem vota*, maxime si in hoc non sequeretur turbatio, vel aliud inconueniens in Conclaui.

4. Itaque paruitas materiæ in hoc casu non solum metienda venit ex quantitate, vel paucitate verborum, sed ex leui, vel magno nocumento, quod verba illa afferre possunt electioni Pontificis; Id verò, quod diximus in ordine ad Colloquia, dicendum est etiam in ordine ad scriptiones.

RESOL. C.

An peccet mortaliter Cardinalis, si in Rota audiat aliquem cum ipso loquente, ipso tamen nihil respondente, vel contra?

Ex quo deducitur, quid est dicendum de excommunicatione lata contra colloquentes cum Monialibus, si quis cum aliqua loquitur, ipsa verò nihil respondente? Ex part. 12. tractat. 2. Resolut. 7.

§. 1. Difficultas oritur ex verbis Pij IV. appositis in Bulla, vbi sic habetur *Clauso Conclaui nulli ad colloquium admittantur*, Nota verbum *Colloquium*, quod importat duorum locutio: Sed in nostro casu tantum vnus loquitur, & alter nihil respondet; ergo non dicitur colloquium, & ideò non adest transgressio præcepti. Vnde in casu simili Pelizzarius *de Monialibus cap. 5. section. 5. quæst. 217. num. 217.* Sic ait. *Probabile videtur non incurrere excommunicationem latam contra colloquentes cum Monialibus eum, qui cum Moniali loquitur ipsa nihil respondente, siquidem in tali casu non interuenit propria collocutio, quæ sola prohibetur sub censura; quæ opinio fortè non est improbabilis, attenta communi doctrina ad incurrendam censuram prærequiri effectum completum, & consummatum, sub ea prohibitum.* Ita ille.

2. Sed ego alibi hanc sententiam impugnaui & impugnat Ioseph Demarius *in Praxi Cas. Reser. Disquis. 3. quæstione 5. numer. 100.* nam relictis rigoribus grammaticalibus, idem est loqui, ac colloqui, quod probaui in terminis casus nostri: nam vbi Pius IV. in sua Bulla prohibet *Colloquia*, antea Gregorius X. prohibuerat *loquutiones*. Et in decretis Pontificum eorum mens est attendenda. Adde, quod in casu nostro videntur supradicti peccare, & incurrere excommunicationem: nam licèt non respondeant, certum est, quod in tali casu contra prohibitionem Pij IV. recipiunt, vel mittunt nuncium, vel recipiunt, & præbent notas, & signa: nam quæ maiora signa, & notæ, quam verba, & ideò sunt comprehensæ *in §. litteras* dictæ Bullæ Pij IV. Sed probabiliter contrarium dici potest: nam verba censurarum, vt sonant, & strictè debent intelligi: Ergo in casu nostro isti tales non incurrunt in censuram. Probatur, quia certum est non recipere, nec mittere litteras, non recipiunt nuncium, quia nuncius mittitur ab alio, & loquitur nomine alterius. Non recipiunt signa, & notas, quia signa, & notæ significant aliquid ex conuentione, & intelliguntur tantum mittenti, & illi ad quem mittuntur. Vt notat Bonacina *tom. 3 disput. 2. quæst. 1. punct. 3 5. num. 10.* verba autem non ita, sed ea à primæua institutione eandem rem omnibus significant, & manifestant, & ab omnibus æqualiter intelliguntur. Ergo in nostro casu non est locus censuræ: Casus est curiosus, ideò tu cogita.

3. Quod tamen intellige, quoad Censuras, per ea quæ dicta sunt in *resolut. 2.* nam quoad peccatum, vt diximus *resolut. 3.* propter cooperationem cum locutione alterius circa res pertinentes ad electionem, vt suppono, aliter philosophandum erit. Quæ hic sunt supra Ref. 95. & 96.

RESOL. CI.

An ad incurrendam censuram latam in cap. Cum periculum, *requiratur, quod missio scripturæ, vel nuncij sit secreta, vt requiritur pro collocutione?*

Et quid quoad Bullam Pij IV? Ex part. 12. tractat. 2 Ref. 8.

§. 1. Svppono quod in dicto cap. excommunicantur omnes qui mittunt scripturam aut nuncium, vel loquuntur occultè Cardinalibus aut alicui eorum existentibus in Conclaui pro electione Papæ. Difficultas est. An ad incurrendam dictam censuram requiratur, missionem litterarum, vel nuncij esse secretam, sicut requiritur in locutione?

2. Et quidem Geminianus, Ioan. Andreas, & Archidiaconus *in dicto cap.* Syluester verbo *Excommunicatio 9. num. 34.* Angelus *eodem 7. casu 23.* Tabiena *5. casu 16.* & alij, existimant nuncium, & scripturam secretè mitti debere, vt huic excommunicationi locus sit, quia nulla est specialis ratio, quare potius in locutione requiratur secretum, quam in scriptura, & nuncio, præterquam quod ad verbum illud, *secretè*, positum in fine clausulæ, ad omnia antecedentia referri debet. Nihilominus contraria sententia communior est.

3. Dicendum est itaque solam locutionem secretam excommunicationi subiici, nuncij, vel scripturæ missionem quæcunque sit, siue secreta, siue publica, excommunicatione affici. Retio est quia Pontifex non absque mysterio seorsim loquutus est de nuncio, & scriptura, eaque nulla apposita restrictione generaliter prohibuit dicens; *Nulli etiam fas sit ipsis Cardinalibus, vel eorum alicui nuncium mittere, vel scripturam*, statimque subiungit, *Qui verò contra fecerit scripturam mittendo, vel nuncium, aut cum aliquo ipsorum secretè loquendo, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat.* Non igitur aduerbium illud *secretè* ad nuncium,

vel scripturam referendum est, sed solum ad locutionem. Præterquam quod communicatio per scripturam, vel nuncium ex se secreta est, ideòque opus non fuit huic communicationi eam qualitatem exprimere. Et ita docet Toletus *lib. 1. summæ, cap. 38. num. 1.* vbi ex Caiet. notat particulam illam, *secretè*, non esse coniungendam cum *scriptura*, aut *nuntio*, sed cum vltima particula, scilicet, cum *locutione*. Ita etiam Suarius *disputat. 23. sect. 4. num. 1.* qui etiam notant ex eodem Caietano, quod hæc excommunicatio non ligat ipsos Cardinales, etiamsi has actiones inter se, vel cum aliis faciant, nec etiam Cardinales, qui colloquuntur, vel recipiunt scripturam, vel nuncium, sed eos, qui mittunt, vel secretè colloquuntur, & in Conclaui non existunt. Itaque certum est licere Cardinalibus in Conclaui existentibus inter se loqui secretè, vel nuncium mittere, aliquem scilicet famulum, quem vnusquisque intus habet, & eadem ratione licere scriptum inter se dare, vel mittere quantum est ex vi huius legis. Ita Suar. Vide etiam circa præsentem difficultatem Sayrum *de cens. lib. 2. cap. 35. num. 3.* Et Filliucium *tom. 1. tract. 14. cap. 2. quæst. 2. punct. 34. num. 4.* Castrum Palaum *tom. 6. disp. 3. punct. 31. num. 1.* & nouissimè Marcum Serium *de Censur. tom. 5. disp. 3. diffic. 3. quæst. 2. num. 1.* & Gibalinum *in Synopsi censurarum verb. electio num. 6.* Sed quicquid sit de intelligentia Censuræ latæ à Gregorio X. *in d. cap. vbi periculum.* Certum est hodie per Bullam Pij. IV. absolutè, & generaliter omnes mittentes litteras, scripturas, &c. extra Conclaue, vel illas recipiendo, incurrere in censuram latæ sententiæ, summo Pontifici reseruatam.

RESOL. CII.

An Collocutiones, & Scripturæ præter materiam electionis sint in dicta Bulla interdicta? Ex part. 12. tract. 2. Res. 9.

§. 1. SEd ne videar nimis rigidus obseruo Martin. Bonacinam *tom. 3. disput. 2. q. 2. pun. 3. num.* 10. etiam docere in dicta Constitutione Pij IV. prohiberi non solum litteras, &c. de rebus pertinentibus ad electionem, sed ad quascunque alias materias: sic enim ait, *Sed modo dubium est Primò, vtrum ad istam excommunicationem incurrendam opus sit, vt scriptura tractet de re ad Pontificis electionem pertinente? Respondeo, id non requiri, sed sufficere quamlibet scripturam. Ratio est, tum quia Summus Pontifex ad præcauenda pericula prohibet mitti, vel recipi scripta cuiusuis generis*, ibi, litteras verò, aut cuiusuis generis scripta, *tum quia sicut prohibetur quælibet locutio cum Cardinalibus. ita etiam cuiuslibet scriptura transmissio. Addo sub eadem excommunicationis pœna prohibitum esse nuncium notam, aut signa mittere, etiam si illa signa nota sint tantummodo mittenti, & illi ad quem mittantur, vt si quis cum aliquo qui Conclaue ingressus est confingat quosdam Characteres, aut signa, vt aliter intelligat illud significari, quoties talis signum dederit,* Ita ille.

2. Verum hæc opinio mihi non placet, sed magis adhæreo sententiæ Iosephi Gibalini *in Synopsi Censurarum ver. electio num. 6* Castri Palai *tom. 6. disputat. 3. punct. 18. num. 6.* & Iulij Lauorij *in suis elucubrationibus titul. 3. capit. 2. numer. 10. & 11.* qui rectè docent Pontifices in dictis Constitutionibus loqui tantum de collocutionibus, & scripturis tractantibus de electione summi Pontificis, & non de aliis pertinentibus ad alia negotia. Nec obstat ratio à Bonacina adducta, Bullam Pij IV. generaliter, indistinctè cuiusuis generis scripta, interdicere, quia illa verba *cuiusuis generis* non ad materiam in scriptura contentam, sed ad modum scripturæ referri debent. Itaque dicendum est, illa verba intelligenda esse de negotiis deuiantibus ab electione, prout videtur intelligi Pius IV. de scripturis pertinentibus ad electionem. Ideo *in cap. Vbi periculum §. hoc sacro* verb. *nullo:* adducuntur verba *secretè loquuntur*; & in Bulla Pij IV. *in dicto §. litteras.* dicitur *nota* aut *signum*: alia enim negotia, & scripturæ non tangentes negotium electionis, vel Conclauis; parum refert, quod secreto, vel per signum, aut notam tractentur.

RESOL. CIII.

De deferentibus literas, & loquentibus cum famulis Cardinalium, an incurrant in censuram?

Et quid, si sciunt postea famulos omnia referre suo Cardinali?

Et notatur, quod dicti famuli, Conclauista, & Magister Cæremoniarum, & alij existentes in Conclaui, licèt non incurrant censuram Pij IV. loquendo cum aliis extra Conclaue de rebus pertinentibus ad electionem, peccabunt tamen mortaliter, & qui cum illis loquentur, etiam lethaliter peccabunt?

Et aduertitur secretam locutionem tametsi ad electionem non pertineat, excommunicationi subiici? Ex part. 12. tr. 2. Res. 10.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Thesaurus *in praxi de pœnis par. 1. ver. Conclaue, cap. 2. §. Nota quod*, vbi sic ait, *An autem pœnæ ibi contra dictos deferentes litteras, notas, & signa furtiuè, sit lata sententia? Respondeo secundum communem opinionem esse latæ sententiæ, quia verbum* incurrant, *est latæ sententiæ.* Sed ego ex sola delatione litterarum non video vbi sit lata talis censura: nam Gregorius X. loquitur de mittentibus litteras, & scripturas, non de deferentibus, & ideo assero, quod deferentes litteras, seu scripta, etiam si sciant, continere aliqua circa electionem, non incurrunt excommunicationem, latam etiam in Constitutione Pij IV. quia Bulla de illis non loquitur, sed tantùm de mittentibus, & verba excommunicationis sunt, vt iacent, & strictè interpretanda, cum pœnam contineant: incurrunt tamen isti deferentes censuram Gregorij X. in *capite vbi periculum de electione in 6.* si loquantur secretò cum illis ad quos litteræ mittuntur, ita Marc. Serius *de censura tom. 5. disputat. 3. difficult. 3. quæst. 2. num. 1.* & Barbosa *de potestat. Episcopi par. 3. allegat. 50. num. 201.* Item loquentes cum famulis Cardinalium de rebus pertinentibus ad electionem, nullam incurrunt censuram, quia de his nulla mentio efficitur in Bulla Pij IV. nec in *cap. vbi periculum.*

2. Sed quid si sciunt postea famulos omnia referre suo Cardinali? videtur affirmatiuè respondendum, quia tunc ille famulus habetur tanquam nuncius ab ipso missus ad Cardinalem. Sed ego puto non incurrere in censuram, si ipse loquatur cum famulo Conclauista absque tali intentione: nam in tali casu non dicitur propriè mittere nuncium iuxta strictam verborum significationem vltra quam in pœnalibus non debet fieri extensio. Ita Bonacina *vbi suprà numero* 8. Nota verò quod dicti famuli Conclauistæ, Magistri Cæremoniarum, & alij existentes in Conclaui, licèt non incurrant censuram

suram Pij IV. loquendo cum aliis extra Conclaue de rebus pertinentibus ad electionem, peccabunt tamen mortaliter, & qui cum ipsis loquentur peccabunt etiã mortaliter propter cooperationem, quod idem dicendum est de loquentibus cum Dominis Cardinalibus. Nota etiam secretam locutionem de qua sermo habetur *in cap. vbi periculum*, tametsi ad electionem Pontificis non pertineat, affirmat Bonacina *disput. 2. quæst. 2. p. 34. num. 10.* huic excommunicationi subiici. Quod in foro externo verissimum est; at in foro conscientiæ difficultate non caret, cum nequaquam obstet, neque obstare possit fini per hanc legem intento. Ita Palaus *tom. 6. disput. 3. punct. 31. num. 1.* verum si secreta locutio non pertineat ad electionem, censura afficientur non tamen Papæ reseruata.

In hoc numero in fine Resol. 107.

RESOL. CIV.

An quis incurrat in censuram, si literæ ad Cardinalem scriptæ ad illum non perueniant?

Et casus nouus apponitur, videlicet si quis daret in Rota litteram Cardinali, qui tunc non legeret, ne videretur, & postea literam perderet, an inquam, in tali casu vterque incideret in censuram?

Ex quo deducitur assassinum, si vulnerauit animo occidendi, & vt occideret, fecit, quantum potuit, non sequuta morte, ordinaria pœna non esse puniendum? Ex part. 12. tr. 2. Resol. 11.

§. 1. OBseruandum est hic cum Serio vbi supra, eum non affici excommunicatione præfati capitis, qui litteras alicui Cardinali scripsit, sed illæ ad Cardinalem non peruenerent, etiam si forte is, qui eas intercepit, eidem Cardinali significauerit, quid in ipsis contineatur, quia effectus ex parte mittentis non est consummatus.

2. Sed difficultas est, An si quis daret in Rota litteram Cardinali, qui tunc non legeret, ne videretur, & postea litteram perderet, an inquam in tali casu vterque incideret in censuram?

3. Videtur affirmatiuè respondendum, quia deuentum est ad actum proximum, & per ipsos non stetit; quod autem littera non fuerit lecta, per accidens euenit. Ergo delictum fuit ex parte vtriusque consummatum.

4. Respondeo distinguendo delictum fuisse consummatum, materialiter, concedo, fuisse consummatum formaliter, nego. Ergo cum simus in materia odiosa, strictè interpretanda; non debemus in hoc casu attendere consummationem delicti materialem, sed formalem. Probatur quia tam scribens, quam Cardinalis non assequutus est finem propter quem missa est illa littera, quia lecta non fuit, & ideo in ea contenta scita non fuerunt. Confirmatur hæc opinio quia non desunt Doctores asserentes probabiliter assassinum si vulnerauit animo occidendi, & vt occideret fecit quantum potuit, non sequuta morte, ordinaria pœna non esse puniendum: at in isto casu gaudet immunitate Ecclesiæ, vt determinauit Sacra Congregatio in vna Bononien. die 10. Aprilis 1618. & in vna Florentina 10. Iunij 1636. & docet Donatus de Asylis *resol. 109. num. 3.* & alij. Sic, & in casu nostro, licèt deuentum sit ad actum proximum, & per supradictos nõ steterit quin litteræ legerentur; tamen quia reuera lectæ non fuerunt, res permansit in eo statu, ac si litteræ non peruenissent in manus Cardinalis, &c. Et ideo delictum non fuit cum effectu consummatum. Non habeo pro hac sententia Doctorem in terminis: sed omnis opinio in principio sine auctore incepit, verum remitto me iudicio doctorum virorum. Et quidem video Bonacinam *num. 8. & 9.* constituere hoc delictum eo ipso, quòd litteræ recipiantur, & ad Cardinales peruenerint, dummodo ipsi sciant dictas litteras continere materiam electionis, & ideo Thesaurus *part. 2. verb. Conclaue cap. 2.* sic ait: *Mittentes nuncium, vel litteras non incurrunt censuras istas, nisi nuncij, vel litteræ peruenerint ad quos mittuntur, quia actus nondum est consummatus.* Ita ille, sed magis clarè iterum Bonacina *num. 11.* vbi docet illum affici excommunicatione, qui aliquid scriptura inuoluit, illudque in Conclaue mittit, etiam si putet fore, vt illa scriptura non legatur, adhuc enim dicitur mittere aliquod scriptum ad eos qui in Conclaui existunt. Et ad exemplum adductum de assassino, contraria sententia videtur esse communior, & illam tenet Couuarruuias, Carrerius, Corneus, Decianus, & alij, quos citat, & sequitur Megala *in 3. part. Inst. lib. 4. cap. 2. quæstion. 1. num. 20.* asserentes assassinum esse puniendum pœna ordinaria, si deuenit ad actum proximum, licèt mors sequuta non fuerit, & adducunt rationem, quia per ipsum non stetit.

RESOL. CV.

An si Cardinalis, qui propter infirmitatem egressus est è Conclaui scribat literas ad alios Cardinales in Conclaui, incurrat excommunicationem?

Et aduertitur, quod dictus Cardinalis debet quamprimum ad Conclaue redire?

Ex quo sequitur Siculum, v. g. posse virtute Cruciatæ edere lacticinia in Regno Neapolitano, si sit in Siciliam statim rediturus?

Et notatur Cardinales exeuntes è Conclaui prabere iuramentum acta in Conclaui circa electionem neminì manifestandi? Ex part. 12. tract. 2. Resol. 12.

§. 1. AFfirmatiuè videtur respondere Castrus Palaus *tom. 6. disp. 3. punct. 35. num. 1.* vbi sic ait. *Verum si contigerit aliquem Cardinalem extra Conclaue existere, & nuncium, vel scripturam ad existentes in Conclaui mittere, credo huic excommunicationi subiectum esse, quia nulla est ratio ob quam excusari possit, si quidem sub generali prohibitione mittendi nuncium, vel scripturam ad existentes in Conclaui comprehensus sit.* Ita ille, cui adde nouissimè eruditum Iosephum Gibalinum *in Synopsi censurarum ver. electio num. 6.* Sed ego probabiliter saluo aliorum iudicio existimo, Pontifices in dictis Bullis non loqui de Cardinalibus in ordine ad hunc casum; & ideo sicut possunt scribere literas sibi inuicem intra Conclaue, sic etiam extra, nam ipsi inter se hic, & nunc quoad electionem Pontificis constituunt vnum corpus. Adde, quod cum dictus Cardinalis ex iusta causa non est in Conclaui, & debet quam primum ad Conclaue redire, ideo non dicitur absens à Conclaui, nam statim rediturus, non dicitur à loco abesse, sed præsens esse. Et ideò dixit Amicus in *Curs. Theol. tom. 5. disp. 5. sect. 16. num. 359.* quod moraliter censentur loco præsentes, & vt præsentes in ipso iure habentur, qui mox sunt reuersuri. Vnde ego satis probabiliter * docui Siculum verbi gratia posse virtute Bullæ Cruciatæ edere lacticinia in Regno Neapolitano, dum absit scandalum si sit in Siciliam statim rediturus, quia non dicitur absens; Et ita me citato, tenet nouissimè Marcus Serius *to. 2. in Bullam Cruciatæ disp. 1. dific. 7. §. 5. q. 10. n. 2.*

* Docuit in tom. 4. tr. 5. Resol. 161. & in aliis eius primæ, & secundæ not.

2. Confirmantur superius dicta authoritate *leg. Postliminij 3. captiuus, & leg. nihil. ff. de captiuis & postlimin.*

limin. reuerſ. ex l. 3 ff. de diuor. ex c. diuortium de pœnis dict. 1. cum aggregatis per Rebuffum *de priuil. ſchol. priuil. 13. per tot.* & per Gonzales *in regul.* 8. *Cancellaria, gloſſ. 34. num. 5.* quod etiam clarè probatur *ex Concilio Tridentino ſeſſ. 23. cap. 1. de reform.* vbi hæc verba habentur. *Quoniam autem aliquantiſper tantum abſunt, ex veterum canonum ſententia non videntur abeſſe, quia ſtatim reuerſuri ſunt, ſacroſancta Synodus &c.* Cum igitur in noſtro caſu Cardinalis citò ſit in Conclaue reuerſurus ſecundum leges & Canones, vt Tridentinum obſeruat; dicitur in Conclaui præſens & non abſens.

3. Obſerua tamen contrarium aſſerendum eſſe ſi Cardinalis v.g. Cueua, Sandoual, vel Mazarinus ſcriberent ad Cardinales in Conclaui, vel è conuerſo iſti ſcriberent ad illos; omnes in cenſuram Pontifici reſeruatam incurrerent. Probatur, nam doctrina ſuperius firmata non poteſt applicari, nec militare in hoc caſu; illi enim Cardinales voluntariè e Conclaui abſunt, nec poſſunt dici moraliter præſentes, quia non ſunt ſtatim reuerſuri.

4. Sed ſtando in hac opinione, dicendum videtur, dictos Cardinales, ſi cum aliis loquerentur de rebus pertinentibus ad Conclaue in ordine ad electionem peccare mortaliter, & ſecundum opinionem aliquorum incidere in Cenſuram reſeruatam, quia vt diximus, habentur moraliter, ac ſi adeſſent loco Conclauis, in quo non eſt licitum eis ſupradicta facere.

5. Verum ſi aliquis ſtaret in opinione Caſtri Palai; præſertim ſi citra fraudem exeant è Conclaui, contrarium erit, quia præceptum peccati mortalis, & pœna cenſuræ imponitur Cardinalibus exiſtentibus in Conclaui. Ergo non comprehenduntur in dictis prohibitionibus; niſi quis dicat opinionem Caſtri Palai procedere in caſu, quo Cardinales non exiſterent Romæ mox rediturі, de quibus non loquimur, ſed de Cardinalibus nimis longè abſentibus, vt Cardinalis Cueua, & alij. Ergo opinio Caſtri Palai non facit contra nos.

5. Nota tamen hic obiter, Cardinales exeuntes è Conclaui præbere iuramentum, acta in conclaui circa electionem nemini manifeſtandi.

RESOL. CVI.

An Cardinalis, qui propter infirmitatem exiuit è Conclaui, teneatur poſtea, ſi conualeat, redire?

Et an talis Cardinalis, ſi nolit redire poſt adeptam ſalutem intra Conclaue, poſſit compelli intrare?

Et infertur, an in Religione poſſit in electione aliquis Religioſus ſuffragium ſuum negare? Ex p. 12. tract. 2. Reſ. 13.

§. 1. AFfirmatiuè videtur reſpondendum ex his, quæ affert nouiſſimè loquens de electionibus Religionum Pater Hieronymus Garzias *in Republica Regul. tom. 2. tract. 9. difficul. 3. dub. 8. n. 2. & 3.* vbi citans Sigiſmundum, Samuellium, Bonacinam, & Lezanam, ſic aſſerit.* *Los electores no pueden con buena conciencia renunciar el voto, y ſi lo hazen ſin cauſa legitima, y muy iuſta, peccaran mortalmente, aſſi lo tienè los DD. citados à los quales, añado el Cardenal Tuſco* litt. Z. concluſ. 17. num. 11. *Prueba ſe lo primero con muchas deciſiones de la Rota, que refiere Samuelio vbi ſupra num.* 3. *y la razon es porque como ſe dize en vna deciſion de la Rota, que trae Tamburino* tom. 1. y es la 81. num. 8. *puede vno renunciar a ſu derecho, quando es ſolo en ſu fauor; pero quando es mixto, que es fauor proprio, y fauor publico, no puede, de que trae la deciſion en a quel lugar muchos Autores, ſed ſic eſt, que el derecho de elegir que les da la Religion, no ſe les da para ſu proprio fauor, y vtilidad; ſino* in gratiam officij, & boni publici; *como el priuilegio del Canon; que da la Igleſia al Clerico, el qual no le puede renunciar, luego haziendo ſin cauſa legitima haze agrauio a la Religion, y a los que le dieron el tal officio, y poder luego peca grauemente, Cuya doctrina ſe ha de eſtender a los electos para votar en Cortes, y en otras coſas graues de la Republica.* Ita ille, quæ à fortiori procedunt in Dominis Cardinalibus, nam fateor, quod à iure diſpoſitum eſt neminem ad electionem inuitum compelli, *cap. in cauſas cap. ad Apoſtolicam de Rugul.* tamen hoc tutum in Cardinalibus non videtur, nam ius eligendi Pontificem, qualitatem eſſe à Cardinalibus inſeparabilem docet Laudenſis *de Cardinal. tra. 2. q. 37.* Dicendũ eſt itaque quod licèt quilibet poſſit fauori proprio renunciare. *l. ſi quis in conſcribendo C. de Epiſcop. & Cleric, l. penult. C. de pact. cum ſimilibus;* non poteſt tamen renunciare fauori mixto, hoc eſt quando id, quod renunciatur, non ſolum proprium fauorem ipſius renuncіantis; ſed etiam fauorem alterius, ſeu publicam vtilitatem concernit, Felin. *in cap. ſi diligenti, num. 16. de foro competen. & in cap. Cum acceſſiſſent ſub num.* 29. & ibidem Dec. *num.* 23. & 24. *de conſtit.* Caſtrenſ. *in l. penult. num. fin.* & ibi Iaſon. *num.* 14. *C. de pact.* Calderin. *conſ.* 1 *in fin. verſ. Si verò de pact.* Gozad. *conſ* 88. *num.* 20. Caſtrenſ. *conſ.* 259. *ante num.* 6. *lib.* 1. vbi adducit ſimile in Clerico, qui non poteſt renunciare priuilegio Clericali; vt conueniatur coram Iudice ſeculari, vt notatur *in cap. ſi diligenti de foro compet.* Quæ omnia videntur à fortiori procedere in caſu noſtro, nempe Cardinalem, qui ex Conclaui exiuit propter infirmitatẽ, ſi poſtea conualuit, non poſſe abſque iuſta cauſa remanere extra Concluae, & renunciare proprio fauori eligendi Pontificem,; & hanc opinionem ſine vlla trepidatione ego ſequor. Quia ibi agitur de re grauiſſima, & concernente totam Eccleſiam: ergo cum Cardinales ſint Eccleſiæ Cardines, non poſſunt ſe abſentare, cum poſſint commodè adeſſe. Et ita in terminis terminantibus docet nouiſſimè Thomas Hurtadus *variarum Reſolut. tom. 2. tract. 12. cap. 1. §. 4. num.* 1435. qui citat Garziam, Villadiego, Platum, & Paleotum.

2. Sed difficultas eſt, an talis Cardinalis, ſi nollet redire poſt adeptam ſalutem intra conclaue, poſſet compelli intrare? & quæſtionem hinc inde eruditè pertractat Albanus de Cardinalibus *q. 28. per totam,* & in ſententiam negatiuam figit pedes, vbi ſic ait. *Nec obſtat Clem. ne Romani, non excuſare niſi eum, qui mala valetudinis cauſam afferre poſſit, quin iterum Concluae ingredi compellatur, quia illud procedit ibi propoſita re, videlicet, quando omnes penitùs exiiſſent, ſed hoc ad caſum in quo eorum ſola pars exierit ad correctionem alterius iuris dilatandum non eſt, maximè cum illud* cap. priuationis pœnam iniungat, *vt prædixi. Non obſtat, quod iſti redeuntes alios quoque in ſuam ſententiam trahere potuiſſent, ac de meliori Paſtore prouidere, quia reſpondeo in caſu noſtro quanto pauciores eſſent, eos tanto facilius conuenturos, nam ſi eorum aliqui inuiti, & nolentes Conclaue ingredi cogerentur, aut ſcandalum, aut ſchiſma facillimè conciterent, quod maximè præcauendum eſt, vt in dictis iuribus euidenter apparet; minor enim hoc modo erit diſſentiendi facultas, ideo ſententia iſta amplectenda eſt.* arg. d. Clem §. Cæterùm; *nam ob hoc voluit textus* in d. cap. Vbi periculum §. Sanè, *tales amplius admitti non debere, ſed ad illos tantùm, qui in Conclaui remanent, eligendi ius deuolutum eſſe,* arg. cap. Gratum, *cum concord. de poſtul. Prælat. alias dicendum eſſet illud, quod ad celebrandam*

Pontificis

* Sup. hoc ſupra lege doctrinam Reſ. 18. & in tom 7. tr. 1. Reſ. 115. per totam, & ibi in tr. 6. Reſ. 28.

Et quamuis non plene ſup. hoc ſed pro aliis diuerſis caſibus, qui contingere poſſunt de ca hoc tamen nes Reſ. annotatis dictarũ & ſignatis in tom. 6. ex Reſ. quamuis tatiue quatuor lin. 3. 1.

Pontificis electionem conditum fuisset, facilè contrarium effectum operari posse contra l. legata inutiliter, ff. de admin.leg. *Non obstat Quemadmodum omnibus egressis omnes ad redeundum compellendi sunt, ita & quando pars tantùm exierit, iudicandum esse,* arg.d.l. Quæ de tota, *quia respondeo legem illam procedere non posse, vbicunque eadem ratio non subest, vt per* gloss. in Clem. 11.in ver.defensor de reb.Eccles.non alien.& gl. in l.Qui hominem in princ. ff. de solu. & *per Iaf.* in l. Serui electione §. cum fundus, ff.de leg. 1. *cum multis simil. sed in casu isto non subest eadem ratio: ergo &c. Patet, quia omnibus exeuntibus tunc sine Pastore Ecclesia relinqueretur, quod quidem maximi momenti, infinitique ponderis esse nouimus, vt* gloss.in Clem. Ne Romani §. Cæterùm. *Secus est, quando aliqui tantùm exeunt, quia ad alios eligendi facultas recidit, qui vt dixi, facilius etiam in concordiam adducentur. Non obstat pœnalem Constitutionem ob vtilitatem publicam extendi posse per text vbi* Bar.in d.§. Exercitium *respondetur enim id locum habere, quando, nisi fieret extensio, publica vtilitas laederetur, vt ibi per* Bar. *dicentem, ideo demisso ab exercitu admissum à cohorte extensionem fieri, quia alias delictum contra publicam vtilitatem impunitum remaneret, contra* l.ita vulneratus, ff.ad l.Aquil. *Sed in proposita difficultate quamuis isti non cogerentur, nihilominus Ecclesia sine Pastore non remaneret, quia ab aliis facilius electio fieret, vt diximus.* Ita ille, qui tamen pro affirmatiua sententia affert Angelum cum rationibus minimè contemnendis, adi illum, & non pigebit.

RESOL. CVII.

An Cardinalis, v.g. qui mandauit Conclanistæ, vt scribat extra Conclaue circa materiam electionis, in censuram Pij IV. incurrat?

Ex quo deducitur, quod censura prolata contra aliquid facientes non comprehendit mandantes.

Ideo si quis mandaret famulo, vt legeret librum hæreticum & ipsum audiret, non incideret in censuram latam contra legentes libros Hæreticorum.

Et iam infertur non incurrere censuram latam contra colloquentes cum Monialibus, si quis loquatur cum ipsis per intermediam personam.

Et notatur in primo casu supra posito Cardinalem in tali casu peccare mortaliter propter mandatum, & cooperationem cum peccato famuli? Ex part.12. tractat.2 Resol.14.

§.1. VIdetur affirmatiuè respondendum, nam qui per alios facit per se ipsum facere videtur, vt asserit Regula 72. *Qui facit*, &c. in 6. Vnde qui mandat solui, ipse videtur soluere, vt ait *Etsi de offic. eius cui mandat. est iurisdictio.* Et ideo is, qui alienam iurisdictionem exequitur, non pro suo imperio agit, sed pro eo cuius mandato ius dicit, *l. Et si, de offic. eius cui mandat. est iurisdictio* confessionique eius cui fides datur, qui vel per se, vel per Adnocatum suum, in libello supplicè porrecto, aliquid asserit, quod contra se est, *l. Cum precum, cap. de liberal. caus.* Et valet dictum testis dicentis. Titium ligna amputasse, etiamsi per alium, vt *consilio suo* 135. *lib.*2. ait Marianus Socinus nepos. Sic & in testamentis, atque vltimis eulogiis, qui sepulturam per alium eligit, perinde est ac si eligeret per seipsum, Anchar *consil.* 214. Et qui alieno annulo tabulas testamenti signat; perinde est atque si proprio annulo signasset. §. *Possent Inst. de Testam.*

2. Sed ego puto in tali casu non incidere in censuram, quia censura prolata contra aliquid facientes non comprehendit mandantes, ita Sanchez *tom.*1. *de matrimon. lib.*4. *dist.*49. *n.*1. *&* 2. Henriquez *lib.*13. *cap.*17. *n.*2. & alij. Sup. hoc magis late in tom.5.tr. 1.Resol.75. & in aliis eius primæ not.

3. Dices in hoc casu Cardinalis operatur in fraudem legis ne in censuram incurrat. Respondeo, quid inde? censura enim non fertur contra eum qui aliquid operatur fraudulenter ne incidat in ipsam, sed contra facientes actiones sub censura prohibitas, & ideò si quis ne incideret in censuram Bullæ Cœnæ, mandaret famulo vt legeret librum hæreticum & ipsum audiret, non incideret contra legentes libros hæreticorum; quia in tali casu Dominus non legit, sed facit legere. Ita Fagundez *in Decalog. tom.*1. *capite* 14. *num.*27. *art.*8. Trullench. *in Decalog. tom.*1. *libro* 1. *capit.*3. *dub.*9. §.3. *num.*24. Coninch *de fide disputation.*18. *dub.*11. *num.*178. & alij. Ergo & in casu nostro Cardinalis non incidit in censuram, quia non scribit litteras extra Conclaue, sed mandauit, vel consuluit, vt scriberentur. Nec obstat authoritas Bonacinæ adducta supra in *Resolut.*10. nam distinguendum est inter Collocutionem, & scripturam, & in ista materia non est facienda extensio, sed strictè verba sunt interpretanda. Sup. hoc præter doctrinam Resol. not. præteritæ, signanter in tom.4. tr.3. Resol.44. §. Sed hanc, ad lin.6. Sed lege eam per totam.

4. Ad argumenta pro contraria sententia adductum, quod qui per alium facit, per seipsum facere videtur. Respondeo primo, hoc procederet forsitan in nostro casu, si Cardinalis mandaret famulo, vt nomine ipsius Cardinalis litteram scriberet. Secundo illud axioma intelligendum est stante fictione Iuris, quæ quidem non sufficit, vt quis in censuram incurrat, & sic probabiliter aliqui asserunt non incurrere in censuram contra colloquentes cum Monialibus, si quis loquatur cum ipsis per intermediam personam. Et ita me citato docet Tamburinus de iure Abbatissarum *disp.*25. *quæst.*8. *numer.*2. *&* 3. & me citato Pellizzarius *de Monialibus cap.*5. *sect.*5 *num.*215. & me citato Ianuarius *de Casibus reseruatis resolut.*134. *num.* 49. cum aliis notat dictum Cardinalem in tali casu peccare mortaliter propter mandatum, & cooperationem cum peccato famuli. Quæ hic est supra Resol. 103. Sup. hoc in tom. 5. tr.1. Resol.84. §.2. ad medium, & in Resol. 88. §.Sed in fine. & in tom.7. tr.1.Resol.306. in fine. Et pro mandato contento in penult.lin. huius Resol. sup. in Resol.103.§. vlt.ante medium.à vers. Nota vero.

RESOL. CVIII.

Qua diligentia vti debeant Prælati in perscrutandis epulis in Conclaui intrantibus?

Et docetur in isto casu, & aliis, quod iuramenta de obseruandis statutis, legibus, & constitutionibus secularibus, vel Ecclesiasticis, intelligenda sunt quatenus sunt in vsu, & obseruantur?

Et aduertitur præceptum sub pœna suspensionis non inducere peccatum mortale, nisi expresse, & verbis æquualentibus id significetur.

Et notatur, quod si supradictus Prælatus adhibendo diligentiam moralem in perscrutandis epulis alicuius Cardinalis timeret ab ipso inferendum graue damnum, tunc equidem ad nullam diligentiam teneretur? Ex part.12.tr.2.Resol.15.

§.1. IN Bulla præfati Pij IV. sic habetur: *Prælati quoque ad Custodiam Conclauis deputati, sub pœna periurij, & suspensionis à diuinis, maxima, & exquisita diligentia vtantur in inspiciendis, ac perscrutandis epulis, & aliis rebus, ac personis in Conclaue intrantibus, & de eo exeuntibus, ne sub earum rerum velamine, litteræ; aut nota, vel signa aliqua transmittantur;* ita ibi: Et quidem illa verba: *maxima,* &

& exquisita diligentia videntur importare plusquam diligentiam moralem. Verum quia statuta è praxi, & obseruantia ipsorum, atque ita prout retro practicata, & obseruata fuerunt, interpretanda, & vel restringenda, vel extendenda veniunt, vt probat Cracta *cons.*735. *num.* 14. *par.* 4. Decianus *Respons.* 32. *numer* 17. *vol.*2.& alij, ques citat, & sequitur Hulrius Hunnius *in Encyclopedia Iuris part.*1. *titulo* 3. *cap.* 7. *numero* 71. Vnde interpretatio Statutorum è consuetudine, praxi, & obseruantia desumi debet, etiamsi proprietas verborum Statuti repugnet. Ioan. de Amicis *cons.*42. *num.*16.& 17. Ernest. Cothamann. *Resp.*48. *num.*24. *vol.* Aldetan. Mascard. *de general. Statutorum interpretat. concl.*2. *num.* 156. Et hæc omnia procedunt tam in legibus Ciuilibus, quam Ecclesiasticis, ex his dicendum videtur sufficere diligentiam moralem, vt quis non incurrat periurium & suspensionem in videndis,& perscrutandis epulis, quæ in Conclaui pro Eminentissimis Cardinalibus introducuntur. Et hoc stante praxi, & consuetudine post dictam Bullam Pij IV. (non illam derogante, *obserua hoc*, sed illam declarante, & interpretante) quam obseruarunt Prælati, qui postea Summi Pontifices fuere, & hodie ex hoc alij Prælati obseruant. Quanta esse debet hæc diligentia moralis, remittendum puto arbitrio docti, & timoratæ conscientiæ viri, vt suppono esse Prælatos, qui assistunt in Rotis. Nec sufficit dicere, quod sit impossibile, vt si quis velit, non introducat litteras in epulis supradictis, quia potest litteras apponere intra panem, & intra fundum artocrearum vulgo *Pastoni pastkci*, vel in fundo Cornutarum aut in fundo suberis frigidarij vulgo *Contemptori*, seu *Rinfrescatori*, Respondeo hoc non obstare vt ipsi liberentur à perscrutandis epulis, vt Bulla præcipit: sufficit tamen, vt dixi, & praxis ostendit adhibere diligentiam moralem arbitrio boni viri, non obstantibus illis verbis Bullæ *maximam & exquisitam diligentiam*. Et in particulari de dicta diligentia morali, sic loquitur Lauorius *in var. Elucubr.* 3. *cap.* 3. *numero* 23. *Perscrutentur cibaria, & vasa, qua intromittuntur omni solertia, & fide in prospiciendo epulas, & fercula, ne forsan laterent aliqua litteræ, nec non vinum, & aquam in vitreis vasis, exportare faciant.* Itaque rigidam cuiusdam Prælati diligentiam non puto necessariam, aliquorum verò socordiam damno, si forsitan adesset, quod non puto Sed si aliquis quærat an dictos Prælatos comprehendat excommunicatio lata in cap. *vbi periculum.* Respondeo negatiuè, quia ibi tantùm efficitur mentio de Magistratibus, & Rectoribus Ergo non est extendenda ad Prælatos Custodes Rotarum, strictè enim verba in hac materia sunt interpretanda.

Sup. his sup. in Resol. 96. §. His tamen. ante medium. à vers. Et ita. & in aliis eius annot. & in tom. 3. tr. 3. ex Resol. 86. §. Nec obstat. ad medium, vers. Quod confirmatur. & in aliis eius not.

2. Nota tamen hic obiter ad sedandos scrupulos cuiusdam Prælati nimis timoratæ, ac delicatæ conscientiæ me tria illi respondisse. Primo suspensionem in isto casu latam à Pio IV. non esse latæ sententiæ, & ideo in eius fractione quem non esse verè suspensum, sed suspendendum. Ita Thesaurus *in praxi de pœnis part.*2. *Verb. Conclaue, cap.* 2.

3. Secundo me non posse tanquam improbabilem damnare opinionem asserentium, præceptum sub pœna suspensionis non inducere peccatum mortale nisi expresse, vel verbis æquiualentibus id significetur. Ita Magister Marcus Serra Dominicanus *tom.*2. *in* 1.2. *D. Thomæ quæst.* 96. *art.* 4. & ex Societate Iesv Pater Tamburinus *opuscul. de Sacram. Missæ lib.*3. *cap.* 1.§.8. *num.* 4. & 7. Caietanus 2. 2. *quæst.* 286, *in art.*9. *circa solut. ad.*2.& *in summ. verb. Præcepti trãsgressio vers. Pœna præceptorum* Nauarr. *in summ. cap.* 23. *numer.*53. Corduba *in Reg. D. Francisci capit.*10. *quæst.*3. *punct.*1. in 4. modo cognoscendi, quando lex obligat sub mortali, Valen. 1.2. *disp.*7. *q.*5. *punct.* 6. *in* 4. *Signo.* Salon. 2.2. *quæstion.*77. *artic.*1. *contro.* 8. *reg.*3. *in fin.* Vide etiam à fortiori Escobar *in Theolog. Moral. tom.*1. *lib.*5 *sect.*2. *prop.*31. *num.*165. Remigium *in summ. tract.*2. *cap.* 4.§.12. *num.*7. Azorium *tom.*1. *lib.*5. *cap.*6. *quæst.*5. & Sayrum *in Claui regia lib.*3. *cap.*7. *num.*25. cum aliis.

Sup. hoc in tom. 6. tr. 1. Resol. 42. §. vltim. & in Resol. 43. & 57. §. 2. propter finem vers. vel mesmo, y Salon. & in tom. 5. tr. 1. Resol. 11. & 12.

4. Et quia dictus angebatur iuramento præstito, dixi quod iuramenta de obseruandis Statutis, Legibus,& Constitutionibus sæcularibus, vt Ecclesiasticis intelligenda sunt *quatenus sunt in vsu, & obseruantur.* Ita Gomez *in leg. Taurin.* 365. & 366. Gutierres *de iure confirmat. part.*1. *cap.*37. *numer.*14. Malderus *in* 2. 2. *D. Thom. tractat.*10. *cap.*6. *dub.*9. Sanchez *in Summa tom.*1. *lib.*3. *cap.*14. & alij, quos ego adduxi in *part.*3. *tract.*6.* *resol.*39. Verum reliquendo supradicta, tantùm scrupulosis applicanda, dico absolutè Prælatos custodes Rotarũ satisfacere suo muneri,& iuramento, si in perscrutandis epulis & personis intra Conclaue intrantibus adhibeant diligentiam moralẽ arbitrio viri prudentis, ac timoratæ conscientiæ mensurandam; alioquin peccarent mortaliter; agitur enim de re nimis graui, ordinata ad bonum totius Ecclesiæ, videlicet electionem liberam Pontificis, & ideo tali transgressioni imponitur pœna suspensionis, quæ contra allatos Doctores inducere peccatum mortale communis fert sententia, quam nouissimè docet Vbanus ab Ascensione *in Theol. Moral. tract.* 1. *cap.*6. Malletus *in Theol. Mor. tom.*2. *Malleatio.*1. *Bractea* 11. *quæst.*4.

* Quæ non inuenitur in tom. 2. tr. 4. Resol.

5. Nota verò hic obiter, quod si aliquis Prælatus adhibendo diligentiã moralem in præscrutandis epulis alicuius Cardinalis timeret ab ipso inferendum graue damnum in honore,& bonis temporalibus, tunc equidem ad nullam diligentiam teneretur, quia præcepta positiua non obligant cum tanto discrimine, vt tradunt Doctores, quos citat, & sequitur Ioann. à Trinitate *de confess solicit. sect.* 7. *dub.*4. *num.*3.4. Leander *de Sacr. tom.*1. *tract.*5. *disp.*13. *quæst.* 44. Lupus *in Edict. Inquis. part.*1. *lib* 5. *dist.*3. *art.*2. *difficul.* 2. Verum hoc probabiliter non potest timeri, stante pietate, & prudentia Eminentissimorum Cardinalium.

RESOL. CIX.

An sit prohibitus ingressus per Rotam alicuius infantis non attingentis vsum rationis intra Conclaue?

Et exponitur cap. vbi periculum?

Et infertur esse prohibitum ingressum infantium intra septa Monialium?

Et quæritur, an si quis clam in Conclaui ingrediatur incidat in censuram?

Et notatur, quod si post ingressum in Conclaui iste talis loqueretur secretè cum aliquo Cardinali, tunc incurreret in excommunicationem?

Et quid de priuatione officij, & beneficij, quam in cap. vbi periculum *imponit Pontifex ipso facto, tenetur ne ad hæc ante iudicis declarationem?*

Et an vero intrantes in Conclaui subiiciantur tantùm supradictis pœnis, vel etiam peccent mortaliter?

Et tandem aduertitur Sacram Congregationem Cardinalium declarasse Decretum ab ipsa additum, quo prohibetur Regularibus accedere ad Monasteria Monialium sub pœna priuationis officij, ac vocis activæ, & passiuæ, obligare ad mortale? Ex part.12. tract.2. Resol.16.

§.1. Hi

§. 1. His diebus de hoc casu in pluribus ego bis interrogatus fui, & prima facie, videtur affirmatiuè respondendum, per verba Gregorij X. *in cap.vbi periculum,de elect.in 6.* vbi generaliter loquendo sic ait. *In Conclaui tamen pradicto aliqua fenestra competens dimittatur per quam eisdem Cardinalibus ad victum commodè necessaria ministrentur, sed per eam nulli ad ipsos patere possit ingressus,* sic ibi; Vnde lex generaliter, & absolutè loquendo, generaliter,& absolutè est intelligenda, vt patet *ex leg. præst.l.quamuis ff. de in ius vocando, l. si seruum §.non dixit ff.de acquirend.haered.l.1.§.quod autem,* & ibi glos. *verb.simpliciter ff. de aleator. l.vnic. Cod.qui pro sua iurisd.l.illam C.de collationibus Cap.Romanorum 9.dist.cap.consuluisti 2.q.5.cap.soluta,de maior.& obed.cap.quia circa 22.de priuileg.* Clement. vlt. *de rescript.* & docet Surd.*cons.*271.*num.*28. Valascus *cons.*113.*n.*21.Narbona *de appellat.à Vicario ad Episcopum par.*1. *num.*12. & alij. Quod confirmatur indiuiduliter pro casu nostro, quia lex generaliter interdicendo ingressum intrà monasteria Monialium, vt patet *in cap. periculoso de Statu Regular. in 6.* & ex Concil.Trident.*in sess.25. de Regular.c.*15. ex hoc à *Scortia* in Bullas Pontificias *Theor.*336.Paulus Comitolus Societatis Iesu *in Respon.Moral. lib.6.quæst.* 19. *num.*6. & ex nostris Antonius Naldus *in Summa vers.Clausura nu.*4. Constanter asserunt esse prohibitum ingressum infantum intra septa Monialium etiamsi non attingant vsum rationis, quod etiam firmauit Sacr. Congregatio die 12. Februarij 1585. His non obstantibus ad casum propositum ego respondeo negatiuè.

Sup.hoc inf. n.4.Ad confirmationem huius Resol. in to.1.tr.1 Resol.9.§. vlt.

2. Mouetur ad sic tenendum, quia infantes ante vsum rationis non sunt capaces alicuius præcepti, seu prohibitionis,& in ipsis in isto casu cessat non ex parte,sed adæquatè, & fundamentaliter tota ratio, & finis legis, & abest omne periculum, nam supradicti infantes non possunt se miscere in negotio electionis Papæ,& illam turbare,ergo non comprehenduntur in dicta prohibitione, neque etiam admittentes illos intra Conclaue. Notandum est tamen adhibendam esse diligentiam moralem à Prælatis Rotarum ne dictus infans secum asportaret in Conclaue aliquas scripturas prohibitas. Restat modo respondere ad argumenta contraria. Ad cap. *vbi periculum,* respondeo,quod licèt lex generaliter loquatur,verba eius sunt distinguenda videlicet, *nulli pateat ingressus,&c.* si ingrediens habeat vsum rationis,concedo;nam in istis adest periculum electionem turbandi;non autem in illis.

Sup.hoc fusius probat me. Resolut. in Resol.4. vers. Quod & aliqui §. etiamsi.

3. Ad Confirmationem argumenti respondeo sententiam illã Comitoli,& aliorum plures respuere,& probabiliter contrarium tenere, & ita docet Pellizzarius *de monial.c.5.section.3. q.25. numer.*105. cui adde alios, quos ad satietatem adducit, & sequitur Gibalin. *de clausura, disquis.*1.*cap.*4.§.2.*const.* 4.*num.*5.& Garzias *in Polit.Reg. tom.*2. *tract.*13. *difficult.*2.*punct.*10. *num.*5. Adde, quod aliquis posset dicere,esse disparem rationem, inter vtrumque casum; nam quoad infantes intrantes in monasteria Monialium, non videtur cessare tota ratio legis, possunt enim sequi ex tali ingressu aliqua inconuenientia,quæ accidere non possunt in ingressu infantium intra Conclaue in ordine ad electionem, Ergo,&c. Vnde ex his, Ego sum in voto, quod adhibita prius morali diligentia,& etiam postea ne dicti infantes secum deferant, vel asportent litteras, posse Prælatos Custodes Rotarum permittere absque scrupulis vt intra Conclaue per Rotam dicti infantes ingrediantur,nisi tamen ex Superioribus aliquid in contrarium ordinatum fuerit.

4. Sed quia hic sermo incidit de ingressu intra Conclaue,quæro,an si aliquis clam in illo ingrediatur, incidat in censuram? Et respondeo negatiuè, sed in pœnas impositas à Pio IV. qui in §. *Clauso.* sic ait. *Et si quis fortè, quod absit, clam ipsum Conclaue, & aliunde quam per ostium ingrediatur, omni honore, gradu, & officio, beneficio ipso facto priuatus existat, & tradatur Curiæ seculari acerrimis pœnis puniendus,* ita ibi. Nota verò, quod si post ingressum intra Conclaue iste talis loqueretur secretè cum aliquo Cardinali,tunc incurreret excommunicationem latam,& nemini reseruatam in cap.*vbi periculum de elect.in 6.*

5. Sed quid dicendum de priuatione officij, & beneficij,quam vbi suprà imponit Pontifex ipso facto incurrenda tenetur ne iste talis officium, & Beneficium dimittere ante Iudicis declarationem? Et negatiuè respondeo, quia nullus ante aliquod Iudicis decretum tenetur subire pœnam;ipso facto,ipso iure,eo ipso, & absque aliqua declaratione imposita pro crimine, etiam si Hæreticus, aut Sodomita,aut quodlibet aliud,si quod est maius. Ita communis opinio,quam sequuntur plures, quos vidi, sunt Thom.Sanch.*lib.2.in Decalog. capite* 22. *numero* 2.Sotus *libr.1.de iust.& iur.quæst.6. artic.6.con.1.* & 3. Molina *tom.1.disput.65.vers. contrariam sententiam.*Salon.2.2.*quæst.62.artic.3.controuers.1. ante solut.argument.*vbi D.Caietan.§. *Ad hoc dicitur.* Bañez *quæstione* 12.*artic.2.dub.vnico, ad tertium principale.* Aragon.*quæstione* 11.*artic.3.§. His suppositis.* Lessius *libr.2.capite* 29.*dub* 8.*numer.*64. Layman *in theolog. morali tractat.4.cap.*15. *num.*3. Granado 1.2.*contro.*7. *tractat.3.part.1.disp.3.sect.2. num.* 3. Vasquez *disput.* 166.*cap.*3.Montesinos *disp.*16.*quæst.*24.*num.*5. Martinez *quæstion.*94.*artic.*3. *dub.*3.Araujo *ibid.dub.*4. Valentia *disput.*7.*quæstione* 5. *punct.*6. *quæstiunc.* 3. Sayrus *in Claui.lib.*3. *cap.*9. *num.* 30. Quibus omnibus adde omnino videndos Thomam Hurtadum *Var.to.* 2.*tractat.vltim.resol.*22.*per totam.* Angelum Bossium *tract.de effect.matrim.cap.*5.*num.*31.*cum seq.*& Quintanaduenas *in theolog.moral.tom.*2.*tr.*14. *singul.*8.*nu.*3. *cum* Fagundez *in Decal. tom.*2.*lib.*8. *cap.*29. *num.*15. *cum seq.*

Sup.hoc in tom.1. tra.5. lege doctrinam Resol. 63. per totã, & aliarum eius primæ not.& in to. 3.tract.3.ex Resol.69. §. Notandum. & in to.4.tr. 8.ex Resol. 56. §. Ex quibus. & in tom.5. tr.6. Resol.14. à lin.6.& in Resol.15. & in tom. 6.tr.1. Resol.34. §. vlt.& in Resol.35.36. & 38. & vide in tom.7. tr. 1. Resol.246. & 247.

6. Vnde Emanuel Sà *verb.* Pœna *n.*1.sic ait.*Pœna imposita ipso iure,vel facto non incurritur, sine sententia Iudicis,& executione per ipsum, etiamsi lex dicat non requiri sententiam, aut declarationem, aut etiam soluendam in foro conscientiæ.* Intelligitur enim Iudice exequente; nisi pœna esset huiusmodi, quæ secum traheret executionem, vt excommunicatio, suspensio, Interdictum, & Irregularitas, aut lex dicat, sic incapax; inhabilis. Quidam tamen hic sententiam requirunt: aut dicat non faciat alioqui fructus suos. Est enim conditio, quæ seruanda est, vt quæ ponitur à testatore. Quod egregiè explicat D. Caietanus *in summ. verb.* Pœna.

7. An verò clam intrantes in Conclaui subiiciantur tantùm his pœnis,sed etiam peccent mortaliter, posset quis dubitare, nam Pontifex non vtitur verbis præceptiuis,sed imperatiuis pœnalibus?Pro affirmatiua sententia aliquis posset dicere quia agitur de re grauis,quod patet etiam ex pœnis impositis. Vnde videmus Sacram Congregationem Cardinalium declarasse * Decretum ab ipsa editũ,quo prohibetur Regularibus accedere ad Monasteria Regularium sub pœna priuationis officij,& vocis activæ, ac passiuæ obligare ad mortale.

* Sup. hoc decreto late in to.7. tr.1. Resol. 305. 306.307.308. & 172.cursim prope finem,vers. Et ad exemplum & in tom.6. tr.1. Resol.43.§. De aliis. ad medium. & cursim in fine alterius Resol. illarum annotationum.

8. Sed aliquis posset respondere cum Serra *in p.2. D. Thomæ quæstione* 96. *artic.*4.*dub.*2. Quod per dictam Declarationem Sacræ Congregationis constat

voluntatem præcipientis esse obligare ad mortale, quod non constat in casu nostro de quo loquimur. Ideo tu cogita.

RESOL. CX.

Virum Cardinales peccent mortaliter cum pluribus ferculis in Conclaui vescuntur ?

Et explanatur hoc verbum Debeant, *quid importet?* Et part.12.tr.2.Resol.17.

§.1. SVppono in Bulla Pij IV. sic haberi. *Cardinales autem primo ipso die quo Conclaue ingressi fuerint, tam in prandio, quam in cœna vno solo ferculo vnius speciei tantum eoque moderato, & aliàs iuxta constitutionem præfati Clementis VI. qualificato contenti sint, & esse debeant, nec quisquam in alterius cella, vel de alterius ferculo vescatur.* Ita ibi. Hoc supposito posset aliquis affirmatiuam sententiam docere; nam licèt Pius IV. vbi suprà, videatur vti blandis illis verbis, *contenti sint*, tamen statim subdit, *& esse debeant.* Quod verbum, vt in terminis obseruat scientia, & dignitate Eminentissimus Dominus meus Cardinalis Lugo *de Sacram.Euchar. disp.14.sect.7.* exprimit grauem obligationem. Idem docet frater eius germanus Franciscus Lugo *de Sacr. lib.4.c.6.q.8.n.61.* Et verbum, *debeo*, etiam Amicus *in Curs.Theol.tom.5.disp.5. sect.8.nu.20.* & Badell.*in Theol.moral.tom.1.lib.5.disp.21.n.1.* inter verba præceptiua apponunt.

Suprà hoc verb. *Debeant.* latius infin §. seq. huius Resol. inter principium, & medium, à vers. Imo stando. & in tom.2. tr.1. Resol. 142. signanter in fine §. Et quidem, & in tom.3. tract.6. Resol. 129.§.Ad responsionem. cursim ad lin.6.& in tom.6.tr.1. ex doctrina Resol.58. prope finem §.1. à vers. æquipollentia vero.& in to. 7.tr.1. Resol. 106.§.sed. cursim, & recitatiue ad lin. 7. & in tom.5. tr,5. ex Resol.119. §.Sed diffic. à lin 5.

2. Sed licèt superius dicta nimium vrgere videantur; ego tamen negatiuæ sententiæ adhæreo: existimo enim verba Pij IV. de quibus est quæstio continere consilium, & exhortationem, cum enim potuerit Pontifex vti grauioribus verbis imperium explicantibus v. g. *Iubemus, Præcipimus*, &c. tamen ab huiusmodi præcipiendi rigore temperauit, & mollibus verbis vsus est. Ergo signum est verè non imposuisse præceptum, quod patet ex obseruantia subsequenti, non abrogatiua legis, sed interpretatiua, & declaratiua eius verborum. Vndè vt * superius diximus obseruantia subsequens declarat legem, & illustrandum est, *leg. si de interpretatione ff.de legibus & capite cum contingit de transact.* & docet & Mastrillus *Decis.52. numero* 14. Parisius *cons. 36.num.*8. Carena. *de S.Officio part.5.titul.1.numer.72. & alij* Imo stando in rigore iuris, nego Eminentissimo Domino meo Cardinali Lugo, Vasquezio, Sanchez, & Castro Palao verbum,* *debeo*, importare semper præceptum, & contra supradictos adducam ex eadem Societate Patrem Tamburinum *opusc.l.de commun.capite* 1.§. 6. *numer.*52. vbi sic ait. *Quamuis aliqui doceant per illud verbum, debet, importari in legibus necessitatem præcepti mortalis; tamen aliqui negant, & solum per illud concedunt importari debitum conuenientiæ, & honestatis.* Ita ille probabiliter quidem, cui adde etiam Lezanam. *tomo 5. part.2. in Mari magno Seruitarum* §.13. *numer.*42. & Barbosam *dictione* 77.*numer.*9. quod probatur *ex Can.Ad eius distinct.5.* in quo dicitur. *Mulier nisi purgationis dies transeat, viro suo admisceri non debet*, vbi non nisi consilium, seu debitum eiusdem conuenientiæ, & honestatis, & non præcepti significatur, vt ipsemet Sanchez *libro 9.de matrimon. disp.21. numero* 11. Rursus *ex dist.1.cap.vestimenta*, vbi Pontifex de vestibus Ecclesiasticis sic dicit. *Quæ neque ab aliis debent contingi, aut ferri nisi à Sacris hominibus. Quem textum* expendens Suarez *de Euchar.disput.*81.*sect.*8 §.*tertium exemplum*, sic habet: *Quæ verba, aut præceptum non continent, quia illud verbum*, non debent *non videntur in rigore significare obligationem; sed decentiam quandam, aut non intelliguntur, &c.* Et in Sacris quidem litteris per idem verbum, *debet*, conuenientiam, decentiamque notari solemne est. Matth. *cap.3. Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me.* Ioan.13, *Et vos debetis alter alterius lauare pedes.* Tobiæ 10. *Te non debuimus dimittere ire à nobis.* Et similia passim. Et deinde Præpositus 1.2.*D.Thom.qua.*95. *disp.3.dub.2.num.*15. Vasquez, & Sanchez, quos citat Castrus Palaus *tom.1.tract.3.disp.1.punct.9.num.2.* asserunt verbum *oportet, non inducere obligationem ad mortale:* ergo nec inducere dicendum est verbum *debeo*, quænam enim differentia est inter *me oportere facere & me debere hoc facere.*

3. Itaque dicendum est DD. Cardinales non peccare mortaliter, si dum exsistunt in Conclaui vescantur pluribus ferculis, non obstantibus verbis Bullæ Pij IV. tanquam non continentibus præceptum, sed exhortationem, Et dicta verba ita etiam consuetudo subsequens intellexit, declarauit, & interpretata est.

RESOL. CXI.

An Eminentissimi Cardinales in Feria sexta Parasceues possint deuenire ad scrutinium, non audito Officio fieri solito in illa die, non obstante §. Similiter. *Bulla Greg.XV?*

Et firmatur, quod in Feria sexta Parasceues nemini licitum est sacrificare ob prohibitionem factam ab Innocentio I.

Et deducitur, an officium fieri solitum à Sacerdote, extracto Sacramento è sepulchro, sit vere Sacrificium, & Missa dici possit ?

Et an populus Christianus teneatur illud officium audire, si in die Parasceues incidat dies festus de præcepto ?

Et discutitur, an consumptio Sacerdotis pertineat ad essentiam Sacrificij Missæ, vel sit tantum pars illius integralis ?

Et tandem quæritur, an Cardinales inciderent in excommunicationem, si aliis diebus omitterent solitam Missam & procedant ad scrutinium? Ex part.12.tr.2. Resol. 18.

§.1. IN dicto §. sic habetur. *Similiter ne electio protrahatur, statuimus, & ordinamus, sub simili excommunicationis pœna eo ipso incurrenda scrutinium bis singulis diebus peragatur, itaut etiam perficiatur, mane scilicet post solitam missam, &c.* Deinde firmandum est, quod Feria sexta Parasceues omnes Doctores testantur; nemini licitum esse sacrificare ob prohibitionem factam ab Innocentio I. *Epistol.1.ad Decent.capite* 4. & refertur *cap. Sabbatho de consecr. distinct.3.* Rationem congruentiæ reddit Diuus Thomas *quæst.*83.*articul.*2.*ad* 2. quia eo die Ecclesia recolit realem Christi Passionem, & mortem. Non igitur expedit mysticam, & incruentam mortem exhibere. Vnde male opinati sunt aliqui, quos tacito nomine affert Emanuel Sà *verb.* Missa *numer.*57. asserentes in illa die posse Missam dici, contra quos inuehitur Eminentissimus Cardinalis Lugo *de Euchar.disp.20.sect.1.num.*15.& Dicastillus *de Sacr.to.1. tr.5.disp.4.dub.2.n.*30.

2. His positis resolutio præsentis difficultatis pendet ex illa quæstione, An Officium fieri solitum à Sacerdote extracto Sacramento è Sepulchro, sit verè Sacrificium, & Missa dici possit? Et prima opinio affirmat. Ita docet Ledesma 1. *part.*4. *quæstione* 23. *articul.*4. citans Albertum Magnum *in* 4.*disputatio.* 13.*artic.* 24. & videtur asserere Scotus *in eodem dist.*13.*quæst.*2. Gabriel.*ibidem quæst.*1.& D.Augustin. *lib.*2.

Sup. hoc in tom.2. Resol.18. à lin.4.&

*lib.20. contra Faustum Manichæum cap.*18 vbi ita : *Vnde iam Christiani peracti ciusdem Sacrificij memoriam celebrant Sacro sancta oblatione & participatione corporis, & Sanguinis Christi.* Probatur hæc opinio ex variis Argumentis, quæ adducit Fagundez *de Præceptis Eccles. pr. 1. lib. 3. capit.4. num. 3.* ideo tenent quod in sexta Feria maioris Hebdomadæ offertur verum Sacrificium, & tamen non consecratur Hostia, sed offertur Hostia consecrata die antecedenti : ergo consecratio ipsa non est de essentia Sacrificij : ergo tota essentia illius cõsistit in oblatione Hostiæ consecratæ. Ita dicunt omnes Doctores citati *num.* 2. Quod autem eo die offeratur in Ecclesia verum Sacrificium, patet in primis ex D. Augustino *lib. 10. de Ciuitate Dei cap.* 20. vbi hoc Sacrificium Missæ appellat quotidianum, quod quotidie in Ecclesia celebretur, & nullus sit dies in quo non celebretur, ibi : *Christus IESVS in forma Dei Sacrificium cum quo vnus est Deus, in forma serui sacrificium maluit esse, quam sumere, ne vel hac occasione quisquam existimaret cuilibet sacrificandum esse creaturæ, per hoc, & Sacerdos est ipse offerens, ipse est oblatio, cuius rei Sacramentum quotidianum esse voluit Ecclesia sacrificium, cum ipsius rei ipse sit caput, & ipsius capitis ipse sit corpus, tam ipsa per ipsum, quam ipse per ipsam suetus offerri.* Patet secundo ex Oratione quam Ecclesia in Officio illius diei profert, quæ sic habet. *In Spiritu humilitatis, & animo contrito suscipiamur à te Domine, & sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, vt placeat tibi Domine Deus.* Et postea ait Sacerdos : *Orate fratres, vt meum ac vestrum sacrificium, acceptabile fiat, &c.*

3. Aliqui verò putant non solùm ad essentiam illius pertinere, sed etiam totam illius essentiam in consumptione esse positam Sacerdotis, non in consecratione, nec in oblatione, nec in alia actione illius. Ita docet Albertus Magnus *in 4. dist.*13. *art.*24. Ledesma 1. *p.4. quæst.* 23. *art.* 4. *ad finem.* Angles *in floribus, tit. de Missa, pag.*185. & Concilium Toletanum citatum *in capit. Relatum. de consecrat. disput.*1. & quidam alij recentiores, veluti Victoria, Pena, & Bañez, quos refert Henriquez *lib.9. de Missa c.*8. *num.*5. Putant enim pet consumptionem tantùm Sacerdotis conferri fructum sacrificij ex opere operato iis, pro quibus Sacerdotes specialiter sacrificium offerunt, & Missam applicant. Probatur, quia olim in lege veteri immolatio, & sacrificatio animalis, erat occisio, & consumptio illius, vt patet in sacrificio holocausti, quod totum ardebat flammis, & cuius nullam partem Sacerdotes comedebant, & quamuis nullam partem illius comederent : tamen in omnibus sacrificiis legis veteris fiebat consumptio animalis sacrificati ; partim per ignem, & flammas, quasi eo signo sensibilis ignis per Sacerdotes applicati, acceptaret Deus per illos ; tanquam per suos ministros, præsentem donationem Sacrificij, partim à Sacerdotibus deuorantibus eam partem reliquorum sacrificiorum, quæ sibi contingebat. Probatur secundo, quia Christus Dominus in Cruce moriens dixit : *consummatum est.* Matth.27. quasi in consummatione, & consumptione consisteret essentia sacrificij ; & ideo aiunt, & Sacrificium Missæ Græcè dicitur *Thysia, & Teleti*, id est mactatio, & consummatio, vel consumptio. Addunt præterea huiusmodi Doctores in sexta feria Hebdomadæ sanctæ, fieri vnum Sacrificium Missæ, & teneri populum Christianum illi assistere, si incidat in diem festum, de præcepto, huiusmodi sexta Feria Paraseeues : quia ibi datur vera consumptio Sacerdotis, in qua tota essentia Sacrificij sita est, Hostiæ præconsecratæ in vna tantùm specie, dispensante Ecclesiæ consuetudine, in consecratione ; quæ consuetudo durat in Ecclesia à plus mille annis iuxta Rabanum *l.2. Instit. Clericorum cap.*37. & alios. Et ideo secundum hanc opinionem tenetur populus audire Missam in sexta feria Paraseeues, si in ea incidat dies Annunciationis Beatæ Virginis, & tenentur Prælati iubere, vt Missa dicatur, vt populus illam audiat & si id ita fit in aliqua Prouincia, aut Diœcesi, iustè, fit, & sanctè fit, & ideo fit, quia sequuntur Prælati ibi eam opinionem, quæ docet totam essentiam sacrificij in sola consumptione consistere, quæ opinio est probabilis, & quia adhuc illis non constat, an consecratio sit de essentia sacrificij necnè. Ita Doctores citati & ex *Neotericis* Araujo *ad 3.par D.Thomæ q. 83.ar.6.n.*35.

4. Sed his non obstantibus ego puto Consumptionem Sacerdotis non pertinere ad essentiam Sacrificij Missæ, sed esse partem integralem illius, & perfectionem tantummodo extrinsecam, & totam illius essentiam positam esse in consecratione, & ideò pro hac sententia *in par. 2.tract.*14. *Resolut.*62. adduxi plures Doctores, & declarationem Sacræ Congregationis Rituum asserentis, quod si Festum Annunciationis accideret in Feria Paraseeues, non adsit præceptum audiendi Missam, quia in illa die nõ adest Missa, cum non adsit consecratio. Probatur hæc opinio, quia in consecratione reperiuntur omnes conditiones requisitæ ad Sacrificium Missæ. In primis per eam repræsentatur mors Christi, deinde in ea fit mutatio panis, & vini in Corpus Christi : tertiò, quia est res visibilis : fit enim hæc mutatio in speciebus visibilibus, ac signis sensibilibus ; quarto quia fit in cultum, & honorem Dei auctoris rerum omnium, & hæ sunt conditiones requisitæ ad Sacrificium Missæ. Et ita hanc sententiam me citato tenet Leandrus *de Sacram.tom.2.tr.8.disp.5.q.23.* cum aliis penes ipsum.

Quæ hic est in to.2.tr.3. Res. 19. signanter à lin.4. §.1.à vers. Ratio. & seq.

5. Stando igitur in hac vltima opinione ego ex Sacro Conclaui consultus ab Eminentiss. Cardinali N. respondi, ad casum propositum in rigore, & secluso scandalo, & contemptu, posse Dominos Cardinales ad Scrutinium deuenire in Feria Paraseeues non audiendo Officium in illa fieri solitum, quia verba, §. *Similiter*, Gregorij X. non possunt verificari pro illa die ; cum non adsit solita Missa, Missa enim in illa die non offertur, neque adest. Verum quia contrariæ sententiæ suam habent probabilitatem, ego consului Dominis Cardinalibus debere prius officium illud, seu Missam, vt dicitur, audire, & postea Scrutinium incipere, & ita factum fuisse postea mihi dixerunt.

6. Sed an Cardinales incidrent in Excommunicationem si aliis diebus omitterent solitam Missam, & procederent ad Scrutinium ? Affirmatiuè respondent aliqui, vt patet ex dicto §. *similiter*, & videtur res grauis sine implorato diuino auxilio deuenire ad electionem Pontificis. Alij negatiuè respondent, putant enim durum esse ex omissione *Veni Creator Spiritus, &c.* in censuram incurri, vndè putant excommunicationem respicere tantùm Scrutinium bis in die faciendum, vt demonstrant verba dicti § *similiter*, Auditionem item Missæ, ac *Veni, Creator, &c.* pertinere solum ad directionem, & ad circumstantiam accidentalem. Ideò tu cogita. Et quidem videtur res grauis procedere ad electionem Pontificis absque implorato diuino auxilio, præsertim in Missa.

RESOL. CXII.

An Summus Pœnitentiarius possit absoluere ab excommunicatione

municatione lata à Pio IV. in § Litteras, &c.

Et asseritur, quod si Pontifex in aliquo Iubilæo concederet absolutionem ab omnibus casibus Bullæ Cœnæ, hæresim tamen non excludendo, videri vtique illam concedere. Ex parte 12. tractatu 2. Resolutione 19.

§.1. SVppono in dicto §. sic haberi. *Litteras vero, aut cuiusvis generis scripta ad eos, qui in Conclaui erunt, seu nuncium, vel notam, aut signum mittere, seu recipere, aut contra, è Conclaui ad eos qui foris erunt, nullo modo licet: qui contrafecerint, quacunque dignitate, etiamsi Cardinalatus honore præfulgeant, pœnæ excommunicationis latæ sententiæ subiaceant, absoluendi facultate, præterquam in mortis articulo, soli Pontifici Maximo reseruata: à quo nihilominus pro qualitate delicti vltrà dictam excommunicationis pœnam puniendi erunt.* In Cæremoniali verò Gregorij X. sic habetur *Clauso Conclaui seruari debent omnia, quæ de colloquiis, literis, & cibis, & quæ de non ingredientibus Cardinalibus, aut iisdem, aut eorum familiaribus postquam ingressi sunt exeuntibus in Constitutione Pij IV. sancita sunt, &c.* ita ibi. His suppositis ad dubium propositum affirmatiuè aliqui respondent, nam Gregorius X. in sua Bulla nihil aliud facit, nisi confirmare id, quod disposuerat Pius IV. in §. *Litteras*; & nihil plus addit; Sed Pius IV. *in dicto* §. vt patet legentibus auctoritatem quam habebat Summus Pœnitentiarius absoluendi à Casibus Papalibus, ei non abstulit, sed tantùm sibi reseruauit excommunicationem ibi datam. Ergo potest illam absoluere summus Pœnitentiarius. Probatur Primo, nam in dicta Bulla *fol.61.* vt obseruat etiam Lælius Zecchius *de Republica Ecclesiastica cap.3. numero 2.* Pius IV. concedit Summo Pœnitentiario ea expedire tempore Conclauis, quæ pertinent ad forum conscientiæ, & non aufert ab ipso auctoritatem absoluendi in foro conscientiæ à censura quam paulo infra *in §. litteras*, debebat fulminare. Ergo, &c. Hinc Azorius *to.2. l.5. cap.37.* sic ait, *Nec Summi Pœnitentiarij, nec Minorum Pœnitentiariorum officium finitur Romani Pontificis obitu.* Clem. *Ne Romani, de Elect. ne sede Romana vacante deessent, qui, pœnitentium Confessiones audirent, & à censuris, pœnis, & peccatis absoluerent.* Confirmatur secundo ex *Bulla 67.* eiusdem Pij IV. quam adducit Zecchius vbi supra[2], in qua enumerantur facultates quas habet, & non habet Summus Pœnitentiarius, & inter has, Pontifex non enumerat, nec asserit, ipsum non habere facultatem absoluendi ab hac censura de qua loquimur. Ergo, &c. Confirmatur tertiò, nam Gregorius X. in sua Bulla *Æterni Patris, &c. in §. Quod si electio,* fulminauit censuram contra eligentes, & electos contra formam dictæ Constitutionis, & absolutionem dictæ censuræ sibi reseruat, & nominatim auctoritatem Summo Pœnitentiario ne illam absoluat. Ergo dum Pius IV. in censura fulminata in §. *litteras*, & confirmata à Gregorio X. non exprimunt Summum Pœnitentiarium ne absoluere possit à dicta censura, sequitur auctoritatem absoluendi ipsi reliquisse; nam hic intrat illud vulgatum iuris axioma. *Quando voluit, expressit*, ergo quando non expressit, non voluit, nam si voluisset expressisset, quod exornat ex pluribus Larrea *in Allegat. casibus Fiscalibus tom.2. Allegat.54. numer.26.* Quod etiam probatur ex doctrina Gregorij Gobat. *de duplici Iubilæo c.33.q.91.num.248.* Lorcæ *in 2.2. D.Tho. q.11. artic.4. disp.4. num.12.* Bossij *tract. de Iubilæo sect.1. cas.8. numer.2.* & aliorum asserentium, quod si Pontifices in aliquo Iubilæo concederent absolutionem ab omnibus casibus Bullæ Cœnæ, Casum Hæresim tamen excludendo; si postea in aliis Iubilæis concedant dictam absolutionem, & casum hæresim non excludant, videtur illum vtique concedere, nam si noluisset, id explicarent in aliis Iubilæis, vt fecerant. §.2. à lin. & in casu aliis eius not.

Sup. hoc inf. in Resol. 118.

2. Sic & in casu nostro dicendum videtur, cum Gregorius X. voluit excludere Summum Pœnitentiarium, nominatim exclusit. Ergò dum Pius IV. hoc non fecit, dicendum est illum excludere noluisse.

3. Videtur itaque posse Summum Pœnitentiarium absoluere à censura occulta lata in §. *litteras* extra, vel intra Conclaue, tangentes materiam electionis, vt patet ex superius dictis, & malè aliquos confundere excommunicationem latam in §. *Quod si*, & excommunicationem latam in §. *litteras*, in illa enim non potest Summus Pœnitentiarius se intromittere; in ista verò potest, nam in §. *quod*, Gregorius illum exclusit, quod minimè fecit Pius Quartus in §. *litteras*. Ergo, &c. Et ita quidam testis fide dignissimus dixit mihi in quadam Congregatione Theologorum, & Canonistarum Sacræ Pœnitentiariæ fuisse conclusum. Et ita etiam sentire plures Theologos inclitæ Societatis Iesu, & inter illos amicissimum, & doctissimum P. Valentinum Mangionium, hodie vnum ex Assistentibus Reuerendissimi P. Generalis, SS. D. N. Theologorum in Sacra Pœnitentiaria. Verum ego circa præsentem difficultatem volo magis doceri, quam docere, & ideo eius finalem resolutionem à SS. D. N. expectandam esse puto; de meo nihil ponendo, & asserendo.

RESOL. CXIII.

An excommunicatio contracta ex fractione Bullæ Pij IV. & Gregor. X. si sit occulta, possit absolui ab Episcopo vigore Concilij Tridentini sess.24. capite 6. de Reformat?

Et quid virtute priuilegiorum Regularium, aut ex vi Cruciata Bullæ?

Et docetur absolutionem ab hac censura impendi posse, dum Summus Pontifex de nouo creatus dicit aliquibus Conclauistis: Do Vobis facultatem, qua absolui possitis ab omnibus excommunicationibus contractis occasione Conclauis, seu creationis Pontificis. Ex part.12. tract.2. Resol.20.

§.1. NEgatiuè respondet Bonacina *tom.3. de elect. Pontific. disp.2. quæst.7. numer.3.* vbi sic ait, *Absolutio istius excommunicationis reseruata est Summo Pontifici, nec vllus excepto mortis articulo, etiam virtute alicuius priuilegij potest ab ea absoluere: nam in præfata Bulla dicitur, à qua sicut ab alia quacumque in hac Constitutione imposita, & irrogata, seu infra imponenda, & irroganda pœna excommunicationis, tam ipsi quam quilibet alius, siue Sanctæ Ecclesiæ Cardinalis, siue alia persona, cuiuscunque gradus, conditionis dignitatis, & præeminentiæ à nullo, neque etiam à Maiori Pœnitentiario cuiuscumque facultatis vigore, præterquam a Romano Pontifice, nisi in mortis articulo absolui possit.* Sup. hoc in fine Resol. 111. à principio & etiam Resol. 114. & 116. à principio.

2. Hinc sequitur primo Episcopum non posse absolutionem impendere etiamsi delictum sit occultum: quamuis enim Episcopus possit à censuris summo Pontifici reseruatis, & ob delictum occultum contractis absoluere ex Concilio Tridentino *sess.24. cap.6.* nihilominus ab ista non potest, quia

Summus

Summus Pontifex absoluendi facultatem absolutè ademit, etiam Maiori Pœnitentiario post editionem Tridentini.

3. Neque obstat dicere in hac reseruatione non fieri mentionem Concilij Tridentini, consequenter non censeri derogatum priuilegiis Episcoporum in Tridentino concessis? Respondeo enim,

4. Primò, iuxta communiorem sententiam non requiri mentionem Concilij Tridentini in concessionibus Summi Pontificis, vt patet ex dictis de censuris in particulari *disp.1.quæst.22.* dum loqueretur de absolutione ab excommunicationibus in Bulla Cœnæ.

5. Responderi potest secundò in hac Bulla derogari omnibus Constitutionibus, & Decretis etiam Conciliorum huic Bullæ contrariis, *ibi non obstantibus quatenus opus est &c.* Quæ derogatio extendi etiam videtur ad reseruationem huius censuræ, cum derogatio sit generalis, quatenus opus est.

6. Secundò sequitur Religiosos non posse hoc tempore virtute suorum priuilegiorum ante istius Bullæ constitutionem concessorum ab hac censura absolute, vt patet ex allata ratione; An autem absolutio virtute Cruciatæ impendi possit, patet ex dictis de legibus, de cessatione priuilegiorum, & ex dictis de absolutione ab excommunicationibus Bullæ Cœnæ.

7. Tertiò sequitur absolutionem ab hac censura impendi posse dum Summus Pontifex de nouo creatus dicit aliquibus Conclauistis: do vobis facultatem qua absolui possitis ab omnibus excommunicationibus contractis occasione Conclauis, seu Creationis Pontificis; tunc enim censetur data facultas Confessario. Hucusque Bonacina.

RESOL. CXIV.

Proponitur sententia affirmatiua, nempe Episcopos à dicta censura posse absoluere, & noua opinio circa intelligentiam Tridentini affertur, sed non approbatur.

Et quæritur quando verè ista excommunicatio dicenda sit occulta? Ex p.12.tract.2.Ref.21.

§.1. SEd his non obstantibus affirmatiuam sententiam docet ex inclyta Societate Iesv præstantissimus Theologus Castrus Palaus *to.6.disp.3.punct.28.num.3.* sic asserens. Tertia excommunicatio continetur in Extrauag. Gregorij XV. quam Vrbanus confirmauit in Bulla, quæ incipit *Æterni Patris, &c.* vbi Cardinalib. sub pœna excommunicationis reseruatæ præscribitur forma eligendi Summum Pontificem sede vacante, & aliter facta electio irrita decernitur, complicesque, & fautores huius irritæ electionis, tametsi Cardinales non sint, eidem excommunicationi subiiciuntur, à qua excommunicatione censet Bonacina *tractat. 3. de censuris, disp.2.q.7 punct.1.num.8.* Absoluere non posse Episcopos virtute Tridentini, neque Religiosos Mendicantes virtute suorum priuilegiorum, eo quod Summo Pœnitentiario hæc potestas adempta sit, ibi, *A nullo, neque etiam à Maiori Pœnitentiario cuiuscunque facultatis vigore præterquam à Summo Pontifice, nisi in mortis articulo absolui possit.* Sed hoc mihi durum videtur, quia priuilegia Concilij generalis non sunt censenda derogata, nisi manifestis verbis? derogatio fiat. At superiore clausula non est censenda derogata facultas Episcopis concessa in Tridentino, quia si id vellet Pontifex expressisset, sicut expressit, summum Pœnitentiarium, maximè cum facultas concessa Episcopis absoluendi à reseruatis solum forum conscientiæ spectet, qua cum compati potest absoluta huius censuræ reseruatio. Hæc omnia Castrus Palaus, qui vt vides contra Bonacinam putat clausulam Bullæ Gregorij XV. non includere Episcopos, nec derogare eorum priuilegio absoluendi à supradicta censura vigore Concilij Tridentini, & quidem eius opinio confirmatur ex opinione Doctorum asserentium, cum Decreta Concilij generalis matura deliberatione sancita sint, videntur continere vim clausulæ derogatoriæ ad alia decreta posteriora, nisi de illis specificam faciant mentionem, imò si Concilium generale sit modernum, quale est Tridentinum, oportet etiam illius mentionem facere: nec sufficeret generalis derogatio cuiuscunque Concilij, vt docet me citato Thomas Hurtado *var.tom.2.tract.5.cap.4. §.2. numer.139.* Moneta *de commut.vlt. volunt. capit.7. num. 277. cum seq.* Conarr. *var.lib.4.cap.16. num.6.* Guttierrez *in l. nemo potest de legat.1. num.173.* Henriquez *libro primo, de indulgentiis, capite 16.num.16.* Viuald. *in candelabro part.3.cap.12. num.14.* Sanchez *libr. 3. de Matrimon. disputat.26. num.7.* & nouissimè Vincentius Candidus Magister Sacri Palatij *tom.1.disquisit.Moral.disp. 3. art.28.*

Sup. hæc assertione to. 3. tract.3. ex doctrina resol.31.§.2. ad medium. à vers. quia Decreta & hic infra vide doctrinâ Ref.116.siguanter §. eius vlt.

2. Quando verò excommunicatio de qua loquimur dicenda sit occulta, respondent aliqui dum non est ded cta ad forum contentiosum, mirabilis doctrina si esset amplectenda; & ideo nouissimè Ludouicus Bail. Doctor Parisiensis *de triplici examine in Appendice de censuris §.23. fol. 693.* sic ait, *Dubitatur verò quodnam debeat dici occultum crimen ex quo nata irregularitas dispensationi Ordinarij subiiciatur?*

Sup. hoc late in tom.3. tr.3. Ref.19. & 20. & lege etiam alios §§. positos in annot 1. Ref. huius annot.

3. Lucius III. in Epistola ad Magistratum, & Fratres S. Iacobi, quæ habetur in Appendice Concilij Lateranensis 11.t.7. *Conciliorum* ita dicit, Aliud crimen est notorium, aliud occultum. Notorium definitur, de quo Presbyter canonicè condemnatur; occultum, quod adhuc ab Ecclesia toleratur. Sine dubitatione itaque teneatis, quod à Clericis, & Presbyteris, quamdiu ab Ecclesia tolerantur, & nec est crimen euidens; licitè audiuntur diuina officia, & alia recipiuntur diuina Sacramenta. Hæc resolutio innumeras eluit difficultates de notorio facti Bail. Ita *vbi suprà* Hanc sententiam tenet etiam Ioannes de Thoma Professor Sac. Theologiæ in Inclyta Academia Complutensi, & Confessarius Magni Regis nostri Philippi IV. *in 2.2. D.Thoma q.564. disputation.23.artib.2.§. Dico igitur, fol.224.* vbi probat in terminis Concilij Tridentini occultum delictum esse illud, quod non est deductum ad forum contentiosum, etiamsi notorium sit in Ciuitate & possit probari in iudicio, & ideo super omni irregularitate prouenient ex illo possunt Episcopi dispensare, ex supradictis Auctoribus: adde nouissimè Doctorem Petrum de Abella Canonicum Magistralem Ecclesiæ Cæsaraugustanæ in Consultatione lingua Hispanica conscripta circà quandam percussionem Clericis §.2. *num.88.fol.41.* qui citat Basilium Pontium *de Matrimon. libro 8.capit. 21.numer.19.* & tandem Brunus Casanen. *de priuileg. regul. tractat. 4. cap.1. prop.17.* asserit irregularitates censeri semper occultas, & secretas, ad effectum dispensationis impetrandæ ab Episcopo, donec deductæ fuerunt ad forum contentiosum.

4. Sed opinio supradictorum Auctorum est contra communem; Dico igitur, in Concilio Tridentino accipi delictum occultum, non solum vt distinguitur à delicto deducto ad forum contentiosum,

sed etiam vt distinguitur contra publicum, & famosum. Quapropter, etiamsi delictum ab aliquibus sciatur, modo non sciatur à maiori parte viciniæ, vel Collegij, in quo sint ad minus decem personæ, neque ad iudicium sit deductum, occultum dici debet. Ita Sanchez *lib.2.de matrim.disput.38. num.11. & lib.8.disputat.34.num.55. & lib.2.in decal. cap. 11. num.19.* Azor. *1. part.libro 8. cap.10.quæst.9.* Bonacina *de censuris disputat.1. quæst.3. punct.2.num.1.* Barbosa plurimos referens *de Potestate Episcopi 2.part. allegat.39. num.24.* Palao *part.1. tract.4.disp.4.punct.3. §.1.num.14.*

Sup. hoc in Resol. not. præteritæ.

RESOL. CXV.

Stante supradicta opinione Castri Palai, quæritur, quomodo possint Cardinales Episcopi, vel alij Episcopi absoluere à dicta censura Piana, & Gregoriana?

Et difficultas est, quid operetur illa Particula Concilij Tridentini in Diœcesi sua?

Et concluditur non posse Episcopos vigore Concilij absoluere à censuris, & aliis casibus reseruatis extra suam Diœcesim.

Et tandem quæritur, an possint Cardinalis Episcopus, vel alij Episcopi, si inciderint in censuras, de quibus est quæstio, absolui à suo Confessario vigore Concilij Tridentini? Ex parte 12. tractatu 2. Resolutione 22.

§.1. PRo intelligentia difficultatis notandum est Tridentinum in concessione absoluēdi, quam præbet Episcopis apponi illas clausulas *In foro conscientiæ, & in Diœcesi sua.* Et nota vtramque restrictionem non fuisse appositam in facultati concessa ad dispensandum, sed solum ad absoluendum à casibus; quia facultas dispensandi exercere potest erga subditos suos ab Episcopo in absentia, & siue Episcopus, siue subditi, siue ambo sint extra Diœcesim. Eaque dispensatio pro vtroque foro proderit; quia Tridentinum absolutè, & sine vlla limitatione eam potestatem concedit. Et quia iurisdictio voluntaria ad quam dispensatio pertinet, potest extra territorium exerceri, vt ex communi sententia docet Couarruuias *lib.3.variar. cap.20. num.8.* quia hæc Iurisdictio nullam causæ cognitionem, nec iudicem pro tribunali sedentem petit, sicut iurisdictio contentiosa, quæ nequit exerceri à iudice extra proprium territorium, ne iudici illius iniuriam inferat.

Sup. hoc ad med. §. seq. & infra in § Neque. ante med. & in aliis positis in annot. 2. dicti §.

2. Est itaque vtraque illa particula apposita pro facultate absoluendi à reseruatis, vt benè aduertit Suarez *tom.5.in 3.part.disp.41. sect.2. num.10. & 12.* quare non benè dixerunt Henriquez *lib.14.de irregular.cap.20. num.5.* Auila *de censuris p.7. disp. 10. dub.6.* Episcopum non posse dispensare, in suspensione extra suam Diœcesim virtute illius decreti, non aduertentes, eam limitationem non apponi in priori illius parte.

Sup. hoc in tom.3. tr.3. Ref.11.& in aliis eius not. pro hac quæst.

His suppositis difficultas est, quid operetur illa particula *in Diœcesi sua.*

Sup. hoc in Res.not. seq.

3. Prima opinio est Patris Sanchez, qui *in summa, tom.1. lib.2. cap.11. num.27.* putat hæc verba non esse restrictiua facultatis Episcopo concessæ, sed potius quasi illius extensiua, siquidem comprehendunt subditos, qui verè subditi sunt ratione domicilij, siue existant in Diœcesi, siue extra, & etiam subditos, qui solum ratione transitus in Diœcesi cōmorantur. Quapropter dicit posse Episcopum virtute huius facultatis absoluere ab hæresi, reliquisque censuris subditum existentem in aliena Diœcesi, etiamsi ipse Episcopus extra Diœcesim existat. Probatur hoc; nam primo requiri non potest, vt vterque, Episcopus scilicet, & subditus in Diœcesi existant: esset enim coarctare nimis priuilegium Concilij. Deinde requiri non potest, vt Episcopus in Diœcesi propria existat, vt subditum à Censuris absoluat, quia hæc absolutio est voluntariæ Iurisdictionis exercitium, quod vbilibet fieri potest circa subditos; Vt ergo intelligeremus Concilium hanc iurisdictionem voluntariam limitasse verbis clarioribus vti debebat, Sicut fecit *sessio 6.cap.5. de reform.* cum dixit, *nulli Episcopo liceat Pontificalia in alterius Diœcesi exercere.* Tandem requiri non potest, vt subditus in Diœcesi propria existat, quia verba illa; *in diœcesi sua* non possunt ad subditos referri, aliàs non diceret *in diœcesi sua*, sed in eorum Diœcesi. Item Concilium apposuit virgulam diuidentem subditos à Diœcesi sua, dixit enim, *Liceat Episcopis, quoscumque sibi subditos in Diœcesi sua absoluere*, quasi nolens Diœcesim ad subditos referre. Vide Coninch *de sacram.disp.14.dub.16.num.252.* Bonacinam *de cens. disp.1.q.3 punct.2.part.1.n.1.in fin.* & Caraffam *de duello tract.5 sect.2.q.2.n.3.*

4. Secunda opinio est Patris Suarez, qui dicta verba *tom.5.de cens.disp.41.sect.2. num.10. & 11.* dicit limitanda esse ad subditos, quia paci, & recto regimini conuenientius est, si potestas absoluendi non solum ad personas, sed etiam ad territoria limitetur.

5. Tertiam opinionem tenet Castro Palao *1. p. tract.4.disp.4.punct.3.§.1. num.13.* Henriquez *lib.14. de Irregular.cap.20.num.5.* & alij asserentes illa verba *in diœcesi sua* referenda esse ad Episcopos absoluentes, & ex illis limitanda esse, itaut Episcopus extra propriam Diœcesim existens non possit vti hac facultate sibi concessa, sed necessariò debere existere in sua Diœcesi. vt illa vti possit.

6. Probatur quia, vt dictum est, illa verba, *in diœcesi sua*, non possunt commodè ad subditos referri, & ratio congruentiæ efficacius in Prælatis, quàm in subditis procedit: magis enim pax & concordia inter Prælatos offendi potest ex eo, quod vtatur extra propriam Diœcesim existens, potestate absoluendi sibi concessa, quam ex eo, quod existens in propria Diœcesi, subditum alibi existentem absoluat.

7. Neque hoc est derogare iuri communi, & exercitio voluntariæ iurisdictionis, quæ vbilibet exerceri potest; sicut non est derogatio iuris communis, & facultatis absoluendi, quod absolutio solum pro foro conscientiæ prosit. Quia cum Episcopus in his reseruatis nullam haberet potestatem, potuit Pontifex in concessione illius conditiones apponere absque iuris communis derogatione, quibus seruatis facultatem concedit, & illis omissis negat; vna autem ex conditionibus est vt absolutio detur ab Episcopo existente in sua Diœcesi: sicut est, vt solum pro foro interno, & conscientiæ prosit. Et hæc tertia opinio magis mihi placet contra Sanchez. Dico igitur non posse Episcopos vigore Concilij absoluere à Censuris, & aliis Casibus reseruatis extra suam Diœcesim, vt ex pluribus obseruat Garzias *in politica regulari tom.1. tract.10. diffic.7.dub.6.punct.2. num.19.* & ideo non deseram hic apponere verba Martini de S. Ioseph *Mon. Confess.tom.1.lib.1. tract.2.de Pœnit. num.10.* sic asserentis: *Dize tambien el Concilio que puedan los Obispos absolver y dispensar, dentro de su Diocesi, y los Doctores*

Sup. hoc tom.3. tr.3. Ref.9. & in ge doctri- nam aliarū rel. & in not.

flores communmente son vniformes con razon, en que esta restriction, no es para la primera parte del Decreto, que toca la dispensacion de irregularidades, Censuras, sino quanto a la segunda parte, que toca la absolucion de la heregia, y casos reseruados; porque para poder dispensar en Censuras y irregularidades, conforme à Derecho por ser acto de iurisdicion voluntaria, le puede exercer el Obispo con su subdito, aunque el vno, ò el otro esten fuera de la Diocesi, ò ambos juntos, l. mancipium, Cod. de adoptionibus, l.2. ff.de offic.Proconſ.Doctor.ibi, & cap. nouit. de offic.leg.Barbosa *de potest. Episcop. 1.part. allegat.39. num.7.* Fagundez *præcept. 2.lib.8.cap.8.num. 15.* Suarez *tom.3.disputat.4.sect.2. num. 10.& 12.* Diana 4. *part.tract.4.resolut. 116.y aun*, Sanchez lib. 2. in decalog.cap.11.num.17. *defiende latamente, que por este priuilegio puede absoluer, aun de la heregia, y dispensar absolutamente el Obispo a sus subditos, aunque el y ellos esten fuera de la Diocesi, porque para limitar la iurisdicion voluntaria, que le compete de Derecho comun, auia de vsar de palabras mas claras. Pero en esto no sigue a Sanchez porque si fuera verdadera su opinion, no seruiran de nada las palebras*, In Diœcesi sua, *& verba debent intelligi vt aliquid operentur*, cap. si Papa in fine de priuilegiis,lib. 7.cap.si à Iudice de appellationib. eodem lib. l.3. in principio, ff.de iureiurand.l.fin. ff ne quis in loco publico, l. si quando 112. & ibi gloss. finistra, ff.de legatis 1. *como ni tampoco sigue la opinion di Henriquez*, lib. 14. cap. 20.num.5. *Y de otros, que apretadamente sintieron, que en ningun caso, ni manera podia vsar el Obispo desta autoridad, fuera de suya Diœcesi.* Hucusque Martinus de S.Ioseph. Vnde ex dictis patet Cardinalem Episcopum, vel alium Episcopum Romæ morantem tempore Conclauis posse ex doctrina Sanchez absoluere suum subditum à Censura lata in Bulla Pij IV. & Gregor. X. virtute Concilij Tridentini, & ideo hanc sententiam præter Sanchez tenet ex Puente Hurtado doctissimus Franciscus Quiedo *de Fide contr.11.punct.3.num.57.* sed ego magis adhæreo negatiuæ sententiæ stante particula apposita in Concilio *in Diœcesi sua*, quæ superfluè poneretur, quod concedendum non est. Vide etiam Cardinalem Lugo *de fide,disputat. 23.sect. 3.num. 73.* An vero possit Cardinalis Episcopus, vel alij Episcopi, si inciderint in Censuras, de quibus est quæstio, absolui à suo Confessario virtute Concilij Tridentini, respondent communiter affirmatiuè, si enim possit hanc facultatem alteri committere, vt suum subditum absoluat, quare non poterit respectu sui ipsius? alias deterioris conditionis esset, quam sui subditi, & hoc, siue dicamus, Confessorem illum habere iurisdictionem ab ipso Episcopo delegatam, quod sustinet Sanchez *lib.8.de matrimon. disputat. 3.* siue dicamus eam habere immediatè à Summo Pontifice, ex vi Iuris communis, quod tanquam probabile sustinet Suarez *tomo quinto, disputat.41.sect.2. numero decimoquinto*, quia ex vi decreti Tridentini reseruatio ablata est ab illis casibus occultis, & ideo respectu Episcopi, non reputantur, vt casus reseruati, sed vt comprehensi sub eligendi Confessoris facultate sibi iure communi concessa. Vide etiam Castillum *de Sacram. tom.2.tract.8.disputat. 11. dub.16. num.237.*

8. Verùm hæc omnia procederent in Casu nostro, si esset standum in sententia Castri Palai putantis, non esse ablatam potestatem Episcopis à Pio IV. & Gregorio X. absoluendi à Censura illata in eorum Bullis, sed de hac opinione in sequenti Resolutione iudicium meum promam.

Qui nunc in tom.3. tr.Ref.11. & in alijs eius tom.

Ad hoc in tom.3.tr.4. Ref.8. & in tom.1.tr.6. Ref.9.§.4. & lib.3. & ref. Nam Episcopus.

RESOL. CXVI.

Iudicium Authoris de supradictis sententiis Bonacinæ & Castri Palai. Ex part.12.tract.2.Res.23.

§.1. SEd circa præsentem quæstionem dicam breuiter quid sentio; Sententia Bonacinæ negantis posse Episcopos virtute Concilij Trident. absoluere à Censuris, de quibus est quæstio, omnino mihi placet, propter clausulas nimis vrgentes, quibus vtuntur Pontifices Pius Quartus,& Gregorius X. videlicet; Non obstantibus, &c. quæ quidem clausula rollit omnia, quæ dispositioni, in qua est apposita obstare possunt, Iason *consil.110. col.4. in fine, versic.3.lib.4.* Bero *consil.147.num.28. versic. & licet lib.3.* Rol. *consil.67.num.62.lib.3.* Mart. *de clauſ. part.1. clauſ.79. num....* Secundum Rom. impress. & fuit dictum in Hispalen. præeminentiarum 17. *Iulij* 1613. coram D.Patriarcha Pamphilio impressa per Farin. *decis.106.num.5.part.1.recent.* Censius *de Cens. part.3.cap.1.quæst.3.artic.8.num.14.* Mar. Anton. *dict. lib.1.resolut.46.num.7.& 11* Deinde adest alia clausula, *Quatenus opus sit, Quorum tenores, &c.* Quæ quidem clausula ex obseruantia Curiæ derogat quibuscumque priuilegiis, & constitutionibus habentibus derogatoriarum derogatorias, & operatur expressim, & insinuidiam mentionem vt latè per Gonzal *ad reg.8.Cancell.gloss.36.n.29.* Put. *decis.104.lib.1. & 503.lib.3. in Correct.* Rota *decis.113. num.1. part.1. & in decis. 161. num. etiam 1.part.2. diuers. vbi & decis.460.num.4.part.1. recent.* Gregorius X. *decis.209. num.10.& ibi Adden. num. 14.* cum aliis pluribus per Barbos. *de clauſ.117.num. 3. & 4.* Ferentill. *ad d. decis.704.* Buratt. *num.15.* Quibus adde Tamburinum *de Iure Abbatum, tom.1. disput.15. quæst.18. num.45.* Verum his non obstantibus sententiã Castri Palai putant aliqui suam habere probabilitatem ex ratione ab ipso adducta, quam tuetur præter Doctores citatos *in resolut.21.* ex Dominicanorum Familia Magister Ludouicus Bertrandus Loth. *in Resolutionib. Theolog. Belgicis,tract.1.quæst.1.artic.1. in fine*, vbi sic ait: *Decreta Concilij Generalis matura deliberatione sancita, non videntur continere vim clausulæ derogatoriæ ad alia decreta posteriora, nisi de illis specificam faciant mentionem. imo si Concilium Generale sit modernum, quale est Tridentinum, oportet etiam illius mentionem facere, nec sufficeret generalis derogatio cuiuscumque Concilij.* Ita ille, cui adde Leandrum *de cens. tom.4. tradit.11.disp.17.quæst.45.* doctum Episcopum Barbastrensem Antonium Frances *in pastor. Inter. tract.4. q.20.n.12.&* Salgadum de Præsent. Bull. *part.2 cap.1. num.59.cum seq.* qui citat Sanchez,Garziam,Valenzuelam & Sacram Rotam.

Sup. hac sententia Bonacinæ lege illam supra in Res. 113.& videetiã Res. not.seq.

Quæ hic est sup. Res.114. & legeetiam Resol. not. præteritã.

2. Sed ego puto non esse recedendum à sententia negatiua Bonacinæ, & doctrinam allatam pro Castro Palao puto non esse admittendam in ordine ad Concilium Tridentinum; nam sufficit, quod Papa contra decreta illius rescribat; nec requiritur specialis, vel generalis derogatio. Ratio autem cur non sit necessaria derogatio dicti Concilij, neque specialis, neque generalis est propter decretum vltimum eiusdem Trident. *sess.25. de reform.* in quo decretur omnia in dicto Sacro Concilio statuta ita decreta fuisse, vt in his, salua semper auctoritas Sedis Apostolicæ & sit, & esse intelligatur. Et sic Papa potius videtur vti facultate sibi tributa à Concilio, quam aliquid facere contra Concilium. Sic docet doctissimus,& amicissimus P.Lezana *in p.2.D.Thom.tract.6. disp.12.quæst.2.in fine.* Anastasius Germon. *de indult.*

Card. §. Per quæ sublatis, num.74. Eman. Rodriq. *qq. reg.tom.3.quæst.34.art.4 §.circa quam,* Hieron.Rodriq. *in compend.qq. regul. resolut. 116. num.17.* Et Merolla *tom.3.disputat.6.cap.5.num.49.* quibus adde ex Iurisconsultis Maresćottum *var.resol.lib.19.num.55.* contra Castrum Palaum. Et quidem durum mihi videtur Greg.X. voluisse Episcopis concedere quod denegauit suo Summo Pœnitentiario.

RESOL. CXVII.

An in aliquo casu possit Episcopus absoluere à censuris Bullarum Pij IV. & Greg.X.

Et in §. 1. huius Resolutionis proponitur curiosus casus pro supradicta quæstione.

Et affirmatur Episcopum posse absolutè impeditos, siue ad tempus longum absoluere à censuris Pontificis reseruatis.

Nec in tali casu impeditus Romanum Pontificem adire, tenetur mittere Procuratorem, nec scribere ad Sacram Pœnitentiariam.

Ex quo sequitur, an impeditus adire Romanum Pontificem pro absolutione, teneatur adire legatum, aut alium habentem priuilegium absoluendi à casibus Papalibus vel possit in tali casu absolui ab Episcopo?

Et an supradicta procedant etiam in casu hæresis.

Sed explanatur, quod Bulla Cœna aufert ab Episcopis potestatem absoluendi circa hæresim illis collatam in Concilio Tridentino.

Et tandem quæritur, an impeditus adire Pontificem possit à quocumque Confessario absolui à casibus Papalibus, etiam ab hæresi? Ex part. 12. tract. 2. Resolut.24.

§.1. SVpponamus aliquem Romæ incidisse in dictas excommunicationes, & postea reuersum in patriam non posse adire Summum Pontificem propter impedimentum superueniens, infirmitatis v. g. paupertatis, inimicitiæ periculosæ, &c. an inquam, in tali casu possit illum Episcopus à censuris absoluere? Et negatiuè videtur respondendum; impeditus enim adire Pontificem, solum absoluendus venit in casu percussionis Clerici quia de hoc tantùm casu loquuntur Iura, vt in *cap. eo noscitur*, & *cap. de his, de sent.excom.in 6.* Ita Innocentius *in cap.quamuis, de sentent.excommunic.* vbi Butrius *in fine*, Abbas *num.3.* Ancharanus *num.1.* Cardinalis *quæst. penult.* Henricus *in fine*, Idem responderet in hoc casu Syluester *verb.Absolutio 4.quæst.4. num 7.* & Cordub. *in Summ. quæst.18. punct.1. dict.2. post 3. notab.* asserunt enim non permitti absolui impeditos Romam adire, quando tantùm articulus mortis exceptus est in reseruatione, sed in Bullis Pij IV. & Gregorij X. excipitur tantùm articulus mortis, ergo &c.

Sup. hoc in tom.5. tra.2. lege doctrinam Resol. 63. & à Resol. 66. vsque ad 72. inclusiue.

2. Verum communiter Doctores affirmant Episcopum posse absolute impeditos, siue ad tempus longum absoluere à censuris Pontificis reseruatis; & ita tenent 30. Doctores, quos etiam me citato adducit, & sequitur noster Doctus Pater Verricelli in suo erudito opere de Missionariis *tract.9. quæst. 146. num.2.* quia illud impedimentum perpetuum reputatur tanquam verus articulus seu periculum mortis in ordine ad impetrandam ab alio, quam à superiore legitimo absolutionem.

Sup. hoc vt melius hanc quæstionem terminare possis lege Resol. & §§. not. seq. & signanter ex Res.seq. vide à lin.5. §.1.& vers. Assero igitur primo & alium §. eius annot.& ibi etiam § Assero ter tiò.& Res. eius annot.

3. Probatur, nam sic impeditus moraliter est certus non posse ante mortem absolui à legitimo superiore: Ergo est iam constitutus in necessitate impetrandi ab alio absolutionem, ne sine illa decedat. Quod autem illa necessitas non sit ita vrgens, vt statim obliget, sed latitudinem habeat, non tollit quo minus si vera necessitas, verumque sit sic impeditum necessitatem habere impetrandi ab alio, quam à legitimo superiore absolutionem.

4. Confirmatur, si moraliter constat hunc impeditum nunquam habiturum esse occasionem obtinendi à superiore legitimo absolutionē priusquā decedat, quia ab illo tempore est illi necessarium tale priuilegium; & inutiliter expectabit verum articulum mortis, cum necessitas eadem sit. Colligitur hæc doctrina ex *cap.eos, de sentent.excommunicat.in 6.* vbi absolutis ob periculum mortis, vel ob aliud impedimentum à censura Pontifici reseruata, iniungitur onus comparendi coram legitimo superiore. Ecce quomodo non solum periculum mortis, sed impedimentum adeundi superiorem, absolutionis beneficium concedit. Item text. *in cap.ea noscitur.* & *cap.quod de his, de sentent.excommunic.* decidunt sic impeditos absolui posse, ac si in periculo mortis essent constituti. Et licèt specialiter de percussione Clerici loquantur, eadem est ratio in omnibus excommunicationibus reseruatis, vt tradunt communiter Doctores. Felinus *cap.quamuis, de sent. excommun.* Abbas *cap.de cætero, num.1.eod.tit.*

5. Itaque licèt Canones loquantur de Censura reseruata ob Clerici percussionem; tamen ratio, ob quam concedunt posse absolui impeditum, procedit in quacunque censura Papæ reseruata ob quamcunque causam etiam in Bulla Cœnæ, nam id concedūt, ne in excommunicatione moriens incurrat periculum salutis æternæ. At iura ob identitatem rationis præsertim cum continent fauorem, extenduntur ad casus similes, in quibus militat eadem ratio, *cap. cum dilecta*, vbi Abbas & Decius *de Confirmatione vtili, vel, inutili, cap.ad audientiam de Clericis non residentibus.*

6. Nec in tali casu impeditus Romanum Pontificem adire, tenetur mittere procuratorem, nec scribere ad sacram Pœnitentiariam. Et ita tradunt Castrus Palaus, Bertrandus, Loth. Verricelli, & Tamburinus vbi infra, quibus Adde Caraffam *de Duello, tract.5.sect.2.quæst.4.n.4.* Hurtadum *de excom. disp.15. diffic.3.num.10.* Chasaing *de priuileg. Reg. tract.5.c.3. prop.6.* Bassæum *verb. Absolutio, num.10.* Barbos. *de potest.Episc.part.2.allegat.41.num.7.* Constantinum de Castro, Mortar. *in Collectan. Theolg. Moral. tract.4. sect.1.cap.4.art.3. §.1.punct.2. quæst....* Probatur hæc opinio, quia Iura solum exigunt, vt personaliter reus eat ad Papam si potest cessante impedimento, vt benè aduertit Nauarrus *cap.27.num. 90. ad 5.* his verbis; *Ad quintam, quod iustum habet impedimentum is, qui ire non potest, licet pro absolutione mittere possit non enim ad id ius eum obligat, sed vult, vt si possit vadat.* Sic ille. Cui adde præter Auctores citatos Corneio *in 3 part.tract.5.disput. 11.de excommunic. disp 1.* Coninch. *de Sacram. disp.14.dub.16.num.241.* Auilam *de cens.part.2.disp.1.dub.6.punct.3.Concl...* Bonacinam *in Theol.Moral. tom.2.tract.2.disp.3. quæst.21.* Vgolinum *de censur.dub.1.cap.4.§.2. num. 13.* Sayrum *de cons. lib.2.c.16.num. 13.* & Leandrum *de Cens. tom.4. tract.2.de disput. 17.q. 69.* Nouissimè Carolum Malletum *in auro Theol. Mor. tom.1. Malleatione 39.bractea 29.* vbi sic ait; Non tenetur laborans impedimento, ob quod Papam non potest adire, mittere Procuratorem, vel Epistolam, quia vbi lex non aggrauat, nec nos aggrauare debemus, etiam si in sententia excommunicationis dicatur neminem ab ea posse absoluere, nisi in mortis articulo, Episcopus stante impedimento potest absoluere. Ita ille.

Sup. hoc in tom.2.tr. Resol.28.d. tom.1.tr. Resol.18.& lege doctrinam alibi Resol.& §§. e ius primo annot.& ibi pertegi etiam § Inclusa datur Resol. sed Ilius hanc terminat potest.

7. Sed hic oritur dubium, an impeditus adire Romanum Pontificem pro absolutione teneatur adire Legatum, aut alium habentem priuilegium absoluendi

Sup. hoc in tom.5.tr.

uendi à casibus Papalibus, vel possit in tali casu absolui ab Episcopo? Negat Leander *de censur. tom.* 4. *tract.*2. *cap.*17. *quæst.*6. qui citat Cardinalem Lugo, Candidum. Coninch. Baunium, & alios, quibus ego addo Perez *de matrimonio disp.*44. *sect.*6. *num.*9. Castillum *de sacram. tom.*3. *tract.*10. *disp.*8. *dub.*4. *num.* 61. Et ratio est, quia facultas absoluendi à reseruatis censuris, iure communi facta Episcopis, ortum habuit à necessitate, vt ex dictis nuper constat: at hæc cessat, quando adest, qui ordinaria, aut delegata facultate absoluendi à reseruatis est instructus. Ergo &c.

8. At his non obstantibus affirmatiuam sententiam tenet Malletus in Auro Theologiæ moralis *tom.* 1. *malleatione* 39. *bractea* 29. & Hurtadus *de excom. disp.* 15. *diff.* 3. *num.* 11. vbi sic asserit. Id vero quod addit Nauarrus *cap.* 27. *num.* 89. Nempè excommunicatum aliquo modo, ex dictis impeditum non posse absolui ab Episcopo, quādo potest adire Legatū Pontificis, aut alium habentem priuilegium absoluendi, dicitur absque fundamento; quia nullibi adhuc in dicto capite. Quamuis, amplius requiritur vt possit Episcopus, nisi quod non possit adiri Pontifex. Ita Hurtadus, cui adde Auilam *de cens. p.*2. *c.*7. *di put.*1. *dub.*6. *conclus.*3. & alios penes Leandrum vbi supra, quia extrodinaria potestas concessa Legato, aut Religiosis, non tollit extraordinariā Episcoporum, quibus ius commune, vt vidimus potestatem in necessitate circa censuras Papæ reseruatas tribuit. Et omnia superius dicta ita esse vera aliqui existimant, vt putent etiam procedere in casu hæresis. Et ita mordicus tenet ex Dominicanorum familia Magister Ludouicus Bertrandus Loth. *in Resolutionibus Theologicis Belgicis quæst.*1. *artic.*4. ex Societate Iesu Pater Castrus Palaus *tom.*1. *tract.*4. *disp.*4. *punct.*3. §.4. *num.*5. & doctus, ac amicissimus Pater Thomas Tamburinus *in Decalogum tom.*1. *lib.*2. *c.*1. §.8. *num.*8. ex nostra Religione Pater Pollicionus *in Quinquagena quæstionum illustrium quæst.*6. *cap.*4. *per totum*, Alphonsus de Leone *Recoll.* 2. *de censuris num.* 392. *verb. Ampliatur*, Duardus *in Bulla Cœnæ lib.*3. §.2. *quæst.*8. *num.*45. Et Verticelli vbi supra *quæst.*147. *num.*5. Et idem docet Ascanius Tamburinus de iure Abbatissarum *disp.*16. *quæst.*8. *n.*7. Alterius *de Censuris tom.*1. *lib.*1. *disp.*6. *c.*8. & *lib.*5. *disp.*22. *cap.*2. Freitas *de confess. sollicit. qu.*21. *num.*15. & alij.

9. Nec obstat dicere, quod Bulla Cœnæ aufert ab Episcopis potestatem absoluendi circa hæresim eis collatam in Concilio Trident. *sess.*24. *cap.*6. *de reform.* Nam respondent hoc non esse certum, & contrariam sententiam esse satis probabilem, vt obseruat Hurtadus *de excomm. disp.*15. *difficul.*3. *num.*12. vbi sic ait. Sed an nunc possit Episcopus vti dicta concessione Tridentini, quoad casus Bullæ Cœnæ Domini etiam hæresis, & quoad excommunicationes eis annexas, non conuenit inter Doctores, quia Henriquez *lib.*6. *de pœnitentia cap.* 14. Petrus Ledesma, Rodriquez, Lorca *disput.* 54. *sect.*2. & plures alij docent, quod possit, in quod inclinat Auila 2. *parte cap.* 7. *disputat.*1. *dub.* 6. & approbat Ægidius *num.*243. quoad omnes casus, excepto hæresis. Toletus verò *in summa in Bulla Cœnæ excommunic.*14. *ad finem.* Azor. Molina, Suarez *disput.* 21. *sect.*4. & plures alij docent, quod non possit vti dicta concessione, quia ei videtur derogari in vltima clausula Bullæ Cœnæ. Vtraque tamen pars non caret probabilitate & non minus pars affirmatiua, etiam quoad casum hæresis, quam negatiua. Ita Hurtadus. Vide me ipsum *part.*1. *tract.*5. *resol.*2. & ideò nouissimè doctissimus, & amicissimus Episcopus Barbastrensis Antonius Frances in sua Pastoral. *tract.* 4. *quæst.*2. *per totum*, neruosè defendit hodie non obstante Bulla Cœnæ posse Episcopos absoluere ab hæresi occulta, quod etiam nouissim è docet Malletus *in Auro Theol.* sed stando in opinione, per Bullam Cœnæ, fuisse ablatam Episcopis authoritatem absoluendi ab Hæresi virtute Concilij Trid. posse ipsos adhuc absoluere ab hæresi impeditos adire pro eius absolutione Summum Pontificem, ex vi Iuris communis, & ideo obseruat Pellicionus; quod aliud est quando agimus de concessione, vel reuocatione Priuilegij, aliud quando agimus de concessione, vel reuocatione Iuris communis. Nam priuilegiis facilè derogatur, & quando Priuilegium deuenit ad non causam, vel ex eius executione nasceretur aliquod absurdum reuocatur priuilegium *cap. Suggestum de Decimis.* Imò quando Priuilegium continet idem, quod Ius commune, reuocato priuilegio, non reuocatur Ius commune. Idcircò licèt decretum Tridentini concedentis facultatem Episcopis absoluendi ab Hæresi sit correctum, non tamen cessat dispositio Iuris communis; vide Etiam Verricellum de Apostolic. missionibus *quæst.*147. *num.*11. Itaque dicendum est quod Bulla Cœnæ derogat priuilegiis absoluendi, quale erat priuilegium concessum à Tridentino, at non derogat Iuri communi, quo perpetuò impeditus ab Episcopo, aut à proprio Sacerdote absolui potest à quacumque Censura reseruata. Vndè maximum discrimen est inter absolutionem datam ab Hæresi occulta ex Tridentino, & datam ob impedimentum, ea conceditur ex necessitate, ne perpetuò in excommunicatione permaneat, & contingat absolutum decedere. At quæ datur virtute Tridentini, non datur ex necessitate, sed, vel ex priuilegio dignitatis Episcopalis, vel quia delictum minori pœna censetur dignum. Ergo quamuis Bulla Cœnæ reuocet facultatem absoluendi ab hæresi ratione cuiuscunque Priuilegij, & quamuis comprehendat casus occultos, tamen reuocat facultatem absoluendi ratione necessitatis, nempe perpetui, aut diuturni impedimenti.

10. Sed hic oritur alia difficultas: An impeditus adire Pontificem possit à quocunque Confessario absolui à casibus Papalibus, etiam ab Hæresi? Affirmatiuè respondet ex Castro Palao, Bertrand. Loth. *in resol. quæst.*1. *art.*9. nouissimè noster pater Verricelli *de missionariis tract.*9. *quæst.* 148. *num.* 2. qui ait: In iure æquiparantur impedimentum perpetuum, aut diuturnum, & articulus mortis *text. est in cap. eos sent. excomm. in* 6. ibi: eos, qui à sententia Canonis, vel hominis, cum ad illum à quo aliàs de Iure fuerant absoluendi, nequeunt propter imminentis mortis articulum, aut aliud legitimum impedimentum pro absolutionis beneficio habere recursū, ab alio absoluuntur &c. sed in mortis articulo Sacerdos absoluit ab excommunicatione ob Hæresim incursa, ergo etiam stante legitimo impedimento absoluere potest, & alias rationes penes Verricellium inuenies.

11. Nec obstat dicere, quod Concilium Tridentinum *sess.*14. *cap.*7. *de pœnitent.* asserat Sacerdotes extra articulum mortis nil posse in casibus reseruatis. Nam cum Amico *in Cur. Theolog. tom.*8. *disp.*13. *sect.*8. *num.*225. Card. Lugo *de Sacr. Euchar. disp.* 14. *sect.*5. *num.* 97. & aliis, respondere quis posset Tridentinum intelligi debere, nihil posse in casibus reseruatis absoluendo directè ab illis, non autem cum ex iusta causa, prout legitimi impedimenti absoluunt indirectè, & cum onere se præsentandi. Tum quia, vt ait Alterius *tom.*1. *lib.*5. *disput.*22. *cap.*2. *fol.* 772. Tridentin. excipit tantum articulum mortis, non quia non sit idem permissum occurrentibus aliis; sed quia in articulo mortis nulla est reseruatio.

12. Respondetur

Ref.16. & in fine Ref. 18. & in Ref. 30. §. vlt. & in Ref. 31. §. 1. ante medium, vers. Tertio quia.

Sup. hoc in tom. 5. tr. 8. Ref. 22. 23. & 24. & hic infra in Ref. seq. §. Asserо secundò.

Sup. hoc in tom. 1. tr. 5. Ref. 35. §. Non nego.

12. Respondetur secundo, Tridentinum non loqui in casu nostro, nam supponit pœnitentem non habere aliquod legitimum impedimentum, sed posse faciliter adire Superiorem; nam ait extra mortis articulum Sacerdotes, cum nihil possint in casibus reseruatis, id vnum pœnitentibus persuadere nitantur vt ad Superiores, & legitimos Iudices pro beneficio absolutionis accedant. Quare supponit non esse impedimentum legitimum adeundi, si enim tale impedimentum perpetuum adsit, frustratoria, & ridicula esset ea persuasio.

RESOL. CXVIII.

Iudicium Authoris circa ea, qua dicta sunt in superiori Resolutione.

Et non approbatur impeditum Pontificem adire, posse absolui ab Episcopo in casu hæresis.

Et docetur, quod in concessione Iubilæi, etiam anni Sancti concedente facultatem absoluendi ab omnibus casibus Bulla Cœnæ non comprehenditur casus hæresis.

Et asseritur à fortiori impeditum adire Pontificem, & Episcopum non posse absolui præsertim ab hæresi, à quocumque Sacerdote?

Et quæritur, an stylus Curiæ obliget tantum in foro exteriori?

Et tandem docetur ea, quæ in corpore iuris inserta sunt non censeri reuocata, nisi fiat de ipsis expressa mentio? Ex p.12.tract.2.Res. 25.

§.1. VErum his omnium minimè suffragantibus, nè in aliquas tricas, me inuoluam circa superius dicta secundum mentem suorum Authorum ego Iudicium meum promam. Assero igitur primo, me non approbare impeditum Pontificem adire, posse absolui ab Episcopo in casu Hæresis, & ita mecum docet Sotus *in 4.distinct.22.q.2.art.3.* ad finem, Viualdus *in addit.anni 1502 ad Candelab. aureum.part.1.tit. 11.de absolutione n.14.* Sanchez *lib.2. Summæ ca.13.nu. 37.* Suarez de fide *disput.21.sect.4.in fine*, Vgolinus *de censuris referu.part.3.cap.2. §.4.num.2.* Bonacina *to. 3.de Censur.Bulla Cœna disput.1.q.22. punct.2. num.23.* Sanctarel *de Hæres.cap.6.dub.3.* Trullench *lib.1.in Decal.cap.3.d.7.num.10.* Ricciull.de Stat.reprobo *lib.5. cap.14.num.25.* & alij.

Sup. hoc impedimento, & casu hæresis lege doctrinam præcedentis Res. & signãter §. eius 2. & in tom. 1. tr.5.Res.16.§. Verum,à lin. 6. & in aliis eius not. & in tom. 5. tr. 8. vide Res. 23. & alias eius not.

2. Probatur hæc opinio ex Suarez propter grauitatem, & rigorosam reseruationem hæresis; Vndè non venit in generali concessione absoluendi, cum sit speciali nota digna. Hinc ego olim quod in concessione Iubilæi etiam anni Sancti concedens facultatem absoluendi ab omnibus casibus Bullæ Cœnæ non comprehendi casus hæresis, vt docet Suarez *de Cens.disp.7.sect.5.num.12.& de fide disp.21.sect.4.num. 21.* Vasquez *tract.de excom.dub.19. numero 5.* Henriquez *lib.8.cap.16.§.3.* Sanch.*lib. 2. cap. 12.numero 10.* Azor *part.1.lib.8.cap.10. quæst. 12.* Barbos. *de potest. Episcop. alleg. 40.num.33.& allegat.50.num.178.* Ricciul.*de Iur.person. lib.5.cap. 14. num.7.* & Ego *in p. 1. tract.5. resol.1.* Sanctarellus *de hæresi cap. 6. dub. 4.* Farinac. *de hæresi.quæst. 192. num 63.* Nauar. *cap.27. num. 275.* Ragucius *in Lucerna Parochor. quæst. 125. num.5.* Auila *de Censuris part.2.cap.7.disput.1.dub.7. concl.1.* Floronus *de cas.reseruat.par.1.cap.4.§ 22.nu.4.* Siluius 2. 2. *q. 11.art.3.* Torreblanca *de magia lib.6. cap...num.3.* Lezana *verbo casus reseruat.nu.28.* Portel. *verbo Hæresis num. 22.* Garzia de *Beneficiis part. 11. cap.10.num.109.* Trullenc.*in Decalog. lib. 1.cap.3.dub. 6.num.2.& in Bullam Cruciata lib.1.§. 7.cap.2. dub.7.* Castrus Palaus *tom.1.tract.4. punct.3.§.4. num.5.* Et alij, qui etiam obseruant sic declarasse Greg.XIII. & Pium V. vnde, & ego in gratiam lectorum, & pro hac veritate firmanda adducam illud Decretum sel. record. Innocentij X. tenoris sequentis. *Feria V. die 23. Maij 1652. in Congregatione Generali Sanctæ Romanæ, & vniuersalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico Montis Quirinalis coram SS.D.N.Innocentio Diuina prouidentia Papa X. Ac Eminentiss.& Reuerendiss. DD. S R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana contra hæreticam prauitatem Inquisitoribus Generalibus à Sancta Sede Apostolica specialiter deputatis. Lecto memoriali tenoris infra scripti videlicet, Beatissime Pater. Cum nuper in Diœcesibus Toletana, Hispalensi, Salmantina, & forsan aliis publicatum sit Iubilæum anni Sancti à Sanctitate Vestra concessum, cum facultate, vt quilibet Confessor ab Ordinario approbatus possit absoluere à quibuslibet Censuris, & Casibus reseruatis, etiam in Bulla Cœnæ. Ab aliquibus dubitatum est. An in dicta generali concessione absoluendi à reseruatis comprehendatur facultas ab hæresi. Et quia ex hoc magna possunt oriri incommoda in graue fidei damnum, quibus vt occurrerent aliqui Sanctitatis Vestræ prædecessores declararunt in Iubilais à se concessis non esse comprehendere huiusmodi facultatem. Gregorius enim XIII. die 22. Septembris anni 1576. declarauit non fuisse sua intentionis, nec Pij V. prædecessoris sui in iubilais concessis tam à se, quam à prædicto suo prædecessore concedere facultatem absoluendi à Crimine hæresis, & clemens VIII. idem declaruit pro iubilais à se concessis anni 1592. & 1597.& Vrbanus VIII. in iubilais annorum 1630.& 1634. Quamuis concesserit facultatem absoluendi à censuris, & casibus reseruatis, etiam in Bulla Cœnæ excepit crimen Hæresis, idcirco D. Franciscus de Cabrera Inquisitor Toletanus humiliter orat Sanctitatem Vestram, vt dignetur declarare in dicto iubilæo à Sanctitate Vestra concesso, vel in aliis in posterum concedendis, non censeri comprehensam facultatem absoluendi à crimine Hæresis, nisi expresse, & specificè declaretur, cum quo prædicta cessabunt dubitationes, & Orator magnam recipiet gratiam à S.V. Quam Deus, &c. Quo memoriali audito SS. D.N. Innocentius Papa X. prædictus mandauit rescribi, prout fuit rescriptum, videlicet sub die 18. Octobris 1638 per D.Cardinalem Millinum Inquisitori Toletano Hò veduto quello che V.S. Illustrissima hà scritto intorno alla facoltà del Giubileo, se viene eccettuato il caso del l'Heresia, intorno à che mi occorre dirle, che il caso è eccettuato, è non compreso in detta facultà, e co sì è dichiarato.* Hoc decretum in forma authentica mihi legendum præbuit dictus Illustrissimus Inquisitor D. Franciscus Diaz hodie vnus ex Consiliariis nostræ supremæ Inquisitionis Hispanicæ, Vir, scientia, eruditione, ac morum probitate conspicuus, & quidem nunquam satis dilaudatus, Dominus meus amantissimus, & cui profiteor me nimis propter eius merita addictissimum esse.

Olim, si per ordinem scire velis omnem doctrinam Doctorum ante sequentem declarationem huius Res. & aliam posità Res.vlt. & §§. vlt. huius antè lege prius supra hoc, & non pigebit, in tom.5. tr. 8. ex Res. 29. doctrinam §. Respondent aliqui. & ex Res.18.§. Sed ad lin. 6. & sers. Ratio vlt. & ibi in p.10.Res. 81.

3. Assero secundò à fortiori, & impeditum adire Pontificem, & Episcopum, non posse absolui præsertim ab hæresi à quocunque Sacerdote. Ita tenet Vasquez *3.p.quæst.91. articulo 3.dub. 8. num. 4. dub.9. num.23.* Vgolinus *de Censuris reseruatis p.3.cap.2.§.4. num. 1.vers.verum*, Bonacina *tom.3. disput.1.de Censuris Bullæ Cœnæ q.22.pun.2.num.12.* Lezana *verb.Casus reseruati num.24.* Granado *2.2.controu 1. tract.15. disp.16. sect. 4. num. 18.* Carolus de Grassis *de effect. Cleric.effect.9.num. 181.* Hieronymus de Monte *q.13. nu.29.& 30.* Barbosa *de potest. Episcopi alleg. 21.n.32.* & nullo casu ratione impedimenti posse Sacerdotem Episcopo inferiorem absoluere ab hæresi, ait Trullenchus in Decalog. *lib. 1. cap. 3. dub.4. in fine*, & hoc apertè probatur, quia Clemens VIII. in Decreto anni 1601. ait, *Sacerdotes siue sæculares, siue Regulares*

Sup. contento in hoc §. in Resol. præcedenti. Sed sic quidam. & in tom. 1. tr.5.Res. 16. & quibusdam aliis §§. eius annot. & melius ad rem, in tom. 5. tr.8.Res. 23. & 24.

nullo

nullo casu posse absoluere etiam necessitatis, vel impedimenti, nisi in articulo mortis. Vnde saltem in Italia hanc opinionem omnino veram, & certam, ac penitus sequendam omnino existimo. Vide Duardum *in Bulla Cœna lib.3.§.2.q.8.n.53.*

4. Assero tertio in casibus Bullæ Cœnæ, & aliis Papalibus impeditum adire Romanum Pontificem posse stando in rigore Iuris absolui ab Episcopo, dixi in rigore Iuris, quia Thesaurus à me alibi adductus *de Pœnis part. 1.cap.24.ampliat.3.* obseruat Praxim esse in contrarium. Vnde noster pater Alphonsus de Leone *recollect.5.de conf.num.424.* sic ait, *Quæ omnia, & si vera sint in Theorica, tamen in praxi contrarium est verius, cum enim tali casu suppetat tempus ab Episcopo, tales non absoluuntur, sed rescribitur S. Pœnitentiaria pro absolutione.* Ita ille, sed aduersus dictos Authores insurgit nouissimè Pater Verricelli *de missionibus tract.9.quæst.151. num.7.* vbi sic ait. *Immerito oppositam docent Thesaur. & Leo dicentes teneri scribere ad sacram Pœnitentiariam, & ita obseruari in praxi, sed hoc nullum habere solidum fundamentum in Iure, Sacri Canones enim præcipiunt eum præsentare se debere Apostolico conspectui, nullibi autem præcipitur illum adire debere sacram Pœnitentiariam per epistolam neque id implicitè in illo priori præcepto comprehenditur, neque pœne extendendæ sunt de casu ad casum, ergo si nequit ob quodcunque impedimentum personaliter adire Apostolicam Sedem, non tenetur mittere Epistolam ad sacram Pœnitentiariam, quousque durat impedimentum. Præterea nullum Ecclesiasticum præceptum, si nequeat obseruari in specifica forma, obligat vt impleatur æquiualenter, sic qui nequit confiteri, non tenetur eo anno elicere actum contritionis, qui nequit recitare diuinum officium, ob carentiam Breuiarij non tenetur alias preces recitare. Neque obstat contraria praxis recurrendi per epistolam ad S.Pœnitentiariam; nam ea non est introducta, quasi ex consuetudine obligante; sed ad maiorem quietem, & securitatem conscientia; neque est ea consuetudo vniuersalis, sed tantùm in locis ab Vrbe parum distantibus, neque eam omnes obseruant, præsertim pauperes, qui non habent vnde dent Procuratori pro expeditione litterarum sacræ Pœnitentiariæ.* Hucvsque Verticelli.

5. Imo aliqui putant etiamsi dicta praxis adesset fundata in stylo Curiæ, nihil tamen obstaret in foro conscientiæ, nam stylus Curiæ obligat tantùm in foro exteriori, & fundatur in probabilitate vnius opinionis, & forsitan probabilioris, sed non tollit probabilitatem alterius sententiæ pro foro conscientiæ, quæ quidem sufficit, vt sit tantùm probabilis; ita tenet Fagundez *de præcept. Eccles. part.2.lib.8. cap. 8. num.138* Granadus *in 1.2. contr. 7.tract. 3. part.1. disp.11.* Marcus Serra Dominicanus *tom. 1.in part.2. quæst.90.art.4.&* ex ead. Relig. Ludou. Bertrandus Loth. *in resol.theol.tract. 2.art.1.ad primum Argumentum*, Leand. *de cens.tom.4.tr.2.disp. 17. quæst. 10. & de Sacram.tom.2.tr.9.d.24.q. 31.& 48.* Præpositus *in 3. part quæst.8.de dispens.matr.dub.6.num.6.* Villalobos *tom.1.tract. 2. diffic. 43.num. 4.* Pontius *de matrim. lib. 8.cap. 17. §. 6. num.33.* Escobar *in theol. mor. tom.1.lib.5.sect.3. pro.2.& 46.* Martin. de S.Ioseph. *in mon.confess.tom.1.lib.1. tract.46.de matrim.num.1.* Hurtad. *in 2.2.disp.170.sect.1.§. 201.* Vidal. *in arca theol.moral.tit.de duello in quæst. 3.num. 22.* Perez *de matr.disp.46.sect.6.num.4.& 8.* Castrus Palaus *tom.3. de Simonia disp.3.punct vlt.num.4.* Vasquez *in part.2. tom.2.disp.177.cap. vlt. num. 75.* Portel. *in respon. tom.1.part.3.cap.5. num. 3.* Baunius *tom.2. tract. 11. quæst.40.* Hurt. *var.tom.2.disp.170.sect.1.n.197.* Pelliz. *tom.2.tract.8.c.5.num.195.* Cassaingh *de priuil. regul. tract.1.c.2.proposit.5.* Fagund. *in decal.tom.2.lib.8.c.10. num. 8.* Amicus *tom.5.disp.5 sect.3.n.79.* Gibalinus *de irregular.c.2.q.3.p.4.n.10.fol.33.* Mazuchel. *de casibus reseruatis sect.1.q.4.difficult.6.n. 13.* Hurtadus *vol.2. disputat.170.sec.1.§.28.* Caraff. *de duello tr.2.sect. 13. q.63.n.11.* Vidisti amice Lector quot viri sapientissimi asserant stylum Curiæ non facere ius in foro conscientiæ, ex quorum doctrina sequeretur resolutio benigna multorum casuum.

6. Verum ego omnino praxim Romanam sequendam esse puto, & assero cum opinione aliorũ Doctorum stylum Curiæ obligare in foro conscientiæ, vt ex Sanchez docet noster celeberrimus Canonista P. D. Thomas Pellicionus in quinquagena illustrium quæstionum, *q. 26. c. 3.* cùm Vrbano ab Ascensione *in theolog.moral.tr. 3.tit.17.§. examinatur natura pensionis*, vide etiam Doctores, quos citat, & sequitur doctus Episcopus Didacus Frances in Pastorali *tr.4.q.6.n.9.* & ideò pro nostro casu indiuidualiter Hieronym. Garzias *in Politica regul. to.2.tr.16. diffic.5.dub.6.p.5.n.37.* sic ait. *Pero preguntarà alguno el impedido de yr a Roma deue imbiar a la Sacra Penitẽtiaria por letras para hazerse absoluer, ô podria sin imbiar absoluerle el Obispo pues no puede yr en persõa. Beso, y otros responden que no està obligado, y que puede el Obispo absoluerle, y lo confirma Diana* par.9. tr.7. resol.9. secluſa praxi, *la qual teste Thesauro in praxi de pœnis p.1.c.24.ampliat. 3. està en contrario, y como esta haze ley hase de saber el estilo, y seguir esse.* Ita ille, & iterum ego, quicquid aliqui cõtra me nõ desinant mussitari.

Quæ nunc est in tom. 1. tr. 5. Ref. 16. & in alius eius primæ not. & supra in §. Assero Tertio. huius Ref. & in aliis eius annot.

7. Verùm si aliquis supposita practica, & stylo Curiæ si adessent, vellet stare in opinione Doctorum asserentium, sine vlla limitatione, impeditum adire Pontificem posse absolui ab Episcopo, hęc Doctrina non videtur applicari posse ad casum nostrum, nam clausulæ reuocatoriæ appositæ, vt supra visum est in Bullis Pij IV. & Gregorij X. obstant ne Episcopi possint vti facultate sibi concessa in cap. *eos qui de sent.excom.in 6.* & aliis iuribus adductis. Sed quis respondere posset, ea, quæ inserta sunt in corpore iuris non censeri reuocata, nisi fiat de ipsis expressa mentio. Ita habetur *ex l.eius militis §. militia missus de testament.militis*, & docet Glossa *in lib.2.§. Legatis verbo* non compelluntur, *ff.de re iudic.* & in Authen. *Qua in Provincia verbo* illico omni priuilegio *Cod. vbi de crim.agi opor.* Doctores ibid. Felin. *in c. 2.n.12. & in cap.nonnulli num.9.& 26.de rescript.in 6.* Ruin. *cons.128.num.13.vol.1.* Iaſ. *cap.1. num. 16. de Constit.* Lother. *lib.1.de re benef.quæst.7.num.23.* Suarez *lib.8. de Legibus cap.38.num.12.* Miranda *tom.1.Manual.q. 25.art.5.* Palaus *p.1.oper.mor.tr.3.disp. 4. de priuileg. punct.2.§.4.n.5.* Et ideo dixit Pellicionus in quinquagena illust. Quæst. *q.6 c.4.* Quod licèt fuerit per Bullã Cœnæ reuocatum Concil. Triden. *sess.26.cap.6.de reform.* in fauorem Episcoporum, quoad absoluendum &c. Tamen hoc non obstante non censeri reuocata dispositio iuris communis. Quare ait dictus Pellicionus ex Henriquez *lib.3.de Sacram.cap.1.n.2.* quod in qualibet strictissima reseruatione, cum qualibet amplissima derogatione semper Episcopus poterit absoluere perpetuò impeditos. Vel dici posset Pius IV. in sua Bulla concedere facultatem, vt ex Censura in ipsa fulminata possit quis absolui in articulo mortis. Ergo Episcopus potest dictam absolutionem cõcedere in casu nostro. Probo consequentiam, nam impedimentum perpetuum adeundi Pontificem constituit Censurarum, tanquam si esset in articulo mortis, & tale impedimentum censetur tanquam verus, mortis articulus, vt tradit Dicastillus, Bertrandus, Loth. & alij Doctores vbi supra citati. Ergo sic impeditus potest ab Episcopo absolui vigore cap. *& noscitur de sent.excom.* & aliis iuribus. At vt supra

Sup. hoc in tom. 7. tr. 1. Ref. 90. §. Sed contrariam. à lin. 2. & in Ref. 91. §. Ex his, ad lin. 9. & in Ref. 92. §. 1. cursim in fine, & in Ref. 272. lege doctrinã §. Accedit. & §. vlt. & in tom. 2. tr. 5. Ref. 79. §. Verum. & hic infra in tr. 8. Ref. 8. prope finem. à vers. ad de quod.

supra diximus stylus Curiæ est in contrarium, quem ego sequendum esse puto, & ideo censurati ita impediti stante practica ad Sacram Pœnitentiariam recurrant, vel ad Summum Pontificem.

RESOL. CXIX.

An censura ex fractione Bullæ Pij IV. & Greg. X. possit à Regularibus hodie absolui?

Et probatur, quod confirmatio priuilegiorum Regularium ex certa scientia, & sine clausulis restrictiuis operatur, vt priuilegia reuocata restituantur, & reualidentur?

Et docetur, quod confirmatio facta vni Religioni, valet pro omnibus aliis? Ex part. 12. tract. 2. Resol. 26.

Sup. hoc supra in Res. 113. recitatiue in §. Secundo.

§. 1. NEgatiuè respondet Bonacina *de elect. Pontif. disp. 2. quæst. 7. num. 3.* cum aliis, & patet ex clausulis derogatoriis appositis in dictis Bullis. Verum difficultas est stante aliqua confirmatione Pontificia dictorum Priuilegiorum post Gregorium X. & ideo aliqui respondent affirmatiuè, nam Vrbanus VIII. post dictas Constitutiones, & suam, confirmauit ann. 1636. ex certa scientia, plenitudine potestatis, & motu proprio omnia priuilegia Patrum Discalceatorum Sanctissimæ Trinitatis absque clausulis restrictiuis, dummodo sint in vsu vel dummodo non fuerint reuocata. Ergo hodie Regulares virtute dictæ Confirmationis Vrbani VIII. possunt absoluere ab excommunicatione contracta ex fractione Bullæ Pij IV. & Gregorij X,

Sup. hoc in tom. 7. tr. 1. late in Res. 253. & in Res. 249. ad medium §. 1. & in Res. 250. ad medium etiam §. 1. & seq. & in Res. 252. §. vlt. & in Res. 268. §. 1. ad medium. vers. Maior argumenti. & hic infra in Res. 121. paulo post initium. vers. Et ad doctrinam.

2. Probatur, quia confirmatio ex certa scientia, & sine clausulis restrictiuis operatur, vt priuilegia reuocata restituantur, & reualidentur. Vnde dicta confirmatio per dictam clausulam habet vim nouæ concessionis; & ita cum Baptista de Salis Panormitano, Gloss. Oldrado, Rodriquez, Thusco, Marchesano, & Suarez, tenet Sebastianus à Bonacina *de elect. part. 2. cap. 4. dub. 63. n. 7.* quibus ego addo Thomam Hurtado *ver. Resol. tom. 2. tract. 8. c. 6. Resol. 54. nu. 557.* Cardinalem Lugo *lib. 3. Respon. dub. 18. num. 8.* Samuelem *de elect. tract. 3. disp. 3. controuers. 18. conclus. 4.* Lezanam *in summ tom. 3. verb.* clausula *num. 29. & t. 4 verb.* priuilegia Regularium *num. 22.* Sanctorium *in Const. min. cap. 8. sect. 18.* Hieron, Rodriquez *in compend. Resolut. 52. num. 41.* Villalobos *tom. 1. tract. 13. diffic. 60. num. 10.* Garciam *in Pol. regul. tom. 1. tract. 8. diffic. 1. dub. 7.* Peyrinum *in formul. litt. C. cap. 18. nu. 4.* Naldum *in Summ. verb.* Priuilegium 14. Megala *tom. 2. variar. resol. 199. n. 8.* Palaum *to. 1. tr. 3. disp. 4. punct. 2. §. 10. n. 5.* Pellizzarium *tom. 2. tract. 8. cap. 3. num. 145.* Bassæum *verb.* Priuilegium 4. *n. 4.* Bordonum *tom. 2. resolut. 52. num. 137.* & alios penes ipsos; asserentes, quod confirmatio ex certa scientia, habet vim nouæ concessionis, & omnia ad pristinum statum reducit, ac reuocata reualidat. Vnde Leandrus à Murcia *in Regul. S. Francisci cap. 6. quæst. 18. num. 8.* sic ait. *De todo lo dicho se saca, que quando la confirmacion se haze ex certa scientia, reualida el Papa con ella el priuilegio reuocado de su Predecessor, o priuilegios por el reuocados, aunque sea por Special Bulla, ò por Special reuocacion.* Ita ille. Quibus omnibus adde Merollam *tom. 3. disp. 6. dub. 2. diffic. 2. num. 55.* qui *dub. 3.* quærit. *An confirmatis priuilegiis vnius Religionis, censeantur etiam confirmata priuilegia omnium aliarum Religionum, quæ habent communicationem priuilegiorum illius? & affirmatiuè respondet, quod etiam docent* Peregrinus *in compend nostrorum priuilegiorum in introductione §. 7. in scholio vers. præterea,* Donatus *in praxi Regularium to. 1. tr. 11. q. 9.* Bassæus *verb.* Priuilegium 4. *n. 3.* Portel. *verb.* Priuilegium *n. 34.* Rodriquez *to. 1. q. 8. art. 2.* Miranda *to. 2. q. 42. art. 5.* Antonius Via *in collect. priuileg. Mendic. verb.* Communicatio priuilegiorum *fol. 74. §. Notandum* vbi citat Suarez, & Confettum. Quibus etiam adde Bordonum *tom. 2. Resol. 52. n. 320.* Rodriquez *in compend. Resol. 116. n. 10.* Crescentium *in Pract. Bem. lib. 3. nu. 38.* & Pellizarium *in Man. tom. 2. artic. 8. cap. 1. num. 100.*

3. Ex quibus sic concludunt dicti Noeterici. Supposito primo, quod Vrbanus VIII. confirmauit priuilegia PP. Sanctiss. Trinit. *ex certa scientia* absque clausulis restrictiuis.

4. Supposito secundo, quod confirmatio facta ex certa scientia habeat vim nouæ concessionis, & reualidet priuilegia reuocata.

5. Supposito tertio; quod confirmatio facta vni Religioni, valeat pro omnibus aliis. His suppositis, sequitur euidenter, hodie Regulares vigore suorum priuilegiorum posse absoluere excommunicationem contractam ex fractione Bullæ Gregorij X. Nam dato, quod in ipsa fuissent reuocata Regularium priuilegia, postea per confirmationem factam ab Vrbano VIII. fuerunt reualidata, & iterum de nouo eis concessa.

RESOL. CXX.

Infertur Corollarium in ordine ad Eminentissimos Cardinales Regulares?

Et discutitur, an Episcopus Regularis amittat, nec possit vti priuilegijs, quibus antea cum Religiosis vtebatur; quod idem est de Religioso ad Cardinalatum assumpto? Ex part. 12. tract. 2. Resol. 27.

§. 1. SI opinio affirmatiua esset admittenda, sequeretur posse Cardinalem Regularem existentem in Conclaui absoluere à censura Pij IV. alium Cardinalem, vel Conclauistam & hoc etiam extra Conclaue, & hoc ex mente Patris Pasqualigi *decis. 130. n. 4.* vbi docet Episcopum assumptum ex ordine Regulari non amittere priuilegia Religionis, & posse absoluere ab omnibus peccatis reseruatis, à quibus antea poterat, & dispensare, & cómutare, sicut prius. Si itaque secundum illum talem potestatem habet Episcopus Regularis, ita & habebit Cardinalis Regularis: nam pari passu procedunt in hoc Cardinales, & Episcopi, vt patet ex Pellizario vbi infra.

2. Dixi secundum illum, nam, vt verum fatear, communiter Doctores asserunt, Episcopum Regularem, nec posse vti priuilegiis quibus antea cum Religiosis vtebatur: ergo idem dicendũ erit de Religioso ad Cardinalatum assumpto. His tamen non obstantibus inuenio sententiam Pasqualigi docere etiam Pellizarium *in Manual. regularium to. 2. tr. 8. c. 1 sect. 4. n. 65.* Cespedes *de exempt. regul. c. 24. dub. 389. nu. 2.* & ratio est, nam vt obseruat Cochier. *de iurisdict. tom. 2. p. 2. q. 59. art. 9.* ex permutatione status nõ amittitur priuilegium compatibile cum statu. Tum quia non est tanta vis, atque potestas translationis, vt res, & translati loci priuilegia adimat, imo rem, & locum in eadem conditione relinquit, *leg. 1. ff. de priu. credit. l. tempus ff. de indic.* Felin. *c. quia indicanda sub fin. de præscript.* quia tum Ecclesia Regularis ad secularem statũ redacta, non amittit exemptionem, & priuilegia antea ipsi concessa, nisi expressè sint sublata. Vnde Abbatia Regularis exempta, si fiat secularis, manet exempta, Tamburin. *de iure Abbatum to. 1. dist. 15. q. 11.* alique. Et facit *text. in. Clem. 1. de supplem. neglig. Prælatorum,* aliasque rationes adducit Cespedes, vbi supra, & respondet ad argumenta contraria.

RESOL.

RESOL. CXXI.

Iudicium de supradictis opinionibus.

Ex quibus sequeretur, posse Regulares hodie absoluere à casibus Episcopis reseruatis, non obstantibus Decretis Clem. VIII. & Vrbani VIII. quod non approbatur.

Et respondetur ad aliqua argumenta pro priuilegio Societatis Iesu concesso ab Greg. XIII. in Bulla, qua incipit Decet Romanum Pontificem, *& adducitur Decretum Sacræ Congregationis ex ordine Vrbani VIII. reuocans tale priuilegium, &c.*

Et arguitur, quod casus Papales occulti, Vigore Concilij Trid. desinunt esse Papales & efficiuntur Episcopales, ex quibus Regulares possunt absoluere toties, quoties. Ex part. 12. tract. 2. Resol. 28.

§. 1. QVæ in postremis his Resolutionibus dicta sunt, satis grata fuisse Regularibus non dubito, sed bona eorum venia, ego illa non approbo, & improbabilem puto sententiam ipsis fauentem, etiam si mihi constaret authenticè de adducta cõfirmatione priuilegiorum facta ab Vrbano VIII. de qua tantùm testatus est mihi, vir quidam doctus ex Hispania & ideo puto cum Bonacina priuilegia Regularium, fuisse reuocata ex Bulla Gregor. X. vnde non posse illos à censura fulminata in dicta Bulla absolui. Et ad doctrinam superius allatam de confirmatione priuilegiorum ex certa scientia, ac de plenitudine potestatis, & sine clausulis restrictiuis, respondeo me latè hanc sententiam impugnasse *in part. 11. tractat. 2. resol. 7.* contra Brunum Cassaingh, ideo me remitto ad ea, quæ ibi adduxi. Vide etiam ea, quæ adducit Iuniparus *in defens. iur. Pontif. q. 4. c. 2. n. 11. cum seqq.* & Americus *de officio Datarij, lib. 1. c. 15. §. 1. n. 73.* Et si hæc doctrina esset admittenda, sequitur hodie posse Regulares absoluere à casibus Episcopo specialiter reseruatis, non obstantibus Decretis Clem. VIII. & Vrbani VIII. & hoc quia post dicta decreta ipsemet Vrbanus VIII. confirmauit priuilegia Regularium cum clausula ex certa scientia. Et hanc sententiam tenet ex hoc principio ex Dominicanorum familia Magister Hinoiosa *in directorio decisionũ Regularium verb.* Confessarius *fol.* 109. à tergo, vbi loquens de decretis Pontificiis circa casus reseruatos Episcoporum, sic ait. *Sed prædicta statuta, & declarationes nihil impedire, quo minus Fratres Ordinis absoluere possint à prædictis casibus reseruatis, ex eo constat, quia licèt per vtrumque Statutum reuocentur nostra priuilegia, quoad ea, quæ in huiusmodi declarationibus continentur; iam verò nunc eadem nobis priuilegia restituta sunt per Sanctissimum Dominum nostrum Vrbanum VIII.* (*vt dicemus verbo*, Confirmatio priuilegiorum) *consequenter eorum facultate poterunt Prælati Regulares in subditos, & Sacerdotes Regulares expositi in fratres, & seculares sibi concessa potiri. Ne tamen cœcus in præcipitium deturberis, expedit maximè, attentè considerare quid possis per priuilegia, quid per illa concedatur, quid negetur, quid restringatur.* Hucusque Hinoiosa, quem postea ex aliis etiam rationibus sequuti sunt ex Societate Iesu Andreas Mendo *in Bullam Cruciatæ disp. 23. c. 4. n. 49. cum seqq.* Anton. Quintanaduenas *in theol. moral. tom. 1. tract. 3. sing. 15. & 16.* Ex Franciscanis Brunus Cassaingh *de priuileg. Regul. tract. 5. cap. 2. prop 2.* Ex Carmelitanis Vrbanus ab Ascensione *in Theol. moral. tract. 2. dist. 21. c. 1. regula 7.* Ex Discalceatis Sanctiss. Trinit. Leander *de cens. to. 4. tr. 2. §. 2. q. 79.* Ex clericis Regularibus Marcus Vidal. *in Arca theol. moral. tit. de Casibus reseru. inquis. 1. n. 118. cum seqq.* asserentes posse hodie Regulares absoluere à casibus Episcopis reseruatis.

2. Sed cautè in his materiis procedendum est, nec sapere plus, quam oportet sapere, ideo hanc sententiam ego non approbo, stante Decreto Sacræ Cõgregationis emanato anno 1628. tenoris sequentis. Sacra Congregatio S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, censuit, per confirmationes priuilegiorum, quas Regulares à Sede Apostolica obtinuerunt post sacrosanctum Concil. Trid. nequaquam reuixisse priuilegia, prius ab eodem Concilio, ac deinde etiam ipsius Congregationis decretis sublata, atque extincta, si quæ habebant absoluendi à casibus Ordinario loci reseruatis. Quemadmodum nec indulta absoluendi à casibus contentis in Bulla, quæ in die Cœnæ Domini legi consueuit, vt potè sublata per annuam ipsius Bullæ publicationem, vires, aut robur acquisiuisse ex subsequentibus priuilegiorum confirmationibus. Ac proinde Regulares cuiusuis Ordinis, Congregationis, Societatis, & institui etiam necessario exprimendi, nec intra, nec extra Italiam, in vim priuilegiorum, aut confirmationum eiusmodi, quas, vel hactenus obtinuerunt, vel deinceps, forte obtinebunt, posse quempiam absoluere ab eisdem casibus in Bulla Cœnæ, aut Ordinario loci reseruatis, ac si secus egerint, absolutiones nullas, atque irritas fuisse, ac fore. Quod approbauit Vrb. VIII. 17. Nouemb. 1628. Sed Merolla *to. 3. disp. 6. c. 5. dub. 2. n. 61.* asserit adhoc decretum S. Congregat. supposito, quod sit authenticum, nihil aliud responderi posse, nisi, quod intelligatur de confirmatione simplici, seu in forma communi, non autem de illa, quæ est ex certa scientia. Ita Merolla, sed hoc est eludere mentem S. Congregationis. Et ideo ne deseras nostrã sententiam negatiuam tenere tanquam veram, & certam, quam nouissimè cit. tenet Garcias *in Politica Regul. to. 2. tr. 10. diffic. 5. dub. 2. punct. 4. n. 27. in fine*, & me cit. Gallegus de Vera *Bull. Cruc. cap. 12. clauf. 12. dub. 174.* Vide etiam Trullenc. *in Bull. Cruc. lib. 1. §. 9. dub. 3. n. 11.* Peytin. *de Priuileg. Regul. Constit. 1. Iulij II. n. 63. & tom. 3. in Addit. ad Const. Sixt. IV. c. 2. n. 38.* Lezan. *in summ. tom. 1. c. 13. n. 17.* Nouarium *in Lucerna Regul. v.* Regulares quoad confessiones *n. 17. & 21.*

3. Restat modo respondere ad aliqua argumenta, quæ in contrarium adduci possunt, quia Greg. XIII. in Bulla, quæ incipit; *Decet Romanum Pontificem, &c.* concessit Patribus Societatis Iesu, quod eorum Priuilegia ex qualibet derogatione minimè censeantur reuocata, nisi de illis fieret expressa mentio vt obseruat Hurtadus de Mendoza *tom. 2. de Spe, & Charit. disp. 107. sect. 21. §. 201.* Cassaingh *de priuilegiis Regular. tract. 5. cap. 3. prop. 1.* & Martinus de San Ioseph post Regulam S. Francisci *in comp. Confess. verb.* Absolutio *num. 566.* vbi sic ait. *Tambien se puede absoluer de la descomunion de los duelos por nuestros priuilegios, porque participamos de la Compañia de IESVS, de Gregorio XIII. en la Bula, qua comienca;* Decet Romanum Pontificem, &c. *concede que no queden derogados por qualquiera reuocation si expressamente no se hiziere mencion dellos, y aunque Bonacina* disp. 2. de contract. quæst. 6. punct. 2. num. 15. *dize, que Clemente VIII. en la Bula que comienca.* Sac. Congregatio, &c. *renoco todos los priuilegios de las Religiones, para la absolucion de la descomunion por el duello solenne (que para los desafios priuados bien confiessa, que no estan reuocados nuestros priuilegios (mas desta Bula no se que aya mas noticia, ni la he visto autentica, y quando lo este; no obstarà si no reuoca en particular los priuilegios de la Compañia de IESVS, como queda dicho.* Ita ille, cui etiam adde Bertrandum Loth. *in resol. theol. tract. 6. art. 7.* Sed in Constitutione Gregorij X. de qua loquimur nulla fit expressa mentio de

Sup. hoc pro duellis in to. 7. tr. 1. Resol. 275. & in aliis eius primæ annot.

de reuocatione priuilegiorum Societatis Iesu: ergo dicendum est non esse reuocata.

Sup. hoc Decreto melius in to. 7. tr. 1. Res. 271. §. vlt. per totum.

4. Respondeo, extare Decretum Sacræ Congregationis ex ordine Vrbani VIII. tenoris sequentis. Occasione accepta, quod multæ Religiones haberēt priuilegia, quod in Constitutionibus generalibus à Sede Apostolica editis, vel edendis non comprehenderentur nisi de eis specialis, specifica, individua, seu expressa mentio fieret, declarauit, quod Constitutiones Apostolicæ editæ in concernentibus fidem Catholicam, & sanctæ Inquisitionis officium, ac Constitutiones, dispositiones, & ordinationes edendæ, tam per ipsum, quam per Romanos Pontifices Successores tam circa prædictam materiam, quam super quacunque alia re, negotio, seu materia comprehendat omnes Regulares, quomolibet priuilegiatos, nisi specialiter, & expresè excipiantur, etiamsi ipsi forent magis speciali nota, & expressione digni eisque priuilegia, grætiæ, & indulta à Sede Apostolica præfata etiam sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis, etiam motu, scientia, ac de potestatis plenitudine similibus, & consistorialiter etiam contemplati one, vel ad instantiam Imperatoris, Regum, & aliorum Principum, tam per viam meræ concessionis, quam communicationis, & aliàs quomodolibet concessa respectiuè sint. Ita decretum sub die 5. Nouembris 1635. Sed aliqui respondent, hoc decretum non officere pro casu nostro; nam loquitur de Bullis Pontificiis edendis, non editis. Alij obseruant etiam post dictum decretum Pontifices quando volunt reuocare priuilegia Societatis, illa nominatim exprimere, vt fecit nouissimè Innocentius X. sub die 14. 1638. in causa Angelopolitana. Vnde in casu nostro dicendum est cum Bonacina, vbi suprà, clausulas in fine Constitutionis Gregorij X. *Quatenus opus est, &c. Quorum tenores, &c.* includere quæcumquæ priuilegia necessariò exprimenda, ideo non obstat priuilegium adductum pro Societate Iesu.

Sup. hoc in Res. nor. seq.

5. Arguitur secundo ex alio amplo priuilegio concesso etiam inclytæ Societati Iesu, de quo me citato sic asserit Andreas Mendo *in Bull. Cruciatæ disp. 23. c. 4. n. 50.* Accedit pro Societate Iesu priuilegium quoddā omnes scrupulos in hac parte tollens. Scilicet Gregorius XIII. in Bulla prima ipsius, quæ incipit. *Æquum reputamus*: concessit Societati, vt nullius priuilegij, aut indulti reuocatio præiudicet iuribus ipsius Societatis, nisi sit illi insinuata, & intimata per trinas distinctas litteras eundem tenorem continentes, tribus distinctis vicibus. Vnde hi docent derogationem priuilegiorum in amplissima forma non præiudicare priuilegiis Societatis, quia non censetur reuocatum priuilegium, dum non seruatur forma, quæ ad eius reuocationem requiritur, & sic decisum fuisse in Rota Prouinciæ Marchiæ, affirmant.

6. Intimatio autem fieri debet vel immediatè ipsi Præposito Generali Societatis, qui eam reuocationē per totam Religionem euulget; vel nomine Pontificis facienda est ab Ordinariis ad Superiores Societatis. Nec sufficit, si fiat in locis publicis, vt in Ecclesiis Cathedralibus, quia ea intimatio nō fit Societati, vt Bulla exprimit; nec sufficit, si fiat per verba, aut vna vice; cum requiratur fieri per litteras, & tribus vicibus. Et quamuis Gregorius XIII. non potuerit limitare potestatem Successorum, ideoque hi valeant eius Bullā reuocare, dum verò per externa signa sufficienter manifestatiua reuocationis, id non præstent, non censenda sunt reuocata Societatis priuilegia: sic verò, si sufficientibus verbis denotetur derogati huic Gregorij concessioni. Ita Mendo. Quod quidem priuilegium comprehendere alios Regulares per communicationem tradit ex Dominicanorum familia me citato Magister Donatus *tom. 1. tract. 13. q. 22.* Et de tali priuilegio restatur etiam me citato Samuel *de sepult. tract. 1. contr. 15. num. 16.* Martinus de San Ioseph. *post Reg. S. Francisci fol. 599. n. 13.* & me cit. Crescentius *in Præsidio Romano lib. 3. n. 35.* & me cit. Marcus Vidal. *in Arca Theol. moral. tit. de Duello Inquis. 6. num. 17.* Cassaing. *de priuileg. Regul. par. 1. tract. 1. cap. 5. prop. 5.* Baunius *in Theolog. moral. to. 1. tract. 5. quæst. 19.* præter Amicum, Amatum, & Cherubinum * alibi à me citatos: Scio charissimum Patrem Lezanam asserere hoc priuilegium concessum Societati, non esse absolutum, sed pro casu particulari nempè Iudicum Conseruatorum, at supradicti Doctores loquuntur de tali priuilegio, vt priuilegium absolutum. Verum quicquid sit de hoc, sciat doctissimus, & amicissimus Lezana Paulum III tale priuilegium genericè, & absolutè concessisse Patribus Benedictinis sub die 5. Nouemb. 1537. vt patet in Bullario Cassinensi *Constit. 156. num. 8. fol. 157.* sic enim in dicta Constitutione habetur. *Nec decernentes eisdem priuilegiis, indultis, ac præsentibus literis, & in eis contentis clausulis quibuscunque; etiam per quascumque litteras Apostolicas, etiam quasuis generales, vel speciales, etiam derogatoriarum derogatorias, efficaces, & insolitas clausulas, ac irritantia decreta, sub quacunque verborum concessione in se continentia, nullatenus derogari posse, nec derogatum censeri, nisi de illarum, ac præsentium litterarum tenoribus de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, ac specifica data specialis, & expressa mentio, facta fuerit, ac huiusmodi derogationes per tres distinctas litteras eundem tenorem continentes, tribus similiter distinctis vicibus pro tempore existentibus Præsidenti, Definitoribus, & Visitatoribus prædictis legitimè intimata, & insinuatæ fuerint, ac ipsorum Præsidentis, Definitorum, & Visitatorum ad id expressus accedat assensus, & aliter factæ derogationes nemini suffragari.* Vide etiā amice Lector amplissimum priuilegium ex quo ferè semper priuilegia Regularium minimè reuocata remanerent, quid ergo dicendum?

* Alibi to. 7. tr. 1. gnanter n. Res. 16. 26. & in Resol. 28. Nec obst. & in Res. 27. 3. Rat. dic. & in 2. tr. 2. c. tata doctrina Reiam Obiicies ex Res. 3. vlt. ad 2. dium.

Olim in Resolutionibus not. præsertim in prima.

7. Respondeo, me olim acriter pugnasse pro Priuilegio concesso Societati à Gregorio XIII. Sed postea propter Romanum incolatum mutasse sententiam, vidi enim stylum Curiæ, & Praxim Romanorū Pontificum esse in contrarium, nam in reuocatione priuilegiorum Regularium contenti sunt apponere tantùm aliquas clausulas nec vnquam solent intimare per dictas reuocationes priuilegiorum Superioribus Regularium eo modo, & forma, quæ præscribitur in dictis priuilegiis Pauli III. & Gregor. XIII. sed ad summum apponunt clausulam; *Ac si fuerint personaliter intimatæ* vt fecit Gregorius X. in Bulla de qua loquimur: ergo, &c. Et ita me citato tenet Episcopus Barbastrensis Antonius Frances vir doctissimus, & amicissimus *in Pastorali Regularium p. 2. q. 13. num. 18.* & etiam me citato moribus & scientia conspicuus Episcopus Ioannes Palafox *in sua Defensione Canonica ad Regem part. 3. n. 93.* quam per humaniter ex Hispania ad me misit. Et me etiam citato idem docet Thomas Hurtado *de Vero Martyrio Fidei Resol 67.*

8. Arguitur tertiò, secundum Castrum Palaum virum quidem doctum, vt diximus. Gregorius X. in hac Bulla non reuocauit facultatem concessā Episcopis in Concilio Tridentino *sess. 24. c. 8. de Reform.* Ergo hodie Regulares etiam possunt aeslouere ab excommunicatione lata à Gregorio X. si sit occulta. Probo consequentiam, quia casus Papales occulti vigore dicti Concilij Tridentini, desinunt esse

Papales,

Papales, & efficiuntur Episcopales, ex quibus Regulares possunt absoluere toties quoties. Et ita præter Sanchez, Leonardum, & alios à me alibi adductos, tenet nouissimè Vrbanus *in Theol. moral. tract. 2. dis. 1. cap. 1. Regula* 8. Cassaingh *in Priuileg. Regu. tract. 5. capit 3. prop. 3.* Pellizarius *in Man. tom. 2. tract. 8. cap. 3. num.* 68. Didacus Frances *in Pastoral. tract. 4. quæst. 2. num.* 11. & Pasqualigus *in qq. Can. tract. 4. quæst. 146. num.* 6. Delbene *de Parlament. Cent 2. quæst. 146. num.* 6. Delbene *de Parlament. Cent 2. quæst. 32. conf.* 1. & me citato Vidal, *in Arca Theol. moral. de Cas. reseru. Inquis. 1. numero* 81. & me citato Quintanaduenas *in Theol. moral. tom. 2. tract. 4. singul. 2. num. 2.* & me citato Leandrus *de cens. tom. 4. tractatu 2. disputatione* 17. *quæstione* 78. & me citato Trullench *in Bullam Cruciatæ libro. 1. §. 7. cap. 2. dub. 6. numero* 4. & me citato Caraffa *de Duello tract. 5. sect. 2. quæstione* 6. & me citato Andreas Mendo *in Bullam Cruciatæ disputatione* 23. *capit. 5. numero* 60. & me citato Martinus de San. Ioseph *in Man. Confessar. tom. 1. lib. 1. tractatu* 20. *de Pœnit. numero* 16. & me citato Garzias *in Politica Regulari tom. 2. tractatu* 10. *difficult. 5. dub. 3. punct. 4. numero* 6. & me citato Bertrandus Loth *in resel. Belgicis tractatu 1. quæstione 1. art. 5.* & me citato Bassæus *verb. Casus reseruati numero* 39. Itaque in hoc casu Regulares non absoluunt excommunicationem Gregorij X. vigore priuilegiorum, & vt est Papalis, sed vigore Tridentini, vt effecta iam Episcopalis.

9. Dices, hanc doctrinam non approbare Suarez 3. *part. tom. 5. de Censuris, disputatione 25. sect. 5. numero* 27. Henriquez *lib. 6 de Pœnitentia cap. 14. num. 7.* Banez 2. 2. *quæstione 64. art. vltim. in fine*, Bonacina *disputatione 1. de Censuris in communi, quæstione 3. punct. 2. numero* 4. quibus adde nouissimè Antonium Brauum *in suo docto tractatu Monastico cap. 13. numero 14. ex errore num.* 16. Quia in concessione talis facultatis facta Episcopis, censetur electa industria personæ; ergo non valet inferri ex eo quod possint Episcopi absoluere, posse etiam Priuilegiatos Regulares. Sed respondetur cum Leandro *in Regul. Sancti Francisci quæst. 8. super cap. 7. num. 63. & 64.* & aliis vbi supra, quibus adde Bassæum *verb. Hæresis num.* 18. & me citato Martinum de San. Ioseph. post *Regul. S. Francisci in Compend. Confess. secul. verb. Absoluere n.* 4. Caraffa *de Duello tract. 5. sect. 2. q. 6. n. 3.* qui citat Bartolum, Baldum, Imolam, Ioan. Andream, Iasonem, Couarruuiam, Sylucstrum, Angelum, Henriquez, & alios, hos casus occultos, non iure speciali id est ex delegatione competere Episcopo, sed iure ordinario annecti perpetuo dignitati Episcopali; nec exigitur industria personæ Episcopi, alias ita essent personales, vt eos delegare non posset.

10. Confirmatur, quia etsi casus Episcopales non desinant esse tales per concessionem peculiarem factam ab Episcopo: at desinerent esse, si Constitutione Synodali concederentur Parochis, & solis illis essent reseruati. Ergo similiter, etsi casus Papales, non desinant esse tales, eò quod Pontifex illos semel, atque iterum concedat Episcopo, imò etsi semper eos concedat Episcopo speciali: at desinunt esse tales per generalem Constitutionem concedentem eos in perpetuum cuicunque Episcopo, prout conceditur in decreto Tridentini.

11. Verum hæc opinio mihi non placet, per ea, quæ alibi notaui, & ego assero hanc doctrinam non posse applicari in casu nostro, quia puto cum Bonacina contra Castrum Palaum, Gregorium X. in hac Constitutione reuocasse Concilium Trident. vbi supra. Itaque dicendum est, neque Summum Pœnitentiarium, neque Episcopos, neque Regulares posse absoluere ab excommunicatione incursa propter fractionem dictæ Bullæ Pij IV. & Gregorij X.

RESOL. CXXII.

An innodatus censura Pij IV. & Greg. X. possit absolui virtute Bullæ Cruciatæ?

Et asseritur priuilegia Bullæ Cruciatæ nunquam censeri reuocata, etiam per Iubilæum anni Sancti, & etiam per publicationem Bullæ Cœnæ?

Et additur Bullam prodesse Siculis, v. g. & Hispanis extra Siciliam, & Hispaniam existentibus, si alius pro ipsis Bullam suscipiat. Ex part. 12. tractat. 2. Resol. 29.

§. 1. COnstanter, & sine vlla trepidatione affirmatiuè respondeo, nam post dictas Bullas, fuit à Summis Pontificibus concessum priuilegium Bullæ Cruciatæ, ex qua Confessarij facultatem excipiunt absoluendi à quibuscumque Censuris Pontifici reseruatis eo modo, vt in dicta Bulla continetur. Imò absolutè dicendum est priuilegia Bullæ Cruciatæ nunquam censeri reuocata etiam per Iubileum Anni Sancti, & etiam per publicationem Bullæ Cœnæ, vt ego olim sustinui contra doctissimum, & amicissimum Clementem Merlinum S. Rotæ Decanum, & probat nouissimè Andreas Mendo *in Bull. Cruc. disp. 1. cap. 7. per totam.* & me citato Serius *tom. 2. in Bullam Cruc. disp. 2. diffic. 3. §. 1. q. 9. n. 1.* Fagundez, Bardo, Trullench, & aliis, quibus adde me citato Leandrum *de Cens. tom 4. tract. 2. disp. 15. q. 7.* Verricelli *de Apost. Mission. tr. 4. q. 93. n. 3.*

Sup. hoc suprà in Ref. 111. recitan ter ad medium §. Secundo.

Super his duobus in tom. 4 tr. 3. Ref. 35. 36. & 37. & in tom. 7 tr. 1. Ref. 251. §. vlt. cursim ad lin. 4. Sed lege eam per totam.

2. Vnde si aliquis Siculus, verbi gratia, inueniretur tempore Conclauis Romæ, si incidisset in censuras latas à Pio IV. & Gregorio X. mittendo, vel recipiendo litteras intra, & extra Conclaue, vtique in tali casu posset virtute Bullæ, quam suppono in Sicilia sumpsisse absolui à supradictis excommunicationibus incursis; nam priuilegia Bullæ quoad absolutionem censuratum valent pro illo anno vbique locorum inueniatur, qui sumpsit Bullam, excepto priuilegio comedendi oua, & lacticinia, vt me citato tradit Andreas Mendo *in Bull. Cruc. disp. 3. cap. 2. num. 6.* Villalobos *tract. 27. in 1it. a num. 2.* Rodriguez *§. 1. dub. 1.* Vega *tom. 1. summ. cap. 43. cas 8. & cap. 14. cas. 15. & tom. 2. cap. 7. cas. 17.* Ferdinand. *in exam. Theolog. mor. part. 3. cap. 9. §. 2.* Anton. Gomez *in explicat. Bull. cap. 3.* Trullench *lib. 1. §. 1. dubitat. 5.* Patet Suarez *lib. 8. de legib. cap. 26. n. 4.* Moure *in sum. p. 3. c. 9. §. 2.* Basil. Legionens. *in manuscript. expos. Bull. c. 2. num. 16.* Probatur primo, quia priuilegium personale adhæret personæ, igitur, vbicumque sit, eo vti valet. Secundo, quia priuilegium Bullæ extinguitur, vbicunque extincta persona, quod in priuilegio personali est onerosum; ergo manet vbicumque, persona permanente, quod in eo est fauorabile, alioqui sustineret onus, & non commodum priuilegij personalis. Tertiò priuilegium sine temporis limitatione concessum, in quouis tempore tenet, & concessum indefinitè sumitur vniuersaliter, vt de infinitis iuris locutionibus docent Interpretes; at Bullæ priuilegium non conceditur cum limitatione loci ad permanentiam; ergo vbicumque eo vti licebit, vbi etenim lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, nisi inde aliqua turpitudo sequatur.

Sup. hoc in tom. 4. tr. 3. lare in Ref. 159. & 160. §. 1.

3. Imò aliqui plus addunt, Bullam prodesse Siculis

Sup. hoc

Resol.1. nor. præteritæ à principio, vsque ad §. vlt,

culis, v.g. & Hispanis extra Siciliam, & Hispaniam existentibus si alius pro ipsis Bullam suscipiat: quia finis principalis Bullæ est subsidium pecuniarum factũ nostro Regi pro expensis belli contra infideles. Quod verò fiat personaliter, & præsentialiter in illis Regnis, vel interposita persona, parum videtur referre. Et hanc sententiam non esse improbabilem censuerunt ex Societ. IESV doctissimi viri P. Ioannes Charon, & P. Ioannes Salas *in manuscriptis*, teste Castro Palao *tom.4. tract. 25. punct. 2. numer.4.* & illa docuit Quintanaduenas *in Theol. mor.tom.1. tract. 8. singul. 4. num.8.* vbi firmat probabile esse quemlibet Sacerdotem, vel adstrictum horis Canonicis, subditum Regis Hispaniæ vti posse prædicta compositione, & gaudere Bullæ priuilegiis, excepto lacticiniorum, & ouorum vsu, etiamsi existat extra Hispaniæ Regna; & extra illa commoretur, dummodo alius pro prædicto Bullam in Hispania accipiat. Imò plus addit *singul. 5.* quod Italus, Gallus, aut Anglus, aliiue exteri habentes Ecclesiasticum beneficium, aut Capellaniam in Hispania, & extra illam commorantes, dummodo alius pro ipsis Bullam in Hispania sumat, ad bellique subsidium eleemosynam impendant, possint compositione præfata gaudere. Ita ille, qui tamen postea *tom. 2. tract. 4. singular. 5. num. 5. in fine*, magis cautè, & trepidanter loquutus est, testatur tamen, quod est valde notandum ornamentum Theologiæ moralis Patrem Thomam Sanchez sententiam Ioannis Salas, & Ioannis. Cachon docuisse in explicatione Bullæ, quam Granatæ legit *dub. 8. num. 2.* sic asserentem. *At dubium graue est, an exteri, seu Hispani, qui non sunt in Hispania, sed mittunt aliquem in Hispaniam suo nomine Bullam accepturum; vel aliquis amicus existens in Hispania eis mittit Bullam, gaudeant Bulla? Et quidem licèt probabile sit non gaudere: quoniam Bulla dicit consistentibus, vel declinantibus in Hispaniam; at probabilius reputo gaudere Bulla. Ratio est, quoniam finis Bullæ est contribuere Regi Philippo in subsidium belli, ad quem nihil refert, sine accipiens sit in Hispania, siue non, modo eleemosynam Bullæ conferat in Hispania Regi Philippo, & ad clausulam Bullæ respondeo, intelligi consistentibus, vel declinantibus per se, vel per alium: quod enim per amicos facimus, per nos ipsos dicimur facere:* &, *sic tenuit Pater Franciscus Gomez in expositione Bullæ. Vnde iuxta hanc sententiam omnibus fidelibus contribuentibus stipendium in subsidium belli in Regnis Philippi Hispaniarum Regis prodest Bulla.* Hucusque Sanchez apud Quintanam, vbi supra *num.3.* Et quidem hanc opinionem Sanchez, Salas, & aliorum nimis plausibilem esse non dubito, & ab omnibus vulnis expansis accipiendam, sed ego, practicè puto non esse consulendam, neque sequendam. Et ideo illam olim reprobaui cum Castro Palao, & nunc illam refello cum Andrea Mendo *in Bull. disp.3. cap.2. num.11.*

RESOL. CXXIII.

An si aliquis tempore Conclauis irretitus censura Pij IV. & Gregor. X. possit ante obtentam absolutionem ad vitandum scandalum celebrare, & Eucharistiam sumere?

Quod à fortiori idem dicendum est de Hæretico, qui non potest obtinere licentiam, vt ab hæresi absoluatur.

Idem est etiam de Sacerdote, qui alium Sacerdotem interfecit, & ne se prodat, & crimen eius fiat manifestum, celebrat.

Et an in supradictis casibus, si tales non possint excitari ad perfectam contritionem, an teneantur alia peccata, & etiam hæc reseruata confiteri, vt absoluat illos Confessor directè de aliis, & indirectè de reseruatis? Ex part.12. tract.2. Res.30.

§.1. SVpponamus aliquem tempore Conclauis non potuisse absolutionem obtinere, an inquam in tali casu, si non celebrando, vel communicando oritur scandalum, possit Missam dicere, & Communionem sumere? Dico igitur Cardinalem, vel alium existentem intra, vel extra Conclaue, si ex omissione Cõmunionis, vel sacrificij Missæ oriretur magnum scandalum, in tali casu eliciendo actum contritionis ad tuendam suam famam potest celebrare, & postea quam primum absolutionem quærere. Et ita Doctores asseruerunt de Sacerdote excommunicato, vel irregulari, qui potest ante obtentam absolutionem, & dispensationem Missam dicere, si omittendo illam contra ipsum scandalum oriretur. Ita Fragosius *tom.2. lib.8. disput. 18. §.9. num.20.* & Guttierrez *lib.1.can.99. cap. 13. à num.21.* cum aliis penes ipsos; quia datum est cuilibet seruare suam famam. Et ita tenetur facere ne crimen à se commissum prodeat. Imò in tali casu aliqui putant, quod si non potest se existimare contritionem habere perfectam, posse confiteri, & à Confessario absolutionem obtinere ex doctrina probabili Valerij Reginaldi *tom.1. lib.8. cap. 7. num. 87.* quem nouissimè sequitur ex eadem Societate Quintanaduenas *tom.2. tract.4. singular.4. num.4.5.* & *6.* & à fortiori idem docet ex Dominicanorum familia magister Serra loquens de hæretico, qui non potest obtinere licentiam, vt ab ipsa absoluatur, & adsit scandalum si non sumat Eucharistiam: sic itaque asserit in *2. 2. D. Thoma quæst. 11. art.4. quod si non possit facere, nec Romam ire, & instat tempus implendi præceptum annuæ confessionis, & communionis, quam sine graui scandalo, aut infamia non potest omittere, poterit cuilibet Confessario approbato confiteri, qui illum directè absoluens a peccatis non reseruatis, indirectè absoluat à crimine hæresis. Et idem est de eo, qui misit ad Summum Pontificem, vt sui absolutionem alicui committat, & interim si non communicet, aut celebret, grauem infamiam incurrat,* & *scandalum magnum oriatur. Nec obstat excommunicatio, qua hæreticus pœnitens innodatus est, & à qua nec in ipso casu potest confessarius absoluere: nam sicut si prædictus hæreticus naturaliter & inuincibiliter oblitus peccati hæresis, quam post consensum occultè protulit, bona fide, & cum debita alias dispositione accederet ad Sacramentum pœnitentiæ, & confiteretur peccata non reseruata, & absolueretur, maneret in foro conscientiæ absolutus à crimine hæresis reseruato, non obstante excommunicatione, qua est innodatus; ita & in casu prædicto, indirectè absolutus manebit à peccato hæresis cum onere tamen illud iterum confitendi; cum copiam Confessarij authoritatem habentis habuerit. Est & huius rei aliud exemplum de Sacerdote, qui alium Sacerdotem interficit, & ne se prodat, & crimen eius fiat manifestum, celebrat, & confitetur sua peccata Confessario, qui non potest illum absoluere ab excommunicatione. Hucusque Magister Serra.* Nec deferam hic apponere verba Hieronymi Garziæ, qui in Politica Regularium *tom.2. tract.10. diffic.5. dub.6. punct.4. n.23.* sic ait. *Si es Sacerdote, y teme infamia, ò escandalo, si no celebra, puede hazer acto de contricion, y con esto celebrar, pero si piensa que no podrà, puede confessar se de todos, absoluiẽdole el Confessor directè de los ordinarios, & indirectè de la Heregia, y entonces es probable*

opinion

Sup. hoc n. tom.7. cas. ex lata di- ctrina Re- 294. §. fi Pater. inc medium (finem, v. cũ quia communis. tus. & in f. 11. n. 171. §. vlt. ibi in ca. Ref. 35. § Ratio est, post medi- verf. Si ver & hic inf. n Ref. 65. § & seqnen §. Sed dis- cultas, q Parte dic Posita ? verf. Ita tali casu ius cens Et pro Ha tenion co remo in ho textu in n f. 11. & Ref. n §. vlt. & in f. ne Ref. 51. & in Ref. 21. & in com. n. 8. Ref. Paulo vel initium. verf. Qui patet. can eodem Sanc hic citatur hic infra n Ref. 65. § doctrinam Sed differ tas. & alias eius not-

opinion sera buena la confession, pues la censura esta de parte del penitente que esta tal no irrita la absolucion, como lo prueban con muchos Suarez 4. tom. in 3. part. disput. 31. sect. 3. num. 9. disput. 22. num. 11. *Ægidius Coninch* tom. 1. quæst. 80. art. 4. dub. 2. num. 21. *Fagundez* in 3. præcept. Eccles. lib. 3. cap. 9. num. 17. *Peirinus* tom. ... de Prælato quæst. 3. cap. 2. nu. 16. & 17. *Reginaldus* tom. 1. lib. 8. cap. 6. num. 87. *Lugo* disp. 16. de Pœnitentia sect. 15. num. 614. *Vasco* sup. §. Notandum: *Lo vno porque la necessidad haze licito lo que alias era ilicito*, iuxta cap. 4. de regul. Iuris. *Lo otro porque no es de tal manera intrinsecamente malo, dar la absolucion à un escomulgado, que ne se pueda cohonestar en algun caso, y el presente loes bastante, pues no se ha de presumir de la piedad de Nuestra Santa Madre la Yglesia, que con tanta piedad trata sus hijos, querer les negar en este caso cosa tan necessaria como es l'absolucion, a mas de que come dize Angelus* verb. Confessio 5. num. 10. *La escomunion no haze de tal suerte incapaz de absolucion al hombre, que totalmente la anule, como lo prueba el mismo Reginaldo* lib 6. cap. 5. sect. 6. numer. 172. propos. 3. 4. & 5. *y como el escomulgado puede recibir los demas Sacramentos, como lo aduierte Vasquez* tomo de pœnit. tract. de excommunic. dub. 4. num. 7. *vero con todo esso no dexa de ser muy probable lo dicho.* Hæc ille. Quæ quidem omnia militant, & procedunt à fortiori in casu nostro, non enim sumus in casu hæresis, de quo ego alibi.

Adde in Resolutionibus & Annotationibus.

RESOL. CXXIV.

Magis firmatur, & declaratur doctrina superius adducta.

Et adducitur aliquos negare etiam excommunicatum occultum posse extra mortis articulum communicare, etiam si vrgeat scandalum infamia, &c.

Sed difficultas est in eo casu, an possit etiam confiteri?

Et explanatur, quod Sacerdos celebrans saltem post consecrationem, si recordetur excommunicationis, & non possit ab ea liberari, debet prosequi.

Imo in dicto casu, etiam ante consecrationem potest pergere, si timeatur graue damnum. Ex part. 12. tra. 2. Resol. 31.

§. 1. SEd vt magis clarescant ea, quæ in Resolutione Superiori à nobis dicta sunt, sciat amicus Lector aliquos negare etiam excommunicatum occultum posse extra mortis articulum communicare etiam si vrgeat scandalum, infamia, &c. ita Sotus *in 4. distinct. 12. quæst. 1. art. 5.* Sylvest. *verb. excommunic. 3. casu* 3. Rosella & Couarru. apud Henriq. *libr. 8. de Euchar. cap. 47. §. 4. lit. Q.* Ipse tamen putat posse in casu grauis infamiæ, & scandali semel, aut bis cum contritione, & tremore: Sed, qui semel admittit pro eo casu non video, cur non possit toties quoties eadem necessitas vrgeat. Vnde ego puto cum communi sententia posse vrgente necessitate communicare, & celebrare absque absolutione à censura (an vero possit, aut debeat confiteri postea videbimus.) Ratio est, quia præceptum Ecclesiæ, quæ censuram imponit, non censetur cum tanto dispendio obligare. Ita Suar. *tom. 4. disput. 3. sect. 3. numer. 6. & de censuris, disp. 10. sect. 3. num. 9.* Coninch. *disp. 8. nu. 107.* & alij apud ipsos. Confirmatur à simili de audienda Missa, à qua etiam priuat excommunicatio, & tamen excommunicatus occultus, qui non potest obtinere absolutionem potest audire Sacrum in prædicta necessitate vitandi scandali aut infamiæ. Confirmatur

Hoc hic in Resolutionibus & Annotationibus primæ tr. & si quæ lege eius Resolutionis eius secundæ annot.

vlterius, quia Sacerdos celebrans saltem post consecrationem, si recordetur excommunicationis, & non possit ab ea liberari debet prosequi, vt docet D. Th. *3. p. q. 38. art. 6. add. 2. & in 4. dict. 17.* & alij; Imò & ante consecrationem posse pergere si timeatur graue damnum, ex hoc autem constat celebrare, aut communicare cum excommunicatione non esse intrinsece malum, vt notauit Lugo supra *nu.* 100. atque adeo etiam poterit, licèt recordetur ante inceptionem Missæ si similis necessitas vrgeat.

Sup. his seq. in hoc §. in tom. 1. tr. 3. Resol. 162. cursim cum eod. D. Th. hic citato, prope finem §. 1. vers. Si quis ante, &c.

2. Sed difficultas est, an in eo casu possit etiam confiteri? Ad hoc dubium me citato sic respondet, heù quondam dimidium animæ meæ Sapientissimus Pater Ioannes de Dicastillo inter præstantissimos inclitæ Societatis Iesu Theologos nemini secundus *de Sacram. tom. 1. tract. 4. disp. 9. post dub. 7. in dub. Incidenti nu.* 128. vbi sic ait. *Qui enim putant excommunicatum non præmissa absolutione à censura non posse valide absolui à peccato, consequenter dicunt illum hominem communicare cum contritione, non tamen posse confiteri. Ita Vasq.* tom. 4. q. 9. art. 3. dub. 9. num. 8. *& alij apud Suarium* sect. illa 3. num. 1. *Sylvius* Addit. ad 3. p. q. 20. art. 2. *& alij apud Dianam supra*, & tract. 4. tertiæ partis resolut. 78. *vbi plures refert negantes valere absolutionem à peccatis non præmissa absolutione à censura, si quam habeat pœnitens, putant enim deficere Iurisdictionem in Confessario, quia ob censuram subtrahitur excommunicatus ab eius Iurisdictione, qui verò putant valere absolutionem à peccato sine absolutione à censura, consequenter affirmant. Ita Suarez* suprà nu. 61. *Diana supra cum aliis, Lugo supra* n. 102. *Sanchez* lib. 2. Decalogi cap. 8. n. 5.

Sup. hac dific. in Resol. not. seq.

Quæ nunc inuenietur in tom. 1. tr. 4. Resol. 38. & in Resol. 25. & ibi in tr. 5. in resol. 14. §. Sed quid. & seq. & in fin. resol. 27 & in Resol. 34. & in tom. 5. tr. 1. Resol. 128. per totam, & vt melius terminare possis hanc quæst. lege in to. 1. tr. 5. doctrinam Resol. 32. & aliarum Resol. & §. eius annot. & vide etiam hic supra doctrinam præcedentis resol. & si placet etiam aliarum eius secundæ not.

3. *Obiicit sibi Lugo* num. 103. *excommunicationem per se prohibere receptionem cuiuslibet Sacramenti, per accidens autem homo excusatur ratione necessitatis, cum sufficienter occurratur per communionem non erit necessarium, atque adeò erit illicitum confiteri. Respondet recte eo ipso quod licita sit Communio, fore etiam licitam Confessionem, imò debitam si adsit conscientia mortalis non remissi, (nisi ex alio capite excusetur) vt ea ratione quoad fieri possit seruetur præceptum diuinum præmittendi Confessionem mortalium ante communionem. Quia vero contraria opinio Vasquij, & aliorum probabilis est, poterit excusari qui sequitur eam opinionem, & communicare sine Confessione, vt etiam fatetur Lugo, verum hoc generale est pro casibus in quibus sunt diuersæ opiniones probabiles. Persistendo verò in nostris principiis si forte in nostro casu non sint alia peccata non remissa eaque propter cessaret obligatio confitendi adhuc existimo cum eodem Lugone probabile quod possit fieri confessio venialium, vel mortalium in alia Confessione olim legitimè dictorum, vt ea ratione indirecte absolueretur à remissis atque hoc puto habere locum non solum quando quis post adhibitam diligentiam, vel difficilè excitaretur ad contritionem, vel valdè dubitat, an eam sit executus; tunc enim etiam puto teneri per accidens (sicut in casu quo non erat censura dictum est) sententiam Lugonis locum habere etiam si speret posse vti, & vtatur contritione. Non enim credendum est quod vrgente necessitate communicandi velit adhuc Ecclesia obligare, ne confiteatur, Sed quod maneat cum onere habendi contritionem perfectam, quam non ita facile habebit homo non ita pridem propter delicta excommunicatus.* Hucvsque Dicastillus.

4. Itaque dicendum est in tali casu censuratum posse absolui indirectè à remissis, & directe à non remissis, maximè quando excommunicatio est tolerata: tunc enim absoluitur ab habente Iurisdictionem, ac proinde validè, si cætera adsunt requisita, sicut, quando quis absoluitur à non remissis directè

& indirectè à reseruatis, ob inculpabilem obliuionem omissis. Ratio est quia pro tali casu impediret, loquimur enim in casu maximæ necessitatis; cumque excommunicatio solum impediat susceptionem Sacramentorum ex lege, & institutione humana Ecclesiastica. Leges autem humanæ etiam Ecclesiasticæ non censentur obligare in casibus vrgentissimis, & maximæ necessitatis; ita lex hæc excommunicationis probabiliter censeri potest in tali casu non obligare. Atque est doctrina Suarij *disp. 31. sect. 3. num. 6.* vbi expressè docet quoties excommunicatus, qui non potest absolui ab excommunicatione, accipere potest licitè Sacramẽtum Eucharistiæ, posse etiam licitè recipere Sacramentũ pœnitentiæ, quantum est exparte excommunicationis, nec enim minus potest in vno, quam in alio Sacramento: suppositâ verò necessitate, quæ honestat susceptionem Eucharistiæ, non obstante excommunicatione etiam honestare potest Confessionem. Imò hic ordo est maximè consentaneus Iuri naturali diuino præmittendi Confessionem antè Communionem. Vndè si Ecclesia pro eo articulo necessitatis, vel non potuit, vel noluit prohibere excommunicato Eucharistiam, nec etiam Confessionem censetur prohibuisse.

5. Et ideo non deseram hic apponere verba Martini Perez *de Sacram. matrim. disput. 50 sect. 8. rem. 4.* sic asserentis. Dico tertio etiam licere in tali euentu, prædictam absolutionem dare, tametsi casus reseruatus habeat excommunicationem annexam, ita communiter Doctores. Ratio est, quia excommunicatio non facit incapacem absolutionis ipsum pœnitentem, si bona fides intercedat, sed tantùm efficit, vt non possit licitè absolui à peccatis, quin prius absoluatur ab excommunicatione, Quando autem adest necessitas, sicut posset tunc communicare, & recipere Eucharistiam, ita etiam poterit confiteri, quia eodem præcepto vtrumque est prohibitum. Tunc ergo melius erit, seruare ordinarium modum de Iure diuino, præmittendo videlicet Confessionem antè Communionem. Necessitas autem, & rationabilis causa esset confitendi in Paschate, vel communicandi, itaut si omitteretur, periculum esset infamiæ propriæ, vel scandali aliorum. Quod totum intellige quoque, si Superior non possit adiri, quia si potest, debet prius adiri; alioqui esset illicita talis absolutio. Vnde ex his omnibus patet Cardinalem vel alium Conclauistam censuratos ex fractione Bullarum Pij Quarti, & Gregorij XV. si timeant scandalum, & infamiam non celebrando, vel communicando, posse confiteri cum Confessario Sacri Conclauis vel cum alio: & ab illo à peccatis absolui, dummodo postea absolutionem à Summo Pontifice obtineat à Censuris incursis.

RESOL. CXXV.

An in casu supradicto Cardinalis, vel Conclauista censuratus, possit ad vitandum scandalum confiteri aliqua peccata, non expressa fractione Bullæ Pij IV. & Greg. XV. vel teneatur confiteri inferiori omnia peccata tam non reseruata, quam hanc censuram reseruatam?

Et alius similis casus proponitur in textu, & à linea secunda huius Resolutionis. Ex p. 12. tr. 2. Res. 32.

Sup. hac difficil. in tom. 1. tr. 5. Res. 32. §. 1. & 2.

§. 1. REsolutio huius difficultatis pendet ex alia, an quando ad vitandum scandalum pœnitens innodatus aliqua Censura, & casu reseruato confitetur inferiori Sacerdoti, teneatur confiteri omnia peccata tam reseruata, quam non reseruata.

2. Et affirmatiuè respondit Siluester *verb.* confess. *num. 26.* Toletus *lib. 3. cap. 8. num. 3.* Suarez *disputat. 31. sect. 2. num. 4. & 6.* Angel. *verb.* confess. *5. num. 5.* Nauarr. *in cap. consideret, de pœnit. num. 10.* & Medina *Cap. de pœnit. quæst. 13.* quos omnes sic refert, & sequitur Fagundez de *præc. 2. lib. 8. cap. 3. num. 13.* dicens, oppositum esse omninò improbabile.

3. Sed contra Fagundez existimo negatiuam sententiam satis probabilem esse. Et ideò Cardinalis Lugo *de Sacram. pœnit. disputat. 10 sect. 6. num. 74. sic ait.* Dupliciter potest contingere hic casus Primo quod pœnitens adeat prius Confessarium inferiorem, qui non potest absoluere à reseruatis, & tunc certum est non posse inferiorem absoluere ab aliis, nisi quando pœnitens est in necessitate confitendi, vel sumendi Eucharistiam: tunc autem an possit, & debeat confiteri inferiori, & an debeat confiteri etiam reseruata, an vero sola non reseruata, & an id locum habeat etiam quãdo peccatum reseruatum habeat excommunicationem reseruatam; diximus latè *d. 11. de Euch. sect. 5.* vbi probabile dixi, quod posset & deberet confiteri inferiori ante Communicationem, & sola non reseruata, & hoc licèt haberet excommunicationem reseruatam. Ita Lugo, quem omninò videbis loco de Eucharistia *à num. 86.* vbi doctè respondet ad omnia argumenta contrariæ sententiæ, & adducit me etiam citato plures Doctores tam veteres quam recentiores, hanc sententiam tenentes, quibus ego nunc addo doctum Patrem Andream Mendo, *in Bullam Cruciatæ, disputat. 23. cap. 32. num 24.* vbi sic ait, Probabilius esse subditum habentem reseruata, & ex necessitate confitentem cum Sacerdote inferiori non teneri propalare in Confessione reseruata peccata, quorum ille Iudex non est, sed dumtaxat non reseruata à quibus directè absoluatur, & à reseruatis indirectè, sic ille. Idem etiam docet Torreblanca *in pract. lib. 14. cap. 11. num. 42.* per hæc verba *Habens casum reseruatum vrgente necessitate communicandi, vel celebrandi ad vitandum infamiam grauem ad summum solum tenetur confiteri peccata non reseruata confessario non habenti potestatem ad reseruata. Nam cum certum sit pœnitentem non absolui posse à reseruato, ad aliud non erit vtilis Confessio reseruati quam ad se diffamandum coram Confessore, & non leue onus erit panitenti ad confitendum bis idem peccatum.* Huc vsque Torreblanca, & notissimè Doctus Pater Leander *de Sacram. tom. 1. tract. 5. disputat. 12. quæst. 73.* & tandem Ioannes de Sonia *in Epilogo summarum p. 2. tract. 1. sect. 6. p. ...dub. ...circa casus reseruatos in fin.* sic ait. *Habens casus reseruatos vrgente necessitate communicandi scilicet, ad vitandam grauem infamiam potest confiteri tantùm peccata non reseruata, vel potest elicere actum contritionis. Et sic communicare absque præuia confessione, si peccata reseruata habeant excommunicationem annexam, potest conteri, & sic communicare, vel si est tantùm atritus, potest confiteri inferiori Sacerdoti peccata non reseruata.* Hæc ille, rationes verò pro hac sententia inuenies apud Cardinalem Lugo vbi supra loco cit. *de Eucharist. in responsionibus ad Argumenta contraria*, itaque in casu nostro Cardinalis vel Conclauista censuratus ex fractura Bullarum Pij Quarti, & Gregorij X. si ad vitandum scandalum deberet celebrare, vel communicare, posset probabiliter confiteri solum alia peccata absque expressione fractionis, & incursionis censuræ dict. Bullarum, & à Confessario S. Conclauis,

vel

signanter d. vlt. & in fol. 39. b. col. & in fol. 2. Ex his d. §. Ex his seq. & in fol. 5. tr. 1. fol. 127. post med. à vers. Tertius. esset. & melius hæc quæst. dissuas legãt. tom. 1. doctrinam. Resolutio. & aliarum eius primæ not. de his supra vide §. Sed dic. cultas præcedentis Resol. alia Resolutio not.

vel alio absolutionem Sacramentalem obtinere. Et hanc sententiam ipsi mei aduersarij probabilem putant,vt Amicus *in Curs.Theolog.tom.*8.*disp.*13.*sect.*10. *num.*211.

RESOL. CXXVI.

An excommunicatio lata à Pio IV. & Greg. X. possit absolui non solum, vt ipsi asserunt in articulo, sed etiam in periculo mortis?

Et explanatur, quod necessitas periculi mortis existimatur moraliter tanquam extrema.

Et docetur omnibus parturientibus,aut proficiscentibus ad bellum posse tempore interdicti ministrari Eucharistiam, & absolui à quocumque Sacerdote etiam non approbato ab omnibus casibus, & censuris, &c. Ex part.12.tract.2. Res.33.

§.1. EXistimant Doctores plures distingui articulum mortis à periculo, ita vt putent articulum mortis strictè intelligi, & sumi pro solo vero mortis articulo, qui tunc tantùm contingit, quando mors est in fieri, & ita certa sit,& ferè ineuitabilis; siue hoc proueniat ex causa naturali, vt morbo,siue ex causa violenta, vt si quis sit morte plectendus: periculum verò mortis dici,quando in tali casu mors hominibus solet frequenter contingere. Vnde est,vt dicant, facultatem eam, quam diximus in articulo mortis competere cuilibet Sacerdoti, vt possit ab omnibus censuris,& casibus reseruatis absoluere,valere tantùm pro ipso mortis articulo; non verò pro periculo. Quorum ratio est,quia videlicet iura ipsa, ex quibus colligimus hanc facultatem, loquuntur de solo articulo, vt proinde non videantur extendenda ad mortis periculum. Ita Sotus *in* 4. *dist.*18. *quæst.*4. *art.*4.*col.*4.*vers. Quæris autem.* Canus *part.*5. *de Pœnit.* Valentia 4.*tom.disp.*7.*q.*10. *punct.*2.*col.*6.Mandos. *in praxi Signatura,tit.Confessionale,fol.*55.*n.*1.

2. Sed ego alibi *in p.* 3. *&* 8. affirmatiuæ sententiæ adhæsi, & nunc adhæreo. Dico itaque in nostro casu non solum in articulo, sed etiam in periculo, mortis posse Sacerdotem absoluere,& ratio est, quia licèt in rigore articulus mortis, aliquo modo distinguatur à periculo mortis; cum articulus mortis solum detur, quando ex ægritudine prudenter timetur mors:periculum verò mortis, cum datur occasio, in qua frequenter homines pereunt, & quam non possunt commodè vitare, qualis est pugna campalis,seu naualis,in præsenti tamen materia,idem est articulus mortis, & periculum illius;vt habetur *in cap.Eos,qui de sent. excommun.* Et ratio ipsa dictat: nam mortale periculum perinde existimari debet, & in malis ita caueri sicut euentus ipse: nam propterea dictum est; *Qui amat periculum peribit in illo*:ergo necessitas periculi mortis existimatur moraliter, tanquam extrema. Et ita hanc sententiam tenent Doctores, quos me citato affert & sequitur Leander *de Sacramentis, tom.*1.*tract.*5.*disp.*11. *quæst.*17. Lezana *tom.*5.*in Mari Magno Minorum*, §.24. *num.*58. Quintanaduenas *in Theol.moral.tom.*2.*tract.*8. *singul.*3. Martinus Perez *de Sacram. Pœnit.*43. *sect.*3. *num.*4. Cardinalis Lugo *de Sacrament.Pœnit. disputat.*18.*sect.*2. *num.*21. Hurtadus *disputat.*10.*difficult.*9.Coninch. *de Sacram. disputat.* 8. *num.*16.Tancredi *in qq.moral. tract.*5. *disp.*2. *quæst.*17. Tamburinus *in Decal.lib.*2.*cap.*1.§.8.*num.*7. Bertrandus Loth.*in Resol.Theol.*1.*quæst.*1.*art.*9. Garzias *in Polit.Regul.tom.*2.*tract.*10.*diffic.*5.*dub.*6. *punct.*5. *num.*26. Mazuchellus *de cas. reserv. disp.*1.*quæst.*3. *difficult.*25. *n.*88.Andreas Mendo *in Bull.Cruc.disp.*27.*cap.*3.*n.*24. Suarez *tom.*4.*disp.*26.*sect.*4.*n.*3. Henriquez *lib.*3 *de Pœnit.cap.*11.*num.*3.*in Gloss. lit. Q.* Bardi *in Bull. Cruciata,part.*1.*tract.* 6. *cap.*6. *sect.*2. *num.* 10. Gallego de Vera *in Bull.Cruc.c.*9.*dub.*105. & me citato Verricelli *de Apost.mission.tract.*9. *quæst.*158.*num.*1. & Machadus *tom.*1.*lib.*1. *part.*1. *tract.*1.*docum.*3. *num.*2. vbi sic ait: *Llamase articulo verdadero de la muerte el tiempo en que la enfermedad aprieta de manera, que prudencialmente se puede iuzgar, que el enfermo està ya cercano a la muerte. Y segun la mas comun, mas piedosa, y recebida dotrina, aunque impugnada per algunos Dotores; se entiende tambien del articulo moral de la muerte, que es quando alguno se halla en occasion, que traiga con sigo peligro probable de muerte, como sucede en el parto de la muger, entrar en alguna batalla, nauegar por mares tempestuosos, passar algun rio caudaloso, y otros casos semejantes, en que prudencialmente se puede temer algun peligro de muerte.* Ita ille; & communiter DD. quibus nouissimè adde Gibalin. *de Cens.disquis.*7.*q.*14.*Conclus.*4.*&* 5.vbi *n.*3.docet tempore interdicti posse ministrari Eucharistiam omnibus parturientibus, aut proficiscentibus ad bellum, quia licèt non sint in articulo,sunt tamen in periculo mortis, Et ideo Hinojosa *in Dir.decis.Regul.verb. infirmus.*§.*circa absolutionem,fol.*306.docet absque vlla distinctione omnes parturientes posse absolui à quocunque Sacerdote,etiam non approbato ab omnibus casibus,censuris,&c.sed hæc opinio circa parturientes ibi absolutè prolata olim mihi non placuit; nec placet doctissimo Patri Mendo *vbi sup.nu.*34.

ol.m in to. 1.tr.5. Res.5. & in aliis eius annot.

RESOL. CXXVII.

An qui in periculo, vel articulo mortis fuit absolutus à censura incursa propter violationem Bullæ Pij IV. & Gregor. X. teneatur postea si conualuerit, se præsentare coram Pontifice?

Et noua opinio effertur,sed non approbatur.

Et quid si virtute Cruciatæ quis absolutus fuisset,in supradicto casu?

Et difficultas adhuc superest,si in supradicto primo casu postea conualuerit, intra quod tempus tenetur se præsentare coram Pontifice? Ex part.12.tract.2. Resolut.34.

§.1. AFfirmatiuè respondeo ex doctrina communi Doctorum asserentium, quod absolutus in articulo mortis ab aliqua censura Papali, si conualescat, teneatur se Pontifici præsentare, nàm aliàs in eadem excommunicatione reincideret. Probatur ex *cap. eos, qui de sent. excomm. in* 6. & ita docet Vasquez *in* 1.*part.tom.*4. *quæst.*93. *art* 1. *dub.*6.*numer.* 15. Hurtadus *de cens.disput.*11. *difficu* 1. 13. Martinus Perez *de Sacram. Pœnit. disputat.* 43. *sect.* 4. *num.*7. Cardinalis Lugo *de Sacram. Pœnit. disput.* 20. *num.* 201. Sanchez *in Summa tom.*5. *lib.*2. *cap.*23. *num.*31. & Granadus *in* 3.*part.tom.*2. *controu.*7. *tract.*10. *disput.*7. *num.*14. vbi sic asserit *Petet aliquis, ad quem finem se debeat præsentare pœnitens, qui iam absolutionem obtinuit.* Respondetur, si peccatum à quo quis est absolutus ratione periculi mortis, aut alterius impedimenti, habeat annexam excommunicationem à iure, vel ab homine, à Papa, vel Episcopo, teneri, cessante impedimento, se præsentare superiori, vt constat *ex cap. Eos,qui de sent.excom.in* 6. non quidem, vt ab illa absoluatur iterum, & colligitur planè *ex cap. Quamuis, & cap. de cætero, de sent. excommun.* sed vt conuenientem medicinam adhibeat Superior, & si oportuerit, satisfactionem imponat,

Sup. hac assertione in to.5.tr 1.Res. 196. §.1. ante medium, & in Res. 201. & 202. §.1, & signanter §.2.& in Res 204. ante medium §.1.vers.insuper. & ibi in tr.8.res.26.§. penult.& in to.1 tr.4.Res. 44.§. vltimo. paulo post initium,vers. Solum aduerte, & ibi in tr. 5. Res. 13.§. 1. post medium, vers. Notandum est.& in Resol. 39. §. penult.& vlt.

imponat Et alioqui incidet in excommunicationem non in præteritam, sed in aliam, ob nouam inobedientiam. Ita Granadus.

Alibi in Resol. vlt. not. præteritæ, & in eod. §.

2. Sed his non obstantibus ego alibi pro negatiua sententia adnxi Nauarrum, Millardum, Cœlestinum, & Texedam, quorum sententiam probabilem putat Garzias *in Polit. Regul. tom. 2. tract. 10. difficul. 5. dub. 5. punct. 6. num.* 38. quibus adde Carolum Lambertum *in Decisionibus Bononiensibus ann. 1640. mensis Augusti cas.* 28. me citato Tancred. *qq. moral. tract. 1. disput. 2. quæst.* 58. & me citato Iosephum Ianuarium *de cas. res. Resolut.* 12. Probatur ex Concilio Tridentino *sess. 14. cap. 7.* vbi hæc habet: *In eadem Ecclesia Dei custoditum semper fuit, vt nulla sit reseruatio in articulo mortis. Atque ideò omnes Sacerdotes, quoslibet pœnitentes à quibuslibet peccatis, & censuris absoluere possunt, &c.* Si ergò absolutus à casibus reseruatis, non tenetur adire Superiorem secundum communissimam sententiam: ergò neque absolutus à censura reseruata: sicut enim cessat reseruatio à casu, ita à censura per hæc verba Conc.

3. Confirmatur, nam si alicui delicto esset excommunicatio annexa, & nulli esset reseruata, & absolueretur à confessario inferiori, talis excommunicatus non teneretur se præsentare superiori, vt patet; sed in articulo, vel periculo mortis nulla est reseruatio, ex Trident. ergò absolutus à tali Censura, est absolutus à censura sine vlla reseruatione: & consequenter non tenetur se præsentare. Nec obstat *cap. Eos qui*, superius adductum, nam textus ille loquitur cum excommunicatis deductis in foro fori, non vero de non denunciatis. Verba text. hæc sunt. Eos qui à sententia Canonis, vel hominis (cum ad illum, à quo alias de iure fuerant absoluendi, nequeunt propter imminentis mortis articulum, aut aliud impedimentum legitimum, pro absolutionis beneficio habere recursum) ab alio absoluuntur, &c. Si cessante posteà periculo, vel impedimento huiusmodi, se illi, à quo his cessantibus, absolui debebant, quam citò commodè poterunt, contempserint præsentare, mandatum ipsius super illis, pro quibus excommunicati fuerunt, humiliter recepturi, & satisfacturi prout iustitia suadebit: Decernimus (ne sic censuræ illudantur Ecclesiasticæ) in eandem sententiam recidere, ipso iure, &c. Vbi nota illa verba: *Se illi à quo his cessantibus absolui debebant.* Non dixit sine his neque ante hæc, sed his cessantibus; ergo loquitur cum illis tantùm, qui absoluti in mortis articulo, debent à Superiore excommunicatore absolui; sed hi sunt tantùm deducti, seu denunciati excommunicati, hi enim absoluti ratione periculi in foro conscientiæ debent à superiore absolui transacto periculo, in foro fori, vt patet: ergò cùm his tantùm loquitur, & non cum excommunicatis, & non deductis. Nisi velis dicere cum Millardo loco citat. hoc onus se præsentandi coram superiore, non amplius habere locum post Concilium Tridentinum, & sic cessare ex vi verborum Concilij, cum nulla sit reseruatio. Cæteræ rationes, & responsiones ad plures alios Canones, videbis apud Ianuarium *vbi sup.*

4. Verum licèt hanc sententiam non audeam tanquam improbabilem damnare, tamen, quia difficiliter recedo à sententiis communiter receptis non discedo ab opinione affirmatiua, quam præter Doctores cit. tenet Pater Leander *de Sacram. tom. 1. tract. 5. disput. 13. quæst. 70.* & me citato Marcus Serius *tom. 2. de Bull. Cruc. disput. 1. difficult. 10. §. 8. quæst. 33. ad num. 7.* & me citato Garzias *in Polit. Regul. tom. 2. tract. 10. difficult. 5. dub. 6. punct. 6. numer. 34.* In vno tamen casu sententiæ negatiuæ adhærerem, videlicèt, quando in nostro casu absolutio in articulo mortis fuisset largita vigore Bullæ Cruciatæ, vt superiùs probatum est, posse fieri, nam absolutus cum Bulla Cruciatæ à casibus Papalibus in articulo mortis nullam obligationem habet se præsentandi coram Pontifice, vt optimè obseruat Leander, & Serius *num. 8. vbi supra*, Andreas Mendo *in Bulla Cruciata, disp. 22. cap. 1. num. 20.* Garzias *vbi supra numer. 38.* Bardi *in Bulla Cruciatæ part. 2. tract. 6. cap. 6. sect. 1. num. 3.* Trullench *in Bulla Cruciata lib. 1. §. 8. cap. 2. dub. 5.* Ludouicus à Cruce *de Bulla Cruciata disp. 1. cap. 3. dub. 14.* Et alij communiter, & idem dicendum esset si in nostro casu pœnitens absolueretur virtute Iubilæi, vel virtute priuilegiorum Regularium, sed nos supra firmauimus cum Bonacina, Regulares non posse absoluere à censura lata in constitutione Pij IV. & Gregorij X. de quibus loquimur.

5. Itaque vt dictum est, qui ab hac excommunicatione Pij IV. & Gregorij X. absolueretur in articulo mortis, difficultas est, si postea conualuerit intra quod tempus teneatur se præsentare coram Pontifice, Martinus Perez *de Sacram. Pœnit. disp. 24. sect. 4. num. 6.* putat intrà triduum sic enim ait. *Non displicet, quod graues Doctores dicunt, non fore dilationem grauem, quando intrà triduum Sacerdos confiteretur. Nam modo præcipitur* cap. Eos qui, de sententia excommunicationis *in 6. quod illi, qui in articulo mortis absoluuntur ab excommunicatione reseruata postea si conualuerint, debeant cum primum commodè possint, recurrere ad Superiorem, alioquin reincidant in censuram: & tamen non iudicabuntur reincidere, qui intrà triduum datæ commoditatis recurrerint. Et ratio est in nostro casu, quia non videtur magis strictè explicanda illa dictio*, quamprimum; *quia non videtur illa breuis dilatio grauiter opponi fini, aut præcepto Tridentini.* Ita Perez.

6. Sed mihi videtur magis strictè, & rigorosè receptum esse illud *Quamprimùm.* Concilij Tridentini, quam *dicti capit. Eos qui*; Et ideò puto hoc casu prudentis arbitrio remittendum esse, intrà quod tempus vt verificentur illa verba, *Quamprimùm absolutus à censura reseruata debeat se coram Superiore præsentare*, consideratis & prudenter perpensis omnibus circumstantiis, personæ, valetudinis absentiæ à Romana Curia, &c. Et ita docet ex Nauarro Auilla *de Cens. part. 2. cap. 7. disp. 3. dub. 4.* & Leander *de Cens. tom. 4. tract. 2. disput. 17. quæst.* 68. Sanchez *in summ. tom. 1. lib. 1. cap. 13. num. 25.* & Henriquez *lib. 13. cap. 29. num. 2.* Sayrus *de Cens. tom. 1. lib. 3. cap. 28. in fine*, & sufficiet quidem non adesse negligentiam, vel fraudem.

In indice primo huius Tom. 9. lege Apendicem ad hunc Tract. 7. Vbi inuenies alias multas Diffic. mistas, & dispersas per alios Tom. Tract. & Res. quæ simul pertinent ad hunc Tract. 7. de Potestate, & Priuilegiis S. R. E. Cardinal. &c.

TRACTATVS

RESOL. XVI.

An Cardinales aliquando possint conuocare Concilium? Et notatur, quod non propterea huiusmodi Concilia imperfecta habenda sint tanquam Conuenticula? &c. Ex part.5.tract.2.Res. 62.

§.1. AFfirmativam sententiam docet Manfredus *de Cardinalibus, part.1. cap.13.* Didacus ab Alava Episcopus Abulensis *de Conciliis.part.2.cap.2. n.4.*qui ponit casus,in quib.Cardinales possint Concilium congregare.Idem etiam docet Cucchus *in inst. Canon.lib.2.tit.4. num.45.& tit.3.num. 13.* Iacobatius *lib.1.de Concil.à num.1.vsque ad* 48. cum Albano *de Cardin.quæst.42.privileg.14.*vbi sic air:Orto schismate, vel alio casu eveniente, in quo Concilium conuocari debeat,si Papa in eo congregando negligens comperiatur, tunc ista conuocandi Concilij facultas ad Cardinales pertineret,vt pote ad maiores vniversitatis, iuxta *l.1. cum ibi notatis, ff. de alb. scrib.* ipsi enim cæteris omnibus dicuntur esse maiores, & post Summum Pastorem suprema dignitate funguntur. Ita ille, qui citat Ioannem Andream, Imolam, Romanum, Abbatem, & Decium.

2. Verùm mihi placet ad hoc dubium respondere cum doctissimo Antonio Peres, insigni Theologo Salmanticensi, ex Ordine D.Benedicti *in Pentateucho fidei, tract. de Conciliis, cap.*8. Dico igitur aliud esse loqui de Concil.generalib. provt sic abstrahendo ab illegitimis,& legitimis, perfectis & imperfectis, aliud verò de legitimis, & perfectis. Quibus præmissis respondendum est, quòd si loquamur de Conciliis primo modo sumptis,certum est posse alios à Pontifice rectè,& ritè Concilium congregare; secus verò si loquamur de illis in secundo sensu. Priorem partem huius decisionis probo, quia extrema necessitas maximè totius communitatis potior est omni positivo iure. Secundam verò partem probo ex eo, quòd Concilij generalis legitimatio est propria Summi Pontificis etiam in casu,quo de Pontificis incapacitate in Concilio ipso agendum est, vt patet ex *c. Concilia, disp.*17.Ibi enim refertur quòd cùm Symmachus Papa diffamatus esset de quibusdã criminibus,& Theodorus Rex Romam veniens Concilium congregaret, vt examinarentur ea,quæ Pontifici obijciebãtur,tunc Episcopi ad Concilij vocati,postquam in vno congregati fuere surgentes inclamarunt,opus esse authoritate ipsius Symmachi iudicandi ad hoc,vt ille Cõventus Synodus fieret,hoc est,legitimus & perfectus.

3. Est tamen notandum quòd non propterea huiusmodi Concilia imperfecta habenda sunt tanquam conventicula, quia licèt sint imperfecta, eo quòd carent prærogativis & privilegiis;quibus gaudent Concilia legitima ad certò & infallibiliter definiendas res fidei, & ad alia huiusmodi, de quibus Pighius. Ipsi tamen ratione sui muneris, & instituti Conventus veuerabiles sunt, vt pote iure congregati ad subveniendum extremæ necessitati Ecclesiæ,circa quam est authoritas defendendi seipsam,& providendi sibi de capite.Vnde quamvis sine illo non possit statuere de multis, potest sibi providere & eligere caput,cum quo de illis statuat; & hæc omnia docet *vbi suprà* Perez,qui citat Caietanum & Bellarminum. Igitur possunt Cardinales Concilium congregare in sensu explicato à Perez *loco citat.*vide etiam Ioannem Wigers *in 2.2.D Thoma,quæst.1.art.10.dub.1.num.38.*

RESOL. XVII.

An Cardinales, qui Episcopi non sunt, habeant ius præsentiæ, & iudicij in Conciliis Generalibus?
Et an Cardinales in Concilio præferendi sint Patriarchis, & Episcopis? Ex part.5. tract.2. Res.

§.1. VIdetur negativè respondendum, quia Cardinales tantùm sunt præfecti illis Ecclesiis singularibus, quarum titulis insigniuntur; sed hoc non sufficit ad tale ius, vt patet in Parochis & Archidiaconis: ergo. Adde quòd Cardinales si non sunt Episcopi, nullam habent iurisdictionem. Sup. contra his in hac Res. lege pra in Res. Epistolam positam Eugenius.

2. Verùm noviss imè ex communi Doctorum sententia affirmativam sententiam docet Didacus ab Alva *de Conciliis part.1.cap.6.num.2.fol.*33. Malderus *in 2.2.D.Thom.quæst.1.art.10.dub.4.§.4.* Duuallius *de potest. Rom.Pont.part.4. quæst.3.* Suarez *de fide disp.11, sect.1. num.17.* & Perez, ornamentum Benedictinæ familiæ, *in pentateucho fidei tract.3. de Conciliis dub.3.cap.8.num.81.*Primò quoniam Cardinales tanquam Senatores & Consules atque Vrbis Patritij habentur, & euulgantur. Secundò, quia habent iurisdictionem Episcopalem in suis titulis.Tertiò,quia, vt Turrecremata ostendit,uon minùs quàm Episcopi Apostolorum loco succedunt, quia sicut Apostoli adstiterunt Christo,adeò vt illis dixerit: Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis; ita Cardinales assistunt Summo Ecclesiæ Pontifici in omnibus Ecclesiæ arduis. Quartò, quia assistunt illi tanquam particulares Assessores, Consiliarij, atque cooperatores, iuxta verba Bonifacij VIII. Quintò, quia sunt pars corporis Papæ, & specialia membra illius, & partes, Papatus causa.Sextò, quia, vt dicit Hostiensis, & Ioannes Andreas, maior est coniunctio,imò identitatis vnio inter Cardinales & Papam, quàm inter se ipsum,& vniversos alios etiam Episcopos. Sup. hoc in Res. nec præterea verum amen medium, vers. alio quod & infra in Res. 22.18.19.

3. Restat modò respondere ad argumentum contrarium. Dico igitur authoritatem Cardinalium non solùm Ecclesiam Titularem,vel vnam Diœcesim,sed vniversam Ecclesiam respicere, vt benè probat Lotherius *de Benef. tom.1.lib.1.quæst.8. num.49.* & ratio est, quia habent consulere non solùm Romanæ,sed etiam vniversali Ecclesiæ. Propter quod aptantur Cardinalibus illa verba: Domini enim sunt cardines terræ,& posuit super eos Orbem; Cardinales enim eo dicti sunt, quia sicut ostium intra cardines vertitur, ita Ecclesiæ regimen Consiliis Cardinalium, & reputantur vt Dei munere introducti in Ecclesia, vt portent onera eius,tanquam Summi Pontificis robustissima membra. Item aptari solet illud: Pro patribus tuis nati sunt tibi filij (id est, Cardinales, propter Apostolos) constitues eos Principes super omnem terram, de quibus Turrecremata, qui etiam adducit ad idem testimonium D. Bernard. qui de Cardinalibus loquens ad Eugenium III. inquit: Hi quoque qui tibi assistunt seniores populi Orbis iudices. Propter quod Cardinales non solùm vocem habent decisivam vt Episcopi, sed præferuntur Episcopis, vt videri potest apud Concilium Lateranense, ibi enim ante Episcopos subscripserunt Cardinales.

4. Notandum est tamen hîc contra Garciam *de nobilitate gloss.*48..§.2.*num.*54.Cardinales in Concilio præferendos esse Patriarchis, ex rationibus, quas adducit Eugenius IV. *in epist. superiùs posita.* Superius in Res. §. Eugenius.

RESOL. XVIII.

An Cardinales possint sine scrupulo tacere, quando in Consistorio aliquid non bene determinatur?
Et quid, quando maior pars Collegij contrarium approbat?

Et

TRACTATVS OCTAVVS.

SEV

APOLOGETICA DISCEPTATIO

DE

FAMILIA LAICA

NVNCIORVM APOSTOLICORVM:

Quod idem intelligitur de Familia Laïca Episcoporum.

RESOLVTIO PRIMA.

An familia laica Nuncij Apostolici gaudeat priuilegio fori ?

Idem dicendum est de familiæ laica Episcopi ?

Et pro negatiua sententia adducuntur septem diuersæ assertiones ? Ex p.6. tract.2.Ref.1.

§.1. NEGATIVAM sententiam tenet nouissimè Christophorus de Moscoso cuius laudes & merita, meritò enumerat eruditus Amaia *in Codicem*, *lib.10. titul. 39. numer.* 12. Probat hanc suam sententiam nominatim contra me *in Allegatione Hispano idiomate conscripta*, primò quia Episcopi familiam armatam habere non possunt *ex Gloss. in capite dilecto, de sentent. excommun. in* 6. & docet Hostien. Abbas, Felinus, ita *à num.*22. Secundò, quia licèt Ministri Curiæ Episcopalis gaudere debeant priuilegio fori, hoc tamen intelligendum est in delictis communibus: neque ex Ministris Curiæ facienda est extensio ad familiam domesticorum; cùm nullus extet Canon, qui hoc priuilegium eis concedat, vnde ait: [Aunque fuera cierta la opinion fauorable a los Obispos, y necessaria para conseruar la iurisdicion, y castigar los excessos de sus ministros cometidos en los officios: ne se puede estender este priuilegio a que los Criados gozé de el fuero; porque para esto no ay texto en todo el derecho, que lo decida, y carece de razon, que tengan tal priuilegio los Criados seglares de los Obispos, y fuera de graue inconueniente para el gouierno politico de los Principes, y buena administracion de iusticia.] Ita *à num. 25. vsque ad 39.* Tertiò, quia hoc priuilegium Papa non potest concedere inuitis Principibus, cùm non possit Laicos à seculari iurisdictione eximere. & ideò Laici non possunt se submittere Ecclesiasticæ iurisdictioni. Ita *à num. 30. vsque ad* 41. vbi citat Pontium, Barbosam & alios. Quartò, quia ex auctoritate Patris Suarez *contra Regem Angliæ, lib.4. cap.29. num.* 9. Familia Episcopi post Concilium [es euidente, que no goza del fuero, porque en la *sess.13. cap.6.* se da forma, y ponen las calidades de ordenes, y otros requisitos che han de tener, con que quando fuere cierto tal priuilegio oy esta derogado; respecto de que las palabras conque se decide son vniuersales, y comprehensiuas de todos los que han de ser exemptos; porque el derecho dize: Nullus prima tonsura initiatus, aut etiam in minoribus ordinibus constitutus ante decimum quartum annum beneficium possit obtinere. Is etiam priuilegio fori non gaudeat, nisi beneficium Ecclesiasticum habeat; aut Clericalem habitum ac tonsuram deferens alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi inseruiat, vel in seminario Clericorum, aut in aliqua schola,, vniuersitate de licentia Episcopi, quasi in via ad maiores ordines suscipiendos versetur. Ninguno goze del priuilegio de el fuero sin tener ordenes, o beneficio, ò traer habito decente, ò assignado, a el seruicio de alguna Yglesia por mandado del Obispo.] Ita ille *num.47. & sequent.* vbi pro hac opinione præter Suarez citat Ceuallos, Pereiram. Cutellium & Vegam. Quintò, [que fuera absurdo grande; y contra derecho hazer iuez a el Obispo en los delitos de sus familiares *ex l. qui iurisdictioni, ff. de iudicis*] vbi Vlpianus ait. Qui iurisdictioni præest neque sibi ius dicere debet; neque vxori, neque liberis suis, neque libertis, neque cæteris quos secum habet; ita *num.*42. Sextò affert. *numer.* 43. cedulam Regis Ferdinandi & Isabellæ, in qua clare statuitur familiares Prælatorum esse subiectos potestati sæculari. Et tandem septimò asserit *in n.*29. si familia Laica Episcoporum gauderet priuilegio fori, diminueretur quàm plurimum potestas Regis, & esset contra bonum & pacem publicam propter delicta supradictorum. Vnde ex his præcipuè fundamentis Moscosus negat mordicus familiam Laïcam Episcopi gaudere priuilegio fori; & per consequens infert (nam de hoc erat tunc quæstio) neque familiam Nuntij Apostolici tali debere priuilegio frui.

Sup. hoc quinto infra in Ref. 9. §. 1.

Sup. hoc sexto infra in Ref. 9. §. Ad sextum.

Sup. hoc septimo infra in Ref. 10.

Sup. hoc supra in tr. 2. Ref. 23 §. vlt.

RESOL. II.

Proponuntur fundamenta affirmatiuæ sententiæ?

Et docetur, quod quidquid potest Episcopus in sua Diœcesi respectu iurisdictionis; potest Legatus in sua Prouincia?

Imo, Legatus est super omnes Ordinarios tanquam Summi Pontificis vices gerens ?

Et explanatur ex authoritate plurimorum Doctorum familiam laicam Episcoporũ gaudere priuilegio fori, & nullatenus posse à iudice seculari iudicari tã in Ciuilibus, quam in criminalibus? Ex p.6. tr.2. ref. etiam 2.

§.1. SED his non obstantibus ego puto familiam Laicam Nuntij Apostolici gaudere priuilegia

gio fori, quia in Prouincia sua habet iurisdictionem ordinariam, quam habet Episcopus in sua Diœcesi, probat Fagundez *in Decalog. tom. 1. lib. 2. cap. 41. n. 22.* Suarez *de Relig. tom. 2. lib. 6. de voto, cap. 10. num. 10.* Gomez *in Bullam Cruciatæ, clausul. 10. num. 61.* Merolla *in Theolog. Moral. tom. 3. disput. at. 7. cap. 5. difficult. 8. dub. 21. num. 491.* Molina *de iustitia, tract. 5. disput. 9. num. 7.* Gutierrez *in Can. quæst. lib. 1. cap. 11. nu. 5.* Gonzales *in Regul. 8. Cancellar. gloss. 21. numer. 36.* Azorius *part. 2. lib. 2. c. 27. quæs. 5.* Gratianus *in disceptat. forens. cap. 226. num. 2. & 3.* Sanchez *de Matrimonio, libr. 1. disput. 28. num. 27. & lib. 8. disput. 28. numer. 4.* Abbas *in cap. 1. de offic. legat. num. 2. & 3.* Ancharanus *cap. 1. in fine, num. 5. de transact.* Barbatius *de Cardinal. Legat. quæst. 5. n. 17.* & alij communiter: & ideò exercet omnia quæ per Ordinarios exercentur ratione ordinariæ potestatis, vt patet ex Abbate *in cap. quod translationem, de offic. legat. num. 9.* & aliis quos citat & sequitur Fragosus *in Regim. Christ. Reipublicæ, p. 1. lib. 5. disput. 13. num. 67.* Vnde Calderinus *consil. 11.* docet, quòd quicquid potest Episcopus in Diœcesi respectu iurisdictionis potest Legatus in sua Prouincia. Imò Legatus est super omnes Ordinarios tanquam Summi Pontificis vices gerens *ex cap. 2. de legat. in 6.* & *ibi* Doctores communiter. Ergo sicut familia Laica Episcopi gaudet priuilegio fori, ita & à fortiori Nuncij Apostolici gaudere debet. Et ideò tota difficultas est. An familia Episcopi tali gaudeat priuilegio: nam Moscosus negat, vt visum est. Sed prorsus contrariam sententiam amplectendam esse existimo, quam Cardinalis Tuschus *tom. 3. litera E, conclus. 27. nn. 21.* Iulius Clarus *in prax. criminal. § finali. quæst. 35. n. 18.* Ioannes de Monte Sperello *penes Calcaneum conf. 72.* Gratianus *decis. Mar. 233. numer. 2.* Capicius *dec. 22. num. 1.* Suarez *in Thesauro recept. sentent. ver. Clericus, num. 129.* & Farinacius *quæst. 8. num. 40.* communem vocant; & ita reuera est, vt patet tam inter recentiores quàm veteres: vnde visum est mihi hîc per extensum apponere omnes Doctores qui illam tenent. Et hi sunt præter suprà dictos.

Sup hoc in. fra in Resp. 8. paulo post initium, & in aliis eius annot. & lege etiam infra doctrinã & declarationes Resp. 4.

Abbas *in dicto cap. final. de offic. Archid. nu. 5. & in cap. cum non ab homine, de iudic. num. 2. & cap. 1. de for. compet. num. 6.*

Hostiensis *in dicto c. final. n. 14.*

Ioannes Andreas *num. 15.*

Butrius *num. 2.*

Ioannes Antonius de Nigris *in Extravag. vnic. n. 89 de vit. & honest. Cleric.*

Calcaneus *consil. 71. num. 4.*

Bursatus *cons. 25. num. 43. lib. 1.*

Natta *cons. 576. n. 5. in fin. lib. 3.*

Bombinus *cons. 10. num. 10.*

Viuius *decis. 116. num. 1.*

Ambrosius Machin. Archiepiscopus Calagutitanus *in resolut. pro' iurisdict. Ordin. Milit. art. 6. n. 58.*

Bossius *tit. de for. compet. num. 127.*

Decianus *in tract. criminal. tom. 1. lib. 4. c. 4. num. 47. & 57.*

Maurus Burgius *de modo procedendi ex abrupto, q. 65. num. 77.*

Marsilius *consil. 67. num. 60.*

Sbrosius *de Vicario Episcop. lib. 2. q. 147. n. 2.*

Aloisius Leo *in Authent. Cassa, mem. 23. C. de sacrosanct. Eccles.*

Franciscus Leo *in Thesaur. for. Ecclesiastic. p. 1. c. 11. num. 17. & 18.*

Belluga *in Spec. Princ. rubr. 11. § videndum. n. 6.*

Villalobos *in commun. opinion. littera E, n. 33.*

Menochius *de arbitr. cas. 561. n. 13.*

Alderanus Mascardus *de stat. inter. concl. 1. n. 135.*

Carolus de Grassis *de effect. Cler. 1. n. 128.*

Barbosa *de potest. Episc. p. 3. allegat. 107. n. 9.*

Antonius de Marinis *Quotidian. res. lib. 1. c. 117. n. 1.* me citato.

Mauricius Alzedo *in prax. Episcop. part. 1. cap. 12. num. 77.*

Gauantus *in Enchirid. Episcop. ver. familiares Episcop. num. 2.*

Hermanus Stamno *de seruit. person. c. 7. n. 6.*

Marius Antonius *variar. resolut. lib. 1. resolut. 75. num. 1.*

Bellettus *in disquis. Cler. p. 1. tit. de fauore cler. real. §. 1. num. 15.*

Guazzinus *in defens. reorum, tom. 1. defens. 20. cap. 9. num. 23. & 24.*

Trentacinquius *variar. resolut. lib. 2. tit. de for. compet. resol. 1. num. 1.*

Giurba *consil. 70. n. 21. & consil. 88. n. 1.*

Campanili *in diuers. iur. Canon. rubric. 9. cap. 9. num. 12.*

Riccius *part. 2. decis. 192. & part. 1. decis. 69. & p. 4. decis. 292. & in prax. tom. 1. resol. 451. n. 5.*

Graffius *in decis. aur. part. 2. lib. 3. c. 5. n. 26.*

Carleualius *de iudic. disput. 2. quæst. 6 sect. 3. n. 427. & 509.*

Curia Philippica *tom. 1. p. 1. §. 1. n. 15.*

Monte Allegro *in Praxi ciuili, lib. 1. c. 9. n. 249.*

Genuensis *in Praxi, cap. 8. n. 3.*

Cenedus *in Quæst. Canon. q. 4. n. 26.*

Ciarlinius *in controuers. forens. c. 20. n. 14.*

Duardus *in Bull. Cœnæ, lib. 2 Can. 15. q. 8. n. 2.*

Thesaurus *decis. 22.*

Narbona *in Recopil. lib. 4. titul. 1. leg. 20. gloss. 12. num. 9.*

Simeon Rao *in dubiis de immunit. Eccles. fol. 64.*

Reginaldus *tom. 1. lib. 9. c. 23. n. 354.*

Torreblanca *in pract. iur. Spir. lib. 15. c. 6. n. 56.*

Baiardus *in additionibus ad Iulium Clarum, § finali, quæst. 36. num. 2.*

Angelus *in summa, ver. famulus, n. 6.*

Bellouis. *in pract. crim. tit. de iniur. num. 43.*

Squillante *de priuileg. Cleric. c. 7. n. 54.*

Bonacina *in Bullam Cœn. disput. 1. quæst. 16. punct. 3. num. 7.*

Paramus *in respons. 2. pro iurisd. Sancti Officij.*

Carolus Episcopus Nouariensis *in comment. ad c. de offic. Archidiac. penes Gatticum in allegat. pro Ecclesia, fol. 339.*

Megalius *in prompt. tom. 2. ver. familia, n. 10.*

Scacia *de iudiciis, lib. 1. c. 11. n. 22.*

Suarez *in commun. opinion. ver. Clericus, n. ...*

Zambellus *in Reper. Mor. ver. Ecclesia quoad eius libertatem, num. 10.*

Et tandem claudam hoc agmen Doctorum cum Hispano Roderico Acugna dignissimo Archiepiscopo Bracarensi *in Decretum Gratiani, part. 1. dist. 32. cap. 10. num. 11.* vbi sic ait. Notabis famulos Episcoporum, etiamsi sæculares sint. nullatenus posse à sæculari iudice iudicari tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, & est communis opinio. Ita ille.

RESOL. III.

Confirmatur ex aliis rationibus affirmatiua sententia? Et etiam in fauorem familiæ laicæ Episcoporum? Ex quo infertur quid est sentiendum de famulis Clericorum, & Scholasticorum, qui ad tempus seruiunt, & de priuilegio concesso domino, & marito pro illorum seruis, vxoribus, &c. Ex part. 6. tract. 2. Resol. etiam 3.

§. 1. Probant

§. 1. PRobant suprà citati Doctores hanc opinionem ex cap. fin. *de offic. Archidiaconi* in quo prætendebat Archidiaconus aliquos Diœcesis Senonensis debere priùs conueniri coram ipso, quàm coram officiali Archiepiscopi; tum de iure communi ratione proprij Territorij, tum de consuetudine: & sicut à iurisdictione inferioris nouerat esse exemptum Episcopum, cuius respectu & illius homines & familiares gaudent eodem priuilegio; propterea Archidiaconus excepit à sua iurisdictione cognitionem causarum Episcopi: vnde ex hoc concludenter contrà Moscosum inferunt omnes Doctores citati, familiares Episcopi gaudere priuilegio fori. Probatur secundò ex text. *in cap. Ecclesiarum seruos*, qui licet loquatur de seruis perpetuis & ascriptitiis, Doctores tamen citati ex connexione materiæ docent & inferunt familiares Episcoporũ fori priuilegio gaudere.

2. Probatur tertio hæc opinio, præter alia iura à suprà citatis Doctoribus adducta, ex rationibus. Quia vt optimè obseruat Gratianus *tom. 3. cap. 340. num. 1.* & alij, priuilegium, quod habet Episcopus, tanquam principalis & caput, trahi debet etiam ad eius membra accessoria & appendices: cùm igitur famuli Episcoporum, vt quid accessorium ad ipsos Episcopos habeantur; itaut sine eis stare nequeant: meritò hac ratione ad eos hoc priuilegium fori protrahi debet, *ex cap. quantis. de priuileg. & cap. liceat, eod. tit. in 6.* Vnde *in Authent. habita. Cod. si filius pro patre*, priuilegium fori concessum scholasticis, comprehendit etiam eorum famulos & seruos, qui ad tempus seruiunt, vt obseruat *ibidem.* Baldus & Salicetus. Et quòd priuilegium Domini extendatur ad eius famulos tradit Albericus *in leg. 1. Cod. de Episcop. & Cleric. num. 4.* persona enim exempta ab alicuius foro, videtur etiam exempta tota eius familia *ex cap. 1. de priuileg. in 6. ex leg. non aliter, ff. de iudic & leg. 2. Cod. de Episc. & Cleric.* maximè, vt docet Oldradus *consil. 293. num. 5.* quando Dominis redderetur incommodior vlus familiarium. Ergo, &c.

3. Nec valet dicere, quòd priuilegia tanquam stricti iuris non debent extendi, vt patet *ex cap. priuilegia, de regul. iur. in 6.* Priuilegium ergo concessum Episcopo non debet extendi ad famulos Laicos. Nam respondeo primò priuilegium extendi seu comprehendere personas connexas ipsi priuilegiato: sicuti videmus priuilegium concessum emptori, dici concessum & venditori; cùm vnum sine altero esse non possit, ex quo sunt duo correlatiua, vt obseruat Romanus *consil. 180. num. 4.* & Iason. *in l. non tantùm. num. 12. ff. de re iudic.* Sic etiam de priuilegio concesso marito intelligitur comprehendere vxorem, quæ ipsi marito connexa esse dicitur, vt in specie tradit Baldus *in sua Margarita, in ver. priuilegium.* Respondeo secundò quòd priuilegium immunitatis Ecclesiasticæ est fauorabile, vt tradit Gratianus *tom. 2. disput. 340. num. 21.* & ideò extendendum, vt docet Gambacurta *de immunitat. lib. 4. cap. 3. n. 7.* Decianus *consil. 80. num. 19. & 21. lib. 3.* Ambrosinus *de immunitat. cap. 10. num 7.* & alij quos citat & sequitur Farinacius *in append. de immunitate, cap. 2. num. 21.* & Sperellus *decis. 63. num. 10.* Adde quòd licèt priuilegium personale non egrediatur personam *ex leg. sordidorum, Cod. de excusat. mun.* Tamen ad hoc rectè respondet Magalius *tom. 2. variar. resolut. 122. num. 8.* priuilegium fori in nostro casu per se & principaliter esse personale quoad Episcopos; sed accessoriè propter eius fauorem pertinere etiam ad familiares commensales ex Baldo *in l. 2. not. 3. Cod. de Episc. & Cler.* Grammatico *voto crim. 33. n. 20.* & aliis. Ergo, &c.

4. Nec obstat, quòd ex hac doctrina sequeretur famulos etiam Clericorum gaudere priuilegio fori: sed hoc dicere est absurdum secundùm Moscosum *num. 38.* Ergo, &c. Nam respondeo primo hanc sequalam apud plures Doctores non esse absurdam, quos videre poteris apud me ipsum *in part. 3. tract. 1. resol 47.* Vel etiam respondeo secundò cùm Menochio *de arbitrar. lib. 2. cent. 4. cas. 562. n. 13.* hoc tantùm procedere in famulis Episcoporum: quibus multa conceduntur, quæ aliis non sunt permissa: vt etiam obseruat Guazinus *tom. 1. defens. 20. cap. 9. n. 23.* & ex Calcaneo *consil. 72.* Cardinalis Tuschus *tom. 3. litt. E, conclus. 27. num. 31.* Antonius Capicius *in decis. 12. num. 1.* Gratianus *decis. Mar. 133. n. 2.* Thesaurus *decis. 22.* & tradit Aufrerius *tract. de potestat. secul. in Eccles. reg. 2. num. 36.* & alij: patetque *ex cap. fin. de sent. & re iudicat. in 6. cap. fin. de priuilegiis, &c. quia periculosum, de sentent. excomm.*

Quæ hic est sup. in tr. 2. Res. 160. §. 2. & in alio eius annot.

RESOL. IV.

Ex declaratione Sacræ Congregationis approbata à S. D. N. Vrbano VIII. etiam affirmatiua sententia confirmatur?

Et hoc etiam non solum pro familia laica Episcoporum Diœcesanorum, sed etiam pro familia Episcopi Titularis?

Et in §. vlt. huius Resolutionis decidit ur, quod in conflictu opinionum iudices illam amplecti debent, quæ fauet Ecclesiæ.

Et docetur, quod in dubiis opinionibus Summus Pontifex decernere potest, quæ sit verior, & sequenda? Ex part. 6. tract. 2. Res. etiam, 4.

§. 1. ET ideo ex omnibus supradictis nostram sententiam facto verbo cum Sanctissimo canonizauit sacra Congregatio, v t ego adnotaui *in p. 4. tract. 1. resol. 30.* Quam etiam militare in Episcopis Titularibus eadem sacra Congregatio determinauit; vt ego obseruaui *in part. 5. tr. 1. resol. 25.* Vnde visum est mihi etiam hic apponere Epistolam Eminent. Cardinalis Gypsij ad Eminentissimum Cardinalem Columnam in fauorem Illustrissimi Domini mei Comitis D. Alphonsi Gonsagæ Archiepiscopi Rhodiensis tenoris sequentis.

Quæ hic est sup. in tr. 2. Res. 182. &c.

Quæ hic est sup. in tr. 2. Res. 184. & in tr. 1. Res. 16. §. Tertio & annot.

EMINENTIS. ET REVEREND.
Signor. mio Oss.

DOuendo Monsignore Gonzaga Arciuescouo di Rodi godere l'essentione douuta à Vescoui rispetto i beni e coloni; e anco il priuilegio del foro rispetto alli Ministri e familiari di lui, conforme à la risolutione altra volta fatta da questa Sacra Congregatione: E perche la detta essentione e priuilegio non vengono manutenute e difese dal Vescouo Diocesano, come egli è tenuto. Perciò questi Eminentissimi miei Signori, doppo matura consideratione sono venuti in parere che V. Emin. come Metropolitano si compiaccia supplire con la molta sua pietà, prudenza è zelo, che non siega pregiudicio alcuno alla giurisdittione, & immunità Ecclesiastica. Et il detto Prelato non resti priuo della sudetta essentione è priuilegio. E le bacio humilmente le mani. Roma li 21. di Agosto 1638.

Di V. Eminenti sl. Reuer.

Humilis. & Affectionatis. Seruitore
Il Cardinal Gressi.

FRANCESCO PAVLVCCI Segretario
della Congregatione.

Sed

Sed ad magis ſtabiliendam noſtram ſententiam apponã etiam hic per extenſum litteras Illuſtriſſimi Auditoris Cameræ ex ordine Sanctiſſimi D.N. Vrbani Papæ VIII. nunc feliciter regnantis emanatas: ex quibus Moſcoſi ſententiam eſſe contra mentem non ſolùm ſacræ Congregationis, ſed etiam contra expreſſam declarationem ſupradicti Pontificis manifeſtè apparet.

Lettere ſcrite dall'Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Monſignore Raggio Auditore della Camera d'ordine eſpreſſo della ſantita di N. Signore Papa Vrbano VIII. in ſogette dell' immunità douuta à famigliari, Coloni, Partiarij, Bracenti, & Beni dell'Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Signore Conte Alfonſo Gonzaga Arciueſcouo di Rodi.

EMINENTIS. ET REVEREND. Signor. mio Oſſ.

MOrdina la ſantita di Noſtro Signore di rimettere à V.S. Illuſtr. la qui alligata diretta al Sign. Conte Camillo di Nouellara, e dirle inſieme, che facendone prima eſtraere copia authentica per regiſtrarla ne gli atti di coteſta ſua Curia Epiſcopale (poiche à tal effetto ſe le manda aperta) la facci poi ſubito preſentare chiuſa al Sig. Comte Camillo medeſimo per mezzo di publico Notaro, che ne facci rogito. Non dourà V.S. Illuſtr. ſotto proteſto qualſiuoglia difficoltà ritardare punto l' eſſecutione, mà l'auuiſara con ſue prime ſenza dar occaſione di nuoua replica E le bacio affettuoſamente le mani. Roma alli 14. Maggio 1639.

Di V.S. Illuſtriſſ. & Reuer.
Seruitore Affettionatiſſimo.

Ottauiano Raggio Auditore della Camera.
Extrà. *All' Illuſtriſſ. è Reuerendiſſ. Signor. mio Oſſeruatiſſ. Monſignor Veſcouo di Reggio.*

Locus † Sigilli.

Tenor Incluſæ.

ILLVSTRISS. SIGNORE mio Oſſeru.

LA Santità di Noſtro Signore à ſentito con ſommo diſpiacere che V.S. Illuſtriſſ. doppo il Monitorio ſpedito da queſto mio Tribunale ad inſtanza di Monſignore Illuſtriſſ. Gonzaga, & intimato à lei perſonalmente qui in Roma, ſin dell'anno paſſato ſotto il dì 15. di Luglio per oſſeruanza del Decreto della Sacra Congregatione ſupra l'immunità douuta à Famigliari de Veſcoui anche Titulari; habbi ciò non oſtante continuato d'aggrauare, e laſciato aggrauare per mezzo di coteſta ſua Curia Laicale, & altri Officiali il medeſimo Monſignore, ſuoi Coloni, e beni, mandandoli Sbirri, Soldateſca, Podeſtà, e Notaro alle caſe delle proprie poſſeſſioni di ſua Signoria Illuſtriſſima à far eſſecutioni d'inuentarij, pegni, e ſequeſtri de beni, col far anco carcerare li medeſimi ſuoi Coloni e Bracenti (come di tutto ne hà fatto cõſtare chiaramente à ſua Beatitudine) con danno notabile de gl'intereſſi di tanto merito, e maggiore vilipendio dell'immunità Eccleſiaſtica. Hà però per queſta ſol volta ſua Beatitudine in queſto intereſſe di tanta ſua premura voluto vſare con V.S. Illuſtriſſ. gli effetti della ſolita ſua paterna clemenza: e mi ordinato eſpreſſamente la ſantita ſua medeſima d'auuertire, e ſtrettamente commandare per ſua parte à V.S. Illuſtriſſ. che per l'auuenire non ardiſca più in modo veruno moleſtare direttamente ò indirettamente li famigliari di Monſignore, e ſuoi Coloni, etiandio Partiarij, ne ingerirſi nelle loro cauſe tanto ciuili quanto criminali, ne commandarli, ò in altra maniera aſtringerli à qualſi ſia funtione ò grauezza tanto reale quanto perſonale, ò di qualſiuoglia altra ſorte. Perche conforme la riſolutione preſa à meſi paſati da queſta Sacra Congregatione con participatione di Noſtro Signore tutte le cauſe de ſudetti famigliari, Coloni e Mezzadri, deuono eſſere conoſciute dal Metropolitano di Bologna, ò ſuo Vicario Generale deputato in luogo di coteſto Ordinario che per degni riſpetti ne fu remoſſo. Tale è la mente di ſua ſantità, e tanto dourà lei puntualmente eſſeguire, guardandoſi molto bene da qui auanti di dare cauſa à Monſignor. Illuſtriſſ. Arciueſcouo di fare nuoue doglianza in queſta materia, poiche tal caſo la ſantità ſua medeſima ſi dichiara, che verrà à rimedij più aſſri, e più rigoroſi contra di lei: alla quale reſte baciando affettuoſamente le mani. Roma all. 14. di. Maggio 1639.

Di V. S. Illuſtriſſ.

Seruitore Affettionatiſſimo.

Ottauiano Raggio Auditore della Camera.

Extrà. *All. Illuſtriſſimo Signor mio Oſſeru. Il Sign. Conte Camillo Gonzaga.*

Nouellara.

Locus † ſigilli.

ILLVSTRISS. SIGNORE mio Oſſeru.

HAurà V.S. Illuſtriſſ. inteſo già la mente di N. Signore intorno alla totale immunità, che la Santità S. vole, e commanda venghi inuiolabilmente oſſeruata V.S. Illuſtriſſ. ſuoi Officiali à famigliari, Coloni Partiarij, Bracenti e Beni di Monſignore Illuſtriſſ. Gonzaga Arciueſcouo di Rodi, douendo tutte le loro cauſe coſi ciuili como criminali eſſere cognoſciute dal Metropolitano di Bologna priuatiuamente quanto à conteſto Ordinario rimoſſone conforme gli Ordini reiterati e preciſi vltimamẽte dati ſopra di ciò dalla Sant S. medeſima. Onde ſe bene nella paſſata non ſi ſpecifico ch'ella haueſſe à ſcarcerare Pietro Barbarani Colono di detto Monſignore, ſi crede nulla dimeno che per riuerenza di tanto commando haurà ciò ſubito eſeguito. E perche ſua Santita ne vuole la certezza, doura V.S. Illuſtriſſ. alla receuuta di queſta auuiſarmi l'eſſecutione riſpetto à queſto particulari ſcarcerando incontinenti detto Barbarani, quando pur haueſſe per qualſiuoglia proteſto differito ſin hora di farlo. E le bacio ſenza più con ogni affetto le mani. Roma. 21. Maggio 1639.

Di V. S. Illuſtriſſ.

Seruitore affettionatiſſimo.

Ottauiano Raggio Auditore della Camera.

Extra. *All' Illuſtriſſ. Sign. mio Oſſ. Il S. Conte Camillo Gonzaga.* Nouellara.

Locus † Sigilli.

In Roma, nella Stamperia della R. Camera Apoſtolica 1639.

§. 1. Vnde

§.1. VNde ex his omnibus supradictis apparet quàm parui facienda sit auctoritas Patris Suar. licèt alioquin viri doctissimi, & insignis litteraturæ, asserentis familiam Laicam Episcopi non gaudere priuilegio fori *ex cap. finali, de offic. Archid.* Nam in hoc etiam secluſis declarationibus Cardinalium, & Summorum Pontif. Pauli V. & Vrbani VIII. potiùs standum esset auctoritati Abbatis, Ostiensis, Ioannis Andreæ, Butrij quàm Patris Suarez: cùm in his materiis magis credendum sit Canonistis, quàm Theologis, vt rectè obseruat Filliucius *tom. 2. tr. 21. cap. 4. num. 141.* Azorius *part. 1. lib. 2. cap. 17. quæst. 3.* Villalobos *in summa tom. 1. tract. 1. diffic. 4. num. 5.* Baldellus *tom. 1. lib. 4. disp. 11. c. 11. num. 16.* & alij quos citat Paulus Xammar *lib. de officio iudicis, p. 1. q. 3. n. 42.* & sequitur.

2. Sed silere debent Doctorum interpretationes, vbi Purpuratorum Patrum responsa, & Summorum Pontificum oracula adsunt. Verùmadde, quòd etiamsi nobis non constaret de mente Pauli V. & Vrbani VIII. nec adessent declarationes Cardinalium; tamen adhuc sententia nostra esset sequenda: nam in conflictu opinionum iudices illam amplecti debent, quæ fauet Ecclesiæ, vt latè probat Ioannes Solorsanus *de Indiarum iure, lib. 2. cap. 24. num. 39.* Ioannes Beltran de Gueuara *in propugnac. immunitat. Ecclesiast. assert. 2. §. 2. n. 55.* Valenzuæla, Velasquez *de Monit. Pauli V. part. 1. num. 43.* Boetius Epo. *in Heroicis quæstionibus, lib. 3. ad texturn in cap. non minùs, de immunit. Ecclesiast. num. 59.* Natta *consil. 249. n. 7. lib. 2.* Gail. *pract. obseru. lib. 2. obseruat. 94. n. 19.* & alij penes ipsos. Quod probatur ex textu *in cap. fin. de re iudic. & in leg. sunt personæ, ff. de relig. & sump. funer. in l. Titia, §. Seia testamento. ff. de aur. & argent. legat. in leg. Iulia, ff. de manumiss.* & docent etiam Doctores, quos ego citaui *in part. 1. tract. 2. resolut. 65.* Imò Sousa etiam Doctor Hispanus *in Bullam Cœnæ, cap. 14. disput. 176. num. 5.* asserit in diuersis opinionibus illam sequendam esse, quæ fauet Ecclesiæ, etiamsi contraria sit communis: quantò magis dicendum est procedere in casu nostro suprà dictam doctrinam; cùm opinio magis communis & probabilior sit in fauorem Ecclesiæ, & tamen Moscosus vult illam relinquere, & sequi contra Ecclesiam minùs communem. Vnde valdè miror, quomodo *in num. 64.* potuit dicere suam sententiam, quam impugnamus, esse veriorem. Sed quia ipse *num. 62.* ad hanc suam firmandam opinionem citat cap. *Capellanus de feriis*, sistamus equidem in hoc capite vbi teste Ioanne Solorsano *de Indiarum iure lib. 2. cap. 24. num. 40.* Callistus Tertius decernit posse Summum pontificem in dubiis opinionibus declarare, quæ sit verior & sequenda: sed, vt visum est, teste sacra Congregatione, & Auditore Cameræ Apostolicæ Paulus V. & Vrbanus VIII. verbis & factis iam determinarunt sententiam; quòd familia Laica Episcopi gaudet priuilegio fori; ergo per dictum cap. *Capellanus* à Moscoso adductum ipse tenetur stare huic opinioni, cùm verior & sequenda à Summis Pontificibus declarata sit. Patet igitur ex communi Doctorum sententia & ex declarationibus sacræ Congregationis & ex mente Summorum Pontificum familiam Laicam Episcopi gaudere priuilegio fori. Restat modò respondere ad argumenta quæ in contrarium adducit Moscosus, ex quorum solutionibus magis etiam firmabitur nostra sententia.

* * *

RESOL. V.

Proponuntur responsiones ad argumenta quæ adducit Moscosus; in quibus late explanatur Episcopos, etiam si in loco non habeant dominium temporale posse tenere familiam armatam: & proprios habere ministros, & executores ad carcerandum, &c. Ex part. 6. tract. 2. Resol. etiam 5.

§.1. DIco igitur ad primum. Episcopos etiamsi in loco non habeant dominium temporale, posse tenere familiam armatam, & proprios habere Ministros & exequutores ad carcerandum, & pœnas corporis afflictiuas imponendum, non tamen sanguinis, & iudicium terminare sine recursu ad brachium sæculare. Et ita determinauit Congegatio facta ad instantiam Sancti Caroli Borromæi coram Summo Pontifice Pio V. die 5. Iunij 1567. & docent communiter Doctores, quos ego ipse citaui *in part. 4. tract. 1. resolut. 17.* quibus nunc addo quos citat & sequitur Ciarlinius *controuers. forens. c. 50. n. 25. & 34.* Barbosa *de potest. Episcop. part. 3. allegat 107. num. 1.* Molinus *de Brachio sæculari, num. 18.* Caualcanus *de Brachio Regio, part. 4. num. 258.* Marius Antoninus *variar. resolut. lib. 5. resolut. 14.* Tuschus *litera M. conclus. 293. num. 41. & 42.* Probatur primò: quia Episcopus habet imperium in sua Diœcesi; ergo potest habere familiam armatam. Antecedens firmatur clarè *per cap. contra idolorum cap. propè vias 26. quæst. 5. & per cap. attendendum 17. quæst. 4. & cap. 1. de hæret. in 6. & Clement. 1. eod. tit.* & docet Baldus *in Authent. ea quæ, Cod. de Episcop. & Cler. num. 6.* Geminianus *in cap. cum Episcopus, de offic. ordinar. in 6.* Anania *in cap. 2. de adulter. & cap. qualiter, §. ad corrigendos, de accusat.* & alij. Consequentia verò, quòd si Episcopus habet imperium possit tenere familiam armatam; concludenter patet *ex text. in leg. illicit. ff. de offic. Præsid. §. qui vniuersas*, vbi Odofredus & Albericus. Probatur secundò. Si Episcopi familiam armatam non haberent inutilis esset spiritualis eorum potestas, ergo est eis necessariò concedenda. Probo antecedens; quia si oporteret Episcopum requirere Magistratum sæcularem loci, vt ipse Magistratus capiendos delinquentes curaret: facilè posset Magistratus vel causam prætexere, vel interim delinquentibus fugiendi occasionem præbere, eorumque delicta delusa Episcoporũ iurisdictione remanerent impunita contra leg. *licitatio, §. quod illicitè, ff. de publican. & vectigal.* Ergo, &c. Probatur tertiò Inquisitores possunt habere familiam armatam *ex Clement. 2. §. porro, de hæret.* Ergo & Episcopi. Consequentia patet, quia Episcopi etiam contra hæreticos procedere possunt *ex Clement. 1. de hæret.* & si aliter diceretur, sequeretur absurdum, quòd Inquisitores possent per familiam suam hæreticos capere, & Episcopi non possent: & tamen tam Episcopis, quàm Inquisitoribus datur facultas capiendi hæreticos, vt patet *ex dicta Clement. 1. §. præter quod*; ergo, &c. Probatur quartò: quia concesso fine censentur media concessa, per quæ peruenitur ad finem *ex cap. cùm infirmitas, de pœnit. & c. goniam, de sentent. excommun. in 6.* & concessa iurisdictione censentur concessa omnia, quæ ad eam exercendam sunt necessaria, *ex leg. 2. ff. de iurisd. omn. iudic.* Sed per sacrum Concilium Tridentinum *sess. 25. cap. 3. de reformat.* Episcopus ex propria ordinaria iurisdictione cognoscit causam etiam contra Laicos per bonorum apprehensionem, vt ibi dicitur, & personarum districtionem: ergo

Sup. hoc sup. prà in Resol. in principio. vers. Primò, quia, & in Resol. not. seq.

Quæ hic est sup. in tr. 2. Resol. 302. & ex Resol. 181. lege §. vlt. &c.

Sup. hoc in tom. 5. tr. 10. Resol. 20. à principio, & in Resol. 21. §. 2. à lin. 5.

ergo necessariò debet habere familiam armatam. Confirmantur suprà dicta ex cap. *pernicioſam, de offic. iudic. ordinar.* vbi datur facultas Episcopis inquirendi, vlciscendi, & iudicandi : in quibus verbis comprehenditur totum iudicium; & ita continetur quicquid ad iudicandum & vlciscendum, hoc est, puniendum necesse est, carcer, tortura, lictores, atque adeò familia armata : habet enim Episcopus, vt diximus, imperium, & omnimodam iurisdictionem. Ergo, &c.

2. Cæteras verò rationes pro hac firmanda sententia videbis penes me ipsum, vbi suprà; & ne deseras omninò, videre Rolandum à Valle *lib. 4. consil. 37.* & Lælium Iordanum *de maior. cauſ. part. 2. cap. 8.* qui etiam fusè & solidè respondent ad omnia in contrarium. Et hanc sententiam post Concilium Tridentinum negari non posse existimo; nam *in seſſ. 25. c. 3. de reform.* hoc supponitur pro certo & indubitabili; & super eo tamquam iam determinato disponitur in illis verbis : *Per ſuos proprios aut alienos executores*, &c. Quæ quidem verba non admittunt violentas interpretationes Iacobi Berettæ *conſil. 4. & conſil. 6.* Et cùm de sensu Concilij agitur, solus Papa, vel sola Congregatio ad id deputata declarat & resoluit; vt patet in eodem Concilio *seſſ. 25. Rubr. de recipiend. & obſeruand. Decret. Concil. verb. quòd ſi hisrecipiendis aliqua difficultas oriatur*; & in constitutione Pij IV. registrata in calce dicti Concilij, ibi. *Si cui verò aliquid in eis obſcurius*, &c. Cum igitur sacra Congregatio, & Summus Pontifex Pius V. determinauerit ex multis rationibus, & ex dicto loco Concilij Tridentini posse Episcopos habere familiam armatam; sequitur esse refellendum Moscosum, & alios omnes contrarium asserentes. Vnde non benè asseruit Moscosus *num. 24.* suam sententiam esse veriorem & communiorem, cùm contrarium dicendum sit : & ideò Barbatius *in cap. cùm non ab homine, num. 34. & 40. de indic.* admiratur Abbatem contrariam sententiam tenere. Et Marta *de iuriſdict. part. 1. cap. 50. num. 22.* obseruat hanc sententiam esse communem; & ideo displicet mihi adhærere non posse doctissimo Domino meo Ioanni Baptistæ Larrea in suis nunquam satis laudatis decisionib. Granatensibus *p. 1. dec. 1. n. 16. & ſequent.* Et erudito Francisco de Amaia *in lib. 10. Codicis*, cum Hyeronymo Leo *in deciſ. Valent. part. 2. deciſ. 154. tit. 19. num. 36* asserentibus Episcopum non habere familiam armatam, quod omnino negandum ex supradictis patet.

Sup. in Resolutionibus not. secundæ huius Res.

RESOL. VI.

Responſio ad ſecundum argumentum.

Vbi late etiam diſcutitur; quod non ſolum familia laica Epiſcoporum, ſed etiam miniſtri curiæ Epiſcopalis gaudent priuilegio fori in delictis extra Officium commiſſis, ſed etiam in communibus?

Et tandem quæritur, an neceſſariò ſit ſtandum Declarationibus Cardinalium? Ex part. 6. tract. 2. Res. etiam 6.

Sup. hoc suprà in Res. 1. paulo post initiũ, vers. Secundo. & in Res. not. seq. Quæ hîc est

§. 1. AD secundum argumentum, nempe quòd non solùm familia Laica Episcopi, sed etiã Ministri Curiæ Episcopalis non gaudent priuilegio fori in delictis extra officium commissis. Respondeo hanc sententiam non esse admittendam & ego illam reprobaui *in part. 5. tra. 1. reſol. 1.* ex multis rationibus & ex pluribus declarationibus sacræ Congregationis facto verbo cum Sanctissimo : vnde nouissimè cùm anno 1637. in Regno Siciliæ emanatæ fuerint aliquæ ordinationes prohibentes Ministros Curiæ Episcopalis gaudere priuilegio fori in delictis communibus : statim sacra Congregatio scripsit ad omnes illius Regni Episcopos, & Eminentissimus Dominus meus Cardinalis de Torres Epistolam ad se missam tenoris sequentis mihi dedit.

suprà in n. 2. Res. 18. ibi in Reſol. 180. & 181. vlt. & in Res. 182. §. 2. 3. lin. 6.

EMINENTIS. E REVERENDIS. Sign. mio Oſſerv.

S'Intende con marauiglia la nouità che ſi tenta da Miniſtri Laici in coteſto Regno, circa la cognitione de delitti communi, *già che hauendo il foro Eccleſiaſtico l'aſſiſtenza de Sacri Canoni, de Concilij e della conſuetudine immemorabile oſſeruata inuiolabilmente, ne ſeguiria da ſimile nouità pregiudicio manifeſto della giuriſdittione & immunità Eccleſiaſtica : per il che ſaranno le parti della pietà di V. E. è del obligo paſtorale caminare con vnione inſeparabile nella diffeſa di eſſe giuriſdittione & immunità : vſando con efficace, mà prudente zelo li mezzi che da medeſimi Sacri Canonici Concilij, & conſtitutioni Apoſtoliche ſi ſtimano proficui : tanto piu ch' ella come Metropolitano hauera da protegere i giuſti prouedimenti de gli Ordinarij nel caſo ſudetto per conſeguire il douuto effetto, con certarla, che da queſta ſanta ſede riceuerà ſempre la douuta aſſiſtenza & ogni aiuto. Mentre a V. Eminenza bacio humilmente le mani. Roma 7. Setembre 1636.*

Di V. Eminenza Reuer.

Humiliſſ. & Affettiſ. Seru.

Il Cardinale Geſſi.

Francesco Paoluccio Secretario della Sacra Congregatione.

Non desinam hîc pro curiosis obseruare hãc prætensionem, quòd Ministri Laici Curiæ Episcopalis non gaudeant priuilegio fori in delictis cõmunibus, fuisse etiã olim intentatam à Ministris Regiis Siculis, sed in vanum : vt patet ex ordinatione Vicieregia infrà scripta, quæ conseruatur in Registro Stephani Macri Secretatij in Regia Cancellaria anno 1460. *fol.* 144. & est tenoris sequentis.

IOANNES, &c.

VIce Rex, &c. *Capitaneo, eiuſque Aſſeſſori, & aliis Officialibus, ac Commiſſariis Terræ Caſtri Ioannis præſentibus & futuris Regiis fidelibus dilectis ſalutem. Per parti di lu Reuerendo Epiſcopo di Catania mi è ſtatu ſupplicatu, chi* exposcẽtibus priuilegiis suis *tuti perſuni & officiali, ac etiam procuratores ſi diuino conuentiri* por quibuscũque causis tã ciuilibus, quàm criminalibus *coram eod. Epiſcopo & eius Vicariis. Vui non aduertendo alla forma di li ditti priuilegij* indistinctè dittâti *præſumiti vuliri conſtringere lu iudice Notari è Procuratori ſui exiſtenti in quiſſa terra. Volendu vui limitari li ditti priuilegij* allegando che li ditti priuilegij si diuino intendiri, quoad effectum, & administrationem rerum Ecclesiasticarum, *è comu Procuraturi di omni altra coſa ſpettanti alla iuriſdittioni Epiſcopali tantumſi diuino rimeteri à luditto Epiſcopo, è ſo Vicario*, è cosi li vulri

vuliti constringeri in quelli cosi, chi fussino inculpati como priuati persuni: quod est contra formam priuilegiorum. *Però volendo noi per indemnitati di tti Reuerendi Episcopi, , chei li ditti Priuilegij, como e di nostra intentioni non siano in aliquo derogati, imò, in eorum robore permaneant pro iurisdictione Episcopali seruanda. Hauino prouisto, per la presenti vi decimo è comandamo che digiati li preditti Officiali è Procuratori di lo ditto Reuerendo Episcopo ad ipso, oy à so Vicario rimetteri* quibuscunque causis ciuilibus & criminalibus, *como iudici competenti; è vui de predicti in cosa alcuna non vi intrametteriti di li prenominati ne molestarili, ne conueniri à vostru foru tam pro causis motis, quàm mouendis: imò si in aliquo fussi stato contra ipsi, oy alcuna di loro processu inaduertenter, quillo per li presenti reuocamo, & ad pristinum riducimo, quantunque factu sia per quoscunque Officiales Regni huius, aut nos. Insuper perche molti volti li preindicati è derogati in la iurisditioni di lo ditto Reuerendo Episcopo, è siti tal volta tardi è tepidi, quando riquirino lo bracio vostro per fauuri & exequutioni di loru officiu, vi dicimo è comandamo chi ad omnem eorum requisitionem ei prestati aiutu, e fauuri: & si oportuerit vuoi personaliter andari pro quacunque causa spettanti alla iurisditioni di lo ditto Reuerendo Episcopo, & contra quascunque personas, & præmissa omnia exequamini sub pœna vnciarum centum Regio fisco ab vnoquoque applicandarum. Datum in Nobili ciuitate Messanæ die 4. Septembr. 9. Indict.*

IOANNES DE MONCAYO.

Dominus Vice-Rex mandauit mihi Stephano Macri.

2. Dicendum est igitur contrà Moscosum Ministros Laicos Curiæ Episcopalis tanquam de familia Episcopi gaudere priuilegio fori; non solùm in delictis in officio commissis; sed etiam in delictis communibus. Nec valet dicere cum Moscoso *num.* 84. quòd de dictis declarationibus Cardinalium per me superiùs adductis non constat nec credendum est mihi: nam respondeo, quòd ex lite habita inter S. Carolum Borromæum, & Ministros Regios Mediolanenses coram Pontifice, & ex responsionibus, quæ à S. Congregatione vbique terrarum missæ sunt authenticæ, & in dies mittuntur ad Episcopos, hoc est ita clarum & notorium, vt non indigeat probatione ex gloss. *in cap. appellanti, de appellat.* Felino & Doctoribus *in cap. super literis, de rescript.* Abbate & scribentibus *in cap. si de appellation. & ex leg. si adulterium §. idem Pollutioni, ff. de adulter.* & contrarium asserere est in luce meridiana velle cæcutire. Ad id verò quòd asserit Moscosus ibidem, non esse necessariò standum declarationibus Cardinalis; citatque me ipsum & alios Doctores: Respondeo hoc non esse admittendum post decretum Vrbani VIII. die 2. Augusti 1631. & præsertim quando declarationes Cardinalium feruntur ex ordine facto verbo cum Sanctissimo, vt docet Merolla *to. 2. disp. 4. c. 4. dub. 12. n. 173.* Et ita factum est in casu nostro: ergo, &c. Vnde refellenda est sententia Moscosi asserẽtis declarationes Cardinaliũ in casu nostro procedere in Tertis, vbi Pontifex habet dominiũ temporale: hoc enim falsum est, vt patet ex suprà citatis litteris Auditoris Cameræ directis extra statum Ecclesiæ: Et Congregationes Cardinalium fundatæ sunt à Summo Pontifice pro explanandis difficultatibus vniuersæ Reipublicæ Christianæ, & non pro solo statu Ecclesiæ.

RESOL. VII.

Responsio ad tertium argumentum.

In quo etiam docetur, an Pontifex in temporalibus habeat dominium directum; & ideo Summus Pontifex possit eximere laicos à potestate Principis secularis, & per consequens familiam laicam Episcopi, & ministros eius Curiæ?

Sup. hac prima diffic. huius tituli sup. in Resol. 1. ante medium, vers. Tertiò quia.

Et explanatur, quod non pauci eximuntur à iurisdictione Ordinaria, & subduntur Superiori sui officij, & non solùm hoc concedebatur ipsis Officialibus, sed etiam eorum vxoribus, filiis, & matribus, & etiam seruis, & colonis.

Et asseritur laicos posse prorogare iurisdictionem iudicis Ecclesiastici non solum de iure Canonico, sed de iure Ciuili. Ex part. 6. tract. 2. Resol. etiam 7.

§. 1. AD tertium argumentum, quod Papa non potest eximere Laïcos à iurisdictione Principum sæcularium. Respondeo, quòd hîc esset discutienda quæstio illa:* An Pontifex in temporalibus habeat dominium directum; de qua videndus est Martha *de iurisd. part. 1. c. 18. & seq.* Innocentius, Hostiensis, Ioannes Andreas, Felinus, & Decius *in c. nouit. de iudic. c. causam, q. 2. c. per venerabilem, qui filij sint legitimi, c. solitis, de maior. & obed. c. super his, de vot. c. quoniam, dist. 10.* Verùm quoad hoc non remittam Moscosum ad exteros, sed ad Hispanum Ioannem Solorsanum *de Indiar. iure, lib. 2. c. 22. num. 17. & seqq.* Sed quicquid sit de hoc, mihi verò pro nunc satis erit respondere ad eius argumentum cum verbis Hispani Ioannis Dionysij Portocarreri *in allegat. pro iurisd. S. Officij, n. 33. fol. 25.* vbi sic ait. [No es inconueniente que los Ministros sean personas legas porque el Summo Pontifice vsando de la jurisdicion temporal *que tiene saltem in habitu* en todo la Yglesia, de que puede vsar, y vsa siempre, que ay iusta causa, ô se ordena algun fin espiritual, puede eximir, personas legas de la iurisdicion real.] Ita ille. Si igitur saltem ex iusta causa, vt docet nouissimè Mancinus *Disquisitionum Generalium, cent. 3. c. 242. n. 1.* Merolla *tom. 3. disp. 6. cap 3. dub. 1. nu. 8.* & etiam notat ex Hispanis Auctoribus Valboa de Magrouejo *in c. 1. de for. competent. num. 6.* potest Summus Pontifex eximere Laicos à potestate Principis sæcularis; ergo iustè potuit eximere familiam Laïcam Episcopi, & Ministros eius Curiæ à potestate sæculari. Probo consequentiam: nam id exigebat honor debitus dignitati Episcopali, & recta administratio causarum fori Ecclesiastici. Et quidem habemus in iure plura exempla, in quibus ex suprà dicta ratione non pauci eximũtur à iurisdictione ordinaria, & * subdũtur Superiori sui officij, vt patet *in l. fin. C. de iurisd. omn. iudic. l. in Officiales, C. de offic. Rect. Prouinc. l. ex eo, C. de Agent. in rebus, l. eos, C. de apparit. mag. l. viros, C. de diuers. offic. l. viros, Cod. de Palatinis, l. fin. C. de veteranis, l. hac lege, C. de priu. schol. l. 12.* Et hæc exemptio non solùm concedebatur ipsis Officialibus, sed eorum vxoribus, vt patet *in l. ne ad diuersa, C. de silentiariis, lib. 12.* & etiam filiis, *l. eos, C. de Fabricensibus, lib. 10. & l. fin. C. de Professor. & Medic. lib. 12.* Et non solùm in vxoribus & filiis; sed etiam Matribus, vt habetur *in l. fin. C. de castr. & Min. eod. lib.* Et etiam seruis & colonis, vt patet *in l. in sacris, C. de prox. sacr. scrin. l. 11.* Et hoc non solùm si essent rei, sed etiam actores, vt habetur *in l. viros, C. de comitib. consistorian. lib. 12.* Ergo à fortiori patet Summũ Pontificem habuisse iustam causam eximendi familiam Laïcam Episcopi à iurisdictione ordinaria Principis sæcularis, & subdere iurisdictioni Episcopi,

* Super hac quæst. suprà in tr. 2. Resol. 17. & in Resol. 329. §. 3. paulo post initium, vers. Consequentia. & infrà in tr. 12. ex Resol. vnica. §. Sed displiceat. & inferius in tr. 15. Resol. 7. 8. & 9. per totas.

* Quamuis non plenè sup. hoc ne deseras tamen legere sup. in tr. 2. Resol. 157. per totam; & Resol. 154. & alias earum annotationum. Et pro vxoribus, & filiis contentis in hoc textu ibidẽ signanter in §. Sed prolixiori Resol. 157.

hoc exigente,vt diximus , reuerentia tantæ dignitati debita,& recta administratio negotiorum fori spiritualis & Ecclesiastici. Et quidem si *in l.3.C.de præposit. sacror. cubicul. lib.* 12. habetur , cubicularios tam sacri Cubiculi mei , quàm Venerabilis Augustæ, quos vtrosque certum est obsequiis occupatos,& Aulæ penetralibus inhærentes diuersa iudicia obire non posse,obseruatione aliorum Tribunalium liberantes, &c. Et *in l. 4. C. de silentiariis, eod. lib.*Ne ad diuersa tracti viri deuoti Silentiarij iudicia sacris abstrahi videantur obsequiis, &c. Si inquam , propter honorem debitum Regiæ Maiestati eorum familiares per dictas leges ab aliis Tribunalibus eximuntur, iustè quidem Summus Pontifex potuit eximere à sæculari potestate familiares Episcoporum, qui meritò à D.Ambrosio *de dignit. Sacerd.cap.2.*Chrysostomo *lib.2.de Sacerd.*Nazianzeno *orat.*17.Regibus præferuntur.Et ideò Constantinus ille Magnus ingressus locum,in quo Episcopi conuenerant ad Concilium Nicænum celebrandum, in medio conuentu erectus ,constitit ; & cum parua quædam sella illi esset loco posita, non priùs consedit, quam Episcopi ad id annuissentvt est apud Eusebium *lib.3.de vita eiusdem.cap.*10. Vnde valde mihi displicet Moscosum non solùm negare Pontifices exemisse familiam Laïcam Episcoporum à potestate sæculari ; sed etiam non posse ; quod falsum esse existimo : cùm Pontifices id fecisse constet non solùm ex sacris Canonibus , sed etiam nouissimè ex declaratione & facto Sanctissimi PP. nostri Vrbani VIII. vt patet ex suprà citatis Epistolis ad Comitem Nouellaræ. Et factum Papæ dubium vocari non debere text.*in cap.in memoriam* 19. *dist.*& docet Antonius de Butrio *in cap.*2. *num.6. de transl.* & alij : & declarationes eius esse iustas asserit text. *in cap. cum inter vos*, §. *final. de re iudic. & cap. absit* 11. *quæst.*3. *quoniam ipse est fons iustitiæ* , *Clement.*1. *de probat.* Ad id verò, quòd Moscosus asserit *num.*40. Laïcos non posse se submittere Ecclesiasticæ iurisdictioni;assero Laïcos posse prorogare iurisdictionem iudicis Ecclesiastici , non solùm de iure Canonico , vt patet ex *cap. significasti , de for. compet.*Sed & iure Ciuili,vt patet ex *l.si qui ex consensu. & l. Episcopale,C. de Episcop. Audient.* & docet Menochius *vol.4. consil.*322. *nu.*29. Paurmeister *de iurisdictione Imperij Romani , lib.2. cap.*8. *num.*68. Duarenus *de sacr. Ecclesiast. ministr. & benef. lib.* 1. *cap.*2. & Doctores quos ego plena manu citaui, & sequutus sum *in part.5. tract.1.resol.*8. Dicendum est igitur posse Summum Pontificem ex iusta causa eximere Laïcos à potestate sæculari,vt factum est in familia Laïca Episcoporum. Vnde ex his patet,quàm malè asseruerit Moscosus *num.*75.Pontificem hoc facere posse tantùm in Terris suis,in quibus habet dominium temporale.

Sup.hoc sup. in Resol.1. vers. Tertio quia.

Quæ hic est sup. in tr.2. Resol.282. & in aliis eius primæ,& secundæ annot. & si vacas otio potes etiam legere alias Resol. cæterarum eius annotationum, vt ita doctrinam replearis sup. hoc.

RESOL. VIII.

Responsio ad quartum argumentum.

Vbi aduertitur, quod Familia laica Episcopi ratione personæ Episcopalis gaudet priuilegio fori , quamuis non habeat requisita concilij,idest habitum,& Tonsuram.

*Et additur , quod priuilegium clausum in corpore iuris nunquam censetur derogatum , nisi de illo specifica fiat mentio.*Ex part.6.tr.2.Resol.etiam 8.

Sup. hoc supra in Resol. ad medium, vers. Quar-

§.1. AD quartum argumentum ex authoritate Suarez,Ceuallos, & aliorum asserentium; quòd post Cõcilium Tridentinum nemo potest gaudere priuilegio fori, si non deferat habitum & tonsuram, &c. Respondeo hanc sententiam me sæpiùs reprobasse; vt *in part.1. tract.2.resol.97.part.4.tract.1. resol.30.& part.5.tr.1.resol.*1.cum multis Doctoribus, quibus nunc addo Alexandrum Ghilinum *in summa, verb. Episcopus* , *num.*5. vbi sic ait. Episcopi etiam post Concilium Tridentinum possunt tenere familiam armatam ; quæ quidem familia licèt Laïca , gaudet eodem priuilegio fori,sicut ipsi Clerici gaudent.Ita ille. Et ratio est, quia Concilium vt legentibus patet loquitur de priuilegio fori, quo debent gaudere Clerici vt Clerici ; non de priuilegio fori, quod aliis competit ex alio capite;& ideò Concilium asserit. *Nullus prima tonsura initatus* , &c. Vnde malè hæc verba traduxit Moscosus hoc pacto.[Ninguno goze del priuilegio del fuero sin tener ordines, &c.] hoc enim ibi non dicit Concilium, sed asserit initiatos ordinibus non gaudere priuilegio fori,nisi sub conditionibus ibi appositis:est enim magna differentia inter vtrumque modum loquendi.Cùm igitur familiares , de quibus loquimur , non habeant hoc priuilegium ex se, sed fauore Episcopi , sequitur vt obseruat Megalius *in suis variis resolutionibus, tom.2.resol.*122. *num.*7. quòd tali priuilegio gaudebunt,etiamsi Laici sint, dum perseuerant in seruitio Episcopi. Et ita docent omnes Doctores, qui post Concilium scripta sua typis mandauerunt, vt visum est suprà, asserentes familiam & ministros Episcoporum Laïcos gaudere priuilegio fori. Quod etiam, vt visum est suprà , Sacra Congregatio & Summi Pontifices declararunt,nempe Laïcos Episcoporum familiares priuilegio fori gaudere. Et ita hanc sententiam docet etiam doctus Archiepiscopus Calaguritanus Ambrosius Marchin.*in alleg.pro iurisdict.Ordin.Militar.art.6. num.*58. vbi sic ait.[Muy diferente razon es en los de la familia del Obispo que gozan del fuero, y no del Canon, porque el fundamento de gozarle no es el mismo, pues no se les dà como à personas Ecclesiasticas,si no como à familiares del Obispo , à quien el derecho le dà habere familiam armatam & exemptam.] Ita ille ; & post illum nouissimè me citato hanc sententiam docet etiam Stephanus Bauni, *in Theol. Mor. tract.*11. *quæst.*37. vbi firmat Concilium duntaxat de Clericis agere, non de aliis , qui aliunde fori priuilegio fruuntur. Et Petrus Gambacurta qui scripsit post Concilium Tridentinum *de immunit. lib.4. cap.* 3. *num.*7. docet totam familiam Episcopi ratione personæ Episcopalis, quamnis Laica sit,gaudere priuilegio fori, quod etiam post Tridentinum dixerunt Doctores *vbi suprà , in resol.*2.citati. Vnde ex his patet non benè asseruisse Moscosum *num.*48. priuilegium familiæ Laicalis Episcoporum fuisse abrogatum à Concilio Tridentino:adde quòd priuilegium clausum in corpore iuris nunquam censetur derogatum,nisi de ipso specifica fiat mentio , vt ego docui cum nouemdecim Doctoribus *in 3.part. tract.2. resol.*1. Quibus nunc addo Sanchez *in opusc.to.2 lib.7. dub.*19. *num.*20. Pontium *de matrimon. libr.* 8. *cap.* 19. *num.*16. Castrum Palaum *tom.1.tract.3. disput.4. punct.2.§.4.numer.*5.Suarez *de legibus* , *lib.8.cap.*38. *num.*1. Salas *disput.17.section.14. num.* 73. & Portel *in dubiis Regularium,verb.priuilegium* , *num.*7.& 67. Vnde clausula,non obstantibus priuilegiis,non derogat priuilegia in corpore iuris clausa,vt notat Bartolus *in l. 2. §.legatus, de indic.* Mofitius *lib.2. in §. Principum placita , dub.*140. *num.*6. & alij.Ergo , &c.

***

RESOL.

RESOL. IX.

Responsio ad quintum & sextum argumentum,vbi confirmantur supradicta,& explanatur, quod quando inter iudicem secularem & Ecclesiasticum lis adest, ad quem spectet iurisdictio,tunc definitio ad iudicem Ecclesiasticum spectat. Ex part.6.tract.2.Resolut etiam 9.

§.1. AD quintum argumentum: Quòd esset absurdum Episcopos esse iudices in dilectis suorum famulorum. Respondeat mihi quæso Moscosus;quare hoc non est absurdum in nostris Inquisitoribus Hispaniæ,qui secundùm ipsum *in n.75.* ex priuilegio Regis iudicant de delictis suorum famulorum, & erit absurdum in Episcopis ex priuilegio Papæ?forsitan priuilegium Regis confirmat in gratia Inquisitores, quòd rectè & iustè iudicabunt de delictis famulorum,quod non potest facere priuilegium Papæ erga Episcopos, sunt meræ nugæ:neque lex Vlpiani à Moscoso adducta loquitur in casu nostro, quando iudex ex priuilegio Superioris causa iusta existente exercet iudicium circa suos familiares, vt Imperator Martianus voluit exercere in suos Cubicularios *l.3. C. de Præpos. Sacr. Cubicul. lib.12.* & Imperator Zeno in Silentiarios ex *lib.4.C.de silent. eod.lib.*

Sup.hoc sup. in Resol.1. post medium, vers. Quinto quia.

2. Ad sextum.De Cedula Ferdinandi Regis asserenti familiares Laicos Prælatorum non gaudere priuilegio fori. Respondeo in his materiis magis standū esse ordinationibus Pontificiis quàm Regiis Et si Moscosus in defensionem suæ sententiæ *n.46.* sic argumentatur. [Reyes Christianissimos , que merecieron el nombre de Catholicos hijos verdaderos de la Yglesia,y summamente attentos à exaltarla sino estuuieran muy ciertos de que los seglaresfamiliares de los Obispos eran de su iurisdicion , no ordenaran en la cedula referida à el Abad de Valladolid, que desistiera de fauorecerlos , y alçasse las censuras,con que no hauia podido inhibir a los Alcaldes.] Ego verò in contrarium sic argumentor. Vrbanus VIII. qui sedet in Cathedra Petri,qui à Christo Domino clauem scientiæ recipit,qui auctoritatem habet interpretandi Canones & Concilia ,si non esset certus, quòd familiares Laici Episcoporum essent de sua iurisdictione non præciperet sub pœna excommunicationis, quòd familia Laica Archiepiscopi Rhodiensis gauderet priuilegio fori,nec id etiam declarasset Paulus V.Esto modo penes te iudicium,Amice Lector, si meum , an Moscosi argumentum præualere debeat,& cui credendum sit circa intelligentiam Canonum,& Concilij Tridentini, Cæsari,an Pontifici ? Non est igitur recedendum à nostra sententia, pro qua facit communis opinio Doctorum asserentium, quòd quando inter iudicem sæcularem & Ecclesiasticum lis adest, ad quem spectet iurisdictio,tunc definitio non ad iudicem sæcularem,sed ad Ecclesiasticum spectat;maior enim minori præfertur. Ita docet Felinus, qui ait id memoria perpetuò tenendum *in c.pastoralis, n.4. de rescript.* Iason *in l. quacumque.n.19. ff.si quis in ius vocat.* Ripa *in c.decernimus,n.4.de iudic.* & alij , quos citat Sperellus *decis. 8. n.23.* quibus adde Layman *lib.4.tract.9. cap.7. nu.6.* Aurelium Augustinum *in consil. penes Barbosam , de iure Ecclesiast. lib. 1. c.39. §.4.num.13.* Bossium *tit.de foro compet. n.155.* Narbonam *in recopilat. l.20 gloss.25. num.17.* Paramum *in resp.1. pro iurisdictione Sancti Officij,cap.4.num. 2.* Sanchez *in opusc.tom.1. lib.2. cap.4. dub.52.nu.2.* *& dub.55. num.31.* & alios, quos ego ipse citaui *in part.4.tract.1.resol.64.*Ergo,&c.

Sup.hoc supra in tr.2. Ref.297. vers. Quæ. & in Resol.1. post medium, vers. Quinto quia.

Quæ hic est sup. in tr.2. Ref. 297. & in aliis eius annot.

RESOL. X.

Responsio ad septimum argumentum , vbi confirmantur supradicta in præteriti, Resolutionibus,& concluditur familiam laicam Nuntij Apostolici gaudere priuilegio fori,sicut gaudet familia laica Episcopi.

Et cursim explanatur, quod Palatia DD. Cardinalium vbique debent gaudere Immunitate; & quod Episcopi habent priuilegiū, vt in suis ædibus celebretur singulis diebus,sed tamen dum Romæ morantur , hoc priuilegio vti non possunt. Ex part.6.tr.2.Ref.etiam 10.

Sup.hoc supra in Resol.1. in fine, vers. Septimo.

§.1. ET tandem ad septimum argumentum. Quòd si familiares Laici Episcoporum gauderent priuilegio fori; vtique nimium diminueretur potestas sæcularis;& publicum bonum ex grauibus eorū delictis nimium læderetur; quia Ecclesiastici crimina remissius puniunt. Respondeo ad primum cum verbis Ioannis Dionysij Portocarreri *in alleg. pro iurisd. S.Offic.n.6.fol.3.*vbi ad similem querelam respondens sic ait.[Gran falta se hezen a vn Vir-rey,à vn Corregidor cincuenta personas entra millares de millares que gouietnā.A todas las demas olvidan por molestar a estas.Solas ellas viuen escandalosamente, y turban la paz publica. En solas ellas estan de veer, que se disminuye la iurisdicion real.] Ita ille.Et ad id quod Moscosus asserit *num.27.& 28.* ex Roberto Annæo, & aliis, quòd Ecclesiastici sunt negligentes, & iusto remissius Clericorum crimina vlciscuntur : & hoc tempore vno omnes hoc vitio laborare , quòd in vindicādis hominum sui ordinis delictis adeò remissè & molliter se gerunt,vt potius tanquam conscij conniueant, quàm vt iudices de damnatione,& scelerum pœna agant. Videat,inquam, Moscosus ; an hæc verba supradictorem Auctorum comprehēdantur in illa regula appositа in principio indicis librorum prohibitorum à Sacro Concilio Tridentino *in tit.de correctione librorum,lib.2.* vbi sic habetur. *Item, quæ famæ Ecclesiasticorum detrahunt, expurgentur.* Sed hæc parum vrgent ad negandum supradictis famulis priuilegium,quod ex iusta causa eis à Summo Pontifice concessum esse iam satis probatum est.

2. Verùm pro Coronide huius disceptationis aduertendum est Moscosum *num.79.*asserere in Regno Siciliæ familiares Episcoporum non gaudere priuilegio fori, nisi clericali charactere sint insigniti:quod ego vt Siculus constanter nego.Et ideò apponam hîc litteras Viceregias,in quibus apertè hoc patet.

PHILIPPVS , &c.

Vice-Rex & Generalis Capitaneus in hoc Sicilia Regno,Spectabilibus & magnificis Capitaneis Gubernatoribus,Iudicibus,& omnibus aliis officialibus Regni, & signanter Diœcesis Agrigentinæ maiorum & minorum locorum præsentibus & futuris;necnon quibusvis Vicarijs armorum,Capitaneis, Delegatis, Syndicatoribus, Commissariis,Algicariliis, & Porteriis destinatis ac destinandis;cui vel quibus præsentes præsentatæ fuerint, fidel. Reg.dilectis salutem.

Siano stati supplicati dal tenore seguente.

Videlicet.

ILLVSTR. E T EXCELLENT. Signor.

FRa Vincenzo Bonincõtro dice ch' à tempi dell. Illustr. Vescouo Porretta suo Predecessore supplico à V.E. & ottenne lettere, che li presi Clerici familiari e subditi alla sua Diocesi, succedendo la occasione, che si ritronassero dalla Regia Gran corte, ò d'altre Corti del Regno per alcuno delitto, ò per cause ciuili costretti, fussero rimessi alla sua iurisdittione, si come per quelli meglio si contiene. Supplica per questo à V.E. si degni restare seruita ordinare, che dalle precalendate lettere ottente ad instanza di detto Porretta espedite in Palermo à 11. di Marzo 11. indittione 1564. se ne faciano osseruatorie ad instanza di detto Esponente, si come fossero à sua instanza ottenute, ch' oltre d'essere giusto lo riceuerà à gracia di V.E. vi Altissimus, &c.

Delquale memoriale fattone relatione per lo Sp. Reg. Cons. Vito, si come F.P. Prouidde in dorso di quello à 10. del presente. Fiant litteræ, prout conuenit sub visione M.C. per essecutione della quale vi dicemo e comandamo, che succedendo conuenirsi inanzi noi Clerici, familiari, Officiali, à Sodditi di esso Illustr. Vescouo di Grigenti, cosi per cause ciuili, come criminali. Osseruando la forma de Sacri Canoni, Concilio Tridentino, Pragmatici, Capitoli, e Constitutioni del Regno, à quelli pacto aliquo debiate conoscere, ne molestare: ma costandoui sommariamente essere de predetto foro, e giurisdittione di esso Illustr. Vescouo, quelli incontinenti debiate rimettere ad esse Vescouo, come suo Giudice competente; iuxtà & seruata la forma di detti Sacri Canoni, Concilio Trident. Pragmatici, Capitoli, & Constitutioni del Regno: & à quelli che sono in Clericato seruata detta forma di detto Sacro Concilio Tridentino, Pragmatici, & Constitutioni, costando inanzi voi hauer andatto in habito, e tonsura, non ci farete pagare ragioni di prouisione, ne candali: & cosi esseguirete ad instanza di qualsiuoglia presentante, e comparente per esso supplicante, otiam senza procura, restituendo li presenti al presentante; non aspettando da noi altro comandamento ne consulta, per quanto la gratia di sua Maestà tenete cara, e sotto pena di ducati mille d'applicarsi al Regio fisco. Datum Panormi die 28. Octobr. 1608. Il Marcheſe. Vidit F. P. Vid. Marinus, vidit Fabritius, V. Mastrilli, vidit Sicomus F. P. Dominus Vice-Rex & Generalis Capitaneus mandauit mihi Lonanio Montana Secretario; visa per Marinum Trabucco, Mastrilli, & de Sicom. F. P. & registrentur in actis, & notificentur Officialibus temporalibus. Nicolaus Merullus V. G. Balthazar Claues Assessor præsentata Bisbone in decursu visitationis die 12. Nouembris 7. indict. 1608. de mandato dicti V. G. iuxta supradictam decretationem. Vnde, &c. Don Fuluius Magister. Notarius, &c.

Coll. Sals.

3. Ex quibus litteris manifestè apparet, vt legentibus patet, condistingui inter se hæc tria genera personarum, videlicet, Clericos, familiares, & officiales; & hos omnes gaudere priuilegio fori Vicerex & iudices Magnæ Curiæ cum fisci Patrono fatentur: & idcò in subsidium, & ad obseruantiam Sacrorum Canonum, & Concilij Tridentini dictæ litteræ ad petitionem Episcopi emanarunt: quæ quidem satis cõfirmant id quod in hac disceptatione satis probatum est, nempe familiares Episcoporum non esse potestati sæculari subiectos, etiamsi sint Laici, contra opinionem Suarez, Moscosi, Ceuallos, & aliorum asserentium post Concilium Tridentinum familiares Episcoporum, nisi Ordinibus initiati sint, non gaudere priuilegio fori. Quam quidem opinionem falsam esse ex dictis litteris apparet; nam vt dictum est, in illis, in ordine ad gaudendum priuilegio fori, *familiares, & Officiales Episcopi* distinguuntur *à Clericis*, qui tamen per dictas litteras solùm debent habere requisita Concilij, vt patet in illis verbis *Et à quelli che sono in Clericato, seruata detta forma del Sacro Concilio Tridentino*, &c. Et hoc etiam patet ex alia ordinatione Vice Regia tacta ab Excellentissimo Don Carolo de Aragona in anno 1567. etiã ad instantiam Episcopi Agrigentini, & ex altera facta ab Excellentissimo Comite de Lemos die 25. Aprilis 1621. ad instantiam Archidiaconi Messanensis, visa & subscripta à Magna Curia Regia; in qua ordinatur Ministros Laicos dicti Archidiaconi gaudere priuilegio fori, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, & ad ipsum esse remittendos: quæ quidem litteræ conseruantur in Archiuio Magnæ Curiæ Regiæ, & penes Archiuium Curiæ Episcopalis Agrigentinæ. Non est igitur admittendum id, quod pro certo asseruit Moscosus in Regno Siciliæ illos tãtũ familiares gaudere priuilegio fori, qui ordines habent, & requisita Concilij Trident. obseruant. Et hoc etiam hodie patet ex praxi.

4. Ad id verò, quod Moscosus asserit *n.* 79. Romæ familiares Episcoporum non gaudere priuilegio fori. Respondeo non ex hoc rectè inferre; ergo alibi non debent gaudere: quia hoc ibi obseruatur ex aliqua iusta causa benè visa summo Pontifici. Et ideò Palatia Dominorum Cardinalium vbique debent gaudere immunitate, vt docet Peregrinus *de immunit. c. 4. n.* 75. Sanchez *in opusc. tom. 2. lib. 6. c. 1. dub. 7. n. 2.* & me citat. Barbos. *de iur. Eccl. lib. 1. c. 4. n.* 89. cum aliis, quos citaui *in p. 5. tr. 2. resol.* 34. Et tamen Romæ non gaudent dicta immunitate, vt docet Duard. *in Bull. Cœn. lib. 1. Can. 15. q. 16. n.* 12. & alij. Item magis in terminis familiares Cardinalium gaudent priuilegio fori, vt tradit Pereira *de Manu Regia, tom. 1. c. 10. n.* 13. Carleual. *de indicijs, lib. 1. tr. 1. disp. 2. q. 6. sect. 6. n.* 509. Barbosa *de iur. Ecclesiast. lib. 4. c. n.* 85. & alij. Et tamen in Vrbe hoc non seruari in praxi testatur Bonaci. *tom. 3. disp. 1. q. 16. punct. 3. n. 7.* & Scaccia *de indic. tom. 1. lib. 1. c. 11. n. 22.* Et hoc forsitan est introductum propter reuerentiam Summo Pontifici debitam. Facit etiam pro suprà dictis, quòd Episcopi habent priuilegium, vt in suis ædibus celebretur singulis diebus; & tamen dum Romæ morantur, hoc priuilegio vti non possunt. Ergo, &c.

Sup. hoc supra in tr. 1. Ref. 14. n. 16. §. Secundo Palatia in Resol. §. vlt.

Sup. hoc supra in tr. 2. Ref. 64. ante med. à vers. Scias tamen vsque in finem dicti Ref.

5. Denique, vt receptui canam, ex omnibus suprà dictis dicendum est familiam Laicam Nuncij Apostolici gaudere priuilegio fori, sicut gaudet familia Laica Episcopi. Et hæc dicta sufficiant circa præsentem quæstionem; in qua vt iam vidisti, amice Lector, opiniones à me adductas in fauorem exemptionis familiæ Laicalis Episcoporum, atque adeò Nunciorum Apostolicorum non solùm pro se habere sacra oracula Romana, quæ omnes controuersias tollunt, sed etiam communi calculo Doctorum tam veterum, quàm recentiorum firmatas esse. Et licèt in supradicta Allegatione *n.* 77. Moscosus in me acriter insurgat, asserendo me docere opiniones falsas; vnde meritò poteram lacessitus lacessere: Ego tamen hoc non obstante, illum semper in hac disceptatione, honoris causa nominatum esse volo; scio enim esse virum doctissimum, & de Republica bene merentem

Nota quod supra in hoc ipsomet tom. 9. in tr. 2. in Ref. 22. & 23. *aliquid inuenies pro isto* tract. de Familia Laica Nuntiorum, & pro ipsismet Nuntiis; *& non sunt alia difficultates in toto hoc opere pro isto Tractatu.*

TRACTATVS

TRACTATVS IX.
HISTORICO-THEOLOGICVS,
DE
PRISCO MORE ELIGENDI EPISCOPOS,
contra quosdam Pseudo-Sorbonistas.

RESOLVTIO PRIMA.

De iure diuino Electionem Episcoporum ad Summum Pontificem pertinere, probatur. Ex part. 10. tr. 1. Resol. etiam 1.

§. 1. CERTVM est, quod de iure diuino electio Episcopi, neque ad Clerum, neque ad Populum, sed ad Romanum Pontificem spectat; cùm enim inter grauissima Ecclesiæ negotia, quæ ad supremum Ecclesiæ Vniuersalis Pastorem, Iure diuino referri debent, Episcoporum electio censeatur, hinc perspicuum est, ad Romanum Pontificem, qui Ecclesiæ Ordinarius est Pastor, Episcoporum electiones spectare: Soli enim Petro, non Clero, aut Populo à Christo dictum fuisse *Pasce oues meas*: atque eidem Ecclesiam commissam esse nouimus; vt inde colligeremus, eorum electionem, qui in partem sollicitudinis vocantur, ad ipsum quoque Iure diuino pertinere: Itaque, quod Episcoporum electiones absque Romani Pontificis authoritate fieri nequeant, patet per communem illam Scripturarum, atque Ecclesiæ doctrinam, qua Petro, ac ipsius Successori Romano Pontifici, totius Ecclesiæ administrationis summam, à Christo collatam esse non ignoramus: Quo fit, vt grauissima quæque Ecclesiæ negotia, inter quæ Epicoporum ordinationes collocari solent; absque Romano Pontifice peragi nequeant; vt testatur Alexander I. *Epist.* 1. his verbis: *Relatum est ad huius Sanctæ & Apostolicæ Sedis Apicem, cui summarum dispositiones Causarum, & omnia negotia Ecclesiarum ab ipso Domino traditasunt, quasi ad Caput ipso dicente: Tues Petrus, & super, &c.* Quod etiam confirmat Concilium Nicænũ 1. *Can.* 2. Id quoque præclare affirmant Nicolaus *I. Epistol. ad Lotharium*, in qua illum deterret, ne inconsulto Romano Pontifice Episcopum in Treuerensi Vrbe, & Agrippinæ Coloniæ ordinari permittat. Gregor *in Regest. lib.* 2. *Epist.* 19. vbi mandat his verbis: *Episcopus, dum fuerit postulatus, cum solennitate decreti, subscriptionibus omnium roborati, & dilectionis tuæ testimonio literarum ad nos sacrandus occurrat.* Id tandem clarissimè testatur *lib.* 6. *Ind.* 11. *Epist.* 30. ita ad Ioannem Subdiaconum scribens: *Quanto Apostolica Sedes, Deo auctore, cunctis prælata esse constat Ecclesiis, antò, & inter multiplices curas, & illa nos valde sollicitat, vbi ad conseruandum Antistitem nostrum expectatur arbitrium*

2. Dicendum est igitur, cùm post acceptum Spiritum Sanctum Apostoli in omnem terram ad Euangelium prædicandum missi fuissent; constituebant per singulas ciuitates Episcopos, qui, quasi modo genitis infantibus Christi Fidelibus, lac præberent, illòsque regerent, atque gubernarent. Verùm iis Episcopis, qui immediatè ab Apostolis creati fuerant, vita functis; deinceps ius, consuetudòque eligendorum Episcoporum Iure diuino deuoluta est ad Summum Pontificem, qui totius Christianæ Reipublicæ & Ecclesiæ clauum tenebat: At verò fera Imperatorum sæuiente tunc persequutione, locorum vrgente distantia; Summis Pontificibus inter antra, & specus latitantibus, singulorum electiones Episcoporum à Summo Pontifice fieri haud facile, tutoque permittebantur: ideo Summus Pontifex huiusmodi electionis facultatem, Clero, Populo, propinquis item Episcopis relinquebat, atque perinde ac si à se ipso peractæ fuissent, approbabat. Et hæc omnia docent communiter Authores Catholici, quorum nomina possem hic vsque ad satietatem adducere.

RESOL. II.

De modo olim eligendi Episcopos. Ex part. 10. tract. 1 Ref. etiam 2.

§. 1. DEfuncto Episcopo alicuius Ecclesiæ, admonebatur Metropolitanus, vt Visitatorem Episcopum aliquem ex suis Suffraganeis mitteret, qui futuræ electioni præesset; Populum & Clerum conuocaret, hortaretur, & doceret, quid in electione obseruandum. Vocabatur autem non tantùm Clerus Ecclesiæ Matricis, sed etiam aliarum ciuitatis Parœciarum, imò & aliquando ex aliis Ecclesiis extra ciuitatem: Itemque de Monasteriis quidam seligebantur. Post omnium vota, & suffragia perquisita, componebatur Decretum electionis, quod communi omnium subscriptionum roboratum ad Metropolitanum mittebatur, à quo & confirmatio, consecratio, siue benedictio ordinandi postulanda erat; qui postea in formam electionis, & electi personam sedulò inquirebat; & eam demum confirmabat. Deinde in præsentia, tam eligentium, quàm Episcoporum Comprouincialium, examinabatur. Quòd si idoneus repetiebatur; ante consecrationem Metropolitano suo, professionem tradere tenebant, quæ fidei suæ declarationem, & subiectionem,

& obedientiam Metropolitanæ Sedi continebat, secundùm sacros Canones Conciliorum, & Decreta Apostolicæ Sedis ex sacris Canonibus, & legibus, quib. authoritas Metropolitanorũ scilicet constituta est. Tertiò profitebatur, se seruaturum quædam documenta ex sacris Conciliorum placitis exscripta, quæ ad officium Episcopi ritè administrandum pertinebant; & secundùm Ecclesiasticum morem ab omnibus Episcopis Comprouincialibus subscripta, tradi solebant. Postremò, his omnibus peractis consecrabatur. Post consecrationem, ordinatores, ne obscuritas dubiæ ordinationis incurreret; Canonicas literas dabant ordinato ad Clerum, & Plebem, à quibus electus fuerat: quibus litteris omnis ordo rei gestæ continebatur: subscriptionibus omnibus ordinatorum firmabatur: & dies simul, & Consul adscribendus erat ex Concilio Milcuitano. Quæ hactenus diximus, pluribus confirmantur in *tom. 2. Conciliorum Galliæ part. 633. & seqq. & ex Ord. Romano in lib. de Diuin. offi. part 1. part. 95. 96. & seqq.* ibi, *Incipit examinatio in ordinatione Episc. secundum Gallorum Institutiones.* Et explicat Albi. Flaccus *in eod. lib part. 2. pag. 72. & seqq. quibus omnibus adde nouissimè Franciscum Florentium in lib. 1. Decretalium tit. 6. fol. mihi.* 127.

2. Non deseram etiam hic apponere verba eruditissimi Iacobi Pameli *in Annot. ad Epist. S. Cypriani cap. 68. num. 2.* vbi sic ait: Non negamus itaque, veterem electionis Episcoporum ritum, quo Plebe præsente, imo & suffragiis Plebis eligi solent: Nam in Africa illum obseruatum constat ex electione Eradij, successoris D. Augustini, de qua extat. *Ep. eius* 120. in Græcia *atate Chrysost. ex lib. 3. de Sacerd.* in Hispaniis ex hoc Cypriani loco, & ex Isidoro *lib. 2. de officiis*: in Galliis *ex epist. Cælestini Papæ II.* Romæ ex iis, quæ suprà diximus, *epistola ad Antonianum*: vbique etiam alibi *ex epistola Leonis* 87. Et perduraſſe eam consuetudinem ad Gregor. I. vsque *ex eius epistolis*, immo, & ad tempora vsque Caroli & Ludouici Imperatorum *ex 1. lib. Capitulorum eorundem* satis constat. Verum Plebi sola suffragia concessa, non electionem, quæ per subscriptionem fieri solet, perspicuum fit, in primis *ex Concilio Laod. Can. 12. & 13.* vbi prohibetur electio Episcoporum per Plebem fieri, & ex D. Hieronymo, qui *ep. ad Euagrium dicit*: Electionem Alexandrini Episcopi à Presbyteris fieri solere: deinde ex dicta *epist. Leonis*: qui singulorum in electione, propria distinguens officia, vota requirit ciuiũ, testimonia Populorum, honoratorum arbitrium, electionem Clericorum, & denuò posteà, subscriptionem Clericorum, Honoratorum testimonium, Ordinis, & Plebis consensum. Hoc enim potissimùm tunc agebatur, vt inuitæ Plebi non daretur Episcopus. Non tamen sic, vt cogerentur Episcopi admittere quemcumque Plebs postulasset; vti patet ex *Can. 1. & 2. Græcarum Synod. à Martino Bracarensi collectarum, & ex dicta Cælestini Epistola, & Stephani Papæ decreto 68. dist. cap. Nosse.* Sed si quem petisset contra statuta Canonum: denuò, & sæpius conuocati solitos, Clerum, & Plebem, donec concordarent in idoneum quempiam, colligere est *ex epist. Gelasij Papæ ad Philippum, & Gerontium citata à Gratiano, dist. 63. c. Plebs*, Si qua autem contradictio quorundam oboriretur; discutiebantur primò Personæ contradicentes: & tum demum, si vera non essent, quæ obiicerentur, ordinabatur Episcopus, vti constat *ex Canon. 40. Concil. Carthag. 3.* Si denique nec ita fieret concordia; interponebat suam authoritatem Archiepiscopus; & quem ille probasset, pro Episcopo habebatur. Neque verò hæc sufficiebant; sed accedere præter ea debebat consecratio, siue (quam vocat Cyprianus) manus impositio, per Episcopos, qui conuenerant; quos vt minimum duos esse oportebat; vti ex Canonibus satis superque manifestum est. Hucvsque Pamelius eruditè, vt semper solet. Sed ex dictis verbis oritur difficultas.

RESOL. III.

An populus in electione Episcoporum, olim aliquando habuerit ius eligendi, & suffragandi?

Et secundum aliquos affirmatiuè respondetur? Ex p. 10. tract. 1. Res. etiam 3.

§. 1. PRæter Pamelium, *vbi suprà* affirmatiuè respondet Pater Vasquez *in 3. part. D. Thomæ, tom. 3. disputat. 244. cap. 5. num. 53.* & ex multis magis amplè probat hoc Michael Raussell. *in kist. Iurisd. Pontif. lib. 2. cap. 1. num. 20.* vbi sic ait: Quidam tamen distinguunt, vt electio esset Cleri, consensus Populi. Quò pertinere videtur, quod dixit D. Cyprianus, vt ordinationes fierent ab Episcopis Plebe præsente, quæ singulorum vitam plenissimè nouit, & vniuscuiusque actum de eius conuersatione perspexit; sic coram omni Synagoga iubebatur Pontifex constitui: & D. Paulus præcipiens Timotheo, quos ordinare deberet Episcopos: oportet, inquit, & illos habere bonum testimonium ab his, qui foris sunt, ideſt Laicis. Quæ videntur innuere, opus esse, vt approbet electum suo testimonio Populus. Quod Stephanus Papa confirmauit, dicens: Sacerdotum est electio, & fidelis Populi consensus est adhibendus, quia docendus est populus, non sequendus. Et Gaufridus Abbas solis Clericis licitum esse, inquit, eligere, & consecrare Episcopos; cæteris duntaxat petere. Ac Sardicensis Canon, Si Populi conuenerint, & petant sibi Rectorem; satisfaciendum eis esse, ait: vt veniant ex vicina Prouincia Episcopi, & ordinent Episcopum. Sed profectò vbicunque, adhibitus fuit ad electionem populus; plenissima eius fuerunt de creatione Episcopi suffragia; adeò vt etiam præualeret contra Clerum. Quod liquet exemplo Sisinnij, quem populi vox Sedi Constantinopolitanæ præfecit; & obtinuit, vt præferretur Philippo, quem Clerus petebat. Et si aliquando ea forma neglecta est; minus gratè accepti fuerunt Pontifices aliter electi, vel prorsus repudiati atque etiam interfecti: cuiusmodi exemplum est in Historia Nicephori: & Liberatus in Breuiario refert in Ecclesia Alexandrina. Schisma ex eo quòd populus Graianum vellet; Clerus verò, suasu Theodoræ Augustæ, Iustiniani I. vxoris, Theodosium: adeò vt etiam si Graianus in exilium missus fuerit; eum tamen Episcopum agnouit populus: & coactus fuerit Theodosius Vrbe cedere. Et ante hæc tempora D. Augustinus rescripsit, se operam dedisse seditioni sedandæ in Ecclesia Mileuitana, ob id excitatæ, quòd prædecessor sibi successorem designauerat, de Cleri solummodò sententia, non aduocata Plebe, ac ne id contingeret in Hipponensi Ecclesia curauit, vt Clero, & populo probaretur Eradius, quem post se relinquebat. Denique tantopere probata est ea eligendi ab vniuerso populo, id est Clericis & Laicis, forma, vt pluribus Synodis Prouincialibus, atque etiam Romanis, ac Decretis Summorum Pontificum sancita fuerit, cum clausula etiam irritante; videlicet, vt præponeretur omnibus, quem Cleri, plebisque consensus concorditer postulasset; & nullus, inuitis, ac nõ petentibus, ordinaretur: sin aliter, ordinatio esset irrita: ne ciuitas Episcopũ nõ optatũ aut cõtemneret aut odiret; sic Leo I. & ante illum Cælestinus I. Nullus

lus, inquit, detur inuitis Episcopus, Cleri, Plebis, & ordinis consensus, ac desiderium requiratur. Quamobrem Gregorius Magnus noluit confirmare Constantinum, quem Clerus Sedi Mediolanensi præfecerat, antequam populi comitiis approbatus esset. Et Ioannes VIII. innitens sententiæ Leonis, & Cœlestini, vt ipse ait, arguit Berdunensem Archiepiscopum, quod consecrasset eum, qui non erat electus à Clero, nec acceptus Carolo Imperatori. Quibus addere licebit ciuiles leges, nempe Iustiniani I. dicentis, quòd Laici haberent suffragium in eligendo Episcopo: & Caroli Magni in capitularibus. Ideo obseruatum apud Nos vt inde formula concepta fuerit, quam habemus ex Marculpho. Ac demum sic requirebantur Populi suffragia, vt electio χειροτονία dicerentur? quia per manuum porrectionem numerabantur. qui hunc vel illum eligebat; vt refert Zonaras *ad Ca. 1. Apost.* Atque hæc satis conuincere videntur; non ad hoc solùm, vt eligente Clero consentiret populus, illum intetuenire solitum esse electionibus; sed vt reuera vocem electiuam cum illo haberet. Quid quod si consensus post electionem necessarius esset, non eodem propè iure fuisset, ac ipsa electio, Quippe, nisi consentiret Populus; alterum eligi oporteret; ac tandem ipso etiam populo suum calculum dante, vt citius in eum consentiret, cui plurima illius pars sua voce, vel suis digitis, aut scripto suffragatus esset, Vnde disertis verbis Rabanus ad illum Textum Actuum Apostolorum, qui est de Diaconis constituendis: ordo, inquit, seruandus est, eligat populus, ordinet Episcopus, Et hac omnia docet Rausset. loco citato. Quæ quidem confirmari possunt ex sactis Canibus, vt ex *cap. Episcopos*, ibi, *post electionem Cleri, & populi cap. lectis*, ibi. *Clerum, & Plebem eiusdem Ecclesia elegisse* 263. *dist. cap. factus*, ibi, *De plebis, quæ nunc adfuit Suffragio 7. qu. 1.*

RESOL. IV.

Opinio affirmatiua affertur, probans populum in electionibus Episcoporum non habuisse ius suffragandi, & eligendi, sed tantum postulandi, & testimonium ferendi; Ex part. 10. tract. 1. Ref. etiam 4.

§. 1. HAnc Sententiam mordicùs sustinet Andreas Duuallius *tract. de Potestate Pontif. part. 3. quæst. 6.* probans multis sæculis penes populum fidelem viguisse, & etiam nunc in plerisque locis adhuc vigere hanc consuetudinem, qua populus præsentationem Ministrorum, & consensum in eorum electione habuerit, & habeat ad maiorem Ecclesiæ pacem, & promptiorem obedientiam; vt diserè testatur Leo his verbis: Propter pacem, & Deo placitam concordiam consonis omnium studiis, qui doctor pacis futurus est, ordinatur. Sed quòd populus Ministros Ecclesiæ elegerit, aut ius aliquod spirituale Ministris contulerit, nusquam Caluinus, & Vigorius, ex nouo Testamento, aut vsu primatiuæ Ecclesiæ probabant. Actuum sexto; septem Diaconi à multitudine Fidelium ante conspectum Apostolorum statuuntur (id est offeruntur, & populi testimonio commendantur nullum tamen indè ius spirituale ipsis Diaconis accessit, donec Apostoli illos acceptassent, elegissent; manusque imposuissent, cùm enim in Ecclesiæ ministro tria desiderentur, fidei integritas, doctrinæ sufficientia, & vitæ probitas: ad huius tertij certitudinem, populi Christiani testimonia postulabantur, imò etiam ipsorum infidelium: prioris enim, ad Timotheum tertio, vult Apostolus, Episcopum testimonium habere bonum ab his, qui foris sunt: quod expressè in Concilio Carthaginensi declaratur: Non fuit frustra à Patribus institutum, vt de electione eorum, qui ad regimen Altaris adhibendi sunt, consulatur & populus, quia de vita, & moribus præsentandi, quod non nunquam ignoratur à pluribus, scitur à paucis. Cui consentit Cypr. *l. 1. ep. 3.* Ex diuina authoritate descendit, vt Sacerdos Plebe præsente sub omnium oculis deligatur, & dignus atque idoneus publico iudicio comprobetur. Idemque repetat *Ep. 4. eiusdem libri*: vt Plebe præsente, vel detegantur malorum crimina, vel bonorum merita prædicentur Leo *Ep. 87.* Sacerdos Ecclesiæ præfuturus, non solum attestatione fidelium, sed etiam illorum, qui foris sunt, testimoniis muniatur, neque vllius scandali relinquatur occasio. Hic viguit mos in antiqua Ecclesia, vt scilicet corã populo testimonium de vitæ probitate, ferente, electio ministrorum ab Episcopis fieret. Quod cùm non distinxerit, vel distinguere noluerit Vigorius, impegit in scopulos Caluinianos, quibus tota Ecclesiæ Hierarchia subuertitur. Secundo potestas Episcoporum, & cæterorum Ecclesiæ Ministrorum merè est spiritalis. Populus autem nullam habet potestatem spiritalem, sed si quam habet, tantùm est ciuilis; & humana, ergo non potest alicui talem potestatem conferre, nemo enim alteri, quod non habet, dare potest. Ac proinde nullum Ecclesiæ Ministrum poterit eligere, cùm electio Canonica sit spiritalis collatio, qua populus destituitur. Maior argumenti, quod nempè potestas Ministrorum Ecclesiæ sit merè spiritalis, probatur ex triplici capitè, ex obiecto nempè, quod est omnino spirituale, vt administratio Sacramentorum, vsus Clauium, Regni Cælorum reseratio, Thesauri Indulgentiarum, & in summa cura animarum non corporum: ex Fine, qui est æterna Beatitudo, ad quã suos filios cupit Ecclesia perducere: ex Modo denique, quo confertur ipsa potestas, infunditur enim supernaturaliter à Deo non minus quàm reliqua Spiritus Sancti dona, non vi alicuius actionis naturalis, sed virtute Sacramenti à Christo instituti, quod tamẽ potiùs de potestate Ordinis quàm iurisdictionis intelligitur. Minor verò notissima est, vel enim potestas spiritualis conueniret populo, quatenus est populus, vel quatenus est fidelis; non prius, quia sic Turcæ & infideles omnes potestatem spiritualem haberent, non posterius; quia etsi populus fidelis characterem Baptismi habeat, hic tamen non ad eligendos seu instituendos Ecclesiæ Ministros refertur, sed vt à peccato originali liberemur, Christo inseramur, & aliorum Sacramentorum, atque suffragiorum Ecclesiæ capaces, & participes efficiamur.

2. Tertio ad electionem alicuius in officium aliquod graue, & arduum, quale est Ecclesiasticum, maxima requiritur scientia, & prudentia: atqui populus demens est, & præcipitis admodum iudicij, belluaque, vt aiunt, multorum capitum, igitur de personæ eligendæ sufficientia, idoneitate, & capacitate iudicare non potest. Quare pessimè cum Ecclesia actum fuisset, si potestas eligendi sacros Ministros iudicio, aut arbitrio Populi relicta fuisset. Et hæc omnia docet Duuallius *vbi suprà*, cui adde Cellotium *de Hierarchia libr. 4. capit.* 17. & Coëffeteau, ac Bouerium *contra Rempub. M. Antonij de Dominis, l. 3. cap. 3. per totum.*

3. Confirmantur supradicta ex Canone, *Nosse dist.* 63. vbi sic habetur: In hoc tuam plurimum oportet adhibere sollicitudinem, vt conuocato Clero, & populo talis ibi eligatur per Dei misericordiam, cui sacri non obuient Canones. Sacerdotum quippe est electio, & fidelis populi consensus, adhibendus est; quia docendus est populus, non sequendus. Plebs er-

go

go, etsi ad electionem vocata, debet tantùm electioni consentire,vt infert Ioannes de Fanno,non autem ligere : Hinc *Can.Non licet ead.dist.* Non licet inquit, Populo electionem facere eorum, qui ad Sacerdotium promouentur,sed in iudicio Episcoporum sit, vt ipsi eum probent,si in sermone,& fide,& spirituali vita edoctus sit,Hinc, & Gratian,ipse , post *Can. Cum longe,ead. dist. §.electiones,* Quòd Populus,inquit iubetur electioni interesse,non præcipitur aduocari ad electionem faciendam:sed ad consensum electioni adhibendum. Sacerdotum enim est electio,& fidelis populi est humiliter consentire. Desiderium ergo plebis requiritur, vt Clericorum electioni concordet. Tunc enim in Ecclesia Dei rectè præficitur Antistes, cùm Populus pariter in eum acclamauerit,quem Clerus communi voto elegerit. Et ideo *Can vota 63. dist.*hæc in Episcoporum electionibus desiderari testatur : vota, inquit ciuium, (id est,ait Glossa *ibid.* conniuentia, & consensus) testimonia Populorum, honoratorum arbitrium, electio Clericorum in Ordinationibus (id est, ait Gloss. *ibi* electionibus) expectantur. Et summopere notandum est hic Gloss.*in Can.Sacror.63. dist.*in Verbo *electionem.* Hoc nomen electio,inquit ,' propriè , & impropriè sumitur hic cum illis genitiuis Cleri , & Populi. Propriè scilicet, cum genitiuo Cleri, & improprè cum genitiuo populi : adeo vt, quamuis in istis Canonibus Cleri & populi electio dicatur, & ad Clerum electio propriè pertineat ; populo tamen impropriè etiam electio tribuebatur, propter consensum,quem vt paulò ante vidimus , in electionibus præstare tenebatur.

4. Confirmatur secundò ex authoritate Sancti Leon. *Epist.* 87. Quandoquidem solis Clericis electionem ipsam tribuit. Expectarentur, inquit, vota ciuium, testimonia populorum , quæreretur honoratorum arbitrium, electio (nota) Clericorum,quæ in Sacerdotum solent Ordinationibus ab his qui norunt Patrum regulas, custodiri. Nec obstat quod de votis ciuium, testimoniis Populorum, & honoratorum arbitrio textus habet; namque paulò pòst ad quid ista requirantur exponens , Apostolicæ , inquit Idem Leo *ibid.* authoritatis norma præcipitur;vt Sacerdos Ecclesiæ præfuturus , non solùm attestatione fidelium ; sed etiam eorum,qui foris sunt,testimonio muniatur. Ad hoc ergo dumraxat Populus præsens aderat,seu vota,desideria quippe,aut testimouia Populorum expectabantur,vt à Clericis electus,dignus, atque idoneus,inquit S.Cyprianus *lib.1.ep.4.*publico iudicio,ac testimonio comprobaretur. Hinc enim,& ex eadem S.Leonis *Epistola* 27.liquet, solos in electionibus subscribere solitos Clericos ; Teneatur, inquit subscriptio Clericorum, honoratorum testimonium, Ordinis consensus, & Plebis.

5. Dicendum est itaque , olim quidem in deligendis Ministris ita admissum populum; vt tamen penes solos Episcopos,& Clerum ipsum veri suffragij ius esset : nec Populo,quam de eligendo testimonium reddere, liceret; quo eius consensus significaretur. Id primùm sibi volunt,quæ ex parum probatis monumentis profert Anonymus, quem impugnamus. Hoc enim sensu apud Pseudo-Clementen dicit Petrus : Primus igitur ego Petrus dico, Episcopum ordinari debere, ex omni parte reprehensione carentem, ab omni Populo delectum ; quo nominato, & approbato, conueniente Populo cum Collegio Presbyterorum,& Episcopis, qui adsunt in die Dominico,præcipuus ex omnibus(hoc est Metropolitanus)interroget Presbyteros, & Plebem,quis sit quem petunt in Rectorem. Eodem sensu in illis priorum Pontificum dubiæ fidei Epistolis. Anicetus, Oportet, inquit, vt Archiepiscopus qui illis omnibus(Episcopis suæ Prouinciæ)præesse debet , ab omnibus illis, eligatur , & ordinetur. Eodem rursus:Melius est , si ipse cum omnibus (suis suffraganeis) eum, qui dignus est, elegerit; & cuncti pariter sacrauerint Pontificem. Eodem quoque Antherus, Fœlicem de ciuitate, ait, in qua ordinatus erat, electione ciuium,propter doctrinam,& bonam vitam, quam habebat,cómuni Episcoporum, & reliquorum Sacerdotum , ac Populorum , consilio translatum fuisse. Siquidem hoc solùm volunt, admissum aliquando, & auditum Populum in sacrorum Ministrorum electionibus,vt scilicet eligendo redderet , quo Ecclesiæ ab Episcopis, & Clero Rector impositus, gratior, & acceptior multitudini, cui imperare deberet , esse posset. Nec te terreant dicta Sanctorum Patrum ab Anonymo adducta, quibus interdum audis, electiones Episcoporum Cleri , & populi communibus suffragiis peragendas esse,;vel eam legitimam electionem esse, in quam tam Clerus,quàm populus pari voto,& voce conueniunt,ac similia : quibus videtur electionis ius populo conferri. In his enim , electionis vocabulum confunditur, Populi,& Cleri iura distinguenda sunt; vt plebs ius postulandi,atque electioni assensum præbendi habeat, at eligendi ius apud Clerum ex Romani Pontificis priuilegio maneat. Alioquin si absque distinctione nudè hæc intelligenda essent , cùm in Conciliis Carthaginensi IV.& Aruernensi legatur,vt Episcopus cum consensu Cleri,& populi;& Metropolitani ordinetur, ordinatio etiam ad populum pertineret : quod tamen nemo sanæ mentis dixerit,cùm ordinatio ex Decreto Apostolico ab Episcopis tantùm perfici valeat. Separa igitur pretiosum à vili, Clerum à populo,Ecclesiasticam potestatem à ciuili. Ergo &c.

6. Verùm, vtcumque res se habuerit,vel dicendum est,ius eligendi Episcopos , Populum tunc sibi vsurpasse; vt loquitur Cardinalis Bellarm. *libr.1. de Clericis,c.7.vers. tandem obtinuit in quibusdam locis:* vel populum tunc ius eligendi habuisse ex concessione Pontificis,vt putat Vasquez *in 3. part. tom.3. disp.244.cap.5.n.53.*sic asserens: Ego tamen arbitror ex sententia Cypriani,eo tempore Populum habuisse ius eligendi;id enim aliquando in Ecclesia Dei vsu receptum fuisse , manifestè ostendimus : quare mihi placet prior responsio,videlicet,vt negari non possit, eo tempore ius eligendi partim etiam ad populum spectasse:id tamen ex concessione Romani Pontificis,& Ecclesiæ;non autem Diuino iure , vt contendunt Hæretici. Ita ille. Et ratio est , quia nulla assignari potest implicantia;tum quia non minus spirituale est ius arcendi aliquem à communione Fidelium , quàm admittendi aliquem ad Ecclesiasticam Dignitatem ; tum quia indè præiudicium Ecclesiæ non infertur,cum Laici id non agant proprio iure, seu ex iure ordinario,sed ex commissione,seu facultate delegata,dependenter ab Ecclesia:vt benè Suarez *in tom.de fidei defensione lib.3.c.29.n.7.& seq.* Sopranus *de elect.Papæ lib.1.cap.4.*& alij ergo,&c.

RESOLVTIO V.

An etiam Principes aliquando in electione Episcoporum partem habuerint ?

Et notatur tantam olim fuisse violentiam circa Episcoporum electionem,vt Principes etiam nouos Episcopos instituere consueuerint in locis in quibus antea non fuerunt,& etiam Abbatissas , & Abbates eligebant. Ex part.10.tract.1. Res.etiam 5.

Affirmatiuè

§. 1. AFfirmatiuè respondet Michael Rousſel *in Hist. Iurisd. Pontificiæ lib. 2. cap. 1. num. 21. in fine*, vbi sic ait: Atque hi fuerunt electionum in prima Ecclesia modi, siue à Clero Populoque, siue ab Episcopis solis: vt prior tamen frequentior, & validior fuerit: qua etiam demum Regem & Principes constituendorum Antistitum authoritatem sibi arrogauerunt, quasi lege Regia, quæ Populi iura ad illos transtulit. Ita Ille. Sed quidem quomodo Populus poterat transferre hoc ius in Principes, si, vt visum est, ipse non de iure ad Electionem concurrebat, sed vel vsurpatione, vel Pontificio Priuilegio: vt ex Vasquez, & aliis docuimus, Ergo nullo pacto Populus tale ius eligendi in Reges transferre poterat; cùm nemo dare possit, quod non habet.

2. Itaque dicendum est, Principes Laicos, si quando in electionibus Episcoporum se immiscuerunt, violenter hoc fecisse, nec potuisse hoc facere ex iure populi in ipsos translato, vt dictum est: Vnde meritò Iuo *Epist. 67.* recitat illos versus:

Eligimus puerum, puerorum festa colentes,
Non nostrum morem, sed Regis iussa sequentes.

Principes ergo olim elegisse Episcopos, patet: nam Theodoricus Magni Clodouei filius Appollinarem Aruernis dedit Episcopum, oblatis ab eo multis muneribus: Appollinari defuncto, S. Quintinianum subrogauit; statimque directi nuntij, conuocatis Pontificibus, & Populo, eum Cathedræ Episcopali imposuerunt. Quintiniano successit Gallus, Rege opitulante. Sic Ommatius, iussu Regis Clodomiris alterius ex Clodouei filiis, ordinatus est Turonensis Episcopus; deindè Theodorus, & Proculus, ordinante Regina Clotilde, istorum Matre. Rursus, cùm inconsulto Rege Theodualdo; Catonem Populus Aruernus elegisset; paratis etiam Episcopis illum consecrare; (eò quòd Rex paruulus esset, eumse asseruturos promittentes cum Proceribus Regni) hunc Rex improbauit, & Cantinum Archidiaconum promouit. Posteà Clerici Turonenses eundem Catonem petierunt Episcopum, non sua voluntate, sed Regis præceptione, ac repudianti Catoni, vt qui Aruernam Sedem ambiebat, Rex Clotarius Eufronium subrogauit. Sulpitius Bituricensi Ecclesiæ Præpositus est, fauente Rege Gunteramno; cuius digna vox notatur, atq; vtinã esset in istis occasionibus assueta Regibus. Nam cùm multi munera offerent; fertur respondisse: *Non est principatus nostri consuetudo Sacerdotium venundare, sed nec vestrum illud præmiis comparare: nè & nos lucri turpis infamiam notemus, & vos Mago Simoni comparemini, sed iuxtà Dei præscientiam Sulpitius erit vobis Episcopus.* Hæc innuenies apud Gregorium Turonensem *lib. 3. cap. 2. lib. 4. cap. 5. 11. & 16. lib. 6. cap. 39. lib. 8. cap. 22.* Alia exempla sunt in *lib. 4. cap. 15. & 18. lib. 5. cap. 40. & 46.* & aliis locis.

3. Vide etiam Danielem de Nobilibus *in Selectis Controuersiis iuris Sacri, & Ciuilis. disp. 80. num. 5.* vbi ponit plures Episcopos electos à solis Imperatoribus & Principibus. Et Petrus Tholosanus, *in Syntag. Iur. vniuer. l. 15. cap. 12. num. 11. ex Polydoro Virgilio* tradit, Henricum I. Britanniæ, seu Angliæ Regem, clarum victoriis, tantum sibi iuris sumere cœpisse, vt sua duntaxat authoritate Episcopos faceret, & factis Episcopatuum possessionem daret. Et circiter, inquit, hæc tempora, Principes vbique gentium cœperunt illud sibi ius declarandorum Episcoporum vindicare quod & hodie mordicùs tenent. Hos tamen Anselmus Religionis Antistitites, tanquam aborriuos Religionis filios, consecrare recusabat: sed parùm profecit, donec Paschalis II. Summus Pontifex consultus Regem à sententia abire coëgit. Hinc patet, quod etiam vsurpatiuè Constantius, Constantini Magni filius, Eusebium Nicomediensem in Episcopum Constantinopolitanum elegit; in cuius locum fuerat electus Paulus ex vna parte suffragiorũ, & Macedonius ex altera; quibus electis, elegit prædictum Eusebium. *Socrat. lib. 2. cap. 5.* Nicephorus Phoas in Oriente Imperator ius conferendi Episcopatus, & Sacerdotia sibi sumpsit, quo tempore Otho I. in Occidente hoc iure vti cœpit, auctore Zonara *tom. 3: anno Domini* 961. Plura Petr. Greg. Tholos. *de elect. cap. 5. sub. num. 13.* vbi ponit capitulationes Ioannis XII. cum Henrico I. & Othone eius filio; quibus non obstantibus, Imperatores Inuestituram Episcopatuũ sibi adsciuerunt: & inoleuerat iam mos, vt Episcopi ab ipsis eligerẽtur & annulo, & baculo pastorali inuestirentur; vt scribit Guillielmus Tyrius, *lib. 1. Belli sacri cap. 13.* Et tandem ne deseras recognoscere Ioannem Filesacum *de sacra Episc. auctor. cap. 5. §. 5.* vbi obseruat Principes olim Abbarissas, Abbates & Episcopos elegisse, sed immeritò; vt probat. §. 7.

4. Nota hic etiam, tantam olim fuisse violentiam circa electionem Episcoporum; vt principes etiam nouos Episcopos instituere consueuerint in locis, in quibus antea non fuerunt: vt narrat Theod. Balsamon *Ad Concilium Carthag. cap. 16. & ad cap. 12. Concil. Calcedon. & c. 38. Sextæ Synodi in Trullo habitæ.* Ita Iustinianus *Nouell. 11. de Priuileg. Iustinianæ primæ Archiepiscopi*; creauit Episcopum Iustinianæ primæ suæ ciuitatis Archiepiscopum, eique prouincias subiecit; & B. Rhenanus, *lib. 2. rerum Germanicarum*, refert Dagobertum, qui adeptus fuit Regnum Francorum sub Honorio III. Summo Pontifice, nouem Diœceses Episcopatuum instituisse.

RESOL. VI.

Fuisse olim à Summis Pontificibus interdictum ne populi, & Principes in electione Episcoporum se immiscerent, demonstratur? Ex part. 10. tractat. 1. Resol. etiam 6.

§. 1. ITaque, cùm Sancta Sedes Apostolica ex violentia populorum, & principum in electione Episcoporum pessum iret; non defuerunt Pontifices, qui seuerè interdixerunt, ne in sacris electionibus populus, & principes manus haberent. Ac in primis Concilium Loadicenum, Can. 13. *Non est*, inquit *permittendum turbis electiones eorum facere, qui sunt ad sacerdotium præuehendi.* Cui consentanea sunt, quæ statuit Martinus Papa *in Concilio Braccar. cap. 1. apud Martinum* his verbis: *Non licet populo electionem facere eorum, qui ad sacerdotium promouentur: sed in iudicio Episcoporum sit.* Idem decretum habetur *in Concil. Parisiensi I. cap. 8.* & refertur à Gratian. *dist. 63. cap. 5.* & à Nicolao I. *eadem dist. cap. porrò.* Hoc ipsum decernit Synodus VII. generalis, his verbis: *Omnis electio Episcopi, vel Presbyteri, vel Diaconi à Principibus facta irrita maneat, secundum regulam, quæ dicit. Si quis Episcopus, Secularibus Magistratibus vsus, per eos Ecclesiam obtinuerit deponatur, & segregetur: oportet enim eum, qui est promouendus ad Episcopatum, ab Episcopis eligi; quemadmodum à Sanctis Patribus Nicæa decretum est.* Deinde citat. *Can. Conc. 1. Nicani.* Denique, vt alia præteream, Concilium Constantinopolitanum IV. quod est octauum generale, de Episcoporum electione ità sanxit: *Sancta & vniuersalis Synodus definit, neminem Laicorum Principum, seu Potentum semet ingerere debere electioni, vel promotioni Patriarchæ, vel Metropolitani, vel cuiuslibet Episcopi: præsertim*

præsertim cùm nullam in talibus potestatem, quemlibet Potentum, vel cæterorum Laicorum habere conueniat: sed potius silere, & attendere sibi, vsquequo regulariter à collegio Ecclesiæ suscipiat finem electio futuri Pontificis.

2. Itaque, cùm Sæculares Principes vsurpassent sibi ius conferendi Episcopatus, Abbatias, & ferè alia omnia Ecclesiastica Beneficia; Sedes Apostolica diù tolerauit hunc abusum; donec eò progressus esset, vt publica nundinatione passim venderentur plus offerentibus; neque repetitæ prohibitiones contrà Simoniacam hæresim, eliminare huiusmodi pestem valerent. Gregorius VII. miræ constantiæ, fortitudinis, & reliquarum virtutum Pontifex, à Deo perditissimis illis temporibus Ecclesiæ suæ Præpositus, tantum facinus non diutius tolerandum ratus; cùm sæpè aliàs, tum Anno Domini 1078. in Concilio Romano illud prohibuit, edito Canone tenoris sequentis. *Quoniam Inuestituras Ecclesiarum contrà Statuta Sanctorum Patrum à Laicis personis in multis partibus cognouimus fieri, & ex eo plurimas perturbationes in Ecclesia oriri, ex quibus Christiana Religio conculcatur: decernimus, vt nullus Clericorum Inuestituram Episcopatus, vel Abbatiæ, vel Ecclesiæ, de manu Imperatoris, vel Regis, vel alicuius Laicæ personæ, Viri, vel Fœminæ suscipiat. Quod si præsumpserit; recognoscat Inuestituram illam Apostolica auctoritate irritam, & se vsque ad condignam satisfactionem Excommunicationi subiacere.* Ita Canon Gregorij de quo Leo Ostien. *Histor. Cassin. lib. 3. c. 41. &* Card. Baronius, *tom 11. d. Anno Domini 1078. num. 21.* Et non solùm tulit legem, sed pro illius exequutione agonizauit vsque ad mortem; quam obiuit in exilio apud Salernum. Ac tùm ipse, tùm successores eius, multo sudore, & sanguine tandem abstraxerunt è manibus laicorum præfatum ius: & Ecclesiæ Dei, cuius erat, reddiderunt, vt obseruat Pax Iordanus Episc. Tragurien sis *in Elucubrationibus tom. 1. lib. 1. tit. 1. n. 6.* & alij.

3. Vndè hic obiter refellendum venit somnium Sigiberti, qui in Chronico Auctor est, Hadrianum Papam Carolo Magno ius inuestiturarum, per annulum, & baculum conferendarum, in Synodo frequentissima centum quinquaginta trium Episcoporum, vnà cum priuilegio designandi Pontificem, concessisse. Falsò autem id prodidisse Sigibertum, Baronius *circa annum 526.* & præsertim *ann. 774. à n. 10.* & *964. à n. 22.* conuincit. A quo non dissentiunt Suarez *contrà Regem Anglia lib. 3. cap. 29. num. 7.* Gretserus, *in Apologia Baronij, cap. 1. &* 2. Azorius *part. 2. lib. 4. cap. 2. quæst. 3.* Bellarminus *de Summo Pontifice, lib. 2. cap. 29. & de Clericis, lib. 1. cap. 9.* Cùm nullus, ante ipsum Sigibertum, meminerit tàm memorabilis Indulti, de quo & qui res Caroli per singulos annos gestas exactius recensuere, nullam planè mentionem fecerunt. Et meritò quidem; qui enim fieri potest, vt tam exorbitans ac Ecclesiæ exosum priuilegium, Carolo Magno Hadrianus Papa contulerit? Cùm ipsas inuestituras, seu Episcoporum per potestatem Sæcularem electiones, ac designationes, fuisse constet prohibitas sub eodem Hadriano Pontifice in septimo Concilio generali, Can. 3. quo decreuit Oecumenica Synodus, vt omnis electio Episcoporum, aut Sacerdotum quorumcumque à Principibus facta, irrita maneret. Sequenti etiam sæculo idem, in octauo Concilio generali, lege est constitutum. Actione siquidem decima sancitum est, ne à Principibus, vel eorum fauore eligerentur Episcopi: nec ipsi Antistites indecentia obsequia Magistratibus exhiberent. Postquam tamen à Caroli stirpe Imperium ad Germanos Principes translatum est; Imperatores, nescio cuius, non quidem Priuilegij à Sede Apostolica emanati (quod credulus nimium Gratianus, deceptus à Sigiberto hac in causa Romanæ Ecclesiæ infesto hoste, aliquandò concessum, perperam existimauit, *Can. Adrianus dist. 63.* atque subinde reuocatum, Can. Ego Ludouicus, eadem dist. aliisque sparsim Canonibus insinuare studuit:) sed priscæ, quam prætendebant consuetudinis, iure, hanc sibi potestatem arrogarunt; diriisque modis sibi asserere contenderunt. Repugnantibus toto nisu Pontificibus Romanis inter quos omnes acerrimè Greg. VII. libertatem Ecclesiæ contrà tàm funestos ausus, ad extremum vsque, vitæ spiritum, defendit.

4. Hinc Henricus Rex Germaniæ, qui nefariis modis à Paschale II. extorserat priuilegium, quo sibi concedebatur ius inuestiendi per annulum, & baculum, illi posteà expressè renunciauit in Wormatiensi Concilio: cui prærant Labertus Cardinalis Episcopus Ostiensis, & duo alij Cardinales Callisti Papæ Legati, anno 1122. Cuius solemnis renuntiationis hic tenor est, quem legimus ab Wrspergensi memoriæ consignatum. Ego Henricus Dei gratia, Romanorum Imperator Augustus, pro amore Dei, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & Domini Papæ Callisti, & remedio animæ meæ, dimitto Deo, & Sanctis eius Apostolis Petro, & Paulo, & Sanctæ Catholicæ Ecclesiæ, omnem Inuestituram per Annulum & baculum, & concedo in omnibus Ecclesiis fieri electionem, & liberam consecrationem; Possessiones, & Regalia Beati Petri, quæ à principio huius discordiæ, vsque ad hodiernum diem, siue tempore Patris mei, siue etiam meo, ablata sunt; quæ habeo etiam, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ restituo: quæ autem non habeo, vt restituantur fideliter adiuuabo. Et do veram pacem Callisto, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & omnibus, qui in parte ipsius sunt, vel fuerunt: & in quibus, Sancta Romana Ecclesia auxilium postulauerit, fideliter iuuabo. Subsignauerunt Prælati, & Principes Imperij; vt obseruat pius, doctus, & eruditus Andreas Saussay *in Panoplia Episcopali, lib. 2. Digressiuncula de Inuestituris*, de quibus etiam vide Turretú *in obseruationibus ad Ep. 190. Iuonis Episcopi*, Boërium Eponen. *de Regalibus n. 217. cum seq. & n. 186. cum seq.* & Franciscum Florentium, *in lib. 1. Decretal. tit. 6.* qui tamen Auctor cautè legendus est; cùm sit nimis infensus Romanæ Sedi.

RESOL. VII.

Circa superius dicta quoad Episcoporum electionem Authoris iudicium ex sacris Canonibus desumptum breuiter exponitur?

Et notatur, quod hodie solum in Germania Ecclesiis vetus consuetudo seruatur, in quibus Canonicorum Collegium Episcopum nominat, designat, & eligit; electus verò à Pontifice confirmatur?

Et aduertitur, quod lex, & consuetudo antiqua in modum eligendi Episcopos, Romanorum Pontificum authoritate est abrogata; & ius nominandi, designandi, & offerendi, atque præsentandi Episcopos datum est multis Regibus, eorumdem Romanorum Pontificum nutu & assensu? Ex part. 10. tr. 1. Rel. etiam 7.

§. 1. ITaque circa præsentem difficultatem de prisco more eligendi Episcopos, assero, Apostolos, authoritate accepta à Christo Domino, in sui locum Episcopos elegisse, & creasse. Nam singuli eorum idoneos præfecerunt Ecclesiis Pastores, qui *in cap. Quorum vices dist. 68.* dicuntur Apostolorum locum tenere. Deinde verò, primis illis Episcopis, quos creauerunt Apostoli, vita functis; totum ius eligendi, & creandi Episcopos, ad Romanum Pontificem perrinuit,

pertinuit, tanquam ad successorem Petri, cui data, est à Christo Domino summa potestas in totam Ecclesiam: & hoc est, quod dicitur *in cap. Omnes, dist.* 22. Omnes, siue Patriarchæ cuiuslibet apicem, siue Metropoliū primatus, aut Episcopatuum Cathedras vel Ecclesiarum, siue cuiuslibet ordinis Dignitatem instituit Romana Ecclesia. Sic ibi. At verò primis illis Ecclesiæ temporibus post Apostolos, expresso, vel tacito Romanorum Pontificum consensu, Electiones Episcoporum fiebant. Nam, scientibus, & non repugnantibus, nec aliud statuentibus Romanis Pontificibus, cùm iure possent, Clerici cuiusque Ecclesiæ Cathedralis in vnum simul conuenientes, vnū quendam in Episcopum nominabant, designabant, eligebant. In hac porrò nominatione, designatione; vel electione, non semper idem mos, & vsus est retentus. Aliquando enim Clerus simul & Populus nominabant, designabant, eligebant, & offerebant *capite fallus est 7. quæstione 1. capite Plebs. capite Nosse, capite Episcopos. Litteras dist.* 63. Aliquando Populus quidem petebat ac postulabat Episcopum; Clerus verò eligebat. *capite Nulla dist.* 62. Aliquando & ipse Populus non solùm petebat, sed etiam nominabat, & designabat; Clerus verò eligebat. *cap. Nulla cit.* Aliquando etiam Episcopus sibi adiutorem adscisit, quem posteà successorem nominauit; vel morti vicinus Episcopum in sui locum successurum designauit. *cap. Si Petrus 8. quæst. 1.* Aliquando Clerici eligebant, Populus verò nominabat, & Principis requirebatur assensus. *cap. Quia igitur. cap. Lectis, dist.* 63. *& cap. Quod sicut de elect.* Donec tandem Canonica est Sanctione decretum, vt soli Clerici Episcopum eligerent, Laicis penitus exclusis. *cap. Nullus. cap. Adrianus. cap. Non est. cap. Non licet. distinct.* 36. *cap. Si deinceps 16. quæst. 7.* Et ad extremum, tota Episcopum eligendi facultas, ad Canonicorum Collegium redacta, & deuoluta est, ita vt soli Canonici, exclusis non solum Laicis, sed etiam cæteris Ecclesiæ Clericis, quamuis Beneficiarii, Episcopum eligerent: quæ Lex, & consuetudo diu in Ecclesia durauit per Germaniam, Galliam, Angliam, Poloniam, Italiam, & Hispaniam. Quæ posteà Lex, Romanorum pontificum authoritate est abrogata, & ius nominandi, designandi, offerendi, & præsentandi Episcopos, datum est multis Regibus eorundem Romanorum pontificum nutu, & assensu. Vndè nunc Reges Hispaniæ Episcopos nominant, designant, & offerunt Romano pontifici, vt eos in Ecclesiis instituat. De quo iure Regis nostri Hispaniarum circa præsentationem Ecclesiarum suorum Regnorum, inter recentissimos Scriptores, materiam latè pertractante, vide heu quondam nostrum Barbosam, Episcopum Vgentinum, *de Iure Eccles. lib. 1. cap. 8. num. 74. & seqq.* & tres inclytos Professores Salmaticenses Ioannem Solorzanum, *de Indiarum Iure, tom. 2. lib. 3. cap. 4. num. 31. & seqq.* Valboam de Magroueio, *in c. Cum Ecclesia Sutrina de causa possess. & propriet. num. 33. & seqq.* Alphonsum de Escobar Loaisa, *de Pontificia, & Regia Iurisdictione cap. 8. num. 7. & seqq.* quibus adde Petrum Gonzalez Salzedo, *de lege Politica, lib. 2. cap. 11. n. 24. & seqq.* cum amicissimo, & eruditissimo Domino D. Laurentio Ramirez de Prado, *in notis ad Chron. Luitpran. n. 99. quem angor ad manus meas non peruenisse; multa enim ex ipso didicissem.*

2. Ex his non deseram obseruare, falsam esse Ioan. Ignei *in lege Necessarios. §. Non alias* n. 336. *ff. Ad Silanianum* doctrinam, quam sequutus est Ioannes Ferraldus *In Tractatu de Insignibus Regum Franciæ IX. Iure*, vbi probare nititur, Reges Hispaniæ ius præsentandi Episcopos, habuisse ratione concessionis Carolo Magno, Gallicano Regi, factæ: nam per centum viginti annos, antequam Carolus Magnus in rebus humanis esset, nostris Hispaniæ Regibus competebat; vt ex Couarruuias, Perez, & Salzedo, probat Mauritius de Alzedo, *de præcellentia Episcopatus dignitatis, p. 1. cap. 3. num. 9.* Nota verò, quod hodie solum in Germaniæ Ecclesiis vetus consuetudo seruatur: in quibus Canonicorum Collegium Episcopum nominat, designat, & eligit; electus verò à Pontifice confirmatur. Ita Azorius *p. 2. lib. 3. c. 28. q. 4.* Germonius *de Sacr. Immun. lib. 3. c. 12. num. 40.* cum aliis.

RESOL. VIII.

Breuis digressio contra responsum falsò, vt puto, adscriptum aliquibus Doctoribus Sorbonistis, in qua describuntur sex diuersa tempora, in quibus concessa sunt diuersis personis, & statibus electiones Episcoporum, Abbatuum & prioratuum. Ex part. 10. tract. 1. Resol. etiam 8.

§. 1. NOuissimè terebatur manibus aliquorum, hic Romæ quidam libellus typis impressus, cui titulus hic erat. Responsum præcipuorū Doctorum Parisiensis Academiæ Sorbonicæ, Pontentissimo Portugalliæ Regno. In quo Auctor, professione Caluinista, vt credo, firmat, electionem Episcoporum olim Diuina authoritate spectasse ad Populum; & posteà ius illud fuisse trãslatum in Principes, quorum consensu Pontifices tale ius posteà sibi acquisierunt. Probat hoc ex verbis S. Cypriani, *Epist.* 68. in illis verbis. *propter quod de traditione Diuina, &c.* Et posteà coaceruat quamplura loca Veterum Patrum, & Conciliorum, desumpta ex Republica M. Antonij de Dominis. Sed hæc fuit hæresis Caluini. qui locum Cypriani adducit: & ad illum respondet. Pamelius *ibidem, in Annotat.* Duuallius *de potest. Pontificis, p. 3. quæst. 6.* Azorius, *p. 2. lib. 3. cap. 28. quæst. 4.* Bellarminus, *lib. 1. de Clericis, cap. 7.* Vasquez *in 3. p. tom. 3. disputat. 244. cap. 5. num. 53.* & alij communiter. Nam cùm, ait Cyprianus id de Diuina authoritate descendere; per authoritatē Diuinam non intelligit præceptum, seu ius diuinum; sed exemplum ex Sacra scriptura depromptum: instar cuius, inquit Cyprianus, fieri debere Electionem nostrorum Ministrorum coram Populo, & ipso etiam consentiente: dicit enim Episcopum esse eligendum coram Populo sicut legimus. *num 20.* electum fuisse Eleazar *Actor. 1.* Matthiam, & septem Diaconos. *Actor. 6.*

2. Ad alias verò authoritates Patrum, ab Anonymo adductas, respondet indiuidualiter Coefferteau, & Bouerius *contra Rempublicam M. Antonij de Dominis, lib. 3. c. 3. per totum*: adi illos, & non pigebit: Ego verò, ex superiùs dictis, paucis verbis ad omnes illas Patrū auctoritates respondeo. Dico igitur cum Bonacina *tr. de Summo Pontif. q. 1. punct. 1. n. 10.* & aliis, Laicos numquam electioni interfuisse, vt verè, & propriè eligerent, modò loquamur de Electione propriè accepta, non verò de facta per vsurpationem: nam ipsis interdicta erat electio in Concilio Laodiceno I. in Concilio Martini Papæ, in Nicæno XI. & in octauo generali Constantinopolitano. Populus enim electioni assistebat, non ad verè, & propriè eligendum; sed ad petendum, ad proponendum, ad testimonium ferendum de vita, & moribus eligendi, ac denique ad præstandum consensum. Et licèt alicubi habeatur elegisse, nihilominus non verè, propriè, & positiuè elegit, cùm electio sit actio Ecclesiastica competens Ecclesiasticis personis: sed negatiuè, quatenus non impediebat electionem suo

testimonio, nec quidquam obiiciebat: aut quatenus personam proponebat, in eam consentiebat, & acquiescebat electioni. *cap. Nullus 61. c. Clerici, & cap. Vota 63. dist.* Ob id, verbum eligere, aliter accipitur de Ecclesiasticis, aliter de populo; etiamsi in eodem verborum contextu adhibeatur. Sicut sanitas aliter accipitur de pulsu, aliter de medicina, aliter de habitu, aliter de homine. Sicut etiam Pilatus, Turbæ, Sacerdotes, & Milites Christum crucifixerunt; sed non omnes eadem ratione. Et hoc dicere voluerunt; & sic interpretanda sunt verba supradictorum Patrum ab Aduersario coaeruata: quia licèt plerumque electionis nomen genericè vsurpent, ac cum postulatione confundant; vera tamen, ac constans ipsorum sententia est, Plebem ab Episcoporum, atque aliorum Ecclesiasticorum hominum vera electione, quæ vix soli Clero permittitur, excludi. Planè itaque constat, in electionibus Episcoporum nihil, præter assensum, à Plebe postulari, & si quid præterea ad electionem spectans eidem adscribi contingat, id totum in postulatione concludi. Quare ex auctoritate Patrum adducta, & eorum verbis; assero, nihil aliud olim fuisse Populorum, Ciuium, ac Magistratuum, in eligendo, vel Episcopo, vel Sacerdote, Votum, Suffragium, aut Electionem, quàm consensum animorum, testimonium bonum, & postulationis cuiusdam formam, ac specimen. Adde, quòd, vt suprà dictum est, si aliquando Populus cum Clero stricte, & propriè Episcopum eligebat, hoc factum ex Priuilegio Pontificis, dicendum est.

3. Pergit posteà Anonymus ex sua doctrina præbere Regno Portugalliæ Consilium, & ait. Quia Sanctissimus D. N. Innocentius X. ex mala affectione in Lusitanos, (verba ardenti cauterio inurenda) differt in illo Regno Episcopos nominatos constituere, posse, ait ipse, Regem ipsum hoc efficere, quia dicta electio ad illum priùs spectabat. Sed, vt probatum est, de iure diuino ad solum Papam electio Episcoporum pertinet; & si aliquando in illa se immiscuit Plebs, Clerus, vel Principes Laici; hoc totum factum fuit, expresso, vel tacito Summi Pontificis consensu: contrarium asserere, est hæreticum. Et, vt videat Anonymus, quàm malum consilium Lusitanis præstet; sciat, Reges Lusitanos legitimos, nunquam Episcopos elegisse, vt patet ex responsione Regis ad Innocentium VIII. Pontificem; quam ponit Pereira, *de manu Regia, part. 1. Concor. 28. num. 76.* vbi sic habetur: Quod Rex in Ecclesiis minoribus à Cathedralibus, quibus est per electionem Prælatis, vel Rectoribus prouidendum, vacent, maiorem sibi authoritatem vindicare, intendens, in eis Clericis familiaribus suis, vel aliis minus dignis, Capitulis Ecclesiarum huiusmodi vniuersaliter, & singulariter singulis litteras suas mittit, precibus exigens, & minis grauibus, & terroribus interiectis, vt nullum omninò in Prælatum eligant, nisi quem ipse in huiusmodi litteris nominat, vel per suos Ministros facit nominari. Responderunt Procuratores, quòd idem Rex, si preces aliquando porrexit, pro aliquibus eligendis in talibus Ecclesiis; pro dignis interposuit preces suas, nullis super hoc minis, vel terroribus interiectis: & quòd super hoc non grauat, nec intendit grauare Ecclesias, vel Canonicos: & promiserunt, Regem ita perpetuò seruaturum, nec in suis precibus adiecturum, quòd vllus eligatur, nisi is, pro quo direxerit preces. Sic ibi. Vnde statim infert Pereira hæc verba: In hoc Regno supponitur, quod Episcoporum electio spectabat ad Capitulum; Reges tamen Hispaniæ à tempore Concilij Toletani; sub Pontifice Leone II. regnante Eruigio, Rege Goto, Episcopos Summo Pontifici præsentant. Ita ille. Ex quibus verbis apparet mendacium Anonymi, nempe ius Populi eligendi Episcopos, translatum fuisse in Reges Lusitanos: & ideò, nolente Pontifice Episcopos, eligere, ius eligendi iterum ad illos redire. Nam ipsimet Reges Lusitani, vt patet ex verbis paulò supra adductis fatentur, nunquam habuisse ius eligendi Episcopos, nec illos vnquam elegisse. Et ideò, vt notat Pereira vbi supra, Priuilegium tantùm nominandi Episcopos à tempore Alphonsi V. ex Priuilegio Papæ habuerunt; vt notat etiam amicissimus, & sapientissimus *Ioannes Solorzanus, de Indiarum Iure tom. 2. lib. 3. cap. 4. num. 31.* & tandem rectè à me superiùs dictum fuit responsum, ex cuius occasione hunc Tractatum composui; falsò fuisse adscriptum aliquibus Doctoribus Academiæ Sorbonicæ: nam quis credere potest in illo celebri Musæo Caluinistas existere? Doctrina enim, in dicto Responso, Regno Portugalliæ exhibita, ex penu Caluini desumpta est, cùm sit contra Catholicam doctrinam, quam superius firmauimus, & quam Doctores Sorboniſtæ indiuidualiter docuerunt, vt Andreas Duuallius *de Potestate Pontificis p. 3. quæst. 6.* Isambert *in 3. part. D. Thomæ tom. 3. de Sacramento Ordinis disp. 6. num. 2.* Franciscus Hallier *de Sacris Ordinationibus cap. 3. §. 1. & 2.* quibus adde Coëffeteau contra M. Antonium de Dominis *lib. 3. cap. 3. per totum*, Cellotium *de Hierarchia Ecclesiastica lib. 4. cap. 17.* Saussay *in Panoplia Episcopali lib. 2.* & alios qui mordicus tenent, Populum numquam habuisse ius eligendi, & suffragandi ex iure diuino. Videat modò Anonymus, si Doctores Sorbonæ, ipsius, an nostram sententiam doceant. Nostris tantùm temporibus inuenio non Sorboniſtam, sed Simeonem Vigorium, Gallum tamen, Consiliarium Regium, in Parlamento Parisiensi sententiam Anonymi docuisse: docet enim *Apologiâ, de suprema Ecclesiæ authoritate, titulo de Disciplina Ecclesiastica n. 38 fol. mihi 185.* Episcopos à Principibus constitutos fuisse primis Ecclesiæ sæculis, tùm iure suo, tùm lege Regia qua quicquid iuris Populus habebat, in Regem translatum est. Sed iste Author in dicta Apologia multos errores effudit; & se ostendit contrà sanctam Sedem Apostolicam, & Romanam infensissimum hostem. Contra quem, & contra doctrinã ab ipso paulò antè allatam, se constanter opposuerunt Andreas Duuallius, vbi suprà, & Ioannes le Tau, *tract. de Summi Pontificis authorit. lib. 3.* quod opus æternitate dignissimum, impressum fuit Ebroicis apud Antonium le Marie 1622. Verùm aduersus Anonymum, non solùm Theologos Gallos adductos, sed etiam Gallum Iurisconsultum adducere non desinam. Audiat itaque Rebuffum, *in notat. ad Concordat. tit. de election. derogat. super verb. Et cum ex electionibus in principio*, qui totum responsum Lusitanis ab ipso exhibitum, penitus labefactat. A principio, inquit, ius eligendi erat, prout est, apud Deum; qui suo filio Domino nostro Iesu Christo facultatem eligendi in mundo dedit: quam exercuit, vt patet *Luc. 6.* vocauit Iesus Discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis: quos & Apostolos nominauit. Hanc demum potestatem Christus Papæ, tanquam suo Vicario, concessit, quam ex humilitate Petrus Collegio Apostolorum. & Seniorum exercere permisit. *Act. 6. & 15* secundum tempus subsequens fuit, in quo gens efferata cœpit excrescere, & Clericis nolle obedire, & per consequens neminem velle recipere, nisi ab ipsis approbatus fuisset: quod longo tolerarunt tempore Summi Pontifices, vt fides Christiana augeretur, & per populum tueretur. Ideò aliquoties per Clerum, & populum electio celebrata extitit, saltem de consensu populi, electio à Clero fiebat. *Can. Plebs, & Can. sequ. 63. dist.* Vndè statuit

Nicolaus

Nicolaus Papa, Episcopos non esse consecrandos, nisi post electionem, vel consensum Cleri, & populi. *Can. Episcopos 63 dist.* vbi Cleri, Plebisque consensus requiritur; ne Plebs inuita Episcopum non optatum contemnat, aut odiat. *Can. final. ibidem, Can. in nomine 23. dist.* Sed quia Vulgus aliquando per acclamationem ignaros, seu populares, nulla habita ratione probitatis, eligebat; ideò hac vsurpatione fuit priuata, & prohibita, ne deinceps electioni interesset, & sic tertium tempus, successit, in quo Reges, & Principes Ecclesiæ grati fuerunt, & erga illam benè meriti. Idcò Papa Carolo Regi Francorum & Imperatori, facultatem eligendi Summum Pontificem permisit; ac omnes Archiepiscopos, & Episcopos per suas Prouincias ab eodem Inuestituram accipere, definiuit. *Can. Adrianus, & seq. 63. dist.* Et quia plurimas perturbationes in Ecclesia imò ruinam Sanctæ Religionis oriri cognouit Gregorius, ideò in Synodo generali hoc prohibitum fuit in hæc verba: *Decretum, vt nullius Clericorum, Inuestituras Episcopatus, vel Abbatiæ. vel Ecclesiæ, de manu Imperatoris, vel Regis, vel alicuius Laicæ personæ, Viri, vel Fœminæ suscipiat. Quòd si præsumpserit; recognoscat Inuestituram illam Apostolica authoritate irritam esse; & se vsque ad dignam satisfactionem subiacere. Can. Quoniam Inuestituras 16. q. 7.* Et sic. Quartum tempus aduenit in quo Electio omninò Sæcularibus Principibus fuit prohibita; fuique statutum, vt quicumque electionem Ecclesiastici ordinis tentauerit, Anathema sit, donec obediat, & consentiat in quidquid Ecclesia de electione proprij Præsulis se velle monstrauerit. *Can. 11 & seq. 63. dist.* Quintum tempus proximum fuit, in quo Canonicis, & Religiosis simul concessæ sunt electiones Episcoporum, & Archiepiscoporum, *Can. Sacrorum 63. dist.* Quod si, exclusis Religiosis electio fieret; irrita haberetur. *Can. Obeuntibus. ibid. & Panormitanus in cap. 1. de Electionib.* Postea Concilium Basiliense approbauit, vt vnaquæque Ecclesia, aut Collegium, seu Conuentus sibi Prælatum eligeret; vt in *Pragmat. Sanctione* patet, *Rubr. de Electionib.* Veruntamen, quia Canonici, & alij Electores abutebantur, & propter abusum perditur Priuilegium; ideò electionibus fuerunt priuati. Sextum tempus est horum Concordatorum, in quo datur nominatio Regi Franciæ de Archiepiscopatibus, & Episcopatibus, Abbatiis, & Prioratibus, vel electiuis, & reditum est ad Tertium tempus suprà descriptum. Cauendum erit tamen nè per abusum Omega aliquandò reuolet ad Alpha. *Can. Ab Exordio. 35. dist.* Hucusque Rebuffus. Quid ad hæc respondebit Anonymus. Vtinam illud Psalmi: *Omnis iniquitas oppilabit os suum.*

TRACTATVS DECIMVS, HISTORICO-THEOLOGICVS, DE NVMERO ELECTORVM IMPERATORIS,

Non augendo, vel minuendo, inconsulto Summo Pontifice.

RESOLVTIO PRIMA.

An absque assensu Summi Pontificis, Septem Germaniæ Electoribus possit Octauus addi?

Ex quo infertur, an potestas eligendi Imperatorem sit largita Septem Electoribus Germaniæ à Summo Pontifice? Ex part. 10. tract. 4. Res. 1.

§. 1. QVI teneret potestatem eligendi Imperatorem non fuisse largitam septem Electoribus Germaniæ à Summo Pontifice, ad quæstionem propositam affirmatiuè responderet: & ità docent ex hæreticis nostri temporis Theodorus Reixingk *de Regimine Seculari, & Ecclesiastico, lib. 1. class. 4. cap. 7. num. 3.* Andreas Kichen *de Saxonico non prouocandi iure cap. 1. num. 8. & 9.* Thomas Paumester *de iurisdictione, lib. 1. cap. 2. num. 19.* Daniel Ottonus *de iure publico, cap. 10.* & Girlacus Boxdorffius *in cap. 1. Aureæ Bullæ Caroli IV. n. 14.* vbi sic asserit: Cùm verò hîc dicatur, Electores ad electionem iuxta antiquam consuetudinem debere proficisci: hinc non parùm suspectum redditur, quod vulgò fertur septem Vicorum institutionem per aliquam, tempore Ottonis III. & Gregorij V. vel, vt alij Friderici II. & Gregorij X. latam Constitutionem, factam esse: haudque leuis ponderis argumentum pro opinione eorum insurgit, qui existimant, id non tam expressa vel speciali aliqua Constitutione institutum, quàm antiqua, & sensim, tacito vel expresso ordinum consensu, inualere cœpta consuetudine introductum fuisse. Quicquid autem sit, si Principibus Electoribus eligendi Potestas per certam Constitutionem aliquam tributa fuit vnquam; eam non à Gregorio V. Pontifice, sed ab Ottone III. Imperatore factam fuisse necesse est. Ita ille; cui etiam adde nouissimè Carolum Vombagen *de iure publico, lib. 2. cap. 1. n. 9.* sic aientem: Maior inter Doctores dubitatio est, cui primordia, & institutio huius Collegij Electoralis adscribenda veniat? An Imperatori Ottoni III. & Gregorio V. Pontifici tanquam hoc in passu, consiliario, & suasori Imperatoris vt fert communis opinio: An verò, secundùm alios Friderico II. & Gregorio X. Papæ, vel aliis Imperatoribus ab Historicis denominatis? An potius non tam expressa, & specialis alicuius Constitutione illud Collegium, quàm antiqua, & sensim, tacito ordinum consensu, approbata consuetudine introductum; & tandem à Carolo IV. & reliquis Imperij Proceribus Aurea Bulla confirmatum sit? Quòd verius videtur; &

expressis probatur verbis *in cap.1.in prin.*& ipse fatetur Pontifex Innocentius III. *in cap. Venerabilem de elect.* Ita Vomhagen. Et quidem inter hæreticos opinio magis communis est,hanc potestatem septem Electorum non Constitutione Imperatoria,vel Pontificia introductam esse,sed tacito consensu Principum, ac ordinum Imperij interueniente paulatim, tempore immemoriali,& ita docet, præter Gandorphium,& Vombagen *vbi suprà* Benedictus Crapzonius *in legem Regiam Germanorum c.10.sect.5.n.20.& in Synopsi iuris Feudalis post disp.8.q.1.n.12.* Antonius Colerus *in sectionibus Inangularibus sect.1.Thesi* 46. & 47.Limnæus *de iure publico lib.3.c.1. n.7. & seqq.* Georgius Schorbornerius *in Politica,lib.1. c.32.* Dominicus Arumæus *in auream Bullam Caroli IV.Discursu 6.Thesi* 3.Martinus Romelinus *eadm Bulla,disser.5.c.4.Thesi* 19.& Petrus Fitzta *de nobilitate, concl.18. lit.D.* Vide etiam de hac materia Iustum Sinolt *in Collegio publico,de statu Rei Romanæ, disp.2. Thesi* 6. Besoldum, quando erat hæreticus *de Regia successione, lib.2.disser.3.Thesi...& seqq.* Hæmonium *in Disputationibus Politicis, disp.3. nu.*48. Matthiam Stephanum *de Iurisdict.tom.1. lib.2.p.1.c.5.num.2. & seqq.*& Petrum Heigium *in QQ. Saxonicis, p.1.q.3.* & 4.cum aliis penes ipsos.

RESOL. II.

Opinio negatiua proponitur, & probatur, tum ex iure Canonico, tum etiam authoritate Historicorum, & Diplomatum ipsorum Electorum; septem Electores Germaniæ potestatem eligendi Imperatorem à Sancta Romana Sede accepisse. Ex part.10.tr.4.Res.etiã 2.

Sup. hoc & §.1. seqq. in hoc § inf. in tr. 12.ex doctrina Res. vniuæ.§. Verùm. prope finem.

§.1. SEd quicquid supradicti sentiant,& dicant; asserendum est firmiter ex Iure Canonico, & authoritate fere omnium Doctorum Catholicorum, Septem Electores Germaniæ potestatem eligendi Imperatorem à Sancta Romana Sede accepisse.Probatur primò,nam Innocentius III.*in cap. Venerabilem, de elect.* apertè testatur : In Germanis Principibus ius,& potestatem eligendi Regem, in Imperatorem postmodum promouendum,recognoscimus, vt debemus,ad quos de iure, & antiqua consuetudine noscitur pertinere,præsertim cùm ad eos ius & potestas huiusmodi ab Apostolica Sede prouenìat. Et Clemens V.in Concilio generali Viennensi, vt refertur in Clem. Romani,de iureiurand.Ecclesia, inquit,Romana à Græcis Imperium transtulit in Germanos,& ab eadem ad certos eorum Principes, ius & potestas eligendi Regem, in Imperatorem postmodum promouendum peruenit. Hoc idem testantur Pontificij Iuris Interpretes, Innocentius, Hostiensis,Ioannes Andreas,Panormitanus, Cardinalis & cæteri partim *in cap.Venerabilem* partim *in Clem. Romani,* citati ; S.Thomas *in Opusc. de Regimine Principum, lib.3. cap.*19. Augustinus Triumphus *in Summa de Potestate Ecclesiæ,quæst.*35. *art.*2. Aluarus Pelagius, *lib.1.de Planctu Ecclesiæ art.*13.& 21. 37., & 41.D.Antoninus,*part.*2. *Historiæ titul.* 17. *capite* 4. Idipsum quoque,& Historici tradiderunt, Blondus, *Decadis* 2.*lib.*3.Platina *in vita Gregorij V.* Io. Villanus *lib.*4 *Historiæ, cap.*2. Æneas Syluius *in Epitome Blondi*,& Martinus Polonus *in vita Gregorij V.*Naucleras *quoque in Chronol. p.* 2.*Generat.* 35. ac cæteri Iuniores. Et certè id ratio videtur ostendere; neque enim verisimile est, Germaniæ Principes id iuris concessisse,cùm ad eos pertineret solùm ius eligendi Germaniæ Regem, non Regem Romanorum. Vndè post Carolum Crassum, & Arnulphum ex familia Caroli Magni Imperatores Romanorum, Germaniæ Proceres Ludouicum Arnulphi filium,& Conradum è Franconia virum,& Henricum cognomento Aucipem, Saxoniæ,& Thuringiæ Ducem,filium Othonis Ducis, & patrem Othonis Magni Imperatoris, Reges Germanorum, non Romanorum elegerunt, teste Sigonio, *lib. 6. de Regno Italiæ an.* 911.& 919. Item nullus Germaniæ Rex fuit salutatus, & habitus Rex Romanorum; nisi quem Romani, siue Itali recepissent : & nullus est Imperator salutatus; nisi quem Romanus Pontifex approbasset,vnxisset, consecrasset, & coronasset. Item Imperator eligitur, & creatur ob commune bonum populi Christiani contra Hæreticos, Schismaticos, & Paganos, vt Ecclesiæ Patronus,Tutor, Defensor, & Protector, at Romani Pontificis est talem ministrum seu Patronum deligere; cùm sit Christi Domini Vicarius : ergo Germaniæ Principes non potuerunt sua authoritate decernere, vt penes septem viros esset ius & potestas Imperatorem eligendi.

Sup. hoc § Resol. non præterita, in quibus ante medii verl. Quinam, & hoc inferi in Resol. seq. prope finem & sic quia vni. postea vn.

2. Probatur secundò nostra opinio ex his, quæ seruat Nicolaus Bellus *de Pontific.discurs.*1.vbi hæc ait : Sequitur ex hoc vt Pontifex in rebus Imperij, multò magis se immiscere queat, vt pote quæ iuris Pontificij sunt,sedique Apostolicæ immediatè subiectæ. Id autem probatur, quia Gregorius V. numerum Electorum instituit, quibus eligendorum Cæsarum facultatem concessit : Et quamquam authentica exempla Bullæ Aureæ, quam hac de causa edidit, proferri nequeunt : nihilominus, cùm magnum susceperim laborem, vt huiusce rei dilucidam veritatem comperirem; pleræque patentes litteræ cum earum exemplaribus ad manus meas deuenere, quibus antiqui multi Electores expressè fatebantur, suam se authoritatem Summis Pontificibus acceptam referre, quemadmodum in Arce Sancti Angeli in Thesauro, & in tribus libris, quibus titulus : *Priuilegia Imperatorum* : videre est : nec non in Bibliotheca Vaticana; vbi, exempla sunt desumpta ex iis; quæ in Arce Sancti Angeli custodiuntur. Ex quibus clarè patet, Electorum authoritatem, eorumque institutionem à Sancta Romana Ecclesia dependere. Quæ, vt magis comprobentur, in medium affero, pro diuersis temporum occasionibus Electores à diuersis Pontificibus eligendi priuilegio spoliatos esse, quemadmodum olim Ioannes X X I I. id effecit, Sed & Leo X. Ducem Saxoniæ priuauit, Clemens autem VI I. electionem Caroli V. validam fuisse etiam absque eiusdē Ducis suffragio, sustētauit, atque asseruit, quemadmodum in libro quodam, qui corio rubeo integitur, cernere est; cui libro titulus, *Capitulationes Principum :* & conseruatur in Pontificio Promptuario.In regestris autem Leonis X.& Clementis V I I. in Archiuio Cameræ Apostolicæ hæc authoritas lucidius apparet, nam statim atque Rex Romanorum, vel Imperator electus est; Electores à Pontifice confirmationem petunt:sæpiusque cùm Papa consensum non præstitisset,ad nouam electionem deuentum est, quemadmodum in dictis libris,si diligenter attendantur,obseruare est.Ita Bellus *vbi suprà*; cuius verba etiam inuenies per extensum apud Adamum Contzen, *Politicorum,lib.7.c.6.*

3. Et tandem probatur tertio nostra sententia Testimonio ipsorummet Imperij Electorum Principum, dum ad Nicolaum I I I.publicas misère tabulas,quarum hoc initium est. Nos Principes Imperij Vniuersis præsentem paginam inspecturis. Complectens ab olim sibi Romana mater Ecclesia, quadam quasi germana charitate, Germaniam; illam eo terreno dignitatis nomine decorauit, quod est super omne nomen; temporaliter tantùm præsidentium super terram;

terram; plantans in ea Principes tanquam arbores præelectas, & rigans illas gratia singulari, illud eis dedit incrementum mirandæ potentiæ, *vt ipsius Ecclesiæ authoritate suffulti, velut germen electum per ipsorum electionem, illum, qui fræna Romani teneret Imperij, germinarent.* Hic est illud luminare minus in firmamento militantis Ecclesiæ: per luminare maius Christi Vicarium illustratum. Hic est, qui materialem gladium ad ipsius nutum excutit, & conuertit; vt eius præsidio Pastorũ Pastor adiutus, oues sibi creditas spirituali gladio, protegendo communiat, temporali refrænet, & corrigat, ad vindictam malefactorum, laudem verò credentium, & bonorum. Ita ipsimet Electores; vt obseruat Nicolaus Serarius inclytæ Societatis Iesu eruditissimus Auctor *in Historia Moguntina, lib.1. cap.26.* in quo latè firmat Potestatem Septem Electorum Germaniæ eligendi Imperatorem dimanasse ex authoritate Summi Pontificis.

RESOL. III.

Confirmatur eadem opinio negatiua auctoritate Theologorum, & Iurisconsultorum, & ipsorum Hæreticorum. Ex part.10.tract.4.Ref.etiam 3.

§.1. VErùm quia, vt optimè obseruat idem Serarius, hæc difficultas pertinet ad quæstionem facti, ideò magis pendet è testium asseueratione, quã è rationum, & argumentorum subtilitate, licèt itaque pro nostra sententia quam plures adduxerim Authores; hic tamen etiam alios addam à me diligentissimè conquisitos; & hi sunt Azorius *tom.2.lib.10.c.3.q.5.* Borellus *de præstantia Regis Catholici, cap.38. num.6. & in addit. ad Speculum Principum, Rubr.14.§. Veniamus, ver. Archiepiscopus Moguntinus.* Martha *de Iurisd. par.4.cent.2.cas.197.num.4.* Masquardus de Susannis, *tract.de Cœlibat.Sacerdotum, p.11.cap.2. num.20.* Franciscus Vargas *in responso ad Pium IV. Fundam.10.circa finem.* Fuluius Pacianus, *de probat. lib.11. cap.15. num.39.* Gastaldus, *tract.de Imperatore, quæst.8.num.14. cum seq.* Ioannes Capistranus *de Papæ Authoritate in p.2.2.partis principalis, num.118.* Alphonsus Aluarez *in Thesauro Christianæ Religionis, cap.16.num.15. & cap.56.num.1.* Lancellotus *in templo omnium Iudicum, lib.1.cap.1.quæst.2.num.9.* Tholosanus, *de Republica, lib.6.cap.13. & 15.* Bellus *in Corollariis, post tract. de Donatione Constantini, Corollar.6. & 9.* Polydorus Virgilius *lib.4.c.7. alias 10.* Volaterranus *in Anthropologia, lib.22.* Alciatus *in comment. leg. bona Ciuitas, ff. de verb.significat.* Albertus Crantzius *lib.4 Saxoniæ cap.25. & lib.8. num.21.* Ferdinandus Waizeneggerus *tract.de Iure Publico, differt.de Imperatore, & Imperio, c.4.num.21.* Bulengerus *de Imperatore Romano, lib.3.* Thuanus *in princip. lib.2. Histor.* Gail. *lib.1, obseruat. c.2.n.2.* Michaël Coccinus *de translat. Imperij à Græcis ad Germanos* Ioannes Balæus *de Vitis, & Gestis Pontificum;* Michaël Schiferner *in dissertat. de origine & potest. Electorum Thesi 4.* Bordonus *in Sacro Tribunali, c.5.q.8.n.34.* Et tandem omnia superiùs dicta latè, & solidè firmans tres non solùm dignitate, sed etiam scientia Eminentissimi Cardinales Iacobacius *de Conciliis lib.10.art.8.n.12.* Bellarminus *de Translatione Imperij, lib.3.c.3. & 4.* & Baronius *annal.tom.10. anno 996.n.41. cum seqq.* omninò videndi.

2. Sed quia contrà nostram sententiam plures hæreticos suprà adduximus, in eius fauorem etiam plures hæreticos adducere non iniucundum existimaui, & hi sunt Ioannes Cation, *lib. 3. Chron.* Ioan. Cuspinianus *in Othone III.* Magdeburgici Centuriatores *contra suum Concenturiatorem Illyricum, Cent.10.c.10.* quibus adde Sebast. Munsterum *lib.3. Cosmographiæ,* qui cùm retulisset, quantas & quàm indignas à Romanis iniurias pertulisset; è contrario autem quantam beneuolentiam, quamque præsens auxilium ab Othone Germano accepisset Pontifex, pergit in verba hæc: Porrò Gregorius vt Cæsari, Germanisque gratificaretur, & acerrimam de accepta à Romanis iniuria vindictam reciperet: nouam fecit vna cum Cæsare de eligendo à Germanis Proceribus Rege sãctionem, formulamque, ac legem creandi Imperatoris, vt hæc electio perpetuò Germanis maneret; & vt è suo corpore Cæsarem designarent. Quæ ad hoc vsque nostrum æuum permanet. Debet autem virtute electionis mox ab electione vocari Cæsar, & Rex Romanorum: & accepta Corona à Romano Pontifice, tum habet titulum Imperatoris Augusti, Et priusquam hæc ordinatio publicaretur, Otho, vocatis Principibus, & Proceribus Germanicæ nationis, indicauit illis, quanta confusione electus fuisset Orbis Monarcha, & quàm multi essent, qui conarentur propinquos suos ad summum illud promouere fastigium. Quæ res ad summum Christianæ Reipublicæ discrimen, posset aliquando fomentum ministrare. Et post nonnulla, refert idem Auctor ordinationem incidisse in annum humanæ Redemptionis 1001. quæ Gallis plurimùm displicuit, eàmque graui animo pertulerunt. Verùm, quia Regium Stemma Caroli Magni defecerat in Ludouico Lotharij filio, regia dignitate in Hugonem Capetum translata, contendere cum Germanis operæ pretium non fuit. Hæc ille. Et tandem Petrus Bertius in Descriptione Germaniæ. Othonem, ait, vltimus, quum intelligeret Romanos Crescentio Consule rursum ad fectare Imperij titulum; coacto exercitu Romam capit, impetrauítque à Gregorio Pontifice, vt ius eligendi Romanum Imperium perpetuò apud Germanos permaneret. Impetrauit autem hac lege, vt electus primùm vocaretur Cæsar, & Rex Romanorum, posteà verò accepta à Pontifice corona, haberet titulum Imperatoris Augusti. Electores constituti sunt Septem: è quibus Archiepiscopi Tres, quos Imperij Archicancellarios vocare placuit, Moguntinus Germaniæ: Colonienſis Italiæ: Treuirensis Galliæ: Quatuor Principes, quos vocant Sæculares Dux Saxoniæ, Ensifer: Marchio Brandeburgensis Camerarius: Comes Palatinus Rheni, Dapifer: Rex Bohemiæ, Pincerna: Ab his, post excessum Othonis, primus lectus est in Imperatorem Henricus cognomento Sanctus.

Sup. hoc infra in tr. 12. ex Ref. vnic. §. Verùm. vers. Quonam.

3. Itaque nostra sententia firmata remanet non solum authoritate Historicorum, Theologorum, Canonistarum, & Iurisconsultorum, sed etiam ipsorum Hæreticorum, sed confirmatur validissima argumentatione, nam nisi ab vno, qui in omnes, & præ omnibus authoritatem haberet, iuris hoc eligendi Imperatorem emanasset, ægriùs ferrent aliæ Christianorum Nationes, se neque rogatis, neque volentibus, à paucis Germanorum Principibus eum eligi, qui eò ipso, Imperator est, & nominis ipsius Maiestate, & honoris excellentia primum semper locum teneat, siue per seipsum ille, siue per Legatos suos adsit: Regesque omnes vbique, quantumuis Christianissimos, & potentissimos, antecellat.

4. Concludendum est igitur, potestatem eligendi Imperatorem, Septem Germaniæ Electoribus à Summo Pontifice Gregorio V. largitam fuisse, Imperatore, Imperioque toto cupiente, approbante, & recipiente. Ex quo sequitur necessariò, numerum Electorum, nec minui, nec augeri posse, inscio, & inconsulto Summo Pontifice: nã vt optimè obseruat Cardinalis Baronius, *vbi suprà §. A quonã autem, &c.*

cuius fuit de septem Electoribus legem condere, non alterius quàm ipsius esse potest aliquo modo mutatio, vel moderatio. Ergo cùm Summus Pontifex, vt probatum est, septem Electores instituit; ipso inscio, ab aliis nec minui nec augeri posse, dicendum erit.

RESOL. IV.

Respondetur ad argumenta, quæ pro affirmativa sententia adduci possunt. Ex part. 10. tract. 4. Res. etiam 4.

§.1. REstat modò respondere ad aliqua argumenta, quæ in contrarium Aduersarij opponunt Et ad *cap. Venerabilem de Elect.* adductum contrà nos à Boxdorfio, & aliis *vbi suprà*, in quo habetur, Potestatem septem virorum eligendi Imperatorem, ortum habuisse à consuetudine: respondeo, & contrà ipsos adduco ex eorum Castris, Commilitonem, nempe Iustum Sinolt. *in Collegio publico de Statu rei Romanæ, disp. 2. Thesi. 6 lit. B*, vbi asserit, Textum *dicti cap. Venerabilem*, non esse accipiendum de consuetudine legem antecedente; cùm possit etiam de ea, quæ legem est subsecuta, eamque approbauit, intelligi: *ea leg. 31. ff. de legibus.* Quod apertè patet in dicto Textu: nam ibi Pontifex non dixit tantùm de consuetudine; sed de Iure, & consuetudine. Quod confirmatur ex Clementina, Romani Pontificis, Ergo &c.

2. Secundo obseruant aduersarij, olim fuisse Electores Imperij, Archiepiscopum Salburgensem, Ducem Austriæ, Ducem Bauariæ, Ducem Saxoniæ, Ducem Brabantiæ, qui & Louaniæ: sed quid inde; deberent nàque probare hos fuisse mutatos ab aliis, quàm à Pontifice. Verùm nos fatemur supradictos fuisse olim Electores, sed postèà authoritate Innocentij IV. vel Alexandri IV. fuisse mutatos; & eorum loco subrogatos Archiepiscopum Treuirensem, Comitem Palatinum Rheni, Marchionem Brandeburgensem, & Regem Bohemiæ; quæ omnia notat Baronius *tom. 10. ann. 996.*

3. Tertiò, multa ex Historicis opponunt Aduersarij: & Primò Nauclerum *vol. 2. Generat. 35.* dicentem: Hoc in tempore Electores Imperij instituti leguntur; de quo aliqui scribunt, quod Otho III. cùm hæredes ex se descendentes non haberet, constituit ex concilio Principum Germaniæ, vt Imperatore mortuo, in oppido Francofort, perpetuò fieret electio, & Electores constituit septem. Secundò obiiciunt Krantzium *lib. 3. metropolis, cap. 40.* vbi sic ait: Ita periit sine prole Otho II I. præualuitque electio; quam idem Imperator cum Gregorio V. propinquo suo fecit; quæque durat in hodiernum diem, vt non legitima successione quæratur Imperator, quomodo à memoria Magni Caroli videbatur, sed electio septem primorum Principum assumatur. Tertiò obiiciunt scriptores alios Germanos, asserentes id esse factum ex communi omnium Germanorum Optimatum consensu, & id tradit etiam Nicolaus Cusanus, *lib. 3. cap. 4. de concordantia Catholica*, vbi dicit, Electores constitutos esse communi consensu totius Imperij. Concurrebat inquit, ad hoc consensus ipsius Gregorij V. tanquam vnius Pontificis Romani, qui iuxta gradum suum in consentiendo, in communem Imperatorem interesse habet rectè, sicut in Conciliis vniuersalibus concurrit in primo gradu authoritas ipsius per consensum cum aliis omnibus ipsum Concilium celebrantibus. Vigor nihilominus definitionis non ab ipso primo omnium Pontifice, sed ex communi omnium, & ipsius, & aliorum consensu dependet. Et infrà: Ita quod puto in veritate, consensum Romani Pontificis à Principio interuenisse, dum isti Electores constituerentur. Vnde ipsi communi fungentes legatione omnium, qui Imperio subsunt, etiam totius Sacerdotij, & Romani Pontificis, eligunt.

4. Quartò, quia B. Antoninus, Martinus Polonus, Leopoldus bambergensis, de Constitutione Electorum loquuntur, sed eam Summo Pontifici non tribuunt, sed ad hæc omnia obiecta respondeo, ea nihil concludere, quia Authores nominati non negant factum esse decretum de Septem Electoribus Imperatoris authoritate Pontificia; sed significant, id Pontificem Romanum fecisse consensu Othonis III. atque aliorum Principum Germanorum: nam verisimile est, id petiisse Othonem III. Imperatorem, & Germanorum Primates, & sanctionem à Pontifice constitutam laudasse, & comprobasse; vt obseruat Seratius *in Historia Mogunting lib. 1. cap 26* & alij.

5. Quintò, non obstat, quòd supradictis videantur aduersari monumenta Ecclesiæ Aquilegiensis, in quibus memoriæ proditum scribitur, sanctionem de septemuiris Electoribus ab Henrico II. Imperatore, & Siluestro II. Papa factam esse; quam traditionem sectantur Marsilius de Menandrino; Paduan. *de Translat. Imper. cap. 11.* Nicolaus Cusanus *lib. 3. de concord. Cathol. cap. 3. & seq.* Matthæus Pulmerius *in Chron. anno 1004.* Donatus Bossius *Chronol. anno 1004.* nam contradictionem hanc Ecclesiæ Aquilegiensis, Nauclerus *in Chronol. vol. 20. gener. 34.* in hunc modum conciliare molitur: Quòd autem à quibusdam scribitur, sanctionem hanc institutam fuisse anno salutis nostræ millesimo, & secundo; hoc ita intelligendum puto, quod eo anno virtute istius sanctionis, prima facta fuerit per Principes designatos electio in persona Henrici Bauari, tunc enim cœpta est moribus vtentium approbari; & sic sub Siluestro II. qui successit Gregorio. Et hoc saluari potest, quod ex monumentis Aquilegiensis Ecclesiæ traditum inuenitur, Sanctionem de Imperatore à Germanis deligendo, Siluestri temporibus factam fuisse. Vnde etsi Gregorius Sanctionem instituerit; ille tamen Siluester electionem primam iuxta Sanctionem factam approbauit. Hactenus Nauclerus. Eamque conciliationem probat Bellarminus, *lib. 3. de Translat. Imper. cap. 3.* & Geuuoldus *de S. Imper. Septem vir. cap. 6. num. 75.*

6. Et tandem non obstat, quod Collegij Electoralis institutionem Othoni IV. Brunsuigio Imperatori adscribunt, Reinhardus Honig. *in politica part. 1. c. 30. n. 30.* & alij, ex decreto in Comitiis Francofordianis ea de re facto, apud Goldastum *tom. 3. constit. Imperial. anno 1209.* vel vt opinatur Christophorus Besol. *in disp. de Regia Successione dissert. 3. Thesi. 6. Carolo IV.* qui Besoldus ex Beuthero *Animad. Histor. c. 13.* docet, etiam ab eodem Carolo numerum Electorum auctum, & Regem Bohemiæ additum. Non inquam hæc obstant, quia cùm hi Scriptores inter se discordent; non sunt attendendi: & illos refellunt Crapzouius *in leg. Regiam Germanorum c. 10. sect. 5. n. 17.* & alij. Adde, etiam si demus aliquos dissentire à nostra sententia, quid ad rem? negari non potest nostram sententiam esse communem vt post hæc scriptas; visus latè probat Bzouius *de Romano Pontifice c. 4.* Nec vnquà sæculum aliquod ita sterile fuit, quod homines dissentiendi studio flagrantes non protulerit, nec in vnaquaque re credenda omniù consensum requirimus: nec propterea is mentitur, qui mel dulce esse dicit, licet ægrotis aliter videatur. Manet igitur firma nostra conclusio, Electores, tempore Othonis III. anno 996. fuisse à Greg. V. constitutos, ipso Othone, vt sæpius diximus, cupiente, approbante, & recipiente.

TRACTATVS

TRACTATVS VNDECIMVS, DE IVRE PROTECTIONIS, SEV CLIENTELÆ,

RESOLVTIO PRIMA.

An Subditus irrequisito Domino, possit se subiicere alterius protectioni ? & sententia affirmatiua proponitur. Ex part.10.tr.7.Res.etiam 1.

§.1. AD propositum dubium affirmatiuè respondet Hieronymus Schurffus, *cent.3.cons.23.*Ioannes Otho *de iure publico,cap.11.ver. fœdus clientelare*, Gail.*lib.2.obseruat.54.num.3.& seqq.* Modestus Pistorij, *volum.1.consil.19. num.15.* Tuschus, *Practicar. Conclus.littera C,conclus.628. num.5.& littera R, conclus.56.*Reinkinch *de Regimine Sæculari,lib.1 class.5. cap.4.num.47.cap.6.§.4. num.23.* Erasmus à Cochier, *de Aduocatia feudali,q.93.* Ioannes Iacobus Draco, *de origine & iure Patriciorum,lib.1.cap.6.num.5.* Castrensis *vol.1.consil.313.num.3.* Barthol.Socinus,*consil.74.num.1.*Rolandus à Valle *vol.2. consil.1. num.47.* Natta *consil.636.n.1.& 96.* Decianus, *cons.58.nu.122. vol.1.*Hondedeus, *consil.15. num.57. vol.1.* Bertazolus *cons.crim.511.num.36.vol.2.*Raudensis *cons.27. nu.39. & 46.volum.1.*Sixtinus *consil.Marpurgens.8.num.104. vol.1.*Pruchmannus,*consil.17.num.86.vol.1.* Menoch. *cons.32.num.4.*Wesembecius *cons.48. num.23. part.1.* & alij penes ipsos.

Ius omnibus communia in hac Regia respondens allegata in Rub. infra, in hac opinionem pactum.

2. Probari potest hæc opinio, Primò ex iure Canonico,ex *cap.Recepimus extrà de Priuileg.* vbi Summus Pontifex rescribit,quod licet receptus quis fuerit in protectionem alicuius ; eum non propterea esse exemptum à iurisdictione sui Episcopi,nec consequenter iuri protegendi annexam esse subiectionem. Inde libertatem illam Protectores asciscendi asserentes,inferunt,Subditos absque præiudicio Dominorum suorum se posse alterius Tutelæ subiicere, eò quòd per eiusmodi subiectionem iuri Magistratus ordinarij,vt verba finalia eiusdem cap. habent,nihil censeatur esse detractum. Quòd ipsum nuncupatim stabiliuit Matth.VVesemb.*cons.48.n.30*,asserens,non sequi,quòd per Protectorem alterius iurisdictio imminuatur;cùm defensio sit facultatis naturalis planè à iurisdictione separatæ ; nec imminuat iurisdictionem alterius : eóque Episcopis subiecti possint,eiusmodi protectionem sibi parare,per *alleg.*Schurff.*con. 23.in pr.*& hoc latiùs paulò infrà probabitur.

3. Probatur secundò ex iure ciuili,*per leg. Desertorem,§.fin.ff.de re militari.*quam ad hoc allegat.Gail. *lib.2.obseru.54.num.4.* asserens , iuribus illis expressè probari,inferiores posse se,defensionis causa , superioribus,& potentioribus submittere ; neque per illam submissionem iurisdictioni ordinariæ quicquam derogari:per alleg *ibid.* Præterea in comprobationem suæ assertionis adducit *leg.1.C.de Excusat.mun.lib.10. & tit.singular.C.de Domest.& Protect.* quarum legum Textus ad hoc adducens Bart.*ad d.leg.1.num.2.*dicit, positos sub protectione alicuius non esse sibi subiecto ;nec recipientem in tutelam, iurisdictionem in susceptos habere: sed teneri eos defendere cum armis:addens ibidem , se in facti contingentia , cùm dubium circa capitula factæ pacis cum Archiepiscopo Mediolanensi exortum esset,in verbis.Quod omnia Castra occupata per Vbaldinos remaneant sub protectione,& regimine ipsorum : respondisse , per ista verba nullam ipsis competere iurisdictionem.

4. Probatur tertiò , quia ius protectionis nullam iurisdictionem tribuit ; sed qui in protectionem sunt,nihilominus sub Superioris sui ordinaria iurisdictione remanent,eique vt antea parere debent.Ità Bart.*in leg.1.num.2.Cod.de excus. mun.lib.*10. Dec. *in cap. Ad audientiam,num.3.de Appell.* Petr. Anton, de Petr.*de Potest.Princip.cap.22. num.9. fol.*293. Menochius *de Arbitr.iudic.cas.*100.*num.*9. Ioann. Baptista Asinius,*tract.de Execut. §.11.cap.5.num.1. & seqq.* Franciscus Zoannet.*in repet.leg.vt vim,part.1.num.9. ff.de Iud.& Iur.*Gail.*2.obser.54.n.4.* Cardin.Mantica *de tacitis & ambig.conu.lib.27.tit.7.num.15.* Alphonf. Modit.*§.Principum placita,dubit.239. num.4.* Pruchmannus,*cons.17.num.86. vol.1.* Itaque sub nuda protectione,& commendatione esse , non est sub iurisdictione esse,sed sub defensione facti ab iniuriis , & violentiis;vt obseruat Kolkius, *de Contribut. cap.1. num.279.*Martinus Rumelinus *ad auream Bullam Caroli IV.p.2.dissert.5.§.9.*& alij penes ipsos. Vndè ex his omnibus præter Doctores citatos, hanc sententiam affirmatiuam docet nouissimè doctus, & amicissimus Nicolaus Fernandez de Castro *in Portugal Conuencida cap.2.sect.9.*vbi sic ait: [No ay vna palabra en estas bulas, en que se diga, que Portugal es Feudo de la Yglesia. Dizese bien,que es Censual, y que està de baxo de la proteccion de la Silla Apostolica.Però esto nada tiene comun con el Feudo , ó Vassallaje, compadeziēdose muy bien, que vn Reyno,Estado,Communidad,ò particular sean Vassallos de vn Principe, y en este sentido Clientes de otro Principe, Yglesia, ò Communidad, sin que por esso se preiudique al Senor Sobrano y directo,ni se incurra en fellonia,en que es excusado hazer discursos largos,auiendo poco ha publicado los doctissimos en esta sentencia Geronymo Magero, explicando egregiamente la naturaleza de estas clientelas hasta,su edad y escritos poco sauida.]Ita ille.Et ideò hanc sententiam puto probabilem esse,& secundum illam Don Alponsus Henriquez , vassallus tunc Regis Castellæ Alphonsi VII. potuit sine eius præindicio se cum Portugallia subiicere protectioni Sanctæ Sedis Apostolicæ, vt fecit.

RESOL. II.

Opinio negatiua Authoris, & aliorum affertur, asserentium esse licitum subditos, inconsulto Domino, protectorem aliquem adsciscere. Sed deducitur, quod subditis in præiudicium Superiorum nullatenus liceat contrahere, aut moliri quidpiam, ex quo iis præiudicium aliquod oriatur. Item nec Ciuitates, aut populus quidem vniuersus facere aliquid, aut statuere potest in his, quæ tangunt ius Superioris in graue ipsius præiudicium.

Nec inferior potest falcem imponere in ius, vel interesse Superioris. Ex part. 10. tr. 7. Res. etiam 2.

§. 1. HIs tamen non obstantibus, licet, vt dixi supradicta sententia sit satis probabilis: magis mihi placet opinio negatiua, quam tuetur Sigismundus Finkelthanus, *tract. de iure patronatus, c. 1. n. 28. & seq.* Buxtorff. *ad auream Bullam Caroli IV. Thes. 99. littera F*, Cluien *in Sylloge rerum quotidianarum, Thes. 27. littera F*, Henricus Bocerus, *tract. de iurisdict. cap. 9. num. 97.* Rulandus *de Commission. part. 4. lib. 2. cap. 3. num. 14.* Rolandus à Valle *consil. 29. num. 6. volumin. 1.* Crauetta, *consil. 933. num. 33.* Boërius *decis. 304. num. 6.* Arumæus *ad auream Bullam Caroli IV. discurs. 6. cap. 15. Thes. 2.* Clocchius, *de Contribut. cap. 1. num. 183.* Matthias Stephanus *de Iurisd. lib. 2. part. 2. cap. 2. num. 128. cum seqq.* Martinus Magerus *de aduocatia Armata, cap. 6. num. 296.* Martinus Rumelinus *ad auream Bullam Caroli IV. part. 2. dissert. 5. numer. 9.* Theodorus Reinkingh *de Regimine Saeculari, & Ecclesiastico, lib. 1. Class. 5. cap. 4. num. 59. & seqq.* Zasius *cons. 7. num. 5. lib. 2.* Alex. *cons. 94. num. 4. vol. 5.* Thomas Michaël *de iurisd. Thes. 138.* Bocerus *de Iurisd. cap. 8. num. 97.* Thomas Maulius, *tract. de Homagio tit. 11. num. 5.* vbi sic ait: [Subditi non possunt sine consensu domini se subiicere alterius protectioni; nemo enim in alterum transferre potest, quod ipse non habet. *leg. nemo plus, ff. de reg. Iur.* Et non licet subditis contractum vllum facere in præiudicium domini sui. Baldus *in leg. Debitorum. Cod. de pact. per leg. Si vnius. §. Ante omnia ff. eod.* Socinus Iunior, *consil. 1. num. 66. volumin. 4.* Natta *consil. 160. num. 28. & consil. 309. num. 3.* Rolandus *consil. 29. num. 16. volumin. 1.* Quam autem periculosa sit aliorum protectio; & quantopere Protectores turbent ordinarium Clientum suorum Magistratum, quali ex causa sæpe infectentur subditos contra eum; ibi vbi iustissima animaduertendi, vel mulctandi causa est, sub protectionis specie clientes defendentes, vel alia sibi vendicantes: & protectionis ius itidem respectiuè & subiectionis, & iurisdictionis viam aperuisse, experientia & Historiæ docent. Præter id, in eo ordinarij iurisdictioni aliquid detrahitur, quòd defensionis dignitas, quæ sui natura iurisdictionem comitatur, cum propter defensionem subditorum, & Iustitia inuenta, & constituta sit, ab Ordinario ad alium transfertur. Vnde à Principe, vel Comite vel alio Magistratu ordinario, suos alterius protectioni, inscijs illis, & sine legitima causa sese subiicientes, iniuriarum conuenire posse, per *leg. 1. §. 2. de Iniur.* existimar Frideric. *de Mandat. lib. 2. capit. 14. num. 4.* Nec obstat, cap. *Recepimus*, & cap. *ex parte, extr. de Priuileg.* nam vtrumque capitulum loquitur de speciali protectione eius, qui alias est vniuersalis Protector, & Superior. Et ità, cùm Imperator sit vniuersalis Protector, & Superior, *leg. Deprecatio, ff. ad leg. Rhod. leg. benè à Zenone, Codic. de quadrien. præsc.* nihil noui fit, si ipse Imperator aliquem in specialem protectionem recipiat: Vndè Panormitanus *in d. cap. Recepimus, num. 4. de priuileg.* & Ancharan. *consil. 87. num. 2.* Natta *consil. 237. num. 2.* aiunt, parùm operati tales receptiones in protectionem; imò, quandò Imperator priuatas personas in protectionem specialem recipit, indè nemini præiudicat: Ita Panormitanus *in cap. Extenore, col. 1.* aliàs ex parte *de priuil.* quod non est in reliquis Principibus, qui nihil superioritatis habent in alienos subditos; igitur illis se immiscere non debent. Pertinet enim ad proprios, & ordinarios dominos subditos suos tueri atque defendere; vt suprà est dictum. Et nemo debet se in officium alterius intromittere vt notat Bartolus *in leg. prouinciis, numer. 1. Cod. de nu. actuar. lib. 12.*] Hucusque Maulius.

2. Itaque rectè iura sanciunt, quod subditis in præiudicium Superiorum suorum nullatenus liceat contrahere, aut moliri quippiam, ex quo iis præiudicium aliquod oriatur. *arg. §. fin. ibi Dominorum lust. de his qui sui; leg. Si vnus. 27. §. Pacta vers. ante omnia. ff. de pact, leg. debitorum 25. cum ibi notat. ab Alexandr. in primo notab. num. 2.* Baldus, & Wesembecius *n. 4. Cod. de pact.* Bodinus, *de Republic. lib. 1. capit. 8.* vbi scribit, nihil est, quod magis Principum animos commoueat, quàm pacisci per vim cum subditis, vt refert Auctor *in actis pacificat. Colonien. pagin. 283.* Decius *in leg. 59. ff. de re iudic. idemque consil. 117.* & idem nuncupatim asseruit Socinus Iun. *cons. 1. num. 66. volum.* Natta *cons. 160. num. 28. & cons. 309. num. 3.* Baldus *in leg. Debitorum. Cod. de pact.* Rolandus à Valle, *consil. 29. volum. 1. num. 6.* vbi tradit Ciuitates recognoscentes Superiorem, non posse aliquid statuere aut facere in præiudicium præeminentiæ Superioris. Nam factum cuique suum nocere debet; nec vnius conditio per alium deterior fieri potest. *leg. Factum. ff. de regul. Iur. leg. Si cui §. iisdem. ff. de accusat. cap. cum super, de re iudic. cap. cum dilect. de fid. Instrument.* Et cùm hoc in quibuslibet aliis personis locum habeat, multò minus licet iis, qui alicuius iurisdictioni subiecti sunt, ei per suum factum, & alium defensorem susceipiendo, obesse, & præiudicium parere. *arg. leg. nec ex verb. Cod. de acquir. possess. & arg. cap. licet vniuersis, & ibi* Gloss. *de testib.* Regner. Sixtin. *cons. Marpurg. vol. 3. cons. 8. num. 51. & 52.* Sed negari non potest eiusmodi protectionis pactionem præiudicare vero domino; cuius obedientia paulatim minuitur, & defensoris augetur, vt in terminis tradit, Thomas Michaël *de iurisdict. conclus. 13. & littera E*, allegans in simili Zasium *cons. 7. num. 5. lib. 2.* M. Stephan. *de Iurisd. lib. 2. part. 2. cap. 2. num. 132.* D. Hopingk *dissert. de Iure potest. conclus. 32. littera E*, Paurmeist. *de iurisd. lib. 2. cap. 9. num. 19.* Quamuis enim protectionis ius tenue existimetur & nihil cum superioritate respectu patroni, vel cum subiectione respectu clientum, commune habeat: negari tamen non potest, tale id esse, ex quo constituti patroni, alia sibi paulatim in personis protegendis iura quærendi, & vsurpandi, ea scilicet existente occasionis commoditate, & vnum ex alio in dies pullulet, ansam facilè arripere possint: vnde non leue ordinario Magistratui præiudicium generari queat; vt rectè perpenderunt Thomas Michaël *d. concl. 138. lit. E.*

3. Et tandem certum est, inferiorem non posse falcem imponere in ius, vel interesse Superioris *leg. si constit. 4. Cod. fin. regund.* vel eidem in aliquo derogare *leg. 3. in princ. ff. de alienation. Iudicy mutand. leg. nam Magistratum ff. de arbitris leg. ille à quo 4. §. tempestiuum. ff. ad Trebell. leg. non autem Magistratus. ff. de Minorib. leg. fornam. 2. Cod. de Officio Præfect. Prator Orient.* Beccius *consil. 56. num. 18. ad fin. & seq.* Et ne populus quidem vniuersus facere aliquid, aut statuere

statuere potest in his,quæ tangunt ius Superioris in graue ipsius præiudicium Baldus *leg.3. §.Illud quoque num.2.ff.quod quisque iuris.*Andr.Knineh. *de Sax. non pronoc.Iure verb. Ius,cap.2.num.63.* Verùm si , inscio domino , subditi cum alio potentiori ineant protectionis vnionem, id absque præiudicio ipsius domini fieri nequaquam potest ; vt accumulatis argumentis non inelegantèr deducit Petr. Frider. Mindan. *d.cap. 14.quæst.1.per discursum.*Thomas Michaël, *d.disput.de iurisdict. conclus. 138. lit. E.* Quia Subditi eiusmodi clientes,cùm se niti sciunt potentioris aduocati virib. auxiliaribus;cum iactura publicæ quietis,quæ tamen vel maximè promouenda est *leg. 13. princ. de offic. præsid.* aduersus dominum sæpiusculè cristas etigunt; Arum. *ad auream Bullam dist.6. cap. 15. §.2.* Quare eiusmodi, inuito Magistratu proprio, facta à subditis cum potentioribus patronis aduocatiæ conuentio dum illi ad ordinariæ iurisdictionis excussionem , & mouendam contra proprium dominum rebellionem, & detrectanda onera consueta,patrocinio abuntur; nihil aliud sapere videtur, quàm occultam quandam aduersus Magistratum ordinarium conspirationem;& confœderationem. *arg. cap. Constitut. §. Cæterum de verbor. signif. in 6.* Et publicis eiusmodi pactionibus subditi reddi videntur audaciores aduersus dominos suos ordinarios;quibus faciliùs resistent adiuti protectorum auxilio;id quod repugnat publicæ vtilitati; ita considerat Menochius *cons.28.num.7.*Adde, quod si subditis liceret, dominis ordinariis inuitis, protectionem pacisci ; contingeret, facto ipsorum ius defensionis illorum dominorum præter voluntatem eorum in alium transferri, vt per se patet. Sed consequens repugnat iuri naturali, & scripto,ex doctrina Nattæ *consil.367. num.2.& 3.vol.2.*Tum quòd subditi nec dominorum possessionem interuertere possunt, Decianus *in Tract. crimin. lib. 2. capit. 32. num.13.*Nec iurisdictionem in alios prorogare, Sola *in Constitut. Sabaud. Rubr.de for.compet. verb.Subditos nostros Gloss.1.n.9.*Surdus *consil.47.num.25.& 34.*Laudens. *de Princip. quæst.33.* Thesaur. *decis.266. num.6.* Baldus *consil.121.volum.3.* ergo se submittere absque dominorum suorum voluntate , ac præcognitione subditis non licet.

4. Item , si licitum esset subditis , in consulto Magistratu ordinario , alienæ se tutelæ subiicere;non rarò contingeret, dum fortè opponendi se occasionem vndecunque captarent, subditos contra dominos defendi, sed hoc ipsum iura prohibent,attestante Wesembec.*consil.48.num.8.part.1.* vbi vetitum esse, ait , in terrarum dominiis alterum alterius impedire iurisdictionem,Bartolus *in leg.qui iurisdictioni.num.7. de Iurisdict.*Baldus *in lect.testamentar.num.2.Cod.de testament.* Geminian.*in cap. 1. num.2. & 4.in cap. 1. de Offic.ord.in 6.per §. Non habeat in authent. de defens. Ciuitat.§.Iubemus de collat.capit. Duo 9.capit. Pastoralis 11.de Offic.ord.cap.1. de Offic. Legat.cap. 1. capit.vt litigantes , de Offic. ordin.in 6.* Vel alterius subditos contra dominum defendere , aut in tutelam recipere *leg.2.vbi* Cuiac.*Cod.vt nemo ad suum patroc.lib.11. & in leg.quidam 132. de verbor. oblig. &* Cod. Theodos. *lib.11.titul.24.de patrim.vic.*Ergo,&c.

RESOL. III.

Adducuntur aliquæ limitationes supradictæ negatiuæ sententiæ? Ex part.10.tract.7.Res.etiam 3.

§.1. Licet, vt probatum est, absolutè loquendo , non liceat subditis, inconsulto domino, se subiicere protectioni,aut clientelæ alterius potestatis fallit tamen necessitate vrgente,vt obseruat Kolkius *de Contribut.cap.1.num.283.*& alij Doctores in superiori Resolutione citati.Et ratio est,quia necessitas est ingens telum,nulli subiectum legi,*leg.1. de Offic. Proconsul.leg.7.§.3.ff.quod vi,aut clam.*sed ipsa facit legem,*Remissionum 1.quæst.1.* ac nulla curat priuilegia latè Tiraquellus *in tractat.Lignag.§.26.gloss.1. n.19. & seqq.* Ideoque factum necessitate vrgente,culpabile non est,*cap. Ad limina causa 30.quæst.5ne 1.*Hieronymus de Cæuall.*in Spec.commun.opin. quæst.906. num.50.*Et propter imminens periculum receditur non solùm à regulis iuris communis,sed etiam pohibitiui.Iason.*ad leg.de pupillo §.præterea , ff. de noui oper.nunciat.*vbi allegat,*leg.Si quis filio exhæredato §. Hi autem in fin.de iustit.rupt.init.fact. testam.* Zasius 1. *consil.21.num.11.* vbi exemplo id illustrat. Et vrgente durissimo necessitatis telo,quæ iniusta sunt,iustissima censentur,vt declarat Bodinus *5. de Republ. capite 5.pag.mihi 896.*adde Neuizanum,*in Sylu.nupt. lib.5. sub titul. quomodo iudicandum , num.48.* Itaque nostra opinio fallit,quoties subditi , ob iustam, & necessariam causam,alterius patrocinium implorare coguntur;quod fit,quando dominus territorij ordinarius illos vel propter negligentiam,defendere nolit,vel propter absentiam , impotentiam , aut alias causas defendere non possit.Far. *leg.25.ff. quod met. caus.* Et ita docet Nicolaus Myllerus *in addit.ad Rumelinum super auream Bullam.Caroli IV.part.2.dissert. 5 num.9.*Sigismundus Frincheltaus *de iure patronatus, cap.1.num.27.* Reinkingk *de Regimine Seculari , & Ecclesiastico,lib.1.cass.5.cap.4.num.80.*cum aliis penes ipsos.

2. Obserua tamen in occurrentibus casibus,quod cautio erit adhibenda ab his,qui extranei Principis auxilio vltrò se munire,& defendere satagunt,vt ita protectionis capitula moderentur,& componant, ne quidquam potestati domini proprij detrahatur;& ne ex illis occasio subiectionis potius,quàm protectionis suboriatur.Calamitas namque æui nostri suggerit,multoties euenire, vt quos opis causa euocauimus,metuamus ; & exempla in promptu sunt , ac Historiarum monumenta commonstrant , plurimos ex officio protectionis transiisse in vsurpationem potestatis;Petr.Gregor.Tholos. *lib. 11. de Republ.c.11. num.6.& lib.23.cap.3.num.9.* vbi , vt gradus fiat ad nouum Principatum sæpè solere alterius subditorum protectionem suscipi,verissimè tradidit. Itaque cautelas aliquot prudenter initæ protectionis tradit Bodinus,quarum inter alias hæ sunt.Prima vt patrocinia sint gratuita;quia officio merces non debetur, *leg.1.ff. mand.* Secunda,vt æquissimis conditionibus vterque vtrique teneatur.Tertia,vt patrocinij tabulis,quas Nostri protectionis literas appellant, testatum sit clientibus iura salua,& integra futura; quæ tabulæ à nouis successoribus ratæ habẽdæ sunt;alioquin patrocinium,vt morte clientis , ita & patroni,dissoluitur.Quarta vt patrocinia breuiore temporum interuallo circumscribantur,& terminentur;vt si clientibus grauiora videantur,mutari; si honesta, continuari possint;quod exemplis illustrat. Quinta, omnium optimam,& maximam cautionem dicit,ne patroni clientum arces vel oppida præsidio militari teneant.Hinc à Bruto tribuno Plebis,velut ab Oraculo,in concione populi Romani dictum est,vnam esse tenuium aduersus potentiores securitatis cautionem;vt scilicet potentes,si nocere velint, non possint: cùm nocendi voluntas ambitiosis hominibus, & imperandi cupidis numquam sit defutura;de quibus vide Bodinum *5.de Republica, dict.c.6.*cui Adde Kolkium,& alios,vbi suprà.

RESOL.

RESOL. IV.

Respondetur ad argumenta adducta pro affirmativa sententia. Et quæritur, an per solutionem census, quæ fit Romanæ Ecclesia, probetur exemptio à iurisdictione Episcoporum? Ex p.10. tract.7. Resolut.etiam,4.

Sup. omnibus responsionibus adductis in hac Resol. lege fundamenta posita in prima Resol. huius tract. quæ hic est supra Resol. etiam prima.

§.1. EX his omnibus patet responsio ad omnia fundamenta, quæ pro stabilienda affirmativa sententia apposita sunt suprà in *Resolut.*1. Quamuis enim protectio iurisdictionem non tribuat, nec dominium probet, aut à iurisdictione ordinarij eximat, per suprà allegata, nõ tamen indè deduci potest, quòd temere subditis liceat protectorem euocare vel suscipere, cùm id multis aliis in rebus, vt liquet ex supradictis rationibus, propriis dominis præiudicare possit. Qua propter, quoniam sub huiusmodi titulis periculose peccari solet, & sub vmbra protectionis clientes in seruitutem trahi (cuius non aliquid redoleat *lex 7. in fin. ff. de capt.* fiunt, inquit, apud nos rei ex ciuitatibus Fœderatis, & in eos damnatos animaduertimus) visum est Summis Pontificibus necessariũ in Ecclesiasticis exscindere radices, vnde fraudes, Ecclesiarum præiudicio nasci possunt: adeòque Præsulibus, aliisque Ecclesiasticis diserte vetitum est, ne transeant, Ecclesiamque suam in clientelam alicuius, protectionem aut aduocatiam concedant *cap. 2. de reb. Eccles. non alien. in 6.*

2. Itaque nunc tantùm restat respondere ad iura Canonica. & Leges ciuiles in contrarium adductas. *Et ad cap. Recepimus extra de priuileg.* quod præcipuè allegari ad hanc rem solet, dico quòd illud nostram non stringit sententiam, quæ de non requisito domini consensu disputat; allegatum autem capitulum stricte loquitur in casu, quo ipse Papa protector electus fuerat; & quæsitum in eo principaliter fuerat. An per solutionem çensus, quæ fit Romanæ Ecclesiæ, probetur exemptio à iurisdictione Episcoporum? Et rescripsit Alexander Pontifex, quòd sicut non omnes specialiter Beati Petri iuris existentes annuatim. Apostolicæ Sedi censum exsoluunt, ita non omnes Consulares ab Episcoporum subiectione habeantur immunes. Inspicienda ergo priuilegia Ecclesiarum, & ipsorum tenorem diligentius attendendũ: vt si fuerit deprehensum, quòd Ecclesia, quæ censum soluit, specialiter B. Petri iuris existat, & ad indicium perceptæ libertatis census annuus conferatur, non immeritò speciali possit prærogatiua gaudere, si verò ad indicium perceptæ protectionis Census persoluatur Ecclesiæ Romanæ, non ex hoc iuri diœcesani Episcopi aliquid videri subtractum. Itaque nihil reperitur in allegato *cap. Recepimus;* quod pro affirmantium opinione fulcienda, facere possit. Et ita ad hunc Textum respondet Dominicus Arumæus *ad auream Bullam Caroli IV. discur. 6. cap. 15. n. 2.* vbi sic ait: Quod enim ad *cap. Recepimus extr. de Priuil.* attinet, nihil id aliud innuit, quàm per persolutionem census annui, quæ fieri Romanæ Ecclesiæ solet, non probari exemptionem à iurisdictione Episcopi, quod sanè nostram non afficit sententiam, quæ an inscio, imò inuito domino, census honorarij annui loco persolui aliquid alteri possit, collimat. Qua de re oppositum *cap. non agit,* si quidem an census ille pro patrocinio, vel qua alia de causa, & an inuito Episcopo Ecclesiæ Romanæ persolutus sit, non insinuat: similiter non obstat *cap. Ex part eod.* Loquitur enim de iis, qui recepti sunt sub protectione Papæ, dicitque eos per hoc ab Episcoporum suorum potestate minimè extrahi. Nam etiam sine speciali receptione vniuersalis potestatis iuitu eidem subiecti sunt. Hucusque Arumæus.

3. Ad leges verò ciuiles adductas respondeo cum Magero *de aduocatia armata, cap. 6. num. 389. quòd ad §. finalem in l. Desertorem ff. de rei milit.* attinet, clarum esse illum loqui de desertoribus militiæ capite puniendis, qui Præfectum, vel Magistratum militiæ, cùm possent, non protexerunt: nec vllam ibi fieri mentionem de libertate Subditorum in eligendis protectoribus: palàm est. Prætereà protectores, quorum fit mentio *leg. 1. C. de excus. nam. lib. 10. & tit. singulari. Cod. de domest. & protectoribus lib. 12.* erant exarmata malitia delecti, qui defendendi, & protegendi causa Principi semper erant à latere, quique, vt ipse Imperator ait, *leg. 9.* Cod. Theod. *eod. tit.* protegendi lateris nostri solicitudinem patiuntur. Vide Cuiac. *titul. de Domest. & protect.*

RESOL. V.

An opinio superior obstet Eminentissimis Cardinalibus, vel Romanis Baronibus; qui cum stigmatibus Imperatoris, Regis Hispania, Galliæ, &c. appositis in eorum Palatiis videntur profiteri, stare se sub protectione dictorum Principum?

Et quid, si in rigore insignium appositio in Palatiis Cardinalium, & Baronum demonstraret ipsos (sub stricta protectione illorum Regum stare, & non tantum ad ostendendum animi propensionem in talem, vel talem Regem?

Et docetur prohibitum esse, ne Prælati Ecclesiarum sibi commissarum bona immobilia, aut iura Laicis submittant, aut subiiciant, nec etiam ex ipsis in Patronos, vel Aduocatos perpetuo, vel ad tempus non modicum constituant, &c. Ex part. 10. tract. 7. Resol. etiam 5.

§.1. QVi negatiuam sententiam superiùs adductam tenent, hæc non approbant: nam vt diximus, putant, quòd ex hoc authoritas, & obedientia veri domini, non parum minuatur: imò iniuria quodammodo afficiatur dominus, dum pro tali reputatur, qui tanti non sit animi, ac potentiæ, vt suos tueri possit. Licet enim protectio à iurisdictione non eximat; est tamen plerumque Politicis adstipulantibus, initium iurisdictionis. Adde, quòd de Eminentissimis Cardinalibus adest maior difficultas, stante Bulla Gregorij X. vt obseruat Gregorius Becht. *in Tract. de securitate, & saluo conductu n. c. 10.* Quod probatur, vt suprà cursim tetigimus, *ex cap. Hoc consultissimo de rebus Ecclesiæ non alienandis in 6.* vbi ad literam prohibetur, ne Prælati Ecclesiarũ. sibi cõmissarum bona immobilia, vel iura Laicis submittant, aut subiiciant; nec etiã ipsos in patronos, vel aduocatos perpetuò, vel ad tempus non modicum constituant; nisi vltra Capituli consensum, Apostolicæ quoque Sedis licentia specialis accedat. Quod quidem adeò strictè prohibetur, vt si contractus aliter factus fuerit; tametsi iurisiurandi accessione, aut pœnæ adiectione vallatus fuerit; is tamen viribus omninò carere, nec vllum ius præscribendi tribuere intelligatur. Quem textum ita simpliciter intellexisse videtur Zasius *in Compend. feud. part. 10. de feud. amiss. post n. 55.* dicens, huiusmodi aduocatos non esse perpetuos, sed reuocabiles; nisi Summi Pontificis pactiscenda protectionis vnione, consensus accesserit; per *Text. in cap. Hoc consultissimo.* Vide etiam Henricum Rosenthal *in Synops. de feudis, cap. 4. concl. 14. num. 5.* expresè adseuerantem, hodie ob prohibitionem iuris Canonici, Prælatos non posse assumere Laicos in aduocatos, & protectores per *Textum in cap. 1. de rebus Ecclesiæ non alienand.*

2. Verùm

2. Verùm qui tenent partem affirmatiuam, omnia hæc negabunt, quia nec aduocatus, vt dictum est, vel protector per ius protectionis nanciscitur aliquod dominium per *capit. Præterea 23. de iur. patronat. cap. In singul, Regnis de statu monach.* Baldus *in leg. fin. C. de edict. diu. Adr. tollend.* Butrius *in cap. Examinata de iudic. num. 11.* Panormitanus *in cap. Quia Clerici de iur. patron.* Hostiensis *in Summa de iur. patron. §. Quid competat*, Duarenus *de Sacr. Eccles. ministr. lib. 5. cap. 4. post princ.* Sed ius protectionis secum adfert, vt Clientes contra vim, & violentiam aliorum defendantur, *leg. non dubito. §. 1. ff. de capti. & postlim. rev.* Bud. *in leg. Herennius ff. de evict.* Mdesf. Pist. *consil. 43. num. 20.* Nec videtur obstare, quòd Episcopis, & Prælatis, absque consensu Papæ sæcularem protectorem susicipere non liceat: nam, vt obseruat Magerus *de aduocatia armata, capite 6. n. 416.* qui attente considerat, videbit textum illum non loqui de simplici iure aduocatiæ, seu protectionis, quase hoc est, de quo nos tractamus; sed de quadam alienatione rerum immobilium seu iurium Ecclesiæ, quæ fit sub prætextu aduocatiæ intelligendum esse; & in effectu dumtaxat Summum Pontificem ibi prohibere, ne Prælati bona immobilia, vel iura Ecclesiarum, Laicis submittant, aut subiiciant; constituendo illos perpetuos aduocatos, vel ad tempus non modicum; recognoscendo talia bona ab ipsis, tanquam aduocatis; siue profitendo se ab illis ea, tanquam à superioribus, tenere. Cum omnibus hisce modis, ratione tecta, inducatur alienatio quædam, & seruitus; vt post Gloss. Archidiac Gemin. Ancharan. & Franc. *loco infra alleg. consulendo* docuit Georg. Euerh. *consil. 56. num. 4. 6. & 7.* Ex qua declaratione satis colligitur, simplex, & citra rerum Ecclesiasticarum alienationem; constitutum aduocatiæ ius à Gregorio Papa *in d. cap. 2.* non improbari: nec ab eodem prohiberi, quominus Ecclesiastici Antistites, rebus Ecclesiæ ita ferentibus, protectores absque licentia Papæ constituere, ac susicipere possint; prout in hunc sensum ibi declarat Glossa *in verb. speciali, & in verb. Aduocando* Archidiaconus *ibi num. 4.* Dominicus de S. Gemin. *col. 2. ad fin.* Petr. de Anchar. *num. 1.* Phil. Franc. *num. 4.* & scit, quòd etiam sine vlla Summi Pontificis requisitione ius protectionis Ecclesiasticarum personarum & rerum, vt plurimum conferatur Laicis, non refragantibus ipsis Canonibus: vt patet *in cap. Generali 13. de Elect. in 6. item in capit. Pen. extr. de pœnis.* vbi Textus rotundus; *ibique* Abbas *col. fin.* bis hoc notat, & in multis aliis.

3. At, vt verum fatear, ego puto omnia suprædicta nihil obstare, nec efficere contra Eminentissimos Cardinales, neque contra Barones Romanos: quia appositio illa stemmatum Regis Hispaniæ, Galliæ &c. in suis palatiis, non constituit protectionem, de qua est quæstio inter Doctores, & de qua nos loquuti sumus in hoc Tractatu: sed est quædam extrinseca demonstratio se benè affectos esse huic, vel alteri Regi. Confirmatur; quia sicuti plures alij; hic Romæ apponunt in eorum domibus insignia dictorum Cardinalium, & Baronum; & tamen non ex hoc sequitur ipsos se subiicere illis tanquam clientes, & recipere eos in protectores ea subiectione, de qua in hoc Tractatu loquuti sumus: ita idem dicendum est de Cardinalibus, & Baronibus erga Reges. Quod etiam confirmatur secundo, nam ius protectionis, de quo loquimur, perficitur scriptura, instrumentis clientelaribus, cum pactis, & cum quibusdam obligationibus inter patronos, & clientes, &c. vt videre est apud citatos Doctores pro sententia negatiua, & affirmatiua: quæ quidem omnia non interiunt in casu nostro inter Cardinales, & Barones cum Regibus. Ergo &c.

4. Verùm etiamsi in rigore hæc Insignium appositio in Palatiis Cardinalium & Baronum demonstraret ipsos sub stricta protectione illorum Regum stare; adhuc aliqui putant nostram sententiam contra illos non obstare; quia, vt obseruat Magerus *de Aduocat. armata, cap. 6. num. 574.* in terminis casus nostri subditis patroni electio eo etiam casu permissa censetur, quo ij, scientibus tacentibus, & non contradicentibus dominis suis ordinariis, tutelam alicuius potentioris efflagitant: eò quod scientes actum, quem contradicendo impedire poterant; si taceant, pro consentientibus habeantur; per *text. in leg. final. ff. quod cum eo, gloss. capit. Is qui tacet, de regul. iur. lib. 6. gloss. Caius 39. ff. Pignor. act. gloss. leg. Fideiussor. 26. §. Pater. verb. manifestum ff. de pignor. gloss. capite 2. verb. tacuerit. dist. 26. gloss. capite 8. ext. de his quæ fiunt à Prælat. sine consens. Capituli* Iaf. *leg. quæ dotis 33. num. 76. ff. solut matr.* Tiraquellus, *in tract. de utroque retractu §. 9. gloss. 3. num. 16.* Vnde regula communis est, quando geritur actus pertinens ad alicuius partis commodum, incommodum vel præiudicium, & sciens illum non improbat; videtur eum tacitè approbare, secundùm Bartolum *in leg. quo enim ff. rem ratam haberi per. leg. si absente Cod. & cert. pet.* Et loquitur ibi Bartolus, quandò actus est gestus in absentia partis, quæ postea habuit notitiam, nam si non contradicit, approbare videtur. Ergo, vt patet, cùm Summus Pontifex hæc omnia sciat, & non prohibeat, videtur illa concedere, & consentire.

5. Sed ego prorsus existimo, Pontificem nunquam consentire, & concedere, vt talia facientes se constituant sub stricta protectione Regum, de qua loquuti sumus. Solum ergo permittit illos talia facere ad ostendendam animi propensionem in talem, vel talem Regem, quatenus vel tales Cardinales sunt nati in eorum Regnis, vel exercent aliqua munia spectantia ad dicta Regna, vel sunt Cardinales aut Barones de dictis Regibus benemeriti. Et quidem nemo cordatus potest credere, quod Rex Hispanus permitteret aliquem suum Dynastam se subiicere protectioni, & clientelæ Regis Galliæ, & è contra. Ergo neque credendum est, quòd Summus Pontifex vnquam esset permissurus Cardinales, & Barones Romanos in aduocatiam aliorum Principum se constituere.

TRACTATVS

TRACTATVS DVODECIMVS,
DE
POTESTATE PONTIFICIS,
ORNANDI PRINCIPES LAICOS
titulo Regio.

RESOLVTIO VNICA.

An Pontifices Principibus de Ecclesia bene meritis, possint Titulum, & Insignia Regia concedere?
Ex quo sequitur, an Pontifices habeant potestatem indirectam in temporalibus? Ex part. 10. tract. 6.

§. 1. NEGATIVE respondet nouissimè Io. Caramuel *in suo Philipp. disp. 1. l. 5. a. 7. concl. 2.* Loquens enim de Alphonso Rege, sic ait: Alphonsus & reliqui Lusitanorum Reges qua creati, & electi, confirmati à Pontifice, sunt Reges Portugalenses; verùm non temporaliter, sed spiritualiter. Ratio est, quia authoritas Pontificis est spiritualis, & ad spirituale solummodò directè se potest extendere. Ambis doceri, quid sit esse Reges Lusitanorum spiritualiter? Respondeo esse participare gratias, indulgentias, iubilea, indulta, & reliquos fauores Ecclesiasticos, qui authoritate Apostolica aliis quà Regibus concedi possunt.

2. Dicis, in Pontifice considerare possumus personas duas, spiritualem, & temporalem, est enim simul Episcopus Romanus, & Rex: ergo quà Rex potest Reges creare temporales. Respondeo primo, non esse liberum cuique Principi Reges, aut supremos Principes creare: quia nemo potest alteri subditum eximere, in causa sit, & supersit vtrique. Ideò Rex Galliæ non potest eximere Ducem de Lerma ab obedientia, quam debet, & quam fideliter præstitit Hispano Regi: non est vtriusque. Dominus, bene tamè Monarcha Catholicus, si iusta causa postularet. Lermæ enim Dux Regi Catholico, non Christianissimo subest. Atqui Alphonsus Infans erat subditus Monarchiæ Legionensis, neutri supererat Innocentius, quà Romaniæ Rex, & iusta causa deerat: ergo ex duplici capite non recepit, nec recipere potuit ab Innocentio Alphonsus titulum Regis secularis. Præterea iniurios esse credidero summo Pontifici omnes illos Authores, qui asserunt eum titulos Regiæ temporales posse concedere, quia, cùm iurisdictio ipsius sit spiritualis, quà Pontifex non potest ea attingere, quæ fuerint merè temporalia. Hucusque Caramuel.

3. Sed displicet mihi sapientissimum & amicissimum virum hæc scripsisse & vtinam obliuioni traderentur. Dico igitur, Sum. Pontifices posse aliquos Principes de Ecclesia benemeritos, temporaliter Reges creare: Probatur, quia Pontifex, licèt secundùm aliquos non habeat potestatem directam; tamen secundum omnes, tam Canonistas, quàm Theologos, habet potestatem indirectam in temporalibus: de qua doctrina inter Catholicos non est disputandū, ex his, quæ adducunt DD. quos ego citaui *in p. 1. tr. 2. resol. 12.* & alij, quos me citato etiam adducit Carua *in prax. S. Offic. p. 1. tit. 1. n. 67.* & ad satietatem Solorz. *de Indiar. iur. t. 1. l. 2. cap. 22. n. 45.* & Bellarm. *tot. Tract. de potest. Pontif. cum* Sculk. *tota apolog. in eius fauorem contra Bocer.* Quorum sententia placuit etiam Christoph. Besoldo *in dissert. Politico iuridica de Maiest. in genere cap. 3. num. 9.* dum erat hæreticus; nam postea ex Lutheranismo ad Ecclesiam Romam feliciter cōvolauit. Vide etiam ex Iuristis Hispanis, præter citatum Solorz. Bobadill. *in Polit. to. 1. l. 2. cap. 5.* Pereir. *de manu Reg. t. 1. Præl. 2. num. 4.* Ceuall. *tr. de cognit per viam. viol. in Prol. n. 9.* Ramir. *de lege Reg. §. 2. num. 30.* Morlam *in Empor. iur. p. 1. tit. 2. q. 4. num. 9.* Param. *de Orig. inquisit. l. 3. q. 1. opin. 4 per tot.* Aquian. *de legib. l. 2. contr. 17. per tot.* & duos celeberrimos Canonistas Valb. de Magrou. & Feliciano à Vega *in cap. nouit. de indiciis, ille à num. 48. hic à num. 4.*

4. Itaque hoc fundamento suppositō, nempè Pontifices habere potestatem indirectam in temporalibus rectè statuitur, posse titulum Regium temporalem Principibus de Ecclesia benemeritis præberi; ita in terminis docet Seraph. Freitas *l. d. Imp. iusto Asiat. cap. 6. num. 33.* vbi sic ait: Infertur ex eadem potestate (indirecta videlicet) posse Summum Pontificem Principibus Catholicis, & benemeritis titulos & insignia Regia concedere, quod multis exemplis illustrari potest. Gottifredus enim Buglio, an. Domin. 1099. Regis Ierusalem titulum, quam gloriosè ab Infidelium dominatu & tyrannide vindicauerat, impetrauit; ita refert D. Antonin. *Excom. cap. 72.* Martha *de Iur. l. 1. cap. 26. n. 33.* Alphonsus VIII. vocatur Imperator Hispaniarum de consensu Innocentij II. an. 1135. vt testatur Marian. *l. 20. hist. Hispan. c. 16.* quod tamen Gelasij seculo tribuit Genebr. an. 1118. Rogerius Siciliæ Rex ab Vrbano II. quem defenderat, creatur, idem Marian. *d. l. 10. c. 5.* Martha *d. 26. c. à n. 6.* Henricus I. ab Alexandro III. an. 1179. Regiam Lusitaniæ dignitatem sibi, & Successoribus impetrauit. ita Eduar. Non. & alij *in eius vita* Baro. *to. 12. Azo. t. 2. l. 4. c. 34.* Illustriss. D. Rodor. Acunha, Episcopus Portugalensis, *no Cathalogo dos Bispos de Porte 2. p. c. 6. ad fin.* Pater Anton. de Vasconcell. *in descript. Lusitaniæ in princip. n. 4.* vbi refert Alexandri diploma. Idque summa cum ratione. Cum enim Principes Catholici defensores sint Ecclesiæ, & ad id constituti, & necessarij *cap. Principes 23. quæst. 5.* condecens est, vt honoribus, & præmiis promeritis à supremo Ecclesiæ Principe condecorentur. Hucusque Freitas.

5. Sed alia exempla ex aliis Scriptoribus ad hanc sententiam firmandam adducamus, Gregorius VII. Demetrium, Regem Croatiæ instituit, sceptrumque, coronam, & vexillum dono misit: ita Card. Baron. *an. 1173. tom. 11.* Stephanus Hungariæ Princeps, in 980. Legatos ad Pontificem Benedictum VII. misit, vt

vt ab eo regium nomen acciperet, quod ei datum est, Micciſlao Polonorum Duci flagitanti negatum, ita Cromer. *lib.3. Polit.* & Card. Bar. *tom.10. ſub eodem an.* Et quidem, quomodò Rex Hiſpaniæ vocatur Rex Sardiniæ; niſi ex conceſſione Pontificis, facta Iacobo. II. Aragoniæ Regi? vt patet ex diplomate Bonifacij VIII. Item hoc etiam patet in Guilielmo IV. Rogerij Tertij Filio, vtriuſque Siciliæ Rege, ab Adriano IV. ex Poloniæ Duce in Regem ſublimato: ita Cranc. in Vandalia *lib.8.c.2.* & de Iacoldo, Regio titulo priuato, & rurſus reſtituto à Ioanne XXII. vt refert Bodin. *de Rep. lib.1. cap.9.* Martha *de iuriſd. p.1. cap.26.* Idem de Friderico ex Illuſtri Feltrenſium Familia, in Ducem Vrbini à Sixto IV. electo, ab eodem Martha refertur *d. tract. de iuriſd. p. 1. cap.33. num.93. ſub verbo VMBRIA*; & olim de Roberto Guiſcardo Normanno à Nicolao II. an. 1060. Apuliæ, & Calabriæ Duce conſtituto *cap.26. n.10.* & de duce Ferrariæ à Paulo II. creato. Vt poſt Cæpoll. *conſil.17.* & Card. *conſ.2.* Ioan. Baptiſt. de S. Severino *in l. cunctos Populos de ſum. Trinit. & fide Cathol.* & alios refert Tiber. Decian. *conſil.19. volum.3. num.114.*

6. De Polonorum Principe Micciſlao Cromerus refert, quod is Lambertum Archiepiſcopum Cracouienſem ad Benedictum VII. Pontificem Romanum, miſit, vt Regium diadema ſibi concederet; Regemque Polonorum ſe, & poſteros ſuos eſſe iuberet; Bzouius *de Romano Pontifice cap.44.* Innocentius etiam IV. Ruſſorum Principi Regiam dignitatem præbuit, ſicuti & Lithuano; vt obſeruat Odericus *Annal. Eccleſiæ tom.13. Anno 1246. n.28. & Anno 1254. n.27.* Paulus IV. Hiberniam Regni titulo decorauit, vt notat Hiſtoria Concilij Trident. *lib.5. pag. mihi 1318.*

7. Patet igitur ex his omnibus, poſſe Pontifices titulum Regium temporalem Principibus præbere non ſpiritualem vt perperam putat Caramuel. Quod quidem tanquam certũ ſupponunt Theologi, vt Eminentiſſimus Dominus meus Card. de Lugo *de iuſt. tom.2. diſp.36. ſect.1. n.4.* Vaſquez *opuſc de Reſtit. c.6. §.1. dub.1. n.14. &* 15. Dicaſtillus *de Iuſt. lib.2. tr.20. diſp.1. dub.3 n.68.* Turrianus *in 2.2. tom.2. diſp.44. dub.1. nu.8.* Salas *de legibus diſp.7. ſect.4. n.31.* Bzouius *de Romano Pontifice cap. 44.* Schunekenius *in Apologia pro Bellarmino c.6. n.121.* Boſſæus *de authoritate in Reges impios c.8. n.7.* Balthaſar Nardius *in expunctionibus ad librum de Papatu. c.9.* quibus adde Maſtrillum *de Magiſtr. lib.1. cap.2. num.6.* Rudolphinum *tract. de Poteſtate Ducum Italiæ num. 3.* Matthiam Stephanum *de iuriſ. tom.2. lib.3. p.1. cap.3. n.66.* Torreblanca *in praxi iuris ſpiritualis lib.15. cap.2. num.90.* & alios penes ipſos. Quicquid in contrarium doceat Ioachimus Eluten, *in Sylloge rerum quotidianarum Theſi 8. in gloſſ. lit. E.* Daniel Ottonius *in Diſceptatione iuridico-Politica cap.11.* Henricus Bocerus *tract. de Regalibus c.1.* & Ioſias Nodlen *in tractatione Synoptica de ſtatu Nobilium cap.2. num.29.* Quos tamen parum prodeſt noſtro Carmueli, commilitones habere; ſunt enim hæretici, ac prorſus in Pontificiam authoritatem, hoſtes iurati.

8. Non eſt igitur recedendum à vera & communi ſententia omnium Doctorum: & ideò rectè contra Caramuelem nouiſſimè inſurgit Anto. de Souſa *in libello impreſſo Londini an.1642. cui titulus Iuan Caramuel conuencido p.1. n.7.* Et quia codex non ita facilè inuenitur, apponam per extenſum eius verba. Los miſmos Pontifices Innocentio II. ann.1142. Alexandr. III. an.1179. y otros deſpues deſtos, concedieron y confirmaron el titulo de Rey à D. Alfonſo Henriquez, y ſus Succeſſores. Y es aueriguado, que el Pontifice, aunque derechamente no tiene poder en lo temporal de los Reynos; lo tiene indirectamente en orden al eſpiritual. No ſe atreuio nueſtro Caramuel à negar eſta doctrina, forçado la confieſſa en el preludio de ſu Phelippe; mas procura en el caſo preſente darle varias ſalidas; que eſtrañas concluſiones ſe dexo eſcriuir en todo el libro 2. ſobre eſto llega à decir en la qu.1. art.3. y 6. y. n.5. q.2. art.6. en n.25. que ay Reyno temporal, el qual tiene ſuprema iuriſdiction en las coſas politicas, y ciuiles; y que no le puede dar el Papa: y Regno Eccleſiaſtico, o Pontificio, que conſiſte en vn titulo ſpiritual, y incorporeo, al qual no ſe concede mas que las indulgencias, priuilegios, gracias, y indultos, que ſuelen concederſe alos Reyes verdaderos; y que eſte fue ſolamente el, que los Papas dieron y confirmaron à los Principes Portugueſes; donoſa manera de hablar! haze el titulo de Rey cõfradia para ganar indulgẽcias: y ſi no era mas deſto lo que daua el Summo Pontifice à D. Alfonſo Henriquez: porque embiauan los Reyes de Leon Embaxadores à Roma à impedirlo; come cuẽta en el dicho tercero Artigo? bien claras ſon las palabras en la Bula de Innoc. II. *Et Regem Portugallie redintegritate honoris, regnique dignitate, qua ad Reges pertinet, & alia loca, Excellentia tua concedimus, & authoritate Apoſtolica confirmamus.* En la Bula de Alexand. III. *Proinde nos attendentes perſonam tuam prudentia ornatam, iuſtitia præditam, atque ad populi regimen idoneam, &c.* y luego: *Regnum Portugallenſe cum integritate honoris, Regni dignitate, qua ad Reges pertinet, nec non omnia loca, qua cum auxilio cœleſtis gratia de Sarracenorum manibus eripueris, in quibus ſibi non poſſunt Chriſtiani principes circumpoſiti ius vendicare, Excellentia tua concedimus, & authoritate Apoſtolica confirmamus.* y mas à baxo. *Decernimus, ergo, vt nulli omninò hominum, liceat perſonam tuam, aut hæredum tuorum, vel etiam præfatum Regnum temerè perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere aut aliquibus vexationibus fatigare.* Lo miſmo continen las confirmationes de otros Summos Pontifices: y es coſa laſtimoſa, que eſte buen monge eſcriuieſſe de ſuerte, que para conuencerle; no ſean meneſter mas argumentos que las miſmas palabras de las Bulas, que el trae: las quales eſtan deciendo que dan, y confirman titulo, y dignitad de Rey con las honras, tierras, y gobierno; que todo es temporal. Del miſmo genero es la inſtancia que haze fundamento, en que dicen à quellas Bulas: *Super his, qua conceſſa ſunt, Deo propitio pro iniuncti nobis Apoſtolatus officio defendemus. Argumenta defendit Apoſtolatus officio non gladio. Ergo Pontifici Luſitania ſubditur Eccleſiaſticè, non ſeculariter; hoc eſt orationibus tueri, non gladio.* Haſe viſto tal gloſa? no aduierte, que el Pontifice para dar eſtos titulos tiene ſolamẽte la iuriſdiccion indirecta en orden al ſpiritual, que ya le ha confeſſado, y eſto es claro, no pertenecerle, ſino como à Pontifice; y como tale exercita no con eſpada de ſeglar, ſino con cenſuras, y otras armas Eccleſiaſticas, conforme al officio del Apoſtolado, mas eſſe no quità, antes mueſtra que dio dignidad temporal como Summo Pontifice, y que ſegun el proprio officio, la ha de defender porque ſecularmente no tiene iuriſdiccion en las tierras agenas. Y ſi toda via perſiſte ſu Paternidad, en que el Papa dando titulos de Rey, no ſe extende à mas, que à ſpiritualidades, perſuada con eſto al Rey Catholico, que tenga ſolamente las indulgencias de Rey de Nauarra (pues no la poſſee ſino por el derecho, que le dio Iulio II.) que yo confio acabar con el Rey Chriſtianiſſimo, que ſe cõtente lo temporal de aquel Reyno, pues tiene baſtantes Indulgencias de Francia; Hæc Souſa. Et quidem contra Caramuelem non ſolùm aduerſarij, ſed etiam noſtri Authores inſurgunt, vt fecit nouiſſimè eruditus

tus Nicolaus Fernandez *de Castro in Portugal conuencido p.4.cap.2.sect.9.* sic asserens. [Tubo desgratia el padre Caramuel,en no hauer caydo en ellos,conque excusara grã parte de los delanteros,à que se arrojò soñãdo para defensa de la iustitia del señor Rey Phelippe II.que ay feudos espirituales , consisten en la communicacion de oraciones, sacrificios , y Indulgencias; y desacreditando con estas nouedades , y con la credulidad que facilmente dan las escrituras inuentadas de Brito,y Bandao la iusta causa,que tomò à su defensa;achaque ordinario de los Theologos (que no son de la primera Hierarchia) que sin estudios solidos de la Iurisprudencia piẽsan en fuerza de sutilezas metaphisicas apar las difficuldades del derecho con los principios desnudos de la Ethica, y sophismas de la Logica;creyendo , que todo es razon natural] Ita ille.

9. Quæ omnia satis nostram sententiam contra Caramuelem confirmant. Et quidem speculatio illa, ab ipso adducta de titulo Regio spirituali,est contra mentem omnium Doctorum, vbi suprà ; qui vt legentibus patet,loquuntur de titulo Regio temporali:Et hoc manifestè apparet ex his , quæ obseruat Tobias Paurmeister *de iurisp. l.2.cap.3.n.29.* Matthias Stephanus,*etiam de iurisp.l.3.p.1.c.3.n.17.* Daniel Ortonus *in Dissertatione politico-iuridica de iure publico Imperij Romani,c.11.* & Henricus Bocerus *tr.de regalibus c.1.n.9.* Theodorus Reinkcinck *tr.de regimine seculari & Ecclesiastico lib 1.Classe 2.c.4.n.30.* & Sixtinus *de regalibus l.1.c.4.n.117.* asserunt enim , quòd , cum Pius V.creasset Ducem Florentinum in magnum Hetruriæ Ducem ortam fuisse contentionem inter Pontificem & Maximilianum Imperatorem, asseuerantem non à Papa, sed à se Regios titulos esse petendos.Ergo necessariò contra Caramuelem sequitur titulum Regium à Pontificibus concedi solitum non esse spiritualem,sed temporalem,nam alioquin Maximilianus non diceret eius concessionem pertinere Imperatori. Imperator enim non potest concedere indulgentias,iubilea,indulta & reliquos fauores Ecclesiasticos,in quibus Caramuel asserit consistere titulum Regium , quem solent Pontifices concedere. Concedebat itaque tunc Pius V.Duci Hetruriæ non titulum spiritualem,sed temporalem.

10. Verùm,vt hæc omnia magis clarè pateant, apponam hîc ea,quæ acciderunt in coronatione dicti Ducis Hetruriæ:nam in vita Pij V. conscripta à Io.Ant.Gabutio *l.3.c.16.* Sic habetur, Cosmum ergo Romam ad susципienda insignia diadematis euocatũ honorificẽtissimè in aula Regia Pius excepit.Mox in sacello Pontificio inter sacrorum solemnia,die Dominica,Lætare,quæ incidit in tertio nonas Martias an. 1590.suis ipse manibus eius capiti eximij pretij coronam imposuit,atque Sceptrum illi dedit in manus, Cosmo prius pro more sese iureiurando obstricto, ad fidem & obedientiam Pio ipsi , ac cæteris deinceps Romanis Pontificibus,eius successoribus , Ecclesiæque præstandam,eumque,inter hæc sacra Rosa ipso die de more ab se consecrata condonauit.Neque verò passus est Pius, vt ille vel de itinere Romam susцepto, vel de diademate recipiendo Gæsarem,aut Hispaniarum Regem commonefaceret,Prouidebat enim fore vt nõnulli alij Principes viri,quantùm in ipsis esset,eam rem impedite conarentur:quæ tamen res ad Sedem Apostolicam benè de semeritos eum in modum remunerare cupientem omnino pertineret.Sed antequam Sacellum Pius iniret, Cæsaris Orator,illi neutiquàm licere Cosmum ita redimire, supplex denunciauit,quod is non Pontificis Beneficiarius esset,sed Cæsaris, cuius essent partes huiusmodi. Cui mox Pius. Quonam , inquit iure Imperatores ipsi , vel sunt vel appellantur Imperatores,nisi ex Apostolicæ Sedis authoritate ? subindè ad se fisci Procuratorem accitum , vti ipsius Sedis, rationibus caueret , admonuit. Qui iussa faciens , Oratori Cæsareo respondit:Pontificem nequaquam accipere denunciationem eiusmodi , sed eam veluti legibus aduersam, repudiare. At verò Maximilianus idemtidem instigatus à suis, Florentiam Ciuitatem ad Imperium pertinere dicentibus, dari Pio curauit quædam scripta, quibus iura sua confirmare conabatur, vt id tituli omninò desereretur. Secùs enim multa se , quæ indè proficiscerentur , incommoda minitari. Demùm haud quaquam licere Romano Pontifici de rebus humanis in locis sibi non subiectis quicquam statuere. At Pius , vti potestatem in terris gerens Christi Domini, cuius sunt cœli terrarumque ambitus,vltrò citroque agi ea de re ampliùs noluit;ratus ad minimè conuenire ei , qui pro sua amplissima authoritate posset hæc,& alia in hoc genere longè maiora,ad communem Christianæ Reipublicæ salutem efficere.Neque tamen passus est,vt in eiusmodi opinione Cæsar diutius inhæreret. Nam per Cardinalem Commendonum Legatum,quàm graui errore eum Consiliarij sui implicuissent,ei coram referendum imperauit. Ac proinde rationibus,quibus Cæsar ipse de ea mente deduci maximè poterat,adiunxit etiam exempla,& Imperij in Occidentem per Apostolicam Sedem translati & Septemuirûm in Germania creatorum , & eius quam ab ipsa Sacrosancta Sede iidem habent authoritatis:& illa demum quæ passim Pontifices Summi Regnorum iura commutarunt , ac varios Principes nouis & amplissimis titulis olim decorauerunt.Hucusque Author vitæ S.Pontificis.Ex quibus satis remanet labefactata noua speculatio Caramuelis *de tit.Regio spirituali.* Nam si talis esset,ad quid Maximilianus tot suscitauit rumores; sed quid protestationem Pontifici porrexit?quid ei nocerent indulgentiæ,& iubilæa Cosmo Mediceo concedenda ? Nec Pius V. Oratori Cæsareo in sui fauorem adduceret exemplũ Leonis III. de translatione Imperij à Græcis ad Francos,& Germanos.

11.Deinde in illa concessione tituli Magni Ducis, nullas agnosco Bullas,& rescripta indulgentiarum; sed solùm video sceptra,& diademata. Quod etiam manifestè apparet, quando Innocentius III. creauit Principem Bulgarorum in Regem;& ideò apponam verba amicissimi Patris Odorici *in tom.12.Annalium Ecclesiasticorum,vbi ann.1204.n.34.* ita asserit : Prosequuntur gesta,Innocentium , vt piis Bulgarorum principis votis morem gereret, Leonem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem misisse,qui ipsum , Romani Pontificis nomine , Regio diademate insigniret.Cùm autem Episcopus & Capellanus prædicti ad Sedem Apostolicam peruenissent Dominus Papa eos benignè susцepit;& super petitionibus sæpè dicti Ioannis per eundem Episcopum præsentatis,habito diligenti tractatu,constituit eum Regem Blachorum,& Bulgarorum ; mittens ad eum Leonem tituli sanctæ Crucis Presbyterum Cardinalem,Apostolicæ Sedis Legatum,& per ipsum , sceptrum Regni,& Regium diadema;vt eundem vice Summi Pontificis vngeret,& coronaret in Regem ; transmisso Apostolico priuilegio,cuius tenor talis est.Caloioanni illustri Bulgarorum & Blachorum Regi , eiusque Posteris,ei tàm in Regno, quàm in deuotione Sedis Apostolicæ Successoribus in perpetuum,&c.Sic ibi .

12.Concludendum est igitur ex omnibus supradictis,posse Pontifices condecorare Principes de Ecclesia benemeritos titulis Regiis non spiritualibus, sed temporalibus. Et ideò opinio Caramuelis est contra communem sententiam Doctorum,& contra omnes

Pontifices

late per eum , & ibi gnanter ii Rot.d.t. propè finem & 2 verſ. Item & in Rot. §. Sed quid propè finem Verſ. Poſſet verò.

Sup. hoc ſupra in tr. 10.

Sup. hoc ſupra in tr. 1. ſolu.

Pontifices & Reges,qui concesserunt, & acceperunt titulum Regium : nam isti non petierant à Pontifice titulum Regium spiritualem; sed temporalem;& ipsi hunc non illum concessere,vt patet, apud Scriptores, qui narrarunt exempla superius allata.

13. Et quidem,vt obseruat Schulcken. *in Apologia pro Bellarm.c.6. fol.mihi* 273.multi,qui antea Duces, & Comites erant, fuerunt postea à Pontificibus Reges creati; vt Reges Poloniæ, Bohemiæ, Siciliæ, & alij. Ergo titulus ille Regius, temporalis est non spiritualis; nam transire faciebat Comites & Duces in Reges.

14. Et quidem Veneti,teste Petro Iustiniano *lib.7. de rebus Venetis*,cùm à Tribunitia ad Ducalē dignitatem Rempublicam transferre voluerunt, certum est, quòd non intenderunt petere, & accipere à Deodato Pontifice Anno 613.indulgentias, & iubilæa,vt vult Caramuel,sed titulum Ducalem temporalem,quem à Pontifice obtinuerunt & possident.Et quando Innocentius IV. vt obseruat Matth. Paris *anno*.1248. per Legatos suos missos in Norwegiā pro auxilio habendo contra Fredericum:Hacconi eius Prouinciæ Principi titulum misit Regium,dicendum est contulisse ei titulum Regium temporalem,& non spiritualem,nam alioquin opinor quod ab illo Principe nulla auxilia militaria pro indulgentiis obtinuisset.Itaque,si obseruantia subsequuta declarat,quid in cōcessione veniat; & omnem tollit dubietatem, vt latè ex aliis probat Surdus *cons.* 349. per totum,cùm in Ecclesia semper fuerit vsus,vt Pontifices per indirectam,quam habent potestatem in temporalibus,titulum Regium temporalem Principibus benè meritis concedant : sequitur eticiendam prorsus esse Caramuelis sententiam. Et licèt alioquin ego veneret doctrinam & ingenium amicissimi viri, tamen magis debeo veritati,ac Summorum Pontificum authoritati.

15. Sed quia in hoc tractatu incidit sermo de titulo Regi Alphonso Portugalliæ Duci concesso à Sede Apostolica,obiter non deseram adnotare, doctissimū & amicissimum Nicolaum Fernandes de Castro *in Portugal. conuencida c.2. sect.1.& seqq.*probare,dictum Alphonsum Henriquez ab Alphonso Septimo Rege Leonis Castellæ,ac Imperatoris totius Hispaniæ,tanquam eius Vassallum, & Feudatarium Regium titulū prius impetrasse,vt testatur Rodericus Sancius *Hist. p.1.c.14.*Genuit, inquit,ex ea filium,Aphonsum Henriquez nomine, quem [Rex Castellæ primo Ducem Portugalliæ creauit; mox volente Rege titulum Regis assumpsit.Et Horatius Tursellinus *in Epitome Historiarum ab orbe condito lib.8. in Conrado IV.* sic asserit. Alphonsus Dux Lusitaniæ, Eboram Vrbem Regiam,Vlyssiponem,aliaque Lusitaniæ oppida de Sarracenis recepit:inde cælesti viso,oblataque Crucifixi specie erectus, & ab Exercitu Rex salutatus,cum Ismaële, aliisque Sarracenis Regibus acie conflixit,diuinaque ope hostem profligauit. Itaque victoriis ingens,ab Alponso Reges Castellæ,cuius Beneficiarius erat,Rex Lusitaniæ appellatur.Ita ille,qui latè & solidè vt semper solet,probat per recognitionē Alphonsi Henriquez erga Sedem Apostolicam,& huius patrocinium erga eundem Alphonsum, non ablatum fuisse directum dominium, neque ius vassalagij, quod Alphonsus Septimus Rex Leonis,& Castellæ habebat in dictum Alphonsum & Lusitaniam. Potuit igitur Alponsus titulum Regium obtinere,& à Rege Leonis & Castellæ, & simul à Summo Pontifice.

TRACTATVS XIII.

DE

PRINCIPVM CHRISTIANORVM

Fœderibus cum Turcis,vel Hæreticis.

RESOLVTIO PRIMA.

An suppositā iustitia belli,licitum sit Principibus Christianis inire fœdus cum Infidelibus,vel Hæreticis,pro mutuo auxilio exhibendo? Et opinio affirmatiua proponitur. Ex part.10.tr.2. addit.Res.1.

§.1. PRima opinio affirmat. Ità Oldradus *cons.*71.Decianus *vol.3.cons.*20.Panormitanus *in c.Quod super de voto.* Mathæus de Afflictis *de feudis,tit. de Pace iure firmanda,ver. Conuenticula , n.32.* Corsetus *de Potestate Regia,p.4.q.33.*& alij quos citat & sequitur Aponte *vol. 2. cons.*131. *n.*79.Valenzuela *tom.1.cons.*99.*n.*10. Fabius de Anna *cons.*17.*n.*17.Farinacius *Prax.q.*125.*n.*90. Salzedus *de leg. Politic.lib.3. cap.3. num.*23. Christianus Hiebenthal *in Collegio politico,Exercit.*14.*q.*6.Emanuel Themudo *tom.1.decis.*89.*n.*20. *& seqq.*

2 Probatur Primò,hæc opinio;nam quod quisque ad tutelam sui corporis facit, iustè fecisse existimatur, *leg.vt vim. 3. ff. de Iust. & Iur.*Sed princeps ad sui tutelam Infidelium , & Hæreticorum opera vtitur ; ergo iustè ab illo fieri dicendum est.Secundò ità arguunt. Quouis modo virtute, dolo & insidiis inimicos repellere, ac propulsare possumus,*cap. Vitilem 22.q.2. & cap.Dominus* 23.*q.*2.Ergo Infidelium, & Hæreticorum quoque opera vti concessum erit. Tertium argumentum est : fideles possunt in iusto bello Infidelibus suppetias ferre , *caus. 11. quæst. 3. cap. Iulianus, quæst. 4.& cap. Imperatores.*Igitur pari iure Infideles possunt à fidelibus in auxilium vocari, vbi bellum iustum extiterit : Hucque trahunt factum Pauli , qui à Tribuno milites petiit, quorum auxilio seruaretur illæsus. *Act.* 23. Quin ipsius Dei exemplum proponunt, qui in vlciscendis Iudæorum peccatis Gentium ministerio vsus est, *cap.demittuntur, §. Hinc notandum est.* 23. *quæst.5.*Quarto loco adducunt exemplum Sacræ Scripturæ , Abrahamī

scilicet, qui cum Aner, Eschol, & Mambre Gentilibus fœdus sanciuit, cosque secũ duxit in bellum, *Gen.* 14. *v.* 13. Dauidis qui cum Hiram Rege Tyri amicitiam cõtraxit, 1. *Reg.* 5. *v.* 1. Salomonis qui cum eodem Hiram pacem, & fœdus iniit *cap.* 5. *v.* 12. & affinitate coniunctus fuit Pharaoni Regi Ægypti. 1. *Reg.* 1. *v.* 1. Idque fœdus cum Romanis & Spartiatis Simon Summus Sacerdos renouauit, 1. *Machab.* 14. *v.* 18. *cum seq.* His addunt Iustiniani Imperatoris, qui cum Persis fœdus peti iussit, *leg.* 2. *Cod. de offic. Præfecti Prator. Africa, & leg.* 4. *Cod. de Commer. & mercat.*

3. Nec obstat, vt ait Bocerus, tract. de Bello, *c.* 6. *n.* 16. quod Christianis consortium, & communio cum Infidelibus vlla esse non debeat; *cap. sapè* 28. *q.* 1. Hoc enim intelligendum est, partim de consortio spirituali, non politico, & ciuili, vt arguit perspicuè, *cap. Ecce* 23. *q.* 4. *& cap. non licèt.* 1. *q.* 1. partim de non necessaria communione, & conuersatione, & minimè de consortio necessario, quale est quod belli necessitas extorquet, argumento exempli Machabæorum, cum infidelibus Romanis fœdus constituentium, 1. *Machab. cap.* 8.

RESOL. II.

Proponitur Secunda Opinio negatiua, videlicet non posse Principes Christianos inire fœdera cum Turcis, vel Hæreticis. Ex part. 10. tract. 2. addit. Resol. 2.

Sup. contentis in hac Resol. magis late infrà in Resol. 4. §. Dico secundo. vers. Vnde, & seq. & in Resol. 5. per totam.

§. 1. SEcunda opinio negat, & illam latè defendit Cacheranus *in particulari disputatione, impressa post suas decisiones Pedemontanas num.* 11. *& seqq.* Fernandus Pizarrus *in vita Ioannis Pizzarri cap.* 7. *obser.* 2. quibus adde Reinahardum *Honnig. in Theatro Politico part.* 1. *cap.* 5. *n.* 100. Petrinum Bellum de re milit. *p.* 2. *tit.* 17. Magerum de Aduocat. armata *cap.* 7. *num.* 100. *& seqq.* Theodorum Reinkink *tract. de Regimine seculari, & Ecclesiast. lib.* 3. *clas.* 3. *cap.* 2. *num.* 63. *& seqq.* Albericum Gentilem *de iure Belli lib.* 3. *cap.* 19. Arumæum in auream Bullam, *disc.* 6. *Thesi* 7. Cochier *in Thesaur. Polit. apher. lib.* 22. *cap.* 11. Mancinum *de iure Principatuum lib.* 6. *c.* 18. Calistum Ramirez *de lege Regia §.* 26. *n.* 65. Hermanum Hohausen de iure publico, & priuato *p.* 3. *per.* 2. *q.* 10. Io. Althusius *in polit. cap.* 34. *num.* 51. & alios penes Nicolaum Myserum *in addit. in Rumelinum ad auream Bullam p.* 2. *dissert.* 4. *Thesi* 35. Probatur hæc opinio ex Dei prohibitione, *Exod.* 23. *v.* 32. *& cap.* 34. *v.* 32. *& c.* 34. *v.* 12. Caue, inquit, ne vnquam cum habitatoribus terræ istius inngas amicitias, ne sint offendiculum in medio tui. Non feries cum eis pactum, *Deuter.* 7. *v.* 3. Nec Iudæorum vllum fuit cum Samaritanis commercium. *Io.* 4. *vers.* 9. & Paulus 2. *Corint.* 6. *vers.* 14. *& seq.* ita præcipit. Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate, aut quæ societas lucis ad tenebras? Quæ autem conuentio Christi ad Belial? aut quæ pars fideli cum infideli? In ipso fœdere inter eos, cum quibus initur societas quædam amoris, & voluntatis communicatio est. At quis amer in eos, qui ipsius Christi, & membrorum eius iurati sunt hostes? Adde quod reprehendantur à Prophetis Dei, qui cum impiis percusserunt fœdera. Ita Asa Rex Iuda ob fœdus initum cum Benhadado Rege Syriæ corripitur 2. *Paralip.* 16. *vers.* 7. & Iosaphat ob contractam amicitiam cum impio Achabo; 2. *Paralip.* 19. *v.* 2. itemque cum Ochozia. 2. *Paralip.* 20. *v.* 37. Aconiti ea natura est, *teste Plinio, lib.* 2 *cap.* 2. vt etiam contactu noceat; ità infidelium, & Hæreticorum conuictus protinus inficit, si vel tantillum cum illis commercij habere incipias. Serpunt namque vitia, & in proximum quemque transiliunt; & contactu nocent, vt inquit Seneca *de tranquillitate animi cap.* 7. Ergo huius periculi euitandi causa, prorsus ab eiusmodi auxilio abstinendum est: præsertim cum hoc periculum, concernens animæ salutem, maius sit altero, concernente res temporales. Et ideo de Hæreticis loquens D. Cyprianus in Epistola ad Cornelium, sic ait: Nulla cum talibus commercia, nulla conuiuia, nulla colloquia misceantur; simusque ab illis tam separati, quam sunt illi ab Ecclesia.

RESOL. III.

Tertia opinio affertur, concedens Principibus Christianis inire fœdera cum Turcis, vel Hæreticis, in summa necessitate. Ex part. 10. tr. 2. addit. Resol. 3.

§. 1. TErtia opinio, vt obseruat Dominicus Puronus in Bulla Cœnæ *c.* 7. *ver. ad Saracenos, Turcas, &c. num.* 17. *& seq.* & Daniel Otterus *in disser. Politico. iuridica de iure publico c.* 11. aliud temperamentum, ac medium quoddam inuenit; asserit enim tunc ineunda esse fœdera cum infidelibus, ac Hæreticis; cum summa ingruit necessitas, hostiumque crudelitas; nec alia ratio euadendi se offert, ità tamen vt caueatur, ne, vel nobis, vel hostibus nostris periculum afferatur in Religione, & quantum denique fieri potest, cito, & bono modo dimittantur. Ita tenet, & ex multis probat Doctus Iurisconsultus Petrus Gonzalez de Salzedo *tract. de lege polit. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 23. cui adde Melchior Iunium *quæstione politica* 74. Henricum Hænonium *disputatione politica* 13. *num.* 5. & Christophorum Besoldum *in Dissertat. de iure fœderorum cap.* 4. *num.* 3. Felinum, Ioannem Andream, & alios, quos citat Mancinus *de Iuribus Principatuum, lib.* 6. *capit.* 17. Confirmatur hæc opinio ex vi, & efficacia necessitatis: nam neque iure diuino, neque humano, necessitati lex ferri potest. *Tiraquel. de rectr. lignag.* §. 26. *glos. num.* 9. *& seqq.* vbi id multis, more suo, prosequitur, Hieronymus de Ceuall. *in spec. Opinion. commun. q.* 906. *num.* 50. *& sequentib.* Gelius 1. *obseru.* 102. *numer.* 6. 7. 8. Crauetta *cons.* 1. *pro gener. num.* 8. *& seqq.* Vesembecius *cons.* 40. *n.* 28. Nam de iure diuino occidere aliquem fas non est. Si tamen aliquis in necessitate constitutus cum moderamine inculpatæ tutelæ agressorem interficiat; in legem diuinam delinquere non putatur. Sic videmus, Dauidem famis necessitate ductum, comedisse panes propositionis; quos non nisi Sacerdotibus comedere fas erat 1. *Sam.* 21. *vers.* 6. *Marc.* 2. *vers.* 25. Vbi ipse Saluator id recenset, & approbat. Pariter in Sacris legibus, Iudæos, quibus belligare non licebat die Sabbati, eadem die bella gessisse, vt se defenderent 1. *Machab. capit.* 2. *vers.* 41. De iure humano communis est traditio, necessitatem facere licitum quod alias erat illicitum, *argum. cap. si nulla, eius d.* 23. *q.* 8. Huc pertinent rationes, & axiomata Doctorum, quæ de necessitate adducuntur quod necessitas sit ingens telum, nulli subiectum legi, ipsa legem faciens, *cap. remissionem vers. sed Notandum causa* 1. *q.* 1. *c. sicut. c. quando de consecrat. dist.* 7. Ideoque quod necessitate vrgente fit, culpabile non est, *c. ad limina causa* 30. *q.* 1. Cuius rationem inquirit, & reddit D. Thomas, & ex eo Hieronymus de Cæuall. *in specul. commun. opin. quæst.* 906. *num.* 53. quia lex debet esse de possibili, *cap. erit autem dist.* 4. vbi dicitur: Erit autem lex honesta, iusta, possibilis. Necessitas verò supponit impossibile quoddam;

quoddam; & ideò semper habet dispensationem annexam, propter quam non subditur legi, maximè quando tractamus de periculo, vitæ vitando, & patriæ salute conseruanda. Hoc autem casu, illud dicitur impossibile, quod sine interitu Reipublicæ, aut vitæ periculo fieri non potest, *leg. Nepos Proculo. ff. ne verb. sing. leg. Anus, ff. de Iur. Dot.* Cum verò impossibile sit impossibilitate iuris Patriam deserere, vitam suam, suorumque periculo, & crudelitati hostis exponere; ideò, ne ad hoc cogatur Magistratus, licitum erit cum infideli fœdus ferire; quod extra necessitatis casum, esset illicitum. Nam propter necessitatem ea conceduntur, quæ ipsa quodammodo natura negauit, per ea, quæ notat *Tasius in Paratit. ff. de Commun. diuid.*

RESOL. IV.

Auctoris, & Theologorum opinio firmatur; nempè ex sui natura non esse illicitum inire fœdera cum Turcis, vel Hæreticis; tamen ratione circunstantiarum in praxi vix vnquam talia fœdera esse ineunda? Ex part. 10. tract. 2. addit. Res. 4.

§. 1. QVæ hucusque retuli, sunt placita Iurisconsultorum circa præsentem quæstionem, sed ego Theologorum vestigiis inhærendo, quid sentiam, sequentibus assertionibus demonstrabo.

Dico igitur primò, per se, & ex natura rei licitum est inire fœdus cum infidelibus, & Hæreticis, implorando eorum auxilium, in bello iusto, etiam contra fideles. Ratio est, quia infideles possunt ex se suscipere iustum bellum contra quoscumque hostes: ergo possunt etiam alios iuuare in iusto bello contra quoscumque hostes: ergo licitum est ab iis petere, vt nos iuuent in iusto bello. Et confirmatur primo, quia actus iustitiæ, loquendo præcisè ex natura rei, potest ab omnibus tam fidelibus, quàm infidelibus exerceri; at gerere iustum bellum, vel iuuare in iusto bello est actus iustitiæ: ergo potest ab omnibus exerceri. Secundò, quia in iusto bello licitum est vti subsidio equorum, elephantorum, & aliorum brutorum animalium; ergo etiam hominum infidelium. Tertio licitum est in iusto bello præbere auxilium infidelibus contra fideles; ergo licitum est etiam ab eis petere auxilium, cùm sit par ratio. Antecedens patet exemplo Dauidis, qui auxilium, præbuit Achis Regi Philistinorum contra populum Israël. 1. *Reg.* 28. & 29. Videatur *ibid.* Abulensis, *cap.* 18. *quæst.* 5.

2. Dicendum est itaque licitum esse Principi Catholico conuocare infideles, & Hæreticos, & illorum opera vti ad debellandos Hostes, aduersus quos gerit bellum iustum. Probatur. Quia actio illa debellandi Hostes, iusta est, ergo iustum erit illi cooperari: ergo vocare alios, vt cooperentur non est illicitum. Quod verò, qui vocantur, infideles sint, & Hæretici non reddit per se loquendo cooperationem inhonestam; nam infidelitas non deprauat omnes actiones: adhuc enim possunt infideles operari benè, aut certè non malè in iis, quæ ad infidelitatem non spectant, aut cum illa non annectuntur, vt non connectitur bellum.

3. Sed dices hæretici sunt excommunicati; ergo non licet Catholicis cum illis agere. Si autem ad eorum exercitum vocarentur; necessariò, verbis, & actionibus communicarent. Respondeo primò, hæreticos (excepto vno, vel altero) non esse excommunicatos nominatim, sed in generali: non teneri autem nos ad vitandum excommunicatos in generali post Concilium Constantiense, de quo in materia de Excommunicatione. Secundo, licèt teneremur vitare illos, tãquam excommunicatos; id solum haberet locum, quando non esset nobis necessaria, aut vtilis communicatio: vt affirmant Doctores in eadem materia. Quare eo ipso, quòd Principi Catholico necessarium, aut vtile esset vti opera hæreticorum ad bellum: non obstaret excommunicatio. Et ita omnia supradicta docent Martinus Becanus *in Apologia veteris testamenti cap.* 17. *quæst.* 6. Valentia *tom.* 3. *disp.* 3. *quæst.* 16. *punct.* 2. Petrus Binsfeldius *de iniuriis, & damno dat. cap.* 8. *concl.* 17. Molanus *de fide Hæret. seruan. lib.* 1. *cap.* 20. & 21. Zipæus *de iudice lib.* 4. *cap.* 11. *num.* 2. Layman *lib.* 2. *tract.* 3. *cap.* 12. *num.* 6. Bañez *in* 2. 2. *D. Thomæ q.* 40. *art.* 1. *dub.* 3. Suarez *de Bello, disp.* 3. *sect.* 7. *num.* 25. Turrianus *in* 2. 2. *tom.* 1. *disp.* 90. *n.* 2. Coninch. *de Bello disp.* 31. *dub.* 7. *n.* 102. Caspensis *in cursu Theologico, tom.* 2. *tract.* 17. *disp.* 7. *sect.* 1. *num.* 19. Syluius *in* 2. 2. *quæst.* 40. *art.* 1. *Quæritur* 2. & alij statim citandi. Vndè in hoc sensu puto locutos fuisse Auctores primæ opinionis affirmatiuæ in principio positæ.

§§. seq. quæ hic est infra Res. etiam 9.

4. Dico secundò, licèt, vt probatum est non sit illicitum per se, & absolutè inire fœdus, & aduocare in auxilium belli iusti milites infideles, & hæreticos; tamen per accidens, & ratione circumstantiarum ordinariè, & generaliter hoc est illicitum, & grauissimum peccatum; nam suboriri solet maximum scandalum in Republica Christiana ex aduocatione infidelium, & hæreticorum ad castra Christianorum. Deinde etiam ipsis, qui infideles. & hæreticos vocant in auxilium, regulariter cedit in malum; non enim seruant iura belli, nec reuerentiam exhibent locis Sacris; sed omnia prophanant; & captiuos ducunt infantes, vt eos apostatare faciant; & aliis plurimis calamitatibus omnia perdunt. Et in hoc sensu explicandi sunt DD. secundæ sententiæ negatiuæ quos supra adduximus, [Vndè ego co nstanter assero, quod si bellum sit inter Principes Christianos, vix vnquam contingere poterit, vt infideles in eorum auxilium admittant, præsertim eos, qui sunt manifesti Catholici nominis hostes: quales sunt Turcæ, & hæretici, quoniam semper timeri debet nimia horum crudelitas, & prophanatio Templorum, ac rerum Sacrarum, & Virginum violatio.] Et ita docet Lorca *in* 2. 2. *D. Thomæ sect.* 3. *disp.* 51. *num.* 4. Granado *in* 2. 2. *controuersia* 3. *tractat.* 12. *quæst.* 4. *sect.* 6. *num.* 56. Molina de Iustitia *tom.* 1. *tract.* 2. *disput.* 102. *n.* 5. Malderus *in* 2. 2. *quæst.* 40. *art.* 1. *dub.* 6. Villalobos *in summa tom.* 2. *tract.* 5. *difficult.* 9. *n.* 3. Becanus *opusc. de fide Hæreticis seruanda, lib.* 2. *cap.* 7. *n.* 4. Gordonus *in summa lib.* 6. *quæst.* 19. *cap.* 9. *num.* 19. Freytas *de Imperio iusto Asiatico c.* 13. *n.* 52. Coninch. & Syluius *vbi suprà, cum aliis.* Et vtinam hoc experientia miserabilis non patefaceret.

Sup. in Res. 2. huius tractatus.

5. Vndè ad terrorem Principum Christianorum, non deseram hic apponere exemplum Francisci Primi, Regis Galliæ, de quo Georgius Schonborner *in Politica lib.* 4. *cap.* 4. sic ait: (Franciscus Galliarum Rex sic potens, vt cum potentissimo Orbis Imperatore dimicaret de Orbe, & vna veraque cura sit complexus vniuersos suos, vt lis fuerit in Gallia, debeat nè illi plus Mars, aut Minerua, nobilitas, an plebs, miles, an Mercator. Tantus Heros videtur summæ fælicitatis apicem attigisse, nisi moriens exclamasset; Perij, heu perij, quod voluì esse fœderatus ei, qui hostis est Christiani nominis. Cardinali Guisio suggerenti consolationẽ ex Sacris litteris. Omnis, inquit, misericordia mihi clausa est, qui vt Æmuli mei, vel gloriam infuscarem, vel vindicarem iniuriam, fœdus pepigi cum Turca, & Christianorum capita, tãquam armenta ad Mahometanam seruitutem viuus, videnſque

videnſque paſſus ſum abigi. Non puto has voces eſſe deſperantis ſed extremè potius dolentis. Sanè præter bellum, quod florentiſſimam Galliam exercuit, aliis etiam modis ad pœnam tractus eſt Franciſcus. Poſteritatem illius videmus extinctam. Henricus filius in publico ſpectaculo factus eſt Orbis ſpectaculum; Nepotes, dolor, Bellum, venenum, cultellus, ita breui abſumpſit omnes, vt vna eademque ætas Valeſiam gentem viderit, & ſummam, & propter fœdus Turcicum nullam.] Hucuſque Schonborner. Quod etiam notarunt poſt illum Philippus Hœnonius *diſp. polit. 13. n. 5. litter. A* Melchior Iunius *in quæſt. polit. 74. Arumæus ad auream Bullam diſcurſ. 6. Theſ. 7.* Peinhardus Koningh *in Theſ. polit. part. 1. cap. 5. num. 82.* Carpzouius *in legem Regiam Germanorum cap. 6. ſect. 3. num. 8.* Daniel Ottonus *in Diſſertatione Iuridico Politica de Iure publico cap. 11.* Chriſtophorus Beſoldus *in Synopſi Politica doctrina lib. 1. p. 1. cap. 11. num. 7.* Andreas Magerus de Aduocatia Armata *cap. 7. num. 121.* & Martinus Rumelinus ad auream Bullam Caroli IV. *p. 2. diſſ. 4. n. 35.* Et de dicto fœdere Franciſci cum Solimano faciunt mentionem Bañez *in 2. 9. 40 art. 1. dub. 3.* Theodorus Reinkingk de Regimine ſæculari, & Eccleſiaſtico *lib. 2. claſſ. 3. cap. 3. num. 65.* Hermannus *Goehauſen. de iure publico. & priuato p. 2.* Per. *2. quæſt. 10.* Genebrardus *in Chron. lib. 14. an. 15.* Beſcarius *in Com. Rer. Gallic. libro 23 num. 22.* Bulengerius *in Hiſtor. lib. 2. fol. 53.* & alij vbi ſupra; quos hîc ad ſatietatem omnes adducere, volui; nam Auctor Anonymus *Vindiciarum Galliæ num. 23.* auſus eſt negare fœdus Franciſci Galliarum Regis cum Solimano; ô impudentia!

6. Sed mira res, quòd mors Franciſci tam terrifica non terrefecerit Henricum II. eius filium: nam poſt eius obitum ſtatim ipſe fœdus cum Solimano Turcarum Imperatore etiam contraxit contra Carolum V. vt obſeruat Arumæus ad auream Bullam *diſcur. 6. capit. 15. Theſi 8.* Et huius fœderis tranſumptum per extenſum apponit Euerardus à Weihein Penniculum fœderum *libr. 2. cap. 1. fol. mihi* 230. & Georgius Praudlaches in Hiſtoria Pacificationum Auſtro Hiſpano Gallicarum *cap. 9. fol. mihi* 51. Quod quidem ego ſine ſtoma cho legere nob potui: & ideò rectè, vt teſtatur Arumæus *vbi ſupra*, & Carpzouius vbi ſupra in legem Regiam Germanorum, *capit. 6. ſect. 3. num. 22.* Cancellarius Galliæ, *Henrico quantumuis petente, fœdus illud conſignare noluit; ſigillum non in hunc vſum ſibi creditum aſſerens.* Itaque cùm Carolus Galliæ Rex, cognomento Simplex, velle ſe cum Nortmannis ethnicis inire fœdus; eorumque auxilio bellum gerere in conſilio haberet, rectè Fulco Archiepiſcopus Rhemenſis Sacerdotali conſtantiâ ei reſtitit, grauiſſima epiſtola ſcripta, quam recitat Frodoardus *lib. 4. cap. 5.* vbi inter alia ſcribit. *Quis non expaueſcat, vos inimicorum Dei amicitiam velle, ac in cladem, & ruinam Chriſtiani nominis Pagana arma, & fœdera ſuſcipere detrectanda? Nihil enim diſtat vtrum, quis ſe Paganis ſociet, an, abnegato Deo, Idola colat?* Et ſane Carolum quandiu Fulconis conſilia ſecutus eſt, Deum habuiſſe adiutorem; è contra poſt aliquot annos infidelium opera vtentem, vna cum libertate Regnum perdidiſſe, teſtatur Baronius *ſub anno 923.* Quod etiam obſeruauit Beſoldus in Diſſertatione *de fœderum Iure, cap. 4. num. 1.* Et ideo Vgo Grotius *de Iure Belli lib. 2. cap. 15. num. 11.* aſſerit, quod eſſet optandum hodie, vt Principes in animum admitterent liberam, & piam vocem dicti Archiepiſcopi Fulconis, Carolum Simplicem admonentis.

* *
*

RESOL. V.

Magis explicatur noſtra ſententia, & Doctorum auctoritate fulcitur? Ex part. 10. tract. 2. addit. Reſ. 5.

§. 1. VErùm ex ſuperius dictis apperte pater, ea non ſolum procedere quando infideles, & hæretici aduocantur in auxilium fidelium; ſed etiam, è conuerſo, quando fideles militarent in auxilium infidelium, & hæreticorum, etiam ſupponendo iuſtitiam belli; Et ideo rectè, ſtantibus his, quæ ſuperiùs probata ſunt, Petrus Marchant. in ſuo Tribunali *Sacram. tom. 2. tract. 6. tit. 3. quæſt. 1. dub. 4. fol.* 343. ſtatuit has duas propoſitiones: Quod vbicumque periculum imminet ſalutis, aut peccati mortalis in fide, & moribus, ſiue obſeruantia mandatorum Dei in militibus, vel communis ruinæ fidei Catholicæ, Templorum, &c. non liceat Catholicis Regibus, & Principibus ſubſidium mittere Principibus infidelibus, nec militi Catholico in talibus caſtris, militare. Similiter non licere Regi Catholico, ſiue Principibus Hæreticum militem auxiliarem adhibere, ſi per iſtos Eccleſiæ aliquod damnum inferatur, & credant ſe id prohibere non poſſe; non enim facienda ſunt mala, vt eueniant quæ opinamur bona. Pericula autem, ait Marchant. quæ in huiuſmodi militia ferè ex natura infidelitatis, vel hæreſeos ſequuntur, ſunt. Quod apud infideles, vel hæreticos exercitium Religionis Catholicæ non ſit liberum; ita vt Sacerdos, Capella, ordinaria Religionis Catholicæ exercitia, ne quidem inter legiones Catholicas habeantur, aut permittantur: vt modò in Holandia: in qua, etſi Legati Regum, & Principum domi, Religionis ſuæ exercitium habeant; nihilominus in exercitu, vbi ſunt Gallorum Regimina, & Legiones, nullus Sacerdos, aut Capella, aut exercitium Religionis Catholicæ admittitur. Vnde neſcio quid excuſare poſſit Reges Catholicos, vt cum certo animarum periculo poſſint humanum ſubſidium præferre ſaluti ſubditorum; vbi Sacramentorũ Pœnitentiæ, Euchariſtiæ, extremæ Vnctionis, & aliorum mediorum, quæ tum neceſſaria; tum multũ vtilia ſunt, omnis illis copia deeſt.

2. Imminet periculum reſpectu fidelium, contra quos bellum geritur; dum ipſi ſubſidiis armorum Catholicorum opprimuntur in exercitio fidei Catholicæ, & Religionis, & in ſalutaribus operibus: templa non modo vaſtantur, ſed ſacrilegis operibus addicuntur; ſacra violantur; Sacerdotes exulant, Virgines Deo ſacræ vi opprimuntur; in Oppidis, & Ciuitatibus, in quibus à principio Chriſtus, & fides Catholica floruit, plantatur Synagoga Satanæ. Nec excuſatio illa prophana aliquid concludit; quòd Catholicus miles id non intendat, quod per accidens id fiat, quod ſtatus politicus id attendere non debeat. Quis enim poteſt intentionem diuertere ab eo, quod data victoria certò, & infallibiliter fit, & fiet Principe, aut Republica hæretica vincente etſi non neceſſario phyſica neceſſitate; neque enim per accidens in re morali fieri dicuntur, quæ certo fiunt, & conſequuntur? Minus ſtatus politicus ſalutis ſtatum, & Dei aras euertere, aut anteire debet, cum omnis poteſtas, ſicuti â Deo eſt ſic Deo ſubiici neceſſario debeat.

3. Imminet periculum ratione prauæ conuerſationis, & permixtionis perfidiæ hæreticæ cum vera Religione: Vnde, ſi non hæretici, qui tamen ſic conuerſãtur, vt plurimum ſiunt Athei. Quæ pericula, & ſi non tot, nec tam magna; frequenter tamen eueniunt; ſiue cum Regum infidelium aduerſus infideles eſt bellũ, ſi Catholici milites ſuæ Religionis exercitiis vacare publicis in caſtris non permittantur: Siue, cum

cum Principes Catholici milites hæreticos,& infideles ad sua castra admittunt : nisi enim certa disciplina eos coerceat, etiam quæ fidei Catholicæ sunt non rarò conculcant,& hæc omnia docet Marchant. vbi suprà.Et quia Codex huius viri docti non ità facile inuenitur, ponam etiam id,quod asserit in *Tractat. 2.tit.2. sect.6.quæst.3.dub.1. fol.*105. sic itaque ait. Dicant quicquid volunt in hac Politici huius temporis, qui materiam status à materia fidei separare tentant.Vbi enim actiones ex circumstantiis certò concomitantibus hæresi coniunguntur, speculationes suas mihi suppeditabunt, sed Praxis illos coram Deo, & Christo Iesu condemnat : Deus enim non irridetur. Explico exemplo, quod ipso experimento vidimus : Præstamus , inquiunt auxilium , & arma hæreticis in materia ciuili,& status,seu Politiæ,Hæresi non fauemus.Hæresis enim à materia status secernitur. Propositio speculatiuè concludit , si cum vniuersalibus , & Idæis Platonicis in cornu Lunæ remaneat : Dic , age dum , mihi : Hæretico contra Catholicum auxilium præbes in materia status , & Politiæ , quem scis , & experiris , quocumque suis armis,& tuis auxiliaribus Copiis pertingit, Christum, Ecclesiam , Fidem Catholicam aut expellere , aut perdere ; Synagogam Satanæ introducere, Templa Sacra profanare, Sacerdotes fugare,aut opprimere : quin imò in tuis propriis Copiis auxiliaribus,Sacerdotes,& Exercitium Catholicæ Religionis non permittere. Separa mihi ista in praxi : & cum illa sic certò, & infallibiliter contingant; vnum ab alio actu remoue , & intentionem tuam salua , si potes , coram Deo, & hominibus. Quod si philosophari velis , agnosce : Quod qui scienter;& deliberatè ignem in domum iniicit quo scit infallibiliter arsuram,incendiarij culpam etiam coram iudice quolibet non euadet,& si allegaret millies se non intendisse domum comburere.Agnosce,quòd qui scienter applicat causam, ex qua infallibiliter, & certò,& si non necessario effectus sequitur : effectus illi imputandus sit.Aut permitte,vt ardentem facem tuæ barbæ applicem cum intentione non comburendi. Si Theologos consulas , qui aliter fortè respondeant; Arioli sunt, & Pythones è ventre loquentes , non Theologi. Hæc Marchant. Frustra igitur asserimus causas dari, ob quas Reges fœdera cum hæreticis contrahant, illisque faueant ; auxiliaque mittant Principibus, non qua hæreticis,sed quà principibus bellum, vt credunt, aliàs iustum gerentibus;in quo gerendo, si quid aduersus Religionem comittatur; esse id extra suam intentionem asserunt, atque contingere per accidens. Hoc argumentum ex superius dictis reiicitur : & solide refellit illud nouissime doctus, & amicissimus Zipæus in Indice *lib.*4. *cap.* 11. & in hiatu Cassani obstructo *lib.* 3. *cap.* 3.

RESOL. VI.

An Principes, ineundo fœdera cum Turcis, vel Hæreticis, incidant in censuram Bullæ Cœnæ,vel saltem peccent mortaliter? Ex part. 10.tr.2. addit.Ref.6.

5.1 NEc aduersus superius dicta valet dicere posse aliquos Principes fauere hæreticis, non vt hæretici sunt,sed tantum in materia ciuili,& & politica,& ideò in censuram Bullæ Cœnæ non incidere si quis eorum faueat Hæretico,non tanquam Hæretico, sed affectu aliquo humano,aut temporali, vt docet Toletus *lib.*1.*cap.* 19. Sayrus *de Censur. libr,* 3. *cap.*5. *num.* 3.Farinacius *de Hæresi,quæst.* 182. *n.*132.Sanchez *in Summa lib.*2.*c.*10.*n.*5.Bonacina *disp.* 2. *de Censuris,q.*5.*punct.*3.*n.*2.Non inquam hoc valet dicere:sed contrarium sentiendum est,quia si auxilium impendis hæretico, cedens necessariò in hæresis fauorem, absolutè vis in executione hæresi illius fauere, quia fauor hæresis omninò consistit in illo auxilio præstito,neque impeditur ex alia vniuersaliori intentione, si eam fortè habeas : ergo verè dicendus es fauere hæretico, vt hæreticus est, quoties faues, illius hæresi. Secundò probatur ex variis textibus in tit. de Hæreticis in quibus solus fauor hæretico factus,cedens in fauorem hæreticæ prauitatis,attenditur,vt fautoriam Hæresis constituat,neque alia intentio formalis requiritur.Cõstat hoc *ex cap.accusatus,*§ *Sacerdotes de Hæreticis in* 6. Vbi Sacerdotes, & alij Clerici impedientes Inquisitionis officium,compesci possunt tanquam fautores hæretici,cum non sit dubium, inquit textus,eos, ipsa facere in fauorem hæreticæ prauitatis.Item *ex cap.commissi*, vbi conferens beneficium hæretico cognito,etiam si consanguineus sit,priuatur beneficiis,& alias pœnas incurrit.Et idem est de recipiente ab hæretico,*ex cap.Quicumque.*Quia in his fauor hæresi præstatur,etiamsi non animo vltimatè,& formaliter illi fauendi fiant.Neque Doctores. quos allegat Sanchez, intentionem ipsius probant : solum enim dicunt necessarium esse ad fautoriam,vt hæretico faueas,vt hæreticus est:quod abũdè præstas,quoties vis auxilium cedens in fauorem hæresis, illi præstare : vis enim tunc illi fauere, vt hæreticus est,etiamsi non faueas illi,quia est hæreticus,sed quia est consanguineus.Et hęc omnia tenet, & docet Suarez *de fide disp.*24.*sect.*1. *num.*9.& post illum Castrus Palaus *tom.*1. *tract.*4.*disput.*3.*punct.*5. *num.*9.

Sup. hoc infra in Ref. 7.§. Et non deieram. & in tom.5.tr. 12. Ref.21.§. Notandum est,prope finem à vers. Ex his infertur.

2. Sed dato , & non concesso quod in casu, de quo loquimur,Principes non inciderent in censuras Bullæ, firmiter tamen dicendum est peccare contra præceptum naturale:nam ad peccatum contra id, quod debeo Religioni Catholicæ, parum refert quod ego agam ex affectu contra fidem,si tamen ago id quod cedit contra fidem. Sicut ad peccatum iniustitiæ parum refert, quod non auferam alienam pecuniam ex effectu iniustitiæ, si tamen ex alio fine v.g.gulæ, vel auaritiæ eam aufero, idem enim nocumentum infero Catholicæ Ecclesiæ , quando faueo,& conseruo hæreticos ex affectu lucri, Amicitiæ,ac quando ex affectu erga hæresim:ergo in vtroque casu pecco grauiter contra præceptum naturale quo debeo protegere Catholicam Religionem.

3. Nec obstat , si dicant se defendere,& fouere hæreticos,vt hac ratione caueant sibi,& tueantur se à Principe aliquo Catholico potentiori : hoc , inquam, non satisfacit, quia bonum commune Religionis;est ordinis valde superioris : ratio autem politica est multò inferior;quæ cum tanto Ecclesiæ Catholicæ detrimento non debet attendi.Docent enim Lessius *libr.*2. *de Iustitia cap.* 9.*dub.*8.*numer.*41. Marquez *in Gubern. Christ.lib.*1.*cap.*8.Cuença de sui defensione *lib.*4.*quæst.*1.*num.* 13. & Theologi communiter hominem priuatum qui à Principe iniustè inuaditur , non posse in sui defensionem Principem occidere,si ex morte Principis sequatur magnum Reipublicæ detrimentum,quia damnum illud publicum debet præferri iacturę propriæ vitæ , Docent etiam Lessius *ibid.* 9. *num.* 60. & alij passim , non posse aliquem defendere se ab iniusto aggressore,si non potest aliter occidere aggressorem , nisi occidendo simul obiter infantem non baptizatum, quia salus spiritualis illius pueri debet anteponi iacturæ meæ vitæ corporalis.Videant nunc Principes,an debeat præferri ratio quædam politica , & timor humanus, quem fingimus, iacturæ temporalis futuræ,

Sup. hoc in tom.8. tr.5. Ref.17.

Et sup. hac occisione aggressoris in tom.8. tr. 5. ex doctrina Ref. 18. signanter §. Sed ego cursim in fin.

detrimenro præsenti, certo, & communi Religionis Catholicæ: cuius bonum est adeò superiùs, vt debeat etiam cum iactura nostræ vitæ procurari.

4. Nec est iusta causa excusationis, si quis iudicet id expedire ad suum statum augendum, aut conseruandum; eò quod ea ratione minuat Æmuli sui potentiam: nisi prius probet suum statum pluris esse Religione Christiana; ac salute, tot millium animarum, atque adeo Christi sanguine, quo illæ emptæ sunt. Quod optimè obseruauit indiuidualiter Coninch. *disp.* 31. *de bello dub.* 7. *n.* 102. Hurtadus de Mendoza *vol.* 2. *disp.* 169. *section.* 9. §. 78. Caspensis *in cursu Theologico tom.* 2. *tractat.* 17. *disputat.* 7. *sect.* 1. *num.* 13. ergo, &c.

RESOL. VII.

An Summus Pontifex possit sub censuris prohibere Principibus, ne bellando supradicta fœdera cum Turcis, vel Hæreticis contrahant?

Idem est si bono spirituali Ecclesiæ expediat, Principes desistere ab aliquo bello. Ex part. 10. tract. 2. addit. Resol. 7.

§. 1. VErum, si pro coronide huius disceptationis aliquis curiosus inquirat, an possit Pontifex Principibus prohibere, ne bella gerant, de quibus supradictum est illicita esse; & illi teneantur obedire Respondeo cum *Duuallio in* 2. 2. *tract. de Charitate quæst.* 16. *art.* 2. & alijs: quòd licet absolutè in materia bellorum dicendum sit Principes Christianos nõ posse ex iustitia ad Tribunal Pontificis vocari, cùm in eos Pontifex potestatem temporalem non habeat sed tantùm spiritualem: & posse quidem inuitare, & monere ipsos Principes ad pacem; & aliquando se benignè tamquam Arbitrum, seu potius amicabilem Compositorem, vt aiunt, offerre, aut se interponere, non autem vt Iudicem se in ipsos constituere; adeo vt si se ipsum, iudicem constitueret, non teneretur Princeps à bello, quod iam est aggressus, aut quod paratus est aggredi, abstinere: Tamen hoc non obstante, firmandum est, si bellum, de quo loquimur, vergeret in damnum Catholicæ Religionis, posse Pontificem inhibere Principibus, ne ampliùs illud gerant. Et ità nouissimè firmat Columbus de Hierarchia Angelica, & humana. Bossius *in moral. lib. tom.* 1. *part.* 1. §. 30. *n.* 1068. & idem docet Dicastillus de Iustitia *lib.* 2. *tract.* 1. *disp.* 10. *dub.* 16. §. 4. *num.* 329. vbi sic ait: [Non licebit Bellum, imo erit contrà charitatem debitam bono communi, si quis putet minuendam esse Religionem Christianam, & inde euasuros, superiores, & potentiores Ecclesiæ hostes; timeaturque nostra inuasuros, & occupaturos, in his enim casibus debet Princeps Christianus læsus cædere suis commodis, ne Religio ita grauiter patiatur ad idque præstandum compellere potest Pontifex etiam sublata iuris bellandi facultate.] Ità ille. Vide etiam Anguianum de legibus *lib.* 2. *cap.* 17. *n.* 79. & me citato Bordonum *in Consil. Regul. tom.* 2. *resp.* 66. *num.* 34. Sotum *in* 4. *dist.* 25. *quæst.* 2. *art.* 1. *concl.* 4. Et ideo Ioannes VVigers *in* 2. 2. *D. Thomæ quæ.* 40. *art.* 1. *dub.* 1. *num.* 22. optimè sic ait: Dicendum Principes Christianos absolutè non teneri saltem ex iustitia ad Pontificis Iudicium causas suas referre, quamdiu ipse non interposuerit authoritatem suam, exigente hoc spirituali bono fidelium, & Ecclesiæ: non enim directè in temporalibus, vel in temporalium administratione, aut gubernatione subduntur Pontifici; sed tantum indirectè, quatenus id necessarium est ad spirituale bonum Ecclesiæ, & ad fidei, ac Religionis conseruationem. Quod si in vim indirectæ huius potestatis Pontifex ex iusta consideratione malorum quæ in spiritualibus impendent Ecclesiæ, & fidelibus, interponat se se, & causam ad se reuocet, inhibendo, bellum; tenebuntur Partes audire, & obedire; alioquin non tantùm peccabunt, sed etiam iniuste bellabunt aggressores; qui noluerint acquiescere, atque adeo ad reparationem damnorum, quæ ex bello sequuntura sunt, obligabuntur. Hæc Wigers; cui adde Castrum Palaum, Suarez, Valentiam, Coninch, Hurtadum, & Lorcam, quos ego citaui in *part.* 6. *tract.* 4. *resol.* 2. asserentes, quod si bono spirituali Ecclesiæ expediat Principes desistere ab aliquo bello, posse Papam præcipere, & illos per excommunicationem terrere, vt à bellando desistant, licèt ad euitanda maiora mala necesse sit, vt Pontifices in hoc aliquando prudenter dissimulent, vt obseruat Bossius in *mor. tom.* 1. *p.* 1. *tract.* 1. §. 30. *num.* 1044. Freytas de Imperio Asiatico, *cap.* 7. *num.* 5. Cunus de Indis *Relect.* 5 *num.* 3. *prop.* 3. Villalobos *in Summa tom.* 2. *tract.* 5. *diffic.* 4. *num.* 7. & Molina *de Iustitia tom.* 1. *tract.* 2. *disp.* 102. Itaque, vt receptui canam ex omnibus superiùs dictis in hac disceptatione, concludendum est. Primo, quòd licet secundum se non sit illicitum Principibus Christianis inire fœdera cum infidelibus, & hæreticis, vocando illos in bello iusto etiam contra Christianos, taminé praxim hæc sentẽtia vix deduci potest propter scandala euentura, experientia teste. Secundò, graiter peccare Principes, qui sine affectu ad hæresim, sed propter alios fines politicos, & humanos præstant auxilium Reipublicæ, vel Principibus hæreticis, iis circumstantiis, quibus ea de causa necesse est Hæresim maiores vires accipere cum grauissimo Catholicæ Religionis detrimento.

Sup. hoc in Resol. not. seq.

Quæ sit in tract. 7. tit. 7. Resol. etiam 2. 1. ne præsumitas loquitur etiam si. tius not.

2. Verùm in fine huius Tractatus, pro reuerentia & affectu quem debeo erga Catholicos Reges meos, in eorum defensionem non grauabor apponere id quod posset aliquis dicere, Inuictissimum scilicet Carolum V. fuisse vsum in suo exercitu Germanis hæreticis, & fœdus contraxisse cum Henrico VIII. Anglorum Rege hæretico, & Ecclesiæ hoste infensissimo. Deinde nostris temporibus visum est Chatolicis exercitibus Philippi III. & IV. ac Ferdinandi II. Imperatoris adiunctas fuisse hæreticorum copias. Respondeo enim breuiter, Carolum V. Philippum III. & IV. cum Ferdinando II. licitè exercitibus suis hæreticos coniunxisse, quia non est reprehendendus Princeps Christianus, qui sibi subditis infidelibus, aut hæreticis in bello vtitur. Quandoquidem, & illi ratione subiectionis tenentur pro Republica tuenda pugnare, & Princeps iure Dominij eorum operam valet expetere: alioquin multi hodiè piissimi Principes, quia ditionem hæresibus inquinatissimam habent, reprehendendi essent, quod in exercitibus suis hæreticos tolerarent, cùm tamen nequeant aliter pugnare. Et ità ex his rationibus optimè asserit Dominicus Puerонus in *Comment. ad Bullam. Cœnæ cap.* 7. §. *ad Saracenos, Turcas, &c. num.* 17. *fol. mihi* 393. non esse reprehendendum Carol. V. & alios vbi supra, quod hæreticis Germanis sæpius in bello vsi fuerint. De fœdere autem inito à Carolo V. cum Henrico VIII. libet mihi apponere hic verba Patris Hurtadi de Mendoza sic asserentis, *vol.* 1. *de fide disp.* 76. *sect.* 4. §. 159. Ad exemplum Caroli V. Regis Hispaniæ, qui Cæsarianas Aquilas adiunxit Anglico Leoni, inito fœdere cum Henrico Octauo hæretico, tunc publicè denuntiato, respondeo, id effectum Numine prouidente, vt qui Turcico gladio ceciderat baptizatos, hæretico puniretur flagro. Nec Hispanus

opera

opem tulit Anglo, sed cum ipse bellum iustum gereret cum Francisc. fœderato cum Turca; Carolus in auxilium vocauit hæreticum, quia tunc nihil curabat de hæresi prædicanda in Gallia, sed de fruendis voluptatibus in Anglia. Ita Hurtad. Adde etiam supradictis, quod Imperatores, & Reges Austriaci semper usi sūt auxilio hæreticorum, sed non in magno numero, & ea lege, ne quid in Catholicorum Religionem molirentur: & poterant supplicio compesci. Vnde hac ratione Iulius Secundus, cum Bononiæ anno 1671. obsideretur ab exercitu Gallorum & Ferrariensium excepit paucas cohortes Turcici equitatus, missas à Venetis, quia ope, & exercitu Ferdinandi Regis Catholici, & aliorum poterant cohiberi.

3. Nota quod post hæc scripta peruenerunt ad manus meas Disputationes Theologicæ *in 2. 2. D. Thoma* seu *tom. 5.* Cursus Theologici Patris Roderici Arriaga, qui à nobis superius dicta breuiter confirmat: sic itaque asserit *disp. 48. sect. 2. num. 44.* Tertia circumstantia est, vt Princeps fidelis non iuuet infidelem, v.g. Turcam, hæreticosve pugnantes contra fideles: etiamsi illi infideles, & hæretici habeant politicè iustū bellum contra Catholicos. Ratio huius est manifesta: nam eo casu non agitur causa adiuuandi nisi valdè remotè; aliunde autem per illud subsidium cooperatur Princeps Catholicus ad euersionem fidei, ad Templorum, Virginum, Monialium profanationem, ad innumera mala aliaque scelera patranda, qualia Turcæ, & hæretici in Christianos exercent. O vtinam nostris oculis, auribusque tam multa eiusmodi exempla his temporibus non occurrerent! Qui autem ex Principibus sic iuuantibus hæreticos, aut ex Consiliariis id suggerentibus præsumet se coram æquissimo, & rigidissimo Dei Iudicio sufficientem excusationem exhibiturum, si dicat, feci id, ne ille Princeps Catholicus esset me glorioſior, aut ne fortè vnam miseram aliquando Ciuitatulam mihi eripere posset, aut vi Coronam Imperij mihi alioquin non debitam (esto debitam) meo capiti imponerem. Hucusque Arriaga.

4. Et non deseram etiam hic apponere verba Eminentiss. Cardinalis Lugo, qui nostram sententiam superius firmatam, more suo, doctè, & solidè defendit *Tract. de fide disp. 25. sect. 1. num. 12. cum seq.* vbi sic ait: Ego numquam credere potui, nomine fautoris hæretici ab Ecclesia in his decretis intelligi solùm eum, qui fauet hæretico quia hæreticus est: hoc enim esset confundere hæreticos, & fautores hæreticorum. Quis enim nisi sit hæreticus, faueat hæretico, quia hæreticus est: Aut quomodo potest esse motiuum fauendi hæresi quando hæresis ipsa non placet, sed reprobatur? Quod etiam docent expresse Toletus Vgolinus, Sayrus, & Farinacius cum aliis apud Suarez dicta *sect. 1. num. 8.* Et videtur colligi satis clarè ex verbis Martini V. in Bulla contra errores Wicleffi, & Ioannis Hus, & habetur post vltimam sess. Concilij Constantiensis, vbi postquam de credentibus eos errores dixit, subiungit de fautoribus eorum, his verbis: Receptatores quoque fautores, & defensores huiusmodi pestiferarum personarum, quæ erroribus ipsis crediderint, nec fauore, aut contemplatione errorum ipsorum, sed forte carnalis amoris causa, vel occasione alias huiusmodi personas receptauerint, præter pœnas ab vtroque iure talibus inflictas per Iudices competentes, tanta seueritate pœnarum, in tam enormi scelere vltionem accipiant, quod cedat cæteris in exemplum. Vbi non solùm pœnas auget, sed supponit vtroque Iure pœnas impositas iam esse huiusmodi receptatoribus, & fautoribus, licèt non errorum contemplatione, sed carnalis amoris causa, vel alia occasione id faciant. Communis etiam loquendi, & sentiendi modus id suadet; quia quando leges prohibent sub graui pœna Bannitorum, vel Assassinorum receptionem, non loquuntur certè de iis solis, qui eos ideò recipiunt, quia banniti, vel scelerati sunt, & quia eis scelera placent, sed de iis qui scelera recipiendo fouent, quacumque alia intentione id faciant: idem ergo est sensus huius prohibitionis, ne faueat hæresi, quacumque intentione id fiat. Ratio verò à posteriori esse potest, quia lex ad casus, qui communiter contingunt, ordinatur, non ad casum metaphysicum, & rarissimè contingentem. Quòd autem Catholicus hæretico faueat, quia hæreticus est, vix vnquam contingere potest, nec aduocatus Catholicus defendet hæreticum, quia hæreticus est, sed propter lucrum, quod ex patrocinio sperat, & sic de aliis. Contra hæreticos verò, qui hæreticis fauent quia hæretici sunt, parum necessaria erat ea lex, & extensio censuræ ad fautores hæreticorum, cùm ij, iam excommunicatione, & aliis pœnis tenerentur ob hæresim propriam. Extensa ergo est hæc censura ad fautores, etiam si non sint hæretici: ad fautores, inquam, quales communiter esse solent, qui fauent hæreticis, vt hæreticis, non tamen quia hæretici sunt. Confirmatque potest, quia eodem tenore, & eadem clausula excommunicantur in eadem Bulla Cœnæ fautores hæreticorum, & eorum libros legentes, qui de religione tractent, vel hæresim contineant. Certum autem est, ad incurrendam hanc censuram, non requiri, quod Catholicus legat librum hæretici, quia Auctor est hæreticus, rarissimè enim id contingit; sed sufficit si curiositatis causa, vel ob eruditionem, vel ex alia causa librum legat, ergo in eodem sensu intelligi debet fauor hæreticorum prohibitus. A priori verò ratio esse potest ex dictis, quia ille qui fauet hæretico, ita vt id redundet in hæresis ipsius fauorem, verè fauet hæretico, vt hæretico, cum fauor reduplicetur suprà ipsam hæresim, cui fauetur, & quæ ex illo fauore robur ac vitam accipit: ergo in sensu formalissimo est fauor hæreticorum: Sicut illa est formalissima causa calidi, quæ producit in subiecto calorem, & ille est auctor & causa Sanctorum, qui causat in illis sanctitatem, & iustitiam: ille ergo est proptiissimè fautor hæreticorum, qui fauet hæresi, à qua dicuntur hæretici. Hæc omnia *Card. de Lugo*, qui postea *n. 17.* ponit hanc regulam vniuersalem, quod quando ex fauore hæreticis dato resultat graue damnum religioni, & fidei, quatenus hæresis, & hæretici potentiores redduntur vt Ecclesiæ resistant, & alios peruertant, etiamsi illud hæresis incrementum non intendatur, sed permittatur, non excusatur à peccato mortali, atque adeo nec à censura. Vndè ex his omnibus vide, Amice Lector, nostra sententia quàm sit validissimis rationibus firmata, ac Doctorum Virorum auctoritate fulcita.

APPENDIX
AD SVPERIOREM Tractatum.

In qua agitur de quibusdam fœderibus ciuilibus cum Turcis, vel Hæreticis.

RESOL. VIII.

An dicta in Superiori Tractatu obstent, ne possint licitè Principes inire fœdera, vt vocant, ciuilia cum Turcis,

cis, vel aliis Infidelibus circa inducias, & Treugas, aut Commerciorum causa, vel propter securitatem nauigationum, itinerum, &c?

Et an talia fœdera possint iniri à Principibus laicis, inconsulto Summo Pontifice?

Et an Principes laici non possint inire fœdera cum Turcis vel Hæreticis permittentibus libertatem conscientiæ vel exercitium falsæ sectæ etiam in causis vrgentibus absque licentia Pontificis? E part. 10. tr. 2. addit. Resol. 8.

Sectæ. §. 1. PRo elucidatione, & resolutione huius dubij, assero, Primò cum Granado *in* 2. 2. *contr.* 1. *tract.* 25. *disp.* 10. *num.* 1. & aliis vbi infrà, communicationem ciuilem, & meræ humanam cum infidelibus non baptizatis, & non subditis specialiter potestati Ecclesiæ, certum esse non esse per se malam, aut prohibitam iure naturæ vel diuino; nam quantum est ex iure Diuino, permittit S. Paulus 2. Cor. 7. omnem communicationem ciuilem, & mere humanam vnius coniugis fidelis cum alio infideli, dummodo sit ex omni alio capite sine iniuria fidei: permittit etiam conuersari cum idolatris, & cum illis manducare, quicquid apponitur: dummodo non sciatur immolatum esse Idolis, vt etiam ibi notat D. Chrysostomus hom. 25. & in epist. ad Hæbreos similiter hom. 25. tom. 4. qui, & refert cap. ad mensam 11. qu. 3. & quamuis Deut. 7. prohibeantur Iudæi inire fœdus cum iis gentibus, quarum terram ingressuri erant, & inire cum eis coniugia, id tamen non erat, quòd id esset intrinsece malum, & iure Diuino per se prohibitum: sed quia cum Iudæi essent proni ad idolatriam; periculum erat, ne ex continua conuersatione cum iis gentibus auerterentur à cultu Dei, & traherentur ad idola; vt bene D. Thomas 2. 2. *qu.* 10. *art.* 9. Vnde etiam subditur *eodem cap.* 7. ratio talis prohibtionis: Quia seducet filium tuum, ne sequatur me, & vt magis seruiat Diis alienis: irascetur que furor Domini, & delebit te cito. Et sic indicatur, quod si alioquin abesset periculum peruersionis, id non esset prohibitum. Itaque per se communicatio cum infidelibus eatenus est mala, & iure naturali prohibita; quatenus affert, vel fidelibus periculum, vel aliis scandalum, vel sacramentis iniuriam. Ergo, cessantibus huiusmodi circunstantiis, licita manet secundum se.

2. Asserò secundò, cum Tannero *tom.* 4. *disp.* 1. *qu.* 9. *dub.* 5. *num.* 133. & aliis vbi infra, quod quamuis communicatio cum infidelibus non sit per se mala; rectè tamen docet D. Thomas 2. 2. *qu.* 10. *art.* 9. quod ex duplici capite potest Ecclesia prohibere fidelibus communicationem ciuilem cum infidelibus; id est in pœnam ipsorum Infidelium; quibus subtrahit, talem communicationem, & præterea ad securitatem, & cautelam ipsorum fidelium, quibus facile potest impendere, & imminere periculum spiritualis ruinæ ex tali communicatione. Et primo modo prohibet communicationem cum hæreticis, & Apostatis à fide dum in pœnam sui criminis illos excommunicat, & prohibet omnem communicationem fidelium. Et secundo modo pro securitate fidelium simplicium, infirmorum in fide multa prohibet, specialiter circa nimiam familiaritatem cum infidelibus, præsertim extra casum necessitatis, & denique ex vtroque capite simul multa præcipit specialiter circa communicationem cum Iudæis, qui reuera in multis sunt iniuriosi Religioni, & fidei Christianæ; & merito possunt puniri: & præterea sunt dolosi, & facile possunt, ac solent conari, vt seducant simplices: & ideò meritò possunt, ac debent caueri.

3. Asserto tertiò, casus, in quibus iure Ecclesiastico prohibita est cum Infidelibus cómunicatio specialiter, vndecim numerantur à Doctoribus infra citandis. Primo prohibetur Christianos cum Iudæis habitare. Secundò eorum azymis vesci. Tertiò iis medicis vti. Quartò ab eis medicinas, accipere. Quintò simul cum eis in balneum ingredi. Hi casus habentur *in cap. Nullus* 28. *quæst.* 1. quod desumptum est ex *Can.* 11. *Conc. Trullani.* Et transgredientibus imponitur pœna depositionis, si Clericus sit; excommunicationis si Laicus non ipso facto, sed ferenda. Sextò prohibetur fideli Iudæos inuitare, vel ad eorum conuiuia accedere, *cap. omnes.* 28. *quæst.* 1. qui est ex Concilio Agathens. *cap.* 40. Septimo esse obstetrices, aut nutrices eorum filiorum in eorum domibus. Octauo eis famulari. Nono ne iudæis in testamento aliquid relinquant, vel legatarios faciant, *cap. si quis Episc. de Hæreticis, cap. sane. el.* 2. 24. *q.* 2. Decimo seruitutis vinculo subiici. Hi tres casus habentur *in cap. ad hæc de Iudæis* Vndecimo ne publica officia illis committantur *cap. Constituit*, 17. *quæst.* 4. vbi permittentes excommunicandi sunt. Addendum tamen his omnibus, prohibitum esse Christianis deferre arma, &c. Turcis, Saracenis, & cæteris Reipublicæ Christianæ inimicis, sub pœna excommunicationis reseruatæ in Bulla Cœnæ; quod etiam traditur, *in cap. Ita quorundam de Iudæis, cap. quod olim eodem titulo.* Item prohibetur famulari Iudeis, & Saracenis *in cap. Iudæi, el.* 2. *de Iudæis*; & præponere Iudæum atque paganum publicis officiis *in c. cum sit, & c. Speciali de Iudæis.* Item prohibetur inire matrimonia cum Infidelibus, & cum Hæreticis; non tamen cum istis, vbi impunè permittuntur, vt in Germania, &c.

4. His suppositis, Respondeo ad quæstionem propositam vnica conclusione, nempè licitum esse Principibus Christianis ex aliqua iusta causa inire fœdera cum Turcis, vel aliis Infidelibus circa Inducias, & treguas, de finibus tuendis, de commerciis, & rebus necessariis ad vitam, vel importandis, vel asportandis, & de communicationibus quoad alios contractus emptionis, & venditionis, mutui, pignoris, &c. cum duabus tamen conditionibus. Prima vt absit scandalum, & periculum peruersionis, quæ quidem cum necessariis conditionibus, & limitationibus facilè euitari possunt: quod vix potest euenire in aliis fœderibus de quibus egimus *supra resol.* 4. Secunda conditio vt dicta communicatio Politica non sit in casibus prohibitis à Iure Ecclesiastico, quos paulò supra notauimus. Vnde cum his cautionibus supradicta fœdera innoxia sunt, & ex illis nullam recipit religio læsionem, sed vtilitas Reipublicæ affertur.

5. Et ideo ad confirmationem supradictorum præter DD. citatos, vide celeberrimæ Academiæ Salmanticensis, & Complutensis clarissimos Professores Arauium, & Lorcam: illum *in* 2. 2. *D. Thom. q.* 10. *art.* 9. *dub.* 7. *num.* 30. Hunc etiam *in* 2. 2. *disp.* 36. *num.* 3. *& seqq.* Vide Baldellum in Theog. morali *tom.* 2. *lib.* 1. *disp.* 30. *num.* 1. Sanch. in summa *to.* 1. *lib.* 2. *cap.* 31. *n.* 23. Duualium *in* 2. 2. *quæst.* 10. *art.* 9. *S. Quoad mercium genus*, & ibidem Wigers *numer.* 53. & alios Doctores vbi infra asserentes vt diximus politicam, & humanam communicationem cum infidelibus non esse illicitam per se, nec iure Ecclesiastico; nisi in casibus in ipso iure expressis. Et hanc sententiam indiuidualiter firmant in terminis casus nostri Christophorus Besoldus *in dissert. de fœderum Iure, cap.* 4. *n.* 3. Martinus Rumelinus *ad Aueam Bullam Caroli IV. part.* 2. *dissert.* 4. *thesi* 35. & eius Additionator Nicolaus Millerus; Theodorus Keinkink. de Regimine sæculari, & Ecclesiastico *lib.* 2. *class.* 3. *cap.* 3. *num.* 82. & Hermannus Gæsen *de Iure Publico, & Priuato part.* 3. *pericul.* 2. *quæst.* 9. Quibus omnibus adde etiam in terminis

minis casus nostri Franciscum Zipæum inhiatu Cassani obstructo *lib.3.ca.3.fol.*257.vbi approbat,& admittit fœdera politica,seu ciuilia,de quibus loquimur.

6. Rectè itaque Hurtadus de Mendoza *vol.1.disp.* 76.2.*sect.*2.§.29. sic ait. Iure humano non est interdicta omnis communicatio ciuilis cum Iudæis, aut Paganis;quia iure interdictæ sunt nonnullæ communicationes, non tamen omnes. Secundò quia Romæ licitè agunt fideles cum Iudæis exercentibus mercaturam,arteſquè viles. Idem Marsiliæ cernitur;& ante illorum ex Hispania expulsionem, frequentia erant cum illis commercia. Cum Saracenis nostri agunt, interdum; tum cum Mancipiis,quibus abundant Hispani; tum Orani, & in aliis Hispaniæ Regum præsidiis. Ratio à priori est negatio legum id interdicentium; cùm enim illa communicatio sit apta per se ad fines honestos naturales, nec sit per se occasio ruinæ; sed apprimè necessaria vitæ ciuili;non oportuit eam esse interdictam. Cum Ethnicis agunt passim Lusitani in Sina,& Iaponia;item,& Castellani apud aliquos Indos nondũ baptizatos.Ita Hurtadus. Et nota hic obiter contra Aræuium vbi supra, & Suarez de fide *disp.*18 *sect.*6.*num.* 10.Probabiliter docere ex Sanchez, Castrum Palaum *tom.*1. *tract.*4. *disp.* 2.*punct.*9.*num.* 18.Prohibitiones contra Iudæos latas in iure, de quibus supra diximus non esse intelligendas de aliis iufidelibus etiam Saracenis, & Mahomeranis; quia cum prohibitio extra verba legis extendenda non sit; & prohibitiones fere omnes loquantur de solis Iudæis;existimat alios Infideles comprehendi. Sed quia aliqui casus sunt, in quibus extenditur prohibitio, tum ad Saracenos, tum ad Paganos; solum illi casus in quibus reperiatur talis extensio, admittendi sunt, non alij. Nota etiam quod in Bulla Cœnæ sub nomine armorum,&c.non comprehenduntur secundum aliquos,vestimenta, pecuniæ, merces, victualia, si hæc Turcis transferantur, & vendantur; & ita ex Toleto & aliis,docet nouissimè. Castrus Palaus,*to.*6 *disp.*3. *punct.*8.*n.*6.quicquid antea in contrarium dixerat *in to.*1.*tr.* 4 *disp.*1. *punct.*9.*num.* 16. & docet Suarez *tom.* 5. *disp.* 21. *sect.* 2. *num.* 56. cum aliis. Deindè non desunt Doctores asserentes, quod non infringitur prohibitio Bullæ Cœnæ,si prohibita transferri ad Turcas,Saracenos, &c.deferrentur in Christianorum vtilitatem, vt si commutentur, vel vendantur pro iis, quibus indigent magis Christiani, ita vt maior sit eorum commoditas, quàm damnum inde proueniens.Et ita ex Tabiena, Nauarro, Sayro,& Vgolino docet Antonius Sousa in Bullam Cœnæ *cap.* 8.*disp.*51.*num.*2. licet contra Reginaldum contrarium mordicus teneat Hurtadus §. 130. Vnde vide: an ex dictis excusentur Toletani, qui transferunt, & vendunt ad Oranum magnam copiam pileorum rubeorum, quibus vtuntur Arabes; sed quia supra dictos casus non admittunt plures Doctores : recurrit Hurtadus loco citato ad alias rationes.

7. Sed redeundo ad nostram conclusionem, assero,posse Principem inire fœdera politica cum Turcis, & infidelibus modo, quo supra explicatum est. Et ita hanc sententiam, præter DD. citatos, tenet doctus Iurisconsultus Andreas Magerus in suo tractatu historico politico iuridico de Aduocatia armata *cap.*7. *num.* 143. vbi licet antea damnauerit absolutè omnia fœdera cum Turcis, vel infidelibus, tamen hæc fœdera politica comprobat,& admittit vt fœdera pacis (ait ipse) de non offendendo inita, fœdera de limitibus, de mercimoniis importandis & exportandis,&c.Habent talia fœdera Poloni cum Scythis, quos vocant Tartaros, & Imperator, & olim Respublica Veneta cum Turcis. Simile fœdus,dum hæc scribo à Catholico Rege Philippo IV.per Oratorem Turcarum Imperator enixè poscit : sed an absolutè negandum, vel præscriptis cancellis concedendum, sapientissimi Consiliarij, & Doctissimi Theologi, quibus augustissimus Rex noster abundat, certus sum quod maturè discutient, & examinabunt.

8. Sed si aliquis curiosus inquirat, an talia fœdera possint iniri à Principibus Laicis inconsulto Summo Pontifice; respondeo, quòd quidam vir doctus hic Romæ negatiuæ sententiæ, licet cum formidine adhærebat, ex Concilio Viennensi, de quo in *Clement.* 1. §. *Porro de iur.* vbi Imperatori confœderatio cum Paganis, & Saracenis prohibetur, Cuius constitutionis dispositionem ad omnes Christianos Principes Cardinalis in dicto.§.*Porro in* 2.*notabili extendit.* Sed respondeo, quod in dicto textu Pontifex loquitur de confœderatione in damnum Ecclesiæ, sicut fuit illa Athanasij Episcopi Neapolitani,de qua tractat Baronius ann. 887. Et ita explicat verba,illius Canonis Masquardus de Susanis *in tr. de Iudæis cap.*6.*nu.*4. & Besoldus *de fœderibus cap.* 4. *num.*5.cum aliis, vnde non militat in nostro casu argumentum ex dicta Clementina. Et ideo ego seutio non esse necessariã Pontificis licentiam in his fœderibus ineundis, nam licèt Principes laici non possint inire fœdera cum Turcis, vel hæreticis permittendo eis libertatem conscientiæ vel exercitium falsæ sectæ, etiam in causis vrgentissimos absque licentia Pontificis, vt obseruat Hurtadus *de fid.vol.*1.*disput.* 78. §.8. & *disp.* 79 *sect.*5.§. 32. Cardinalis Lugo *de fide disp.* 19.*sect.*2.§.4.*num.* 124. Tanner. *tom.*3.*disp.*1. *quæst.*9. *dub.*3 *num.*101. & alij : nec possint inire fœdera cum Turcis,vel infidelibus in casibus à iure prohibitis, de quibus supra actum,vt obseruat Hurtadus *disp.*76. *sect.*3.*subsect.* 7. per totam,Gesualdus *in Theolog.mortom.*2.*tract.* 14.*cap.*7.*num.*32. & alij tamen in fœderibus, de quibus loquimur, hæc minimè adesse tanquam certum suppono: nam tantum agitur de fœderibus merè politicis, circa Pacem, Inducias, Treugam,circa mercimonia, & similia: & vt ait Hurtadus *d.disp.* 76. *sect.* 3.§.88. Pax Laicorum non est contra iura Ecclesiæ. Ergo possunt Principes Laici dicta fœdera contrahere absque sedis Apostolicæ licentia, cum res mere politica sit,& temporalis.Vnde hanc sententiam tenet Besoldus de fœderum Iure, *cap.*4.*num.*5.& ante illum Masquardus de Susanis *tr. de Iudæis cap.*6,*num.*4. vbi docet, licitum esse Christianis Principibus inire pacem,seu inducias,& Treugas cum Infidelibus inconsulto Summo Pontifice Quare supponamus ex hypothesi probabiliter timeri Gallum sollicitare Turcas aduersus Hispanum, si ex hoc Rex noster Hispanus iniret tantùm fœdus pacificum cum Turcis, non video qua ratione licentia Pontificis egeret. Quod dicendum videtur in quocumque alio casu simili:cùm in dictis fœderibus nihil includatur à Iure Ecclesiastico prohibitum, nec aliquid agatur circa Religionem, aut permissionem falsorum rituum. Ergo, &c.

Sap. his fœderibus latissime in tr. seq. per not.

RESOL. IX.

An quæ in Superiori Resolutione dicta sunt de fœderibus Politicis cum Turcis, vel aliis infidelibus, procedant etiam cum Hæreticis?

Et deducitur Catholicos non peccare contra leges excommunicationis in conuictu ciuili cum Hæreticis, aut in mercatura, bello, aut aliis negotiis politicis; maxime quando excommunicatio est generalis aduersus Hæreticos, vt est in bulla Cœnæ, quamuis in ea excommunicentur nominatim quidam Hæretici?

Et

Et quid, si adest periculum peruersionis, scandalum, aut alia huiusmodi?

Et notatur, quod vt Catholicus possit habitare in terris Hæreticorum aliqua requiruntur pro praxi.

Et tantum quæritur, an cum damnatis in Tribunali. S. Inquisitionis non sit etiam illicitum communicare?

Ex part. 10. tract. 2. addit. Res. 9.

§. 1. REspondeo affirmatiuè. Dico igitur cum Tannero *tom. 3. disp. 1. quæst. 7. dub. 5. num. 132.* Valentia *tom. 3. disp. 1. quæst. 10. punct. 1.* Suarez *de fide disp. 21. sect. 3. num. 4.* Azorio *to. 1. lib. 8. cap. 13. quæst. 7.* Sanctarello *de Hæresi cap. 7. dub. 1. num. 2.* Sanchez Hurtado, Palao, & aliis, quod communicare cum Hæreticis, & Apostatis, qui à fide defecerunt, Ecclesiastico Iure in pœnam ipsorum prohibitum est. probatur, quia vtrique per Ecclesiam excommunicati sunt, cum quibus illicitum est communicare. Cœterum hæc conclusio procedit quidem in antiquo Iure: at vero post Bullam Martini Quinti editam in Concilio Constantiensi, quæ incipit, *Ad euitanda* communicare cum excommunicatis, adeóque etiam cum hæreticis, siue Apostatis communicatione politica per se non est illicitum, nisi in duobus casibus. Si quis videlicet nominatim sit excommunicatus, & denuntiatus, aut notorius percussor clerici; vt nunc post Antoninum, Victoria, Sotum, ex communi docent Henriquez *libr. 13. cap. 5. num. 1.* Suarez *3. part. tom. 5. disput. 9. sect. 2.* & Toletus *libr. 1. Summæ cap. 9.* licèt eam Bullam aliter legant Nauarrus in Manuali *cap. 27. n. 35.* & Couarruuias in *capit. Alma mater 1. part. §. 2. num. 2.* Ita nimirum vt extendatur interdictum communicandi, tam ad quosuis notorios, quàm ad nominatim excommuuicatos, & denunciatos: vbi tamen ipsemet Nauarrus monet casum notorij non esse vsu receptum, nisi quoad percussionem clerici.

Sup. hoc in Resolutionibus & §§. not. seq.

Sup. hoc supra in Res. 4. 8. Sed dices, & in tom. 5. tr. 1. lege doctrinam Res. 148. 149. & 150. quamuis in Res. 148. quæstio sit pro excommunicatis toleratis.

2. Vnde ex his infertur cum Hurtado de fide, *vol. 1. disp. 76. sect. 1. §. 11.* Catholicos non peccare contra leges excommunicationis in conuictu ciuili cum hæreticis, aut in mercatura, aut in aliis negotiis politicis: Quare in prouinciis permittentibus hæreticos, possunt conciues mutuo degere. Item in prouinciis penitùs Catholicis, permittentibus mercaturam Hæreticis, possunt fideles cum illis negotiari & confabulari, non secus ac cum aliis non excommunicatis. Ratio est, quia sola lex excommunicationis interdicit eam communicationem cum speciatim, & publicè denunciatis tantùm. Hinc. licet in foro exteriori præsumatur fauere hæretico, qui sciens illum esse talem negotiatur cum illo, multæ tamen in hoc etiam foro sunt circumstantiæ, quæ excusant à tali præsumptione, vt timor, necessitas, cognatio, vel vtilitas in pace, militia, & bello. Vnde Carolus V. cuius virtutum memoriam nulla vnquam delebit obliuio, & Philippus II. omnium Regum in fide tuenda, & hæreticis extirpandis vigilantissimus, qui vere Catholici Regis titulum merito sibi promeruit, multos in occurrentibus bellis elegit in Duces, & milites Lutheranos, eosque donis fouerunt. Et quos amore prosequebantur, quatenus erant homines ad pugnandum strenui; odio autem habebant, prout erant Hæretici, fidemque reliquerunt. Et hac ex causa vt obseruat Hurtadus loc. cit. §. 5. nunc in Hispania exercētur commercia cum Anglis, è quibus complures hæretici notorij mercaturam agunt. Quod si ante specialem denuntiat. idem essent vitandi, complures essent scrupulorum occasiones.

3. Nec supradictis obstat, quod *in. c. sicut de ret. & in c. si quem fortè 24. q. 1.* dicitur, omnes scilicet Hæreticos esse vitandos, & præterea in prima excōmunicatione Bullæ Cœnæ nominatim excommunicantur Lutherani, & quidam alij: ergo saltem isti sunt vitandi. Respondeo, vt sæpius dictum est olim omnes excommunicatos fuisse vitandos, non verò post Concilij Constantiensis decretum. Quod verò in prima excommunicatione Bullæ, quidam hæretici nominatim excommunicentur, hoc non facit, vt eos teneamur vitare; quia illa Denuntiatio est generalis, vt docet Sayrus *lib. 3. de Censuris c. 4. n. 32.* Vgolinus de Censuris Papæ reseruatis, *1. part. c. 14. in fin.* Verùm omnia supradicta intelligi debent ex sola vi excommunicationis, nam si adesset scandalum, periculum peruersionis, aut alia huiusmodi, communicatio cum hæreticis esset illicita, non tamen ab excommunicatione.

4. Sed circa communicationem cum Hæreticis seruāda sunt ea, quæ statuit Clemēs Octauus in Bulla, Cum sicut, die 26. Iulij 1596. & Gregorius XV. in alia Bulla incipiente, Romani Pontificis, die 2. Iulij 1622. per Bullam Clementis vt Catholicus possit habitare in terris hæreticorū, aliqua requirūtur, quæ in illis videbis. Per Bullam verò Gregorij statuitur, ne hæretici apud Italos morari possint; & Catholici eos receptantes, aut fauorem, aut auxilium præstantes, puniendi sint vti fautores, & receptores hæreticorum, siue sint Ecclesiastici, siue laici. Vnde miror, stante supradicta Bulla Gregoriana, quo pacto permittatur in quadam Italiæ ciuitate habitare hæreticos, ad studendum in eius vniuersitate, & tamen, vt obseruat Abbas *in c. 1. de Iudæis n. 1.* Ananias *n. 3.* Decius *in c. Consultus el. 3. n. 4.* de appellat. in Scholis contrahitur intrinseca familiaritas, & amicitia. Videant igitur cum dictis hæreticis conuersantes, quid faciant, si nolunt in suspicionem hæresis incidere.

5. Notandum tamen est hic, supradicta verba Gregorij XV. non comprehendere, vt notat Bordonus *num. 13.* hæreticos milites, quorum multi his nostris temporibus militant in diuersis exercitibus hio in Italia: quia Bulla loquitur tantū de hæreticis domicilium, seu habitationem in Italia habentibus. Milites autem qui sunt in exercitu, nō propriè domicilij, aut habitationem dicuntur habere, cùm sequantur exercitum vagando huc, vel illuc iuxta exigentiam belli, & imperium ducis exercitus, domicilium autem tunc acquiritur ab aliquo, quādo animum habet perpetuò manendi in loco electo. Nec hospitio receptās hæreticū transeuntem ineluditur in Bulla Gregoriana; quia illi domum non dicitur locare, aut quouis modo gratis domicilium, aut habitationem propriè dictam concedere; sed tantùm hospitio transeunter recipere; vnde non dicitur propriè fautor, aut receptator formaliter & in causa hæresis. Idem dicendum est de aliquibus mercatoribus hæreticis Anglis, qui in Siciliam solent venire cum multis mercibus, quia Siculi cum ipsis non tractant, tanquam cum hæreticis formaliter, cùm nihil agant cum illis spectans ad Religionem, sed cum eisdem negotiantur tanquam mercatoribus, & sibi paribus in materia mercaturæ: Cōfirmatur, quia sicut possunt habitare in eorum terris iuxta Bullam Clementis superius adductam, & cum iisdem tractare, exceptis illis quatuor casibus in dicta Bulla expressis: ita à fortiori contrahere, & negotiari transeunter causa mercaturæ.

6. Nec obstat dicere, huiusmodi conuersationem titulo mercaturæ, aut belli non esse admittendam, quia conuersatio cum hæreticis est prohibita non solùm iure Ecclesiastico, sed etiam naturali & diuino, cui nullus potest derogare, neque in eo dispensare: nam Respondeo cum Bordono *in Sacro Tribunali c. 24. q. 11. n. 22.* Quod in conuersatione cum hæretico duo considerari possunt, participatio in rebus diuinis, & in rebus temporalibus: ratione primi

prohibitio

prohibitio est naturalis & diuina, in qua dispensatio, & derogatio locum habere non potest; ratione secundi prohibitio est solùm positiua & Ecclesiastica: quæ habet locum, quando adest periculum subuersionis, & timetur scandalum. Et cùm negotia temporalia de se non ordinentur ad scandalum, neque subuersionem, sed sint indifferentia; propter bonum commune permittuntur cum hæreticis; nam aliquando hac occasione conuertuntur ad Catholicam fidem, conuersando cum Catholicis. Mente tamen tenendum est, cum dictis hæreticis solùm occasionaliter agendum esse; nam si præter necessitatem in ordine ad militiam, & mercaturam cum ipsis nimia familiaritas, visitatio, munerum oblatio, &c. habetur; ex his oriretur contra Catholicos suspicio de hæresi, per ea quæ adducit Carena *in tract. de Officio Sanctæ Inquisitionis part. 2. tit. 4. § 7. per totum*, & Paulus *tom. 1. tr. 4. disp. 2. punct. 9. n. 5.* vbi sic ait. Verùm & si ratione excommunicationis, quam hæreticus contrahit, eius familiaritatem non tenearis vitare, quousque denunciatus sit; tamen si inde hæreticus occasionem sumit perseuerandi in hæresi, vel alij præsumunt, te illius erroribus consentire, omnino illum vitare debes. Qua propter in foro externo ex nimia cum hæretico familiaritate, conuersatione, munerum oblatione hæresis suspectus redderis, & fautor hæretici iudicaris, ex tex. *in capitulo inter solicitudines, vers. in pœnam, de Purgat. Canon.* vbi indicitur purgatio sic cum hæretico conuersanti ob suspicionem, & ab officio suspenditur: suspicio autem modò leuis, modò grauis iudicanda est pro qualitate circumstantiarum ita ille. Et ita in Regno Siciliæ, quando naues ex Anglia ibi cum mercimoniis aduenium; relinquimus Siculos cum dictis Anglis negoriari in ordine tantùm ad mercaturam. At si extra illam nimia familiaritate, cum ipsis verentur, Inquisitores contra illos procederent, consideratis circumstantiis loci, temporis, personarum, & prout moris est in nostro Sacro Tribunali. Vnde ego his diebus interrogatus, quid faciendum cum multis hæreticis hîc Romæ existentibus; stante Iubilæo anni Sancti; Respondi conuersantes cum ipsis non incurrere in censuram ex superius dictis, quia non sunt hæretici nominatim denunciati; tamen cum ipsis putaui tantùm transeunter, occasionaliter, & parcè loquendum & conuersandum esse, & à frequenti familiaritate cauendum: nam alioquin ex illa posset oriri suspicio, scandalum, periculum, &c.

7. Sed post hæc scripta inuenio omnia à me superius firmata, confirmare etiam Magistratum Texedam Dominicanum in Theolog. mor. *tom. 2. lib. 3. tract. 11. dub. 1. nu. 31.* vbi docet Principes posse inire fœdera, & celebrare contractus cum hæreticis, nec obstare quòd sint excommunicati: quia, ait ipse, cum hæretico non nominatim excommunicato; dummodo toleratus sit], bene possumus participare in omnibus actionibus, tam spiritualibus, quàm ciuilibus, excepto peruersionis periculo, & scandalo Ita Texeda, qui citat Caietanum in 2. 2. *quæst. 10. art. 9.* Et tandem nota ex hac Doctrina aliquos etiam asserere non esse illicitum communicare cum hæreticis damnatis in nostro Tribunali Sanctæ Inquisitionis à Quæsitoribus fidei; vt obseruat Hurtadus, *vol 1. de fide disputatione 76. sect. 1. §. 10.* & ita docet Sanchez in Summa *Tom. 1. libr. 2. capit. 9. numer. 4.* licet contrarium asserat Suarez *in 3. par. tom. 5. disp. 9 sect. 2. num. 10.* & de fide *disput. 21. sect. 3. num. 7.*

Quoad hoc lege Ref. & §. annotationis præcitatæ, & totam doctrinam huius ref.

Et hæc dicta sufficiant circa præsentem quæstionem, quam ita clarè, & practicè, ac minutatim discussam apud alios Auctores non inuenies. Et ego illam composui iussu eruditissimi, & nunquam satis laudati viri D. Laurentij Ramirez de Prado, in supremo consilio Castellæ Senatoris dignissimi, indissolubili amicitiæ vinculo mihi coniuncti.

TRACTATVS XIV.

DE

LIBERTATE CONSCIENTIÆ,

An possint illam Principes Laïci, inconsulto Pontifice hæreticis concedere?

RESOLVTIO PRIMA.

An liceat Principibus concedere hæreticis libertatem conscientiæ sine consensu Summi Pontificis?
Et affirmatiua sententia affertur?
Et infertur non posse Principes, inconsulto Pontifice ex causa necessitatis publicæ dare licentiam Iudæis exercendi vsuras, & possunt in hac re per Ecclesiam impediri. Ex parte 10. tractatu 3. Resolut. etiam 1.

§. 1. AFfirmatiue respondent hæretici. Vnde Benedictus Carpzonius *in legem Regiam Germanorum capite 3. sectione 6. numer. 1.* sic ait. Vti saniores, & concordes pacificationem Religionis amant; eamque seù singulare Dei beneficium agnoscunt atque deprædicant; ita è contra Pontificij discordes illam odio prosequuntur, eamque nobis eripere omnibus modis student. Hoc, vt eò facilius efficere queant nonnulli ex ordine Iesuitico Pacificationem Religiosam ab initio statim parùm habuisse authoritatis, contendunt; quòd nempe consensus Pontificis ad validitatem huius actus non accesserit, qui tamen maximè fuit necessarius; cùm Pacificatio hæc non minus tangat Papam, quàm reliquos imperij status; præsertim quòd in ea agatur de minuenda ipsius authoritate & iurisdictione,

doctrina totius præcedentis, tract. signanter in Ref. 8. §. Sed si ante medium, vers. nam licet Principes.

risdictione, quæ per illam suspensa est. Et quoties de Religione disceptatur, cùm omne iudicium referri debeat ad Ecclesiam Romanã; ecquis inficias ibit in hoc pacto Religionis contra ritum & normam Conciliorum fuisse peccatum? Ita ille, cui adde Christophorum Chiebentas *in Collegio Politico exercit. 13. quæst. 7.* Martinum Rumelinum *ad auream Bullam Caroli IV. part. 3. disser. 1. in Corollar. de pace Religionis 1. & ibi* Millerum *in addit.* Christophorum Besoldum *in opere Politico dissert. 1. de educatione, & studiis litterarum, &c. cap. 10. num. 41.* Hanc sententiam videtur etiam docere ex Catholicis Petrus Wadingus *ex Societate tract. de contract. disp. 5. dub. 13. n. 1.* vbi asserit, posse Principes, inconsulto Pontifice, ex causa necessitatis publicæ dare licentiam Iudæis exercendi vsuras, nec posse in hac re per Ecclesiam impediri; & putat in hoc pari passu procedere tolerantiam, & permissionem exercitij vsurarum, & libertatis conscientiæ: vnde *in disp. 3. dub. 4. §. 2. num. 6.* videtur aperte sentire, Principes inire posse pacta cum hæreticis, inconsulto Pontifice. Nam dicit, quod in hoc Iudex Ecclesiasticus debeat stare iudicio Principis sæcularis, posset etiã pro hac sententia aliquis adducere Petrum Gudelinum Iurisconsultum, & Professorem Regium Academiæ Louanien sis *in Commentarijs de iure Pacis 6. 9.* vbi loquens de pactionibus initis in Germania, & Gallia cum hæreticis, sic asserit: censeo Principis esse officium, Religionem cunctis viribas tueri, nec pati vt minimum de ea detrahatur. Sin multitudo hæreticorum, eorumque potentia iam sit tanta, vt nequaquam videatur victoria; pacem cum eis quæri posse, concedo, extrema ista necessitate vrgente, potius quàm pax fieri desinat (modò hæc nihil habitura sit insidiarum) & etiam de Religione nonnihil remitti posse. Nam visa est alia ratio componendorum dissidiorum in Germania, & aliquoties in Francia aliisque Regnis, adhibito prius iudicio doctissimorum tam Theologorum, quam Iurisconsultorum; qui asseruerunt in tam misero Reipublicæ statu eiusmodi pactionem licitam esse. Ita ille. Ex cuius verbis apparet, Principes in casu, de quo loquimur, posse omnia determinare ex consilio Theologorum, & Iurisconsultorum; nam ipse nullam facit mentionem de consultatione cum Summo Pontifice.

Sup. hoc infrà in Res. 5. ante medium, & superius in tr. 2. Res. 311.

RESOL. II.

Opinio negatiua authoris proponitur, negans Principibus laicis hanc potestatem independenter à Summo Pontifice, & rationibus stabilitur. Ex part. 10. tract. 3. Res. etiam 2.

§. 1. VErùm, his non obstantibus, ego prorsus existimo, quod si periculum non sit in mora, Principes sæculares in grauissima necessitate Reipublicæ, cui aliter succurri non posset, nisi concedendo hæreticis libertatem conscientiæ, necessarium esse de hoc ac de pactis & conuentis cum ipsis initis, Summum Pontificem consulere. Et ratio duplex est. Prima, quia cùm in eiusmodi pactis & conuentis tractetur non solum de rebus temporalibus, sed de Religione, rebusque spiritualibus; ac simul per ea saltem ex consequenti derogetur communibus iuribus & legibus Ecclesiæ, ad quæ alioquin tuenda Principes ipsi, velut Ecclesiæ protectores obligantur; necessarium videtur, per se loquendo, vt ea, inconsulto Pontifice, ad quem eiusmodi causæ pertinent, non ineatur, cuius est statuere & iudicare, quid præsenti Ecclesiæ statui expediens sit. Altera causa est, vt pacta eiusmodi, & conuenta firmiùs sistant; ne forte, si postea Pontificis authoritate ea causa nonnunquam irritentur, noua scandala perturbationesque in Ecclesia subsequantur.

2. Confirmatur hæc sententia primò; quia certum est circa fidem Catholicam nihil Principes sæculares posse disponere, ergo nihil etiã possunt disponere de opposita hæresi; an videlicet, vt est in casu nostro, vrgente necessitate sit toleranda, necne: nã oppositorũ eadem est ratio; & Iurisconsulti docent, ex oppositis validum esse argumentum, vt obseruat Menochius, *cons. 97. n. 67.* Hyppolit. Rimin. *vol. 6. cons. 977. num. 31.* Mascardus *conc. 450. n. 40.* & alij, Itaque cum huiusmodi pacta ratione ipsius materiæ, quæ est permissio hæresis, propriè Summo Pontifici, & Ecclesiasticæ potestati subiiciantur quo pacto dici potest posse a Principibus iniri, ipso Pontifice non approbante?

3. Probatur secundo: nam pontifici sub persona Petri dictum fuit, Io. 21. *Pasce Oues meas*: sed ab ouili Ecclesiæ arcere lupos, id est hæreticos, aut reducere, vel tolerare, pertinet ad ius pascendi; vt de se patet, & probat Suarez *de fide, disputatione 10. sect. 3. n. 21.* & alij: ergo à nemine hoc fieri potest sine Summi Pontificis consensu. Vnde quo pacto tractandi sint hæretici in hoc ouili, non pertinet ad Principes laicos, quia ipsi sunt etiam oues, vt cæteri, sed ad supremum ouilis Christiani Pastorem; qui est Summus Pontifex, ad illum enim pertinet de hæreticis disponere in ordine ad Religionem, circa quos habet ius acquisitum ratione Baptismi, cùm eius characterem hæretici retineant: *cap. Quod quidam 1. q. 1. c. non in nobis de consc. dist. 4.* Et licèt hæretici à fide defecerint Pontifex retinet adhuc ius in illos, sicut pastor in oues errantes, *cap. Maiores de Baptismo; cap. 1. de sponsalibus,* & ibi gloss. *verb. non debet, & in aliis iuribus* Ergo. Probatur tertio ex parabola *Matt. 13.* in qua iudicium de Zizania eradicanda, vel non eradicanda (quæ quidem Zizania sunt hæretici, teste Augustino, Hieronimo, Chrysostomo, Cypriano *libro 3. Epist. 3.* & ex scholasticis Lorca *in 2. 2. Diui Thomæ quæst. 11. art. 4. disp. 43. num. 4.*) præbetur à Christo Domino Patrifamilias, qui est Summus Pontifex; vt obseruat Cardinalis Bellarminus *tractatu de potestate Papali cap. 9. §. 16.* ergo hoc iudicium de tolerandis, vel non tolerandis hæreticis, non potest pertinere ad Principes Seculares; quia ipsi in domo Ecclesiæ sunt subditi, & non paterfamilias. Et ideo non deseram hic apponere aurea verba Maldonati *in citatum cap. Matt. num. 26.* sic asserentis: non verò hæc dico, quod non malim hæreticos conuerti, quàm occidi, sed tantum, quia Principes ista lecturi non sunt; eos qui Principes monere possunt, admoneo, non licere illis, istas, quas vocant conscientiæ libertates, nimium nostro tempore vsitatas, hæreticis dare nisi prius Ecclesia, aut is, qui Ecclesiæ caput est, Romanus Pontifex, Christi persona, & tanquam Paterfamilias iudicauerit non posse euelli Zizania, nisi simul & Triticum euellatur, & è re Ecclesiæ esse, vt vsque ad messem permittantur vtraque excrescere. Huius enim rei, non Principum, qui patris familias serui sunt, sed ipsius patrisfamilias, id est Ecclesiæ gubernatoris iudicium esse debet. Ita Maldonatus. Quid respondebunt aduersarij ad tanti, & tam incomparabilis Viti authoritatem.

RESOL. III.

Probatur etiam opinio negatiua ex pactis, quæ in dictis Fœderibus

fœderibus cum Hæreticis apponuntur circa res & bona Eccleſiæ.

Et infertur non habere poteſtatem Principes extinguendi beneficia, ſed hoc ſpectare ad Summum Pontificem, neque ineundi fœdera cum Hæreticis, maxime perpetua, quia in nullo caſu poſſum eſſe licita, nec valida. Ex part. 10. tract. 3. Reſ. etiam 3.

§. 1. ADde, quòd Principes in caſibus, quibus libertatem conſcientiæ hæreticis concedunt, ſolent paciſci cum ipſis de bonis Eccleſiarum, quorum Dominium propriè ad ſolùm Deum ſiue Chriſtum ſpectat ſecundùm aliquos, vſus verò, & adminiſtratio, ad Prælatos, ſeu communitatem cuiuſque Eccleſiæ ex probabiliori: Ita Maior 4 *diſt.* 24. *q.* 16. Azorius *tom.* 1. *lib.* 6. *cap.* 1. *q.* 4. Nauarrus *Comment.* 2. *de Regular. n.* 34. *& quæſt.* 1. *de Reditib. monitione* 40. *& in cap. non liceat* 8. 9 *num.* 4 vbi etiam de fide cenſet, ſed non rectè; quia contraria ſententia eſt probabilis, aſſerens, eiuſmodi dominium eſſe penes cœtum Eccleſiaſticum (quamuis Religioſorum) cuiuſque Eccleſiæ, quam ſequitur Fragoſus *de Baptiſmate tom.* 2. *lib.* 3. *diſp.* 9. §. 4. *num.* 16. Waldenſis *libr.* 4. *doctrinalis, art.* 3. *c.* 43. Columna, *de reditibus c.* 23. *n.* 105. Leſſius *lib.* 2. *cap.* 4. *dub.* 5. *&* 7. & alij quos citat & ſequitur Romanus Hay *in Aſtro. In inſtructo q.* 3. *n.* 5. *fol.* 157. & à fortiori Sarmientus *p.* 4. *Redituum Eccleſiaſticorum cap.* 6. malè tamen aſſerens, id dominium etiam eſſe penes ſingulos, ad quos ius prouentuum Eccleſiæ pertinet.

2. Probatur aſſertio primæ ſententiæ ex iure canonico, in quo ſæpiſſimè res eiuſmodi vocantur res Dei, aut Deo donatæ, vel traditæ: vt videre eſt in Can. *Apoſtolorum* 39. & Can. *Nulli licet*, & Can. *Prædia* 12. *q.* 2. & Can. *Videntes. cauſa* 16. *q.* 1. *& in Concilio Tridentino, ſeſſ.* 25. *c.* 21 *de Reformat.* Et idem colligitur ex iure Cæſareo; *Inſtitutione de rerum diuiſione, & §. Vniuerſitatis, & l.* 6. §. *Sacra, ff. eod. tit.* Et ratio eſt, tum quia antiquitus hæc oblata ſunt Deo ab ipſis fundatoribus, & quidem perſæpè ſolemni formula, quam ex *capitularibus Francorum l.* 6. *cap.* 286. deſcripſit Tannerus *l.* 1. *Eccleſiaſticæ defenſionis cap.* 9. vbi inter alia dicitur. Quiſquis noſtrum ſuas res Eccleſiæ tradit, Domino Deo illos offert, atque dedicat, ſuiſque Sanctis, & non alteri, dicendo talia, & agendo ita. Facit enim ſcripturam coram Altari, aut ſuprà tenet in manu, dicens eiuſmodi loci Sacerdotibus, atque cuſtodibus: offero Deo, atque dico omnes res quæ in hac cartula tenentur inſertæ pro remiſſione peccatorum meorum, ac parentum, & filiorum, aut pro quocunque illas Deo deliberare voluerit, ad ſeruiendum ex his Deo in ſacrificiis, Miſſarumque ſolemniis, orationibus, luminariis, pauperum ac clericorum alimoniis, & cæteris diuinis cultibus, atque Eccleſiæ vtilitatibus; &c. Tum quia iuxtà Canones, & ipſam offerentium diſpoſitionem Conuentus Eccleſiaſticus cuiuſuis loci tenetur illa ad Paſtores tranſmittere, nec poteſt ea vendere, vel extinguere pro arbitrio: licèt interim Summus Pontifex in his omnibus habeat ſupremam adminiſtrationem; vt docet D. Thomas *in* 2. 2. *q.* 108. *art.* 1. *ad* 7. & ibi Caietanus, & cæteri expoſitores cum Sanchez *in Summ. tom.* 2. *lib.* 7. *c.* 29. *n.* 96. His itaque ſtantibus, quo pacto dici poteſt, Principes ſeculares poſſe paciſci cum hæreticis de bonis Eccleſiaſticis, inconſulto eius plenario, & ſupremo adminiſtratore, qui eſt.

3. Nec obſtat dicere cum quodam Theologo neoterico, hæc bona prius extitiſſe ſæcularia, & altú Dominium ſemper remanſiſſe apud Principes, qui dicta bona Eccleſiæ cum conditione tacita conceſſerunt, ſi eorum exemptio non eſſet nociua Reipublicæ. Nam Reſpondeo, bona conceſſa Eccleſiæ cenſeri conceſſa purè, abſolutè, & ſine vlla conditione; vt tradunt Wameſius *tom.* 1. *conſ.* 174. *n.* 7. Cochier *de libertate Eccleſiaſtica l.* 1. *c.* 20. *n.* 9. & alij. Vnde optimè dixit Salon. *in* 2. 2. *q.* 65. *art.* 1. *contr.* 1. *concl.* 2. quod hæreditates, redditus, & bona temporalia Eccleſiæ conceſſa, donatione Regum, poſtquam ſemel ipſi conceſſa ſunt, habet in illis Eccleſia ius acquæſitum & ideò à Principibus nec repeti, nec reuocari poſſunt. Hinc, dato, & non conceſſo, quod priuilegium fori, Eccleſiæ conceſſum pro Clericis fuerit ex donatione, & largitione Imperatorum; vt voluerunt Molina, Sotus, Victoria & alij: tamen non poſſunt ampliùs Principes illud reuocare, vel limitare: vt docet Amicus *in curſ. Theologico, tom.* 5. *diſp.* 9 *ſect.* 5. *nu.* 140. Hurtadus *de Iuſt. & Iure diſp.* 14. *diff.* 13. & alij, quos ad ſatietatem adduxi contra Rabardeum *in part.* 7. *Tract.* 1. *reſolut.* 8. Et ideò ex hypotheſi, ſi talia priuilegia iuciperent eſſe nociua, deberent Principes recurrere ad Pontificem pro remedio opportuno; quia dictum priuilegium ſemel conceſſum non poſſent ampliùs reuocare, reſtringere, aut limitare. Itaque in caſu noſtro, dato, quòd deuentum eſſet ad talem ſtatum, quod bonorum Eccleſiaſticorũ exemptio eſſet bono publico nociua, non ex hoc ſequitur, poſſe Principes ſæculares de dictis bonis propria authoritate diſponere & de illis cum Hæreticis paciſci: ſed hoc faciendum eſſet à Pontifice, qui limitare, ſuſpendere, & dicta bona alienare ex iuſta cauſa poteſt. Nam alioquin, ex doctrina in contrarium allata, Principes poſſent collectare bona Eccleſiaſtica in extrema neceſſitate labentis Reipub. ſine beneplacito Pontificis, quod omninò negandum eſt; vt patet ex *cap. non minus, cap. Aduerſus de Immun. Eccleſiarum, & ex Bulla Cœnæ*: docentque communiter Doctores. Ergo ſi non poſſunt Principes, etiam in ſtatu labentis Reipublicæ collectare ſine conſenſu Pontificis bona Eccleſiaſtica tantùm in parte; quantò magis dicendum eſt in caſu noſtro? Nam non ſolùm collectarent in parte Bona Eccleſiaſtica, ſed etiam de illis, inconſulto Pontifice, diſponerent, ac hæreticis traderent; confirmantur etiam ſuprà dicta ex his quæ doctè obſeruat Pater Layman. *in iuſta Defenſione Pontificis cap.* 4. *fol.* 255. §. *Eadem neque cum ſequent.* Quod à fortiori procederet, ſi Principes inirent pacta cum hæreticis, ex quibus non ſolùm reditus cum bonis & ditionibus Eccleſiaſticis illis tranſcriberentur; verùm etiam ipſi tituli ſpirituales Epiſcopatuum, Canonicatuum, Præbendarum, tam re, quàm nomine extinguerentur, & in ſæculares Marchionatus, Ducatus, Principatus tranſmutarentur; nec ſciente, nec approbante Pontifice, qui ſolus omnimodam poteſtatem habet ſuper Beneficia, vt Canoniſtæ communiter aſſerunt in *cap. Per venerabilem, qui filij ſunt legitimi*, quos citat & ſequitur Lotherius *de beneficiis lib.* 2. *quæſt.* 22. *num.* 9. nec Principes habent poteſtatem extinguendi beneficia, vt obſeruat Nauarrus *in Man. cap.* 27. *num.* 13. Sed hoc ſolùm ſpectat ad Summum Pontificem: vt præclaris verbis demonſtrat D. Bernardus *epiſt.* 131. *ad ciues Mediolanenſes*, & notat nouiſſimè Michaël Tarrede *in ſua amplitudine Beneficiaria diſputat.* 1. *q.* 2. *numer.* 1 Ergo, &c.

Quæ hic eſt ſupra in tr. 2. Reſ 325. & in cæteris aliis eius primæ not.

4. Et hæc omnia ſupetiùs dicta magis abſurda eſſent, ſi tolerantia libertatis conſcientiæ, & fœdera cum hæreticis inita non eſſent ad tempus, ſed perpetua; quod moraliter, & practicè, vt docet Tannerus *tom.* 3. *diſp.* 1. *q.* 9. *dub.* 3. *num.* 94. vix vnquam licitè fieri poteſt; quia omnis eiuſmodi abſoluta & indefinita pactio ſeu conuentio, per ſe loquendo, & quantum eſt ex natura rei, omnem Principi, etiam in perpetuum

perpetuum adimit facultatem permissam hæresim ex sua prouincia exterminandi ; etiamsi mutatis rerum circunstantiis , id quandoque opportunum esset futurum. Semper enim vi sui pacti inhibetur, ne id vnquam audeat facere, si modò violatæ fidei reus haberi non velit. Et ideò obseruandum est hîc, quòd Iosaphat initio regni permisit idololatriam, cui populus erat addictus; quia non poterat eam impedire. vt habetur 3. *Reg.* 22. at postea , confirmato iam Regno , cùm & potentior & audacior factus esset; non amplius permisit sed impediuit ; vt patet 2. *Paralip.* 22. Vnde si Iosaphat iniisset fœdus perpetuum de Idololatria toleranda; non potuisset postea mutatis rerum circunstantiis, illam ex vi pacti impedire; & sic idolatria perpetuo in regno suo extitisset, & impunita remansisset. Ergo non sunt ineunda fœdera cum hæreticis perpetua; nam Princeps adimeret sibi ius , cum postea oportunum esset , puniendi , & exterminandi hæreticos à suis Regnis & Prouinciis; contra id, quod determinat Concilium Lateranense *cap. Excommunicamus §. moneantur de Hæret.* vbi sic habetur ; *teneatur quicunque Princeps, etiam supremus, terram suam expurgare ab hæreticis sub pœna amissionis sui principatus: & mandatur omnibus Principibus, vt iurent, se hæreticos non toleraturos.* Et idem statuitur in iure ciuili *Cod. de Hæret. Auth. si verò Dominus, & in constitut. Frederici de statu & consuet.* § 6 & 7. Ergo &c.

5. Et licet aliquando talia pacta à Principibus fieri posse, docere videatur Petrus Wadingus *de contract. disp. 3. dub. 4. n. 6.* vbi sic ait : Hic discursus videtur satis probare perpetua libertatis pacta nullo casu esse licita & valida: pro cótraria verò excusabiles videntur Principes Catholici, qui cum hæreticis ita contraxerunt; ex vna enim parte premebantur Principes importuno furore hæreticorum exposcentium libertatem; quibus nulla alia ratione satisfieri potuit, quàm pacto perpetuo liberi exercitij suæ Religionis; & ex altera parte magnus erat in Catholicis plurimis tepor, qui pacem quibuscunque conditionibus cum hæreticis fieri optabant, modò ipsi quieti, saltem ad tempus , essent; de futuro Reipublicæ statu parum solliciti, nec fortunarum iacturam, aut splendoris sui imminutionem pro fidei defensione volebant sustinere: cum tamen hæretici omnes suas fortunas pro suæ sectæ , aut propugnatione aut conseruatione libenter profuderint. Vnde factum , vt supremi Principes viribus essent longè inferiores : proindeque iudicauerint , ista pacta inire perpetua expedire. Iustitia huius pacti ex hoc capite posset defendi , quod nisi pacta inirentur , sit periculum ne tota fides. & ipse Catholicus Princeps pereat ; minus igitur sit mali, abiicere suorum curam , quòad salutem æternam; quàm pertinaciter eam retinendo, omnium Religionem veram in perpetuum perdere , & omnem iurisdictionem. Si pacta non ineat; verisimiliter nulli erunt Catholici, si ineat; saltem in aliquibus fides conseruabitur. Teneri ergo videtur Princeps: quando totius Reipublicæ curam nō potest habere; saltem illam, quam potest , partem conseruare. Hucusque Vuadingus. Sed tamē postea subdit, se hūc casum non definitiuè, sed disputatiuè pertractasse.

Sup. hac in Ref. seq. in 6. Qui quidem.

6. Verùm, non obstante, quod iste casus à VVadingo positus, in praxi possit accidere; non ex hoc sequitur, Principes, inconsulto Pontifice , tale fœdus cum hæreticis inire posse: non enim pertinet ad illos in re tam graui iudicare, num tanta sit necessitas, & talis rerum status, vt sancito fœdere, Religionis libertatem concedere oporteat, maximè perpetuam, cùm tale fœdus indirectè versatur circa materiam spiritualem, videlicet circa permissionem Religionis falsæ. Ergo à Principibus nihil decerni potest , Summo Pontifice non consentiente. Vnde non grauabor hic apponere verba Ioannis Molani *de fide Hæretic. seru. lib. 1. cap. 23.* sic asserentis : Quamuis libera Religio non sit ab vno Principe admittenda, cogitur tamen aliquando Catholicus Princeps in quibusdam locis, quæ hæretici violenta manu retinent , non quidem omnibus, sed vnius tantùm , aut alterius generis sectariis, libertatem sub certis conditionibus admittere; aut potius non tam eis dare , quàm permittere , quod iam eo nolente, occuparunt : ne si minus malum tolerare nolit, maiora in Republica sua perpeti cogatur. Sed in his rebus maxima opus est prudentia, eò quòd res longè omnium grauissima, & periculosissima tractetur: cùm enim primo loco præ omnibus aliis, ab omnibus & singulis Christianis Religio sit conseruanda , & secularis Principatus, atque potestas nullum fœdus inire, aut saluum conductum dare possit in præiudicium Ecclesiæ, aut Ecclesiasticæ Potestatis , facilè hîc, aut per ignorantiam, aut per tepiditatem, aut per timorem , vbi non foret timor , aut per imperitiam, aut inaduertentiam quædam tractarentur , quæ postea nullius roboris esse iudicauerint. Itaque nihil tutius est, quàm si furore hæreticorum Respublica aliqua cogatur ad aliquas iniquas, & bonis hominibus præduras conditiones, vt omnia, antequam fœdus perficiatur, diligentissimè & prudentissimè sint examinata, & discussa. Atque in re tam ardua, ad securè conquiescendum, etiam Apostolicæ Sedis interueniat authoritas. Ita Molanus vbi suprà.

RESOL. IV.

Authoritate Doctorum opinio negatiua fulcitur.

Et deducitur Principem laicum non posse præstare saluum conductum Hæretico cum damno Ecclesiastica iurisdictionis.

Et firmatur libertatem conscientiæ Hæreticis concessam, inconsulto Pontifice, non solum esse illicitam, sed inualidam. Ex part. 10. tract. 3. Resol. etiam 4.

§. 1. COncludendum est igitur ex omnibus superius dictis, semper , & in quocumque casu in fœderibus Principum secularium cū hæreticis, quoad libertatem Religionis, consulendum esse Summum Pontificem ; nec illo inconsulto talia fœdera esse ineunda. Et ita nostram sententiam in terminis docet Eminētissimus Dominus meus Cardinalis Lugo *de fide disput. 19. sect. 2. 3. 4. num. 124.* Suuertius *de fide haret. ser. sect. 9.* Tannerus *tom. 3. disp. 1. quæst. 9. dub. 3. num. 101.* & Authores compositionis Pacis , *cap. 5. quæst. 28. num. 46.* quibus adde Maldonatum *vbi suprà in Matth. cap. 3. num. 26.* cuius verba superius adduxi: & ex eadem Societate Petrum Hurtadum de Mendoza *vol. 1. de fide, disp. 79. sect. 5. & 6. §. 32. 33. & 36.* Vnde placulum existimarem, si per extensum ea omnia , quæ ipse firmat circa hoc dubium , hîc non apponerem; sic itaque asserit : Dico, non licere Principi Laïco permittere Synagogas, nisi ex facultate Romani Pontificis ; idem dicendum est de conscientiæ libertate. Igitur, quoties agitur de Religione, consulendus est Pontifex, cui Deus adest speciali prouidentia , Petro ob singularem fidem promissa. Ad permittendam in non baptizatis conscientiæ libertatem, non est necessaria facultas Ecclesiæ, nihil iudicantis de iis, qui foris sunt, cum hæreticis est diuersa ratio: libertas permissiua non potest licitè permitti inconsulto Pontifice; tum quia Laïci tenētur seuerè agere cum hæreticis ab Ecclesia damnatis; cedit verò in fidei detrimentum eos non punire. Vnde

de iure paſtoratus ad Pontificem ſpectat; qua ratione ſit cum hæreticis agendum ſtatuere, tum quia ſpiritualis adminiſtratio baptizatorum directè pertinet ad Pontifices; eadémque ratione ad Principes laicos ſpectat parere Pontifici imploranti eorum opem ad animauertendum in hæreticos. De libertate expreſſa conſcientiæ affirmandum eſt, eam nullam habere vim, niſi ex Papæ conſenſu. Itaque hæretici omnibus pœnis ſubiacent, quæ ab Eccleſia ſunt decretæ; & quas Principes tenentur infligere hæretico relaxato, & ad cuius ſupplicium ſeculare brachium (vt aiunt) petit Eccleſia. Quæ doctrina eſt de fide ex Cõcilio Conſtantienſi, vbi ſtatuitur, Principem laicum non poſſe præſtare ſaluum conductum hæretico cum damno eccleſiaſticæ iuriſdictionis; ita vt nihil illi valeat, ſi ſolùm à Principe laico præſtetur. At eadem eſt omninò, & maior ratio in conſcientiæ libertate, quia ſaluus conductus eſt immunitas à pœnis debitis hæretico ob hæreſim, & ſponſio de non impedienda reuerſione ad patriam: libertas autem conſcientiæ eſt immunitas ab iiſdem pœnis, vt ergo hæreticus non eſt immunis à pœnis ſaluo conducto Principis laici, ita nec libertate conſcientiæ. Ratio à priori, quia Eccleſia habet ſuperiorem iuriſdictionem in hæreticum, eſtque omninò independens à Principe laico: Etgo hic ſua lege non reddit hæreticos immunes à Pontificia lege. Probo conſequentiam: quia inferior Princeps non habet vim in iuriſdictionem, & leges ſuperioris. Quòd ſi nullam habet in alios Principes ſibi non ſubiectos; qui eam habebit in Principes ſuperiores, Poterit Princeps laicus dare immunitatem ab iis pœnis, quæ in ſuo Regno infliguntur ſolo iure ciuili. Ex quibus deduco, non teneri Principem ad permittendam libertatem conſcientiæ, niſi confirmatam aut datam etiam à Pontifice, quia non potuit eam ſpondere inconſulto Papa; totaque libertas eſt nulla in iis omnibus, quibus eget Eccleſia ad exequendas canonicas pœnas in hæreticos. Imò tota libertatis facultas eſt abroganda, quia tota eſt nulla, eſt enim abſque legitima iuriſdictione. Nec Princeps tenetur ab abſtinendum à ſupplicio ciuili; quia eſt hæc abſimilis cauſa à ſaluo conductu, cui Princeps laicus tenetur ſtare in iis, quæ ab ipſo ſolo pendent, quia ſaluus conductus non eſt pernicioſus, nec ſpectat ad ſpiritualem iuriſdictionem. Poteſt enim Princeps multis de cauſis egere hæretici præſentia. At verò conſcientiæ libertas directè ſpectat ad ſpiritualem adminiſtrationem. Quapropter tota eſt nulla, niſi Papæ conſenſus accedat. Hucuſque Hurtadus de Mendoza, inter Theologos Hiſpanos noſtri temporis acutiſſimus & ſapientiſſimus.

2. Qui quidem non ſolùm ſentit, & firmat libertatem conſcientiæ hæreticis conceſſam, inconſulto Pontifice, eſſe illicitam, ſed plus addit quod eſt valdè notandum, videlicet eſſe inualidam. Quod ante ipſum, ex eadem Societate Ieſu docuerat Suuertius *vbi ſuprà, de fide Hæreticor. ſeruand. ſect.* 9. Verùm huic opinioni non adhæret Adamus Tannerus *loco citato dub.* 4. *n.* 104. Sed in omnium opinione certum eſt, eiuſmodi pacta, & fœdera de libertate conſcientiæ inita cum hæreticis Principibus, ſine conſenſu Pontificis, intelligenda eſſe, ſaluis iuribus Pontificis, & Eccleſiæ, & Eccleſiaſticæ iuriſdictionis. Ita Tannerus *n.* 121. *& ante illum* Sebaſtianus Heieſſ. *in Refutatione Aphoriſmorum c.* 2. *Aphor.* 1. *n.* 47. ſic aſſerens. Cùm crimen hæreſis directe ad ſacra Tribunalia ſpecter, eis præiudicare nequeunt, ſeu priuatorum, ſeu Principum facta in quibus ſemper hæc latet conditio, ſaluis aliorum, & in primis vniuerſalis Eccleſiæ iuribus: Hæc ille. Et ratio eſt, quia ſuperior legibus aut pactis inferiorum non ligatur: ac proinde iuribus ſuperiorum præiudicare inferiores non poſſunt, vt patet *ex c. Inferior, de maior & obedien.* & *ibi* Doctores communiter.

3. Nec aduerſus ſuperiùs dicta obſtat dicere cum quodam recentiore Theologo, quòd, taciti & expreſſi idem eſt iudicium, ex *leg. cum quid. ff. ſi certum petat. leg. vltima ff. de Legatis. leg. cum quia, ff. de Pactis,* & aliis vulgatis iuribus, quæ adducit Menoch. *conſ.* 108. *n.* 54. cum aliis communiter, & ideò Principes non petere expreſſum conſenſum Pontificis, quia ſupponunt ipſum tacitè conſentire in his pacificationibus in ſuis cum libertate Religionis ad euitandum maius malum. Quod videtur docere Layman. *Theol. moral. l. 1. tr. 2. c. 16. §. 16. n.* 4. vbi ſic ait: Sed hæ, & aliæ huiuſmodi pœnæ locum non habent in Lutheranis Confeſſioniſtis; qui licèt ab Eccleſia Romana receſſerint, tamẽ ſtatim ac fœdus cum illis initum eſt, Summo Pontificè permittente, & tacitè conſentiente, libros ſuos in poteſtate retinent, aliiſque iuribus & immunitatibus ciuilibus, non item Eccleſiaſticis vnà cum Catholicis pacificè gaudent. Ita ille. Sed Layman non loquitur de ſubſtantia fœderis ipſius initi cũ hæreticis, & pacti in eo contenti, ſed de ſola ceſſatione pœnarum. Dicendum eſt itaque, quod licét Pontifices tolerent, & tacitè conſentiant in ſuſpenſionem pœnarum, de quibus ſolis loquitur Layman non conſentiunt tamen in dictam ſuſpenſionem vigore pacificationis, vel pacti initi cum hæreticis à Principibus ſecularibus, & prout in eis ſancitur; abſolutam & inconditionatam perpetuitatem, aut alia pacta, quaſi tacitè, vel implicitè approbantes ſed pro circumſtantiis neceſſitatis, aut maioris periculi, vel boni, per quas eiuſmodi ſuſpenſionem pœnarum, cùm per ſemala non ſit, cohonestari clarum eſt. Ergo non ſequitur ex hoc, vt diximus, Pontificem tacitè approbare ipſas pacificationes, & pacta abſque ſuo expreſſo conſenſu cum hæreticis inita; licet poſtèa toleret pœnas eis debitas non irrogari. Et quidem quo modo poſſunt in his Pacificationibus, & fœderibus Principes ſupponere tacitum Pontificis conſenſum, ſi Pontifices ſemper contra dictas Pacificationes & fœdera expreſſe proteſtati ſunt per ſuos Nuncios, & legatos, & per Breuia particularia, vt patet de Paulo III. & Clemente VIII. quod etiam alij Pontifices recentiores fecerunt. Quomodo ſupponi poteſt tacitus conſenſus Pontificis circa rem tam grauem; ita vt illius, iudicium relinquere velit Conſiliariis, aut paucis Theologis Principum ſecularium; Agitur de cauſa Religionis, de bonis Eccleſiaſticis, de extinctione Canonicatuum, & Epiſcopatuum, de impunitate, & perpetuitate hæreſis, imò de eius extenſione & amplificatione, de æquiparatione hæreticorum cum Catholicis &c. Et hæc omnia ſupponendum eſt, ſummum Pontificem velle iudicio ſecularium committere? Quis hoc ſibi perſuadere poteſt?

RESOL. V.

Reſpondetur ad argumenta ſuperius adducta pro ſententia affirmatiua? Ex part. 10. tr. 3. Reſ. etiam 5.

§. 1. REſtat modò reſpondere ad authoritates Doctorum ſuperiùs in contrarium adductas, & ad Crapzonium reſpondeo; nihil valere, cùm ſit Author hæreticus, & pluſquam alij Romano pontifici nimis infenſus, vt patet in ſuis operibus: ſed multum mihi prodeſt, nam teſtatur noſtram ſententiam docere Patres Societatis Ieſu. Idem dicendum eſt de Chriſtophoro Chiebenthal eiuſdẽ farinæ viro. Ad Beſoldum reſpondeo, illam diſſertationem compoſuiſſe,

quando erat Lutheranus, sed quia postea feliciter ad Romanæ Ecclesiæ gremium rediit, & piè Ingolstadij obiit, puto, si iterum illam quæstionem pertractasset, quòd mutasset sententiam: & ideò, quando Catholicus denuò recusit Ingolstadij 1637. suam Synopsim politicæ doctrinæ *lib. 2. cap. 3. num. 8.* existimauit, Fœdera cum hæreticis plerumque pernicioſa esse. Ad authoritatem Petri Vuadingi respondeo, id quod ipse asserit de Iudæis, in *disput. 3. dub. 13.* me non concedere; sicuti non admittit Episcopus Antuerpiensis, Ioannes Malderus *de Iust. tract. 5. cap. 3. dub. 24. §. 7.* vbi docet, Iudæos ad vsuras exercendas inter Christianos admitti non posse per Principem secularem sine authoritate Papæ. Quod etiam docet Ioan. Wigers *de Iust. tract. 5. cap. 6. dub. 23. num. 111.* Sylvester *verb. vsura 9. q. 22.* & alij. Vnde contra Nauarrum *cons. 33. de vsura*, eius Additionator testatur; inter omnes ferè Doctores constare, nullum Principem extra Pontificem maximum posse Hæbræis publicè fœnerandi potestatem, etiamsi Populi vtilitas, aut necessitas id postulet, facere: & citat Petrum Ruyz *in decisionibus Lithuanicis decis. 5. n. 308. & seqq.* Quibus etiam adhærent Ancharan. *cons. 263.* Decius *consil. 170.* Masquardus de Susannis *tract. de Iuda. part. 1. cap. 11. num. 11.* & alij penes ipsos. Adde quod dictus Pater Wadingus; de eo quod asseruit *in disputat. 3. dub. 4. §. 2.* de hæreticis in ordine ad casum nostrum, protestatur, se illam difficultatem nolle docere, sed tantùm disputare: Ergo nihil contra nostram sententiam operatur. Ad Authoritatem P. Gudelini respondeo, illam non officere; nam argumentum negatiuum nihil probat. Rectè itaque dixit in nostro casu, debere Principes adire Iurisconsultos & Theologos; sed ex hoc non sequitur, ipsis auditis, non esse recurrendum ad Summum Pontificem, causas, & rationes ab ipsis excogitatas ei proponendo, vt posteà de illis iudicet; & suum proferat beneplacitum: Itaque Authoritas Gudelini intelligenda est, seruatis seruandis: sicut etiam intelligendus est Malderus *in 1.2. quæst. 10. artic. 11.* Becanus *de fide hæreticis seruanda cap. 10. num. 13.* & alij. Dicendum est itaque, necessarium esse Principibus Sæcularibus, quando agitur de paciscendo cum hæreticis, libertatem eis conscientiæ & Religionis concedendo, Apostolicam sedem adire, & suam expectare determinationem.

Sup. hoc supra in res. 1. ad medium, vers. vbi asserit, & superius in tr. 2. Res. 311.

DECLARATIONES SACRARVM CONGREGATIONVM, Rotæque Romanæ Decisiones.

IN QVIBVS PLVRES CASVS IN MATERIA Immunitatis deciduntur.

AVCTOR LECTORI.

CVM suprà in tract. de Immunitate Ecclesiastica, *aliquæ Sacrarum Congregationum Declarationes, necnon Romanæ Rotæ Decisiones, aduocatæ fuerint; visum est mihi in tui commodum illas, aliásque plures circa eandem materiam, hîc simul collectas, ac per extensum apponere. Ab his puris fontibus,* Amice Lector, *petenda est tibi aqua, non ex turbidis aliquorum recentiorum lacunis. Vale, méque in tui gratiam laborantem ama.*

1. EAMILIARES Episcopi etiam laici, fori priuilegio gaudent. Sacra Congregat. Episcop. in vna Regien. *die 14. Febr. 1581.* & in vna Turritana *die 18. Maij 1603.*

In fine, num 1. hæc addantur. Idem dicendum est de familiaribus Episcoporum, Titularium, & ita declarauit Sacra Congregatio 17. *Ianuar.* 1628. in vna Regien., his verbis Sacra Congregat. Cardinalium controuersiis iurisdictionalibus Præpositorum censuit. familiares etiam Episcopi titularis gaudere debere priuilegio fori, ita tamen vt conueniri debeant, & sint puniendi ab Ordinario loci, vbi degunt, non ab ipso Episcopo, seu Archiepiscopo titulari.

Octauius Cardinalis Bandinus

2. Immunitate Ecclesiastica gaudent, qui cum armis prohibitis in Ecclesia se recipiunt. Sacra Congregatio Episc. in vna Salern. *die 30. Sept. 1616.*

In fine, num. 2. hæc addantur. Et laicos non posse in Ecclesia spoliare reum armis prohibitis, determinauit Sacra

sacra Congregatio immunitatis, vt apparet per subsequentem epistolam. [Illustre e molto Reuerendo Monsignore come fratello. Nó e permesso alla Corte laicale leuare le armi à i confugiti in Luoghi immuni conforme l'opinione vera, e seguitata de Tribunali di questa santa Sede, che è quanto occorre in risposta dalla sua, & in questa conformità si potrà gouernare, mentre à V.S. ni offero. Roma 24. di Luglio. 1634. Come fratello. *Il Cardinali Gessi Francesco Paolucci* Secretario. Extra, All'Illustre e molto Reuerendo Monsignore come fratello il Vescouo di Regio.]

3. Immunitate Ecclesiastica gaudent pro debito ciuili ad Ecclesias confugientes: sacra Congregatio Episc. in vna Cortonensi *die* 21. *Iulij* 1617. & in vna Beneuentana *die* 10. *Maij* 1619.

4. Immunitate Ecclesiastica non gaudent Capellæ priuatorum Palatiorum. Sacra Congregatio Episcop. in vna Marsicensi *die* 17. *Nouembr.* 1617. & sacra Congregatio immunitatis in vna Perusina *die* 9. *Decembris* 1631. Sed hæc declaratio non comprehendit Capellam S. Annæ sitæ in Palatio domini mei amantissimi Marchionis Hieracensis in terra Castelboni. nam pro Ecclesia communi reputatur, & ibi confugientes semper immunitate Ecclesiæ gauisi sunt.

5. Immunitate ab omnibus exactionibus, & tributis secularibus gaudet Clerici patrimonium, ad cuius titulum quis fuit ordinatus. Sacra Congregatio Episc. in vna Catanensi *die* 3. *Aug.* 1592.

6. Immunitate Ecclesiæ non gaudet mater occidens filium infantem. Sacra Congregatio Concilij *sub die* 3. *Decembr.* 1632.

7. Immunitate Ecclesiastica non gaudet qui committit homicidium veneno. Sacra Congreg. Concilij *die* 3. *Decembr.* 1632.

8. Immunitate non gaudet mulier, quæ malis medicamentis procurat abortum. Sacra Congregatio Concilij *die* 3. *Decembr.* 1632.

9. Immunitate Ecclesiastica gaudent furantes in Ecclesia. Sacra Congreg. immunitatis in vna Squillacensi *die* 18. *Martij* 1631.

10. Immunitate gaudet atriga, siue Campanaria Ecclesiæ, ab ea tamen distans; sed intra 30. passus, quæ solummodo inseruit pro seruitio Ecclesiæ. Sacra Congregatio immunitatis. *die* 7. *Decemb.* 1632.

11. Debitores fraudulenti ad Ecclesiam cum bonis confugientes non debent ibi multo tempore tolerari, sed ab Ecclesia sunt eiiciendi. Ita sacra Congregatio Episc. in vna Barensi *die* 12. *Martij* 1600.

12. Decoctores res & bona in creditorum præiudicium ad Ecclesias transportare non debent, sed iudici seculari consignanda sunt, vt illas, & illa, cui de iure adiudicet. Ita sacra Congreg. Episc. *die* 1. *Decembr.* 1617.

13. Milites hospitari facere non potest Magistratus secularis in domibus Ecclesiasticarum personarum, quamquam laicis locatis, cùm per indirectum in damnum bonorum Ecclesiasticorum redundet. Sacra Congregatio Episc. *in vna Nouarien. die* 9. *Iunij* 1617.

14. Delinquentes qui ab Ecclesiis aliisque locis immunibus extrahuntur, dum articulus, an immunitate Ecclesiastica gaudere debeant, discutitur, per Ecclesiasticos ministros sub custodia, iuxta Bullam Gregorij XIV. retineri debent. Sacra Congregatio Episc. in vna Neapol. *die* 30. *Septembr.* 1616.

15. Immunitate Ecclesiastica gaudere debent Clerici, qui post delicta patrata ad Ecclesias confugiunt extra casus in Bulla Greg. XIV. comprehensos, cùm in hoc casu opinio Abbatis sit reprobata. Sacra Congregatio Episc. in vna Tropiensi *die* 24. *Ianuary* 1617. Neque possunt inde extrahi, præterquam in casibus degradatione dignis si fiat, secus restituantur. Sacra Congregatio Episc. *die* 17. *Augusti* 1618.

16. Coloni, aut afflictuarij, vel partiarij bonorum Ecclesiasticorum exemptione collectarum, tam ordinariarum, quàm extraordinariarum proportione colonica gaudent. Sacra Congregatio Episc. in vna Oppidensi *die* 18. *Septembr.* 1618.

17. Coloni partiarij Episcoporum durante Colonia gaudent fori priuilegio. Sacra Congregatio immunitatis *die* 6. *Decembris.* 1627.

18. Immunitate à gabellis, & aliis oneribus laicalibus priuare non potest Episcopus inseruientes Ecclesiis, sed iidem Clerici, nisi, vt *suprà*, inseruiant, ac habitū & tonsuram Clericalem deferant, aut beneficiū Ecclesiasticum obtineāt, priuilegio fori non gaudent. Sacra Congregatio Episc. *die* 24. *Ianuarij* 1631.

19. Causa damnorum datorum per Clericos, & Ecclesiasticos, seu per eorum animalia, necnon per familiares, ministros, & colonos Episcoporum, & mensæ Episcopalis etiam laicos, seu eorum animalia in bonis quibuscumque tam Ecclesiarum, & personarum Ecclesiasticarum, quàm etiam laicorum, spectat ad Curiam Episcopalem priuatiuè. Si verò laici eorúmve ministri animalia damnificent, & bona Ecclesiarum, ac personarum Ecclesiasticarum, Curia Episcopalis procedere potest tamquam in causis mixti fori. At quando coloni, & ministri Ecclesiarum Clericorum, & Ecclesiasticorum cum animalibus propriis, bona laicorum damnificant, cognitio tam quoad bona, quàm quoad personas laicorum, & eorum animalia spectat ad iudicem laicum priuatiuè, Sed si cum animalibus Ecclesiasticorum, vel Ecclesiarum, quoad personas spectat ad laicum, quo verò ad animalia spectat ad Curiam Ecclesiasticam. Ita sacra Congregatio immunitatis in vna Terracinensi, teste Aldano *in compend. Can resol. tit.* 8. *n.* 21. & Barbosa *in collect. Doct sup. Conc. Trid. sess.* 25. *cap.* 20. *n.* 13.

20. Fori priuilegio gaudet Subdiaconus, qui Apostolicæ Sedis dispensatione cum vidua matrimonium contraxit, & pensiones Ecclesiasticas obtinet. Sacra Congr. Concil. *die* 24. *Martij*, & 17. *Sept.* 1618.

21. Clericus in minoribus constitutus Ecclesiæ deseruiens, non tamen ex mandato Episcopi habitum & tonsuram deferens, gaudet priuilegio fori. Sacra Congregatio Concilij in vna Valentina *die* 29. *Iulij* 1628. & iterum in vna illius 28. *Martij eiusdem anni.*

22. Promotus ad Ordines cum collatione vnius beneficij redditus duorum scutorum annuorum gaudet priuilegio fori. Sacra Congregatio Concilij in vna Ianuensi *die* 18. *Marty.* 1628.

23. Habitum dimittens Clericalem potest illum iterum reassumere, vt gaudeat priuilegio fori, non obstante irregularitate superueniente, & Episcopi prohibitione. Sacra Congregatio Concilij in vna Mazarien. *die* 17. *Iunij* 1630. & Sacra Congregatio immunitatis in vna Bossanensi *die* 18. *Martij* 1631. declarauit fori priuilegio gaudere Clericum, qui ante carceraticnem reassumpsit habitum.

24. Clerici in minoribus Ordinibus constituti si recusauerint frequentare scholas, & Ecclesiam, sed esset probabilis spes profectus, non possunt priuilegio fori priuari. Sacra Congregatio Concilij in vna Maioranensi *die* 12. *Augusti* 1631.

25. Qui solùm in accendendis lampadibus, & aperiendis portis Ecclesiæ deseruiunt, non gaudent priuilegio Cler. Sacra Congr. Episc. *die* 28. *Ian.* 1603.

26. Protonotarij non participantes fori priuilegio gaudent, etiamsi Ecclesiæ non inseruiant, si in habitu Clericali incedunt. Sacra Congregatio Concilij in vna Tolet. *die* 27. *Martij* 1632. & *die* 9. *Iulij* 1626.

27. Clericus primæ Tonsuræ qui post dimissum,

habitum,& Tonſuram Clericalem deliquit,& pro delicto in Curia ſæculari citatus fuit,deinde reaſſumpto habitu cum Tonſura Eccleſiæ inſeruire cœpit, non poteſt à iudice ſæculari quoad perſonam puniri, nec talis iudex poteſt proceſſui finem imponere. Sacra Congregatio Concilij *die* 10.*Decemb.*1599.

28. Clericum,qui characterem,& habitum Clericalem aſſumpſit,poſt delictum,proceſſum, & fideiuſſionem de ſe repræſentando coram iudice laico,gaudere priuilegio fori,& à iuriſdictione iudicis laici eſſe liberatum quoad perſonam,quòd ſi fraus abſit(quam iudex Eccleſiaſticus inſpicere debet) poſſe iudicem laicum proceſſui finem imponere contra illum quoad bona procedendo, determinauit ſacra Congregatio Concilij in vna Papienſi *die* 23.*Maij* 1526.& ſacra Congregatio immunitatis in vna ciuitatis Caſtellanæ *die* 18. *Februar.*1631.

29. Sacra Congregatio Epiſc.*die* 25. *April.*1614. dum fuiſſet proceſſum ad nonnullos actus in cauſa Capitanei,vel Bariſelli Epiſcopi Sorani carceribus mancipati per Viceducem ciuitatis Soræ de mandato ſanctiſſ.Pauli V.attento quòd Bariſellus exiſtit de familia armata Epiſcopi,& propterea non poteſt,nec debet de iure per laicum capturari,ordinauit Auditori Cameræ,vt capturam,& acta nulla declaret. Rurſus petente Epiſc.Vaſionenſi,vtrùm iudex Camerarius & fiſcalis tanquam eius familiares,deberent frui priuilegio fori,& immunitate ab oneribus perſonalibus.Sacra eadem Congreg.*die* 11. *Decemb.*1614. officiales prædictos vti familiares Epiſc.fori priuilegio gaudere & ad perſonalia ciuitatis munia ſubeunda minimè teneri cenſuit.Mandauit inſuper Epiſc.Ottunenſi *die* 6. *Aug.*1602.ne ſuſpenderet cenſuras latas contra Gubernatorem Lanciani,niſi priùs relaxato ècarceribus eius Notario Regiis hortatoriis, ac aliis quibuſcumque non obſtantibus.Item Archiepiſcopo Turritano *die* 18.*Maij* 1603.prædicta ſacra Congreg.reſpondit priuilegia conceſſa per ſacros Canones miniſtris,officialibus,vel familiaribus Epiſc. eſſe ita clara,vt in dubium reuocari,non valeant,iniungendo illi ſtrictè, vt prædicta faciat obſeruari.

30. Fiſcalis quem Epiſcopus habet in Ciuitate, ſeu in aliquo Caſtro,in quo temporalem , ſpiritualémque iuriſdictionem exercet,tanquam ipſius Epiſcopi familiaris,gaudet priuilegio fori,& ad perſonalia Ciuitatis munia minimè tenetur. Sacra Congreg. Epiſc. *die* 11.*Decemb.*1615.

31.Epiſcopus poteſt habere ſatellites quot voluerit Sacra Congr.Epiſc.*die* 14.*April.*1615.debet tamen in hoc prudentialiter ſe habere. Vnde ſacra Congreg. Concilij in vna Agrigentinen.*die* 4. *Decembr.*1627. declarauit familiam ſuam armatam licere Epiſc. augere,dum tamen circa numerum, & qualitatem eorum , quos ſibi duxerit aſſumendos , prudenter , & moderatè ſe gerat.

32. Satellites,Magiſter, Notarius , Fiſcalis, & cæteri Miniſtri Curiæ Epiſcopalis gaudent priuilegio fori etiam in delictis extra officium commiſſis.Ita ſacra Congreg.Epiſc. facto verbo cum Sanctiſſimo , vt patet ex infraſcripta epiſt.quam adduxit Raus *de immun.fol.*69.& ego originalem vidi. [Illuſtr. & Reuerend.Signor mio oſſeruantiſſimo il Veſcouo di Lipari ha mandato alla ſacra Congr.vna hortatoria ſpeditali contro da V. S. Illuſtriſ. ad inſtanza delli Deputati di quell' Iſola, per auer ſcommunicato il Capitano , e Ibirri , ch'aueano eſtratto vn delinquente de vna Chieſa di quell'Iſola;e ſe bene auuiſa eſſerli poi ſtato conſignato il detto priggione,acciò poſſit cognoſcere ſe deue godere,o no del'immunità eccleſiaſtica,nõ dimeno ſi è auuertito chin detta Hortatoria à vna clauſula,que le ſi dichiara eſpreſſamẽte che gli officiali,e famigliari del Veſcouo,quando ſono laici,no deuono godere del priuilegio del foro Eccleſiaſtico ne delitti communi, ma ſolo in quelli che ſono commeſſi ſotto preteſto dellofficio , eſſendoſene trattato con N.S.ſua Santità ha comandato che ſi ſcriua à V.S.Illuſtr.che ſi contenti di reuocare la detta Hortatoria,non potendoſi credere che detta clauſula vi ſia poſta di ſua ſaputa,eſſendo manifeſtamente contra la diſpoſitione di ſacri canoni;e della raggion commune,e così pregiudiciale alla giuriſditione Eccleſiaſtica,di cui ſi ſtima che la ſua bontà, e pietà sẽpre partialiſſima protettrice;ſi degnerà percio di dare il rimedio,che biſogna, & io in tanto le bacio humiliſſ.le mani,di Roma li 2.di Marzo 1611. Di V.S.Illuſtr.e Reuerend.humiliſſimo ſeruitore.]

Il Cardinale GALLO.

32.Præuentione Epiſcopi attenta in delicto laici contra Clericum ad Epiſcopum ſpectat cauſa,Sacra Congregatio Epiſc.*die* 16.*Ian.*1615.

33. Fori priuilegio non gaudet ille, cui reſeruata fuit penſio,vt Clerico,ſi non incedat in habitu & Tonſura.Sacra Congregatio Concilij *die* 19.*Iunij* 1586.

34. Fori priuilegio gaudent Clerici in Sacris conſtituti Beneficiarij,Penſionarij,Protonotarij , & alia ſimilia officia habentes illi , qui per modicum tempus habitum dimiſerunt,etiamſi tempore capturæ fuerint reperti in habitu ſeculari,& illi Clerici in minoribus conſtituti non habentes qualitates Concilij *cap.6 ſect.23.de reform.*quando iudex Eccleſiaſticus præuenit.Sacra Congr.Concilij in vna Leodienſi *die* 9.*Nouembr.*1630.

35. Fori priuilegio gaudet Clericus incedens in habitu,& tonſura deſcriptus in Catalogo Clericorum,qui in Synodo diœceſana obedientiam præſtitit Ordinario,& per paucas vices in Choro,& in proceſſionibus interfuit,attentis circumſtantiis,quamuis alicui Eccleſiæ de mandato Epiſc.non inſeruiat, vel beneficium Eccleſiaſticum non habeat. S. Congr. Concilij *die* 18.*Martij* 1618.

36. Fori priuilegio gaudet filius legitimus Clerici ante Clericatum ſuſceptus durante vita eius patris. Sacra Congregatio immunitatis in vna Callienſi *die* 18.*Mart.*1631.

37. Fori priuilegio gaudet de præſenti laicus pro tempore,quo fuit Clericus. S.Congregat. immun.in nullius Garopoli *die* 9.*Septemb.*1638.

*Num.*38.vbi agitur de Clericis coniugatis, deleatur totum,& apponatur. Clerici coniugati habentes requiſita ſacrorum Canonum,gaudent priuilegio fori etiam in ciuilibus,ita determinauit ſacra Congregatio immunitatis,vt patet ex infraſcripta epiſtola, [Intus.Illuſtre e molto Reuerendo Monſignore come fratello, Se il Clerico coniugato Giacomo Gioan Maſetti dalla Mirandola ha tutti li requiſitidi Clerico cõiugato eſpreſſi da ſacri Canoni,ſenza dubio egli deue poder godere il priuilegio del foro in tutte le ſue cauſe,ancor che ciuili,conforme l'opinione di queſta ſacra Congregatione ſopra le cõtroverſie giuriſditionali,che è quãto accorre dicere à V.S.in queſto particulare,alla quale mi offero,e prego ogni proſperità.Roma 17.di Giugno 1631.Di V.S. come fratello.*Il Cardinal Geſſi.Franciſco Paolucci*Secretario. Extra,Al l'Illuſtre e multo Reuerendo Monſignore come fratello,il Veſcouo di Regio.] Vnde apparet , quicquid aliqui muſſitauerint,me rectè hanc ſententiam tenuiſſe quam nouiſſimè mordicus tuetur Ioannes Baptiſta Ciarlinius *in contr.forenſ.cap.*53. *n.*34. *& ſeq.*

39. Iudæi

39. Iudæi infideles gaudent immunitate Ecclesiarum. S. Congr. immun. *de mense Febr.* 1631.

40. Dubitatum fuit per Archiepiscopum Iauensem an inferentes strigia in Ecclesia,eius immunitate gaudere debeant? & S.Congregatio Episcop.affirmatiuè respondit *die* 16.*Nouembr.* 1618.

41. Ad extrahendum delinquentem à loco immuni,& Curiæ seculari consignandum, non sufficit. sententia contumacialis, quia non probat delictum, sed plenior probatio requiritur.S.Congregatio Episc in vna Cremonensi *die* 27.*Iulij* 1618.

42. Statutum, siue edictum generale à laicis publicatum possunt ipsi cogi declarare quòd sub ea lege neque Ecclesia, neque Clerici ligantur.S. Congreg. immun. *die* 7.*Decemb.* 1632.

43. Non tenentur Clerici ad solutionem onerum impositorum pro Physico, Chirurgo, & Ludimagistro.S. Congreg. Episcop. *die* 2.*Aug.*1619.

44. Clerici cultores agrorum suorum, seu conductores agrotũ Ecclesiasticorum, nõ debent molestari titulo negotiationis illicitæ. Sacra Congreg. Episc. *die* 19. *Ianuarij.* 1593.

45. Clerici in causis ciuilibus in foro seculari examinati possunt, sed iuramentum priùs præstetur in tribunali Episcopi.S.Congregatio Episcop.*die.* 14. *Aprilis* 1615.& ideo licèt possint ciuiliter denunciare,aut querelare in officio damni dati occasione damnorum datorum in suis prædiis, iuramentum tamen detur in foro Ecclesiastico.Eadem sacra Congreg.*ibi*

46. Diaconi Saluatici in Regno Neapolitano ad summũ quatuor possunt dari Cathedralibus, seu Ecclesiis superioribus Collegiatis & Parochialibus.duo; aliis Ecclesiis, in quibus diuina celebrantur, si Episcopo videbitur, vnus;qui gratis & per se ipsos seruiant; non criminosi, neque malæ famæ, hi non gaudent priuilegio canonis: fori autem in criminalibus omnino, in ciuilibus quoad districtionem corporis tantùm, & immunitate ab oneribus personalibus, non ab aliis durante seruitio gaudent.Sine præiudicio maioris priuilegij,& immunitatis legitimæ,si alicubi habent,Ordinarij in præmissis sint iudices, præterquam si agatur de maiori priuilegio, Papæ enim reseruatur S.Congreg. negotiis Regni Neapolitani præposita *die.* 10 *Kal. Iunii.* 1623.

47. Cùm in sacra Congregatione Concilij propositum esset infrà scriptum dubium, An oblati alicuius Religionis iudicandi sint personæ Ecclesiasticæ,adeò vt fori priuilegio & immunitate à vectigalibus gaudeant? Respondit sacra Congregatio oblatos priuilegio ac exemptione ita demum debere potiri, si in forma iuris valida perpetuò & irreuocabiter plene, & cum effectum ipsos, & bona sua omnia præsentia & futura, nulla prorsus quauis minima eorum portione, neque in proprietatem, neque in vsumfructum sibi seruata Religioni obtulerint, & habitum aliqualiter mutauerint. quod si omnia prædicta simul non concurrant, neque fori priuilegio, neque immunitate à secularibus exactionibus frui posse, vt in sequentibus casibus. Primò cum quis obtulit personam cum reseruatione bonorũ. Secundò cùm obtulit personã nulla bonorũ facta mentione,quippe non includuntur in simplici oblatione personæ.Tertiò cùm obtulit personam,& aliquam tantùm partem bonorum,quamuis maiorem. Quartò cum obtulit bona omnia præsentia & personam reseruato vsufructu, Quintò cùm obtulit personam & bona omnia præsentia tantùm. Sextò cùm obtulit personam & bona omnia præsentia & futura, sed postea à Superiore Religionis aliquam eorum partem, quamuis minimam, in emphyteusim recepit. Septimò cùm obtulit bona vel omnia, vel partem eorum absque persona. quo casu personam offerentem fori priuilegio non gaudere, sed bona in Religione cum effectu translata esse immunia à vectigalibus, dummodo offerens vsumfructum eorum sibi non retineat, eo namque casu bona immunia non esse etiam quoad proprietatem. His tamen omnibus casibus quibus obiatà priuilegio & exemptione à iure communi excluduntur, seruandam esse cuiusque Religionis consuetudinem cuius vigore ipsi tale ius priuilegij, vel exemptionis acquisiuissent.His positis fuerunt propositæ deinde in sacra Congregatione aliæ dubitationes.primò an oblati, qui omnia supradicta adimpleuerint, fori priuilegio, & supradicta exemptione gaudeant, quamuis matrimonio copulati sint:siue ante,siue post oblationem contraxerint. Secundò an tales oblati fori priuilegio gaudeant; etiam quoad delictum ante huiusmodi oblationem commissum, cuius ratione à iudice laico erant puniendi.Tertiò an iurisdictio quæ vigore Concilij Tridentini *cap.*11. *sess.*24. competit Ordinario in oblatos carentes qualitatibus expressis *ibidem in ver.exceptis*, intelligatur tributa Ordinario in oblatos cumulatiuè, vel priuatiuè ad Superiores regulares. Quartò an iurisdictio ex eodem Concilij Decreto tributa fuerit Ordinario in criminalibus tantùm,an verò etiam in ciuilibus? Ad has posteriores dubitationes S.Congregatio sic respondit. Ad primum gaudere siue ante, siue pòst, licentia Superioris Religionis matrimonium contraxerit. Ad secundum gaudere priuilegio fori, & iurisdictione iudicis laici liberatos esse, punitique debere à iudice Ecclesiastico, si modò absque fraude,id est non animo effugiendi secularis iudicis punitionem se,& sua obtulerit, quòd si fraus subsit, posse à iudice laico puniri pœna cõfiscationis bonorum,& alia pecuniaria, sed non corporali, illique remanere subiectos quoad causam & bona,sed non quoad personam,debere tamen iudicem Ecclesiasticum,si delicti qualitas id exposcat,tradere tales oblatos seculari corporaliter puniendos.Ad tertium respondit in oblatos carentes qualitatibus expressis *in ver. exceptis*, tributam esse ordinario iurisdictionem cumulatiuè, non priuatiuè ad Superiores Regulares. Ad quartum huiusmodi iurisdictionem Ordinario tributam esse in criminalibus tantùm,non autem in ciuilibus. *A Cardin.Vicecomes.* IOAN. FRANCISCVS FAGNANVS, *S.Congreg.Concilij Secretarius.*

48. Ecclesiæ molendina non comprehenduntur sub prohibitione facta à laicis ne asportetur frumentum ad molendinum, &c. Sacra Congregatio Immun.*die* 7. *Decembr.* 1632. vide Ancharanum *consil.* 115.& 13.

49. Gubernator & Magistratus recusantes contra solitum accedere ad Ecclesiam Cathedralem,debitis remediis cogendi sunt ut accedant. S. Congreg. Rituum in vna Fanensi *die* 1.*Septembr.*1607.

50. Et quæ sunt *in n.* 50. apponantur sub *n.*53. & *in n.*50.hæc apponantur.Clerici non tenentur denunciare sua frumenta,& blada Iudici laico,sed Episcopo. Ita Sacra Congreg. rescripsit Episcopo Ferrariensi *sub die* 29.*Iunij* 1592.in hæc verba. [Li Ecclesiastici non sono obligati per gli bandi de Giudici secolari dare l'assegna delli loro grani, è biade;deuono bene i Prelati fare loro Editi sopra ciò,e riceuere essi gli reueli dalli Ecclesiasti, e poi darne nota al Magistrato secolare, senza però che da essi gli Clerici siano molestati.]

51. Addatur *num.* 51. Bona stabilia concessa donata, vendita Ecclsiis, seu locis piis, non potest imponi collecta cessionario, venditori, aut donatori. Ita Sacra Congregatio Episcoporum, vt patet per subsequentẽ epistolam scriptam Episcopo Cagliensi.

[Si

[Si è dato conto à questi miei Sign. Illustriss. di quello V.S. mi scriue intorno alli trattati con esta Città, & essendosi fatto lungho, è maturo discorso sopra di quel decreto del quale mi ha mandato copia, e col quale si ordinaua, che delli beni stabili in qual si voglia modo si aquisteranno per l'auenire dalle Chiese, o altri luoghi pij: si obblighi il donatore, venditore, o cedente di pagare perpetuamente le collette, & altre impositioni. Hanno giudicato loro Signorie Illustrissime che questo sia direttamente contra l'immunità Ecclesiastica, e contra la Bolla Cœne, & per cio sentono che alla ricenuta di questa, non manchi di fare che quel decreto sia cassato, & abrogato, quanto tocca alle Chiese, e luoghi pij. Da Roma 18. Ottobre 1582.]

52. Apponatur *num.* 52. Possunt Episcopi in causis etiam mixti fori contra laicos facere executiones personales, & reales, absque requisitione Iudicis secularis, & pœnis temporalibus, punire. Ita instante S. Carolo Borromeo determinauit Sacra Congregatio Cardinalium deputatorum per S.D.N. Pium V. facta coram ipso *sub die 5. Iunij* 1568.

53. Apponantur ea quæ sunt *in n.* 50. quòd modò erit 53.

Beneficiarius gaudet priuilegio fori ante adeptam possessionem. S. Congregatio Concilij *die* 16. *Iulij* 1587. teste Parisio *de resignat. benef. lib.* 7. *cap.* 1. *num.* 47. & Castro Palao *tom.* 2. *tr.* 12. *disp. vnic. punct.* 2. *num.* 5. & Cenedo *in qq. Canon. quæst.* 4. *num.* 22. *in fine*, & quia de hoc casu his diebus dubitatum fuit, dico præter dictam declarationem docere etiam hanc sententiam citatos Doctores, quibus adde alios, quos ego adduxi *in* 1. *part. tract.* 2. *resolut.* 29. & me citato Barbosam *de iurisdict. Eccles. lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *num.* 14. & Squillante *de priuileg. Cleric. cap.* 1. *num.* 16. quia titulus beneficij confert ius verum in beneficium, & beneficiarius habet ius in eo, & qui actionem habet, videtur, ex *c. qui actionem, de reg. iuris in* 6. & id ad quod actionem habens ius in bonis nostris esse dicitur, vt patet ex *l. rem in bonis, ff. de acquirendo rerum dom.* Hinc est decisio Rotæ 572. in antiquis, quæ incipit, *Quidam Cardinalis*, vbi dicitur faciendam esse mentionem in impetratione beneficij de iure, quod quis habet in alio beneficio, licèt illud non possideat, & ità hanc sententiam mordicus sustinet ex Iurisconsultis Hispanis Hieronymus Portoles *in schol. ad Molin. in tit. de competent. per totum*, vbi *num.* 9. refert ita fuisse decisum in Prætorio Regni Aragoniæ *die* 13. *Maij anno* 1586. Vnde ex his ego infero officiales nostri sacri Tribunalis Inquisitionis Hispaniæ collato in eis officio, gaudere priuilegio fori etiam ante adeptam possessionem. Non est igitur audiendus Farinacius *q.* 8. *n.* 45. Mastrilli *decis.* 113. Tuschus *tom.* 1. *lit. B, concl.* 78. *num.* 8. Baiardus *in Iul. Clar. quæst.* 36. *num.* 14. Menochius *cons.* 150. *num.* 6. *& seq.* Carolus de Grassis *de effect. Cler. effect.* 1. *num.* 1187. & alij penes ipsos, asserentes vt quis gaudeat priuilegio fori non sufficere solùm titulum beneficij, sed necessariam esse possessionem.

DECISIONES
Sacræ Rotæ Romanæ.

In materia Immunitatis.

DECISIO X.
In antiquis, *tit. de Consuetudine.*

VTrùm valeat consuetudo Anglicana, quòd Rex possit cognoscere & habere iurisdictionem in Clericos solutos in actionibus ciuilibus etiam personalibus merè, vel criminalibus vbi agitur ciuiliter? Et videtur quòd non; per ea quæ Innocent. *de foro compet. cap. postulasti, vltra medium*, per Archid. *in cap. Romana in secunda gloss. cod. tit. lib.* 6. præsertim, quia est contra libertatem Ecclesiasticam & Sanctorum Patrum instituta: ergo, &c. argument. *extrà de his, quæ fiunt à maiori parte capit. cap.* 1. *iun. cap.* 2. *extrà de foro comp.* Item quia talis consuetudo est contra præceptum prohibitiuum, & negatiuum, vt *in d. c.* 2. cui renunciari expressè non potest, vt *ibi* notatur, & probatur *eodem tit. cap. si diligenti, & argument. notatorum, C. ne fideiussores dotium dentur, l.* 2. *in fin.* ergo multò fortiùs nec tacitè. Præcepta enim negatiua obligant semper, & ad semper, vt, furtum non facias, & similia, licèt affirmatiua obligent semper, sed non ad semper; secundùm Theologos. Item quia talis consuetudo est contra generale statutum Ecclesiæ, præsertim introductum in honorem totius Ordinis Clericalis, ne dum Clerici Anglicani, imò & vniuersalis: ergo Clericus Anglicanus tacitè consentiendo, aut assentiendo tali abusui non poterit prætextu talis consuetudinis ei derogare, argument. 25. *quæst.* 2. *cap. sunt quidam.* & argument. nos Innoc. *de consuet. sup. rubr. circa medium.* Item quia talis consuetudo est contra legem diuinam, per quam exempti sunt Clerici à iurisdictione Principum secularium, iuxta ea, quæ notat Innocent. *de maior. & obed. cap. si quis.* Item quia est contra institutionem Ecclesiæ: ergo, &c. argument. *extra de temp. ordin. cap.* 2. Item hæc consuetudo videtur expressè reprobata *extrà de consuet. c. ad nostram.* Item pro hoc bene faciunt not. per Archid. *de Cler. coniug. cap.* 1. *lib.* 6 *super ver. condemnari.* & per Hostien. & Ioan. Andr. *in nouella extrà de obligat. ad ratiocinia, cap.* 1. Item contra præcepta non potest induci consuetudo, præsertim per eum, qui non potest contrariam legem, vel præceptum statuere, vt notat Innocent. *de consuet. in rubr. circa fin.* Nec obstat si dicatur, quòd Ecclesia Anglicana nec Rex obseruauerunt illud statutum, & sic non videntur ligari, nec ex hoc transgressores illius, arg. 4. *dist. c. leges*, iuncta nota *de treuga & pace, cap.* 1. *in fine gloss.* Item quia Papa hoc scinit, & semper tolerauit, quia cùm fuerit ius prohibitiuum, & ab exemptione diuina procedens, vt notat Innocent. *de maior. & obed. cap. si quis*, & per consequens contrarium esset peccatum, non possint dici ex hoc esse excusari, quantocunque etiam tempore in contrarium sint abusi. quia tantò sunt grauiora peccata, &c. vt *extrà de consuetud. cap. fin.* cum concordantiis. Nec hoc casu videtur sufficere tolerantiam Papæ, arg. *de prabend. & cap. cùm iam dudum, in fin.* not. per Innoc. *in rubrica de consuet.* & dato quòd propter scandalum, quia aliàs prohiberi poterat, tolerauit, non propter hoc approbasse censetur, nec consuetudinem voluisse introduci, argum. not. per Innoc. *in rubr. de consuet. & de præscr. cap. nihil.* Nec obstat etiam si dicatur quòd Papa non potuit Clerum Anglicanum priuilegiare in præiudicium Regis Angliæ, cui omnis antequam Christus veniret, iurisdictio competebat, quia istud priuilegium, & hæc libertas concessa est Clericis à Christo, in quem omne imperium fuit transmissum, in temporalibus, & spiritualibus, iuxta not. *in cap. nouit. de iudic.* & per Innoc. *de voto, & voti redempt. cap. quod super his. de foro compet. cap. licèt*, & quia Clerici sunt spirituales, & in spiritualibus Papam solùm, seu iudices Ecclesiasticos posse intromittere; priuilegium generale fuit datum à Deo, iuxta *cap. quando, de iudic.* & notata per Innoc. *de sententia excomm. cap. nouerint, circa princ.* Nec per consequens obstat, quod dicebat per allegantem pro parte ista, quòd Papa expressè protestatur in iure, quòd

quòd non vult derogare iurisdictioni Regis Angliæ, *extrà qui filij sint legitimi,cap.cansam*, cum similibus, quia,vt in præmissis patet,in Clericos nullam iurisdictionem habet,nec habere potest.

DECISIO III.

In nouis, *tit.de sententia excommunicationis.*

SI Clericus coniugatus à iudice seculari propter aliquod crimen captus & detentus allegat se Clericum,& doceat de Clericatu per litteras Ordinatoris, & propterea petat se remitti ad forum Ecclesiasticum,non est statim remittendus, nisi doceat se contraxisse cum vnica & virgine,& portasse habitum,& tonsuram Clericalem,quia alias non gaudet priuilegio fori Ecclesiastici,vt legitur,& not.*in cap.vnic.de Cleric.coning.lib.6.* & de his cognoscit iudex Eccles. & non secularis,arg.eorum,quæ habentur & not.*in c.si iudex,de sent.excommunic.lib.6.*

DECISIO V.

In antiquis, *tit.de foro competenti.*

OBligatus est laicus Auenione in certa quantitate pecuniæ ad Curiam sigilli Montispessulani, quæ obligatio habet vim rei iudicatæ,& absque alia cognitione mandatur executione, nec admitterentur nisi certæ exceptiones,scil.solutionis,& rei iudicatæ, &c. Modò mortuo debitore successit sibi Clericus creditor contra bona, & in omnibus dicti debitoris bonis exposito clamore dicti sigilli procurat fieri executionem per illam Curiam,requirendo officialem in administrando iure in subsidium,vt faciat bona distrahi opponit se dictus Clericus successor, & vult opponere debitas exceptiones;quare executio non debeat fieri,& coram eo petit se admitti ad eas probandas,officialis remittit eum ad Curiam sigilli, vt ille opponat illas exceptiones & ob hoc debitor prædictus appellat;quæritur an benè officiali grauauerit? Videtur quòd non, quia laicus prædecessor huius Clerici fuerat præuentus,imò & condemnatus, cùm obligatio habeat vim condemnationis, ergo videtur quod idem iudex debuit facere executionem,non obstante quòd personæ conditio sit mutata,imò & cognoscere propter priuationem,arg.not.per Host. *de oblig.cap. ad ratioc. cap 1. & cap. postulasti, de foro compet.& ff.de iudic. l.si quis postea.* Sed posset dici quòd illa verba, *cum eadem persona esset præuenta*;hic autem sunt diuersæ personæ debitoris,laici videlicet, & Clerici,quare videtur aliquibus contra,quòd imò Clericus debet audiri super oppositione sua in foro Ecclesiastico,quia Clericus etiam in reali debet gaudere priuilegio Clericali,& conueniri in foro Ecclesiastico,iuxta not.*in auth.vt omnes obed. ind. prouin.§. hoc considerantes*,& per Archid.*de Cler. coniug. cap.1. lib.6.*& per Ioan.Andr.*in nouell.in tit.de duell.*& præsertim,quia vbi contra hæredem debet fieri executio oportet præmitti vocationem,& aliquam causæ cognitionem,quam in Clericis iudex secularis non potest præmittere; arg.ad hoc not. per Innocent. *de iudic.cap.quia verò,in fine.*

DECISIO VII.

In nouis, *tit.de Iudiciis.*

EMancipatio facta de Clerico per patrem coram iudice laico,& ipso authorizante,est valida, & licet lex dicat,quòd emancipatio debeat fieri per iudicem competentem,*C.de emancip. liber. l. 1.* iudex competens in hoc casu censetur iudex ipsius patris agentis & emancipantis,quæquidem emancipatio est actus ipsius patris,& non filij, vt *in d.l.1.* ergo est solemnizandus à iudice patris, & non à iudice filij. Facit quia ius patriæ potestatis est à potestate secularis,& non Ecclesiastica introductum,vt *Inst. de patr. potest.in pr.* & quia actus huiusmodi ex sola voluntate patris procedit,pro qua explenda, siue authorizanda,adhibet iudicem suum proprium,& non filij: sicut dicitur in simili de alienatione,siue vnione fienda alicui Ecclesiæ, siue rei Ecclesiasticæ alicui Prælato subiectæ alteri Ecclesiæ,vel personæ extra ciuitatē,vel diœcesim rei alienandæ,siue Ecclesiæ vniendæ cōstituta, quia huiusmodi alienationem, seu vnionem authorizabit ille,vtique sub cuius potestate, & iurisdictione res alienandæ, vel vniendæ consistunt. prout legitur & not. *de reb.Eccles.non alien.c.dudum, lib.6.& in Clemen.cap.si vna,eod.tit.* & melius *17.q.4. can.in venditionibus,in gloss.* Sic in proposito iudex illius volentis liberare filium suum de patria potestate,huic liberationi auctoritatem præstabit. Nec obstat illud generale,quòd actor debet sequi forum Rei,*de foro compet.cap.cum sit.* quia illud procedit in contentiosis,& quando iudicium redditur in inuitum, secus in voluntariis, & extra iudicialibus actibus,vt hic. Pro quo facit optimè dictum Innocentij *de renunciat.cap.quod in dubiis*,quòd ille recipit renunciationem beneficij à volente renunciare,qui posset ipsum inuitum destituere; sed vbi filius posset petere iudicem patrem compelli ad emancipandum,in casibus apud iudicem patris agendum foret,vt *l.iuris ordinem,C.de iur.omn.iud.& de foro compet. cap.si Clericus laicum.* ergo,&c.si dicas è contra quòd posset apud iudicem filij in casibus,dic vtrumque posse,per not. Cyn.*in l.si prædium,C. de præd.minar.* quæ optimè facit ad hanc conclusionem.Nec obstat *cap.si annum, de iudic.* vbi quando agitur de beneficio per minorem 14.annis,iudex Ecclesiasticus dabit curatorem ad litem,& non secularis, quia hoc euenit ne dum ratione personæ,sed etiam rei Ecclesiasticæ,super qua laicus nullam habet dispositionem,*de constit.cap.Ecclesia S.Maria de reb.Eccles.non alienan.cap. final.* Præterea ibi etiam filius sine consensu patris,& etiam in patria potestate constitutus agere potest.Ad quid ergo haberetur recursus ad iudicem patris,cùm sine eo iudicium,siue actus expleri possit; secus autem in proposito casu ergo,&c.Nec obstat *cap. si iudex, de sent excom.* vbi iudex Eccles.cognoscit an captus, vel detentus per iudicem laicum sit Clericus,vel ne;quia hoc euenit ratione possessionis Clericatus,in qua captus reperitur,licèt negetur, vel quia hæc est merè Ecclesiastica,videl. cognoscere de Clericatu, sicut cognoscere de legitimatione filiorum,cuius cognitio dumtaxat spectat ad iudicem Ecclesiasticum & non secularem,*de ord.cognit.cap.tua, & qui filij sint legitimi,cap.causam,& cap.lator.* Præterea exceptio Clericorum tendit ad libertatem eorum,*de foro comp. cap. nullus.* Sed huiusmodi emancipatio non derogat huic libertati, si coram laico fiat, imò etiam auget ergo.

DECISIO V.

In antiquis, *tit.de iudiciis.*

CLericus minor 25.annis agit pro debito, vel actione alia personali,vel reali contra laicum,& coram iudice seculari,iuxta *c. si Clericus,de foro competenti*;quæritur an tali Clerico ille iudex secularis, coram quo agitur,possit dare curatorem ad litem,vel an sit sibi dandus curator ad litem per iudicem Ecclesiasticum? Quidam dicebant,quòd non possit sibi dari curator nisi per iudicem Ecclesiasticum suum argu. *cap.si diligenti, de foro competent.* tamen maior pars tenuit,quòd imò possit dari per iudicem secularem, & quòd esset dandus ab eo,coram quo agebatur,per *l.fin.C de administrat.tut.* quia ex quo ille habet iurisdictionem in causa principali,etiam habebit in incidenti,

denti,& accessoriis,sine quibus causa dici non potest. arg.*l.ad rem.& l.ad legatum,ff.de precur.l.quoties,C.de iudiciis lib.1.& 2.C.de ord.iudic.cum concord.* Sed primi qui tenent,quòd non possit dari per iudicem laicum,coram quo agebatur, sed per iudicem Ecclesiasticum , respondebant, quòd quia in isto accidenti, seu accessorio tangebatur subiectio personæ Clericalis,seu spiritualis,& Ecclesiasticæ, quæ per dationem curatoris subiiciebatur in hoc iudici sæculari,& etiã curatori, & eius liberum arbitrium restringebatur, vt *l.si curatorem habens , C.de in integrum restitutione minorum.* quod debebat adeò spirituale & Ecclesiasticum reputari,quòd non debebat terminari per iudicem seculatem causæ,sed potiùs per iudicem Ecclesiasticum,arg.*cap.tuum,de ord.cognit.cum concord.* Sed aliqui replicabant quòd non erat spirituale incidens nec Ecclesiasticum,sed potiùs ciuile & temporale;ex quo solùm causæ,& non personæ erat dandus tutor præsertim quia curator non datur personæ , sed rebus *Instit.de curator.§.curatorem.* Nec obstat quòd in hoc Clericus subiicitur iudici seculari,quia etiam subiiciebatur sibi in causa principali,in qua contra eum per illum poterit sententiari, & condemnari in expensis;ergo etiam eodem modo subiiciebatur sibi in causa ptincipali, & in isto casu accessorio causam ipsam concernente,argumento *reg.iur. accessorium.* præsertim, quia non videtur aliud posse dici : quia cùm curator sit dandus ad litem præsentem,non potest dari nisi per eum coram quo est lis, quia si ante litem dari debet per iudicem Ecclesiasticum , tunc potiùs daretur ad litem futuram, quod esse non potest,arg.*l qui habet,§.fin.cum l.seq ff.de tutelis,& l.item eorum.§ si decuriones,verb. sed si ita ,ff.quod cuiusque vniuer. nomin.* necesse autem esse , quòd ante litem motam sibi daretur, cùm non ante possessionem litem mouere,nec esse in iudicio possit, cùm non haberet personam legitimam standi in iudicio. *C.qui dari tut.pos.l.in vniuersis,*ergo,&c.

DECISIO ROTÆ
coram R. P. D. Seraphino.

In vna Florentina domus die 10. Iunij 1595.

FVit resolutum sententiam Auditoris Reuerendiss. Nuncij in ea parte,quæ est contra Illustrissimos Dominos Aldobrandinos,esse reuocandam, cùm per eam approbata fuerit subhastatio nulliter facta per iudices laicos ciuitatis Florentiæ,cùm enim procederetur contra plures fratres,quorum aliqui erant Clerici,nempe bonæ me. Illustriss. Ioan. Aldobrandinus Rotæ tunc temporis Auditor,iudicium erat agitandum in foro Ecclesiastico,etiam quòd alij essent laici.Bart.*in l.præcipimus,C.de appellat.* Felin.*in rubr. eod.tit.num.9.*Iason *in l.si emancipati,nu.13. C.de collat.*cum aliis allegatis. Neque obstat quòd versemur in patrim.ex not.per Dec.*in cap.Episcopus,num.18.de præben.*Rimin.iun.*in consil.2.num.12.* cum aliis , quia dictum eorum procedit respectu immunitatum & exemptionum , & eorum,in quibus non reperiuntur specialiter priuilegiati, non autem respectu fori.*cap. si diligenti,& cap.significasti,de foro compet.*adeò quòd neque etiam volens potest conueniri coram iudice laico, cùm sit incapax huius iurisdictionis. Dec. *in consil.150.num.4.& 241.num.2.* & in Clerico hærede Clerici conuento pro debito defuncti,tradit Couar. *pract.qq.c.*8. Dec. *in consil.*700. *num.6.* Gales. *ad for. Cam.obl.part.2. quæst.1.ad 2 part.form.num.1.* neque opus est , quòd compareat ad declinandam iurisdictionem,quia nihilominus processus est nullus Felin. *in cap.cum ordinem,n.25.de rescript.& in cap. si duob. de appell.* quod maximè dicendum in casu isto , cùm Clericatus D.Ioan.Rotæ Auditoris esset notorius,& iudicium tractaretur contra absentes citatos per edictum,Felin.*in d.cap.cùm ordinem, num.*8. & 13. Dec. *in consil.125. num.*7.Non obstat quòd citatio fuerit facta quatenus sua putauerit interesse,quo casu Clericus comparens efficitur actor voluntarius & processus sustinetur : vt per Bald.*in l.testam.C.detestam.* cum aliis,quos allegat Roland. *in consil.* 28. *lib.*2. tum, quia non applicatur in casu isto, in quo iudicium principaliter dirigebatur cõtra Aldobrandinos citatos:tum etiam,quia non est verum,quòd citentur tanquam habentes primam causam successionis si sunt & esse volunt hæredes Domini Syluestri;creditores verò citantur pro eorum interesse. Præterea in hoc iudicio citati non comparuerunt,& fuit processum per edictum,vndè cessat ratio Bald.Nec potest dici contumaces haberi pro consentientibus , cum non dicatur contumax ille, qui non arctatur ad cõparendum.Neque obstat quòd instantia cœpta cõtra defunctum laicum transeat etiam in hæredem Clericum,vt per Felin.*in cap.quia C.de iudic.*quia hoc non subsistit neque in facto,neque in iure,quia in facto non est verum quòd fuerit cœptum iudicium contra bonæ me.D.Syluestrum,& in iure contrarium tenet Boër.*decis.*69. cum aliis quos adducunt Couar. & Gales. cit. Neque obstat iuramentum in contractu appositum,quia non habet vim litis contestatæ,nisi res sit in iudicium deducta.Iason *in l.pecun.C.de cond. caus.*Neque etiam respectu laicorum potest sustineri subhastatio, quia cùm ageretur de re communi cum Clericis, iudicium erat Ecclesiasticum. Bart. *in d.l. præcipimus,* maximè cùm esset intentata actio hypothecaria, quæ est indiuidua,quo casu sententia non potest pro parte valere, & pro parte non Affl. *decis.* 213.Pur.313. *num.3.lib.*1. Quod dicitur de præscriptione , obstat , quia de nullitate dici potest vsque ad 30.annos. Aym. *in consil.*108. *num.*4. præsertim stante nullitatis euidentia.Balb.*de præscript.4.p.4.parti, princ.quæst.*32.& ita concluſum.

DECISIO ROTÆ
coram R.P.D. Blanchetto.

In vna Oscen. Pœnitentiariæ die 10. Aprilis 1595.

DOMINI dixerunt sententiam absolutoriam vltimo loco latam in iudicio criminali ad fauorem Pauli,sustineri non posse.Nam & de iure communi & ex Bulla in Cœna Domini recursus in causis Ecclesiasticis ad,iudices laicos est prohibitus.*cap.qualiter & quando,*vbi DD. omnes, *de iudic.* & recurrens est ipso iure excommunicatus,*cap.nouerit.& cap.graue.de sent.excommunic.* & in d Bull.§.16. & committit sacrilegium.Caietan.*in summ.in ver.excommunicatio,c.3. & sequent.*

Nec excusati potest,ex traditis per Couarr.*pract. quæst.cap.*35.*num.*3.nam etsi iudex Ecclesiasticus malè procedat,non potest iudex secularis,cuius est minor potestas,supplere negligentiam Ecclesiastici qui ipso potestate & auctoritate est maior,vt declarant omnes DD.*in cap.qualiter & quando, de iudic.*videlicet Ioan.Andr.& Abb,antiq.*n.*1. Imol.*nu.*7.Barbat. *num.*23.

num.23.sed illius negligentiam Ecclesiasticus supplet. *cap.extransmissa,cap.licèt,cum seq.de foro compet.* superioritatem autem iurisdictionis probant *cap. solitæ,de maior.& obed.cap.denique,96. distinct.& Clem.Romani de iureiur.*

Quæ licèt de plano procedant,multo magis applicantur proposito casui,in quo Paulus habuit recursum ad iudices laicos,non solùm semel,sed pluries ad effectum impediendi mandarum de manutenendo ad fauorem Capituli , ritè & rectè decretum 3. *Octobr. 1587.& 18.Nouembr.& 11.Decembr.eod.ann. & mense Febr.* 1589. etiam postquam obtulerat si paratum parere mandatis Archiepisc.Cæsaraugust.

Nec excusari potest Paulus à tali recursu ex eo quòd postea voluerit prosequi grauaminis causam coram Ecclesiastico,quia talis excusatio non habet locum,quando recurri potest ad Ecclesiasticum, qui tale grauamen impediat,provt poterat Paulus adeũdo Metropolitanum, vel Nuncium Apost. & illum ad istum effectũ recurrisse euentus docuit,quia neutrum adiuit,& prouisiones Regiæ multo magis hoc declarant , quia non solùm inhibetur iudici Ecclesiastico,ne ad vlteriora procedat,sed illi mandatur,vt quæ decreuerat reuocet,& coram ipso iudice seculari compareat ad allegandas causas , ex quibus parere non teneatur.

Ex quibus nihil aliud inferri potest,nisi quòd ipsi iudices volunt de causa Ecclesiastica cognoscere , quod est admodum absurdum , cùm iudex laicus sit incapax iurisdictionis in personas Ecclesiasticas, & eorum causas.Nec immemorabilis hoc casu suffragatur,Doctor *in c.causam.de præscript.* Felin.*in cap.2.de maior.& obed.*Rot.*dec.10.de consult.in ant.* & Misinger.*2.eod.tit.* præcipuè cùm in dicta Bulla in Cœna Domini derogetur consuetudinibus & immemorabilibus.

Non obstant quæ allegãtur ex defectu iurisdictionis,& quòd Rota non cognoscit de iustitia sententiarum,quæ sunt extra Rotam latæ,quando de illarum excusatione non agitur,quia in casu proposito Hieron.Pinos habet fundatam intentionem super recursibus , & claram iuris dispositionem , per quam Paulus propter excommunicationem incursam redditur incapax beneficiorum,& cùm ipse Paulus excipiat de absolutoria, quam transiuisse in rem iudic. prætendit,licitum est Hieronymo replicare de illius notoria iniustitia.Propterea vltra recursus prædictos coram locum tenente criminali A.C.adsunt alij producti , ex quibus ipsum incidisse in pœnas in Bulla in Cœna Domini contentas negari non potest.

DECISIO ROTÆ in Oscensi. Canonicatus

Coram R.P.D. Pegna die 1.Decembr.1595.

§.1. CVm Paulus quidam Lezanus Archid. Ecclesiæ Oscen. super cõtrouersia,quã habebat cum Capitulo eiusdem Ecclesiæ super quodam Vestuario,bis recurrisse ad Tribunal seculare iustitiæ Aragonum pro obtinenda inhibitione , quam iuris firmam vocant;& in alia causa,super qua idem Paulus litigabat in Rota, sibi opponeretur de prædictis recursibus,vt consequenter tanquam excommunicatus,non esset audiendus, ac *die* 10. *April.anni* 1595. coram R.P.D.Blanchetto fuisset decisum Paulum in excommunicationem incidisse , agentésque pro Paulo coram me conquererentur , dicentes cum fuisse valde grauatum,quia recursus ad iudices seculares,qui non negabatur , fuerat in casu licito,& sacris canonibus permisso,ideo dato dubio,an Paulus esset excommunicatus ad effectum vt veniret,vel non veniret audiendus, Rota vtraque parte informante, vno tantùm excepto,illum in censuras à sacr.canonibus, & à Bulla in Cœna Domini latas contra illos, in causis Ecclesiasticis,quæ aguntur coram iudicibus Ecclesiasticis,recurrunt ad iudices laicos, & ad Tribunalia,& Parlamenta laicorum incidisse pronunciauit, quia exploratum est per multa Concilia ab Ecclesia Romana approbata , & perpetuo vsu recepta prohibitum esse laicis Clericos trahere ad iudicia secularia. Concilium Carthaginense III.*cap.9.*Concil. Toler.III.*cap.11.*vbi talis ausus vocatur indisciplinatio,& licẽtiæ insolitæ præsumptio.Concilium Chalcedonense *cap.9.*quæ refert Gratianus *in cap. inolita, & cap.placuit,& si Clericus 11.q.1.*

2. Extant præterea in eamdem sententiam multa Romanorum Pontificum decreta *in cap.nemo in cap. Clericum,in cap.si quis,in cap.Christianis, in cap.nullus Clericus,in cap.pervenit,in cap.fratris, & in cap Sacerdotibus 11.q.1.*quibus per omnia consentiunt recentiorum Pontificum constitutiones,Innocentij III. *in cap.qualiter & quando* , Honorij III. *in cap.nouerit, & in cap. grauem ,sententia excomm.* quibus duobus postremis decretis in sententiam excommunicationis incurrunt omnes iudices violantes Ecclesiasticam libertatem.& iuxta tenorem suorum statutorum, & consuetudinum introductarum Clericos iudicare præsumentes.

3. Atque istis tandem accessit grauis & meritò timenda cẽsura Rom.Ecclesiæ in processu Bullæ Cœnæ Domini singulis annis renouata *in §.16.* vbi Papalem excommunicationis sententiã incurrunt omnes,qui Prælatos Ecclesiæ impediunt,quominus sua iurisdictione vtantur,quique illorum & delegatorum iudicia eludentes ad Cancellarias,& Curias seculares recurrunt,& ab illis prohibitiones,& mandata contra iudices Ecclesiasticos obtinent,& aduersùs eosdem exequi procurant,aut id vt fiat, dant auxilium, consilium,patrocinium & fauorem.

4. Vnde cùm Paulus Lezanus recursum habuerit ad iudicem secularem,& iuris firmam,seu inhibitionem contra Capitulum obtinere curauerit,eáque reuera vsus fuerit,meritò in censuras à sacris canonibus constitutas iucidisse iudicabatur.

5. Cæterùm,quia vnus ex dominis Paulum excusare nitebatur,& informantes pro illoex multis ostẽdere conabantur; illum in casu licito,& à iure permisso habuisse recursum illum ad iudicem secularem, quia articulus est magni momenti, & in Republica Christiana frequenter contingit , propterea visum fuit paulo diligentiùs singula argumenta discutere, & explorare quid de singulis sentiendum videatur,ne Clerici fallantur , & iudices dum aliis remedium se afferre arbitrantur , in discrimen peccati,& periculosi anathematis labantur.

6. Prima ergo excusatio deducebatur ex eo , quòd Paulus non adiuit iudicem secularem vt de causa cognosceret,sed vt prohiberet,ne appellatione pendente iudex Ecclesiasticus aliquid in suum præiudicium innouaret, & præsertim cùm ageretur de possessorio,de quo etiam iudex laicus potest cognoscere , vt patet ex traditis per Crauett. *cons.258. incip. Efficaciera visa sunt.*& Couarr. *in pract.quæst. capite* 35. *numero* 1. & tenuit nouissimè Anton. Thesaur. *decis.* 82. *incip. Iudex laicus.* qui loquitur de iudicio possessorio beneficiorum Ecclesiasticorum inter Clericos,& concludit nedum super possessorio retinendæ , siue reintegrandæ, aut recuperandæ

possessionis,sed etiam super possessorio adipiscendæ, posse cognoscere;multo ergo magis incasu proposito potuit interponere partes suas in hoc iudicio,in quo neque tractabatur de possessorio beneficij,neq;iudex laicus volebat cognoscere, sed solũ interposuit simplicem inhibitionem super possessorio non beneficiali,sed cuiusdam vestuarij, quod magis sapiebat profanitatem, idque donec Superior Ecclesiasticus cognosceret de iustitia causæ.

7. Sed respõdebatur quòd tametsi multi Doctores, quos *præcitato loco* recensẽt Crauett. & Thesaur,tenuerint causas possessorias rei spiritualis,vel quasi spiritualis,per iudices seculares cognosci & decidi posse Romana tamen Curia,& suprenum Rotæ Tribunal eam sententiã veluti periculosam semper respuit, cẽsuitque causas possessorias beneficiorum,& aliarum rerum Ecclesiasticarum ad forum Ecclesiasticum pertinere, *Clem.1. de caus.possess.& propriet.* & ita sæpe Rota iudicauit coram Puteo *decis.*361.*incip.Fuit dubitatum, lib.*1.& in vna Ouetẽ.Sacristiæ coram Reuerendissimo D.Neapolione Comitulo Romæ Auditore,& nunc Episcopo Perusino.

8. Et licèt multa Christianorum Principũ Tribunalia & Parlamenta eandem affirmatiuam sententiam secuta,vt ex præfata Thesauri decisione patet, super possessoriis rerum Ecclesiasticarum cognoscere posse arbitrentur, postquam Romani Pontifices per se Bullam Cœnæ sub graui anathemate constituerũt ne prætextu violentiæ,aut aliarum prætẽsionum iudices laici in causis Ecclesiasticis se quomodolibet interponant;non videtur ãpliùs dubitationi relictus locus,quin si contra fecerint in excommunicationem incurrant.

9. Præterea ad excusandum Paulum adducebatur multorum DD.opinio,& authoritas,qui censent similes recursus ad iudices laicos non esse à sacris canonibus prohibitos.Matth.de Afflict *dec.*24.vbi latè Vrsill.Stephan.Aufrer.*in Clem.*2.*de off.ord.* Menoch. *tr.de retinen.possess.remed.*3.*n.*356.*& seq.*Rebuff.*tom.*3. *tit.de appellat.abus.* Gulielm.Bened.*in cap. Raynutius, in ver. Adelasiam,nu.*54.*de testam.* Carolus de Grass. *lib.*2.*Regalium Franciæ,iure* 7.Couar.*in pract. qq.c.*35. Grego.Lopez *partita* 2.*tit.*13.*l.*13. *in ver.non fuerça.* Petr.Auend.*part.*1.*cap.*1.*num.*32.*de exequen.mand.Regum,& par.*2.*cap.*6.*num.*12.Franc.Auiles *in cap. Prat. cap.*1.*in ver. mandamos, num.*8. Didacus Castellus *in l.*44.*Tauri in* 3.*addit. in vers.hinc est quòd Reges Hispaniæ.*Alphon. de Azenedo *in lib.*3. *tit.*6. *l.*1. *legum nouæ recopilationis.*Didacus Perez *l.*5.*tit.*1. *lib.*2.*ordin. in verb. pueden conocer.* Gonzalus Suarez *in praxi Ecclesiastica, tom.*1.*num.*23. *&* 24. Nauarr. *in cap. cum contingat,de rescript remed.*1. in antiqua impressione, Octau. Cacheranus *decis.*30. *Pedemont.incip. Proposita fuit quæstio.* Ignatius Lopez de Salzedo *in addition.ad pract.crimin. Bernardini Diaz sup. c.*102. Michaël Molinus *in Repert.foror. Aragoniæ,in ver.firma iuris,vers.die* 21.*Febr.* Hieron. Portoles *in* 2.*part. scholior.ad Repert. Molini.*§.*firmæ iuris, num.*101.*&* in §.*appellatio,nnm.*30.*&* 31. Bartol. Humada *in l.* 13. *Tauri,tit.*13.*part.*2.*glos.*4.Alph.Viuald. *in candel.aureo Eccles.part.*2. *in explanatione Bullæ Cœnæ Domini casu* 14.P.Cenedus *in Collectan.iuris Canonici,sup.Decretal.collectaneo* 17.Gabriel de Monterosso *in practica ciuili & criminali,tract.*5.*vers.Siguese el tercero processo que es Ecclesiastico, que viene por via de fuerça.fol.* 92.*&* eodem *tract.cap.*2.*fol.*93. *pag.*2. vbi docet praxim ponendi hanc querelam coram Regio consilio. Domin.Sotus *in relectione de ratione tegendi secretum, membr.*2.*quæst.*5. *paulo post principium,vers.quando iudex secularis.*Dominicus Bañez primarius Theologiæ Professor in Gymnasio Salmanticensi *ad* 2.2.*S.Thom. quæst.*62.*art.*1. *conclus.*6. *pag.*269. ex impressione Veneta anno 1595.Michaël Salon *super* 2.2.*S.Thom.q.*6. *art.*1.*controuers.*1.*in fine,vers.ad* 3. *de Paulo,& controuers.*2.*vers.ad alia argumenta hæretic.*ibi, *ad confirmationem dico.*Fr.Anton de Cordona *tr.de.casib.conscien. q.*35.*ver.à lo segundo digo,pag.*83.ex impressione Complutensi anno 1592.& alij, ex quibus apparebat tam Ecclesiasticos,quam seculares oppressos violẽtia iudicũ Ecclesiasticorũ posse adire iudices seculares, vt eos à violentia,& oppressione liberent,donec vel à iudice Ecclesiastico superiore,vel à Romano Pontifice debitum iure præstetur auxilium.

10. Ad horum tamen omnium opinionem vno verbo respondebatur eam esse periculosam , & contra sacrorum canonũ authoritatem, cùm enim sacri canones indistinctè prohibeant huiusmodi recursus ad iudices seculares,ideo ad solos Romanos Pontifices, quorum est canones condere, & conditis tribuere auctoritatem,pertinebat ac pertinet docere casus,in quibus licitus sit talis recursus,non autem ad priuatos auctores,quibus obediendi necessitas,non declarandi facultas incumbebat.

11. Quamquam adderetur in hac re antiquiores Doctores magis excusabiles esse propter quosdam canones,qui eam licentiam tribuere videtur,de quibus paulo pòst dicetur, recentiores tamen, qui post prohibitionẽ factã in Bulla Cœnæ Domini id asserere ausi sunt,minus excusabiles videri.Nam *in*§.15. *eiusdem Bullæ*,Romani Pontifices recursus etiam prætextu violentiæ,vel aliarum prætensionum,seu etiam donec ipsi recurrentes ad Ponrificem informandum supplicauerint,aut supplicari fecerint,sub graui anathemate prohibitos esse decreuerunt.

12. Rursus prætendebant informantes pro Paulo illum excusandum auctoritate quorumdam antiquorum decretorum *in c.filiis*,& *ibi* glos. *in ver. Regis,* 16.*q.*7.ibi,*quod si talia Episc.agere tẽtet, Metropolitano eius hæc insinuare procurent ; si autem Metropolitanus talia gerat,Regis hac auribus intimare non differat.*Hæc ibi quo loco glossa Regem adire permittit,vt corrigat iudicẽ Ecclesiasticum quando per Ecclesiasticum cogi non potest.Item quãdo iudex Ecclesiasticus est negligens,quòd ipsum probare videtur decreta quædã *in c.Principes,& in c.Regum,& in c.administratores,* 23.*q.*5.quibus decretis passim vtuntur, qui recursus licitos esse arbitrantur.

13. Ad illa tamec multis modis respondebatur. Primùm ex sententia Ioan.Andreæ & Abbatis *in cap. qualiter & quando, num* 7.*ver.nam illa,de iudiciis.*per recentiora decreta fuisse reuocata.Glossam verò *in d.cap filiis non benè loqui.* Vel ista omnia decreta intelligi secundùm antiqua tempora,vel denique iudice Ecclesiastico negligente,aut vim inferente Reges, & maiores magistratus adire licere,non vt iudicent, neque vt inhibeant,sed vt admoneant, vel instent , aut intercedant coram superiori Ecclesiastico , vel vt adiuuent.Abbas *in d.cap.qualiter & quando,nu.*7. *versic. nec obstat.* Quæ tamen sic fieri debent , vt nullum penitus imperium , nullam iurisdictionem, aut potestatem seculares iudices super Ecclesiasticos vsurpent.

14. Considerabatur præterea quòd omnia illa decreta nec erant alicuius Concilij generalis , neque alicuius Romani Pontificis.Nam decretum *in c.filiis,* est Concili. Toletani IX.*cap.*1.text.*in cap. Principes* 23.*q.*5.est Isidori *lib.*3.*sentent.de summo bono, cap.*53. text.*in cap.Regum,* est S.Hieronymi *in cap.*22. *super Hierem.c.administratores,* licèt à Gratiano tribuatur Ioanni Papæ VIII. nondum tamen patuit, an eius

Pontificis

Pontificis sit, & quamuis fuerit, longè aliam sententiam habet, vt eius series indicat. Et denique ista decreta & si quæ sunt alia similia, inspectis conditoribus generalium legum vim non habent, & quamquam propter autorum dignitatem & sanctitatem venerabiliter sint interpretandi, non tamen sunt omnino pro legibus canonicis accipienda: habet autem omnino sanam interpretationem, sed non longè diuersam ab illa, quam inde eruere conantur, qui pro tuendo se istis recursibus opinionem suam istis decretis munire conantur.

15. Nec refert illos canones recenseri in Decreto à Gratiano compilato, quia cùm Gratianus non publica, sed priuata auctoritate, infinita prope illa canonum Ecclesiasticorum, & legum etiam secularium capitula in suum librum contulerit, nec legis condendæ auctoritatem habuerit, nec ab aliquo Romano Pontifice liber ille tanquam authenticus & legalis approbatus fuerit, inde fit vt quilibet Canon ibi relatus ex eo tantùm, quòd ibi referatur, non habeat maiorem auctoritatem, quàm in proprio loco consistens de sui natura esset habiturus, rectè docuit Baptista de S. Blasio *in repet. rubr. Decreti Gratiani, quæst.* 5. & 6. Hoc Gregor. XIII. Gratiani librum tanquam legalem authenticauit, cùm solùm emendare iusserit, & emendationes sine additionibus mandauerit obseruari.

16. Quartò pro excusando Paulo allegatur antiquissima consuetudo Hispaniæ, per quam isti recursus vsu frequenti videntur esse recepti, de qua consuetudine testatur Menochius *tract. de retinend. possess. remed* 3. *num.* 356. & 357. vbi postquam retulit decreta *in c. Principes, & in cap. Regem, & in cap. Administratores* 25. *q.* 5. addit inde inualuisse optimam illam obseruantiam Galliæ, Hispaniæ, Lusitaniæ Pontificum, deinde priuilegiis confirmatam, vt Clerici, vel bonorum Ecclesiarum dissipatores vel infirmorum oppressores ob negligentiam iudicis Ecclesiastici cogi valeant iudicibus laicis à dissipatione & oppressione desistere.

17. Eiusdē obseruantiæ meminit Couart. *in pract. qq. d. cap.* 35. *num.* 3. & Nauarr. *in man. d. cap.* 27. *num.* 70. & alij paulo antè relati *vers. præterea ad excusandum Paulum.* Sed respectu istius consuetudinis primùm respondebatur parum subsistere quod asserebat Menoc. de illa confirmata per Romanorum Pontificum priuilegia, quæ si extarent, aut aliquando à Sede Apostolica concessa fuissent in grauibus controuersis, quæ frequenter oriuntur propter istorum recursus, non dubium quin vel iudices seculares: vel Clerici ad eos recurrentes, vt se se excusarent, ista priuilegia Apostolica produxissent, quod tamen nusquam factum apparet, nec Doctores asserētes licitos esse istos recursus, sententiam suam muniunt priuilegiis Papalibus, sed iuribus & decretis paulo ante citatis. Rursus dicebatur talem obseruantiam, cui tot Conciliorum & Romanorum Pontificum decreta obsistunt, non posse vocari optimam, sed corruptelam potiùs, tantòque grauiorem, quanto magis inordinatum continet processum, ac magis perturbatum iudiciorum ac iurisdictionum exercitium; cùm enim iudices seculares, vt rectè sensit Abas *in d. cap. qualiter & quando, num.* 7. *sed index secularis, de iudiciis*, nec actu, nec habitu habeant iurisdictionem in Clericos, imò potiùs talis iurisdictionis sint penitus incapaces. arg. *c. ausam, de præsc. & c. Sacerdotibus* 11. *q.* 1. & sint inferiores iudices Ecclesiasticis, *c. denique*, 96. *& Clemen. Romani, de iureiur.* propterea nullo modo possunt corrigere iudices Ecclesiasticos, aut illorum supplere negligentiam, aut eis inhibere, nisi in casibus à iure expressis, cùm vt ait Innoc. *in c. quia diuersitatem de concess. præb.* nunquā minor maior maioris negligentiā suppleat: supradictis accedat, quia istas consuetudines & obseruantias, quæ immunitati & libertati Ecclesiasticæ iniuriam inferunt, expressè damnauit Honorius III. *in cap. nouerit, de sent. excom.* & Bulla *in* Cœna Domini, quæ dum omnem prætextum recurrendi ad iudices seculares prohibet, consuetudines etiam quascumque sustulisse censetur, vt paulo post in specie consuetudines etiam immemorabiles aufert.

17. Quintò ad Paulum excusandum, & ad prædictam consuetudinem Hispaniæ tanquam licitam, & legitimam defendendam, allegabantur aliquot leges Regni Castellæ, quibus cauetur licere recurrere ad tribunal laicorum pro auferendis violentiis illatis à iudicibus Ecclesiasticis. Præcipuæ autem leges sunt sequentes.

18. Prima est *lib. 2. ordinam. Regij, tit. 1. l. 5. incip. los Reyes, pag.* 296. fuit lata à Rege Ioanne eius nominis primo Segouiæ, & ibi notat Didacus Perez *in gloss. in ver. pueden conocer*, quòd in ea lege fundatur hodierna practica, qua vtitur Consilium Regium, quoniam autem ab ista lege videntur cæteræ similes processisse, ideo placuit eius verba referre, quæ sic habent. *Los Reyes de Castilla de antigua costumbre, y aprouada, vsada y guardada, pueden conocer y proueer de las iniurias, violencias, y fuerças que acaecen entre los Prelados, y Clerigos, y personas Ecclesiasticas sobre las Iglesias, y beneficios.* Hæc eadem lex sub eodem tenore verborum refertur in noua recopilatione *lib. 1. tit. 6. l. 2. incip. los Reyes, pag.* 10. vbi Alponsus Azeuedo latè conatur probare iustitiam huius legis.

19. Alteram legem idem disponentem tulerunt Imperator Carolus, & Regina Ioāna Toleti *die* 11. *Aug. anno* 1525. incip. *Por quanto*, & habetur *lib. 2. recopil. tit. 5. l. 36. pag.* 62. vbi dicitur ad Regem pertinere de iure, & de immemorabili consuetudine tollere violentias quas faciunt iudices Ecclesiastici.

20 Tertia eiusdem argumenti lata Montisoni per eosdem Reges *anno* 1542. habetur. *eodem lib. 2. noua recop. tit. 5. l. 37. incip. Porque semos informados.*

21. Quartam, eiusdem argumenti tulerunt iidem Reges *anno* 1536. *incip. Mandamos.* & habetur *eodem lib. 5. l.* 38.

22 Quintam tulerunt iidem Reges *an.* 1555. & habetur *eod. lib. 2. tit. 5. l. 39. incip. Otrosi.* & istæ sunt præcipuæ leges disponentes de violentiis auferendis, & in prioribus legibus Reges affirmant, se posse cognoscere de iniuriis & violentiis, quæ accidunt inter Prælatos Ecclesiasticos & Clericos super Ecclesiis & beneficiis, idque ex consuetudine antiqua approbata, & vsitata, & obseruata. *l. 4. eiusdem noua recopil. tit. 1. de iurisd. regia, pag.* 223. *& seq.* Habentur multæ aliæ leges, quibus Ecclesiastici multa facere iubentur, vel prohibentur, illæ tamen leges non loquuntur de violentiis auferendis.

23. Ad istas omnes leges & alias similes vnico verbo respondebatur. Primò esse penitus inualidas, quia regula est nemine discrepante constituta & approbata quòd quando leges Principum secularium disponunt aliquid circa personas, vel res Ecclesiasticas, tunc tales leges non valent, neque ligant propter manifestum defectum potestatis, siue iurisdictionis. Ita Canonistæ communiter *in cap. Eccles. S. Maria*, vbi Felin. *num.* 40 *vers. prima est, vt non procedat, de const.* Gratus *cons.* 100 *n.* 36. *lib.* 1. Iul. Clar. *in §. emphyteusis, q.* 28. *n.* 7. *ver. nec dicatur.* & ista regula est vera, licèt tales leges continerent fauorem Clericorum, vel Ecclesiarum. Anton. de Butrio, Imola, Abbas, & alij *in cap. quod Clericis, de foro compet.* quos refert & sequitur Surd. *cons.* 301. *num.* 13. *& seq.* Nec refert quod istæ leges potuerint ferri ex Apostolica concessione, quoniam neque Reges, qui eas tulerunt, fundarunt se in

Apostolica concessione, vt patet ex ipsarum legum serie, & consequenter firma remanet conclusio suprà posita, ex qua vlteriùs inferunt præcit. Doctores, leges contentas *in C. Iustinianeo tit. de sacros. Eccles. & de Episc. & Cleric.* licèt non sint in damnum Ecclesiarum, nec repugnent sacris Canonibus, etiam de honestate non esse seruandas propter notorium defectum potestatis, seu iurisdictionis in statuente, vt prædictum est.

24. Sexta excusatio proponebatur ex eo quòd Reges Hispaniæ vigore priuilegiorum à Rom. Pontificibus concessorum possunt cognoscere de violentiis illatis à Prælatis Ecclesiarum Clericis suis subditis Ita testatur Menoch. *tract. de retin. remed. 3. num. 356. & 357.* & Domin. Bañez *de iustit. & iure, quæst. 62. art. 1. concluf. 6.* quorum auctoritas munichatur ex his quæ scribunt Carolus de Grassis *lib. 2. Regalium Franciæ, iure 5. & 7.* & Ioannes Feraldus *de insign. priuileg. Regum Franciæ, iure* 11. vbi dicunt Reges Franciæ ex antiqua consuetudine & priuilegiis Apostolicis iudicare de articulis possessoriis rerum spiritualium, & spiritualibus annexarum, & de violentiis & oppressionibus Clericorum. Item ex his quæ scribit Octauianus Cacheranus *decis. Pedemon. 30. incip. Proposita fuit quæstio, num. 2. & 15. vers. sed per priuilegium.* vbi affirmat Duces Sabaudiæ tam de iure communi, quàm ex forma priuilegiorum Imperialium à Sede Apostolica confirmatorum habere eam potestatem in Episcopos & Clericos in suo statu degentes, quam habet Imperator in eos, qui eius imperium incolunt; & licèt hæc inspectio iustum volumen postularet, nihilominus tamen ex mente Dominorum sequentia breuiter colligebantur.

25. Primum erat, potuisse quidem olim, ac posse nunc Romanos Pontifices ex causa rationabili concedere Principibus sæcularibus similia priuilegia. Gratus *consil 61. num. 22. & 23. lib. 1.* Auster. *de potest. secul. reg. 1. fallen. 22.* & ratio est, quia quæ sunt iurisdictionis, laicis possunt committi & delegari. Alterum erat, priuilegia ista, quæ sunt exorbitantia à sacris canonibus, non esse præsumenda, neque credendum fuisse concessa, nisi tenor priuilegiorum exhibeatur. nam cùm priuilegium sit quid facti, non præsumitur nisi probetur. *l. in bello. §. facti ff. de captiuis, & postlimin. reuers.* Tertium erat, assertionibus duorum, trium, aut etiam plurimorum Doctorum affirmantium de ista concessione Apostolica non esse facilè credendum, præsertim cùm non referant à quibus Pontificibus, quibus Regibus, quo tempore & quo tenore fuerint concessa, nam esto quod fuerint concessa, videndum erat an priuilegia essent perpetua, vel temporalia. Item an essent vni tantùm Regi & respectu vnius tantùm prouinciæ concessa. Item an respicerèt particulares personas aliquorum Episcoporum & Clericorum. Item an essent concessa respectu vnius, vel alterius articuli tantùm. Denique data concessione videndum erat an essent concessa sub aliqua modificatione, seu limitatione, quod ex eo fit verisimile, limitatè & modificatè fuisse concessa, quoniam non videtur prudentis cuiusquam fuisse Pontificis generaliter voluisse constituere Principes seculares, vel eorum Tribunalia, aut Parlamenta, iudices in causis quibusdam, seu articulis Clericorum, qui secundùm Canonicas sanctiones solùm tractari possunt, & solent in curiis iudicum Ecclesiasticorum, & maximè considerata natura Principum secularium, qui & tenaciter solent retinere semel sibi concessa, & liberiùs quàm decet se extendere ad casus in concessione non comprehensos.

26. Ex his autè quæ proponebantur, verisimilius videbatur non adesse aliqua priuilegia Pontificia, quoniam iidem Hispaniæ Reges, qui super istis recursibus, & violentiis inter Ecclesiasticos cognoscendis leges tulerunt, nullam fecerunt mentionem Apostolicorum priuilegiorum, aut Apostolicæ concessionis, nam Ioannes Castellæ Rex eius nominis primus, *lib. 2. ordinamenti Regij tit. 1. l. 5.* solùm se fundauit in antiqua consuetudine approbata, & vsitata, & obseruata. Imperator verò Carolus & Ioanna Regina in simili lege lata *anno* 1525. solùm se fundarunt in iure & immemorabili consuetudine, vt videre est *lib. 2. nouæ recopilat. tit. 5. l. 36. pag. 62.*

27. Septima excusatio deducebatur ex lege lata Toleti à Carolo V. & Ioanna Regina *die* 11. *Aug.* 1525. & habetur *l. 2. nouæ recopil. tit. 5. l. 36. pag. 62.* vbi Imperator asserit tam de iure communi, quàm de immemorabili consuetudine ad se pertinere tollere violentias, quas inferunt iudices Ecclesiastici, & aliæ personæ in causis, quas cognoscunt, non admittendo appellationes legitimè interpositas: nam si, vt lex ait, Reges Hispaniæ habent pro se immemorabilem consuetudinem, consequenter possunt allegare quemcumque titulum voluerint, in primis verò Apostolicum priuilegium.

28. Sed respondebatur primò in casu proposito nullam immemorabilem consuetudinem apparuisse probatam, quam tamen plenè & concludenter probare oportebat, iuxta requisita per gloss. *in cap. 1. de præscr. lib. 6.* quam semper Rota fuit sequuta. Secundò dicebatur ex vnica enunciatiua contenta in lege lata à Principe seculari super materia, cuius ex natura sua est incapax, nullo pacto probari immemorabilem ad fauorem Principum secularium, quia si per similes enunciatiuas prolatas à personis interessatis probarentur consuetudines immemorabiles, facilè totius Reipublicæ Ecclesiasticæ status perturbaretur, & & omnis iurisdictio Ecclesiastica vsurparetur. Postremò dicebatur quòd licèt talia adessent priuilegia, & consuetudines, adhuc non suffragarentur, cùm per Bullam in Cœna Domini omnia sint sublata.

29. Octaua excusatio proponebatur ob peculiarem consuetudinem, illàmque antiquissimã Regni Aragoniæ, de qua testatur Michaël Molinus *in repert. fror. Aragon. in ver. firma iuris, verf. die 21. Febr. anno 1527.* & Hieron. Portoles. *in 2. part. schol. in repert. Molini, in §. firma, num. 101.* vbi asserunt, quòd Clerici Aragoniæ possunt habere recursum ad Curiam iustitiæ Aragonum, & ab illa obtinere inhibitionem contra alios Clericos etiã Episcopos proprios eorũ Superiores, si ipsi illos indebitè grauent, quod etiã post Concil. Trident. & Bullam Cœnæ fieri posse cẽsuit Petrus Cenedus *in Collectan. iuris Canon. part. 2. collect. n. 17.* Cæterum respectu personarum Ecclesiasticarum Dominis valde displicuit hæc firma iuris, considerabant enim quòd in firma obtenta à Procuratore Pauli, dicebatur quòd firma iuris vigore fori locum habebat in omni casu, cùm tamen nullus ex Doctoribus allegatis pro defensione istorum recursuum auderet asserere tam generalem facultatem, sed eam restringeret, vel ad casum negligentiæ iudicis Ecclesiastici, vel ad casum violentiæ & oppressionis. Quamobrem Rota censuit istam fori obseruantiam respectu Ecclesiasticorum non esse tolerabilem, quam damnabant decreta Conciliorum, Romanorum Pontificum responsa, & nouissimè quoque Bulla in Cœna Domini excommunicatione coercebat.

30. Sed neque auctoritas DD. quos allegabat pro ea Hieron. Portoles contrarium suadebat, cùm solùm adducerentur. Nauarr. *in c. cùm contingat, remed. 1. de rescript. & in Man. c. 27. n. 70.* & Couuar. *in p. 99. c. 35. n. 3.* Octauian. Cacheran. *decis. 30. Pedem. num. 13.* & Carolus de Grassis *de Regalib. lib. 2. in 7. iure.* & Auster. *de*

de potest. secul. sub. Eccles. pers. reg. 2. fallan. 20. quibus paulo antea satis videbatur responsum.

31. Nonò & postremò informantes pro Paulo per decisiones Rotales eam excusare nitebantur, quibus hoc Tribunal, recurrentes ad Regia Prætoria, & iudices seculares, vt vim iudicum Ecclesiasticorum coërcerent, sæpè excusatos habuit. Achill. *decis.* 36. *de appell. impress.* & fuit decisum coram R. P. D. Seraphino Rallalio, Rotæ Decano in vna Tarracon. vil-læ de Reus *die* 4. *Decemb.* 1592. & nuper in vna Salmantina Canonicatus coram R. P. D. Laurentino Blanchetto *die* 24. *Maij præsentis* 1595. Achilles enim ait Rotam censuisse non attentasse quemdam, qui post inhibitionem Rotalem iuit ad Consilium Regium pro manutentione suæ possessionis, quam poterat propria authoritate defendere, quia vrbaniùs egit ex deductis per Parisium *consil. vlt. lib.* 4. quod in Salmantina apertiùs explicabatur suis verbis, quoniam isti recursus ad defensionem propriæ possessionis, & appellationis admissionem non est improbatus.

32. Has tamen decisiones Domini intellexerunt habere locum, quando quis recurreret ad simplex auxilium laicorum, vt de facto defenderetur à grauamine & vi illatâ, per quam quia de facto expellebatur à sua possessione, nõ secus ac si quis inuocaret auxiliũ cuiuslibet transeuntis per vicos, vel plateas, si fortè de facto ab aliquo potentiori pelleretur de propria domo, non autem vt posset à iudicibus laicis defendi per citationes, inhibitiones, & iuris firmas, & communicationes pœnarum emanatas à dictis iudicibus contra Prælatos, & iudices Ecclesiasticos, quia tales recursus tamquam illicitos, nunquam tolerandos censuerunt, in eáque re grauissimè lapsum Couarruuiam *in practic. quæst. cap.* 35. *num.* 3. & cæteros idem opinantes vno consensu affirmatum fuit.

33. Decisio in causa Tarraconens. non poterat Paulo suffragari, quia præterquam quòd Archiepiscopus vigore Papalis rescripti potuerat propria auctoritate possessionem oppidi de Reus apprehendere, & in capienda etiam possessione interuenerat consensus totius Vniuersitatis, quæ sponte consenserat, vt possessio caperetur, propter quam excludebantur attenta. Crescen. *decis.* 17. *in fine l.* 1. *tit. vt lite pend.* Peregrin. *decision.* 93. *incip. In causa Pampilonensis.* 1. difficultatem tollebat, quia in eo casu Archiepiscopus vigore eiusdem rescripti Pontificis poterat inuocare auxilium brachij secularis, vt securiùs & tutiùs caperet possessionẽ, & reliqua conficeret, quæ ad eundem finem pertinebant, manifestum est autem iudices delegatos de iure communi posse recurrere ad iudices seculares, & inuocare illorum brachium, siue auxilium pro exequendis rebus sibi commissis, *cap. præterea, de offic. deleg.* Nauarr. *in d. cap. cùm contingat, de rescript. remed.* 1. *num.* 2. 3. *& seq.* Idémque posse facere quemlibet alium, cui hoc esset rescripto Pontificio specialiter concessum, explorati iuris erat.

34. Dicebant insuper Domini, quòd licet prædictæ decisiones Rotales, & aliæ similes veræ sint, nihilominus consilia Regia, & alij iudices laici nihil aliud facere debent, præter exhibere nudum auxilium ad manutentionem: nam si ad alia procederent, recursus esset illicitus, & causaret attentata. Lancell. *de attentat. cap.* 4. *limit.* 1. *num.* 37. *&* 38. vbi allegat aliquas decisiones Rotales, & Mandos. *in tract. commiss. in formula* 14. *in ver. reuocandi, vers. quarto quæro,* quamuis fateatur prædictas decisiones esse iuri, & rationi conformes; timet tamen, ne ansam præbeant Regibus, & quibusuis dominis temporalibus intromittendi se in causis beneficialibus, & rebus & personis Ecclasiasticis.

35. Ex supradictis tandẽ inferebatur istas decisiones non potuisse Paulo Lezani suffragari, qui si prætendebat se grauatum, debuerat omisso tribunali sæculari recurrere ad immediatum Superiorem Ecclesiasticum, vel ad Nuncium Apostolicum. *cap. si Clericus* 11. *q.* 1. *cap. filiis.* 16. *quæst.* 7. vbi de Episcopo grauante recurritur ad Metropolitanum. Quod verò inibi additur de adeundo Rege, si Metropolitanus etiam remedium adhibere negligat, nec potest istos recurrentes tueri, cùm ille recursus nec possit, nec debeat fieri ad effectum obtinendi inhibitiones, aut comminationes pœnales contra Ecclesiasticos, vt *supra* dictum est, qui neque ratione personarum, neque rerum suarum subiiciuntur iurisdictioni laicorum, Marian. Socin. *in cap. si quis Clericus, num* 28. *& in cap. sanè, num.* 10. vbi reprobat Hostien. *de foro compet.*

36. Et ad omnium supradictorum corroborationem dicebat Domini optimè facere decisionem Rotæ 10. *de consuet. in antiq.* vbi reprobatur consuetudo Anglicana, quòd Rex possit cognoscere & habere iurisdictionem in Clericos. Meritò itaque pronunciatum fuit Paulum propter talem firmam à iustitia Aragonum obtentam, & vsum illius in sententiam excommunicationis ipso iure incurrisse. Recensere autem casus particulares à iure permissos, in quibus liceat adire Magistratus seculares; non erat præsentis speculationis, nam licèt nonnulli sint in iure expressi, in quibus nedum licet, sed etiam oportet iudices adire seculares, vt *in cap. cæterum de iudic. & in cap. præsidentes, & in cap. vt officium,* §. *compescendi, ver. denique, & vers. statuimus, de hæret. in* 6. in proposita facti specie satis fuit: docuimus Paulũ non habuisse recursum in casu à Iure Canonico permisso; qua autem nota censenda esset opinio Doctorum defendentium istos recursus tanquam licitos, non erat huius tribunalis, nec iudicij, cùm censum super doctrinarum & opinionum ad res præsertim Ecclesiasticas pertinentium approbatione, vel reprobatione ad Romanum Pontificem pertinere noscatur. Turrecremata *in summa, de Ecclesia, lib.* 2. *cap.* 107.

DECISIO ROTÆ coram R. P. D. Pegna.

In Brunduſina Gabellæ die 13. Februarij 1604.

§. 1. COmmunitas & homines terræ Mennæ Brunduſin. Diœceſis, vt ſubuenirent vrgentibus neceſſitatibus cenſus ſuper datiis panis, vini, & olei, & aliis redditibus, impoſuerunt in totum pro ſumma 57000. ducatorum, cũ promiſſione, quam ſimul congregati tam cõmuni, quàm proprio nomine fecerunt, quòd prædictos cenſus, tanquam de propriis pecuniis emptos defenderent, & de euictione ſub hypotheca omnium bonorum obligari voluerunt. Anno 1544. eadem Vniuerſitas, datia prædicta ſuper cenſus fuerat impoſita, ac omnes alios redditus & prouentus publica citatione præcedente arrendarunt, ſeu locarunt Donato Antonio & Bernardino Domino ad 14. annos, cum pacto, quòd intra dictum tempus prædictum debitum 57000. ducatorum extinguerent, quolibet ſcil. anno certam partem, interim verò ſoluerent annuos fructus partis non extinctæ, & vlteriùs perſoluerent etiam annuatim debita fiſcalia, & alia annua onera eiuſdem Vniuerſitatis. Interim cùm Donatus Anton. & Bernardinus maiorem partem prædictorũ ducatorum 57000. extinxiſſent, & annua onera ſoluiſſent, & multa de prædictis bonis hy-

pothecatis in potestatem Clericorum deuenissent, à quibus prædicti arrendatores exigere volebant eam partem & portionem, quam exigebant, antequam bona ad Clericos peruenissent,& Clerici contribuere alicui solutioni debitorum fiscalium, vel extinctionis debiti censuum recusarant, moto iudicio coram Archiepisc. Brundusino, eius Vicarius pronunciauit quòd Clerici per decennium præteritum pro tribus tertijs soluere in rebus emptis & donatis tenerentur,& in futurum quòd possiderent, excepto ad titulum Ordinis sacri, non tamen in fraudem,& pro debitis contractis bona empta & donata & patrimonialia transiuissent cum oneribus suis,& Clericos teneri contribuere,non tamen si donatores & venditores fuissent soluendo. Rursus eosdem Clericos teneri pro bonis tenentibus contribuere,donec peruenirent ad Ordines sacros de bonis donatis ad titulũ ordinationis. Causa in partibus sic diffinita in gradu appellationis introducta in Rota, dubitaui an sententia Brundusina esset confirmanda,vel infirmanda.Et quia articulus erat clarus & exemplaris,proposita causa *die 5.Martij,& 7.Nouembr.*1603.solis arrẽdatariis informantibus non fuit capta aliquaresolutio;quia Domini maturè considerare & intelligere voluerunt naturam bonorum, super quibus imponuntur hæc onera, & similiter naturam onerum fiscalium. Denique in hac vltima propositione Rota cõtra arrendatores informantes respondendum censuit sententiam Brundusini non fuisse confirmandam.Clara est enim conclusio,Ecclesiasticas personas non teneri ad gabellas, collectas,impositiones,datias,& quælibet alia onera à laicis imposita *c.non minus,& cap.aduersus, de immun. Eccles.c.1. eod. tit.lib.6.*Bero.latè *cons.31.incip.Consultationibus lib.1.* & fuit in Rota sæpè decisum, & signanter in causa Valent. gabellæ 4. *Nouembr.* 1595. *& die* 29. *Ianuar.*1595. coram Dom. meo Pamphil. & *die* 9.*Decembr.* 1598. coram bon. mem. Orano,& in causa Corduben. gabellæ coram me *die Vener.*19. *Ianuar.*1607. & ista conclusio adeò vera est,vt laici cogentes Clericos ad istas contributiones sint excõmunicati, ad effectum enim vt Clerici, seu personæ Ecclesiasticæ legitimè possint subire ista onera,& ad ea persoluenda compelli, inspecto iure Canonico sequentia copulatiuè requiruntur. Primò vt adsit magna necessitas,cui aliàs facilè subueniri non possit, vt tunc Clerici cum laicis contribuant. probatur *in d.cap.non minus,* vbi expressè notat Abbas *nu.5.vers. secundò requiritur,& d.cap. aduersùs, de immun. Eccles.* vbi Abbas *num.* 4. & clariùs apparet per *Extrauag. Benedicti XI.*substitutio de immunitate Ecclesiastica. Secundò debet concurrere communis vtilitas,vel saltem pietas.vt *in d.c. non minus,& c.aduersùs,*& de pietate considerauit text.*in l.ad extractiones, C.de sacrosanct. Eccles.* Tertiò oportet quòd onus illud sit tale,vt ad illud sustinendum laici non sufficiant,quia Clerici & Ecclesiæ solum tenentur cum laicis contribuere in subsidium,& vbi laicorum non supersunt facultates, vt *in d.c.non minus, & c. aduersùs,*quas conditiones considerauit Benedictus *in d.Extrauag.de immun.Eccles.*ibi,*Caterùm attendant sollicitè Ecclesiarum Prelati & Clerici Lateran. Concilij,*quòd in huiusmodi subuentionibus solum casum necessitatis,aut communis vtilitatis,vbi laicorum ad id nõ supersunt facultates, deliberatione prouida noscitur expressisse,Quartò requiritur quòd ad onus huiusmodi imponendum vocetur,& consentiat Clerus, nec sufficeret Episcopus cum Capitulo,quia quòd omnes tangit,ab omnibus particulariter approbari debet,*cap.cum omnes,de constit.cap. quod omnes,de reg.iur. in 6.*& probatur *in cap. aduersùs.*ibi,*verùm si quando fortè Episcopus simul cum Clericis,* & considereret Abbas *in d.cap.non minus,n.4. & 5.*Quintò & vltimo in istis oneribus imponendis ad effectum vt Clericus teneatur,potissimum requiritur, vt Papa consulatur,& ipso consulto, & non aliàs, Clerici contribuant, *d.cap.aduersùs,* vbi notat Abbas,*nu.5.v.4.requiritur.* & sic fuit expressè cautum per Benedictum XI. *in dicta Extrauag.de immunitate Ecclesiarum,* & meritò,quia si arbitrio Episcopi & Cleri hoc relinqueret, facile contingerent huiusmodi impositiones & onera per ambitum & preces Principum, & ministrorum laicorum,quibus occurrere solent Romani Pontifices, qui aliter, quam causa cognita ipsas facultates vt Clerici contribuant concedere solent. Postremò requiritur quòd ad hæc onera, & impositiones soluendas postquam prædictis requisitis concurrentibus imposita fuerint, Clerici, & personæ Ecclesiasticæ non à ministris laicis, sed ab Episcopo superiore Ecclesiastico compellantur,Princeps enim,& potestates seculares non possunt se in his intromittere.Ita Innocen. *in d.cap.non minus, num.6.vers.quamuis ad ea.*Iason. *in l.ad institutiones, num. 4. vers. ad hoc tamen. & num. 6. vers. quod verum credo. cap.de sacrosan. Ecclesiis.* & Innocen.& Bald. communiter sequuntur Doctores, & signanter Abbas *in d.cap. non minus, num.* 18. *vers. dicitur tamen, de immunitate Ecclesiarum,* & Guidopap. *decis.87. in fine, versic. si tamen dictis viri.* & quamuis ista non videantur pertinere ad istum casum, in quo agebatur de soluendis oneribus rebus ipsis, seu bonis impositis, antequam peruenissent ad manus Clericorum; adhuc remanebat periculum saltim ratione illorum onerum, quæ arbitrio Principum imponuntur, quòd possent Clerici & Ecclesiæ tractu temporis grauari ad ista onera persoluenda.

2. Ad istud periculum euitandum informantes pro arrendatariis deducebant primò, quòd bona de quibus agebatur, transire debuerant cum oneribus suis, præsertim cum essent hypothecata, glossa *in cap.1.in ver. senioribus, de cons.* Bald.*consil.* 280.*vol.2.ver.Nam cùm c. sicut si peruenisset, el.2.* Ancharan. *consil.*103. *n.3.infine, vers. ad hoc respondeo,& n.4.vers. & confirmatur.*Bellon. *cons.* 40.*num.*5.Thesaur. *decis.*134.*nu.*9. vbi affirmat ita bis fuisse iudicatum, sed hoc motiuum non placuit Dominis, quia licèt possit procedere respectu onerum realium impositorum antea, quàm bona peruenirent ad Ecclesiam: secus autem esse dicebant, quando onera,non essent merè realia, quia tunc si deueniant ad Ecclesiam,vel personas Ecclesiasticas, non durant talia onera, quod vt manifestiùs intelligeretur, Domini distinguebant aliquos casus.

3.Primus est quando possessionibus,prædiis,seu bonis propter bona ipsa inducuntur,siue imponuntur onera,vt *l.Rescripto,§.fin.& l.minus,§.matrimoniorum de mun.& honorib.* & hoc casu res onerata ad quemcumque perueniat, cum illo onere transit, & consequenter Clericus ad quem peruenit, pro illis soluere tenetur, est enim onus illud certum,reale, & perpetuum. Ita tenuit Innocent. *in cap.non minus.* Calder. *cons.7. num.2.vers.subdit tamen,de constit.*Archiadiconus *in cap.1.de immunitate Eccles.lib.6.*quem sequuntur *ibidem* Ioannes Andreas *num.5.in princ.*& Gemmianus *num.9.* Abbas *cons.53. num.2.vers. certum est, lib.1.*Anchar.*cons.96. num. 6. vers. cessat autem* Ang. *cons.* 24. Bartol.*in d.l.rescripto,§.vltimo,num. 5.ff. de mun.& honor. & in l.placet,num.59.C.de sacrosanct.Eccles.* quem refert Alphonsus Aluarez *in speculo iuris Pontificij,c.25. §.& quoad principalem,vers.nam si dictum,* 4. Secundus casus est quando impositio onerum non est perpetua & certa, sed pro varietate negotiorum imminentium,& immutatur illa impositio,quæ fit,vt

dicunt

dicunt præcitati Doctores, pro solido & libra, & tunc si res tali modo grauata perueniat ad Ecclesias, desinit durare illud onus, *cap. nouerit 10. quæst. 1. cap. 1. de iure patronatus lib. 6.* Archidiaconus *d. cap. 1. de immunitate Eccles. lib. 6.* quem refert, & sequitur Ioannes Andreas *num. 5. in fine.* & Geminianus *ibidem n. 9. vers. tamen subdebat,* & Calder. *d. cons. 7. de constit. num. 2. circa finem. vers. subdit tamen.* & licèt paulo pòst *vers. ista quidem,* idem Calderin. considerata rei grauitate addebat, quòd ista indigerent declaratione Summorum Pontificum, quoniam in Ecclesiarum læsionem possent talia statuta emanare, ipse tamen statim inhærendo opinioni Iacobi Butrigar. & Bartol. supradictam adstructionem amplectitur.

5. Tertius casus, est quando ista onera, seu collectæ & impositiones imponuntur ratione personæ tantùm propter bona, & isto casu, cùm non inhæreant rebus, sed ratione personarum potissimum imponuntur consequenter non possunt imponi nisi subditis, hoc est, ciuibus, & incolis. *l. scriptum, §.* vbi glossa. *ff. de mun. & honor.* Vnde cùm Clerici non sint subiecti, non possunt talia onera imponi, nec ipsis, nec Ecclesiæ, siue antea quàm peruenirent ad Ecclesiam, fuerint imposita, siue postea. Ita præcitati Doctores, & signanter Geminianus *in d. cap. 1. de immunitate Eccles. num. 9. in fine.* vbi concluditur ex hoc patere responsum ad omnia iura, quæ in contrarium possent allegari, quia loquuntur in prædiis tributariis, & sic quando onera sunt annexa rebus, & non personis.

6. Cùm ergo impositiones cẽsuum, de quibus agebatur, non essent onera certa & ordinaria ac perpetua, nec propriè realia Clerici, & Ecclesiæ ad quas ista bona peruenerunt, non tenebantur ad eorum solutionem. Idem iudicium fuit de solutionibus fiscalibus; nam licèt informantes pro arrendatoribus contenderent esse onera perpetua, conformia, & consueta solui ab habitatoribus pro tuitione maritimarum nauium, & militum stipendiis iuxta æstimationem, & descriptionem antiquitus in catastis factam, quia tamen præcitati Doctores affirmabant tales descriptiones, quæ sunt pro solido & libra non esse perpetuas, sed mutari pro varietate negotiorum imminentium, ita Ecclesiæ, & personæ Ecclesiasticæ ad istas solutiones non teneri, licèt ad illas peruenerint bona huiusmodi solutionibus grauata. *cap. 1. de immunitate Ecclesiarum, lib. 6.* vbi Archid. Ioannes Andreas & Geminianus *n. 9. Clementin. de censibus,* & est communis opinio. Et ex his meritò fuit conclusum contra arrendatarios, & sententiam Brundusini fuisse reuocandam.

DECISIO ROTÆ

coram doctiss. Domino meo Coccino Decano.

In vna Romana domus de Scapuccijs die 19. Ianuarij 1611.

§. 1. DOMINI post muturam causæ discussionem censuerunt non esse locum Ægidianæ, quia ex defectu potestatis statuentis non comprehendit personas Ecclesiasticas, & earum bona, vt sæpe censuit Rota, vt in decision. allegatis per modernum Eugubinum *in cons. 20. n. 8. vol. 2.* bona enim Ecclesiæ dicuntur sancta Sanctorum, *c. nulli liceat, & c. quicumque 12. q. 2.* & dicuntur patrimonium Christi, *c. cùm ex eo, de elect. in 6.* latè Felin. *in cap. constitutus, num. 19. de rescript.* & propterea habens iurisdictionem laicalem tantùm, in illis nullam habet potestatem, *cap. quæ in Ecclesiarum. & cap. Ecclesia S. Mariæ, de const.* & vtrobique notant Doctores omnes, qui defectus potestatis intrat etiam in casu, de quo agitur: quia licèt agatur de vtili dominio inter laicos, tamen cùm sit connexum, & dependens à dominio directo, quod est magis dignum, & effectus ac qualitas quædam ipsius, quæ non potest esse sine subiecto, vt post Bart. *in Extrauag. qui sint rebelles, in ver. rebellando. num. 17.* dicit Ias. *in consil. 76. n. 14. lib. 1.* & latè probat Bero. *in c. quæ in Ecclesiar. num. 10. de const.* & ideo ratione connexitatis, tale iudicari debet, quale est directum, *cap. transiato. de const. cap. præterea,* & *ibi* gloss. *de officio deleg. l. 2. ff. de iurisd. omn. iud.* latè Catelian. Cotta *in ver. connexorum.* in specie quòd cognitio causæ annexæ spiritualibus spectet ad iudices Ecclesiasticos, est text. expressus *in cap. quanto.* & ibi latè gloss. *in ver. connexa.* & DD. omnes *de iudic.* & propterea videmus quòd ratione connexitatis illud, quod est radicatum in pupillo, extenditur ad maiorem. *l. si communem ff. quemadmodum seruit. amit.* & quòd eadem ratione, si causa est communis inter laicum & Clericum forus Clerici extenditur ad laicum. Bart. *in l. præcipimus in §. eod. num. 1. C. de appell.* & si res est communis Episcopo & Capitulo si Episcopus moritur, non currit præscriptio contra Capitulum. Abb. *in c. 1. de præscript. num. 4.* & priuilegium illius, qui habet vacationem munerum, extenditur ad socium, gloss. *in l. fin. C. de muner. & honor. lib. 10.* & alia quamplura exempla adducit Andreas Siculus *in cons. 1. num. 38. & seq. lib. 2.* & prædicta tanto magis procedunt in casu, de quo agitur, quia omnes causæ istius dominij vtilis spirituales sunt, & propterea ab eis recipit iudicium. Cardin. *in Clem. per literas, num. 12. quæst. 15. de præben.* Efficiens enim est Ecclesia, materialis bona ipsa Deo dicata, finalis verò vtilitas ipsius Ecclesiæ. Ita arguunt, & concludunt Bero. *in cap. quæ in Ecclesiarum. n. 9. & seq.* & præsertim *n. 12. de const.* Saluian. *cons. 9. num. 23.* & pro ista sententia videtur bonus text. *in c. cæterum.* vbi Abb. *in princ. de iudic.* quem allegat Bero. *loco præcitato,* vbi lis inter vassallos terminanda est per dominum feudi, etiam quòd sit Ecclesiasticus, & hanc quoque sententiam secuti sunt Fulgos. *in cons. 166. num. 3. vers. quintò quia,* & *col. penult. in princ. vers. rursus.* vbi quòd iudex laicus nullo pacto potest se intromittere, etiam quòd agatur de vtili dominio inter laicos. Cardin. *in cons. 92. num. 8. in fine, vers. insuper.* Calder. *cons. 15. num. 1. de iudic.* Rebuff. *de decimis, q. 10. num. 1.* Cuman. *cons. 41. num. 2. vers. Sed his non obstantibus.* Campeg. *inter consil. Bruni, cons. 2. num. 35. vers. & hoc, quia feudatarius vol. 1.* Ægid. *cons. 40. num. 3. in fin. vers. & est ratio.* & hæc videtur esse opinio Francisci de Tigrino, & Huberti de Bobio, vt colligitur ex traditis per Ioan. Andr. *in cap. quoniam frequenter, num. 34.* per Butr. *in §. quòd si super, num. 19. vers. si autem venit,* & per Abb. *in §. in aliis, n. 28. vt lite non contest.* pro qua possunt etiam allegari, quia in effectu hoc sentiunt, Federic. de Sen. *cons. 245. num. 3. vers. sine præiudicio veritatis.* Gemin. *in cap. fin. num. 14. de foro compet. in 6.* Ancharan. *in cap. ea, quæ n. 12. de reg. iur. in 6.* Bologn. *in addit. ad cons. Ioan. de Anan. 84. num. 7.* Aluar. Valasc. *de iure emphyt. quæst. 39. num. 14. vers. & idem si durante emphyteusi.*

2. Et prædicta corroborantur etiam alia optima ratione, quia paria sũt forum sortiri, & statutis ligari, *cap. 2. de constit. in 6.* quod argumentum ponderat Bero. *in d. cap. quæ in Ecclesiarum num. 12.* Sed sic est quòd laicus nullo pacto potest statuere super vtili dominio rei emphyteoticæ Ecclesiæ, vt ex textus cla-

rus *in d. cap. quæ in Ecclesiarum, de const.* & iste est germanus intellectus illius textus, ex allegatis per Riminald. iun. *ibid num. 2. vers. secundus verò fuit, cum pluribus sequen. vsque ad n. 13.* & quamuis dici posset hoc esse verum, quando agitur de mutatione vassalli, quia tunc agitur de præiudicio Ecclesiæ, tamen considerabant Domini, quòd circa validitatem statuit inter alia duo possunt considerari, scilicet defectus potestatis statuentis, & præiudicium Ecclesiæ: vt *in d. cap. quæ in Ecclesiarum,* & habetur etiam *in cap. Ecclesia sancta Mariæ, de const.* & est considerat. Bero. *in d. cap. quæ in Ecclesiarum, nu 9.* in statuto autem disponente super vtili dominio laici, concurrit præiudicium Ecclesiæ, propter mutationé vassalli. Campeg. *inter consil. Bruni, consil. 2. n. 36. vers. & ideo non possunt statuere.* Riminal. iun. qui latè hoc probat, & multos allegat *in d. cap. quæ in Ecclesiarum, num. 12. de const.* & dicit *ibid.* Bero. *d num. 9.* concurrit etiam defectus potestatis statuentis ratione connexitatis, quam habet, dominium vtile cum directo, vt *suprà* dictum fuit, & probat Bero. *loco proximè citato, ver. alia quoque ratione,* & in specie, quòd statuta laicorum non comprehendant vtile dominiũ in bonis emphyteoticis, tenuerunt Card. *cons. 2. num. 1. vers. Item in hæreditate* Bald. *in authen. si quas ruinas, num. 9. C. de sacrof. Eccles.* Campeg. *inter consil. Bruni, consil. 2. num. 34.* vbi quòd ista opinio est verior. Abb. *consil. 72. in princ. lib. 1 & in cap. quæ in Ecclesiarum, num. 2. in 3. not.* vbi etiam Bero. *num. 8.* & Dec. *num. 6. de constit.* Saluian. *consil. 9. num. 25.* Bald. *consil. 300. num. 1. & 4 lib. 1.* Ias. *consil. 152. num 9. lib. 4.* Cuman. *consil. 41. n. 2. vers. sed his non obstantibus,* & est de mente Castren. *in consil. 146. ibid. princ. & consil. 300. col. 2. in fine, vers. & idem si tenor, lib. 2.* dum dicit in successione feudi emphyteusis non esse attendendum statutum loci, sed tenorem inuestituræ.

3. Non obstant in contrarium adducta, & primò, quòd dominium vtile non est Ecclesiæ, sed laici inuestiti, & ideò iudex laicus est iudex competens, quia connexitas quam habent ista dominia inter se, non efficit, quin vtile dicatur proprium laici non autem Ecclesiæ, & licèt inseparabile videatur à directo, tamen potest diuerso iure censeri eo modo, quo vna & eadem res potest diuerso respectu, imò ratione diuersarum personarum diuersimodè iudicari, vt in puncto dicit Surd. *in consil. 358. num. 19. vers. nec mouet. lib. 3.* Nam fuit responsum quòd licèt sit verum, quòd aliquando vna & eadem res possit diuerso iure censeri, hoc tamen procedit, quando respectu diuersæ personæ, vel diuerso respectu concurrit diuersitatis ratio; secus autem, quando eadem ratio concurrit vt declarat. Abb. *in cap. cùm in tua, n. 7. vers. solutio ex diuersitatis rationibus, de decim.* Dominium autem vtile non potest diuersimodè considerari respectu Ecclesiæ, & laici, cùm semper remaneat annexum cum directo. nam per concessionem factam laico actualiter non separatur à directo, sed per quamdam fictionem intellectus, vt dicitur de iure patronatus, *glossa 1. in cap. piæ mentis, 16. quæst. 7.* quam sequitur Andr. Siculus *in cap. quanto. num. 16. vers. & ita dicitur, de iudic.* quæ operatur, vt dominij vtilis capax sit laicus, non autẽ quòd ita efficiatur laicale, vt iudex laicus sit iudex competens, imo cognitio præseruatur iudici Ecclesiastico. Alex. *consil. 58. in fine, lib. 1.* & in propriis terminis Bero. *in d. cap. quæ in Ecclesiarum, num. 9. vers. alia quoque de constit.* & sic cessat argumentum Surdi *in d. consil. 338 num. 9.* quòd bona sunt personarum accessoria, quia hoc est verum, quando res omnino transfertur: secus autem quando solum dominium vtile, quod remanet connexum cum directo, & ideò non potest diuerso iure censeri, vt dictum est.

4. Nec prædicta responsio potest elidi, ex quo aliqui voluerunt causam possessorij beneficij posse tractari coram iudice seculari, & tamen possessio est connexa cum proprietate spirituali, quo argumento vtitur Surd. *vbi suprà num 25.* quia nedum tollitur obiectum, ex rationibus prædictis, & ex adductis per Bero. *in d. cap. quæ in Ecclesiarum, num. 12. in fine,* sed ex quo communis sententia est in contrarium, vt testatur Aufrer. *in addit. ad decis. Capellæ Tholosanæ 471. incip. Item fuit quæsitum,* & de communi etiam testatur Aluar. Valasc. *consultatione 93. num. 3.* eam sequitur etiam Gulielmus de Bened. *in cap. Raymutius in vir. & vxorem, decis. 2. num 38.* & infiniti, qui possent allegari, & semper etiam approbauit Rota, vt *in decis. 4. de lit. contest. in antiq.* quam ad punctum allegat Aufrer. *vbi suprà,* & est etiam decis. Putei 361. *in fin. lib. 1.* & fuit sæpissimè resolutum, & signanter in causa Oscen. Canonicatus 1. *Decembr. 1595.* coram Reuerendissimo Domino meo Decano.

5. Non obstat quòd etiã in puncto plures Doctores videantur tenere contrarium, scilicet quòd iudex laicus possit cognoscere super tali dominio vtili inter ipsos laicos, quia istorum Doctorum auctoritates facile tolluntur, Nam Albert. Brun. *de stat. art. 8. ante num. 107. vers. & faciunt hæc,* qui pro ista opinione allegatur, nihil firmat, sed solùm refert opinionem Vberti de Bobio, & Francisci de Tigro, quos malè intellexit, quia ipsi pro contraria sententia possunt allegari, vt ex Butrio, & Io. Andr. & Abb. *suprà* dictum est, & propterea Surd. *in d. cons. 338 num. 17.* dum allegat. Brun. decipitur. Abbas verò *in c. quoniam frequenter, §. in aliis, num. 28. lit. non contest.* licèt videatur dicere quòd Clericus veniens ad causam pro defensione emphyteoticæ, non possit declinare iurisdictionem; tamen est aduertendum, quòd impressio est mendosa, quia Spec. *de primo decreto. §. restat videre, n. 24. & 25.* quem ipse allegat, expressè tenet quòd iudex laicus non est iudex competens Clerici venientis ad causam, etiam quòd renunciet priuilegio fori, & in omnem euentum dictum Abbatis esset contra gloss. *in cap. Clericus nullum 11. quæst. 1. in ver. secularem* Cumanus autem *in consil. 84.* est sibi contrarius *in d. consil. 41. num. 2. versic. sed his non obstantibus,* & in eodem casu Cumani, contrarium consuluit Fulgos. *in consil. 166. locis præcitatis.* Decisio verò in causa Auximana bonorum 19. *Ian. 1604.* licèt in terminis dicat, quòd est locus Ægidianæ, quando agitur de vtili dominio inter laicos, quia personæ sunt sæculares, nec agitur de bonis, sed super possessione inter ipsos laicos, non firmat quòd causa possit cognosci coram iudice laico, sed firmat potiùs, quod Ægidiana habeat locum coram iudice Ecclesiastico quando agitur inter laicos, quod non est verum, quia Ægidiana respicit ordinatoria iudicij, & ideo seruandum est ius fori. Contard. de Ægid. *limit. 4. art. an reintegranda num. 11. & 12.* In foro autem Ecclesiastico, vt dictum est, non habet locum Ægidiana, & propterea cùm prima vice illa decisio fuerit allegata in causa Sabin. Villettarũ 9. *Iunij 1606.* coram me, in qua agebatur de vtili dominio inter laicos, & dubitabatur an esset locus Ægidianæ Rota voluit videre de iustitia mandati de manutenendo, vt in positionibus, & diariis dominorum fuit annotatum quia cùm Rota habeat vtramque iurisdictionem, nempe Ecclesiasticam & laicalem, cùm cogeretur de vtili dominio, sustinebamus vices iudicum Ecclesiasticorum, & propterea erat seruandum ius fori Ecclesiastici.

6. Neque facit alia ponderatio, nempe quòd si paria sunt forum sortiri, & statutis ligari, multi Doctores tenent, quòd Princeps laicus potest statuere super vtili dominio, dummodo non lædatur Ecclesia, & absque

absque illius præiudicio, quos allegant Tiraquell. *de retract. lignag. glos.*13. *num.*8. Surd. *d. consil.*338. *num.*14. *in fin. ver. quartò, quòd statuta laicorum.* & Aluar. Valasc. *de iure emphyt. quæst.*17. *num.*12. & hoc etiam repetitur scriptum in quadam annot. bonæ me. Orani in causa Mediol. bonorum 13. *Nouembr.* 1596. Nam dixerunt Domini quòd Anchar. *in consil.* 125. *num.*7. *& in consil.*443. *num.*2. & 3. fuit auctor istius opinionis, & ideo resolutio pendet ab intellectu Anchar. qui verè loquitur in casu, quo emphyteusis fuerat acquisita pro hæredibus, & mouetur primò, quia aderat statutum per quod fœminæ excludebantur, vnde subdit quòd ex eo, quòd fœminæ non poterant esse hæredes, non erant successibiles in emphyteusi acquisita pro hæredibus; & secundò mouetur, quia pater acquirendo pro filiis; vel liberis, non censetur acquisiuisse pro fœminis, quia censetur se conformasse cum dispositione statuti, & eodem modo acquirere, & ita intelligit & declarat Anchar. Socin. iun. *in consil.*71. *n.*43. *vsque ad fin. lib.* & Brun. *de stat. art.*8. *num.*106. *in princ.* & ita illum etiam intellexit Rota in causa Romana domus S. Ludouici 27. *Nouembris* 1601. coram Reuerendissimo Domino meo Decano, & coram me in causa Romana emphyteusis 18. *Maij eiusdem anni, & 28. Nouembris* 1603. & aliàs sæpiùs, & quamuis Anchar. subdat quòd statutum non disponit super rebus Ecclesiæ, sed super vtili dominio, quod est laicorum; tamen est aduertendum, quòd non loquitur de statuto in ordine ad vtile dominium, sed de statuto in ordine ad intentionem acquirentis, quæ intentio acquirentis vt masculis extantibus fœminæ non succedant, non lædit Ecclesiam, cùm ipsius non interfit, vt patet magis acquitat vni, quàm alteri ex filiis, sed non propterea dicitur, quòd si pater acquirat pro filiis masculis, & fœminis, ita vt omnes in simul succedant stante statuto exclusiuo fœminarum, fœminæ non possint succedere, quia hoc esset contra iuris communis regulas, secundùm quas tenor inuestituræ est seruandus, & non statuta loci, vt per Castrens. *locis suprà allegatis.* & Doct. qui generaliter ponunt istam conclusionem quòd stante statuto exclusiuo fœminarum, fœminæ in emphyteusi censeantur exclusæ, non fundant se in statuto, sed in intentione acquirentis, qui præsumitur in acquirendo se conformare cum statuto, vt per Bart. *in l. vt iurisiurandi, §. si liberi, num.*5. *ff. de oper. libert.* Clar. *in §. emphyteusis, quæst.*32. *ver. sed pone.* qui alios allegat. Decian. *consil.* 30. *num.*40. *& seq.* Curt. iun. qui de communi testatur *in consil.* 51. *numer.*3. & dixit Rota in præcit. decis. Romana domus S. Ludouici, & Rom. emphyteusis.

7. Et secundùm sententiam Anchar. sunt intelligẽdi DD. qui aliàs præfatis rationibus ipsũ simpliciter sequuntur, nempe Alexand. *consil.*9. *n.*1. *lib* 5. *& consil.* 27. *num.*4. *in fin. vol.*6. & Felin. *in cap. quæ in Ecclesiarum, num.*95. *de constit.* Dec. *in auth. Cassa. num.*9. *C. de sacrosanct. Eccl. & consil.*139. *num.*2. *vers. nec obstat & in cap. quæ in Ecclesiarum, num.*20. *de const.* Paris. *consil.*22. *n.*86. *vol.*2. & addit. ad Dec. *in cap. quæ in Ecclesiarum, n.*20. *in verbo Ecclesiæ, de const.* & meritò quidem, nam vltra quòd hoc colligitur ex verbis ipsorum Doctorum, intrat quoque alia ratio, quòd Doctor est intelligendus secundùm ea, quæ allegat Roman. *consil.*211. *num.*5. *vers. quo ad vlt.*

8. Alij verò Doctores, aliqui vel torquent Anchar. vel & secundùm ipsum intelligi possunt; alij verò loquuntur in casibus particularibus, in quibus sunt reprobati, alij postremò non tangunt istam difficultatem, & in primo genere sunt Barbat. *in consil.*14. *col. fin. vers. ad hoc respondeo. lib.*1. Brun. *de stat. loc. sup. allegat. vers. item illam ampliant.* Ruin. *consil.*70. *num.*11. *vol.*5. Mascardun. *consil.*16. *num.*113. Burs. *consil.*56. *num.*12. *vol.*1. Menoch. *de arbitr. casu* 18. *num.*9.

9. In secundo verò genere sunt Castrens. *consil.*194. *lib.*1. qui tenet quòd statutum Florentiæ de prohibita alienatione rei communis irrequisito consorte habeat etiam locum in donatione iurispatronatus; sed nihil probat, cùm res ipsa demonstret auctoritatem huius consilij, contra quod in specie est cons. Gemin. 67. *per tot.* in quo concludit contrariũ, tam ex defectu voluntatis quàm potestatis statuentium, Socin. *in consil.*99. *num.*2. *vol.*2. qui dicit, quòd circa solutionem canonis est attendendum statutum, & consuetudo loci, in quo debet fieri solutio, nihil etiam probat quia non valet statutum, & consuetudo in præiudicium Ecclesiæ, *cap. cùm causam, de re ind. cap.*1. *de consuet. cap. Clericus laicus, de immun. Eccl. in* 6. & ista consuetudo dicitur proxima sacrilegio. Bald. *consil.*9. *num.*9. *versic. non valeret. l.*1. Ruin. *consil.*156. *num.*8. *lib.*4. vbi quòd consuetudo non valet ex causa efficienti, quia sicuti laici nun possunt statuere, ita nec consuetudinem inducere onerosam Ecclesiis. Purpuratus verò *in consil.*332. *num.*9. *vers. tertiò contingit,* qui loquitur ad effectum, quòd vtile dominium possit collectari; nec etiam facit, quia in contrarium est doctrina Bart. *in l. priuato, num.* 2. *C. de excus. muner. lib.* 10. vbi etiam post Angel. Ioan. de Platea *circa med. vers. dicit etiam hic Angel.* Castan. *in consuet. Burgund.* §. 4. *glos.*6. *sup. ver. text. & supporter la moitie vers. & intellige prædicta, num.*6. Thomas Parpalia *in reperit. l. placet. num.*73. *& seq. C. de sacros. Eccl.* Ægid. de Thomatis *de collectis in §. Pauperes an aliquib. n.*29. *& seq.* Ias. *in l.*1. *n.*31. *C. de iure emphyt.* & habetur ponderosissimum cons. Syluani 9. *per tot.* vbi latè & doctè, & etiam in casu Purpurati loquuntur Surd. & Aluar. Valasc. qui fuerunt quodammodo nouatores istius opinionis, & propterea conantur fundare intentionem suam defendendo prædictas conclusiones.

10. In tertio verò genere sunt Afflictus *in cap. Imperialem, præterea inter num.*9. *de prohib. feud. alienat.* per Frider. qui dicit consuetudinem esse seruandam, quòd dominus feudi Ecclesiasticus cognoscat de feudo Ecclesiæ tam in possessorio, quàm in petitorio, quia ista consuetudo est secundum dispositionem iuris, & propterea Afflict. non facit ad punctum. Socin. iun. *in consil.*71. *num.*13. *vol.* 1. qui facit motiuum, sed concludit cum Anchar. quem etiam declarat, vt suprà dictum est, & ideo non debuisset allegari. Castrens. *in consil.*290. *in fine lib.*3. loquitur in terminis illius quæstionis de his, quæ competunt Clericis, non vti Clericis, sed vt cuilibet, de qua per Bart. *in l. cunctos populos, q.* 5. *num.*28. *& seq. C. de sum. Trin. & fid Cath.* de qua quicquid dicendum sit, non facit ad propositum. Riminal. sen. *consil.*447. *n.*20. *vol.*3. & Alba *cons.*28. *n.*6. absolutè non tangunt istam difficultatem.

11. Non obstat annotatio bo. me. Orani in causa Mediolanen. bonorum, quia illa non est decisio Rotæ, vt patet ex eius initio inibi. Domini per viam inclinationis amplexi sunt decisionem factam *sub die* 20. *Maij*, ad fauorem domini Commendatarij, Rota enim non facit decisiones per viam inclinationis; sed in istis casibus est in arbitrio ponentis, si aliquid annotare velit, memoriæ suæ causa, & tanto magis, quia in priori decisione huiusmodi conclusio non repetitur firmata. Præterea vnus ex dominis, qui tunc temporis erat in Rota, affirmabat quòd visa huiusmodi annotatione Rota illam non agnoscit pro sua.

DECISIO ROTÆ coram D.meo Merlino.

In una Albanensis Gabellæ die 28. Junij 1630.

§.1. IVdex Taurinensis condemnauerat Archipresbyterum Ecclesiæ Gorzenij ad onera realia ordinaria certa,& inuariabilia in fauorem communitatis dicti loci pro prædiis eiusdem Ecclesiæ,quam sententiam in hac parte omninò reuocandam esse Domini censuerunt.Certa est enim Theologorum,Canonistarum,& iurisconsultorum propositio,quam & nemo ex Catholicis audet impugnare, bona Ecclesiastica immunia esse,& libera ab oneribus,& tributis impositis per Communitates,& principes laicos. Ita definitum est in Concilio Lateranens. sub Alex. III.*p.1.cap.19.*sub Innoc.III. *cap.46.* & habetur *in cap.non minus.* vbi Consules , & alij Magistratus, Ecclesiasticis,& eorum bonis collectas , & pedagia imponentes anathemate feriuntur,*& in cap.aduersus de immun. Eccl.& in cap.1. & 3.eod tit.in 6. & in cap.quamquam,de censib.in 6. & in Clement. vnic. de immun.Eccles.* quæ sanctiones innouatæ fuerunt per sacrum Concil.Trid.*sess.25. cap.20. de reform.* Romanique Pontifices,quotannis in Bulla Cœnæ §.18. huiusmodi pedagia imponentes, & exigentes censuris coërcent,& Constant.primus Imperatorum palàm Christianis immunitatem hanc Ecclesiasticam, siue potiùs illius vsum exhibuit,vt apud Euseb.*l.10. hist.Eccles.cap..& in orat.de laudib.Constant.* sublatisque Ethnicis neminem ex Orthodoxis , & illibatæ Religionis Imperatoribus tributum,de bonis Ecclesiarum exegisse,obseruat Cardin.Baron. *tom.3. annal sub anno* 387.*num.13.*& Iustinianus etiam hanc Clericorum immunitatem,vel respectu bonorum edicto sanciuit;vt *in lib. sancimus 20. C. de sacros. Eccles.* & Feder. *in auth.Item nulla communitas,C.de sanctiss. Episc.* Nec à iure positiuo,& Imperatorum liberalitate,sed immediatè à iure diuino ortum habuisse huiusmodi immunitatem respectu etiam bonorum , fatendum est,vt disertis verbis asseritur *in cap. quamquam,de cens.* ibi , *Ecclesiæ Ecclesiasticæque personæ , & res ipsorum non solum iure humano,quinimo & diuino à secularium personarum exactionibus sint immunes,* & in Concil.Trid *d.sess.25. cap.20. de reform.* dicitur,*Immunitas hæc Dei ordinatione , & Canonicis sanctionibus instituta est,* quibus verbis apertè diluitur callida quorundam interpretatio, qui putarunt verba,de quibus *in d.cap.quamquam* , ibi, *de iure diuino, & humano intelligi posse de iure positiuo , scilicet canonico , & ciuili.* Nihilque refert hanc immunitatem respectu bonorum ocularitèr non legi,scriptam in sacris Scripturis , quia vt iuris diuini dicatur, sat est,quòd ex testimoniis,vel exemplis ex ipsa sacra pagina depromptis, vel traditione Ecclesiæ deducatur,provt egregiè hæc immunitas deducitur *ex Gen. cap.47.*vbi Ioseph Prorex Pharaonis,Sacerdotes, & eorum agros,etiam eis à Rege traditos in primæua libertate dimisit,quamuis reliquos totius populi seruituti Regis subegerit,& meminit etiam Ioseph. *de antiq.Iud.lib.2.cap.4.*& Diodor.Sicul.*in 2. lib. histor.* & Herodotus *in Euterp.lib.2.*Hinc appositè in dicto Concil.Lateran.de quo *in cap.non mirum , de immunit.Eccles.in 6.* infertur, non decere Ecclesiam Dei minus liberam esse tempore Principum Christianorum , quàm fuerit tempore Pharaonis. imò & addi potest tempore etiam Ethnicorum , qui Flamines, Augures,Salios, Fæciales, aliósque Sacerdotes vnà cum bonis ipsorum immunes, & liberos à tributis reddebant,vt obseruat,& inde ad propositum nostrum arguit Præpositus *in cap.si tributum , num.5.* & *ibid.*Cardin.*11.quæst.1.* & sequitur Ioan. Anton. de Nigr.*in repet. Extrauag. vnica num.243. de vita, & honest.Cleric.* Plot.*in addit.ad vlt. cons. Laudens. sub nu.*8.Aliaque exempla deduci possunt ex *1.Esdr. cap.7.& Numer. cap. 3.* & luculentius testimonium patet apud *Matth.cap.17.* vbi filius Regis , qualis est Christus , qui est filius Regis regum, eximitur à tributo Principis,Ecclesiam autem,& Ecclesiasticas personas,tamquam sponsam,familiarésque , & domesticos Christi eadem prærogatiua inferunt D.Hieron.*ibid.*& D.August. *lib.1. qq. Euangel. q.23.* Ioan. Anton.Niger *in repet.extrauag. vnic. numer.223. de vita,& honest.Cleric.*& doctè Suarez *ad Regem Angliæ de immun.Eccles.lib.4.cap.5.num.12. & capite* 8. *num.16.* quæ testimonia , & exempla ad hanc rem rectè perpendunt Card. Bellarm. *controuers. tom.1. lib.1.de Cleric. cap.28. in 4. & 5. propositione.* vbi pluribus comprobat hanc immunitatem esse de iure diuino,& idem firmarunt Ioan.Montaig. *de collat. Parlam. p.2. num.11.* Butsar. *cons.42. numer.1. libr.1. & cons.186.num.8.lib.2.* Borell. *cons.44. num.1.*Plot. *in add.ad vlt.consil.Laudens.num.8.* Euerard. *cons.30. num.23.ad fin.*Ceual. *comm.contra commun.quæst.899. num.39.& 42.*Cabed.*decis.83, num.19. p.2.* Thom. Boz . *de iure stat.Eccl.libert. lib.4. cap.8.* plenè Palaus Comitol.*resp.moral.lib.1. cap.97. numer.6.& seq.*Suarez *ad Regem Angliæ ,d. lib.4. cap.8. num.9.* qui alios plures enumerat,& bona dum Ecclesiis tradùtur eo ipso eximuntur à dominio,& potestate laicorum,& ex speciali iure sub dominio Christi Domini constituuntur.Nec per metaphoram,sed per omnimodam proprietatem,ita vt tale dominium Christi in his bonis Ecclesiarum sit proximum,& immediatum,illique dicatur acquisitum tamquam principali domino,vt per Innoc.*in cap.cùm super, numer.3. de cauf.possess.& propr.& in cap.verum, num.2. de for. compet.*Afflict. *decis.361.num.22.& seq.* & post Suarez *d.lib.4. cap.17. num.9. & cap.18. num.5.& 7. & cap.21.nu.5.*pluribus comprobat Comitolus *resp. moral.lib.1.cap.70.&* 71.

2. Vnde si Christus Dominus omninò immunis fuit à tributis,vt ad literam habetur apud *Matth.17.* & *ibi* notant SS.Hieron.Chrys.& Ambros. atque alij per Suarez *d. lib.4.cap.5.num.1.in fine.* Consequens est etiam bona Ecclesiarum,quæ subsunt immediato, & proximo dominio Christi Domini , immunia esse ab omnibus tributis,vt per eumdem Suarez *libro 4. cap.18.num.5.& 7.cap.21. num.5.* vbi quòd hoc est valdè consentaneum diuinitati,& excellentiæ personæ suæ.Præterea si bona patrimonialia Clericorum etiam laicalia sunt immunia ab oneribus laicalibus, ob dignitatem personarum, quæ dignitas personæ influit immunitatem in ipsa bona , illa enim adhærent personæ Clerici,nec persona dici potest plenè, ac perfectè exempta,nisi etiam illius bona exempta sint.Ita Abb.Dec.Felin. & alij Canonistæ communiter *in cap.Ecclesia S.Maria, & in cap. qua in Ecclesiarum , de constitut.* Bald. *in lib.2. C. de Episc.& Cleric.*& alios refert,ac sequitur Suarez *d.lib.4.c.25. num.4.& seq.*Ergo multò magis idem erit in bonis Ecclesiarum,tum,quia perpetuò sunt Ecclesiastica, & in diuinum cultum per se ordinantur:tum , quia non Clericorum,qui Christi famulatum agunt , sed ipsius Domini patrimonium sunt, & vt dictum est, sub immediato dominio Dei;patrimonialia verò bona Clericorum sunt quidem sub eorum dominio,sed hoc dominium illis competit vti ciuibus,non autem vti Clericis, & tamen propter sacram qualitatem

cohærentem

cohærentem personæ bona sunt immunia, quæ ratio fortiùs vrget in bonis Ecclesiarum, vt perpendit Suar. *vbi sup. cap.16.num.11. & cap.17. num.1.*

3. Nec quicquam verò facit, antiquitus aliquando Clericos soluisse tributa Principibus laicis, hancque exactionem cessasse iisdem Principibus indulgentibus, quoniam id accidit tempore quo nondum Principes Euangelij iugo ceruices suiecerant, & facultas ipsa, seu immunitas à collectis, & tributis Clero competebat quidem de iure, sed adhuc de facto & malè exigebatur, & sic immunitas à iure diuino profecta est, immunitatis autem vsus, seu exercitium emanauit à Principum Orthodoxorum sanctionibus, qui Principes Christiani non verè, & propriè Ecclesiasticis bonis exemptionem concesserunt, sed potiùs detexerunt, & in eam à Deo concessam consenserunt, illiusque exercitium iussere, & hoc benè agnouit Iustin. *in dict. leg. sancimus 20. C.de sacrosc. Eccl.* ibi, *cur enim non facimus discrimen inter res diuinas, & humanas?* & cur competens prærogatiua cœlesti fauori non conseruetur? & sic annuit hanc immunitatem non suæ munificentia, quam aliis in rebus, & locis sæpiùs glorioſus commemorat: sed à dictamine diuino, & à natura affluxisse, & benè ratiocinatur Comitolus *resp. moral. lib. 1. cap. 97. num. 11.* vbi etiam antiquam traditionem, & populorum mores circa hanc immunitatem recenset, & ita pariter respondet Suarez contra Regem Angliæ *d. lib. 4. de immunit. Eccles. cap. 6. num. 4. & cap. 21. num. 3. & 8.*

4. Nec obstat potissimum fundamentum Communitatis, quòd hæc onera olim imposita essent istis prædiis, quæ postea in Ecclesiam peruenerunt, & ideo transiisse effecta tributaria, & cum eodem onere ad quoscumque quamuis priuilegiatos successores; atque etiam in ipsas Ecclesias, iuxta *can. tributum 23. quæst.8.*

5. Quoniam pro responsione duo firmanda sunt, vnum in facto, alterum in iure: in facto quòd antiquitus hæc prædia erant eiusdē Ecclesiæ Archipresbyteri Porzenei, & paucis solummodo ab hinc annis distracta in laicos, à quibus in Catastro communitatis redacta sunt, detecta autem nullitate alienationis, iure merito Ecclesia, & pro ea Archipresbyter modernus in iudicio spolij fuit reintegratus, propterea, vt reintegratio suum plenarium consequatur effectum, opus est quòd Ecclesia recuperet prædia libera, & immunia à quibuscumque oneribus, prout erant antequam ab Antecessore distraherentur, & consequenter reuocanda sunt, & descriptio in Catastros, & impositio onerum, quæ tempore vsurpationibus laicorum sequuta sunt, tantum enim restituere debet reintegratio, quantum abstulit distractio *lib. fin. §.fin. ibi* Bart. & alij, *C. de sentent. pass. l. quod si minor.§. restitutio ff. de minor.* & notat. Odd. *de restitut.in integr.p.1.quæst. 44. art. 3.num.23.& seq.* & retrotrahenda est hæc reintegratio, perinde ac si semper penes Ecclesiam prædia permansissent, ad *l.1. §. vltim. ff. de quæst. lib.1. C. de sent. pass.* Bald.*in l. posti editam,num.1.C. de impuber. & aliis subsitit.* Costa *de retrotract. cap.8. cas. 17. num.2. & seq.* quæ si permansissent, neque relata in Catastro, neque onera fuissent imposita.

6. In iure autem illud notandum est, quòd bona semel à laicis etiam legitimè possessa non semper cum onere tributi, & vectigalis transeunt ad Ecclesiam, sed cum distinctione trium specierum bonorum.

7. Prima est species bonorum, quæ habet, & possidet Ecclesia iure spirituali, & diuino, vt decimæ & oblationes, & hæc semper, ac perpetuò immunia sunt à quibuscumque oneribus secularibus tam præteritis, quàm futuris, quia immediatè habet à Deo nec commiscenda cum laicis, vt *in Numer. cap.18.* & notant Canonistæ communiter *cap.si tributum 11. quæst.1.& in cap.secundum 23.q.8.*

8. Alia sunt bona, quæ à priuatis quidem habuit Ecclesia, sed ad cultum diuinum, & officium spirituale sunt destinata, vt situs Ecclesiarum, & Cœmeterium pro sepulturis, hortus iuxta Ecclesiam, & sunt hæc pariter immunia semper ab omnibus tributis, & oneribus ne dum publicis, & Regiis, sed quod magis est, etiam priuatis, & præexistentibus ob eorum specialem sanctitatem, vt habetur *in d. cap.secundum 23.quæst.8.* & per Baldum *in l. omnes, num. 12. C.de sacrosc.Eccles.* & doctè tradit Turrecrem. *in cap. si tributum 11.quæst.1. & in summa de Eccles. libr. 1. cap.98.in respons.ad 7.argum.* Ioann.Anton.de Nigr. *in repet. extrauag. vnic. num.242. de vita, & honest. Cleric.* Suar. *ad Reg. Angl. de immun. Eccles. libr.4. cap.17.numer.6. & 7. cap.19. num.2. & 8.* & latiùs *cap.20.num.27.*

9. Tertia est species bonorum, quæ possidet Ecclesia sorte temporali, & iure ciuili, vt titulo venditionis, legati, vel alio simili, &c. Et in his etiam subdistinguendum est, & quoad onera imposita de tempore quo penes Ecclesiam bona reperiuntur, certum est ipsi omnino suffragari immunitatem, ex superiùs deductis, & Bart. *in lib.rescripto, §.fi.num.5. vers.videte, ff.de minor.* ingenuè fatetur nullum dari remedium, seu cautelam, quòd Clericis, seu Ecclesiis pro eorum prædiis imponatur collecta, cùm laici non possint edere legem per quam libertas Ecclesiastica infringatur, & Scriptores omnes Catholicos sine dissensione hoc admittere monet Suarez *ad Reg. Angl. dist. lib.4. cap.20. num.2.* Fallitur autem idem Bart. *dicto loco*, dum subdit posse laicos à principio efficere tributaria, & affecta oneribus omnia prædia eorum Territorij, ita vt agri, qui postea ad Ecclesias peruenerint, obnoxij sint collectis imponendis, quia indirectè permitteretur contra libertatem Ecclesiasticam quod directè omninò prohibitum est. *c.qua in Ecclesiarum, de const. auth. Cassa. C.de sacrosc. Eccles.* Et alibi. Et licèt eo tempore quo vniuersum territorium efficitur tributarium, prædia sint sub iurisdictione laicorum: attamen hoc tempus inspici non debet, sed illud, quo ipsæ collectæ imponuntur, tunc enim formam habent, & solummodo radicem aliquam causalem, & remotam habuerunt à statuto, quod etiam dum facit territorium tributarium pro collectis imponendis, habet tacitam conditionem, scilicet si imponantur, quæ conditio cùm sit potestatiua, non retrotrahitur in præiudicium Ecclesiæ, quæ medio tempore acquisiuit, nec tunc subiacent iurisdictioni laicorum, ita eleganter Bartolus impugnando arguit Bald. *in lib. omnes num.12.13.& 14.cum seq.C.sine conf. vel. reliq. fund.compar.non poss. & in l. placet, num. 10.* vbi quòd Bart. in casu quem posuit, non dicit verum, *C.de sacrosc.& in l. neminem*, requiritur ad effectum vt ad Ecclesiam transeant prædia cum suis oneribus, & infrà dicetur, *& conf.112. num.7. lib.2.* vbi quòd Bartol. contra omnes, & non benè loquitur, neque dicit verum, & quòd illius cautela non valet vnam festucam, quia non potest considerari tributum nisi post indictionem, & specificationem, quæ fieri nequit postquam res fecit transitum ad Ecclesiam. Ab. *in cap.fin.num.13. de de vita, & honestate Cleric* Ias. *in dict. l. placet, num 21.* vbi quòd dictum Bartoli est falsum, & damnatum per omnes, & idem testatur Guido Pap. *quæst.381.* Ruin. *consil.117. num.8. lib.4.* Felin. *in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ num.76. de constit.* Plot. *in addit.ad consil.vltim. Lauden. num.10. & 13.* qui testatur ita fuisse declaratum à Senatu Mediolani

pro

pro Monialibus sanctæ Claræ Nouariæ, Alba. *conf.* 8 *num.* 4. *& seq.* vbi quòd huiusmodi statutum volens prouidere oneribus, quæ adhùc non sunt in rerum natura, & volens fingere id, quod non est, non caret suspicione fraudis. Syluianus *conf.* 9 *n.* 29. *& conf.* 32. *num.* 11. Marcabrun. *conf.* 40. *num.* 29. vbi dicit communem esse hanc opinionem. Paseth. *conf.* 31. *num.* 8. Vegg *consil.* 7. *num.* 11. Grass. *communn. opin. lib.* 1. *cap.* 18. *quæst.* 2. qui pariter de communi testatur Remig. Gony *de charitate subsid. quæst.* 62. *num.* 16. vbi quòd hæc est tutior opinio, Cardin. Alban. *de immunit. Eccles. n.* 92. asserens hanc esse opinionem Legistarum validissimis rationibus confirmatam, & quòd graue piaculum committeret quicumque contrarium sentiret. Ceual. *commun. contra commun. q.* 899. *num.* 72. *&* 106. qui plures alios cumulat. Rimin. iun. *conf.* 25 *num.* 23. Azor. *Instit. moral. part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 13. *quæs.* 1. Thesaur. *decis.* 134. *num.* 5. Ioan. Anton. Niger. *in repet. extrauagan. vnic. de vita. & honest. Clericor. num.* 190. Alphonsus de Montalu. *in foro leg. Castell. lib.* 1. *leg.* 2. *vers. in contrarium*, Mattien. qui alios congerit, *ad l. Hispan. l.* 5. *d.* 11. *glos.* 5. *num.* 5. Guttier. *pract. qq. lib.* 2. *quæst.* 132. *num.* 5. vbi de veriori, & communiori opinione testatur.

10. Nec potest dici statuentes tunc vinculum iniecisse, dum territorium effecerunt tributarium, quo tempore iurisdictionē habebant in prædiis, quæ postea ad Ecclesiam peruenerunt, & sic transire cum suo onere, quoniam vinculum propriè iniectum est, dum collecta imponitur, tunc enim declaratio illa de toto territorio tributario suum sortitur effectum, cum tributum imponitur, & res non dicitur esse tributaria, nisi quando re vera, & ipso facto debita est solutio suis singulis temporibus, & contributio, vt post alios tradit Alba *conf.* 8. *num.* 5. *& seq.* & tunc solùm dicitur actus perfectus, & consummatus, vt declarat Cardin. Albanus *de immunit. Eccles. num.* 70. *&* 71. hoc autem tempore bona sunt extra iurisdictionem laicalem, & subiectum est inhabile ad recipienda onera laicalia, resque dicitur deuenisse ad casum, à quo non posset incipere, & conferunt tradita per Bald. *conf.* 112. *num.* 7. *lib.* 2. Alex. *conf.* 210. *num.* 11. *& conf.* 211. *num* 4. *lib.* 2. Ruin. *conf.* 204. *num.* 11. *lib.* 1. Surd. *decis.* 20. *num.* 8. Alba *d. conf.* 8. *num.* 4. Cardin. Alban. *vbi supra num.* 70.

11 Quòd autem ad onera imposita, priusquam prædia ad Ecclesiam peruenerint, ad hæc tunc solummodò tenetur Ecclesia quando copulatiuè hæc omnia currunt, quòd scilicet onera sint vera realia ipsis fundis infixa, imposita sint bonis propter bona, non autem personis propter bona, quòd sint perpetua, certa, & inuariabilia, non autem ex aliquibus causis vrgentibus, & illis cessantibus remouenda. Ita docent Canonistæ *in d. cap.* 1. *de immun. Eccles. in* 6. vbi præcipuè Geminian. *num.* 9. Abb. *in cap. fin. num.* 12. *de vita, & honestat. Clericor.* Turrecrem. *in c. si tributum.* 11. *q.* 1. *vers. alia verò.* Barbat. plenè *conf.* 1. *per tot. lib.* 3. Felin. pleniſſimè *conf.* 46. *in* 4. *dub.* Niger. *in repet. extrauag. vnic. de vita, & honest. Cleric. num.* 247. cum pluribus sequent. Comitol. *respons. moral. lib.* 1. *cap.* 94. *num.* 3. vbi omnia ista recensēt requisita, & sat est allegare magistralem decisionem in Brundusina Gabellæ 13. *Februar.* 1604. coram bon. mem. Penia, quam & passim sequitur sacra Congregatio *super controuers. iurisdictionalibus* per sanctissimum D. N. Vrbanum VIII. magno Reipublicæ Christianæ bono instituta, & in his terminis loquitur text. *in cap. tributum* 23. *quæst.* 8. ibi *de exterioribus Ecclesia*, quod constitutum est antiquitus (nempe illud quod antequam ad Ecclesiam peruenerint prædia) persoluendum est; *& in cap. si tributum* 11. *quæst.* 1. vbi per Turrecremam, & per Comitolum *respons. moral. lib.* 1. *quæst.* 93. *numer.* 16. Ceual. *commun. contra commun. quæst.* 899. *numer.* 106. Alphons. de Montalu. *in for leg. Castell. l.* 1. *dict. l.* 2. *ver. ad quorum corroborationem, fol.* 13. *col.* 3. & Suarez *ad Reg. Angliæ, d. lib.* 4. *c.* 2. *n.* 13. qui etiā obseruat ibi Vrbanum I. loqui iuxta morem sui temporis, quo Imperatores erant Ethnici, & Ecclesia nondū sibi libertatē actu vindicauerat ab huiusmodi tributis, & in hoc casu dum Ecclesia soluit collectas, non soluit vti tributum, & recognitionem dominij, vel superioritatis, quam regulariter indicat tributi exactio, vt ex c. 1. *de censibus.* Sed ob conditionem inhærentem rei, & inseparabilem, & quemadmodum erga priuatas personas solueret census, & teneretur ad hypothecas, quæ ab eius authoribus laicis priùs impositæ essent, ita pari ratione tenebitur Ecclesia ad tributa, quæ vel ex pacto, vel alia ex causa, & conuentione Princeps, dum prædia possessa à laicis sub eius erant potestate, infixit iisdem prædiis, vt bene per Fratrem Ioan. de Neapol. Ordin. Prædic. *in qq. Parisiens. q.* 39. *p.* 3. *ad* 4. *argumentum.*

12. Imò Cardinalis Albanus *de immun. Eccl.* Guttierr. *pract. qq. lib.* 1. *qu.* 3. *num.* 15. *vers. præterea*, & fusiùs Suarez *dict. lib.* 4. *cap.* 20. *n.* 6. *quæst.* 11. *& seq. vsque ad fin.* asseuerant tunc demum bona translata in Ecclesias retinere onus, & obligationem soluendi tributum, quatenus hoc tributum à Principe priùs impositum fuerit expresso pacto inter ipsum, & priuatos inito, vel ex peculiari dominio illius prædij, itaut ipse in priuatos transtulerit, hac sibi reseruata pensione, censu, seu collecta, non autem si exegisset ex sola vi Regiæ potestatis, & iurisdictionis, hæc enim tunc penitus expirat, cùm bona ad Ecclesiam perueniunt, & res deuenit ad statum, qui incapax est illius subiectionis tributi erga Principem laicum, quod secus est in pactis, & conuentionibus per viam contractus initis, quia vis illorum transit, & continuat in quibuscumque personis quomodocumque exemptis, & priuilegiatis. Felin. *in cap. Eccl. S. Mariæ. num.* 77 *de constit.* Vegg. *conf.* 7. *num.* 5. *& seq.* Bellon. *conf.* 40. *nu.* 4. *&* 5. Festus *de collect. part.* 4. *cap.* 2. *numer.* 31. Alderan. Mascard. *de gen. interpr. stat. conclus.* 1. *num.* 100. Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 13. *quæst.* 1. *vers. secundò sciendum est*, vbi quòd ratione pacti, vel conditione adiecta in legato, siue contractu Ecclesia tenetur ad collectas bonorum, ad quas alias non teneretur, & per Suarez *vbi supra nu.* 6. *&* 15. *in fin. num.* 18. vbi respondet ad motiuum, quòd res transit cum suo onere; *num.* 9. & prudenter indicat, quomodo probari possit prædia fuisse sub particulari dominio Principis, vel tributum solui ex conuentione, non autem ex solo iure vniuersali principatus, quibus consequens est, vt cùm onera, de quibus agitur, non sint antiqua, nec infixa essent, dum ad Ecclesiam primò hæc bona transiuerunt, & conuentio omnino excludatur nullatenus Ecclesia ad illa onera teneatur.

13. Nō obstat hæc prædia descripta esse in Catastro laicorum, ex quo regulatur taxa onerum, & inde Archipresbyterum teneri ad collecta, iuxta doctrinam Baldi *in Authentic. sed & periculum, num.* 2. *vers. hoc verum nisi Ecclesia. (sine censu, vel reliq.* &c. vbi quòd si Ecclesia facit æstimum, tenetur ad collectas in vim sui consensus, non ex vi iurisdictionis laicorū quoniam hæc descriptio in Catastro non fuit facta de consensu Rectoris, sed illorum laicorum, qui Ecclesiam hisce bonis spoliarunt, vt *suprà* dictum fuit. Imò etiam si facta fuisset de Rectoris consensu, hoc non præiudicaret Ecclesiæ. sed opus fuisset auctoritate, & assensu Summi Pontificis, cuius interest communibus Ecclesiarum vtilitatibus prouidere, vt *in. dict. c. aduersus, de immunit. Eccles.* & in puncto. Abb. ibi

ibi num.1. & 4. & in cap. non minus, num.18. eodem tit. & conſ.13. num.1. & 2. lib. 2. Marant. *conſ. 99. 203.num.4. & ſeq.* vbi declarat doctrinam Baldi procedere data legitima deſcriptione in æſtimo, ſeu Cataſtro, nempe quòd acceſſerit auctoritas Sedis Apoſtolicæ.

14. Non obſtant ſolutiones factæ, quoniam aut proceſſerunt à laicis, & tunc non preiudicant Eccleſiæ laici quippe tanquam ſubiecti tenebantur ad collectas; dum verò extat perſona immunis, ceſſat ratio ſubiectionis, & ſic etiam obligatio, mutata enim perſona, mutatur ſtatus rei. *l.1.C.de imp. luer. deſer.lib.10.* Gemin. *in dict.cap.1.n.9.de immun.Eccleſ. in 6.* Anchar. *conſ.129.ſub num. 2.* Niger. *in repetit. extrauag. vnic.de vita, & honeſtate Cleric. num. 224.* Marant. *dict.conſ.99.num.3. & 4.* Gutier. *pract. quæſt. lib.1. quæſt.3. num.15.* vbi poſt Matienſ. dicit hunc eſſe caſum mirabilem quo res non tranſit cum ſuo onere, atque, vt *ſuprà* dictum fuit, reintegratio conceſſa Rectori debet abolere quicquid poſt alienationem geſtum eſt in præiudicium Eccleſiæ.

15. Aut verò ſolutiones prætenduntur factæ à Rectore, & tunc nec etiam præiudicant, cùm Rector nó potuerit tollere priuilegium libertatis Eccleſiæ, non enim eſt perſonale beneficium, ſed ipſi Ordini Eccleſiaſtico, & ipſis bonis Eccleſiarum conceſſum, cui geſta priuatorum præiudicare non poſſunt; & in hoc caſu opus fuiſſet aſſenſu Summi Pontificis, vt dictum fuit, & notatur à Caſtr. *conſ.423.num.2.lib.2.* Ceual. *commun.contra commun.quæſt.899.n.107. ad fin.* & Modernus Rector quatenus ſoluiſſet, non inde tamen priuatus cenſetur ſua immunitate abhiſce collectis, & oneribus, quæ de iure ſibi competit, ad text. *l. voluntariè, C.de excuſ.tutor.* Alex. *conſ.33.num.2.verſ. ſed ea mihi. lib.5.* Caſtr. *dict.conſ.423. num.2.* Natt. *conſil.447.num.16.*

Et ita bis diligenter examinato articulo reſolutum fuit.

DECISIO ROTÆ
Coram eodem domino meo Merlino.

Die 28. Maij 1631. & eſt Deciſio magiſtralis, & menti tenenda.

§.1. SEntentiam latam extra Curiam, Domini dixerunt vitio nullitatis ex defectu iuriſdictionis laborare, promulgata enim fuit in foro, & tribunali laicali, tamen cùm ageretur de bonis ratione directi dominij ſpectantibus ad Eccl. S. Mariæ in Coſmedin. cauſa erat omninò Eccleſiaſtica, & ab Eccleſiaſtico iudice, non autem à laico definienda. *cap. decernimus, extra de iudic. cap. bene quidem, cap. denique diſt. 96. cap. continua, cap. relatum, cap. ſi qua cauſa, cap. placuit 21. quæſt.1.* in qua quæſt. per tot. Gratianus congerit decreta ad hoc ſpectantia ex ſacris Conciliis, & Summorum Pontificum reſcriptis deſumpta, & *in dict. cap. placuit*, deſumpto ex Concilio Carthag. III. habetur, quòd etiam Apoſtolus huiuſmodi cauſas ad Eccleſiã deferri, atque ibi determinari præcepit, & de veritate huius concluſionis nullus vnquam orthodoxus dubitauit, & ſi qui auſi ſunt impugnare, meritò ſemper ab Eccleſia fuerunt damnati, provt de Marſilio illo Paduano ſub Paſchali II. tradit Cardin. Turrecr. *in ſum. Eccleſ. lib.4.part.2.cap.37.* qui ſuper hoc refert extare extrauag. Ioan. XXII. quæ incip. *Licet.* Azor. *inſt. mor. part.1.lib.5. cap.52. verſ. in hoc procul dubio.* Bannez *in 2. 2. quæſt. 65. art. 1. & verb item Chriſtus.* Card. Bellar. *controu. tom.2. tit. Cler. cap.24. ante verſ. quinta propoſitio.* Quemadmodum enim laici quidquam ſtatuere non poſſunt circa bona Eccleſiaſtica ex defectu iuriſdictionis, & poteſtatis, *dict. cap. bene quidem, cap. ſi Imperator, diſtinct. 96. cap laicis 16. quæſt. 7. cap. cum laicis, extrà de reb. Eccl. alien. vel non* in quibus locis habetur, quòd laicis etiam religioſis obſequendi neceſſitas relicta eſt. non auctoritas imperandi, nullaque de rebus Eccleſiæ diſponendi attributa eſt poteſtas, & in his quæ ad Eccleſiam ſpectant, diſcere debent, non docere. *cap. Clericus, & cap. fin. de immun. Eccleſ. in 6.* vbi ſtatuentes ipſi anathematis pœna feriuntur, *cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, de conſtit.* ita nec etiam ſuper illis ius dicere, & ſententiam proferre poſſe non eſt ambigendum; paria enim ſunt forum ſortiri, & ſtatutis ligari, gloſſ. *in cap. quod Clericus, de foro compet.* Dec. *in d. cap. Eccleſ S. Mariæ, num.18.* Alexand. *conſil. 211.num.5.in fin.lib.2.* Rimin. ſen. *conſ.168. num.13. lib.2.* Berous *conſ.65.num.99. lib.1.* Surd. *conſ.2. num. 14 in fin. & conſ.338. num.16. ad fin.* ad propoſitum Theſaur. iun. *quæſt. forenſ. lib.2. cap.15. numero 12. in fine.*

2. Idque procedit etiamſi cauſa inter ſolos emphyteotas agatur, & ſuper ſolo dominio vtili, quod penes laicos exiſtit, quoniam dominium Eccleſiæ ſit connexum, & complicatum cum vtili, imò & eidem prædominans, ſitque dominium vtile, verè & propriè vna, ac eadem res, cum dominio directo, & eius naturæ vt directum ſemper ſequatur, ſicuti incrementum alluuionis, & inſulæ, vt dixit Oldrad. *conſ.440. num.7. verſ. & ideo tacitè*, quem ſequitur Surd. *conſ 57.num.24.verſ. & propterea.* & ſubiectum bonorum materialiter ſit ſemper perpetuóque Eccleſiaſticum, non poteſt ab ipſo dominio directè ſaltem actualiter ſeparari dominium vtile; nec ideo indirectè bona Eccleſiarum ſubiici iuriſdictioni, & iudicio laicorum. *cap. quanto, cap. caterum,* & *ibi* Canoniſtæ, *de iudiciis.* Cardin. *conſ.2. num.2.verſ. item in hæreditate.* Campeg. *inter conſ. Albert. Brun. conſ.2. num.34. ſub verſ. præmitto tertiò*, & alios congeſſit, & ſequuta eſt Rota acerrime examinato articulo, ſublatiſque contrariis argumentis in Romana Domus de Scapuccijs 19. *Ian.1614.* coram Reuerendiſſimo Domino meo Decano, & quoties caſus cotingit, ſemper eam poſtea ſequuta eſt vt *in deciſ.472.part.2. recent.* & penes Pacific. *de Saluiano, deciſ.239. num.6.* & in Romana de Schianchis 28. *April.1617.* coram Eminent. D. Card. Pamphilio impreſſ. poſt modern. Mantuani *controu. forenſ. cap.12. num.67.* & aliàs ſæpiùs, & ab hac opinione difficile eſſe recedere, admonet Grat. *diſcept. forenſ. cap.447. num.21.* Ita ratione huiuſmodi connexionis licèt Iuſpatronatus laicorum non ſit propriè ſpirituale, attamen quia eſt annexum ſpiritualitati, ideo ſuper illo iudicat ſolùm iudex Eccleſiaſt. *cap. quanto de iudic.* & poſſeſſio rei ſpiritualis licèt ſit merè temporalis, & laicalis, attamen etiam de poſſeſſione ſolùm cognoſcit iudex Eccleſiaſt. quemadmodum de ipſa proprietate, non autem laicus, cùm qualitas ſpiritualitatis qualitatem temporalitatis abſorbeat, & ad ſe trahat. Berous *in rub. de iud. num. 51.* Crauet. *conſ.258.num.8.* Roland. *conſ.12. num. 35. & ſeq. lib.2.* Vaſaſc. *conſul. 93. num. 3.* Menoch. *de recup. remed. 15, num. 205. & ſeq.* Couarr. *pract. qq. cap.35. num.1.* Gutier. *can. qq. cap. 34.n. 26. & ſeq.* late Azor. *inſt. mor. part. 1. lib. 5. cap. 14. quæſ. 1.* Duard. *ad Bullam Cœna, lib.2. can. 15. quæſt. 19. n.47.* Put. *deciſ. 361. lib.1. in antiqu.* Certum eſt autem maiorem connexitatem, & complicationem eſſe inte dominium directum, & vtile, quàm ſit inter proprie

tatem, & possessionem, vt per Beroum *in dict. cap. quæ in Ecclesiarum,num.13.de const.*

3. Itidem causa decimarum quæ datæ sint in feudum sæcularibus, discutienda est coram iudice Ecclesiastico,licèt enim dominium huiusmodi decimarum , scilicet fructuum illorum omninò spectet ad laicos,& feudum censeatur seculate,tamen quia oritur,& dependet à iure spirituali,& Ecclesiastico,non potest iudex laicus de illis cognoscere.Feder.de Sen. *cons.245.num.1.* Azor *inst.mor.p.1.lib.7.cap.39. quæst.3.* Moneta *de decim.cap.8.quæst.1. num.15.* Fagund.*sup. pr.Eccl.pr.5.lib.3. cap.5.num.5.* vbi Couarr. Rupell. & alios contrarium sentientes refellit.Provt & possessorium matrimonij,quamuis agatur inter personas merè laicas, quia habet admixtam causam, & titulum spiritualitatis,definiendum est à iudice Ecclesiastico.Couar.*de sponsp.2. cap.7.§.6. num.8. & cap.8. §.12.num.3.*Valasc.*dict. cons.93. num.2. ad med. vers. & in causa matr.*latè Molina *de ritu nupt.lib.2.diff.10. num.19.& seq.*

4. Et demum, quod fortius etiam videtur ratione pariter connexitatis dominij vtilis cum directo,emphyteutas Ecclesiæ non teneri ad collectas,& onera realia per statuta laicorum super rebus,& bonis imposita,censuerunt grauiss.DD. & originaliter dixit Bartol. *in l.priuata, num. 2.C.de excus. mun. lib.10.* Ias.*in authent. quas actiones, num.42. C.de sacr. Eccl.* Rip.*in tr.de post.tit.de priuil. ad conser. vber. num.124.* latè Petr.de Vbald. *in cons.2.post tr.de collect. per tot.* Sylu.*cons.9.per tot.* M. Ant. Eugen. *cons.96. num.23. lib.1.* D. Fachin. *controu. iur.cap.91. lib.1.* Menoch. *cons.444.num.27.*Ruin. *cons. 111. num. 10. vers. item nota quodl.5.* Remig.Gonny *de charit.subsid.quæst.61. num.29.& q.59.num.31.* Odd. *cons.70.per tot.*& præsertim *num.31.* vbi testatur hanc opinionem esse veriorem,solidioribúsque rationibus fundatam,necnon magis æquam, & securam, & *num.40.* ait hanc dici posse communem opinionem, cùm Bartolum, & alios grauissimos iuris sectatores habeat,Bursat.*cons. 42.num.22.lib.1.* & videtur etiam admisisse Rota *in d.Romana domus de Scapuccijs*,coram Reuerendissimo Domino meo Decano.

5. Et præter motiuum connexionis concurrit etiam prerogatiua qualitatis,& subiecti Ecclesiastici, hoc enim dominium vtile vasalli subiicitur,& famulatur directo dominio domini principalis Alc.*in l. si quis,in §.differemia,n.12.verb.aliud est.* & *ibid.* Zas.*n. 22.ff. de acquir. poss.* & bene per Surd. *cons. 57. n.23. vers.& propterea.*& in proprietate tanquam in prima causa inseparabiliter inhæret,sine qua nec subsistere potest,vnde meritò dominium directum cùm,sit Ecclesiasticum tamquam dignius , & potentius debet trahere ad suum iudicem,& forum discussionem super dominio vtili,quia semper,vt dictũ est *supra*,hoc dominium vtile residet in materia,& in re Ecclesiastica,veluti in suo subiecto, quemadmodum hac eadem ratione prærogatiuæ circa competentiam fori compertum est, quòd laicus socius Clerici sequitur forum eiusdem Clerici.Bart.*in l.fin. num. 15. ad fin.ff. de colleg.illic.*Aret.*cons.29.num.24. vers.secundum esset dubium,in fin.* Surd. *cons.222.num.3.& cons.396.num. 16.&* 18

6.Et maior itidem consors pupilli,aut minoris ratione iuris consortij gaudet priuilegiis ipsius pupilli, & minoris *l si communem, ff. quemadmodum seruitut. amitt.* Afflict. *decis.* 213. Franch. *decis.* 269. *num.3.* Odd. *de restit.in integr.par.1.quæst.46.art.10.num.34.* Sique aliter in hoc casu,vbi agitur etiam solùm de dominio vtili emphyteotæ, diceremus , sequeretur præiudicium ipsius Ecclesiæ,cui expedit habere magis vnum emphyteutam,quàm alium.Ita Berous *in d. c.qua in Ecclesiarum,n.9.de const.*& Rimin. iun.*n.12.* Bec. *cons.3.n.61.& 62.lib.1.*& in dicta decisione Romana de Scapuccijs coram Reuerendissimo Dom.meo Decano luculenter.& doctè ponderatum fuit. Et ita vtraque parte informante pro nullitate resolutũ fuit,



INDEX

INDEX

Rerum Notabilium huius Tomi Noni.

Litera prima Tractatum designat, Secunda Resolutionem, Tertia Paragraphum, Quarta Paginam.

A

Abbas. Abbatissa.

ABBATIBVS sui Regni an præcipere possit Rex, vt cum ipso eant ad bellum. tractat. 2. resolut. 29. §. 4. pag. 116.

Abbates, & Abbatissas olim Principes cum violentia eligebant. tract. 9. resolut. 5. §. 3. pag. 455.

Abbatum electiones diuersis personis, & statibus in sex diuersis temporibus concessæ sunt. tr. 9. res. 8. §. 2. p. 457

Abdicare.

* Vide verb. *Rex.*

Abiurare. Abiuratio.

Abiurare an debeat Christianus fingens se infidelem, & petens se baptizari, vt certam pecuniarum summam accipiat. tr. 1. res. 107. §. 5. p. 61

Abiuratio de formali imponenda est in S. Officio ei, qui dixisset Papam posse errare in Canonizatione, & Beatificatione Sanctorum. tr. 5. res. 22. §. 1. p. 363

Abrogatum,

* Vide. verb. *Consuetudo.*

Absens,

Absente Episcopo an eius Palatia gaudeant immunitate. tr. 1. res. 19. §. 5. p. 16

Absens Cardinalis an possit constituere Procuratorem ad eligendum Pontificem, &c. & suffragium ferendum in scrutinio. tractat. 7. resolut. 12. §. 1. p. 381

Et quid de iure. ibid.

Absentia.

In absentia an familiares Cardinalium gaudeant fructibus suorum beneficiorum. tr. 7. resol. 61. §. 1. p. 399

Absoluere. Absolutio Sacramentalis.

Absolutio non est deneganda vxoribus Clerici cõiugati, aut Græci, vel Equitis D. Iacobi, Alcantaræ, Calatrauæ, &c. durante viduitate, si gabellas defraudent. tr. 2. res. 156. §. 5. p. 171

Absoluere patrem in articulo mortis non potest Confessarius, nisi prius reuocet testamentum, vbi filium exhæredauit ex eo, quòd nupserit contra eius voluntatem, non obstante quod sit statutum laicale tale matrimonium prohibens. tr. 2. res. 223. §. 3. *Notandum est*, in fine. p. 213

Absoluere à iuramento an possint Cardinales in suis titulis. tr. 7. res. 52. §. 1. p. 396

* Vide verb. *Diœcesis. Violantes. Episcopus. Excommunicationis absolutio, & eius notationes.*

Accedere.

* Vide verb. *Dies. Distare.*

Acceptare. Acceptatio.

Qui non acceptauit promissum pecuniæ pro homicidio, an sit assassinus. tr. 3. res. 87. §. 10. p. 51

De acceptatione, publicatione, & contrario vsu Legum Pontificiarum, præsertim in materia Immunitatis Ecclesiasticæ. tr. 2. res. 345. §. 1. p. 302

Accessorium.

* Vide verb. *Matrimonium.*

Accidentale.

* Vide verb. *Matrimonium.*

Accipere.

Qui accipit paruam quantitatem pecuniæ pro homicidio faciendo, an sit assassinus. tr. 1. res. 87. 11. pag. 52

Acquirere.

Acquiri an possit à Principe laico præscriptione collatio Episcopatuum, & aliorum beneficiorum. tr. 2. res. 30. §. 1. p. 116

Acquirere ius collectandi Clericos an Principes laici consuetudine possint. tr. 2. res. 239. § 1. p. 216

Acquirere iurisdictionem in laicos ex consuetudine vel præscriptione an possit iudex Ecclesiasticus, & non è contra. tr. 2. res. 284. §. p. 243

Actor.

Actori, vel Fisco an sit deneganda appellatio, si Episcopus pronunciet reum esse Ecclesiæ remittendum tr. 1 res. 118. §. *Quæro quinto.* p. 72

Actor quomodo, & & quando debeat sequi forum rei? Et an possit fieri statutum, vt reus sequatur forum actoris. tr. 2. res. 280. §. 7. p. 239

Si tanquam actor Clericus minor litigat coram iudice laico, an possit ipse iudex dare ei curatorem ad litem, tr. 2. res. 283. §. 2. p. 242

Actus.

Actus attentatus an sufficiat ad incurrendam excommunicationem Bullæ Cœnæ contra violantes Immunitatem Ecclesiarum. tr. 1. res. 4. §. 1. p. 5

Vbi, quod non sufficiat sola cogitatio extrahendi, sed requiritur, quòd sit deuentum ad aliquem actum exteriorem. ibid. §. 2

Actus, per quos adoratio exercetur, explicantur, ex quibus infertur, quomodo distinguatur adoratio, tr. 4. res. 2. §. 1. p. 321

Actum aliquem, an sit simoniacus, vel non aprobando vel reprobando, Pontifex an possit errare. tr. 5. res. 26. §. 1. p. 366

* Vide verb. *Degradatio.*

Actum.

Acta in conclaui circa electionem Pontificis nemini manifestare Cardinales exeuntes è conclaui iuramentum præbent. tr. 7. res. 105. §. 5. p. 418

Addere.

Addi octauus septem Germaniæ Electoribus Imperatoris an possit sine assensu Summi Pontificis. tr. 10. res. 1. §. 1. p. 459

Adhibere.

Adhiberi non debet iterum consecratio Ecclesiis semel consecratis

consecratis, nisi ab igne exustæ, aut sanguinis effusione, aut cuiuscumque seminis pollutione pollutæ fuerint. tr.r.ref. 138. §.1.p. 90
Qui adhibentur, assumpto aliquo habitu Religioso, ad seruitia & obsequia Monialium, & ad petendum pro ipsis elemosynam, an gaudeant priuilegio Canonis. tr.2. ref. 163.§.4.p.177
Adhibere Collegium Cardinalium an Papa teneatur in puniendo & damnando Cardinali, vt simul cognoscat, & iudicet tr.7. ref. 74.§.1.p.402
* Vide verb. *Seruitium.*

Adiens. Adire.

* Vide verb. *Impeditus.*

Addicere.

Addicere Adiutorem cum futura successione Papa non potest. tr.6.ref.4.§.1.p.371

Adiutor.

* Vide verb. *Addicere.*

Admissum. Admittere.

* Vide verb. *Impuberes. Feudum. Seruiendum.*

Adoratio.

* In primo indice posito in principio huius tom.9. Tractus 4. *de Adoratione, qua Summum Pontificem Catholici venerantur*, ipse titulus demonstrat omnes quæstiones prædicti Tractatus pertinere ad hoc verb. *Adoratio*, vbi curiosa, & notabilia reperies.
Et quare adorationem Cornelij D. Petrus respuit. tr.4. ref. 17. §. 1. p.p.336

Adscriptio.

Adscriptio in Ecclesia an hodie sit necessaria de mandato Episcopi, vt Clericus in minoribus gaudeat priuilegio fori, vel sufficiat, quod realiter fiat seruitium in diuinis tractat. 2. resol. 137. §.5. pag. 164

Aduena.

Ne aduenæ assumantur ad beneficia, non possunt Principes authoritate propria statuere. tr. 2. ref. 99. §.2. pag. 149

Aduocans. Aduocatio.

Aduocatio causarum spiritualium ad laica tribunalia an vetita sit sub censura Bullæ Cœnæ, si causæ aduocantur à iudicibus Sedis Apostolicæ. tract. 2.ref.40. §.1.p. 123
Et quid, si iudices Ecclesiastici negligentes sunt in huiusmodi causis cognoscendis. ibid.§.3
Aduocantes ad se iudices laici causas Ecclesiasticas an excusentur ex tolerantia Summi Pontificis. tr.2. ref. 41. §. 1. ibid.

Aduocatus.

Ne in aduocatos laicos Ecclesiarum perpetuo, vel ad tempus non modicum constituant Prælati Ecclesiarum sibi commissarum, prohibitum est. tr. 11. ref. 5. §.2. p.467

Adulter. Adultera. Adulterium.

Adulter an gaudeat immunitate Ecclesiæ. tr.1.ref.27.§. *Quæro septimo* p. 22
Adulterum an iudex laicus possit punire, vel an hoc crimen sit mixti fori. tractat. 2. resolut. 291. §.2. pag. 245
De adulterii crimine quando iudex laicus, & Ecclesiasticus cognoscere possint. ibid.
Adultero ad pœnam sanguinis imponendam an solus iudex laicus competens, & quoad alias pœnas sit causa misti fori. ibid.§.2
Idem est, si de amissione dotis adulteræ agatur. ibid.
Et de diuortij causa an solus iudex Ecclesiasticus sit competens. ibid.§.4
Et quid, quando quæstio mota est de alimentis præstandis adulteræ à viro separatæ. ibid.

Ædificare.

Si ædificetur de nouo tota Ecclesia, destructo vno pariete successiuè post alterum ex intentione renouandi eam, an amittat consecrationem. tr. 1. ref.130. §.1. pag.84
Ne ædificari de nouo Ecclesiæ,& Monasteria possint in suo statu sine eorum licentia, si Principes statuerint, an derogent immunitati Ecclesiasticæ. tr. 2.ref. 202. §. 1. p.197
Vt ædificari possint Ecclesiæ per totum orbem an facultatem Constantinus Imperator concesserit. ibidem §. 3

Ædilis.

Ædilis non potest Clericum compellere, vt domum ruinosam destruat, ne vicinis noceat, neque pro plateis mundandis, vbi ipsi degunt, pœnas pecuniarias extorquere. tr.2. ref. 97.§.3. p.148

Ægritudo.

Ægritudine Cardinales laborantes non possunt sanguinis emissionem pati sine licentia speciali Papæ.tr.7. ref.29.§.1.p.386
* Vide verb. *Infirmitas.*

Ætas.

De qua ætate debeant esse Cardinales. tr.7. ref.5. §.2. p.377
Vbi, an quispiam in Diaconum Cardinalem assumi non possit,nisi saltem in 22. suæ ætatis anno fuerit institutus. ibid.
De qua ætate debeat esse Episcopus. ibid,§.2

Afficere.

* Vide verb. *Bulla Cœna.*

Ager.

Agrorum de populatores diurni, quia de nocturnis non est difficultas, an gaudeant Ecclesiæ immunitate.tr.1. ref. 58.§.5. p.39
Si agris alienis animalia, seu pecora Religiosorum damnum faciant, an ea defendere debeat Conseruator illorum, & ad illum, & non ad iudicem laicum hæc causa pertineat. tr.2.ref 270.§.3.p.235

Agere.

Agere contra reum an possit iudex laicus, qui non mandauit extrahere reum ab Ecclesia, sed satellites, vel alij extraxerunt eum vi, vel dolo: vel an teneatur illum Ecclesiæ restituere. tr. 1. ref. 110.§.1. pag. 64

Alapa.

Qui alapam alicui viro nobili dedit proditorie ex proposito, & sub spe amicitiæ, an gaudeat immunitate Ecclesiæ, tr,1.ref,98.§.1.p.56

Alienare.

Alienari an possint bona Confraternitatum sine assensu Summi Pontificis. tr,2.ref.177.§.1.p.182
* Vide verb. *Fructus.*

Alienatio.

In indice primo posito in principio huius tom,9.lege pro hoc verb. omnes quæstiones Tract.3. de *Statuto prohibente alienationem bonorum stabilium in Ecclesiæ, & Ecclesiasticas personas.*

Alimentum.

Alimenta an sint præstanda reo ab Ecclesia, dum reus existit in ea pro gaudenda immunitate. tr. 1.ref. 129. §. 1.p.80
De alimentis filio spurio debitis an iudex Ecclesiasticus cognoscere possit, vel an cognitio huius causæ sit mixti fori, tr.2.ref 295.§. 1.p.243
Sub alimentorum nomine quid intelligi censeatur; Vbi aliqua alia contingentia pro alimentis præstandis filio, spurio, vel parentibus filij spurij. ibidem §.3.
Quando de alimentis præstandis adulteræ à viro separatæ quæstio mota est, an iudex Ecclesiasticus sit competens,

competens. tr.2.resol.291.§.3.& 4.pag.245

Altare.

Altare non polluitur quamuis in eo excommunicatus non toleratus celebret. tr.1.res.131.§.7.p.86

Amicitia.

Qui sub amicitiæ spe ex proposito proditoriè alapam alicui viro nobili inferret, vel cum fustibus eum percuteret;an gaudeat immunitate Ecclesiæ. tr.1.res.98. §.1.p.56

Amicus.

Qui amicum suum reconciliatum occidit,tanquam proditor an careat immunitate Ecclesiæ. tr.1.res.82.§.1. pag.49

Amissio. Amittere.

An amittat reus immunitatem , qui deceptus fuit sub dolosis verbis , & fallaciis ad egrediendum ab Ecclesia,& iudex possit illum punire. tr.1. res.111. §.1. pag.65

An amittat Ecclesia consecrationem,si ex intentione renouandi eam vnus paries successiuè post alterum destruatur,& de nouo tota Ecclesia ædificetur. tract.1. res.130.§.1.p.84

An amittat priora beneficia electus ad Cardinalatum. tr.7.res.21.§.1.p.385

Non amittunt Cardinales ius suorum hæredum,quamuis eo ipso sint soluti à patria potestate in his quæ ipsis sunt commoda, tr.7.res.27.§.1.p.386

* Vide verb.*Dos, Res.*

Amortizatio.

Amortizationis leges an sint contra immunitatem Ecclesiasticam, tr.3.res.4.& 5.p.308

Amplectentes. Amplectere.

* Vide verb.*Opinio. Parietes.*

Anima.

Quod anima Beatificati sit in gloria, an remaneat tantum intra latitudinem probabilitatis , & certitudinis moralis ex vi præcisè solius Beatificationis,tr.5.res.20. §.1.p.360

Animaduertere.

Animaduertuntur aliqua in defensionem immunitatis Ecclesiasticæ.Vbi pro praxi aliqui casus. tr.2.res.16. §.1.p.108

Animaduersio.

Pro animaduersione mandati Regij , & Principis an Episcopi ad Summum Pontificem transmitti possint. tr.2.res.25.§.1.p.114

Animal.

Si animalia Clerici damnum , & noxam faciunt , non potest tamen Clericus pro illis conueniri coram iudice laico,nec teneri ad pœnas impositas. tr.2.res.97.§.2. pag.148

Contra animalia & pecora Clericorum & Religiosorum,quæ in alienis pascuis reperta fuerunt , an iudex laicus procedere possit. tr.2. res. 102. & 103. à p.150.& 151

Et an hæc causa ad Conseruatorem Religiosorum pertineat, & non ad iudicem laicum si eorum animalia, seu pecora damnum faciant in agris alienis. tr.2.res. 270.§.3.p.235

Animus.

Qui animo præmeditato *Appensatè* occidit aliquem, an gaudeat Ecclesiæ immunitate ? Et quid stando in terminis iuris communis. tractat.1. resol. 79. §.1. pag.48

Et quid,si animo præmeditato, non tamen proditoriè, seu per insidias occidit inimicum. tract.2. resol.80. ibid.

Qui animo complacendi tantum alicui homini homicidium perpetrauit,an sit assassinus. tr.2. res.87. §.15. pag.52

Animo restituendi gabellas in fine anni an licitè Senatus Panormitanus, vel aliqua alia Re. exigere eas ab Ecclesiasticis. tractat.2.resol.243. §.1. pag.220

* Vide verb.*Subtrahendum.*

Annata.

Ne annatæ soluantur ex suis Regnis Summo Pontifici sine eorum consensu,an Prin cipes prohibere possint tr.2.res.339.§.1.p.292

Annona.

Annonæ extractionem , vel introductionem videlicet vini,frumenti,olei, bladæ , leguminum , & huiusmodi statuta prohibentia an comprehendant Clericos extrahentes , vel introducentes huismodi bona, vel fructus ex suis prædiis collectos. tr.2. res.212.213. & 214.à p.203.& seqq.

* Vide verb.*Auferre. Comprehendere.*

Annus.

Ante annum pubertatis admissi in Religionem an gaudeant priuilegio canonis & fori. tract.2.res.163.§.3. pag.176

Appellatio sententia.

Appellatio an detur à sententia Episcopi declarantis reum non gaudere immunitate, tract.1. res.121. §.2. pag.74

Et quid,si sententia sit lata in fauorem rei. ibid.

Appellationes, quæ dicuntur tuitiuæ , an rectè à iudicibus laicis in causas Ecclesiasticas concedantur.tr.2. res.42.§.1.p.123

Appellatio coram quo facienda sit , quando causa decisa fuit per diuersos iudices , vnum laicum , & alium Ecclesiasticum. tractat.2. resolut.305. §. 1. p.252

Appellare an liceat à sententia Cardinalium ? Et quid à sententia vnius Cardinalis.tractat.7.resolut.66.§.1. p.400

Appellatio an detur à sententia Regis , & Præfecti, ibid.§.3

Si cum clausula *Appellatione remota* mandatur causa Cardinali,an censeatur excluſa etiam appellatio iusta. tr.7.res.67.§.1.p.401

Appellatio, seu Nominatio.

In appellatione vniuersitatis , populi , territorij , personæ exemptæ vt Ecclesiastici non veniunt in odiosis & onerosis , veniunt tamen , cùm sint pars Reipublicæ,in fauorabilibus. tract.3. resolut. 6. §.2. pag.309

In appellatione Clericorum , & in appellatione Curialium vrbis Romanæ an Cardinales veniant. tr.7.res. 68.§.1.p.401

Apensatè.

Qui *Appensatè*,vt vulgo dicitur, & ex præmeditata animi deliberatione,atque ex industria, non autem proditoriè , seu per insidias occidit aliquem , an gaudeat Ecclesiæ immunitate. tract.1. res.79. & 80. à pag.48.& seqq.

Aperire.

Aperire tabernas an possint laici,in quibus sine onere vectigalis Clerici confluere possint. tr.2.res.240.§.3. pag.219

Alius casus in quo aperienda sit taberna,in qua sine tributo Clerici confluere possint ad emendum vinum , panem, oleum,&c. iusto pretio.tract.2.res.244. §.3. pag.221

* Vide verb. *Baro.*

Apponere.

* Vide verb. *Declinatoria,Iuramentum.*

Apostata. Apostatare.

Apostata à Religione an gaudeat immunitate Ecclesiæ? Non autem in Ecclesiis & Monasteriis eiusd m Religionis à qua apostatauit,sed in aliis. tr.1.res.39.§.1. pag.29

Si apostataret à Religione Religiosus professus nunquam perderet priuilegium fori, etiamsi habitum dimitteret. tr.2.res.162.§.1.p.174
Apostata à Catholica Religione an gaudeat immunitate Ecclesiæ. tr.1.res.42.§.2.p.30
Apostatas à Catholica Religione an iudex laicus punire possit. tr.2.res.195.§.1.p.194

Apprehendere.

Qui apprehendit manibus ferrum, aut valuam Ecclesiæ, an gaudeat eius immunitate. tr.1.res.8.§.9.p.10
Apprehendentes Sacerdotem ambulantem non gaudent immunitate Ecclesiæ. tr.1.res.13.§.1.p.13
* Vide verb. *Possessio.*

Approbare, Approbatio.

Quando approbat maior pars Cardinalium aliquid, quod non bene determinatur in Consistorio, an possit tunc Cardinalis alius tacere. tract.7.resol.18.§.1. pag.383
Idem est pro quocumque alio Collegio, Vniuersitate, Communitate, &c. ibid.
In approbatione Religionum an Papa possit errare. tr.5. res.23.& 24.à p.364.& 365
In approbatione Religionum Papam non posse errare, qua certitudine credendum est. tract.5.resol.25.§.1. pag.366
In approbando vel reprobando aliquem contractum an Papa possit errare? Idem est de aliquo actu an sit Symoniacus, vel non. tr.5.res.26.§.1.ibid.

Arbiter.

Vt arbitro an possit Clericus se subiicere iudici sæculari. tr.2.res.71.§ 1.p.135
Et in dicto casu, si Clericus nolit stare sententiæ, iudex laicus non potest illum per se cogere. ibid.§.2
Arbitros an eligere teneantur, quando duo iudices sunt ordinarij, vel delegati, & pro vtroque sunt rationes probabiles circa eorum iurisdictionem. tr.2. res.298. §.4.p.249

Archibusium.

Qui cum archibusiis à tergo, vel fenestra occidit inimicum, non dicitur proditor; ideo debet gaudere immunitate Ecclesiæ. tr.1.res.81.§.2.p.49
Qui cum archibusiis, seu sclopetis ad Ecclesiam confugit, an eius gaudeat immunitate. tract.1. res.99.§.1. pag.56
Et quid, si alicubi consuetudo fuisset in contrarium. ibid.§.2

Archiepiscopus.

Archiepiscopi Montis Regalis iurisdictio temporalis an sit à Rege Guillielmo II. ita ei concessa, vt omnem superioritatem à se abdicauerit, & possit ab illo exerceri per Gubernatorem Ecclesiasticum. tr.2. res.190. §.1.& seqq.p.190
Archiepiscopos extinguere an possit Papa. tr.7.res.2.§.1. pag.376
* Vide verb. *Eiicere.*

Arduum.

Ardua Ecclesiæ an possit Pontifex sine Cardinalium consilio definire. tr.7.res.3.§.1.p.376

Arena.

* Vide verb. *Contusum.*

Arma, Armatum.

Qui armatus ad Ecclesiam confugit, an gaudeat eius immunitate. tr.1.res.100.§.1.p.57
Arma prohibita an ministri laicæ iurisdictionis possint in Ecclesia reo auferre. tr.1.res.101.§.1.p.58
Cum armis prohibitis Clericus inuentus noctu an possit comprehendi à iudice laico. tr.2.res.115.§.1.p.154
Armis prohibitis an Minister laicus possit spoliare Clericum, & priuare, maximè tempore noctis. tract. 2. res.116.§.1.p.155
Arma illa restituere an dictus minister laicus possit à iudice Ecclesiastico compelli. ibid.
Arma ferens Clericus an possit resistere cum eis birruatiis laicis volentibus eum capere. ibid.§.2.
Vt arma horis prohibitis Clericis ministri laicales capiant, an valida sit lex, quæ permittit Magistratibus hoc facere. tr.2.res.118.§.1.p.156
Et in tali casu an possit iudex sæcularis damnare Clericum ad pœnam pecuniariam à lege impositam. ibid.§.3

Articulum mortis.

In articulum mortis non potest Confessarius absoluere patrem nisi prius reuocet testamentum, vbi filium exhæredauit ex eo, quod nupserit contra eius voluntatem, non obstante quod sit statutum laicale tale matrimonium prohibens, tract.2. res. 223.§. *Notandum est*, in fine.p.213

Assassinium. Assassinus.

Assassinus an sit, qui pretio conductus occidit infidelem, & an gaudeat Ecclesiæ immunitate. tr.1. res.84.§.3 pag.50
Assassini mediator an gaudeat immunitate Ecclesiæ. tr.1. res.86.ibid.
Assassinus an gaudeat immunitate homicidio non secuuto. tr.1.res.87.§.1.p.51
Assassinus non dicitur mandans. ibid.§.6
Assassinus an sit, qui promisit occidenti aliquod se ab eius patre officium obtinere. ibid.§.13.p.52
Assassinus an dicatur, qui acceptata ab aliquo pecunia occidit communem inimicum, vel si recepta pecunia aliquem interfecisset præsente ipso mandante, aut qui promissionem, vel oblationem pro homicidio non acceptauit, vel si accepit paruam quantitatem pecuniæ, aut quando promissio pretij, vel mercedis non fuit certa & specifica. ibid.§.14
Assassinus an sit, qui animo complacendi alicui homicidium perpetrauit. ibid.§.15
Assassinus an, qui promisit dare sicario aliquam in vxorem. ibid.§.13
Vt quis tanquam assassinus non possit vti priuilegio immunitatis, an opus sit, vt interueniat mandatum ad occidendum; nam ex mandato ad vulnerandum tantum etiam mediante pecunia non committatur assassinium. tr.1.res.88.§.2.p.52
Assassinus an sit, qui per preces & alios respectus occidit aliquem. ibid.
Assassinum Clericum notorium an iudex laicus punire possit. tr.2.res.65.§.1.p.133
Et an sit necessarium, vt constet de qualitate assassinij, & vt præcedat sententia declaratoria iudicis Ecclesiastici. tr.2.res.328.§.9.p.276
Assassinus, si vulnerauit animo occidendi, & vt occideret, fecit, quantum potuit, non sequuta morte, an pœna ordinaria sit puniendus. tr.7. res.104.§.4.p.417

Assensus.

Sine assensu Apostolico an bona Confraternitatum alienari possint. tr.2.res.177.§.1.p.182
Assensu Romanorum Pontificum ius nominandi, designandi, offerendi, & præsentandi Episcopos multis Regibus datum est. tr.9.res.7.§.1.p.456
An absque assensu Pontificis Summis septem Germaniæ Electoribus Imperatoris possit octauus addi. tr.10. res.1.§.1.p.459

Assertio.

Assertioni Cardinalis confirmantis statutum ex speciali mandato Sedis Apostolicæ creditur. tr.7. res.69.§.3. pag.401

Assignare.

In assignandis censuris præter hæreticas an Pontifex possit errare. tr.5.res.10.§.1.p.350

Assistere.

Quomodo assistat Spiritus Sanctus Pontifici quando aliquid

aliquid de Fide determinat. tract. 5. resolut. 11. §.1. pag. 352.
Si assistant Cardinales Episcopi Summo Pontifici, an excusentur à residentia. tr. 7. res. 35. §. 1. p. 388
Assistere an possint Cardinales in suis Ecclesis, & dare licentiam assistendi matrimonio. tr.7.res.50.§.1.p.396

Assumere.

* Vide Verb. *Aduena. Diaconus. Habitus. Natio. Ordo.*

Asylum.

Asylum Immunitatis an etiam apud omnes gentes receptum fuerit, vel tantummodo Græcorum fuit, vt Templis immunitatem tribuerent. tr.1.res.128. §.10. pag.94

Attendendum.

* Vide verb. *Mens.*

Attentare.

Qui attentauit assassinium etiam non sequuto effectu, an gaudeat immunitate Ecclesiæ. tract.1. resol.87. §.1. pag.51
Qui attentauit occidere aliquem proditoriè, effectu & morte non sequuta, an gaudeat immunitate. tract.1. res.88.89.& 90.à p.52.53.& seqq.

Atrium.

Qui in atrio seu portali Ecclesiæ commisit homicidium & postea inuentus est in Ecclesia, an gaudeat eius immunitate. tr.1.res.72.§.1.p.45

Audire.

Qui audiuit casu vel dolo ea, quæ in consistorio acta, vel dicta sunt, si aliis ea narrer, aut reuelet, an incidat in censuram reseruatam Papæ. tr.7. resol.20.§.5. pag.384
Si audiat Cardinalis in Rota aliquem cum ipso loquentem, ipso tamen nihil respondente, vel è contra, an peccet mortaliter? Idem est de excommunicatione lata contra colloquentes cum Monialibus, siquis cum ea loquitur, ipsa verò non respondente, vel contra. tr.7.R.100.§.& seqq.p.415
* Vide verb. *Legere. Officium sacrum*

Auferre.

Auferre per vim reo in Ecclesia arma prohibita vel res furatas an ministri laicalis iurisdictionis possint, si tradere reus recuset. tr.1.res.101.§.1.& seqq. p.58
Auferre priuilegia concessa personis Ecclesiasticis an Princeps laicus possit. tr.2.res.49.§.2.p.127
Auferre ab Ecclesiasticis an possint ministri laicalis iustitiæ pecuniam, frumentum, equos, &c. quæ exportantur à Clericis extra Regnum contra legem sine fractione libertatis Ecclesiasticæ, & timore excommunicationis. tr.2.res.100.§.1.p.150
* Vide verb. *Potestas. Spoliare. Tollere. Vestes.*

Augere.

Augere, vel minuere valorem monetæ an possit Princeps, quando adest necessitas publica, cui populus tenetur subuenire, & marsupium Regis euacuatum est, & augmentum dictæ pecuniæ in se & dictis necessitatibus conuertere. tr.2. res.217. §. *Sed hæc*, ad medium pag.109
Si augeret Princeps, vel aliqua Respublica propter aliquam iustam causam tantillum precium carnis, vini, olei, &c. vt illud plus conuertatur in illam causam non quidem in grauamen Cleticorum faciens principaliter, sed generaliter in grauamem omnium, an incurrant excommunicationem Bullæ Cœnæ, si tales gabellas à Clericis exigant. tr.2.res.244.§.1.p.220
Et in tali casu quid fieri possit. ibid
Et lege etiam. res.245.p.221

Auis.

* Vide verb. *Spoliare.*

Auocare.

Auocari per iudicem sæcularem an possit res litigiosa in Clericum alienata, lite pendente, & in eum directè facer executionem sententiæ latæ ab eodem iudice. tr.2.r ſ 82.§. *Ex his.* p.148

Aurora.

Ante auroram an Cardinales gaudeant priuilegio celebrandi in itinere? Et supponitur hoc priuilegio Episcopos gaudere. tr.7.res.48. §.1.p.392

Authoritas.

Authoritate propria non possunt Principes laici statuere ne ad beneficia aduenæ assumantur, nec possint præcipere, vt possessio beneficij non apprehendatur sine eorum licentia & consensu, aut Gubernatoris. tract.2. res.99.§.2.p.149
Absque authoritate Pontificis an Principes sæculares possint ex iusta causa dare Iudæis positiuam licentiam exercendi vsuras. tr.2.res.311.§.1. p.255
Authoritas vnius Doctoris viri docti, & pij an faciat opinionem probabilem. tr.2.res.340. §.12.p.296
Authoritate Pontificum Romanorum lex & consuetudo antiqua in modum eligendi Episcopos est abrogata. tr.9.res.7.§.1.p.457

Auxilium.

Si auxilium petit iudex Ecclesiasticus in causis Ecclesiasticis, vel misti fori, an teneatur præbere processum iudicibus sæcularibus. tr.2.res.299.§.1.p.250
Sine auxilio brachij sæcularis an iudex Ecclesiasticus in criminibus misti fori possit laicos in carcerem detrudere. tr.2.res.301.§.1.p.251
Pro auxilio mutuo exhibendo in bello an licitum sit Principibus Christianis inire fœdus cum Turcis, Infidelibus, vel Hæreticis? Vbi multa notabilia. tr.13.per totum à p.471.& seqq.
* Vide verb. *Bellum.*

B

Bannitus.

Circa bannitos quædam Epistolæ Clem. VIII. tr.1 res.62.§.1.p.41
Bannitus, si steterit in Ecclesia suæ patriæ, an intelligatur exilium fregisse. tr.1.res.63.§.1.ibid.
Et quid, si non commiserit delicta in iure exceptuata. tr.1.res.64.§.1.ibid.
Bannitus an non solum capi, atque extrahi ab Ecclesia non possit, sed neque in ea possit occidi, non obstante quòd ex forma statuti, vel ex alio capite possit impune occidi. ibid.§.8.p.42
Et in tali casu bannitum occidens in Ecclesia incurrit excommunicationem Gregorij XIV. contra extrahentes ab Ecclesia. ibid.
Si bannitus qui fuerit tempore, quo erat laicus, & banno durante efficitur Clericus, an vtique liberetur à iurisdictione laicali. tr.2.res.107.§.1.p.152

Baptismus, Baptizare.

Si ante Baptismum infans filius fidelis recentissimè natus moriatur, & sepeliatur in Ecclesia, an illam polluat. tr.1.res.131.§.1.p.85
Baptizati potest in Ecclesia polluta. tr.1. res.144. §.12. p.94
In Baptismo an Cardinalis Religiosus vel Episcopus Religiosus compater esse possit. tr.7.res.87. §.vnico. pag.407

Baro.

Si in Baronis aliqua terra vendantur comestibilia & potabilia tantum in eius taberna, vulgo dicta *Zagato*, an possint adhuc Clerici aperire tabernas, & vendere vinum, niuem, & alia recollecta in eorum prædiis. tr.2.res.95.§.1.p.147
Baro an possit introducere in quadam terra de nouo à se ædificata tabernam dictam *Zagato*, vassallis reclamantibus, & ita faciens incurrat censuram cano-

nis quinti Bullæ Cœnæ. ibid.
Barones Romani cum stemmatibus Imperatoris, Regis Hispaniæ, Galliæ, &c. appositis in eorum Palatiis, an videantur profiteti stare se sub protectione dictorum Principum. tr.11.ref.5.§.1.p.466
Et quid, si in rigore hæc insignium appositio in Palatiis Romanorum Baronum demonstret ipsos sub stricta protectione illorum Regum stare,& non tantum ad ostendendum animi propensionem in talem, vel talem Regem, an possint se subiicere rectori tali, & protectioni. ibid.§.4.p.457

Beatificatio.

In Beatificatione Sanctorum an Papa possit errare. tr.5. ref.17.§.1.p.357
In Beatificatione Sanctorum Papam non posse errare an de Fide tenendum sit. tr.5.ref.19.§.1.p.359
Et an ex sola Beatificationis vi precisè, quòd anima Beatificati sit in gloria,remaneat tantum infra latitudinem probabilitatis & certitudinis moralis. tr. 5. ref.20.§.1.p.360
Posito, quod S.Beatificatum venerari Summus Pontifex concedit aliquibus determinatis personis, & sub determinato aliquo ritu, an possint alij omnes vti tali concessione. tr.5.ref.21. §.1.p.361
S. Beatificati diem transferre an licitum. ibidem §. 11. pag.362
Vbi, quòd puniendus est in S. Officio qui dixisset quòd B. Franciscus de Borgia, & B. Caietanus non sint in cœlo,secus autem si dixisset, ego non teneor credere B. Borgiam, & B.Caietanum esse in gloria. tr.5.ref.22.§.8.p.364
In Beatificatione Sanctorum Papam posse errare si quis dixisset,an in S.Officio sit ei imponenda abiuratio de formali. tr.5.ref.22. §.1.p.363

Bellum.

In Bello opem ferre, & auxilium præstare an teneantur Prælati feuda à Rege tenentes. tract.2. resol.29. §.3. pag.116
Ad bellum omnibus proficiscentibus Eucharistia potest dari tempore interdicti tanquam constitutis in mortis periculo,& possunt absolui à quocunque Sacerdote, etiam non approbato ab omnibus casibus & censuris tr.7.ref.126.§.2.p.439
Belli suppositа iustitia an licitum sit Principibus Christianis inire fœdera cum Turcis,Infidelibus, vel Hæreticis. tractat. 13. per totum, vbi multa notabilia. pag.471
Ne bellando supradicta fœdera cum Turcis, vel Hæreticis Principes Christiani contrahant, an Summus Pontifex sub censuris prohibere possit.tr.13.ref.7.§.1. pag.476
Idem est, si bono spirituali Ecclesiæ expediat Principes desistere ab aliquo bello. ibid.
In bello communicando Catholici cum Hæreticis an peccent contra leges excommunicationis. tr.13.ref.9. §.2.p.480
* Vide verb. *Rex.*

Benedicere.

Si benedicatur Ecclesia per Episcopum excommunicatum non toleratum,an Ecclesia violetur. tr.1.ref.131. §.4.p.86
Validè benedicetur Ecclesia per Episcopum hæreticum, dum Fidem S.Trinitatis tenet. ibid. §.7
Benedicere solemniter suas Ecclesias & cœmeteria ex priuilegio an Regulares possint,si Episcopus nolet, aut negliget. tr.1.ref.143.§.1.p.92
* Vide verb. *Vestes.*

Beneficiarius.

Beneficiarius, qui condigne non punitur in foro Ecclesiastico, an possit à Rege priuari bonis ab ipsomet rege obtentis. tr.2.ref.57.§.1.p.130
Beneficiarius dignus cognoscens in electione prætermissum esse digniorem,an peccet, si beneficium accepter. tr.7.ref. 9.§.3.p. 379.

Beneficium.

Beneficiorum collatio an possit à Principe laico præscriptione acquiri. tr.2.ref. 30.§. 1.p.116
Beneficium Ecclesiasticum Clericus habens, sed non deferens habitum & tonsuram, an gaudeat priuilegio fori. tr.2.ref.141.§.1.p. 165
Et quid, si habeat titulum & collationem beneficij,non autem possessionem? Et quid, si habeat beneficium, sed sine redditibus. tr.2.ref. 142. §.1.p.166
Si super beneficium Clericus habet pensionem tantum, an gaudeat tanquam Beneficiarius priuilegio fori.tr.2. ref. 143. ibid.
Et quid, si incedat in haditu & tonsura. ibid.
Qui beneficium habet vulgariter dictum seruitium, Missarum, an gaudeat priuilegio fori. tractat.2.ref. 144. §.1. ibid.
Qui beneficium obtinuit, quod obtinere non poterat puta, quia illegitimus, irregularis, vel si ordinatus est cum falsis dimissoriis, vel sine illis aut ante legitimam ætatem, vel per simoniam, an gaudeat priuilegio fori. tr.2.ref.145.§.2.p.167
Et quid, si ordinatus fuit ab Episcopo impedito Ordines faciendi. v. g. excommunicato, suspenso, interdicto, &c. tr.2.ref.146.§.3.ibid.
Qui beneficium habens delinquit, & postea matrimonium contrahit, an sit à iudice laico puniendus:Idem est de Clerico coniugato, qui post commissum delictum tempore, quo omnia requisita habebat, effectus est bigamus, iniens aliud matrimonium. tr.2. ref. 147.§.1.ibid.
Ne beneficia Ecclesiastica exteris conferantur, an Principes authoritate propria statuere possint tr.2.ref.204. §.1.p. 198
Si beneficia exteris conferuntur authoritate Pontificis, non est liberum Magistratibus, & iudicibus sæcularibus tales literas Pontificias reiicere. ibid.§.2
Ne quis beneficij, vel Ecclesiæ possessionem apprehendat sine facultate Principis, vel suorum Ministrorum statutum sit,an contra libertatem Ecclesiasticam conditum sit. tr.2.ref.205.§ 1.ibid.
Vbi, quòd supradicta non procedunt in Regibus, qui ex priuilegio Summi Pontificis habent collationem, &c.vt in eorum Regnis nullus exterus possit beneficium obtinere. ibid.§.2
Vt beneficij possessionem quis retineat, in qua ab alio turbatur, an iudex laicus & Minister regius de hoc cognoscere possint. tr.2.ref.206.§.1.p.198
Beneficia priora an amittat electus ad Cardinalatum tr.7.ref.23.§.1.p.385
Beneficia duo, vel plura simul habere an Cardinales possint, vel soluantur à legibus hæc prohibentibus. tr.7.ref.24.§.1.ibid.
Quod beneficia suorum familiarium non possint conferri per Papam sine consensu Cardinalis Patroni, priuilegium super hoc Cardinales habent. ibid.§.3
Vbi,quod pari ratione Cardinalis legatus quamcumque amplissimam potestatem habens conferendi beneficia, non potest conferre vacantia per obitum familiaris Papæ,vel Cardinalis. ibid.
Ad beneficia iuris Patronatus an Cardinales possint præsentari;Et quid de Episcopis circa hoc.tr.7.ref.25. ibid.
Beneficia reseruata an possit Cardinalis Episcopus prouidere, vacantia tempore sui antecessoris non Cardinalis. tr.7.ref.55.p.397
Et quid è conuerso. ibid.
Beneficia simultaneæ collationis Episcopo & Capitulo vacantia in mense Apostolico, an à Cardinali simul cum

cum Capitulo prouideri debeant : & quid in beneficiis alias reseruatis. tr.7.ref.56.§.1.p.398
Beneficiorum resignationes existentium in suis titulis an Cardinales recipere possint. tractat. 7. resol. 60.§.1. pag. 399
Et an hoc etiam extendatur ad Cardinales habentes Archiepiscopatum, Abbatias, vel Prioratus in commendam ex dispensatione Papæ. ibid.§.2
Beneficiorum suorum fructibus an gaudeant familiares Cardinalium in absentia. tr.7.ref.61.ibid.
Beneficia extinguendi potestatem non habent Principes laici, sed hoc spectat solum ad Romanum Pontificem. tr.14.ref.3. §.3. p.483
* Vide verb. *Aduena. Inferre. Ius. Possessio.*

Bigamia. Bigamus.

Ex bigamia Clericus solutus in minoribus, si postea ducat viduam, an amittat priuilegium fori. tr. 2.ref.149. §.1. p. 167
Bigamus an sit, ita vt amittat priuilegium fori Clericus, qui fœminam prius à se cognitam, ducat postea in vxorem. ibid.§.2.p.168
Si bigamus sit Clericus, an iudex laicus cognoscere possit. tr. 2.ref.150.ibid.

Blanditiæ.

Si blanditiis reus fuit inductus, vt ab Ecclesia exiret, & inde comprehensus est, an iudex debeat illum Ecclesiæ restituere. tr.1.ref.83.§.3.p. 50

Blasphemantes, Blasphemia.

Blasphemia non hæreticalis an potiatur priuilegio immunitatis Ecclesiæ. tr.1. ref. 27. §. Quæro octauo. pag.22
Blasphemantes Deum, & B.Virginem an gaudeant immunitate Ecclesiæ. tr.1.ref.29.§.1.p.25

Bona temporalia.

Ne bona Ecclesiarum Episcopi dissipent, an Reges possint se intromittere. tr.2.ref. 32.§.1.p. 117
Bonis temporalibus priuari à iudice laico an possit Ecclesiasticus vsurpans iurisdictionem sæcularem, aut alia Regalia. tr.2.ref.56. §. 1.p.30
Vbi, quod in bonis patrimonialibus Clerici gaudent eisdem priuilegiis & exemptionibus, contra ea facientes incurrunt in excommunicationem Bullæ Cœnæ. ibid.§.3
Bonis ab ipsomet Rege obtentis priuari à Rege an possint Clerici in Sacris, & Beneficiarij, si condigne non puniantur pro delicto in foro Ecclesiastico. tr.2. ref. 57.§.1. p. 130
Bona Clericorum sunt exempta à iurisdictione laicali tr. 2.ref. 68. §. 3.p. 134
Quoad bona temporalia an Clericus possit se subiicere iurisdictioni Regali. tr.2.ref. 70.§.1.p.135
Contra bona Clericorum an iudex laicus possit exequi suam sententiam in casibus, de quibus in iudicio sæculari actum est. tr.2.ref. 82. & 83.§.1.p.138
In bonis, non autem in corpore an sit puniendus à iudice laico Nouitius ob delictum ante Religionis ingressum commissum, si cum fraude ingressus est Religionem. tr.2.ref.164.§. 1.p. 177
Bona Confraternitatum an alienari possint sine assensu Apostolico. tr. 2.ref.177.§.1.p. 182
Super Bona Ecclesiasticorum Principes imponentes gabellas licet iustas an incurrant in excommunicationem Bullæ Cœnæ, vel tantum in aliam Papalem, à qua per Bullam Cruciatæ, satisfacta parte possint absolui. tr.2. ref.237.§.1.p.218
Super bona Clerici sine eius consensu an Princeps, seu alius Superior laicus possit imponere gabellas ex aliqua publica necessitate vt pestis, &c. tr.2.ref. 246. §. 1.p.222
Et quid pro reparatione murorum, pontium, fontium, viarum, & similium : vel si graculi, aut vermes, aut locustæ, vel bruchi nascantur in vineis, & messibus alicuius Clerici. Vel pro reparatione aggerum, ne flumen vicinos agros Clericorum & aliorum inundet tr.2. ref,253.& 254.à p.226 & 227
Super bona patrimonialia Clericorum an Princeps imponere gabellas possit. tr. 2. ref. 255.§.1.p. 227
Quæ ex bonis patrimonialibus Clerici collegerunt vt frumentum, vinum, & similia, vt alibi conducendo carius vendant, an teneantur soluere vectigal in eorum extractione. tr. 2. ref. 256. §. 1.p.228
Super bona Clericorum siue patrimonialia sint, siue ipsis donata, aut empta, aut quouis alio titulo quæsita sint, an Princeps laicus gabellas imponere possit. tract.2.ref.257.§.1.p.229
Si super bona laicorum per statutum imposita sit collecta certa, inuariabilis, priusquam ad Clericos perueniss.nt, an Clerici teneantur eam soluere, si postea aliquo titulo ad illos superueniant. tr.2.ref.258.§.1. pag. 230
Super bona Clericorum, qui habitum clericalem assumpserunt sine intentione clericandi, sed tantum in fraude collectarum, an Princeps possit imponere gabellas. tr.2. ref.261.§.2.p.231
Super bona Nouitiorum an Princeps possit imponere gabellas tr. 2.ref.263.§.1. p. 232
In bonis, non in persona an possit iudex laicus punire Clericum, qui falsum deposuit coram eo? tr.2.ref.268. §.4.p. 234.
Bonorum Ecclesiasticorum laici conductores ne possint conueniri coram iudice Ecclesiastico, an licitum sit condere Pragmaticam prohibentem laicis prorogationem iurisdictionis alienæ. tractat.2.resol.282.§.1. p. 204
Bonorum Clericorum exemptio fluit à iure diuino, vel saltem à iure Pontificio ante Constitutiones & leges Imperatorias. tr.2.ref. 336.§. 3. p.287
Bona Ecclesiæ relicta statutum mandans vendi infra certum tempus, an sit contra libertatem Ecclesiasticam. tr.3. ref.1.& 2. p 305
Ne bona dicta *Realengo* transferantur in Ecclesias vulgo à *Mano morta* sine licentia Regis, an licitum sit hoc prohibere. tr. 3.ref. 3.4. & 5. à p 308.&c.
Ne bona stabilia & immobilia alienentur in Ecclesias, & Ecclesiasticas personas, an statutum & lex hoc prohibens sit contra sacros Canones, & Immunitatem Ecclesiasticam. tr.2. à. resol. 6. vsque ad resol. 19. inclusiue p.308. & seqq. Vbi aliqua alia contingentia in dicto casu.
Bonorum omnium donationem factam à patre filio Clerico, an statutum, siue lex hoc inualidans sit contra Immunitatem Ecclesiasticam. tr.3.ref. 20.§.1. p. 320
De bonis, quæ filij familias Cardinales habebant, antequam efficerentur Cardinales, testari possunt. tr.7 ref. 88. p.407
Ne bona immobilia, aut iura Prælati Ecclesiarum sibi commissarum laicis submittant, aut subiiciant, prohibitum est. tr.11. ref.5.§.2.p.467

Bonifacius VIII.

Bonifacij VIII. Extrauag. Vnam sanctam, quomodo est intelligenda. tr.2.ref. 18.§.1.p.110
Bonifaci VIII. Decretum *in cap. Clericis de Immunit. Eccles. in 6.* an hodie persistat. tr.2.ref.338.§.1.p.291

Brachium

Brachio apprehensum rerum in Ecclesia an sallites possint tenere, ne fugiat, donec licentia Episcopi veniat. tr. 1.ref.101. §.3.p.58

Brachium sæculare.

Antequam brachium sæculare Ordinarius, vel iudex delegatus imploret pro sua sententia exequenda, an necessario debeat præmittere censuras. tr.2. ref. 300. §. 1.p. 259

Et

Et si brachium suum præstare iudex sæcularis non vult, an possit ad hoc cogi pœna excommunicationis, ibid. §. 2.

Sine brachij sæcularis auxilio an iudex Ecclesiasticus in criminibus misti fori possit, laicos in carcere detrudere; tr.2.ref.301.& 302.à pag.251.& seqq.

Bruchus.

* Vide verb *Reparatio.*

Bulla Apostolica,

Bullas Apostolicas an Ministri Regij recognoscere', & detinere possint in Regiis Cancellariis ad examinandum, & executioni mandandum? tr. 2.ref. 34.& 35. à pag.117.& 118.

Post Bullam Gregorij XIII. an Cardinales possint ingredi Monasteria Monialium, etiamsi sint Cardinales Protectores? tr.7. ref.44. §.1.pag. 390.

Bulla Cœnæ.

In Bullæ Cœnæ censuram an incurrant iudices violantes Immunitatem Ecclesiarum? tr.1. ref. 2.§.5.p.2.

Ad huius Bullæ excommunicationem incurrendam an sufficiat actus attentatus; tr.1.ref.4.§.1.p.3.

An in Bulla Cœnæ supradicta excommunicatio reseruetur, vel solum excommunicentur statuentes aliquid contra libertatem Ecclesiasticam? tr. 1.ref.5.§.2.p.5

Bullæ Cœnæ in excommunicationem an incurrant mandantes offendi Cardinales, si effectus non sequatur; tr. 1. ref. 47.§.1.p.33.

Idem est de illo, qui offensionem in Cardinalem nomine suo factam ratam habet. ibid.§.3.

Et quid de receptatoribus, & defensoribus interficientium Cardinales; tr.1.ref.49. §.1.p.53

Bulla Cœnæ an tollat casus Regni Galliæ; quos priuilegiatos appellant: & quid de priuilegio Monarchiæ Regni Siciliæ, tr. 2. ref. 6.§.1.p.100

Et si re vera talia priuilegia in aliquibus Regnis existant, an sint per Bullam Cœnæ reuocata; tr. 2. ref.7. §. 2. ibid.

Per Bullam Cœnæ an sit reuocata consuetudo etiam fundata in priuilegio trahendi causas Ecclesiasticas ad laica tribunalia; tr.2.ref.8. §.3. p. 101.

In Bullam Cœnæ an singulis annis reprobetur consuetudo immemorialis contra libertatem Ecclesiasticam. tr. 2. ref. 9.§.3.ibid.

Per Bullam Cœnæ an reuocentur concordata Summi Pontificis cum aliquo Rege; tr.2.ref.12.§.1.p.103.

Bullæ Cœnæ excommunicationem vndecimam an incurrant Principes, & eorum Consiliarij consulentes expellere à Regno Episcopos non obedientes mandatis Regiis, vel ex aliis delictis? tr.2. ref. 24.§.4.p.113.

Bullæ Cœnæ excommunicationem an incurrant Reges si expellant ab Episcopatu Episcopum simoniacè electum? tr.2.ref. 28.§.1.p. 116.

In Bullæ Cœnæ censuras an incidant Principes & Ministri Regij faciẽdo literas exhortatorias ad Episcopos vt ab aliqua mala determinatione desistant, vt est in vsu in Regno Neapolitano. tr.2. ref. 33.§. 1. p.117.

In Bullæ Cœnæ censuras, vel alterius an incurrat Religiosus, si per appellationem, vel aliam viam intra Ordinem potest vitare vim sibi illatam iniustè, si ad iudices sæculares recurrat. Et quid, si vim vitare non possit. tr.2.ref. 36.§.4.p.120

In Bullæ Cœnæ censura an sit vetita aduocatio causarũ spiritualium ad laica tribunalia, si causæ aduocentur à iudicibus Sedis Apostolicæ, tr 2.ref.40.§.1.p.123.

Et quid, si iudices Ecclesiastici negligentes sint in huiusmodi causis cognoscendis, ibid.§.3.

Bullæ Cœnæ excommunicationem an incurrat iudex laicus inducens consuetudinem, vel illa introducta vtens contra libertatem Ecclesiasticam; tr. 2. ref. 44. §. 3. p. 124.

Et quid, si sciant seruari statutum contra libertatem Ecclesiasticam, & non impediant. ibid.

Adicta Bullæ excommunicatione an excusentur iudices laici prætextu quòd in sua Prouincia non sit publicata vel acceptata, tr.2.ref. 45. §.1. p. 125.

Bullam Cœnæ publicando Episcopi in ciuitate qua degunt, an satisfaciant, vel teneantur etiam extra vrbem in Ecclesiis suæ iurisdictionis publicare illam saltem per alios; ibid.

Et an excusentur à dicta publicatione ob minas & metum Principum, &c. ibid.§.2.

In Bullæ Cœnæ censuram an incurrant facientes aliquid contra exemptionem bonorum patrimonialium Clericorum. tr.2.ref. 56.§.3. p. 130

In Bullæ Cœnæ cecsuram an incidat iudex laicus, si occultè processat Clericum animo præsentandi processum Pontifici, vel iudici Ecclesiastico, tr. 2. ref. 62. &63. à p.132.& seq.

In Bullæ Cœnæ censuram canonis quinti an incurrat Baro, qui introducit in quadam terra de nouo à se ædificata tabernam dictam *Zagato*, vassallis reclamantibus. tr.2.ref.95. §.1.p.147.

Idem est de Communitatibus, & Vniuersitatibus ciuitatum, & locorum, &c. ibid.§.2.

Bulla Cœnæ non afficit eos, qui ad Romanam Curiam veniunt, si illos offendant non vt venientes ad Apostolicam Sedem, sed vt inimicos particulares. tr.2.ref. 187. §. *Probatur*, ad medium.p.187.

Bullæ Cœnæ excommunicationem an incurrat Princeps condens statutum abrogans aliud statutum, quod priuilegium Clericorum continebat. tr.2.ref.197.§.1. p.195.

In Bullæ Cœnæ excommunicationem an incidant Principes laici statuentes ne laici vendant Clericis, ne molant, aut coquant panem, vel ne exhibeant aliqua seruitia & obsequia. tr.2.ref. 215.p.207.

In Bullæ Cœnæ excommunicationem an incurrant Principes imponentes gabellas licet iustas super bona Ecclesiasticorum, vel tantum incurrant aliam excommunicationem Papalem, à qua satisfacta parte possint per Bullam Cruciatæ absolui. tr.2.ref. 237.§.1.p.218.

In Bullæ Cœnæ censuram an incurrant Principes, vel alia Respublica, si exigant à Clericis gabellas impositas super pane, vino, oleo, &c. propter aliquam iustam causam in grauamen non specialiter Clericorum, sed omnium. tr.2.ref.244. & lege etiam ref.245. p.220.

Bullæ Cœnæ excommunicationem an incurrant statuentes leges prohibentes iuramentum apponi in contractibus, ne ratione ipsius prorogetur iurisdictio Ecclesiastica. tr.2.ref.282.§.6.p.241.

In Bullæ Cœnæ censuram an incurrant promulgantes, & obseruantes statutum laicale, in quo cauetur, ne bona immobilia alienentur in Ecclesias, & Ecclesiasticas personas. tr.3.ref.10.§.2. p.311.

Bullæ Cœnæ censuram an incurrant offendentes, & interficientes Cardinales, qui nondum cappellum habuerunt tr.7. ref.11.§.3.p.380

Bullæ Cœnæ primi canonis censura contra legentes libros Hæreticorum an comprehendat Cardinales. tr.7. ref. 31. §.4.p. 387.

Bullæ Cœnæ excommunicationem an incurrat, si quis eiiciat Cardinales à terris, in quibus nati sunt, vel domicilium habent, si legationem aliquam non exerceant. tr.7.ref.76.§1.p.403.

Et quid, si solis verbis comminatoriis Cardinales eiiciat, si actu ob minas loca relinquant, ibid.§.4.

idem est in dictis casibus de iussa exequentibus. ibid.§.5

Et an idem sit de Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Legatis sedis Apostolicæ, & Nuntiis. ibid.§.2

Bullæ Cœnæ censuram an incurrat, si quis insultum faciat ad domum Cardinalis, vt ex hoc ei verecundiam

diam tantum inferat. tr.7.ref.77.§.1.p.403
Bullæ Cœnæ censuram an incurrat, si quis percutiat Cardinalem percussione leuissima. tract. 7. resol. 79. p.404
Et quid, si ictus solummodo vestes Cardinalis tetigit, aut eleuauit manum ad illum percutiendum, quamuis postea non percutiat. ibid.
Et quid, si quis offensionem in Cardinalem, cum possit, non impedit. tr.7.ref.80.§.1.ibid.
Et an idem sit de illo, qui sine vitæ periculo clamando poterat Cardinalibus opem ferre, & non clamauit, aut pecunia eos redimere, & non redemit. ibid.
Et quid, si quis sciens tantum aliquos contra Cardinalem conspirasse, si illos non denunciet, & patefaciat. tr.7. ref.81.§.1.p.405
Bullæ Cœnæ censuram an Cardinales incurrant percutientes se ipsos. tr.7.ref.82.§.1.ibid.
Bullæ Cœnæ excommunicationem an incurrant offendentes Clericos familiares Cardinalium eorum intuitu. tr.7.ref.83.§.1.p.406
Si ab omnibus Bullæ Cœnæ casibus Summus Pontifex in aliquo Iubilæo absolutionem concedat, hæresim tamen non excludendo, an videatur vtique illam concedere. tr.7.ref.112.§.1.p.424
Bulla Cœnæ aufert ab Episcopis potestatem absoluendi circa hæresim illis collatam ex Concilio Tridentino. tr.7.ref.117.§.9.p.429
Per Bullæ Cœnæ reuocationem non censentur reuocata priuilegia Bullæ Cruciatæ. tract.7. resol.222. §.1. p.435
Bullæ Cœnæ censuram an incurrant Principes Christiani ineundo fœdera cum Turcis, & Infidelibus, vel Hæreticis, aut saltem peccent mortaliter. tr.13. ref.6. §.1.p.475

Bulla Cruciatæ.

Per Bullam Cruciatæ an possint absolui ab excommunicatione Papali Principes imponentes gabellas licèt iustas super bona Clericorum, satisfactâ parte. tr.2. ref.237.§.1. p.218
Virtute Bullæ Cruciatæ Siculus statim rediturus in Siciliam non possit edere lacticinia in Regno Neapolitano. tr.7.ref.105.§.1.p.417
Virtute Bullæ Cruciatæ an possit quis absolui à censura Pij IV.& Greg.XV. incursa propter violationem earum tempore conclauis. tr.7.ref.122.§.1.p.435
Bullæ Cruciatæ priuilegia nunquam censentur reuocata, etiam per Iubilæum anni Sancti, & etiam per publicationem Bullæ Cœnæ. ibid.
Bulla Cruciatæ prodest Siculis, & Hispanis extra Siciliam & Hispaniam existentibus, si alius pro ipsis Bullam suscipiat. ibid.§.3
Qui per Bullam Cruciatam in articulo, vel periculo mortis absolutus fuit à censura incursa propter violationem Bullæ Pij IV.& Greg.XV. tempore conclauis, si conualuerit, an teneatur se præsentare coram Pontifice. tr.7.ref.127.§.4.p.440

C

Cadere.

SI, vt cadat ab hæreditate filius contra voluntatem patris nubens, statutum à Principe laico fiat, an contra Immunitatem Ecclesiasticam. tr.2.ref.223.§.1. p.213

Calceamentum. Calceus.

Quare non solum calceamento cruce signato, sed etiam coloris rubei Summus Pontifex vtatur. tr.4. ref.19. §.1.p.338
Quare calceos Summus Pontifex portat cruce signatos. tr.4.ref.20.§.1.ibid.

Calix.

Si cum calice non consecrato quis celebrat, consecratus remanet. tr.1.ref.140.§.3.p.91

Calor.

* Vide verb. *Mutilare.*

Campanile.

Campanile Ecclesiæ, etiamsi ab ea sit disiunctum, gaudet Immunitate. tr.1.ref.9.§.1.p.16

Cancellaria. Cancellarius.

In Cancellariis Regiis detinere Bullas Apostolicas an possint Ministri Regij ad exanimandum, & executioni mandandum. tract.2. resol.34.& 35. pag.117 & 118
* Vide verb. *Regula.*

Canis.

* Vide verb. *Spoliare.*

Canon.

Vt aduersus Canones consuetudo præualeat, an opus sit, vt sit introducta cum scientia, & expresso consensu Pontificis. tr.1.ref.116.§.15.p.68
Post Canonem cœptum si Ecclesia polluatur, tenetur. Sacerdos prosequi Missam. tr.1.ref.144.§.11.p.94
Idem est, si eodem tempore excommunicatus non toleratus Ecclesiam ingrediatur, & non vult egredi. ibid.
Canonis priuilegio gaudent Clerici in minoribus coniugati orientales, quos Græcos appellamus etiamsi Ecclesiæ non deseruiant. tr.2.ref.153.§.2.p.169
Canonis priuilegio an gaudeant Nouitij admissi ad Religionem ante annos pubertatis. tract.2.ref.163. §.3. p.176
Canonis priuilegio an gaudeant, qui assumpto aliquo habitu Religioso adhibentur ad seruitia, & obsequia Monialium, & ad petendum pro ipsis eleemosynam. ibid §.4.p.177
Canonis priuilegio an gaudeant Equites D.Ioannis, D. Iacobi, Alcantaræ, Calatrauæ, &c. & alij Equites Militares à Sede Apostolica approbati. tr.2.ref.169. §.1.p.179
Canonis priuilegio an gaudeant Tertiariæ D.Francisci, vulgo dictæ *Bizochæ*, vel *Beatæ*. tract.2. ref.176. §.2. p.182
Canonis priuilegio an gaudeant Nouitij. tr.2. ref.265. §.2.p.232
contra Canones sacros an sit statutum prohibens alienationem bonorum immobilium in Ecclesias, & Ecclesiasticas personas, & illud promulgantes, & obseruantes an incidant in censuram bullæ Cœnæ? tr.3. ref.10.§.1.p.311.sed lege à ref.6. vsque ad ref. 19. vbi latè.
Canon nullus extat in iure pro potestate in Cardinalibus concedendi indulgentias. tr.7.ref.46.§.1.p.398

Canonicatus. Canonicus.

Si supra Canonicorum domorum tectum aliquis confugiat, an gaudeat Ecclesiæ Immunitate. tr.1. ref.10. §.5. p.12
Canonicorum domus existentes prope triginta passus Ecclesiæ, an gaudeant eius Immunitate, etiamsi habitentur à laicis. tr.1.ref.21.§.1.p.17
Canonicus an habeat vocem in electione antequam in choro possessionem nactus fuerit. tract.7.ref.11. §.1. p. 380
Canonicatus conferendi an Cardinales ius habeant in suis Titularibus Ecclesiis. tr.7.ref.52.§.1.p.396
Canonicorum Collegium in Ecclesiis Germaniæ, in quibus vetus consuetudo seruatur, Episcopum nominat, designat, & eligit, electus verò à Pontifice confirmatur. tr.9.ref.7.§.2.p.457

Canonizatio.

In canonizatione Sanctorum an Papa possit errare. tr.5. ref.15.& 16.p.356

Et qua certitudine tenendum est Papam in canonizatione Sanctorum non posse errare ? Et esse de Fide probatur. tr.5.ref.18.§.1.p.358
Quemlibet S.Canonizatum esse in gloria si quis diceret, ego non teneor credere, an sit puniendus in S. Officio Inquisitionis. tr.5.ref.22.§.8.p.364

Capella.

Quamuis capellas particulares & exemptas Episcopus non visitet, potest tamen inquirere, an ibi decenter Sacra ministrentur. tr.2.ref.189.§.2.p.189
In capellis Cardinalium quibus priuilegiis ipsi gaudeant quoad celebrationem Missarum? tr.7.ref.49.§.1. p.392
* Vide verb. *Deseruiens. Grangia Religiosorum.*

Capellania,

* Vide verb. *Capellanus.*

Capellanus.

Capellanus, cui capella in perpetuum, vel in titulum fuerit à Papa, vel Episcopo assignata, an gaudeat priuilegio fori? tr.2.ref.244.§.1.p.166
Et quid,si habeat Capellaniam,vulgariter dictam seruitium Missarum. ibid.

Capere. Captura. Captus.

Si capiatur delinquens per aliquam partem pallij, vel per pedem extra locum sacrum existentem, alium verò pedem & caput intra Ecclesiam habentem, an gaudeat eius Immunitate. tr.1.ref.8.§.9.p.10
Capi à satellitibus de licentia Episcopi an possit Sacerdos indutus cotta & stola extra Ecclesiam,præcedente cruce ad efferendum defunctum, vel Sacramentum Extremæ Vnctionis, aut Eucharistiam ad infirmum. tr.1.ref.26,§.9. p.21
Si capiatur à curia sæculari homicida extractus violenter ab Ecclesia à parentibus occisi, an debeat adhuc gaudere Immunitate ? tractat. 1. resol. 109. §.1. pag.64
Vbi,quod idem est,si metu iniusto illato quod à iudice sæculari capiendus sis in Ecclesia, & fugias ab ea, adhuc non potes capi,quia tunc non dicereris egredi, sed extrahi per violentiam. §.3.ibid.
Capere delinquentem in Ecclesia an possit iudex laicus in casibus non exceptuatis, si Prælatus Ecclesiæ dederit licentiam extrahendi illum ab Ecclesia.tract.1. ref.117.§.*Quæro secundo* p.70
Vbi,quod si reus restitutus Ecclesiæ postea vult voluntariè exire ab ea,& tunc à Ministris laicis capiatur, non gaudet Ecclesiæ Immunitate. §.*Sed hanc.* post medium p.71
Si captus à satellitibus affirmat se captum in loco sacro, illis autem negantibus,an ad iudicem laicum cognitio huius rei pertineat. tr.1.ref.120.§.1.p.74
Idem est,si captus dicit se esse Clericum. ibid.
Capere an possit iudex laicus Clericos & Religiosos impedientes,& resistentes iurisdictioni laicali, necnon illos punire pœna pecuniaria. tract.2. resol.111. §.1. p.153
Capere Clericum in aliquibus casibus an possit iudex laicus,& detinere in carceribus vltra viginti horas? Imo neque eo tempore detinere eum possit, si breuiori illum iudici Ecclesiastico remittere possit. tr.2. ref.113.§.1.p.154
Etsi statim iudici Ecclesiastico eum non præsentet, an incidat in excommunicationem. ibid.§.2
Capere an possit iudex laicus Clericum in flagranti crimine, & deducere eum sine iniuria ad suum Superiorem Ecclesiasticum. tr.2.ref.114.ibid.
Et quid,si non in flagranti,sed noctu cum armis prohibitis,vel mutato habitu illum inueniat. tract. 2. ref. 115.§.1.ibid.
Et quid,si iure defensionis, vel alicuius innocentis illum capiat. ibib.§.2.p.155
Capturæ tempore an opus sit,vt Clericus in minoribus reperiatur in habitu,& tonsura, vt gaudeat priuilegio fori. tr.2.ref.122.§.1.p.157
Capere laicum per propriam familiam an Episcopus possit in causis misti fori sine innocatione brachij secularis. tr.2 ref.302.§.1.p.251
Qui alium capit ex iusta causa an possit illum detinere per spatium 20. horarum, & ipsum captum iudici præsentare? Et si illum detineat ex iniusta causa, qua pœna puniri debet. tr.7.ref.64.§.1.p.399
* Vide verb. *Comprehensum. Coniugatus.*

Capitulum Sede vacante.

* Vide verb. *Vicarius.*

Captiuantes.

Captiuantes personas,& eas componentes in quocumque loco,an gaudeant Ecclesiæ Immunitate. tract.1. ref.58.§.8.p.39

Caput.

* Vide verb. *Inclinatio.*

Carcer.Carcerare.Carceratio.Carceratus.

Carceres frangentes, & ad Ecclesiam confugientes an gaudeant eius Immunitate?Et quid si data fuerit fides reddendi?Et quid si carceratio fuerit iusta.tract.1. ref.27. §. *Quæro quinto*, per totum, & in resolut.65. pag.22
Carcerem sui Monasterij quidam effugit, & aufugit in alienam Ecclesiam,vel Monasterium, quæritur,quid faciendum? tr.1.ref.37.§.1.p.28
Et quid,si ad propriam Ecclesiam sui Monasterij aufugit. ibid.§.2.p.29
E carcere reus confugiens ad Ecclesiam, an eius Immunitate gaudeat. tr.1.ref.68.§.5.p.44
Si ad carcerem comprehensus extra locum sacrum per illum tamen ducatur,an gaudeat Immunitate locisacri. tr.1.ref.105.§.1.p.59
Omnes,qui ex carceribus publicis extracti fuerunt violenter,si in Ecclesia inueniantur, an gaudeant eius Immmunitate. tr.1.ref.107.§.2.p.60
Si carceret iudex laicus aliquem à personis priuatis per vim extractum ab Ecclesia,an iudex violet Immunitatem. tr.1.ref.112.§.1.p.65
In carceribus detinere reum ab Ecclesia extractum,an possit iudex laicus,dum causa agitur,an reus gaudeat Immunitate. tr.1.ref.117.§.1.p.69
In carceribus sæcularibus reponere reum ab Ecclesia extractum nomine Episcopi vt ibi tutius custodiatur,an liceat iudicibus sæcularibus in causis exceptuatis? Et quid,si dederit iudex laicus cautionem de Immunitate. ibid.§.Sed hic.p.70
Vbi,an extractus ab Ecclesia restituendus sit, etiamsi post extractionem in carceribus sæcularibus commiserit delictum pertinens ad forum sæcularem. §.*Quæro quarto.*p.71
Ad carceres laicales reus deductus extractus violenter ab Ecclesia,an possit renunciare priuilegium Immunitatis.ibid.§.*Sed hic non est.*
Ad carcerem perpetuam an iudices Ecclesiastici,vel sæculares possint pro delicto damnare reum gaudentem Immunitate. tr.1.ref.126.& 127.p.80
In carceribus suis an in aliquibus casibus possit iudex laicus detinere captum Clericum vltra viginti horas? Et quid,si breuiori tempore possit illum iudici Ecclesiastico remittere. tr.2.ref.113.§.1.p.154
In carcerem detrudere an iudex Ecclesiasticus in criminibus misti fori possit laicos sine auxilio brachij secularis. tr.2.ref.301.§.1.p.251
Et an in tali casu non in carceribus Regiis,sed in Ecclesiasticis reponendi sint. ibid.§.2.
Carcerem habere an Episcopus possit. tr.2. ref.302.§.1. p.251
Carcerem priuatum an Cardinales habere possint ad suos familiares

familiares coërcendos. tr.7.ref.64.§.1.p.399
Ad carcerandum Episcopus potest habere proprios Ministros, & executores, & familiam armatam tenere. tr.8.ref.5.§.1.p.445
* Vide verb. *Coniugatus. Clericus. Delinquens. Reus.*

Cardinales.

Cardinalium Illustrissimorum Palatia an gaudeant priuilegio Immunitatis. tr.1.ref.14.§.1.p.13
Et an vbique extra Romam. tr.1.ref.16.§.7.p.14
Cardinalium personas offendentes an gaudeant Ecclesiæ Immunitate. tr.1.ref.46.§.1.p.32
Cardinales offendi mandantes, si effectus non sequatur, an incurrant in Excommunicationem Bullæ Cœnæ, & priuentur Ecclesiæ Immunitate. tract.1.ref.47.§.1. p.33
Idem est de illo, qui offensionem in Cardinalem nomine suo factam ratam habet. ibid.
In Cardinales crimen læsæ Maiestatis perpetratum non reuelantes an gaudeant Ecclesiæ Immunitate. tract.1. ref.48.§.1.p.33
Cardinales interficientium receptatores, & defensores an incurrant in excommunicationem Bullæ Cœnæ, & non gaudeant Ecclesiæ Immunitate. tra.1.ref.49.§.1. ibid.
Et an dicti receptatores, &c. incidant in censuram latam in *cap. Felices de pœnis in 6.* ibid.§.2. p.34
Cardinalem turpiter inuentum in continenti percutientes an excusentur ab excommunicatione. ibidem §.5.
Cardinalem occidens an gaudeat Immunitate Ecclesiæ. tr.1.ref.54.§.2.p.36
Quare Cardinales ordinariè non genu flectunt ad osculum Pontificis, nec eius pedes osculantur? Et de osculatione circa manus Pontificis aliqua curiosa obseruantur. tr.4.ref.10.§.1.p. 328
Cardinalium Declarationibus an sit standum. tr.8.ref.6. §.1.p.446
Cardinalium familiares an gaudeant priuilegio fori. tr. 8. ref.10.§.4.p.449
Cardinales Eminentissimi cum stigmatibus Imperatoris, Regis Hispaniæ, Galliæ, &c. appositis in corum Palatiis, an videantur profiteri se stare sub protectione dictorum Principum. tractat.11. resol.5. §.1. p.466
Et quid, si in rigore hæc insignium appositio in Palatiis Cardinalium demonstret ipsos sub stricta protectione illorum Regum stare, & non tantùm ad ostendendam animi propensionem in talem, vel talem Regem, an possint se subiicere tali protectori, & protectioni. ibid.§.4.p.467
* In primo indice posito in principio huius tom. omnes, & quàmplurimæ quæstiones tract.7. de Potestate & priuilegiis S.R.E. Cardinal. & de Collocutionibus, & Scriptionibus vetitis tempore Conclauis pertinent ad hoc verb. *Cardinales*: ideo requirite ibi quidquid super his titulis, & verbo occurrerit.
* Vide verb. *Ægritudo. Infirmitas.*

Carestia.

* Vide verb. *Tempus.*

Castrare.

Castrando parentes filios pro voce conseruanda, an peccent mortaliter. tr.1.ref.107.§.4.p.60

Casus.

In casibus exceptuatis an liceat iudicibus sæcularibus reponere reos ab Ecclesia extractos in carceribus sæcularibus nomine Episcopi, vt ibi tutius custodiantur. tr.1.ref.117.§.*Sed hic insurgit*.p.70
Et quid, si dederint cautionem de Immunitate. ibid. in eodem §.
Casus Regni Galliarum, quos priuilegiatos, appellant an Bulla Cœnæ tollat? Et quid de priuilegio Monarchiæ Regni Siciliæ. tr.2.ref.6.§.1.p.100
In aliquo casu particulari an consuetudo possit tribuere iurisdictionem iudici laico aduersus Ecclesiasticam libertatem. tr.2.ref.11.§.1.p.102
In multis casibus Clericus coram iudice laico reconueniri non potest. tr.2.ref.73.§.1.p.135
In casibus, quibus cognitio permissa est iudici sæculari, an possit facere talem executionem sententiæ à se latæ contra Clericum. tractat.2. resolut.82. & 83. p.138
An casus aliqui sint, in quibus Principes sæculares possint pœnis coërcere Clericos. tractat.2., resolut. 110. §.1.p.153
Vbi, quod si Papa faceret aliqua mandata indestructionem Ecclesiæ, an possit Princeps sæcularis facto, & vi resistere illis, & impedire executionem talium mandatorum?
In casibus aliquibus an iudex laicus possit capere Clericum, & detinere in carceribus vltra viginti horas? Vbi pro praxi aliqui casus. tr.2. ref.112. 113.114. & 115.p.153.& seqq.
Vt in casibus aliquibus Clerici cum licentia Episcopi teneantur contribuere, quando laicorum facultatem non sufficere censendum sit. tractat.2. resol.249. §.1. p.225
In aliquibus casibus an consuetudo possit tribuere iurisdictionem iudicibus laicis in Clericos. tr.2.ref.335.§.1 & seq.p.285
In aliquo casu an Clerici teneantur ferre subsidium pro communi mista Reipublicæ vtilitate, inconsulto Pontifice. tr.2.ref.337.§.1.p.289
Quando casu, & non data opera Cardinalis incidit in reum, liberandus est reus, & sine iuramento credendum est Cardinali. tractat. 7. resolut. 75. §. 1. p.402
Ad casum alium an sit extendenda lex pœnalis? Vbi, quod in his, quæ per rationem legis comprehenduntur, non dicitur fieri interpretatio extensiua, sed comprehensiua. tractat. 7. resolut. 95. §. 4. p.411
Si à casibus omnibus Bullæ Cœnæ absolutionem in aliquo Iubilæo Summus Pontifex concederet, hæresim tamen non excludendo, an videatur vtique illam concedere. tract.7.resol.112.§.1.p.424. & in ref. 118. §.1.p.430
A casibus Pontifici reseruatis an possit Episcopus absoluere extra Diœcesim. tractat.7. resolut. 115. §.2. p.426
In casu aliquo an possit Episcopus absoluere censuram Pij IV. & Greg. XV. incursam propter collocutiones, & scriptiones vetitas tempore Conclauis? Et pro praxi curiosus casus in §.1. huius Resolutionis. tr.7.ref.117.p.428
A casibus Papalibus impeditus adire Pontificem an possit ab Episcopo absolui? Et quid in casu hæresis. ibidem.§.9
Et an impeditus adire Pontificem possit absolui à quocumque Confessario etiam in casu hæresis. ibid. §.20.p.429
Et quid, si impeditus etiam sit adire Episcopum præsertim in casu hæresis. tractat.7. resolut. 118. §.3. p.430
Casus hæresis non comprehenditur in concessione Iubilæi, etiam a nni Sancti concedente facultatem absoluendi à casibus Bullæ Cœnæ. tr.7.ref.118.§.2.ibid.
A casibus Episcopo reseruatis an Regulares possint hodie absolu ere, non obstantibus Decretis Clem. VIII. & Vrbani VIII. tr.7.ref.121.§.1.p.433

Index

Casus Papales occulti an vigore Concilij Tridentini desinant esse Papales, & efficiantur Episcopales, ex quibus Regulares absoluere possint toties quoties. ibid.§.8.p.434

A casibus omnibus reseruatis omnes parturientes possunt absolui, & proficiscentes ad bellum tanquam constituti in periculo mortis à quocumque Sacerdote etiam non approbato. tractat.6. resolut.126.§.2. p.439

Cathalonia.

* Vide verb. *Iuramentum.Ordinatio.Regnum.*

Catholicus.

Vt Catholici possint habitare in terris Hæreticorum aliqua requiruntur. tr.13.ref.9.§.4.p.480

* Vide verb. *Conuictus.*

Causa.

Si causa fuit testis,qui falsum pretio deposuit, vt innocens condemnaretur ad mortem, an gaudeat Immunitate Ecclesiæ. tractat.1. resolut. 96. §. 1. p.55

Idem est de iudice, qui corruptus pecunia damnauit innocentem ad mortem. ibid.

Donec causa ab Ordinario examinetur, reprobatur consuetudo etiam standō in terminis iuris communis, in qua alicubi alligantur compedibus delinquentes in Ecclesia. tractat. 1. resolut. 116. §. 11. p.68

Dum causa agitur, an reus gaudeat Immunitate Ecclesiæ,an Iudex sæcularis possit illum ab Ecclesia extrahere.& in carceribus suis detinere. tr.1. ref. 117. §.1.p.69

In casibus non exceptis an Prælatus Ecclesiæ possit dare licentiam extrahendi reos ab Ecclesia, & ex eius mandato an possit iudex laicus delinquentem capere, & punire. tractat. 1. resolut. 117. §. *Quæro Secundo.* pag.70

Et in dicto casu an Prælatus, vel Episcopus incurrat in excommunicationem ibid.§.*Sed stante,* propè finem. pag.70

Causas Ecclesiasticas per viam violentiæ, vt vulgo dicitur,an Ministri Regij cognoscere possint. tract.2. ref.36.& 37.p.119.& 120

Et an Summus Pontifex hanc praxim approbet, vel saltem ex consuetudine immemorabili, vel coniunctam cum fama priuilegij. tractat.2. resol.37. §.4. & seqq.pag.121.& 122

In causis violentiæ arcendæ an aliquis Princeps habeat à Pontifice priuilegium. tractat. 2. resolut. 39. §.1.p.123

Causarum spiritualium aduocatio ad laica Tribunalia an vetita sit in Bulla cœnæ, si causæ aduocantur à iudicibus Sedis Apostolicæ. tractat. 2. resol. 40. §. 1. ibid.

Et quid,si iudices Ecclesiastici negligentes sint in huiusmodi causas cognoscendo. ibid.§.3

Causas Ecclesiasticas aduocantes ad se iudices laici in excusentur ex tolerantia Pontificis. tract.2. resol.41. §.1.ibid.

In causis Ecclesiasticis an rectè à iudicibus laicis appellationes quæ dicuntur tuitiæ,concedantur. tr.2.ref. 42.§.1.ibid.

Causas Ecclesiasticas cognoscendi, si priuilegium concessum sit Principi laico,an reuocari possit, etiamsi per consuetudinem immemorabilem tali priuilegio innixam obseruatum fuerit. tractat.2. resolut.43. §. p.124

Et quid,si priuilegium concessum sit in remunerationem,& in vim contractus, an possit reuocari sine iusta causa. ibid.§.3

Nisi causa excommunicationis prius ostendatur, an Princeps laicus possit interdicere Episcopis, seu eorum Vicariis,ne quemquam excommunicent. tract.2. ref.48.§.6.p.127

In causa criminali an iudex laicus processans occultè Ecclesiasticum animo præsentandi processum Pontifici,vel iudici Ecclesiastico, an incidat in censuram Bullæ Cœnæ. tractat.2. resol.62. & 63. §.1 p.132

De causis compromittendis inter affines statuto laicorum an Clerici ligentur,ita vt ipsi possint alios compellere,& compelli ad compromittendum.tr.2.ref.78. §.3.p.137

Causam Clericorum, qui hæredes sunt alicuius sæcularis,an iudex laicus possit iudicare, si ante eius mortem causa fuit incœpta coram se. tract.2.ref.79. §.1.ibid.

Ex causa iusta an possit Prælatus Religiosorum differre professionem Nouitij apti ? tractat.2.resolut.168.§.3. p.179

Causas aduersus Equites D. Iacobi, Alcantaræ, Calatrauæ,&c. siue ciuiliter, siue criminaliter, an iudex laicus cognoscere possit. tractat. resol.169.§.1. ibid.

De causa possessorij beneficij, si agatur inter duos Clericos, vel quando reus est Clericus, an iudex laicus cognoscere possit. tract. 2. resolut. 207. §.1. p.199

In causis sponsalium an iudex Ecclesiasticus sit competens? Et quid, si iuramento firmatæ sint ? Vel an sint saltem causæ misti fori.tract.2.resol.228.§.1. p.215

Causâ explorandi voluntatem, lite pendente super Sponsaliis, ad quem iudicem spiritualem, vel sæcularem spectat sequestrare puellam. tract. 2. ref.229. §.1.ibid.

De causa dotis principaliter, & non incidenter intentata an iudex Ecclesiasticus possit inter laicos cognoscere ? Et quid, si dos testamento relicta est puellæ pauperi. tractat. 2. resolut. 231. §.1. p.216

In causa decimarum an iudex laicus simul cum iudice Ecclesiastico iudicare, & cognoscere possit ita, vt sit causa misti fori. tract. 2. resol. 271. 272. & 273 p.235

Et quid,quando de possessorio decimandi causa agitur. tr.2.ref.272.ibid.

Et qnid, quando decimæ sunt sæcularibus Principibus in feudum datæ. tractat. 2. resolut. 274. & 275. §.1. p.236

Et quid,si Clerici decimas petant à laicis, qui præscriptione, & consuetudine immemorabili eas nunquam soliti sunt persoluere. tractat.2.resol.276.§.1. p.236

In causa diuortij an solus iudex Ecclesiasticus sit competens. tr.2.ref.291.§.2.p.245

Et quid, in causa separationis coniugum ad tempus ob lepram, vel aliud impedimentum. ibidem §.3

In causis Ecclesiasticis, aut misti fori an iudex Ecclesiasticus teneatur præbere processus iudicibus sæcularibus, à quibus auxilium petit. tract.2.resolut.299. §.1.p.250

Quando causa decisa fuit per duos iudices, vnum laicum,& alium Ecclesiasticum, coram quo facienda sit appellatio. tr.2.ref.305.§.1.p.262

Si causa aliqua spiritualis ad iudicem Ecclesiasticum remittitur, an possit iudex laicus opponere exceptionem, & præfigere tempus, & terminum peremptorium,in quem probare teneatur,& quid è contrario. tr.2.ref.308.§.3.p.253

Ex

Rerum Notabilium.

Ex causa iusta an Principes sæculares possint dare Iudæis positiuam licentiam exercendi vsuras absque Pontificis authoritate. tractat. 2. resolut. 311. §. 1. p. 255

Causas Ecclesiasticas an Prælati inferiores Summo Pontifici, laicis delegare distinctè possint. tr. 2. ref. 314. §. 1. p. 256

Et supponitur Summum Pontificem hoc efficere posse, & non solùm causas ciuiles, & criminales, sed etiam spirituales. ibid. §. 1. & 2

De causarum matrimonialium cognitione locus Concilij Tridentini expenditur. tractat. 2. resolut. 341. §. 1. p. 297

Causas Clericorum præsertim criminales an Cardinales in Ecclesiis Titularibus suis cognoscere possint. tr. 7. ref. 63. §. 1. p. 399

Et quid, si Clericus dignus sit depositione, an tunc Cardinalis debeat sententiam ferre, & actum degradationis Episcopo committere. ibid. §. 2

Qui ex causa iusta alium capit, an possit illum detinere per spatium 20. horarum, & ipsum captum iudici præsentare? Etsi illum detineat captum ex injusta causa, quâ pœnâ puniri debetur. tract. 7. ref. 64. §. 1. ibid.

Quando causa mandatur Cardinali cum clausulâ *Appellatione remota*, an censeatur exclusa etiam appellatio iusta. tr. 7. ref. 67. §. 1. p. 401

Causa commissa Cardinali, & ab eo non decisa non committitur alteri inferiori à Cardinali propter eius reuerentiam, &c. ibid. §. 2

Causæ & lites vertentes inter Cardinales à quo decidendæ sunt. tr. 7. ref. 71. §. 1. p. 402

In causis Cardinalium an eorum familiares sint testes idonei. tr. 7. ref. 72. §. ibid.

Idem est de familiaribus Episcoporum. ibid. §. 2

In causa pari an sententia sit ferendenda in fauorem Cardinalium. tr. 7. ref. 73. §. 1. ibid.

In causis etiam vrgentissimis non possunt Principes Christiani inire fœdera cum Turcis, Infidelibus, vel Hæreticis, permittendo eis libertatem conscientiæ, vel exercitium falsæ sectæ absque licentia Summi Pontificis. tr. 13. ref. 8. §. 8. p. 479

Et latè *in Tract. 14. per totum.*

Ex causa necessitatis publicæ an possint Principes dare licentiam Iudæis exercendi vsuras inconsulto Summo Pontifice, & possint in hac re per Ecclesiam impediri. tr. 14. ref. 1. §. 1. p. 481

* Vide verb. *Forum*,

Curatio.

Si cautionem, securitatem, & iuramentum præstitit iudex laicus, qui extraxit reum ab Ecclesia sine licentia Episcopi, non esse reum corporaliter puniturum, non excusatur ab excommunicatione, si non restituit reum Ecclesiæ, &c. tract. 3. ref. 117. §. *Sed hic insurgat & inf.* §. *Nota.* p. 70

Cedulones.

Vt Cedulones tollantur à portis Ecclesiarum, an iudex laicus ordinare possit. tr. 2. ref. 48. §. 1. p. 126

Celebrare.

* Vide verb. *Missam celebrare*, *Sacerdos*,

Censura.

In censuram latam in cap. *Fœlices de pœnis in 6.* an incurrant receptatores, & defensores interficientium Cardinales. tr. 1. ref. 49. §. 1. p. 33

Censurâ afficitur persona priuata, quæ extraxit aliquem ex Ecclesia. tr. 1. ref. 112. §. 2. p. 65

A censuris an possit absoluere Episcopus electus & confirmatus, non autem consecratus. tr. 1. ref. 118. §. *Quæro secundo* prope finem. p. 72

De censurarum nullitate an iudex laicus incidenter cognoscere possit, & ordinare, vt sæculares & Ecclesiastici eas non obseruent, & vt tollantur cedulones à portis Ecclesiarum. tractat. 2. resol. 48. §. 1. p. 126

Censuris an possit iudex Ecclesiasticus compellere iudicem sæcularem, vt suo munere fungatur. tr. 2. ref. 60. §. 3. p. 131

Sine censurarum metu an possit iudex laicus punire Religiosum professum, qui miscuit se in criminibus enormibus. tr. 2. ref. 162. §. 1. p. 174

Vbi aliqua alia contingentia in dicto casu supponuntur. §. 3

Censuras præmittere an Ordinarius, vel iudex delegatus necessario debeat antequam imploret brachium sæculare? Et si iudex laicus non vult brachium suum præstare, an possit ad in per censuras cogi. tract. 2. ref. 300. §. 1. p. 250

In censuram Papæ reseruatam an incidant Cardinales reuelando ea, quæ in Consistorio tractantur. tr. 7. ref. 20. §. 1. p. 383

Et an hæc censura sit vsu recepta. ibid. §. 3. p. 384

Et quid, si reuelent ea, quæ specialiter, & expressè à Pontifice sub silentio fuerint indicta. ibid. §. 4

Et quid de illo, cui ista iniquè à Cardinali reuelata sunt. ibid.

Et quid de illo, qui casu, vel dolo audierit ea, quæ in Consistorio acta & dicta sunt, si aliis ista narret, aut reuelet. ibid. §. 5

Censuram Constitutione aliqua generali Pontificia imponente, an Cardinales in illa comprehendantur. tr. 7. ref. 31. §. 1. p. 387

Et an etiam in censura primi canonis Bullæ Cœnæ contra legentes libros Hæreticorum. ibid. §. 4

Et an in Paulina *Ambitiosa*. ibid.

Censuras fulminare an Vicarius Cardinalis in suis titulis possit. tr. 7. ref. 39. §. 1. p. 389

In censura cap. *Si quis suadente*, &c. an incurrant Clerici percutientes se ipsos. tractat. 7. resol. 82. §. 2. p. 405

Censura prolata contra aliquid facientes non comprehendit mandantes; ideóque si quis mandauit famulo, vt legeret librum hæreticum, & ipsum audiret, non incurrit censuram contra legentes libros Hæreticorum, tr. 7. ref. 107. §. 3. p. 419

Censuram latam contra colloquentes cum Monialibus non incurrit, qui loquitur cum ipsis per intermediam personam. ibid. §. 4

A censuris Pontifici reseruatis an absolutè impeditos, siue ad tempus longum, an Episcopus absoluere possit. tr. 7. ref. 117. §. 2. p. 428

Vbi, quòd talis impeditus adire Pontificem non tenetur mittere Procuratorem, nec scribere ad Sacram Pœnitentiariam, nec adire Legatum, aut alium habentem priuilegium absoluendi à casibus & censuris Papalibus, sed possit absolutè ab Episcopo absolui. §. 6

Et quid in casu hæresis? Vbi quòd Bulla Cœnæ aufert ab Episcopis potestatem absoluendi casum hæresis, illis concessam in Concilio Trident. & à fortiori à quocumque alio Confessario. ibidem §. 9. p. 429

Sub censura an Summus Pontifex possit prohibere Principibus Christianis, ne bellando fœdera cum Turcis, Infidelibus, vel Hæreticis contrahant. tract. 13. ref. 7. §. 1. p. 476

Idem est, si bono spirituali Ecclesiæ expediat Principes Christianos desistere ab aliquo bello. ibid.

* Vide verb. *Bulla Cœna*, *Excommunicatio*,

* In indice primo posito in principio huius tom. ex tract. 7. de Collocutionibus, & Scriptionibus veritis tempore Conclauis pro hoc verb. *Censura, & eius absolutione imposita supradictis impedimentis*, lege

Index

quàm plures,& curiosas quæstiones *à Ref.94. vsque in finem dicti Tractat.*

Certitudo.

Qua certitudine tenendum est Papam non posse errare in Canonizatione,& Beatificatione Sanctorum ? Et esse de Fide probatur. tract.5.resol.18. & 19. p.358. & 359

Intra certitudinis moralis latitudinem an remaneat', quòd anima Beatificati sit in gloria ex vi præcisè solius Beatificationis. tractat. 5. resolut.20. §. 1. p.360

Qua certitudine credendum est Papam non posse errare in approbatione Religionum. tract.5.ref.25. §. 1. p.366

Cessare.

Quando cessat adæquatus, & fundamentalis finis legis etiam in particulari,lex non obligat. tract.7. ref.97. §.4.p.413

Et an hoc sit contra commune. tract.7. resol.98. §.6. p.414

Cessio Bonorum.

Si cessionis bonorum beneficium contra debitorem Clericus obtinere velit , an iudex laicus Clericum citare possit ad exhibenda iura sua coram eo.tr.2.ref. 86.§.1.p.139

Chamaurus.

Chamaurus vulgo appellamus Regnum , quod gestat Summus Pontifex in capite,tr.4. ref.15. §.1. & seqq. p.333

Charta, seu Papol Sellado.

Gabella super Chartam Pragmaticâ,vulgo dictam *Papel Sellado* an violet Immunitatem Ecclesiasticam. tr.2. ref.217.§.1.p.208

Chirurgus.

Si Chirurgus in variis casibus inculpatè effudit sanguinem in Ecclesia,illa tamen non polluitur.tract.1. ref.132.§.1.p.86

Chorus.

* Vide verb. *Canonicus. Interficere.*

Christianus.

Christianus fingens se infidelem,& petens baptizari, vt certam pecuniarum summam accipiat, an debeat abiurare. tr.1.ref.107.§.5.p.61

Citare. Citatus.

Citare reum an debeat Episcopus,quando cognoscit,an reus gaudeat necne Ecclesiæ immunitate.tr.1.ref.125. §.1.p.74

Citare an possit iudex laicus Clericum ad exhibenda iura sua coram eo,quando eius debitor petit dilationem ex consensu maioris partis creditorum,vel si velit beneficium cessionis bonorum obtinere.tr.2.ref.86. §.1.p.139

Citari nec puniri ab Inquisitoribus Episcopus non potest etiam propter hæresim,sed hæc causa reseruatur Papæ. tr.2.ref.332.§.5.p.281

* Vide verb. *Clericus. Laicus.*

Ciuile. Ciuiliter.

Etiam in ciuilibus omnes consuetudines trahendi Clericos coram iudice laico sunt reprobatæ in Concilio Trident. & aliis iuribus. tractat.2. resolut. 139. §.2.p.165

In ciuilibus an Ministri laicalis iurisdictionis possint exercere iurisdictionem in Clericos coniugatos , vel an etiam in ciuilibus dicti Clerici gaudeant priuilegio fori. tr.2.ref.151.& 152.p.168

An ciuiliter iudex laicus possit cognoscere causas aduersus Equites D.Iacobi,Alcantaræ Calatrauæ, &c.tr.2. ref.169.p.179

* Vide verb. *Conuictus. Negotium.*

Ciuitas.

Vt ciuitatem tradat inimicis coniurans,aut machinans, an gaudeat Immunitate Ecclesiæ tract.1. ref.53. §.1. p.35

Si ciuitatis communitas , & vniuersitas introducit in quadam terra sua tabernam dictam *Legato* , vassallis reclamantibus,an incurrat censuram canonis quinti Bullæ Cœnæ. tr.2.ref.95.§.1.p.147

Ciuitas aliqua an possit exigere tributa à Clericis,quia per consuetudinem immemorabilem ita semper factum est. tr.2.ref.238.§.1.p.219

Ciuitates non possunt facere,aut statuere aliquid in his, quæ tangunt ius Superioris in graue præiudicium eius. tr.11.ref.2.§.1.p.464

Clam.

Si clam aliquis in Conclaui ingrediatur , an incidat in censuram. tr.7.ref.109.§.4.p.421

Etsi post ingressum intra Conclaue iste talis loqueretur secretè cum aliquo Cardinali, an incurrat excommunicationem, & priuationem officij & beneficij ipso facto ante iudicis declarationem. ibid.

Clamare.

Qui clamando sine vitæ periculo poterat opem ferre Cardinalibus,& non clamauit,an incurrat censuram Bullæ Cœnæ. tr.7.ref.80.§.2.p.404

Clauista.

Si Clauistæ mandat Cardinali , vt scribat extra Conclaue circa materiam electionis Pontificis , an incurrat censuram Pij IV. tractat.7. resolut. 107. §.1. p.419

Et an in tali casu peccat Cardinalis propter mandatum, & cooperationem cum peccato famuli Clauistæ. ibid.§.4

Clausula.

Si clausula adsit de non alienando, an possit fieri executio per iudicem sæcularem in prædio specialiter obligato à laico , etsi Clericus illud possideat. tr.2. ref.84.§.1.p.139

Quando cum clausula *appellatione remota*,causa committitur Cardinali , an censeatur excluſa appellatio etiam iusta. tr.7.ref.67.§.1.p.400

Clericus.

Clericorum domus in communi viuentium an gaudeat Immunitate Ecclesiæ. tractat.1. resolut. 6. §.12. p.7

Clericorum domus iuncta Ecclesiæ , vel intra triginta, vel quadraginta passus constructa,an gaudeat Immunitate. tr.1.ref.7.§.1.p.8

Clerici an gaudeant Immunitate Ecclesiarum , ita vt ad Ecclesiam confugientes pro criminibus non exceptuatis in Bulla, ab eorundem iudicibus Ecclesiasticis inuiti extrahi ab ea non possint.tr.1. ref.34.& 35. p.27

Clericorum consensus,quando adest libertatis præiudicium,nihil operatur. tr.1.ref.57.§.8.p.38

Clericum percutiens,aut occidens an gaudeat Ecclesiæ Immunitate. tr.1.ref.77.& 78.p.47

Si se esse Clericum dicit reus captus à iudice sæculari, an cognitio huius rei spectet ad iudicem laicum. tr.1. ref.120.§.1.p.74

In Clericum res litigiosa alienata,lite pendente,an possit ab eo auocari per iudicem laicum,& in eum directè fieri executio sententiæ latæ ab eodem iudice.tr.2. ref.82.§.*Ex his.* p.138

Si Clerici ex consuetudine in aliquibus locis soluant ius tractæ,quando extrahunt à portu aliquas merces,an hæc consuetudo sit contra Immunitatem , & improbanda. tract.2.ref.217. §. *Probatur secundo* , post medium,à vers. *Et tandem licet*, & in §. *Ad quartum.* p.209

Clericorum causas præsertim criminales an Cardinales in

in suis Ecclesiis titularibus cognoscere possint. tra.7. res.63.§.1.p.399
Et quid,si Clericus dignus sit depositione, an tunc Cardinalis debeat sententiam ferre , & actum degradationis Episcopo committere. ibid.§.2
Clerici percutientes se ipsos an incurrant censuram *cap. Si quis suadente* , &c. tractat. 7. resolut. 82. §. 2. pag.406
Clericos familiares Cardinalium offendentes an incurrant excommunicationem Bullæ Cœnæ , si intuitu eorum Cardinalium eos offendunt. tract.7. resol.83. ibid.
* In primo indice posito in principio huius tom. Tractatus secundus de Immunitate Ecclesiastica totus est plenus quæstionibus. Imo ferè omnes eius 345. Resolutione pertinent ad hoc verb. *Clericus*. Ideo ibi require , quidquid super dicto verbo desiderare potes.
* Vide etiam verb. *Ecclesiasticus. Filius* , & passim in aliis verb.

Coadiutoria.

Coadiutoriam à Papa concessam habens , an gaudeat priuilegio fori. tr.2.res.145.§.1.p.166

Cœmeteria.

Cœmeteria an gaudeant Immunitate , quamuis sint polluta , vel interdicta , & ab Ecclesia separata. tract.2. res.8.§.1.p.9.
Qui in cœmeteriis commisit grauia delicta extra homicidium & mutilationem,an gaudeat Immunitate. tr.1. res.24.§.1.p.18
Cœmeteria sua an possint Regulares ex priuilegio solemniter benedicere, si Episcopus nolit aut negligat. tr.1.res.143.§.1.p.92

Coërcere.

Coërcere pœnis Clericos an Principes sæculares in aliquibus casibus possint. tr.2.res.110.§.1.p.153
Ad coërcendos familiares suos an Cardinales possint priuatum carcerem habere. tr.7.res.64.§.1.p.399

Cogere.

Cogere an possit iudex laicus Clericum , qui spoliauit laicum sua possessione, ad illam restituendam.tract.2. res.87.§.1.p.139
Cogere Clericos,vt triticum vendant , si necessitas adsit,an Magistratus sæculares possint. tr. 2. res.88. §.1. pag.140
Cogi à Prælato Religionis Nouitius potest ad luendam pœnam delicto condignam , etiam si re integra, ideſt ante cœptum iudicium discedere velit à Religione. tr.2.res.166.§.4.p.178
Cogi possunt statuentes,quando Clerici & Ecclesia non nominantur in aliquo statuto , declarare , quòd non comprehenduntur Ecclesia,& personæ Ecclesiasticæ. tr.1.res.198.§.3.p.196
Si cogunt Reges & Imperatores subditos suos , quominus liberè matrimonium contrahant , non incurrunt excommunicationem *Concilij Trident. sess.24. cap. 9.* tractat.2.resol. 223. §. *Notandum est* , ante medium. pag.213
Cogi per censuras an possit iudex laicus,si non vult auxilium præstare pro exequenda sententia iudicis Ecclesiastici. tr.2.res.300.§.2.p.250
Cogere potest Episcopus statuentes , ne bona immobilia alienentur in extraneos,vt declarent illud statutum non deberi extendi ad Clericos. tra.3. res.7.§.5. pag.309
* Vide verb. *Iuramentum.*

Cogitatio.

Cogitatio sola extrahendi aliquem ab Ecclesia non sufficit ad incurrendam censuram, sed requiritur , quòd sit deuentum ad aliquem actum exteriorem. tr.2.res.4. §.2.p.5

Cognitio. Cognoscere.

Cognitio , an Religiosus , qui aufugit pro delicto ad Ecclesiam sui Monasterij , vel ad Ecclesiam , & Monasterium aliorum Ordinum , gaudeat necne Immunitate Ecclesiæ , an semper pertineat in quocumque euentu ad Episcopum. tr.1. res.37.§.1.p.28
Cognitio,vtrum reus debeat gaudere Immunitate Ecclesiarum , an possit aliquando spectare ad iudicem laicum. tr.1.res.119.§.1.p.73
Cognitio loci , an sit sacer , & Religiosus ad gaudendum Immunitate , an spectet ad iudicem laicum. ibid. §.3
Cognoscere an possit Episcopus electus , & confirmatus,si non est consecratus , an reus gaudeat Ecclesiæ Immunitate. tractat. 1. resolut.118. §. *Quæro Secundo* pag.72
Cognitio an spectet ad iudem laicum vel Ecclesiasticum , si captus à satellitibus affirmat se fuisse captum in loco sacro, illis autem negantibus. tract.1. res.120. §.1.p.74
Et quid,si captus,dicat esse Clericum. ibid.
Quando cognoscit Episcopus si reus gaudet necne Immunitate Ecclesiæ,an debeat illum citare. tract.1. res. 123.§.1.p.74
Cognoscere , an si aliquis est Clericus , vel non , sine vlla limitatione,an sequatur postea mors , spectat ad Episcopum sine metu alicuius irregularitatis. tract.1. res.129.§.3.p.84
Cognoscere an possit Summus Pontifex & iudex competens existere , vbi lis aliqua vel discordia oritur inter duos Supremos Principes , neminem in temporalibus recognoscentes. tractat. 2. resol.19. §. 1. pag.110
Cognoscere causas Ecclesiasticas per viam violentiæ, vt vulgo dicitur, Ministri Regij possint. tract.2. resol.36. & 37.p.119.& 120
Cognoscendi causas Ecclesiasticas priuilegium concessum Principi laico , an reuocari possit etiam si per consuetudinem immemorabilem tali priuilegio innixam obseruatum fuerit. tract. 2. resolut. 43. §.1. pag.124
Et quid,si priuilegium concessum sit in remunerationem, & vim contractus. ibid.§.3
Cognoscere incidenter an possit iudex laicus nullitatem censurarum , & ordinare , vt sæculares & Ecclesiastici illas non obseruent,&c. tract.2.resol.48. §.1. pag.126
Cognitio habitus Clericalis ad iudicem Ecclesiasticum pertinet , & non ad laicum : & dum hæc cognitio coram Ecclesiastico pendet, debet iudex laicus supersedere,&c. tr.2.res.126.§.1.p.159
Cognitio de Clericatu & habitu an spectet ad iudicem laicum. tract.2. res.127. vsque ad res. 130. inclusiuè. pag.159
Cognoscere, an Clericus sit bigamus , an iudex laicus possit. tr.2.res.150.§.1.p.168
Cognoscere causas aduersus Equites D. Iacobi , Alcantaræ,Calatrauæ, &c. tam criminaliter quàm ciuiliter. an iudex laicus possit. tractat. 2. resolut. 169. §.1. pag.179
Cognoscere an possit Episcopus de delicto à laico Officiali suo admisso,etiam extra officium ; & de delicto commisso à familia laica seruorum suorum , & possit excommunicare iudices laicos, qui volunt cognoscere delicta supradictorum. tractat.2.à resolut.180.vsque ad resol.183.inclusiuè vbi latè.p.183
Cognoscere an possit iudex laicus de crimine hæresis, si agatur de quæstione facti. tract. 2. resol. 193. §.1. pag. 194
Cognoscere de crimine Sortilegij,quando hæresim continet,an iudices laici possint. ibid.

Index

Cognoscendi causas Clericorum priuilegium ab Ecclesia si concessum sit alicui Principi, reuocari potest, etiamsi per consuetudinem immemorabilem tali priuilegio innixam obseruatum fuerit. tract.2. resolut.196. §. 2. p.195

Cognoscere causam an iudex laicus possit, cum agitur v.g. vt Petrus Clericus recuperet Ecclesiæ possessionem, à qua per vim est eiectus, vel vt retineat beneficij possessionem, à qua ab alio turbatur. tract.2. res.206.§.1.p.198

Sed neque ob receptam consuetudinem hæc causa ad iudices laicos pertinere potest, neque adduci potest tolerantia Pontificis. ibid.

Cognoscere de causa debet iudex Ecclesiasticus tanquam dignior, quando est controuersia inter iudicem laicum & Ecclesiasticum, cuius sit iurisdictio. tr.2. res.207. §.7.p.200

Cognoscere inter laicos de causa dotis principaliter, & non incidenter intentata, an iudex Ecclesiasticus possit. tr.2.ref.231.§.1.p.216

Et quid, si dos in testamento relicta fuerit puellæ pauperi. ibid.

Vt cognoscere possint Conseruatores Religionis forum de manifestis iniuriis & violentiis factis aduersus Religiosos, an illis concedatur. tract.2. resolut.270. §. 2. p.235

Cognoscere causam decimarum an iudex laicus simul cum Ecclesiastico possit, ita vt sit causa misti fori. tr.2.ref.271.272.273. &c.p.235

Et quid, quando de possessorio decimarum agitur. tr. 2. ref.272.§.2.ibid.

Et quid, quando decimæ sunt Principibus, vel aliis sæcularibus in feudum datæ. tr.2.ref.274.§.1.p.236

Et quid, quando Clerici decimas petunt à laicis, qui præscriptione & consuetudine immemorabili eas nunquam soliti sunt persoluere. tractat. 2. resol. 276. §.1.ibid.

Ad cognoscendum laicum pro re quam in Emphyteusim tenet ab Ecclesia, an iudex Ecclesiasticus sit competens. tr.2.ref.279.§.1.p.237

Ad cognoscendum Clericum pro restitutione pecuniæ illi liberatæ cum cautione de restituendo, dum creditor anterior comparuerit, an iudex laicus non sit competens, sed in tali casu adeundum sit ad iudicem Ecclesiasticum. ibid.§.7

Cognoscere inter laicos an iudex Ecclesiasticus possit de alimentis filio spurio debitis? Vel an cognitio huius causæ sit misti fori. tr.2.ref.285.§.1.p.243

Vbi, quid sub nomine alimentorum intelligi censeatur, & aliqua alia contingentia in dicto casu. §.3.ibid.

Cognoscere an possit iudex Ecclesiasticus laicum delinquentem simul cum Clerico, maxime si præueniat. tr.2.ref.286.& 287.§.1.ibid.

Cognoscere de crimine adulterij quando iudex laicus, & Ecclesiasticus possint. tr.2.ref.291.§.1.p.245

Cognoscere solus iudex laicus potest ad imponendam pœnam sanguinis adulteræ; & quoad alias pœnas est causa misti fori. ibid.§.2

Idem est, si de amissione dotis adulteræ agatur. ibidem §.3

Cognoscere solus iudex Ecclesiasticus potest causam diuortij. ibid.§.4

Idem est, si de sola separatione coniugum ad tempus; ob lepram, vel aliud impedimentum agatur. ibid.§.3

Et quid, quando quæstio mota est de alimentis præstandis adulteræ à viro separatæ. ibid.§.4

Cognoscere an possit incidenter iudex Ecclesiasticus de rebus temporalibus, seu prophanis, & è contra iudex laicus de rebus spiritualibus, & Ecclesiasticis. tr.2.ref.296.§.1.p.247

Cognoscere crimen vsuræ ad quem forum pertineat: Vel an sit causa misti fori. tr.2.ref.309.§.1.p.253

De cognitione, causarum matrimonialium locus Concilij expenditur. tr.2.ref.341.§.1.p.297

Cognoscere causas Clericorum præsertim criminales an Cardinales in Ecclesiis titularibus possint. tr.7. ref.63. §.1.p.399

Et quid, si Clericus sit depositione dignus, an Cardinalis debeat sententiam ferre, actum tamen degradationis Episcopo committere. ibid.§.2

Vt simul cognoscat, & iudicet, an Papa teneatur adhibere Collegium in puniendo, & damnando Cardinali. tr.7.ref.74.§.1.p.402

* Vide verb. *Crimen. Frangere.*

Collatio.

Collatio Episcopatuum, & aliorum beneficiorum an possit à Principe laico præscriptione acquiri. tr.2.ref.30. §.1.p.116

* Vide verb. *Beneficium.*

Collecta. Collectare.

Collectandi Ecclesiasticos an Principes laici consuetudine ius acquirere possint? Et an colore talis prætextus liberentur à censura excommunicationis, & restitutionis. tr.2.ref.239.§.1.p.219

Si collectæ, seu gabellæ iustæ in aliquo casu Clericis imponuntur, an possint imponi inconsulto Pontifice? Et si dictæ collectæ excedant octauam partem, an sint iniustæ. tr.2.ref.247.§.1.p.222

Vt collectari possint Clerici in communibus vtilitatibus, vel necessitatibus, quas conditiones requirit *cap. Nominus, & cap. Aduersus, de Immunit. Eccles.* tractat. 2. ref.248.§.1.p.223

Qui in Collectarum fraude tantùm, & non cum intentione clericandi habitum clericalem susceperint, an teneantur soluere gabellas à Principe impositas. tract.2. ref.261.§.1.p.231

* Vide verb. *Prædium. Soluere, Vendere.*

Collegium.

Collegium de propaganda Fide, & similium an gaudeat Immunitate Ecclesiæ. tr.1.ref.22.§.1.p.17

Quando in collegio aliquo non bene aliquid determinatur, an possit aliquis ex dicto collegio sine scrupulo tacere? Et quid, si maior pars collegij illud approbat. tr.7.ref.18.§.1.p.383

* Vide verb. *Canonicus.*

Collegium Cardinalium.

Collegium Cardinalium an Papa teneatur adhibere in puniendo, & condemnando Cardinali, vt simul cognoscat, & iudicet. tr.7.ref.74.§.1.p.401

Colligere.

* Vide verb. *Bona. Mens.*

Collocutio vetita tempore Conclauis.

* In indice primo posito in principio huius tom. Tr. 7. ex lege sup. hoc verb. à ref.94. vsque ad ref.104. & si perlegis omnes difficultates sequentes vsque ad finem dicti Tractatus, scio non te pigere; signanter pro absolutione excommunicationis incursæ propter dictas collocutiones ibi à ref. 112. vsque in finem dicti Tractatus. Vbi latè notabilia & curiosa.

Collocutio cum Monialibus.

Contra colloquentes cum Monialibus excommunicationem latam an incurrat, si quis loquatur cum Moniali, ipsa verò non respondente, vel è contra. tract.7. ref.100.§.1.p.415

Colonus.

A Coloniis partiariis Religiosorum an iudex laicus possit exigere gabellas. tr.2.ref.269.§.1.p.234

Et quid, si dicti Coloni fructus collectos deferant de loco ad locum, aut alienent. ibid.§.3.p.235

Coloni, seu affictatores prædiorum Ecclesiasticorum non tenentur soluere gabellam, vulgo dictam *Diuuaniri*, ibid.§.4

Colonus

Colonus laicus Religiosorum pro sua portione Colonica an teneatur decimas soluere ? vbi latè tract.2. ref. 277. §.p.236
* Vide verb. *Superior secularis.*

Color.

Quare coloris rubei sit crux,quam in calceamento Summus Pontifex habet. tract. 4. resol.19. §. 1. & seqq. p.338

Comburentes.

Comburentes Ecclesias an gaudeant earum Immunitate. tr.1.ref.30.§.1.p.25
* Vide verb. *Incendiarius.*

Commestibilia.

* Vide verb. *Baro. Vendere.*

Commercium.

* Vide verb. *Conuictus Negotium.*

Comminatorium.

* Vide verb. *Verbum.*

Commiscere.

Si commiscuerit se delinquens inter illas personas, quæ per plateas associant venerabile Eucharistiæ Sacramentum,an gaudeat Immunitate. tract.1. ref.12. §.2. pag. 12

Committere. Commissum.

Qui commisit grauia delicta extra homicidium , & mutilationem in Ecclesiis , vel Cœmeteriis , an gaudeat Immunitate. tr.1.ref.24.§.1.p.18
Si quis committit aliquod enorme delictum non exceptuatum in Bulla Greg. XIV. an gaudeat Ecclesiarum immunitate. tr.1.ref.25.§.1.ibid.
Vbi pro praxi aliqui casus. ibid.
Si non commiserint rei delicta in iure exceptuata , an neganda sit immunitas Ecclesiarum aliquibus reis. tr.1.ref.26.§.1.p.19.
Enumerantur alia delicta , in quibus qui ea commiserit, gaudet Immunitate Ecclesiæ. Vbi quindecim casus pro praxi. tr.1. ref.27.per totam.p.21
Si commiserit reus delictum pertinens ad forum sæculare, postquam extractus est ab Ecclesia reus , an adhuc sit Ecclesiæ restituendus. tr.1.ref.117.§. *Quæro quarto.* p.71
Si non commisisse reum delictum exceptuatum constet, licèt extractus sit ab Ecclesia cum licentia Episcopi, an restituendus sit reus Ecclesiæ. tr.1.ref.121.§.1.p.74.
Si commiserint personæ Ecclesiasticæ crimen læsæ Maiestatis , an per Principes sæculares , & eorum iudices puniri possint. tr.2.ref.53.& 54.p.129
Et an sint degradandæ,& curiæ sæculari tradendæ. tr. 2. ref.55.§.1.ibid.
Committere laicis an possit Summus Pontifex causas Ecclesiasticas non solum ciuiles,& criminales, sed etiam spirituales. tr.2.ref.314.§.1.p.256
Committere actum degradationis Episcopo debet Cardinalis,si Clericus sit dignus depositione , sententiam verò degradationis in suis titulis ipse Cardinalis ferre debet. tr.7.ref.63.§.2.p.399
* Vide verb. *Assassinus. Causa. Crimen. Delictum. Homicidium.Reus.Sacrilegium.*

Communicatio Ciuilis , & Politica.

Communicatio ciuilis,& politica in commercio , mercatura, bello, conuictu, &c. & aliis negotiis politicis an Catholicis sit licita cum Hæreticis?Et quid cum Infidelibus,& Turcis. tr.14.ref.8.& 9.§.2.p.480
Et quid in dictis casibus de excommunicatione,vel si adsit scandalum, & periculum peruersionis. tr. 13. ref.9. §.3.ibid. Vbi. Vt habitare possit Catholicus in terris Hæreticorum,aliqua requiruntur. §.4. ibid.
Communicare cum Hæreticis damnatis in Tribunali S. Inquisitionis non est illicitum. ibid.§.7

Communitas.

Si in Communitate aliqua non bene aliquid determinatur, an aliquis tunc possit sine scrupulo tacere ? Et quid,si maior pars communitatis illud approbat. tr. 7. ref.18.§.1.p.183
* Vide Verb. *Locus.Vendere.Vniuersitas.*

Commutare.

Commutare vltimas voluntates an possit Cardinalis , in quibus possunt Episcopi respectu suorum subditorum. tr.7.ref.41.§.1.p.390.

Comparere.

Si compareat Clericus citatus coram iudice laico putans sua interesse,an teneatur stare sententiæ à iudice laico latæ. tr.2.ref.80.§.1.p.138

Compater.

Compater in Baptismo , & Confirmatione an Cardinales,vel Episcopi Religiosi esse possint. tr.7. ref. 87. §.1.p.407

Compellere.

Compellere Dominum ad vendendum seruum an in aliquo casu Ecclesia possit. tr.1.ref.69.§.1.p.44
Compellere Clericos an possint Reges , vt executores Concilij Trid.vt illud obseruent , & ad reparationem Ecclesiarum. tr.2.ref.50.§.1.p.127
Idem est de Magistratibus Regiis. tr.2.ref.51.§.1.p.128
Compellere censuris iudicem sæcularem , vt suo munere fungatur , an Iudex Ecclesiasticus possit, tr.2,ref.60. §.3.p.131
Compellere Clericum ad restituendum depositum an iudex sæcularis possit,quoties se obligauit restituere in tribunali iudicis laici. tract.2. resol. 72. §. 1. & seqq. p.135
Compellere,& compelli ad compromittendum inter affines an Clerici possint ex vi statuti laicorum de causis compromittendis inter affines. tr.2.ref.78.§.vlt.p.137
Compellere non potest ædilis Clericum, vt domum ruinosam destruat,ne vicinis noceat. tract. 2. ref.97. §. 3. p.148
Compelli an possit minister laicalis iurisdictionis à iudice Ecclesia restituere arma spoliata Clerico. tract.2. ref.116.§.p.155
Compellere laicos suos ad obseruationem iuramenti super contractu , vel simili negotio interpositi an non solum iudex laicus possit, sed etiam Ecclesiasticus, ita vt in tali casu materia iuramenti sit misti fori. tract.2. ref.235.§.1.p.217.
Compellere Clericos ad soluendum an iudex laicus possit,quando Clerici tenentur gabellas soluere. tract. 2. ref.268.§.1.p.234
Compelli intrare in Conclaue, si nolit, an possit Cardinalis,qui è Conclaui exiuit propter infirmitatem , si conualuerit. tr.7.ref.106.§.2.p.418
* Vide verb. *Cogere.*

Competens. Competere.

Si quæ competunt Clericis de iure communi tanquam ciuibus per statutũ tollantur,an sit contra Immunitatẽ Ecclesiasticã.tr.2.ref.208.§.2.& ref.211.p.200.& 203
Competit Episcopis ratione iuramenti præstiti in contractibus conuenire laicos in curia Ecclesiastica. tr.2. ref.282.§.7.p.241
* Vide verb. *Iudex.*

Complacendum.

Qui complacendi animo tantùm alicuius hominis homicidiũ perpetrauit,an sit assassinus.tr.1.ref.87.§.15.p.52

Completum.

* Vide verb. *Numerus.*

Componentes.

* Vide verb. *Captiuantes.*

Comprehendere.

Quod non comprehendatur Ecclesia , & personæ Ecclesiasticæ , declarare statuentes cogi possunt , quando Ecclesia,& Clerici in aliquo statuto non nominantur. tr.2.ref.298.§.3.p.196

An comprehendat Clericos statutum,ne extrahatur, vel introducatur in ciuitatem annona , videlicet vinum, frumentum, oleum,&c. tract.2. ref.212. 213. & 214. p.203.& seqq.
An comprehendat Clericos statutum laicorum prohibens gen aliter librorum impressionem absque eius licentia ? Et an hoc etiam Episcopus statuere possit. tr.2.ref.216.§.1.p.207
An comprehendat Clerico Ecclesiam , vel Monasteria, lex seu statutum,quòd a hæreditatem non confecto inuentario , teneatur vltra vires hæreditatis. tr.2.ref.219.§.1.p.211
An comprehendantur Cardinales in generali Constitutione Pontificia imponente censuras & pœnas. tr.7. ref.31.§.1.p.387
Et an comprehendantur sub cens ra timi Canonis Bullæ Cœnæ contra legentes libros Hæreticorum. ibid.§.4
Et an in Paulina Ambitiosæ. ibid.
Et an in sententia suspensionis , & interdicti. tract.7. ref.32.§. 1.ibid.
Et an in Regulis Cancellariæ, quæ odiosæ sunt. tract.7. ref.33.§.1.ibid.
In his , quæ comprehenduntur per rationem legis non dicitur fieri interpretatio extensiua, sed comprehensiua.tr.7.ref.95.§.4.p.411.
Non comprehendit mandantes censura prolata contra aliquid facientes. Vbi alij tres similes casus. tract. 7. ref.107.§.2.& seqq.p.419
Non comprehenditur casus hæresis in concessione Iubilæi, etiam anni sancti concedente facultatem absoluendi ab omnibus casibus Bullæ Cœnæ. tr.7. ref. 118. §.2.p.430

Comprehensum.

Comprehensus extra locum sacrum, si per illum tamen ad carcerem ducatur,vel ad supplicium , aut ad mortem trahatur per aliquam Ecclesiam , an gaudeat eius Immunitate. tr.1.ref.105.§.1.p.59
* Vide verb. *Capere.*

Compromittendum.

* Vide verb.*Compellere.*

Conari.

* Vide verb.*Proditorie.*

Concedere. Concedens. Concessio. Concessum.

An concedatur,quando reus fugit,ad Ecclesiam , vt inde liberè non fugiat,quòd Ecclesia à satellitibus obsideatur, dum licentia Episcopi venit. tract.1. ref.101. §.3.p.58
Concedens Episcopus iudici laico licentiam exhumandi corpus defuncti occisi , vt de corpore constet delictum , in nullam irregularitatem Episcopus incurrit. tr.1.ref.129.§.1.p.84
An concesserit Constantinus Imperator facultatem , vt Ecclesiæ per totum orbem possint ædificari. tr.2. ref. 202.§.3.p.197
Posito quòd concedit Summus Pontifex aliquibus determinatis personis, & sub determinato aliquo ritu venerari S.Beatificatum, an possint alij omnes licitè vti tali concessione. tr.5.ref.21.§.1.p.361
Concedere indulgentias an Cardinales possint. tract.7. ref.46.§.1.p.391
Et an hæc potestas indulgentiarum in Cardinalibus potius sit de consuetudine , cum pro illa nullus extet Canon. ibid.§.2
Concedere an possint Pontifices titulum,& insignia Regia Principibus de Ecclesia benemeritis. tract.12. ref. vnica §.1.p.468
Concedere libertatẽ conscientiæ sine consensu Pontificis an liceat Principibus Christianis.tr.13.per totum.p.481
* Vide verb. *Appellatio. Facultas , Iubilæum. Licentia. Monopolium.Priuilegium.*

Concernere.

* Vide verb. *Consuetudo. Statum.*

Concilium.

Concilia,& Summus Pontifex habent potestatem inducendi exemptionem Clericorum si Principes sæculares noluissent in eam consentire. tr.2.ref.1.§.1. p.55
In Concilio Prouinciali concordata , & facta inter Clericos,& sæculares , nisi authoritate Pontificis confirmentur , nihil operantur contra priuilegium Immunitatis. tr.2 ref.13.§.3.p.104
Vt Conc.Trid. executores Reges an possint compellere Clericos,vt illud obseruent , & ad reparationem Ecclesiarum. tr.2.ref.50.§.1.p.127
In Conc. Trid.& aliis iuribus sunt reprobatæ omnes consuetudines trahendi Clericos coram iudice laico etiam in ciuilibus. tr.2. ref.139. §.2.p.165
Omnia,quæ Conc. Trid. *sess.*23. *c.* 6. determinauit , explanantur,vt Clericus gaudeat priuilegio fori. tract.2. ref.140.§.1.p.165
Conc.Trid. locus de cognitione causarum matrimonialium expenditur. tract.2. resolut. 341. §. 1. & seqq. p.297
Extra Concilium Generale definiendo aliquid Papa ex Fide, an possit errare. tract.5. ref.1.2.3. & 4. & ne deseras legere cæteta ref.& quæstiones dicti tract. & non te pigebit. p.340
Si tempore , quo Concilium Generale est congregatum Ecclesia vacaret , an adhuc electio spectet ad Cardinales ? Et quid de iure. tract.7. resolut. 15.§.1. p.381
Concilium an Cardinales aliquando conuocare possint. Et non propterea huiusmodi Concilia imperfecta habenda sint tanquam conuenticula. tr.7. ref.16.§.1. p.282
In Conciliis Generalibus Cardinales , qui Episcopi non sunt,an habeant ius præsentiæ,& indicij. tract.7.ref.17. §.1. ibid.
In Conciliis an Cardinales præferendi sunt Patriarchis & Episcopis. ibid.§.4

Conclaue.

* In indice primo posito in principio huius tom.1. tract. 7. & ref.94. vsque ad ref. 110. inclusiuè in omnibus quæstionibus earum inclusum est explicitè , vel implicitè hoc verb. *Conclaue* , ideo in illis require, quidquid occurrere poterit super illud & si placet,lege etiam vsque in finem dicti Tractatus.

Concubina.Concubinarius.

Concubinarius potionem concubinæ, vel adulteræ tradendo ad effectum faciendi abortum fœtus animati, an gaudeat Immunitate Ecclesiæ. tract.1. ref.93.§.2. pag.55
Concubinarios laicos an possit iudex Ecclesiasticus punire ; vel an hoc delictum sit misti fori. tr.2. ref.291. §.1.p.245
Ne concubinæ teneantur pro furtis ab ipsis concubinis factis,an iudex laicus hoc statuere possit , si hoc extendat ad concubinas Clericorum. tr.2. ref.294. §.1. p.247

Conditio.

De conditionibus , quas requirit *Cap. Non minus.* & *cap. Aduersus de Immunit. Eccles.* vt Clerici possint collectari in communibus vtilitatibus, vel necessitatibus. tr.2.ref.248.§.1.p.223
* Vide verb. *Feudum.*

Conducens. Conductum.

Conductus pretio occidens Infidelem an sit assassinus,& gaudeat Immunitate Ecclesiæ. tractat. 1. ref.84. §.3. pag.50
Qui conductus pecunia occidit inimicum mandantis , præsente ipso mandante, an gaudeat Immunitate Ecclesiæ. tr.1.ref.85.§.1.ibid.

Conducens Clericus, vel Religiosus agros alienos, an teneatur soluere gabellam ex fructibus inde perceptis. tr.2.ref.264.§.1.p.232
Conducentes laici redditus Ecclesiarum,& Ecclesiasticorum an in contractibus iuramentum apponere possint. tr.2.ref.280.§.3.p.238
* Vide verb. *Assassinus. Conueniendum. Laicus.*

Concordatum.

Concordata Summi Pontificis cum aliquo Rege an sint priuilegium,& sint reuocata per Bullam Cœnæ.tr.2. ref.13.§.1.p.103
* Vide verb. *Concilium, reuocare.*

Condemnare. Condemnatus.

Condemnatus ad verbera an gaudeat Immunitate Ecclesiæ. tr.1.ref.67.§.2.p.43
Condemnare reum ad exilium, perpetuum carcerem, trimeres, ad mortem, vel ad aliam pœnam corporalem an iudices Ecclesiastici, vel laici non possint dum reus in Ecclesia existit pro gaudenda eius Immunitate. tr.1.ref.126.& 127.§.2.p.80
Condemnari ad pœnam corporalem non potest reus, quamuis confugiens ad Ecclesiam ex illa egrediatur ex eo,quòd qui semel ad Ecclesiam confugerat, gaudet eius Immunitate. ibid.ref.127.§.3.p.81
Si non condemner' Iudex Ecclesiasticus Clericum in pœnam legis laicalis pro delicto, an possit illum iudex laicus condemnare. tr.2.ref.93.§.1.p.144
Condemnatus ad mortem, si obuiam habeat Cardinalem, an sit liberandus ? Et an hoc procedat,quando Cardinalis casu, & non data opera in reum incidit cui sine iuramento credendum est. tract.7.ref.75. §.1. p.402

Condere.

* Vide verb.*Lex Pragmatica. Statutum. Testamentum.*

Condonare.

* Vide verb. *Obligatio.*

Confectio.

* Vide verb. *Inuentarium.*

Conferre.

Conferre primam Tonsuram, & minores Ordines an Cardinales in suis titulis possint.tract.7. resol.51. §.1, p.396
Et an suis familiaribus conferre possint Cardinales, si sint Presbyteri, Tonsuram,cæterosque Ordines.ibid. §.3
Conferendi beneficia in suis titularibus Ecclesiis an Cardinales ius habeant. tr.7.ref.52.§.1.ibid.
Idem est de Canonicatibus,& Præbendis, quæ ab ipso titulo dependent. ibid.
Et quid ante cœptam possessionem Ecclesiarum,& literarum ostensionem. tr.7.ref.53. §.1.p.397
Et quid, si Cardinalis ad Episcopatum fuerit assumptus, si nondum fuerit possessionem adeptus. tr.7. ref.54. §.1.ibid.
Conferre beneficia commendata an Cardinales possint siue ad tempus,siue ad vitam, dissoluta commenda: & idem de vnitis,dissolutis vnionibus. ibid.§.3
Si conferendi beneficia reseruata, & in alium substituendi Cardinalis facultatem habeat, an possit substitutus dicta beneficia conferre, sicut potest Cardinalis.tr.7.ref.56. & lege etiam ref.57. 58. 59. & 60. Vbi aliæ difficultates super hoc verb. *Conferre.* §.3. p. 398
* Vide verb. *Beneficium prouidero.*

Confessarius.

Confessarius non potest absoluere patrem in articulo mprtis, nisi prius reuocet testamentum, vbi filium exhæredauit ex eo, quòd nupserit contra eius voluntatem, non obstante quod sit statutum laicale tale matrimonium prohibens.tr.2.ref.223.§.*Notandum est*, in fine.p.213.
Confessarium eligere sibi an Cardinales possint. tract.7. ref.47.§.1.p.391
De Confessario an etiam suæ familiæ prouidere possint ibid.§.3
Et an hoc vbicumque Cardinales fuerint. ibid.
Confessarium sibi eligere extra propriam Diœcesim familia Episcoporum non potest. ibid.
A Confessario suo an Cardinalis Episcopus, vel alij Episcopi, si incidant in censuras Pauli IV. & Greg. XV.latas contra colloquentes & scribentes tempore Conclauis, absolui an possint virtute Concilij Trid. *sess.24.c.65.* tr.7.ref.115.§.7.p.426
A quocumque Confessario an possit absolui impeditus adire Pontificem à casibus Papalibus, etiam ab hæresi. tr.7.ref.117.§.10.p.429
Et quid,si talis impeditus etiam sit adire Episcopum; an possit absolui etiam ab hæresi à quocumque Confessario. tr.7.ref.118.§.p.430

Confiscatio Bonorum.

* Vide verb. *Pœna.*

Confitens. Confiteri.

Qui confitentem actu,& re ipsa Sacerdoti, occidit, aut vulnerat,an gaudeat Immunitate Ecclesiæ. tr.1.ref.27. §.*Quaro duodecimo.* p.23
Confiteri cum Sacerdote non approbato ab Ordinario an possint Equites D.Iacobi, Alcantaræ, Calatrauæ, &c.sicut alij Regulares. tr.2.ref.262.§.2.p.232
Confiteri an possit excommunicatus occultus. tract.7. ref.124.§.2.p.437
Confiteri aliqua peccata non expressa fractione Bullæ Pij IV. & Greg. XV. tempore Conclauis an possit Cardinalis, vel Conclauista ad vitandum scandalum; vel an teneantur confiteri infirmiori omnia peccata tam reseruata quàm non reseruata, vt de illis indirectè,& ab istis directè absoluantur. tract.7. ref.123.& 125.§.1.p.436
Idem est de Hæretico occulto,qui non potest absolutionem censuræ obtinere: & de Sacerdote, qui alium Sacerdotem interfecit, & vrget necessitas celebrandi, vel communicandi. tr.7.ref.123.per totam.ibid.
Idem est de aliquo alio pœnitente innodato aliqua censurâ & peccato reseruato. ibid.§.*Sed contra.*p.438

Confinium.

Vt confinia Regni tutius conseruentur, an Clerici teneantur ad gabellam impositam pro manutenendo Exercitum in partibus inimicorum. tr.2. ref.252.§.1, p.226

Confirmans. Confirmare. Confirmatio.

Nisi confirmentur authoritate Pótificis cócordata inter Clericos & sæculares etiam in Concilio Prouinciali facta, nihil operantur contra priuilegium Immunitatis. tr.2.ref.13,§.3.p.104
Confirmatio priuilegiorum Regularium ex certa scientia, & sine clausulis restrictiuis operatur, vt priuilegia reuocata restituantur,& reualidentur.
Et confirmatio facta vni Religioni valet pro omnibus aliis. tr.7.ref.119.§.2.p.432.
* Vide verb. *Statutum.*

Confirmationis Sacram.

* Vide verb. *Compater.*

Conflictus.

* Vide verb. *Opinio.*

Confluere.

Vt confluant Clerici sine onere vectigalis ad tabernas laicorum, an ipsi laici aperire tabernas possint. tr.2, ref.240.§.3.p.219
Proponitur alius specialis casus, in quo confluere possunt Clerici ad tabernas particulares ad emendum vinum, oleum, panem, &c. sine tributo. tr.2. ref.244. §.3.p.221

Confraternitates.

Confraternitates laicorum an gaudeant priuilegio fori, ita vt Episcopo sint subiectæ. tractat.2. resol.177.§.1. p.182

Et quid,si in eis opera charitatis, & pietatis, & exercitia spiritualia exerceant, quod idem est de Hospitalibus. ibid

Confraternitatum dictarum bona an possint alienari sine assensu Apostolico. ibid.

Inter Confraternitates controuersias ortas in aliqua processione an iudex laicus dirimere possit. tract.2.res.178. §.1.p.182

Confraternitates an possit Episcopus visitare quoad decentiam diuini cultus,etiamsi existant sub protectione Regum. tr.2.res.189.§.1.p.189

* Vide verb. *Oratorium.*

Confugere. Confugientes.

* Pro confugientibus ad Ecclesiam ad gaudendum eius Immunitate,in indice primo posito in principio huius tom. In eius tract.1.*de Immunitate Ecclesiæ* quàm plurimas quæstiones inuenies: & si quærendo , quod desideras super his verb. totum indicem dicti tract. perlegeris,non te pigebit.

Congregatum.

* Vide verb. *Concilium.*

Coniectura.

Coniecturæ non sufficiunt ad declarandum, vt reus commiserit delictum exceptuatum pro gaudenda Ecclesiæ Immunitate,sed opus est , vt certo Episcopo constet de tali delicto per concludentem & plenam probationem. tr.1.res.123.§.4.p.75

Coniugatus. Clericus.

Coniugatus Clericus cum vnica & virgine vestes clericales,& Tonsuram deponens , si postea illas reassumat, an gaudeat priuilegio fori, tract.2.resol.148.§.1. p.167

Coniugati Clerici an gaudeant priuilegio fori etiam in ciuilibus. tr.2.res.151.§.1.p.168

Coniugatis Clericis an sit prohibita omnis negotiatio, quæ aliis Clericis est prohibita, ibid.§.2

Coniugatus Clericus post dimissum habitum & Tonsuram,si pro delicto aliquo in Curia laicali est citatus, & ob contumaciam condemnatus fuerit, si deinde reassumat habitum & Tonsuram,& Ecclesiæ deseruiat, an possit à iudice laico propter delictum in carcerem coniici,aut personaliter adstringi. tract.2. res.152. §.3. p.169

Et quid,si Clericus coniugatus pro crimine capiatur incedens sine habitu & Tonsura , & deinde è carcere fugiens habitum & Tonsuram reassumat , &c. ibid.

Coniugati Clerici Orientales in Minoribus , quos Græcos appellamus , gaudent priuilegio Canonis & fori , etiamsi Ecclesiæ non deseruiant. tract.2. res. 153. §.2. ibid.

Coniugati Clerici seruientes Episcopis non gaudent exemptione gabellarum, quamuis gaudeant priuilegio fori. tr.2.res.163.§.5.p.177

* Vide verb. *Vxor.*

Coniuges.

Si de coniugum sola separatione ad tempus ob lepram, vel aliud impedimentum agitur , an solus iudex Ecclesiasticus sit competens. tr.2.res.291.§.3.p.245

* Vide verb. *Diuortium.Fœmina. Maritus. Matrimonium. Mulier. Vxor.*

Coniurans.

Coniurans,vt tradat inimicis Regnum , ciuitatem , &c. an gaudeat Immunitate Ecclesiæ. tractat.1. res.53.§.1. p.35

Consanguineus.

Ne inter consanguineos matrimonia contrahantur , an Princeps laicus pœnas imponere possit , & illas exigere, etiam impetratâ Pontificis dispensatione tract.2. res.226.§.1.p.214

Consanguineorum Principum matrimonia contracta sine eorum consensu esse valida probatur.tr.2. res.344. §.1.& seqq.p.301

Conscientia.

* Vide verb. *Libertas.*

Consecratio. Ecclesiæ.

Consecrationem an amittat Ecclesia , si ex intentione renouandi eam vnus paries successiuè post alterum destruatur,& de nouo tota Ecclesia ædificetur. tractat.1. res.130.§.1.& seqq.p.84

Si consecretur Ecclesia per Episcopum excommunicatum non toleratum,an Ecclesia violetur. tr.1. res.131. §.4.p.86

Consecratur validè Ecclesia per Episcopum hæreticum, dum Fidem SS.Trinitatis tenet. ibid.§.7

Consecratis semel Ecclesiis non debet iterum consecratio adhiberi,nisi ab igne exustæ , aut sanguinis effusione , aut cuiuscumque seminis pollutione fuerint. tr.1.res.138.§.1.p.90

Consecrata an remaneat Ecclesia polluta , si quis in ea Missam celebret. tr.1.res.139.§.1.ibid.

Et quid,si Sacerdos in ea polluta mala fide celebret, ibid.§.2

Vnde,quòd consecratus remanet Calix,si non sit consecratus, si quis cum eo celebret. tr.1. res.140.p.91

Consecratio Episcopi,Cardinalis.

Ante consecrationem Episcopi à multis prohibetur Episcopus,quia consecratio alium de nouo ordinem Episcopo confert. tr.7.res.11.§.1.p.380

In consecratione sua an Cardinalis debeat præstare iuramentum Romanæ Ecclesiæ. tr.7.res.22.§.1.p.384

Consensus. Consentire.

Consensus Clericorum in aliquam consuetudinem,quando adest libertatis Ecclesiasticæ præiudicium , nihil operatur. tr.1.res.57.§.8.p.36

Cum consensu expresso , & scientia Pontificis opus est, vt consuetudo introducta sit, vt præualeat aduersus Canones,& leges Pontificias. tract.1. resol.116. §.18. p.68

Si consentire noluissent Principes in exemptione Clericorum, an Summus Pontifex , & Concilia potestatem habeant inducendi eam. tractat.2. resolut.1. §.1. p.94

Consensus tacitus Summi Pontificis an adsit cum consuetudine,ita vt Principes aliquid licitè efficiant aduersus libertatem Ecclesiasticam. tract.2.res.10.§.1. & seqq.p.102

Vt sine consensu,& licentia Principis , aut Gubernatoris,vel Præsidis possessio beneficij non apprehendatur, authoritate propria Princeps laicus præcipere non potest. tr.2.res.99.§.2.p.149

Sine consensu DD. Inquisitorum an Reges possint statuere , ne Familiares S. Inquisitionis in aliquo delicto gaudeant priuilegio fori. tractat.2. resol.196. §.1. p.195

Vt sine consensu patris , ne filius vel filia contrahant, aliàs cadant ab hæreditate , an tale statutum valeat. tr.2.res.223.§.1.p.213

Sine consensu Cleri an Princeps , seu alius Superior laicus possit imponere gabellas super eius bona ex aliqua publica necessitate , &c. tract.2. resol.246.§.1. p.222

Si consenserunt Episcopi, & Clerici , inconsulto Summo Pontifice, an teneantur Clerici soluere gabellas. tr.2.res.250.§.1.p.225

Et si Princeps impetret Bullam à Summo Pontifice , an tunc necessarium sit seruare formam *cap. Non minus, de Immunitat.Eccles.* ibid.§.2

Vt consensu Episcoporum non expectato possint imponi onera

onera Ecclesiasticis, vrgente necessitate, stante priuilegio Bonifacij VIII. concesso Philippo pulchro. an tale priuilegium sit in vsu. tractat. 2. resol. 338. §. 1. p. 291

Vt sine consensu Principis non soluantur Annatæ ex suo Regno Summo Pontifici, an Principes prohibere possint. tr. 2. res. 339. §. 1. & seqq. p. 292

Sine consensu parentum matrimonium contractum, non obstantibus prohibitionibus Principum, validum esse probatur. tr. 2. res. 343. §. 1. p. 299

Sine consensu Principum matrimonia consanguineorum valida esse demonstratur. tr. 2. res. 344. §. 1. & seqq. p. 301

Si de consensu omnium Cardinalium, vel duarum partium Cardinales Summum Pontificem eligant, non expectando alios intra tempus definitum, quod est per spatium decem dierum, an electio adhuc sit valida. tr. 7. res. 13. §. 1. p. 381

Et quid, si Cardinales præsentes resistant, an ipsis inuitis electio consisteret. ibid. §. 2

Sine consensu Cardinalis Patroni non potest Papa, vel Legatus conferre beneficia familiarium suorum. tr. 7. res. 24. §. 3. p. 385

Sine consensu Summi pontificis an liceat Principibus Christianis concedere Hæreticis libertatem conscientiæ, vel exercitium falsæ sectæ? Et quid in casibus vrgentissimis. tr. 14. res. 8. & in tr. 14. per totum, vbi late. p. 479

*Vide verb. *Facultas. Licentia.*

Consequi.

* Vide verb. *Legatum.*

Conseruare.

Vt conseruentur tutius confinia Regni, an Clerici teneantur ad gabellam impositam pro manutenendo Exercitum in partibus inimicorum. tr. 2. res. 252. §. 1. p. 226.

Conseruator Regularium.

Conseruatores Religiosorum an possint procedere contra eorum debitores laicos. tr. 2. res. 270. §. 1. p. 235

Et an iis Conseruatoribus concedatur posse cognoscere de manifestis iniuriis, & violentiis factis aduersus Religiosos, ibid. §. 2

Conseruatorem eligere an possint Regulares, qui defendat sua animalia, seu pecora, damnum facientia in agris alienis, & an hæc causa pertineat ad Conseruatorem, & non ad iudicem laicum. ibid. §. 3

Consiliarum. Consilium Regium.

Consiliarij Principum sæcularium an gaudeant Immunitate Ecclesiæ, tr. 1. res. 46. §. 1. p. 32

Consiliarij consulentes Regibus, & principibus, vt à Regno expellant Episcopos tanquam inobedientes mandatis Regiis, vel ex aliis delictis, an incurrant excommunicationem vndecimam Bullæ Cœnæ. tr. 2. res. 24. §. 4. p. 113

Pro consilij alicuius Regni gubernatione an principes possint detinere Episcopos? Vbi aliqua contingentia in dicto casu. tr. 2. res. 27. per totam. p. 115

Consiliarios Regis an Episcopi, & Inquisitores excommunicare possint. tr. 2. res. 46. §. 1. p. 125

Consiliarium principis offendentes intuitu, & contemplatione officii, an incurrant in crimen læsæ Maiestatis, & secus si hoc efficiant ex odio, & inimicitia particulari. tract. 2. resol. 187. §. *Probatur*, paulo post initium. p. 187

Consistere.

* Vide verb. *Electio.*

Consistorium.

Quando in Consistorio non bene aliquid determinatur, an Cardinales possint sine scrupulo tacere; Et quid, quando maior pars illud approbat. tr. 7. res. 18. §. 1. & seqq. p. 383

Quæ in Consistorio tractantur Cardinales reuelando, an incidant in censuram Papæ reseruatam. tract. 7. res. 20. §. 1. ibid.

Et quid de illo, qui casu vel dolo audiuit, quæ in consistorio acta, vel dicta sunt, si aliis ea narret, aut reuelet. ibid. §. 5. p. 384

Conspirare.

* Vide verb. *Sciens.*

Constantinus Imperator.

An à Constantini tempore inceperit priuilegium exemptionis Clericorum tr. 2. res. 3. §. 1. p. 99

Constantinus Imperator an concesserit facultatem, vt Ecclesiæ per totum orbem possint ædificari. tract. 2. res. 202. §. 3. p. 197

Constare.

Si constaret notoriè reum non gaudere Immunitate Ecclesiæ, an possit illum iudex sæcularis extrahere ab Ecclesia sine licentia Episcopi. tr. 1. res. 113, 114. & 115. §. 2. p. 65

Si constet notoriè de iniusta sententia prolata ab Episcopo reum gaudere Immunitate Ecclesiæ, an concedatur Fisco, vel actori appellatio de tali sententia. tr. 1. res. 118. §. 11. p. 73. sed lege à §. 9

Si constet reum non commisisse delictum exceptuatum, licèt extractus sit ab Ecclesia cum licentia Episcopi, an restituendus sit Ecclesiæ. tract. 1. resol. 121. §. 1. p. 74

Constare certò an debeat Episcopo de delicto in Bulla Greg XIV. exceptuato priusquàm reum tradat Curiæ sæculari. tr. 1. res. 122. §. 1. ibid.

Vt constet delictum de corpore defuncti occisi, an iudex laicus possit, inconsulto Episcopo, exhumare corpus defuncti occisi. tr. 1. res. 129. §. 1. p. 84

Constituere.

* Vide verb. *Prælatus. Ecclesiasticus. Procurator.*

Constitutio.

Constitutio Greg. XIV. de Immunitate Ecclesiarum, an deroget iuri communi, & consuetudinibus. tr. 1. res. 3. §. 1. & seqq. p. 4

Huic Constitutioni contrauenientes an sint ab Episcopo absoluendi, vel an talis excommunicatio sit Summo Pontifici reseruata. tr. 1. res. 5. §. 1. p. 5

Constitutio Greg. XIV. de Immunitate Ecclesiarum an sit vsu recepta. tr. 1. res. 116. §. 13. p. 68

De Constitutionibus aliquibus Iustiniani Imperatoris. quid sentiendum præsertim de Constitutione. 3. §. 57. & 58. tr. 2. res. 15. §. 1. p. 108

Ante Constitutiones, & leges Imperatorias à iure Pontificio fluxisse exemptionem Clericorum quoad eorum bona explanatur, & satis probatur fluxisse à iure diuino. tr. 2. res. 336. §. 3. p. 287

In Constitutione generali Pontificia imponente censuras, & pœnas, an Cardinales comprehendantur. tr. 7. res. 31. §. 1 p. 387

De constitutionibus seruandis, siue sæcularibus, siue Ecclesiasticis iuramenta facta an intelligenda sint, quatenus sint in vsu, & obseruantia. tract. 7. res 108. §. 1. p. 419

Consuetudo.

Consuetudines contra Immunitatem Ecclesiarum reprobantur, cùm sint non solum contra ius Canonicum, sed etiam contra ius diuinum. tractat. 1. resol. 1. §. 1. pag. 1

Consuetudinibus, & iuri communi derogat Constituto Greg. XIV. de Immunitate Ecclesiarum. tr. 1. res. 3. 1. §. & seqq. p. 4

Ex consuetudine saltem, simplices fures an licitum sit ab Ecclesia extrahere. tr. 1. res. 67. §. 4. p. 37

In consuetudinem aliquam consensus Cleticorum, quando adest libertatis Ecclesiasticæ præiudicium, nihil operatur. ibid. §. 8. p. 38

An

Index

An saltem consuetudinis ratione iudices laici possint extrahere reos ab Ecclesia in delictis exceptuatis. tr.1. ref.116.§.1.p.67

Consuetudo hæc est reprobanda etiam in terminis iuris communis,in qua alicubi alligantur compedibus delinquentes in Ecclesia,dùm causa examinatur ab Ordinario. ibid.§.11

Vt consuetudo præualeat aduersus Canones , & leges Pontificias , opus est,vt introducta sit cum scientia, & expresso consensu Summi Pontificis. ibidem §.17. p.69

Consuetudo an possit præualere contra exemptionem Clericorum. tr.2.ref.2.§.2.& 9.p.95

Consuetudo immemorabilis an probet extitisse priuilegium faciendi aliquid contra immunitatem Ecclesiasticam. tr.2.ref.8.§.1.p.101

Consuetudo fundata etiam in priuilegio trahendi causas Ecclesiasticas ad laica tribunalia, an sit reuocata per Bullam Cœnæ. ibid. §.3

Per consuetudinem , maximè si sit immemorabilis , an dicta immunitas reuocari possit. tract.2.resol.9.§.1. ibid.

Et an talis consuetudo nihil operetur eo, quod singulis annis per Bullam Cœnæ reprobatur. ibid.§.3

Et an consuetudo turpis,& exprobrata etiam immemorabilis non possit inducere priuilegium. ibid.§.3

Cum dicta consuetudine an adsit tolerantia,& consensus tacitus Summi Pontificis, itavt Principes aliquid licite efficiant aduersus libertatem Ecclesiasticam.tr.2. ref.19.§.1.p.102

Consuetudo an in aliquo casu possit tribuere iurisdictionem Iudici laico aduersus libertatem Ecclesiasticam, tr.2.ref.11.§.1.p.102

Consuetudines supradictæ an excusentur ex tolerantia Papæ. ibid.§.3.p.103

De consuetudine Regis in Regno Siciliæ disponentis de fructibus Ecclesiarum vacantium in quoscumque vsus voluerit ad libitum,quid est dicendum, tract.2. ref.14.§.1.p.104

Vt consuetudo excuset,& valeat,debet esse legitima,& præscripta. tr.2.ref.30.§.2.p.116

An saltem ex consuetudine immemorabili,vel coniuncta cum fama priuilegij licitum sit iudicibus sæcularibus per viam violentiæ cognoscere causas Ecclesiacas. tr.2.ref.37.§.1.p.120

Si per consuetudinẽ immemorabilem obseruatum fuerit priuilegium cognoscendi causas Ecclesiasticas concessum Principi laico, an reuocari possit. tract.2.ref.43. §.1.p.124

Consuetudinem inducens Iudex laicus,vel alia introducta vtens contra libertatem Ecclesiasticam, an incidat in excommunicationem Bullæ Cœnæ. tr.2.ref.44. §.1.p.124

Et quid si sciat seruari statutum contra libertatem Ecclesiasticam, & non impedit. ibid.§.3

Ex consuetudine,an Iudex laicus possit in criminalibus iudicare Clericos in Minoribus constitutos, & quid de constitutis in prima Tonsura. tract.2. resol. 64.§.1. p.132

Ex consuetudine in Hispania Clerici Minores non gaudent exemptione gabellarum. ibid §.2.

Consuetudinibus laicorum an possint vti Clerici,quatenus concernunt eius fauorem, non tamen è contra. tr.2.ref. 78. §.2. p.137

Consuetudines omnes trahendi Clericos coram Iudice laico etiam in ciuilibus sunt reprobatæ in Concilio Tridentino,aliis iuribus› tractat. 2. resolut.136. §.2. p.165

Per consuetudinem receptam non potest pertinere ab Iudices laicos cognitio, dum agitur, vt Petrus recuperet possessionem, à qua electus est per vim, vel vt retineat possessionem, in qua ab alio turbatur.tr.2. ref.206.§.1.p.198

An sit improbanda consuetudo,quæ in aliquibus locis Clerici soluunt ius tractæ,quando extrahunt à portu aliquas merces. tr.2.ref.217. §.*Probatur secundo* , post medium,& §. *Ad quartum*. p. 209

Consuetudine sola an possit introduci impedimentum dirimens. tr.2.ref.222.§.4.p.212

Si per consuetudinem immemorabilem ita semper factum sit,an possit ciuitas vel Princeps exigere tributa à Clericis. tr.2.r.238.§.1.& 2.p.219

Consuetudine , an Principes laici possint acquirere ius collectandi Ecclesiasticos?Et an colore talis prætextus liberentur à censura excommunicationis & restitutionis debito. tr.2.ref.239.§.1.p.219

Si consuetudo adsit , an Princeps possit imponere , & exigere gabellas à Clericis in minoribus Ordinibus constitutis. tr.2.ref.259. §.1.p.230

Si consuetudine immemorabili laici nunquam solitisunt decimas persoluere , si eas Clerici illis petant , an causam hanc iudex laicus cognoscere possit. tract.2. ref.276.§.1,p.236

Ex consuetudine an iudex Ecclesiasticus possit acquirere iurisdictionem in laicos, & non è conuerso.tr. 2. ref.284.§.*Vnico*.p.243.

Consuetudo an valeat, vt possit laicus indistinctè conueniri coram Ecclesiastico. ibid.

Consuetudines laicorum, & Ecclesiasticorum iustæ an sint validæ,etiamsi sint contra libertatem Ecclesiasticam, tr.2.ref.295.§.1.p.247

Consuetudo an possit tribuere iurisdictionem iudicibus laicis in Clericos, saltem in aliquibus casibus. tr.2. ref.335. §.1. & seqq. p. 285.

Potius de consuetudine , quam de iure est potestas in Cardinalibus concedendi indulgentias , cum pro ea nullus extet Canon. tr.7.ref. 46.§.2.p.391

Consuetudo subsequens est optima legum interpres. tr.7. ref. 96. §.2.p.412.

Consuetudo vetus solum in Germaniæ Ecclesiis seruatur,in quibus Canonicorum Collegium Episcopum nominat , designat , & eligit , electus verò à Pontifice confirmatur. tr.9.ref.7.§.2.p.456

Consuetudo antiqua in modum eligendi Episcopos Romanorum Pontificum authoritate est abrogata. ibid. in §.1.

* Vide verb. *Familiares.*

Consilium. Consulendus,

Consulendus an sit Summus Pontifex, quando est dubium , an statutum sit, vel non sit contra Immunitatem Ecclesiæ tr.2.ref. 207.§.7.p.200

Consilio Cardinalium, vel Theologorum non adhibito, an Decreta Pontificis loquentis ex Cathedra sint infallibilia. tr.5.ref.5. §.1. & seqq. p. 344

Sine consilio Cardinalium an possit Pontifex arduas Ecclesiæ definire. tr.7.ref.3.§.1.& seqq.p.376

An consilium tantum, & adhortationem , & non præceptum ad mortale importent illa verba concilij, *quamprimum confiteatur Sacerdos , qui celebrauit , vrgente necessitate sine præuia confessione.* tr.7.ref.96.§.1. p.412

* Vide verb.*Filius,*

Consumptio.

* Vide verb. *Pars.*

Consumptum.

* Vide verb.*Dominus. Religiosus.*

Contingere.

* Vide verb. *Homicidium.*

Continuare

* Vide verb. *Instantia.*

Contractus.

Vt in contractu nullo iuramentum apponatur, quid est sentiendu

sentiendum de Ordinatione Lusitana, & Regno Catalauniæ hoc prohibente. tr.2.ref.236.§.1.p.217
Contractum aliquem approbando vel reprobando Papa an possit errare. tr.5.ref.26.§.1.p.366
* Vide verb. *Iuramentum. Matrimonii. Præcipere. Renocare.*

Contradicere.

* Vide verb. *Electio.*

Contrahere Matrimonium.

* Vide verb. *Impedimentum. Matrimonium. Nubere.*

Contrauenientes.

Contrauenientes iudices, vel alij Constitutioni Greg. XIV. de Immunitate Ecclesiarum an sint absoluendi ab Episcopo, vel talis absolutio sit Pontifici reseruata. tr.1.ref.5.§.1.p.5
Et an talis absolutio reseruetur in Bulla Cœnæ. ibid.

Contribuere.

* Vide verb. *Facultas temporalis. Pensionarius.*

Contributio.

* Vid verb. *Oppidum.*

Controuersia.

Controuersiam diffinire an ad iudicem laicum spectet in dubio, an reus gaudeat Immunitate Ecclesiæ. tra.1. ref.118.§.1.p.71
Quando est controuersia inter iudicem laicum, & Ecclesiasticum, an sua sit iurisdictio, an tunc iudex Ecclesiasticus tanquam dignior debeat cognoscere. tract.2. ref.207.§.7. p.200
* Vide verb. *Processio.*

Contusum.

* Vide verb. *Pollutum.*

Conueniendum. Conuenire.

Conueniendus an sit Clericus in Curia sæculari pro debitis Regularibus. tr.2.ref.74.§.1.& seqq.p.136
Et quid in feudalibus. tr.2.ref.75.§.1.ibid.
Conueniri pro iure congrui, vel laicos conuenire an Clerici ex vi statuti laicalis possint. tract.2.ref.78.§.1. p.137
Conueniti coram iudice laico non potest Clericus pro damno, & noxa data à suis animalibus, neque teneri ad pœnas impositas. tr.2.ref.97.§.2.p.148
Conueniendus an sit laicus conductor decimarum coram iudice laico, vel sit causa mixti fori. tr.2. ref.273.§.1. p.235
Conuenire laicum coram iudice Ecclesiastico an Clericus possit non solum pro rebus Ecclesiæ, sed etiam pro fructibus. tr.2.ref.280.§.1.p.238
Conueniri coram Episcopo pro solutione pensionis an Emphyteuta Ecclesiæ possit. ibid.§.4
* Vide verb. *Clausula. Consuetudo. Euictio. Executor. Hæres. Hypotheca. Inuasores. Iuramentum. Laudemium. Pauper Pragmatica. Verbum. Vidua. Vxor.*

Conuenticulum.

* Vide verb. *Concilium.*

Conuictus.

In conuictu, & commercio ciuili, & politico, aut aliis negotiis comunicando Catholici cum Hæreticis, Turcis & Infidelibus, an possint fœdera inire, & non peccent contra leges excommunicationis. tract.13.ref.8. & 9, p.480
Et quid, si adsit periculum peruersionis, aut scandalum &c. ibid.

Conuincere.

Cominci, aut damnati non potest Cardinalis de delictis commissis ante Cardinalatum. tr.7.ref.74.§.1.p.402

Conuocare.

* Vide verb. *Concilium. Ius.*

Copia.

* Vide verb. *Sanguis.*

Coquere.

Ne coquant panem laici Clericis an Princeps statuere possit. tr.2.ref.215.§.1.p.207

Corpus.

* Vide verb. *Exhumare.*

Correctio fraterna.

* Vide verb. *Sciens.*

Creandum.

* Vide verb. *Demandare.*

Credere.

* Vide verb. *Iuramentum. Legatus. Puniendum. Statutum. Testans.*

Creditor.

* Vide verb. *Debitor.*

Crimen. Criminosus.

Circa crimen læsæ Maiestatis in tract.1 lege aliquas difficultates à ref.50. vsque ad 54. inclusiuè. p.34.& seq.
De crimine Clerici per viam exemptionis an iudex laicus cognoscere possit, ad effectum repellendi Clericum à testimonio. tr.2.ref.66.§.3.p.134
In criminibus grauissimis Clerici se immiscentes an priuentur omni priuilegio fori ante aliam sententiam depositionis, vel degradationis iudicis Ecclesiastici. tr.2. ref.328.§.1.p.273
Et quid, si Clericus sit incorrigibilis. ibid.§.4.p.274
Pro crimine enormissimo Clericus an sit degradandus, & curiæ sæculari tradendus absque eo quod sit incorrigibilis. ibid.§.5
Et quid de Clerico etiam in Sacris, qui dimissis Tonsura, & vestibus Clericalibus, variis & enormissimis criminibus se immiscuit. ibid.§.7.& 8.p.275
* Vide verb. *Adulterium. Capere. Carcer. Collegium. Conuincere. Culpa. Delictum. Forum. Hæresis. Imperator. Miscere. Offendentes. Puniendum. Requirere. Reuelans. Reus. Sacrilegium.*

Criminale.

* Vide verb. *Causa. Cognoscere. Consuetudo.*

Crux.

* Vide verb. *Calceamentum. Calceus. Fratres D. Ioannis.*

Cudentes Monetam.

Cudentes monetam falsam an gaudeant Immunitate Ecclesiæ. tr.1.ref.52.p.35

Culpa.

* Vide verb. *Familiares.*

Curator.

* Vide verb. *Litigare. Tutor.*

Curia Romana.

In Curia Romana an possint Cardinales conferre sine concursu Ecclesiam Parochialem, quæ vacauit in sua Diœcesi. tr.7.ref.57.§.1.p.398
* Vide verb. *Licentia. Offendentes.*

Curia sæcularis.

* Vide verb. *Appellatio. Conueniendum. Crimen. Tradere.*

Cursor.

* Vide verb. *Offendentes.*

D

Damnare. Damnatum.

DAmnatus ad mortem, si cum ad supplicium duceretur, & se eximens è manibus satellitum ad Ecclesiam confugerit, an eius gaudeat Immunitate. tr.1. ref.68.§.2.p.43
* Vide verb. *Cardinalis. Crimen. Collegium. Condemnare. Pœna. Triremis.*

Damnum.

* Vide verb. *Animal. Conuertere. Hæreticus. Restitutio. Reus.*

Debent.

Hoc verbum *Debent.* quid importet, explanatur. tr.7. ref.110.§.2. p.422

Debitor. Debitum.

Debitor officialis Regius ex causa Syndicatus an gaudeat

Immunitate Ecclesiæ. tr.1.ref.56.§.4.p.37
Debitores simplices,qui sine causa criminis confugiunt ad Ecclesiam,an gaudeant eius Immunitate. tract.1. ref.60.§.2.p.40
Idem est de debitore publico,exactore tributorum , & de debitore ex causa administrationis , & redditionis rationum,&c. ibid.
Debitores fraudulenti,qui ad Ecclesiam cum bonis confugiunt,non debent ibi multo tempore tolerari , sed ab Ecclesia sunt eiiciendi. tr.1.ref.63.§.3.p.41
Circa debitores quædam Epistolæ Clem. VIII. tract.1. ref.62.§.1.ibid.
* Vide verb. *Citare.Conseruatores. Conueniendum.Instrumentum.*

Decentia.

* Vide verb. *Visitare.*

Deceptum.

Si deceptus fuit reus subdolis verbis,& fallaciis ad egrediendum ab Ecclesia,an amittat eius Immunitatem, & iudex possit illum punire. tr.1.ref.11.§.1.p.65

Decernere.

* Vide verb. *Opinio.*

Decidendum. Decidere.

* Vide verb. *Lites. Præcipere.*

Decima.

Ne decimas fructuũ præter consuetos Episcopi exigant, an Reges,possint se intromittere. tr.1.ref.32.§.1.p.117
Si in decimarum contractibus apponatur iuramentum, an Princeps laicus possit statuere irritando talem contractum,& iuramentum. tr.2.ref.232.§.1.p.216
Si decimas in aliqua Prouincia Moniales,Regulares, & eorum coloni soluunt,hoc forsitan euenit,quia Episcopi obtinuerunt aliquod Breue Pontificium reuocatorium dictorum priuilegiorum, secus minimè tenentur. tr.2.ref 277.§.3.p.236
* Vide verb.*Cognoscere. Colonus. Pensionarius. Subsidium.*

Decisum.

* Vide verb. *Appellatio. Contractus.*

Declarare. Declaratio.

Declarationibus Cardinalium an sit standum. tract.8. ref.6.§.2.p.447
* Vide verb. *Clam.Obligare.*

Declinandum.

* Vide verb *Forum.*

Declaratoria.

* Vide verb. *Lis.*

Decoctores.

Decoctores,vulgo dicti *Falliti*,an gaudeant Ecclesiæ Immunitate. tr.1.ref.61.§.1.p.40

Decretum.

Decretum Bonifacij VIII. in *cap. Clerici de Immunit. Eccles.in 6.*an hodie persistat. tr.2.ref.338.§.1.p.291
* Vide verb. *Intromittere. Obligare.*
* In indice primo posito in principio huius tom. 9. ex tractatu 5. de Infallibilitate Decretorum Pontificis extra Concilium , lege omnes eius quæstiones pro hoc verbo *Decretum.*

Deducere.

* Vide verb.*Insidiæ.*

Defendere. Defensio.Defensores.

Defendere emptorem coram iudice laico an teneatur Clericus interpellatus ab emptore, tractat.2.resol.77. §.1.p.136
* Vide verb.*Animadvertere.Conseruator.Interficientes.Pollnere.*

Differre.

* Vide verb. *Fructus.Habitus. Incedere.Litera. Sententia. Tonsura.*

Deficere.

Si deficiat Clericus in re aliqua Tridentini *sess.23. c.6.* præscripta,an possit puniri,& iudicari à iudice sæculari,& etiam à iudice Ecclesiastico. tra.2.ref.120.§.3. p.157.

Deflorantes.

* Vide verb. *Monialis.*

Defraudantes.

* Vide verb. *Absoluere.*

Degradandum.Degradare.Degradatio.

Degradationis actum Episcopo committere an debeat Cardinalis in Ecclesiis suis titularibus, quando Clericus est dignus depositione. tr.7.ref.63.§.2.p.399
* Vide verb. *Committere.Crimen.Sententia.*

Delegare.

* Vide verb.*Causa.*

Deliberatio.

* Vide verb. *Animus.*

Delictum.

Delicta aliqua enumerantur , quæ debent gaudere Immunitate Ecclesiarum. tr.1.ref.27.§.1.p.21
Ad delicta omnia an extendatur Immunitas Ecclesiastica. tr.2.ref.326.§.1.& seqq.p.269
Vide verb. *Bigamia.Cognoscere. Committere. Constare. Crimen.Delinquere.Dubium.Familia.Familiares. Forum. Genus.Habitus. Hæreticus. Minister iustitiæ. Nomina. Probatio. Vxor.*

Delinquens. Delinquere.

Delinquentes in Ecclesia an capi possint ab Ecclesiasticis ministris etiam extra Ecclesiam, vt fures, & alij. tr.1.ref.57.§.10.p.38
* Vide verb. *Beneficium.Capere. Delictum*, & eius notationem.*Extractus.Ferrum.Laicus.Officium. Pœna. Prælatus Ecclesiasticus.Reus.Spes.Valua.*

Demandare.

Demandare alteri vices suas in creando & eligendo Summo Pontifice an Cardinalis iuste impeditus possit?Et quid de iure. tr.7.ref.12.§.1.p.381

Demonstrare.

* Vide verb. *Imperator.*

Denegandum.

* Vide verb. *Absolutio.*

Denunciare.

* Vide verb. *Scienter.*

Deponere.

Si deponat laicus coram iudice Ecclesiastico falsum, an possit ab eo puniri?Et quid,si Clericus deponat falsum coram iudice laico. tr.2.ref.67.§.1.& seqq.p.114
Vide verb. *Coniugatus Clericus.Factum.Falsum. Habitus.Populus.Tonsura.*

Depopulatores.

* Vide verb. *Ager.*

Depositio.

* Vide verb. *Clericus coniugatus.Habitus.Sententia.*

Depositum.

* Vide verb. *Compellere.*

Derogare.

An deroget Constitutio Greg.XIV. de Immunitate Ecclesiarum iuri communi,& consuetudinibus. tract.1. ref.3.§.1.& seqq.p.4
Derogare fideicommissis an Cardinales possint in suis titulis ad eas Ecclesias pertinẽtibus.tr.7.r.42.§.1.p.390
* Vide verb. *Iuspatronatus.*

Deseruiens. Deseruire.

Si non deseruiat Clericus in Minoribus alicui Ecclesiæ ad certum ministerium ex licentia Episcopi, an amittat priuilegium fori. tr.2.ref.136.§.1.p.163
Et an sufficiat,vt dicta licentia sit oretenus. tr.2. ref.35. §.2.p.163
Sed non sufficiat,vt deseruiat in temporalibus. ibid.
Et an,vt deseruiat alteri Ecclesiæ,quam illi,in qua mandauit Episcopus. ibid.
Et an,vt deseruiat Capellæ existenti in Ecclesia,quæ ab Episcopo Confraternitati laicorum pro Oratorio esset assignata. ibid.§.3
Et quid,si deseruiat alicui Ecclesiæ , etiamsi hoc non faciat

faciat de mandato Episcopi. tr.2.ref.136.§.2.ib.
Si non deseruiant Ecclesiæ Clerici in Minoribus coniugati Orientales, quos Græcos appellamus, an gaudeant priuilegio Canonis & fori. tract.2.ref.153.§.2. p.169
* Vide verb. *Coniugatus. Clericus. Famulus. Inseruientes. Vicarius.*

Designare. Designatum.

* Vide verb. *Canonicus. Dies. Renunciare. Rex.*

Desistere.

* Vide verb. *Bellum. Litera.*

Destructio, Destructum. Destruere.

* Vide verb. *Ædilis. Domus. Habitatio Ecclesiæ. Impedire. Paries.*

Determinare. Determinatio. Determinatum.

Quando determinat Summus Pontifex aliquid de Fide, quomodo Spiritus Sanctus ei assistat. tract.5. ref.11. §.1.& seqq.p.352
* Vide verb. *Consilium. Consistorium. Desistere. Persona. Ritus.*

Detinere.

* Vide verb. *Cancellaria. Captus. Episcopus. Extractus. Remittere.*

Detrudere.

* Vide verb. *Carcer.*

Deuenire.

* Vide verb. *Feria sexta Parascenes. Missam audire.*

Diaconus.

* Vide verb. *Ætas.*

Dies.

Si dies festos aliquis non obseruat, an iudex laicus possit contra eum pœnas imponere. tract.2.ref.226.§.2. p.214
* Vide verb. *Eligere. Feria sexta Parascenes. Interesse. Licentia. Transferre.*

Dieta.

Dieta quanta,& qualis sit. tr.1.ref.143.§.3.p.92
* Vide verb. *Episcopus.*

Differre.

* Vide verb. *Nouitius.*

Differentia.

Differentia reconciliationis inter Ecclesiam consecratam,& benedictam, quando fuerit violata, & polluta, demonstratur; & modus, atque Ritus in reconciliatione in vtroque casu proponuntur. tr.1.ref.141. §.1.p.91
Differentia inter priuilegium ab Ecclesia concessum à Principibus Ecclesiæ,& priuilegium ab Ecclesia concessum Principibus laicis hæc est, quod hoc reuocari potest tanquam priuilegium concessum subditis, illud autem minime. tr.2.ref.196.§.2.p.195
Differentia adorationis politicæ & Sacræ demonstratur. tr.4.ref.5.§.4.p.325
* Vide verb. *Ius.*

Diffinire.

* Vide verb. *Ardua. Consilium. Controuersia. Iurisdictio. Mos. Quæstio. Vicarius.*

Digitus.

* Vide verb. *Mensura.*

Dignitas.

Dignitas Cardinalium an sit prima post Pontificatum? Vbi plura de eorum præstantia. tr.7.ref.1.§.1.& seqq. p.372
* Vide verb. *Matrimonium.*

Dignior. Dignus.

* Vide verb. *Eligere. Impedire.*

Dilatio.

Dilationes an assignandæ sint reo,& Ecclesiæ in cognitione pro gaudenda Immunitate Ecclesiæ. tract.1. ref.118.§.*Quæro quarto.* p. 72
* Vide verb. *Citare.*

Diligentia.

* Vide verb. *Prælatus. Conclauis.*

Dimissoria.

* Vide verb. *Ordinatus.*

Dimissum.

* Vide verb *Clericus coniugatus. Habitus.*

Dimittere.

* Vide verb. *Habitus.*

Diœcesis.

Ista particula in Diœcesi sua, quomodo in Concil. Trid. *sess.*24.c.6.est intelligenda. tr.7.ref.115.§.2.p.426
Vbi, quod extra Diœcesim non potest Episcopus vigore dicti Concilij absoluere à censuris,& casibus Papalibus reseruatis. §.5.ibid.
* Vide verb. *Domus. Familia. Palatiū. Territorium. Vicarius.*

Dirimens. Dirimere.

* Vide verb. *Controuersia. Impedimentum.*

Discedere.

* Vide verb. *Licentia.*

Discutere.

* Vide verb. *Magistratus.*

Discordes. Discordia.

* Vide verb *Lis. Patronus.*

Discrimen.

* Vide verb. *Fides Catholica.*

Disponere.

* Vide verb. *Exequiæ. Filia. Fructus. Funus. Lex.*

Dispensare. Dispensatio.

Dispensare in irregularitatibus, & censuris an Episcopus electus,& confirmatus, nondum tamen consecratus possit. tr.1.ref.118.§.*Quæro secundo.* prope finem. p.72
* Vide verb. *Necessitas. Residentia. Successor. Votum.*

Dissensio.

* Vid verb. *Controuersia. Discordia. Quæstio.*

Dissipare.

* Vide verb. *Bona temporalia.*

Distare.

Si ita distant Cardinales à Romana Curia, vt omnino inter decem dies post mortem Pontificis accedere non possint, an teneantur præsentes illos expectare. tr. 7. ref.14.§.1.p.381

Distinguere.

Quomodo distinguatur adoratio,& actus per quos exercetur, explanatur. tr.4.ref.2.§.1.& seqq.p.321

Diuites.

* Vide verb. *Patrimonialia bona.*

Diuortium.

* Vide verb. *Causa. Separatio.*

Diurnus. Diuturnus. Depopulator.

* Vide verb. *Ager.*

Doctor.

* Vide verb. *Authoritas. Matrimonium.*

Doctrina.

* Vide verb. *Syluester.*

Dolus.

* Vide verb. *Extrahere. Verbum.*

Domicilium.

* Vide verb. *Eiicere. Mina.*

Dominicus dies.

* Vide verb. *Interesse.*

Dominium.

Etsi Dominium temporale in loco, & Diœcesi Episcopus non habeat, potest tamen tenere familiam armatam,& proprios habere ministros, & executores ad carcerandum,&c. tr.2.ref.351.§.2.& seq.p.251
* Vide verb. *Eximere. Pontifex. Territorium.*

Dominus.

Domini reddituum Ecclesiasticorum an efficiantur Cardinalis Religiosi,& Episcopi Religiosi instar Cardinalis, & Episcopi sæculares, ideoque supernacaneè

consumpta,& in vsus illicitos non tenentur restituere ab ipsis recipientes. tr.7.ref.48.§.1.p.406
* Vide verb. *Protectio.Seruus.Superior facularis.*

Domus.

Domus Seminarij,puellarum, Orphanorum , & Clericorum in communi viuentium , & authoritate Episcopi fundatæ an gaudeant Immunitate Ecclesiæ. tr.1. r.6.§.12.p.7
Domus Clericorum iuncta Ecclesiæ , vel intra quadraginta passus constructa an gaudeat Immunitate. tr.1. ref.7.§.2.ibid.& melius in §. 11
Et quid,si laicis sit locata , aut in Emphyteusim concessa. ibid.§.17.p.9
Domus Episcopi,quando in visitatione per suam Diœcesim transcurrit,an gaudeat Immunitate. tr.1.ref.19. §.5.p.16
Domus Parochorum Canonicorum,& aliorum Ecclesiasticorum existentes prope triginta passus Ecclesiæ an gaudeant eius Immunitate, etsi habitentur à laicis. tr.1.ref.21.§.1.p.17
Vbi,quod nomine passus quænam mensura intelligatur. §.2.ibid.
* Vide verb. *Ædilis.Hospitari.Insultum.Meretrix.Oratorium.Tectum.*

Donatio.

* Vide verb. *Filius.Lex.*

Dormiens.

* Vide verb. *Inimicus.*

Dos.

* Vide verb. *Cognoscere.Lex.Testamentum.*

Dubium.

Quando est dubium inter DD.an delictum gaudeat Immunitate Ecclesiæ , necne , an iudex Ecclesiasticus possit iudicare contra reum, vt priuetur Immunitate. tr.1.ref.118.§.*Quarto sexto.*p.73
In dubiis an aliquod statutum sit contra Immunitatem Ecclesiasticam, an debemus opinionem , quæ fauet Ecclesiæ amplecti. tr.2.ref.201.§.*vnic.*p.197
* Vide verb. *Controuersia,Opinio.Pontifex.Vicarius.*

Ducere. Ductum.

* Vide verb. *Damnatum.Supplicium.*

Duellum.

* Vide verb. *Inimicus. Occidens.*

Duo.

* Vide verb. *Eligere.*

E

Ecclesia.

* IN indice primo posito in principio huius tom.9. Tractatus primus de Immunitate Ecclesiæ, ipse titulus demonstrat,quod omnes eius quamplurimæ difficultates pertinent ad hoc verbum *Ecclesia*,& signanter pro eius Immunitate vide à ref. 1. vsque ad 129. inclusiue,Et pro eius Consecratione , benedictione, pollutione,violatione , & reconciliatione lege ibi à ref.130.vsque in finem præcitati tract. Vbi curiosas quæstiones reperies. Contra Ecclesiæ libertatem est statutum,quando est contra libertatem vnius Ecclesiæ tantum. tr.2.ref.197.§.3.p.196
* In indice primo huius tom.9.ex tract.3.de *Statuto prohibente Ne immobilia alienentur in Ecclesias* , lege omnes eius difficultates à ref.1. vsque ad 19. inclusiuè super hoc verb. *Ecclesia.*
* Vide etiam in hoc indice verb. *Ædificare. Arduum. Assistere. Bona temporalia. Cedulones. Censura. Cogere.Cognoscere.Compellere.Concilium.Conferre.Consuetudo.Conuenire.Curia Romana. Deseruientes. Differentia. Dubium. Emphyteusis. Emphyteuta. Fructus. Immunitas Ecclesiæ,*& eius violationem.*Impedire. Imperator.Inseruientes.Insignia.Inuasores.Inuentarium.Iuramentum.Ius patronatus.Ius. Laicus. Licentia. Matrimonium. Opinio probabilis.Pensio.Pontifex.Possessio. Prælatus Ecclesiasticus.Probare.Seruus.Subsidium.Titulus.*

Ecclesiasticus.

* In indice primo posito in principio huius tom.9. tractatus secundus de *Immunitate Ecclesiasticorum.* Ipse titulus designat,quod omnes eius quãplurimæ,& innumerables quæstiones pertinent ad hoc verbum *Ecclesiasticus.*
* Eadem est ratio in tr.3.*de Statuto prohibente alienationẽ bonorum immobilium in Ecclesiasticas personas*, pro quo ibi lege à resol.6.vsque in finem dicti Tractatus.
* Vide etiam in hoc indice verb. *Clericus. Domus. Dubium.Expoliantes.Forum.Iudex.Persona.*

Edere.

* Vide verb. *Lacticinium.*

Edictum.

* Vide verb. *Habitus.*

Effectus. Efficere.

* Vide verb. *Dominus.Impedire.Iuramentum.*

Effluere.

* Vide verb. *Polluere. Pollutum.*

Effundere.Effusio.

* Vide verb. *Polluere. Pollutum.*

Egens.

* Vide verb. *Pontifex.*

Egredi. Egressus.

* Vide verb.*Condemnare.Infirmitas. Ingredi.*

Eiicere.

Eiicere à Regno Clericum seditiosum, & perturbantem Rempublicam an iudex laicus possit. tr.2.ref.52.&. & seqq.p.128
Si quis eiiciat Cardinales à terris, in quibus nati sunt, aut domicilium habent,an incurrant excommunicationem Bullæ Cœnæ , si non exerceant legationem aliquam. tr.7.ref.76.§.1.p.403
Idem est de Patriarchis,Archiepiscopis,Episcopis.Legatis,& Nuntiis. ibid.§.1
* Vide verb. *Mina.*

Elenare.

* Vide verb. *Manus.*

Electio.Electum.Eligere,&c.

Eligere ad Papatum an Cardinales debeant vnum ex sacro Collegio. tr.7.ref.8.§.1.p.378
Et si eligant aliquem in Papam extra eorum Collegium, an electio sit valida. ibid.§.3.p.379
Eligere dignum,& relinquere digniorem in Papam an Cardinales possint , quando pars sufficiens ad electionem vult eum in Papam eligere. tr.7.resol.9.§.1. p.379
Et quid,si iurassent eligere digniorem. ibid.§.1.
Idem est pro electione Beneficiarij. ibid.§.3
Eligere Pontificem an possint,si duo tantum Cardinales remanerent in Conclaui. tr.7.ref.10.§.1.p.380
Et quid,si remaneret vnus tantum. ibid.§.2
Et an tunc Cardinalis solus possit eligere seipsum. ibid.
Si eligatur Pontifex ex Cardinalium omnium, vel duarum partium consensu , si Cardinales non expectant alios intra tempus diffinitum,quod est spatium decem dierum,an adhuc electio sit valida. tract.7.ref.13. §.1. p.381
Et quid,si Cardinales præsentes contradixissent,an ipsis inuitis electio cosisteret, ibid.§.2
Si de rebus ad electionem Pontificis pertinentibus Cardinales loquuntur cum aliis existentibus extra Conclaue,an incidant in censuram Papæ reseruatam. tr.7. ref.94.& 95.p.410
Et an saltem peccent mortaliter. tractat.7.resol.96.§.1. p.412
Si ad electionem bonam futuri Pontificis ordinantur scriptiones,

scriptiones,& locutiones, an prohibeantur in Bulla IV.De eligendis,&c. tr.7.ref.97.& 98.p.413

Ad electionem Pontificis secreta locutio an subiiciatur excommunicationi. tractat. 7. resolut. 103. §. 2. p.417

* In indice primo posito in principio huius tom.9.super supradictis verbis *Electio,Eligere, &c.* ex tract.9.de *Prisco more eligendi Episcopos?* & ex tract.10. *de Numero Electorum Imperatoris*, lege omnes eorum Resolutiones,& quæstiones.

* Vide etiam in hoc indice verb. *Abbates, Abbatissa, Absens, Amittere, Arbiter, Canonicus, Concilium,Confessarius,Demandare.Episcopus. Insignia. Loqui. Mandare. Negare. Pertinere Princeps. Renunciare. Successor.*

Embaxadores.

* Vide verb.*Palatium.*

Emendatio.

* Vide verb.*Sciens.*

Emens. Emere.

Emens victualia pro filio Clerico, vel Capellano suæ familiæ an teneatur soluere gabellas. tr.2.ref.242. §.1. p.220

* Vide verb. *Negotiatio.*

Emittere.

* Vide verb.*Votum.*

Emphyteusi.Emphyteuta.

Emphyteuta Ecclesiæ an teneatur ad tributa. tractat.2. ref.278.§.1.p.237

Et an doctrina de Emphyteuta non procedat in censuario neque circa Emphyteutam redimibilem. ibidem §.3.

Si in Emphyteusim laicus tenet rem ab Ecclesia, an iudex Ecclesiasticus sit competens ad cognoscendum dictum laicum. tr.2.ref.279.§.1.p.237

* Vide verb. *Laudemium.Pensio.*

Emptio. Emptor.

* Vide verb. *Defendere. Negotiatio.*

Enorme.

* Vide verb. *Committere.*

Episcopus.

Episcopum percutiens turpiter in continenti inuentum an incurrat excommunicationem. tract. 1. resol. 49. §.5.p.34

Si Episcopus in casibus non exeptuatis dat licentiam extrahendi reos ab Ecclesia, an incurrat excommunicationem, quia violat Immunitatem in Constitutione Gregoriana præscriptam. tr.1.ref.117.§. *Sed stante*, prope finem p.79

Episcopos detinere an possint Reges pro gubernatione alicuius Regni, vel Consilij. tract.2.resol.27.§.1. p.115

Episcopi an excusentur à residentia in dicto casu. ibidem.§.3

Et an hoc possint efficere Reges ex priuilegio aliquo Pontificis? Et si re vera tale priuilegium existat, an modo si reuocatum. ibid §.4

Et an in hoc Pontifex non possit dispensare, nisi adsit magna necessitas publica, & bonum Commune. ibid.in eodem §.4

Episcopi residentia an sit de iure diuino. ibid.

Episcopum an possint Reges expellere ab Episcopatu, si Symoniace electus est. tr.2.ref.28.§.1.p.116

Et an ita facientes incurrant in censuram Bullæ Cœnæ. ibid.§.2

Episcopus quid facere debeat, dum iudices laici edunt aliquod statutum contra libertatem Ecclesiasticam. tr.2.ref.92.§.1.p.196

Episcopis adoratio politica præbetur. tract.4. ref.4.§.1. p.324

Episcopus gaudet priuilegio celebrandi, vel sibi facere celebrare ante auroram, & post meridiem.tr.7.ref.48. §.1.p.392

Ab Episcopo an possit absolui excommunicatio contracta in fractione Bullæ Pij IV.& Greg.XV.de Collocutionibus,& scriptionibus tempore Conclauis,si sit occulta, vigore Concilij Trid.*sess.24.c.6.*tr.7.ref.113. 114.115.& 116.p.424.& seqq.

Et noua opinio circa intelligentiam dicti Concilij Trident.affertur, sed non approbatur. tract.7.resol.114. §.1.p.425

Et quando vero dicta excommunicatio dicenda sit occulta. ibid.§.2

Episcopi Cardinales,& alij Episcopi quomodo possunt, absoluere à supradicta Censura Piana,& Gregoriana tr.7.ref.115.§.1.p.426

Vbi,quid operatur particula Concilij Trid. *In sua Diœcesi.* §.2

Concluditur Episcopos non posse extra Diœcesim Vigore supradicti Concilij Trid.absoluere à censuris,& aliis casibus reseruatis Papæ. ibid.§.3

Episcopus an in aliquo casu possit absoluere à supradicta Censura Piana,& Gregoriana? Et in §.1. huius Resolutionis est curiosus casus pro praxi dictæ quæstionis. tr.7.ref.117.§.1.p.428

* In indice primo posito in principio huius tom. 9. ex tract.9. *De Prisco more eligendi Episcopos*, lege omnes eius difficultates sup.hoc verbo *Episcopus.*

* Et in hoc indice in quamplurimis eius verbis inuenietur hoc verbum *Episcopus.* signanter Vide verbum. *Ætas. Assistere.Beneficium.Bulla Cœnæ. Capella.Capellanus.Capere. Citare. Cogere. Cognoscere Collatio.Concilium.Confessarius.Confraternitates Consecrare.Consentire. Constare.Deseruientes.Differentia.Dispensare.Dominium Domus. Ecclesia. Eiicere. Excommunicare. Exhumare. Extrahere. Familia. Familiares. Feudatarius. Habitus. Hæresis.Hospitale.Impeditus.Impressio.Inhibere.Intromittere. Inuentarium. Irregularitas. Iuramentum.Iurisdictio. Iuspatronatus. Laudemium. Licentia.Litera.Magistratus.Mandatum.Maruus.Missam celebrare.Numerus.Obcidens.Offendentes.Officialis.Ordinatus.Palatium.Pensio. Perduellio.Pertinere.Possessio.Priuilegium.Probatio.Probo. Processus. Prohibere.Publicare.Publicatio.Religiosus.Residentia.Rex.Sententia.Solemnitas.Successor.Territorium.*

Epistola.

Epistola quædam Clem.VIII.Circa debitores fugitiuos, bannitos,fures,&c.pro gaudenda Immunitate Ecclesiarum existentes in Monasteriis. tr.1.ref.62.§.1.p.41

Epulæ.

* Vide verb.*Ferculum.Prælatus,Conclanis.*

Equites.

Equites Milites professi D.Ioannis,D.Iacobi,Alcantaræ, Calatrauæ,&c.& Fratres D.Ioannis qui portant mediam Crucem albam, an gaudeant priuilegio Canonis,& fori,& exceptione gabellarum. tract.2.ref.167. §.1.p.178.& à ref.169.vsque 172.vbi late.

Et an secus sit dicendum de Equitibus Aurei velleris,S. Michaëlis, Annunciationis B. Mariæ Virginis,& de Militibus Garriorum, & de illis Vulgo dictis *de la Banda*,& de omnibus aliis absque Sedis Apostolicæ authoritate erectis. ibib.§.3

* Vide verb.*Cognoscere.Gabella. Officium sæculare.Religiosus.Vxor.*

Eremita.

Eremitæ an gaudeant priuilegio fori? Et quid de Eremitis profugis, qui non subsunt alicui Superiori Ecclesiastico. tr.2.ref.174.§.1.p.181

Errare.

* Sup.hoc verb. *Errare.*in indice primo posito in principio huius tom.9. aliquid inuenies fere in omnibus Resolutionibus tr.5.*De Infallibilitate Decretorũ Summi Pontificis loquentis ex Cathedra extra Consilium.*

Essentia.

* Vide verb. *Pars.*

Eucharistia.

Si inter illas personas, quæ Eucharistiæ Venerabile Sacramentum per plateas associant, delinquens se immiscceat, an gaudeat Immnnitate. tractat. 2. resol.12. §.2.p.12

Eucharistia seruari potest pro infirmis in Ecclesia polluta. tr.1. ref. 144.§.12. p.94

Eucharistiam sumere ad euitandum scandalum an possit, si aliquis tempore Conclauis irretitus sit censura Pij IV. & Greg. XV. ante obtentam absolutionem tr.7. ref.123. §. p.436

Idem est à fortiori de Hæretico, qui non potest obtinere licentiam, vt absoluatur à censura. ibid.

Negatur Eucharistiam posse sumere excommunicatum occultum extra articulum, vel periculum mortis, etiamsi vrgeat scandalum, infamia, &c. tr.7. ref.124. §.1. p.437

* Vide verb. *Interdictum. Sacerdos.*

Euictio.

Pro euictione si Clericus conueniatur, an conueniendus sit coram iudice Ecclesiastico. tract. 2.resol.76.§. 1.p.136

Exactor.

Exactor tributorum, qui ad Ecclesiam confugit,an gaudeat eius Immunitate. tr.1.ref.5.§.1.p.36

Examinandum. Examinare. Examinatum.

* Vide verb.*Bulla Apostolica. Punire. Testis.*

Excedere.

* Vide verb. *Culpa, Gabella.*

Excipiens.

* Vide verb. *Regula.*

Excludere.

* Vide verb. *Hæresis.*

Exclusum.

* Vide verb. *Appellatio.*

Excommunicare. Excommunicatio. Excommunicatum, &c.

Excommunicatio contra lædentes Immunitatem Ecclesiæ an sit lata,vel ferenda. tr.1.ref.2.§.1.19.p.4.

Excommunicatus declaratus an gaudeat Immunitate Ecclesiæ. tr.1.ref. 27. §. *Quæro tertio.*p.21.

Licet ab excommunicatione excusetur, qui Clericum turpiter inuentum in continenti percuteret, id tamen non satis videtur in percutientem Cardinalem, Episcopum, & alios Prælatos exemptos.tr.1. ref. 49. §.5. p. 34

Excommunicate Reges, & eorum Consiliarios an Episcopi, & Inquisitores possint; Et an non solum in Sicilia, sed in aliis Regnis. tractat.2.resolut.47. §. 1. p.125

Excommunicare in suis titulis an Cardinales possint tr.7.ref.39.§.1. p.389

Excommunicatum occultum negatur posse extra articulum, vel periculum mortis communicare, vel celebrare, etiamsi vrgeat scandalum, infamia, &c. Et an possit confiteri. tr.7.ref.123.124.& 125. Vbi late, & aliqui casus pro praxi. p.436.& seqq.

* In indice primo posito in principio huius tom.9. ex tract.7. *de Cardinalibus, & Collocutionibus, & Scriptionibus vetitis tempore Conclauis*,lege à Resolutione 94.vsque in finem præcitati Tractatus, vbi plures, & curiosas quæstiones inuenies super hoc verbo *Excommunicatio & eius absolutio*, imposita super supradictis impedimentis.

* Vide etiam in hoc indice rerum notabilium verb. *Auferre. Bona temporalia.Bulla Cœna. Bulla Cruciata. Captum. Censura. Collectare. Conuictus. Episcopus. Familia.Filius.Habitus.Ingredi. Inhibere.Interficere.Loqui. Matrimonium. Missam celebrare. Nouitius. Obedire. Occidens. Officialis. Percutiens. Præcipere Prælatus Ecclesiasticus. Rex. Sciens.*

Excommunicationis Absolutio.

Ab omnibus excommunicationibus, & censuris reseruatis absolui possunt omnes parturientes, & proficiscentes ad bellum tanquam constituti in periculo mortis à quocumque Sacerdore etiam non approbato. tr.7.ref.126.§.2.p.439

* In indice primo posito in principio huius tom.9. ex tractatu 7. *de Cardinalibus, & Collocutionibus, & Scriptionibus vetitis tempore Conclauis* à Resolutione 112. vsque ad Resolutionem 127. lege curiosas difficultates super hoc verbo *Excommunicationis absolutio.*

* Vide etiam in hoc indice verb. *Bona temporalia.Episcopus. Violantes.*

Excusare.

* Vide verb. *Aduocantes. Assistere,Bulla Cœnæ, Cautio. Consuetudo. Episcopus. Restituere.*

Executio. Executor.

Executionem realem an possit facere iudex laicus sententiæ à se latæ contra Clericum in casibus, in quibus sibi à iure cognitio permissa est?Vbi alia notabilia circa hoc. tr.2.ref.82.& 83.p.138

Executio an fieri possit per iudicem sæcularem in prædio specialiter obligato à laico,& si Clericus illud possideat. tr.2.ref.84.§.1.& 2.p.139

Executores proprios, Fiscum, & familiam armatam habere an possit Episcopus.tr.2.ref.302.§.2.& seq.p.251.

* Vide verb. *Contractus. Impedire. Rex.*

Exemplum.

Ad exemplum Salomonis cum Abiathar Sacerdote respondetur pro Immunitate Ecclesiastica. tr.2.ref.330. §.1.& seqq.p.278

Exemplum Ioas Regis refellitur. tr.2.ref.331.§.1.p.280

Exempla Christianorum Principum, & eorum leges expenduntur pro supradicta Immunitate. tr.2. ref.334. §..1.p.283

Exemplum adorationis, quæ præbetur Episcopis, Imperatoribus, Regibus,& Patribus à filiis, adducitur pro adoratione, quam Christi fideles Summo Pontifici exhibent. tr.4.ref.4.5.& 6.p.324.&c.

Exemptio. Exemptum.

* In indice primo posito in principio huius tomi in tractatu 2. *de Immunitate Ecclesiastica* sunt quam plurimæ difficultates super his verbis, & exemptione Ecclesiastica. Ideo ibi require, quidquid occurrerit circa hoc.

* Vide etiam in hoc indice verb.*Bona temporalia, Decima Gabella, Persona, Probare.*

Exemptio à iurisdictione Episcoporum an probetur per solutionem,quæ fit Romanæ Ecclesiæ. tract.11.ref.4. §.1.& seqq.p.466

Exequentes.

* Vide verb. *Iussum.*

Exequiæ.

Si de his, quæ ad exequias, & funera pertinent Princeps per aliqua statuta disponat, an efficiat contra Immunitatem Ecclesiasticam,& sit excommunicatus. tr.2.ref.218.§.1.& seqq.p.210

Exercens, Exercere.

Exercens Clericus venationem, aut piscationem prohibitam, an possit spoliari à iudice sæculari canibus, vel canibus,aut aliis instrumentis. tract.2.ref.116.§.1. p.155

Exercendi vsuras absque Pontificis authoritate,an Principes sæculares ex iusta causa Iudæis positiuam licentiam dare possint. tr.2.ref.311.§.1.p.255

Exercere iurisdictionem in Regulares exemptos an Legatus natus possit. tr.2.ref.315.§.1.p.256

Exercere iurisdictionē ante cœptam possessionem, & literarum

terarum ostensionem an Cardinales possint in Ecclesiis sibi concessis. tr.7.ref.53.§.1.p.397
* Vide verb. *Equites.*

Exercitium.

Exercitium falsæ sectæ permittere Turcis, Infidelibus, vel Hæreticis in fœderibus non possunt Principes Christiani sine licentia Pontificis etiam in causis vrgentissimis.tr.13.per totum,& signanter ref.8.§.1.& 8. p.478

Exercitus.

Pro manu tenendo Exercitum in partibus inimicorum, vt tutius confinia Regni conseruentur,an Clerici teneantur ad gabellam. tr.2.ref.252.§.1.p.226

Exhæredare.

Si exhæredauit Pater in testamento filium, vel filiam ex eo,quod nupserit contra eius voluntatem,an Confessarius possit eum in articulo mortis absoluere, nisi prius reuocet tale testameneum, non obstante quod sit statutum laicale tale matrimonium prohibens.tr.2. ref.223.§.*Notandum est*,in fine.p.213

Exhumare.

Exhumare corpus defuncti occisi an possit iudex laicus inconsulto Episcopo,vt constet de corpore delictum. tr.1.ref.129.§. 1.p.84

Vbi,quod Episcopus in nullam incurrit irregularitatem concedens talem licentiam exhumandi corpus defuncti occisi, ibid.§.3

Exhibere.

Ne exhibeant laici seruitia aliqua,& obsequia Clericis an Principes laici statuere possint.tract.2.ref.215.§.1. p.207

Si non exhibeat literas Legationis creditur Cardinali dicenti se esse Legatum. tr.7.ref.69.§.3.p.401
* Vide verb. *Auxilium.Reuerentia.*

Exigere.

* Vide verb. *Decima,Gabella,Subsidium, Tributum.*

Exilium. Exules.

Exilium fregisse bannitus an intelligatur, si stetit in Ecclesia suæ Patriæ. tr.1.ref.63.§.1.p.41

Exules confugientes ad Ecclesiam, an gaudeant eius Immunitate si non commiserint delicta exceptuata. tr.1.ref.64.§.1.ibid.

Exul an possit humari in Ecclesia,à qua arceatur exilij sententia. ibid.§.2

Exilij pœna an reus confugiens ad Ecclesiam puniri possit per iudices Ecclesiasticos, vel laicos. tr.1.ref. 126.& 127.p.80.& seqq.
* Vide verb. *Relegatio.*

Eximere.

Eximere laicos à potestate Principis sæcularis Summus Pontifex potest,& per consequens familiam laicam Episcopi, & ministros eius Curiæ, quia Pontifex in temporalibus habet Dominium rectum. tract.8. ref.7.§.1.p.447
* Vide verb. *Iurisdictio.*

Exeuntes. Exire.

Vt exiret reus ab Ecclesia, suasionibus, & blanditiis inductus est,& exinde comprehensus est,an teneatur iudex illum Ecclesiæ restituere.tract.1.ref.83.§.3.p.50

Exeuntes Cardinales è Conclaui propter infirmitatem præbent iuramentum acta in Conclaui circa electionem Pontificis nemini manifestare. tract. 7. ref.105. §.5.p.418

Si exiuit Cardinalis è Conclaui propter infirmitatem si conualuerit, an teneatur quamprimum redire, & si nolit redire,an possit compelli intrare, tractat.7. ref.106.§.1.& seq.p.418
* Vide verb.*Capere.Egredi.*

Existens.

Existens in Ecclesia mandans homicidium extra illam committere, vel è contra, an gaudeat Immunitate Ecclesiæ. tr.1.ref.73.§.1.p.46

Existens in Ecclesia,vel aliquo Monasterio, & ex fenestra pilam tormentariam eiecit in alium extra Ecclesiam existentem,& illum occidit, an gaudeat Immunitate Ecclesiæ. tr.1.ref.74.§.1.p.46

Et quid è contra. ibid.§.3

Existens in Ecclesia,& mutilans, vel occidens existentem extra Ecclesiam, an gaudeat eius Immunitate. tr.1.ref.76.§.*vnic.*p.47

Cum aliis existentibus extra Conclaue Cardinales loquentes de rebus ad electionem Pontificis pertinentibus,an incidant in censuram Papæ reseruatam. tr.7. ref.94.& 95.p.710

Vbi,quod contra colloquentes palam Cardinalibus nulla est pœna latæ sententiæ, sed contra secrete loquentes. §.3

Et an saltem in dicto casu peccent mortaliter.tr.7.ref.96. §.1.p.412

Existere.

Dum existit reus in Ecclesia, an possit à iudice laico condemnari ad mortem,vel ad pœnam corporalem, ad exilium,ad triremes, vel ad perpetuum carcerem. tr.1.ref.127. §.1.p.80

Si existant re vera aliqua priuilegia in aliquibus Regnis contra libertatem Ecclesiasticam,an sint reuocata per Bullam Cœnæ. tr.2.ref.7.§.2.p.100

Extitisse priuilegium faciendi aliquid contra libertatem Ecclesiasticam,an probet consuetudo Immemorabilis tr.2.ref.8.§.1.p.101
* Vide verb.*Iudex Pontifex.*

Expedire.

Expedit Romano Pontifici solùm,& non Principibus laicis beneficia extinguere lege in tr.14. ref.3.§.3. in fine.p.483
* Vide verb.*Bonum.Distare.Electio.Eligere. Quæstio.*

Expellere.

* Vide verb. *Ecclesiasticus, Eiicere. Episcopus. Mandatum.*

Expirare.

An expiret licentia testandi concessa Cardinalibus,mortuo Pontifice,qui illam concessit. tract.7.ref.92. §.1. p.408
* Vide verb. *Matrimonium.*

Explorare.

* Vide verb. *Voluntas.*

Exportantes.

* Vide verb. *Auferre.*

Exprobratum.

* Vide verb. *Consuetudo.*

Extendendum. Extendere.

An extendatur ad omnia delicta Immunitas Ecclesiastica. tr.2.ref.326.§.1.& seqq.p.269

An extendantur ad Cardinales priuilegia Episcopis concessa. tr.7.ref.36.§.1.p.389
* Vide verb. *Comprehendere.Lex.*

Externus.

Ne exteris beneficia conferantur,an Principes authoritate propria statuere possint. tr.2.ref.204.§.1.p.198

Vbi,quod non est liberum Magistratibus, & iudicibus sæcularibus literas Pontificias reiicere, quarum authoritate beneficia exteris conferuntur. ibid.§.2

Et quid,in Regnis, vbi ex priuilegio Pontificis Reges habent collationem, vt nullus externus possit beneficium obtinere. tr.2.ref.205.§.2.ibid.

Extinguere.

Extinguere Cardinales,Patriarchas, & Archiepiscopos an Papa possit. tr.7.ref.2.§.1.p.376
* Vide verb. *Beneficium.Pontifex.*

Extorquere.

* Vide verb. *Pœna.*

Extractio. Extractum. Extrahere, &c.

Extrahere simplices fures ab Ecclesia an licitum sit saltem ex consuetudine. tr.1.res.57.§.4.p.37

Qui extraxit aliquem ab Ecclesia,& extractum eum occidit,an gaudeat Immunitate. tract.1.resol.76. §.1. p. 47

Extractus reus ab Ecclesia, si à carceribus aufugit, & iterum captus est in loco communi, an adhuc Ecclesiæ restituendus sit. tr.1.res.83.§.3.p.50

Qui extractus fuit ab aliis violenter è manibus satellitum, si confugerit ad Ecclesiam,an sit protegendus? vt eius Immunitate gaudeat. tractat.1. resolut.106. §.1.p.59

Vbi,an Ecclesia extractum reum ab aliis è manibus satellitum restituere iudici laico teneatur, sicut iudex laicus tenetur restituere reum Ecclesiæ spoliatæ. §.4.

Omnes,qui extracti fuerunt violenter ex publicis Carceribus, si in Ecclesia reperti fuerint, an gaudeant eius Immunitate. tr.1.res.107.§.2.p.60

Si extractus fuit reus ab Ecclesia violenter, an necessario restituendus sit eidem Ecclesiæ, vel sufficiat alteri Ecclesiæ, vel Episcopo. tractat.1. resolut.108. §.1.p.61

Extrahentes è manibus satellitum reum, an tam ipsi quam reus, si ad Ecclesiam confugiant gaudeant eius Immunitate. ibid.§.19.& seqq.p.63

Extractus violenter homicida ab Ecclesia à Parentibus occisi,si superueniat Curia sæcularis, & capiatur, an debeat adhuc gaudere Immunitate. tract.1.resol.109. §.1.p.64

Vbi,quod idem est, si metu iniustè illato, quod à iudice sæculari capiendus sis in Ecclesia, & fugias ab Ecclesia,quod adhuc non potes capi, quia tunc non diceris egredi,sed extrahi per violentiam. §.3

Si extrahere reum ab Ecclesia iudex non mandauit, sed satellites,vel alij extraxerunt eum vi, vel dolo, an teneatur restituere reum in Ecclesia, vel an possit contra illum agere. tr.1.res.110.§.1.ibid.

Si extractum ab Ecclesia per vim à personis priuatis iudex laicus illum carceret, an violet Immunitatem Ecclesiæ. tr.1.res.112.§.1.p.65

Si extraxit persona priuata aliquem ab Ecclesia, afficitur censura. ibid.§.2

Extrahere reum ab Ecclesia sine licentia Episcopi, an possit iudex laicus,si notoriè constaret reum non gaudere Immunitate. tract.1.resolut.113.114. & 115. p.65.& seqq.

Extrahere reos ab Ecclesia in delictis exceptuatis, an saltem ex consuetudine iudices laici possint. tract.1. res.116.§.1.p.67

Extrahere reum ab Ecclesia an iudex laicus possit, & in suis carceribus detinere, dum causa agitur, an reus debeat gaudere Immunitate. tract.1.res.117. §.1. p.69

Licet extractus fuerit reus ab Ecclesia cum licentia Episcopi,an iudex laicus teneatur restituere illum Ecclesiæ,si constat illum non commisisse delictum in Bulla Greg.XIV. exceptuatum. tractat.1. resolut.121.§.1. p.74

Extractionem annonæ,videlicet Vini, Frumenti, Olei, Bladæ,Legumínum, & huiusmodi extra territorium statuta prohibentia,an comprehendat Clericoshuiusmodi bona,vel fructus extrahentes in suis prædiis recollectos. tr.2.res.212.§.1.& seqq.p.203

In extractione Frumenti,Vini,Olei,& similium, quæ ex bonis patrimonialibus Clerici collegerunt, vt alibi conducendo carius vendant,an teneantur soluere gabellam. tr.2.res.256.§.1.p.228

* Vide verb. *Licentia. Minister iustitiæ. Restituere.*

Extraneus.

Ne in extraneas personas alienentur bona stabilia prohibendo expresse, ne alienentur in personas Ecclesiasticas,an statutum hoc prohibens sit contra Immunitatem Ecclesiasticam? Et an talia statuentes incident in censuram Bullæ Cœnæ.tr.3.à res. 6. vsque ad Res.19.signanter in res.6,& 10.p.308

Extrauag. Bonifacij VIII.

Extrauag.*Vnam Sanctam*,quomodo est intelligenda.tr.1. res.18.§.1.p.110

Extrema-Vnctio.

* Vide verb. *Vnctio extrema.*

Exustum.

* Vide verb. *Ignis.*

F

Facere.

* Vide verb. *Fides Monopolium.*

Factum.

De FActo proprio Cardinalis deponens, vel ad fauorem familiaris,quam fidem faciat.tract.7.rel.70. §.1.p.401

* Vide verb. *Mandatum. Resistere.*

Facultas.

Facultatem an concesserit Constantinus Imperator, vt Ecclesiæ per totum orbem ædificari possint. tract.1. res.202.§.2.p.197

Vt sine facultate Regia bona immobilia non transferantur in personas Ecclesiasticas,an tale statutum sæculare valeat.tr.3.res.8.Sed vide ibi à res.6.vsque ad 19. inclusiue,vbi late.à p.308.vsque ad 319

Facultatem testandi & dispensandi de rebus suis, quas ex professione amiserunt Cardinales Religiosi, & Episcopi Religiosi,an recuperent.tract.7. res.84. §.4. p.406

Ex facultate Pontificis Cardinales testantes an teneantur adhibere formam iuris Ciuilis,vel Canonici.tr.7. res.90.§.1.p.408

Facultas testandi concessa Cardinalibus an intelligatur pro prima vice. tr.7.res.91.§.1.p.408

Facultatem testandi an Pontifex possit concedere Cardinalibus non solum in vsus pios,sed etiam in quibuslibet,dum modo sint liciti,& honesti.tract.7. res.92. §.3.p.409

Facultatem absoluendi ab omnibus casibus Bullæ Cœnæ Pontifex concedens in aliquo Iubilæo,etiamanni Sancti non comprehenditur casus hæresis. tract.7. res.118. §.2.p.431

* Vide verb. *Inhibitoria,Licentia,Potestas. Vicarius.*

Facultates temporales.

Quando facultas laicorum non sufficere censeatur ad hoc,vt Clerici cum consensu Episcopi, & consulto Pontifice contribuere in aliquibus casibus teneantur. tr.2.res.249.§.1.p.225

Falcis.

* Vide verb. *Inferior.*

Falsitas.Falsum.

Si falsum testis deposuit, vnde innocens damnatus est ad mortem,an gaudeat Immunitate Ecclesiæ. tract.1. res.95.§.2.p.35

Et si falsum pretio,& pecunia deposuit, an in tali casu dicatur assassinus,ita vt careat Ecclesiæ Immunitate. tr.1.res.96.§.1.ibid.

Pro falsitate,quando erat Notarius laicus, effectus Clericus,an sit puniendus à iudice laico? Et quid est faciendum,si talis Clericus effectus conficeret acta, & instrumenta. tr.2.res.104.§.1.p.151

Si falsum deposuerit Clericus coram iudice laico, an possit eum punire non in persona,sed in bonis. tr.2. res.268.§.4.p.234

* Vide verb. *Testimonium. Testis.*

Rerum Notabilium.

Familia.

Familia laica Clericorum an gaudeat priuilegio fori. tr. 2. ref. 160. §. 1. p. 173

Familiam armatam post Concilium Trid. an possint tenere Episcopi, quæ quidem familia, licet laica gaudet priuilegio fori. tract. 2. ref. 181. §. 3. p. 183. & in tract. 8. per omnes eius decem ref. late. pag. 441. & seqq.

Et si dictæ familiæ delicta iudices laici cognoscere velint, an excommunicari ab Episcopo possint tract. 2. ref. 181. §. 1. & seqq. p. 183

Familia laica Episcoporum an gaudeat priuilegio fori, etiamsi non habeat requisita Concilij Trident. *sess.* 23. c. 6. tr. 2. ref. 182. §. 1. p. 184

Familia laica Episcopi Titularis an gaudeat priuilegio fori. tr. 8. ref. 184. §. 1. p. 186

Sed in casu contingenti dicta familia punienda est ab Ordinario loci, non autem ab ipso Episcopo titulari. ibid.

Familia laica aliorum Prælatorum habentium territorium, & iura Episcopalia cum potestate iurisdictionis, vt est in Sicilia Archimandrita Messanensis, &c, an gaudeant priuilegio fori. ibid.

Familia Vicarij Episcopi an gaudeat priuilegio fori. tr. 2. ref. 185. §. 1. p. 187

Per familiam propriam an possit Episcopus capere laicos in causis misti fori, sine inuocatione brachij sæcularis. tr. 2. ref. 302. §. 1. p. 251

Familiæ suæ an Cardinales de confessario prouidere possint. tr. 7. ref. 47. §. p. 391

Et an hoc vbicumque Cardinales inueniantur. ibid.

Familia Episcoporum extra propriam Diœcesim non potest eligere sibi Confessarium non approbatum ab Ordinario illius Dœcesis. ibid

Familiam armatam an Cardinales habere possint. tr. 7. ref. 64. §. 1. p. 399

Familia laica Nuncij Apostolici an gaudeat priuilegio fori. tr. 8. per totum. vbi late & plura. p. 441

* Vide verb. *Episcopus, Eximere. Fiscus.*

Familiares.

Ne familiares S. Inquisitionis gaudeant priuilegio fori in aliquo delicto, an Reges statuere possint sine consensu DD. Inquisitorum. tractat. 2. resolut. 196, §. 1. p. 195

Familiaribus suis an Cardinales Presbiteri possint conferre Tonsuram, & cæteros Ordines. tr. 7. ref. 51. §. 3. p. 396

Familiares Cardinalium in absentia an gaudeant Fructibus suorum beneficiorum. tractat. 7. resol. 61. §. 1. p. 399

Ad familiares suos coërcendos an Cardinales possint habere priuatum carcerem. tractat. 4. resolut. 64. §. 1. ibid.

Familiares Cardinalium ex consuetudine an remittantur in debitis ad suos Cardinales, & ipsi DD. Cardinales sint eorum iudices competentes, ita vt vicarius Papæ dictos familiares non iudicat, sed eos remittit suo Cardinali. ibid.

Familiaris ad sui fauorem Cardinalis deponens, quam fidem faciat. tr. 7. ref. 70. §. 1. p. 401

Familiares Cardinalium in eorum causis an sint testes idonei? Idem est de familiaribus Episcoporum. tr. 7. ref. 72. § 1. p. 402

Familiaribus Papæ, vel Cardinalis offendentibus pœna imponitur pro qualitate culpæ. tract. 7. resol. 78. §. 1. p. 404

Familiares Clericos Cardinalium offendentes eorum intuitu an incurrant censuram Bullæ Cœnæ. tr. 7. ref. 83. §. 1. p. 406

Familiares Cardinalium gaudent priuilegio fori. tract. 8. ref. 10. §. 4. p. 450

* Vide verb. *Famalia. Famulus.*

Famulus.

Famulos Legatorum atrocia scelera perpetrantes sine violatione iuris gentium an liceat Principibus condigna vltione punire. tr. 2. ref. 23. §. 1. p. 111

Et in hoc casu est differentia inter Legatos Principum sæcularium, & Legatos, & Nuntios Summi Pontificis. ibid. §. 7. p. 112

Famuli professorum, studiosorum quotidiani, necessarij, perpetui, & proprij an gaudeant priuilegio fori. tr. 2. ref. 161. §. 3. p. 174

Cum famulis Cardinalium existentibus in Conclaui loquentes an incurrant censuram? Et quid, si sciat postea dictos famulos omnia referre suo Cardinali. tr. 7. ref. 103. §. 1. p. 416

Et quid, si famuli Conclauistæ loquantur cum aliis existentibus extra Conclaue de rebus pertinentibus ad electionem Pontificis; Et an saltem peccent mortaliter, & qui cum illis loquuntur. ibid.

Famuli Clericorum, & studiosorum ad tempus seruientes an gaudeant priuilegio fori. tractat. 8. resol. 3. §. 2. & seqq. p. 443

* Vide verb. *Clauista. Episcopus. Familiares. Inseruientes, Mandare.*

Fauere

* Vide verb. *Opinio.*

Fauor.

Si in fauorem rei lata sit sententia declarans illum gaudere Immunitate, an detur appellatio à tali sententia, Et quid è contra. tr. 1. ref. 121. §. 2. p. 74

* Vide verb. *Consuetudo. Familiares. Statutum.*

Fauorabile.

In fauorabilibus personæ exemptæ, vt Ecclesiastici veniunt in appellatione Vniuersitatis, Populi, territorij, cum sint pars Reipublicæ, secus autem in odiosis, & onerosis. tr. 3. ref. 6. §. 2. p. 308

* Vide verb. *Statutum.*

Fautores.

* Vide verb. *Hæreticus.*

Fenestra.

Qui ex fenestra cum Archibusiis occidit inimicum, & à tergo, non dicitur proditor, ideo debet gaudere Immunitate Ecclesiæ. tr. 1. ref. 81. §. 2. p. 49

* Vide verb. *Existens.*

Ferculum.

Cum ferculis plurimis in conclaui Cardinales vescentes an mortaliter peccent. tr. 7. ref. 110. §. 1. p. 422

Feria sexta Parasceues.

In Feria sexta Parasceues an Cardinales possint deuenire ad scrutinium, non audito Officio fieri solito in illa die, non obstante §. *Similiter.* Bullæ Greg. XV. tract. 7. ref. 111. §. 1. ibid.

Feria sexta Parasceues nemini licitum est sacrificare ob prohibitionem factam ab Innocentio I. ibid.

In Feria dicta Officium fieri solitum à Sacerdote, extracto Sacramento è sepulchro, an sit vere Sacrificium, & Missa dici possit. ibid. §. 2

Si in Feria dicta incidat Festum de præcepto, an populus Christianus teneatur officium illud audire ibidem §. 3

Ferre.

* Vide verb. *Lex. Populus. Sententia. Testimonium.*

Ferrum.

Si ferrum Ecclesiæ delinquens apprehendit, an gaudeat eius Immunitate. tr. 1. ref. 8. § 9. p. 10

Feudale. Feudatarius. Feudum.

Feudatarij Episcopi Regum an debeant prius obedire Regi, quam Papæ, vel Metropolitano. tr. 2. ref. 29. §. 1. p. 116

Feuda à Rege Prælati tenentes an teneantur in bello opem ferre, & auxilium præstare secundum feudorum

rum conditionem. ibid.§.3
In feudalibus an Clericus possit conueniri coram iudice laico. tr.2.ref.75.§.1.p.136
Quando in feudum decimæ sunt collatæ Principibus,vel aliis sæcularibus , an eorum exactio , & lites pertineant ad iudicem Ecclesiasticum, vel laicum. tract.2. ref.274.§.1.p.236
Si feudum à Principe sæculari Clericus teneret,an possit ratione delicti, & crimine læsæ Maiestatis personaliter à Maiestatibus laicis distringi. tract.2.ref.327. §.6.p.273
In feudis an possint Cardinales succedere? Et an in tali casu admittantur ad seruiendum per substitutum. tr.7.ref.26.§.1.p.385

Fideles.

Fideles Christi Summo Pontifici adorationem præbent, an sit licita talis adoratio? tr.4,ref.1.§.1.p.321

Fidelitas.

* Vide verb.*Iuramentum.Regnum.*

Fides.

Si fidem dederit reus redeundi ad Carcerem & confugerit ad Ecclesiam, an eius immunitate gaudeat.tr.2. ref.27.§ *Quæro quinto* p.22
* Vide verb.*Factum.*

Fides Catholica.

Dum fidem SS.Trinitatis Episcopus hæreticus tenet,valide consecrat,& benedicit Templa,& Ecclesias. tr.1. ref.131.§.7.p.86
De fide definiendo aliquid Papa extra Concilium Generale an possit errare. tractat. 5. resolut. 1.2.3. & 4. p.340.&c.
De fide an sit omnino v. g. hunc numero Innocentium X. esse verum Pontificem , & verum D. Petri successorem. tr.5.ref.6.7.& 8.p.346.& seqq.
Et,si non esset verus Pontifex,an eius Decreta circa res fidei haberent infallibilitatem.tract.5.ref.8.§.1.& seq. p.348
Circa fidei res an Decreta Pontificis haberent infallibilitatem , etiamsi non esset de fide , quod Papa esset verus Pontifex.tr.5.r.8.§.1.signanter §.4.& seq.p.349.
Quando aliquid de fide Summus Pontifex determinat, exponitur modus , quo ei Spiritus Sanctus assistat. tr.5.ref.11.§.1.& seqq.p.352
In fide an Papa, vt persona priuata possit errare , & de facto errauerit. tr.5.ref.12.§.1.& seqq.p.353
De fide an sit tenendum , quod Papa non possit errare in Canonizatione, & Beatificatione Sanctorum. tr.5. ref.19.§.1.& seqq.p.359
Et magnum discrimen est inter hâc propositionem:Non est de fide Vrbanum VIII. esse verum Pontificem, & illam:Vrbanus non est verus Pontifex.tr.5.ref.22. §.7.p.363

Filius.Filia.

Filius occidens Patrem an gaudeat Immunitate Ecclesiæ. tr.1.ref.27.§.*Quæro primo*.p.21
Filios Regis offendentes an gaudeant Immunitate Ecclesiæ. tr.1.ref.50.§.3.p.34
Filij Clericorum an gaudeant priuilegio fori. tractat.2. ref.158.§.1.p.173
Et an etiam gaudeant exemptione gabellarum. ibid.
Et an supradicta intelligantur de filiis Clericorum legitimis,viuente Patre. ibid.§.2
Ne filius, vel filia possint contrahere sine consensu Patris, alias cadant ab hæreditate , an tale statutum sit validum. tr.2.ref.223.§.1.p.213
Si filiorum matrimonium impediat Pater,an incurrat excommunicationem Concilij Trid. ibid.§.3
Vt filia nubat de consilio alterius,an testator disponere possit.ibidem §.2.in fine. ibid.
Pro filio Clerico emens victualia,an teneatur pater soluere gabellas. tr.2.ref.242. §.1.p.220
Vbi aliqua alia contingentia in dicto casu. ibid.
Filio spurio de alimentis debitis præstandis an iudex Ecclesiasticus cognoscere possit,vel an hæc cognitio sit misti fori. tr.2.ref.285.§.1.p.243
Et quæ sub nomine alimentorum intelligi censeantur? Vbi explicite,& late. ibid.§.3
Filio spurio an alimenta præstanda sint,attentis,& consideratis diuitiis paternis,& eius qualitate,& dignitate. ibid.§.4
Idem,quod dictum est de parentibus circa filios spurios, dicendum est de filiis circa parentes. ibid.§.5
Filium Clerici an Princeps legitimare possit, si ipse filius sit Clericus?Et quid,si talis filius Clerici sit laicus. tr.2.ref.313.§.1.p.256
Inter filios familias matrimonium contractum sine consensu parentum , non obstantibus prohibitionibus Principum,validum esse probatur. tract.2,ref.333.§.1. p.299
Filio Clerico à Patre donationem omnium bonorum factam statutum , vel lex hoc inualidans an sit contra Immunitatem Ecclesiasticam. tr.3.ref.20.§.1.p.310
Filij apud veteres supplices apud Patres ad eorum pedes procumbebant, veniam de offensis petendo,ex quorum more infertur Summum Pontificem adorati debere pedum osculatione , &c. tract.4. resol.3. & 6. §.2.p.22.& seq.
An filij familias Cardinales non prohibeantur testari de bonis , quæ habebant,priusquam efficerentur Cardinales. tr.7.ref.27.§.1.p.387
* Vide verb.*Exhæredare.Instans.Superior sæcularis.*

Fingens

Fingens se Christianus Infidelem,expetens baptizari,vt certam pecuniarum Summam accipiat,an debeat abiurare. tr.1.ref.107.§.5.p.61

Finis.

* Vide verb. *Cessare.Lex.Mens.*

Finis Ecclesiæ.

Fines Ecclesiæ per aliquem circuitum an gaudeant Immunitate. tr.1.ref.7.§.1.p.7

Fiscalis.

Fiscalem Regium occidens an gaudeat Immunitate Ecclesiæ. tr.1.ref.54.§.1.p.36

Fiscus

Fiscum , & familiam armatam habere an Episcopus possit. tr.2.ref.302.§.2.p.251

Flumen.

Ne flumen vicinos agros Clericorum,& laicorum inundet,an Clerici teneantur ad reparationem.tr.2.ref.254 §.3.p.227

Fœdus.

De fœderibus Principum Christianorum cum Turcis, vel Hæreticis,supposita iustitia belli. tr.13.per totum, vbi multa,& notabilia. p.471
Et quid de fœderibus cum Turcis,Infidelibus,& Hæreticis circa politica , & ciuilia, & circa Inducias, & Treugas,aut commerciorum causa,vel propter securitatem nauigantium,itinerum, &c.maxime inconsulto Pontifice. tr.13.ref.8.& 9.p.478
Fœdera inire cum Hæreticis maximè perpetua,non possunt Principes laici, inconsulto Pontifice,nec in vllo casu possunt esse licita,nec valida.tr.13.r.3.§.4.& seq. & in ref.4.p.483
* Vide verb.*Illicitum.*

Fœtus.

Fœtum animatum occidens cum aliqua potione an gaudeat Immunitate Ecclesiæ.tract.1.resol.93. & 94.p.55
* Vide verb.*Potio.*

Forma.

Formam *cap. Non minus de Immunitate Eccles.* seruare an necessarium sit, si impetrent Principes Bullam à Summo Pontifice pro imponendo aliquo tributo Cleri-

Clericis. tr.2.ref.250.§.2.p.225
* Vide verb. *Testari.*

Forum.

Si in foro Ecclesiastico Clerici in Sacris, & Beneficiarij condigne non puniuntur, an possint à Rege priuari bonis ab ipsomet Rege obtentis. tr.2.ref.57.§.1. p.130
Ad forum iudicis sæcularis declinandum an sufficiat possessio Clericatus. tr.2.ref.120.§.1.p.157
Fori misti an sit causa sponsalium? Et quid, si iuramento firmata sint sponsalia. tr.2.ref.228.§.1.p.215
Fori misti an sit materia iuramenti positi in aliquo contractu, & simili negotio, tractat.2. resolut.235. §.1. p.217
Fori misti an sit causa decimarum. tr.2.à ref.271. vsque ad 274.inclusiuè p.235
Vbi varij casus pro praxi.
Forum rei quomodo debeat sequi actor? Et an possit fieri statutum, vt reus sequatur forum actoris. tr.2. ref.180.§.7.p.239
Fori misti an sit causa cognoscendi de alimentis filio spurio debitis? Vbi alia contingentia in dicto casu. tr.2.ref.281.§.1.p.243
Fori misti an sit crimen Sacrilegij. tract.2. ref.288. §.1. p.244
Et an crimen adulterij? Vbi pro praxi aliqui casus distinguuntur. tr.2.ref.290.§.1.p.245
Et an crimen concubinatus. tr.2.ref.292.§.1.ibid.
In fori misti causis an iudex Ecclesiasticus teneatur præbere processum iudicibus laicis, à quibus auxilium petit. tr.2.ref.299.§.1.p.250
In fori misti criminibus an iudex Ecclesiasticus possit laicos sine auxilio brachij sæcularis in carcerem detrudere. tr.2.ref.301.§.1.p.251
Et an dicti laici non in carceribus Regiis, sed in Ecclesiasticis reponendi sunt. ibid.§.2
In foro Ecclesiæ semel punitus, an possit iterum pro eadem culpa à iudice sæculari puniri etiam ad excessum pœnæ. tr.2.ref.303.& 304.p.252
Et quid è conuerso, si delictum est misti fori. tr.2. ref. 303.§.3.ibid.
In foro Ecclesiastico an possint viduæ, pupilli, & pauperes, & aliæ personæ miserabiles conuenire laicos? Et quid, si pupilli, & viduæ essent diuites. tr.2. ref. 306.& 307.p.252. &c.
Fori misti an sit crimen vsuræ. tract. 2. resol. 309. §.1. p.253
Fori priuilegio concesso Domino, marito, &c. gaudent serui, vxores, &c. tr.8.ref.3.§.2.& seqq.p.443
* Vide verb. *Familia. Familiares. Famulus.*
* In indice primo posito in principio huius tom.9. in tract.2.de Immunitate Ecclesiastica sunt quamplurimæ difficultates sup. hoc verbo *Forum.* Vbi demonstratur, quando Clericus, & aliæ personæ quasi Ecclesiasticæ gaudent priuilegio fori, & quando vero illud amittunt, & perdunt.

Frangentes. Frangere.

Frangentes fores Ecclesiæ an gaudeant eius Immunitate. tr.1.ref.30.§.1.p.25
Frangentes Carceres, & inde ad Ecclesiam confugientes, an gaudeant eius Immunitate. tract.1. resol.65. §.1. p.42
Si frangat exilium laicus relegatus per certum tempus, infra quod efficitur Clericus, an sit à iudice laico pro fractura cognoscendus? Idem quæritur de bannito. tr.2.ref.107. §.1. p.152
Et quid, si Clericus sit relegatus à iudice Ecclesiastico, & postea laicus effectus est. tractat.2. resol.108. §.1. ibid.

Frater.

Fratres Regis offendentes an gaudeant Immunitate Ecclesiæ. tr.1.ref.50.§.3.p.34
Fratres Clericorum sunt exempti ab onere hospitandi, dum vna simul viuunt. tr.2.ref.179.§.1.p.182

Fratres D. Ioannis.

Fratres D. Ioannis, qui portant mediam Crucem albam, an gaudeant priuilegio fori, & exemptione gabellarum. tr.2.ref.170.§.1.p.179

Fraudantes. Fraus.

Fraudantes Regia tributa an gaudeant Ecclesiæ Immunitate. tr.1.ref.56.§.1.p.36
Si fraudem Clerici efficiant quoad pondera, & mensuras, vel quoad pretium rerum venialium, an possint puniri in multis pecuniariis impositis à lege per iudicem laicum. tr.2.ref.99.§.1.p.149
Qui in fraudem collectarum tantum, & non cum intentione clericandi susceperunt habitum Clericalem, an teneantur soluere gabellas à Principe impositas. tr.2.ref.261.§.1.p.231
* Vide verb. *Extrahere.*

Fructus.

De fructibus Ecclesiarum Vacantium an Rex disponere possit in Regno Siciliæ ad beneplacitum in quoscumque vsus voluerit? Et quid de consuetudine circa hoc. tr.2.ref.14.§.1. p.104
Si fructus collectos coloni Religiosorum deferant de loco ad locum, aut alienent, an iudex laicus possit ab eis exigere gabellas. tr.2.ref.269.§.p.235
Pro fructibus Ecclesiæ, an possit Clericus conueniri laicum coram iudice Ecclesiastico. tract.2. ref.280.§.1. p.238
Ratione fructuum Præbendæ locatæ laico an debeat conueniri coram iudice Ecclesiastico. tract.2.ref.281. §.1.p.240
* Vide verb. *Familiares.*

Frumentum.

* Vide verb. *Vendere.*

Fugere.

Ne fugiat ab Ecclesia reus, an possint satellites illum apprehensum bfachio tenere, donec licentia Episcopi veniat. tr.1.ref.101.§.3.p.58
Et an saltem in tali casu ne libere fugiat reus, concedatur, quod Ecclesia à satellitibus obsideatur. ibid.
Fugientes è carceribus ad Ecclesiam gaudent eius Immunitate. tr.1.ref.108.§.108.§.18.p.63

Fulminare.

* Vide verb. *Censura.*

Fundare.

Quando fundatur statutum in publica vtilitate, etiamsi faciat mentionem de Clericis, an sit inualidum, & lædat Immunitatem Ecclesiasticam. tr.2.ref.210. §.1. p.202
Et quid etiam, si statuta sint etiam Clericis fauorabilia. ibid. §.2
Fundatur lex aliquando in periculo facti, vel delicti, & explicatur, quomodo hoc debeat intelligi. tr.7.ref.98. §.2.p.413
* Vide verb. *Lex.*

Fungi.

Vt fungatur suo munere iudex laicus, an illum per censuras compellere iudex Ecclesiasticus possit. tract.2. ref.60.§.3. p.131

Funus.

* Vide verb. *Exequiæ.*

Fur. Furantes. Furatum. Furtum.

Fures an debeant gaudere Immunitate Ecclesiæ, etiam in Ecclesia furantes Pixidem SS. Eucharistiæ Sacramenti. tr.1.ref.57.§.1.p.37
Et an saltem ex consuetudine licitum sit extrahere fures simplices ab Ecclesia. ibid.§.4
Fures, qui cum furto ad Ecclesiam confugiunt, & intra Ecclesiam illud contractauerunt, an gaudeant eius

eius Immunitate. ibid.§.9.p.38
Vbi, quod in Ecclesia fur non potest spoliari à iudice laico re furata, quam secum traxit, sed recurrendum est ad iudicem Ecclesiasticum. ibid.§.33
Furantes in Ecclesia an capi possint ab Ecclesiasticis ministris etiam extra Ecclesiam. ibid.
Circa fures quædam Epistola Clem.VII. tr.1.ref.62.§.1. p.41
* Vide verb. *Grassator Viarum, Lator. Fustis.*
Qui cum fustibus percutit virum Nobilem proditorie ex proposito, & sub spe amicitiæ, an gaudeat Immunitate Ecclesiæ; tr.1.ref.98.§.1.p.56

G

Gabella.

GAbellarum exemptione in Hispania ex consuetudine Clerici Minores non gaudent.tr.1.ref.64.§.2. p.132.
Gabellarum exemptione an gaudeant vxores Clerici coniugati, vel Sacerdotis Græci, aut Equitis D.Iacobi, Alcantaræ, Calatrauæ, &c durante viduitate. tr.2. ref.157.§.1.p.171
Et si dictæ vxores gabellas defraudentur,non est,illis absolutio deneganda. tr.2.ref.156.in fine p.171
Gabellarum exemptione an gaudeant Nouitij hospites in nostra Religione, si aliqua bona possideant. tr.2. ref.163. §. 5.p.177.
Gabellarum exemptione non gaudent Clerici coniugati seruientes Episcopis. ibid.
Gabellarum exemptione an gaudeant Equites D. Ioannis, D.Iacobi, Alcantaræ, Calatrauæ, Montesæ, S. Stephani, S. Lazarii, etiam Nouitij, & Fratres D. Ioannis, qui portant mediam Crucem albam. tr.2. ref. 170. 171. & 172.p.179.& 180
Ad gabellæ solutionem impositæ pro Physico, Chirurgo, Ludimagistro, &c. Clerici non tenentur. tr. 2. ref.337. §.9 p.291
* Vide verb. *Filius.*
In indice primo posito in principio huius tom.9.in tr.1. de Immunitate Ecclesiastica à ref. 237. vsque ad ref. 269. inclusiue sunt multæ quæstiones sup. hoc verbo *Gabella*, Ideo require in illis,nec non in aliis ref.dicti tract. quidquid occurrerit præter supradictas dificultates.

Gaudere.

Gaudere possunt Clerici de iure communi, & vti beneficio statutorum, & priuilegiorum alicui Vniuersitati, vel certo generi personarum concessorum, ideo si per statutum tollantur Clericis ea, quæ de iure sibi tanquam Ciuibus competunt, est contra Immunitatem Ecclesiasticam. tract.2. ref. 209. & 211.p.201.& 202
* Vide verb *Forum,Fructus,Gabella, Immunitas, Ecclesia, Priuilegium.*

Generalis Regularium.

Generalem suum Regularis occidens an gaudeat Immunitate Ecclesiæ. tr.1.ref.38.§.1.p.29
Cum Generalis licentia Nouitius acceptatus in nostra Religione ante pubertatis annum, an sit proprie Nouitius, ita vt gaudeat priuilegio Canonis,& fori.tr.2. ref. 163.§.3.p.176.

Gentes.

Apud Gentes omnes an Asyla Immunitatis recepta fuerunt, vel tantum apud Græcos. tract. 1.ref.128.§.10. p.84.

Genuflectere Genuflexio.

Genuflexione semper in Ecclesia Summum Pontificem fuisse adoratum demonstratur. tract.4.resolut. 3. §.1. & seq.p.322
Non genuflectunt ordinarie Eminentissimi Cardinales ad occursum Pontificis,nec eius pedes osculantur.Sed de osculatione circa manus Pontificis aliqua curiosa obseruantur. tr.4.ref.10.§.1.p.328

Genus.

Quodnam genus delicti loco sacro protegi,vel non protegi possit. tr.2.ref.28.§.1.& seqq.p.23

Germania

Septem Germaniæ Electoribus Impetatoris an absque assensu Pontificis possit octauus addi? Et an potestas eligendi Imperatorem sit largita septem Germaniæ Electoribus à Summo Pontifice. tr.10.ref.1.2.3.& 4. à p.459.vsque ad 462.

Gestare.Gestatio.

De gestatione Pontificis super humeros, & cum Regno in Capite,quod vulgo *Chamaurus*, appellatur, tr.4. ref.15.§.1.& seqq p.332
* Vide verb. *Minores.Fratres.*

Gloria.

Quod in Gloria sit anima Beatificati,an remaneat tantum intra latitudinem probabilitatis, & certitudinis moralis ex vi precise solius Beatificationis. tract. 5. ref. 20. §.1.& seqq.p.360

Graculus.

* Vide verb. *Reparatio.*

Gracus.

* Vide verb. *Gabellæ. Gentes. Matrimonium, Ordo, Vxor.*

Grangia Regularium.

Grangiæ Regularium secundum illud, quod septum est, an gaudeant Immunitate. tr.1.ref.8.§.1.p.9
Nomine Grangiæ Religiosorũ an intelligatur *Villa* etiam illa cum Capella, in qua Religiosi recreationis causa adeuntes, vel ibi commorantes celebrant, vndereus confugiens ad dictam Capellam an gaudeat Ecclesiæ Immunitate. tr,1.ref.12.§.1.p.17

Grassator.

Grassatores viarum an gaudeant Ecclesiæ Immunitate tr.1.r.58.§.1.p.38
Et quid,si semel, vel bis in via publica & cum violentia quis deprædatur, ibid.§.2

Grauare.

Si grauentur indirectè Clerici,an tributum sit iniustum, v.g.super carnibus,Vino,Pane,&c.tract.2.ref.241.§.1. p.220

Gubernatio.Gubernator.

* Vide verb.*Consensus.Episcopus.Licentia.*

H

Habitatio.

HAbitatio omnis Ecclesiæ quoad totam suam fabricam coniunctam an gaudeat Immunitate, quamuis sit polluta,& interdicta,aut destructa,si adsit spes reædificationis. tr.1.ref.6.§.5.& 10.p.6

Habitare.

Vt habitare possit Catholicus in terris Hæreticorum aliqua requiruntur. tr.13.ref.9.§.4. p.480

Habitus Clericalis.

Sub habitus priuatione non possunt Episcopi publicare edictum, vt Clerici in Minoribus debeant assumere Ordines sacro.,& an ita Sacra Congregatio declarauerit. tr.2.ref.64. §. 1.p.132
Sine habitu,& Tonsura immiscentes se Clerici in illicitis grauissimis,an possint puniri à iudice laico? Vbi aliqua notabilia in hoc casu ad priuandum Clericum priuilegio fori. tr.2.ref.109.§.1.p.152
Si habitum, & Tonsuram aliquando dimittit Clericus, an amittat priuilegium fori;vel an in hoc casu requiratur

ratur trina monitio. tr.2.ref. 121. §.1.p.157
Vt in habitu,& Tonſura repetiatur Clericus in Minoribus tempore delicti,vel ſaltem capturæ, an opus ſit, vt gaudeat priuilegio fori. tr.2.ref.122.§.1. ibid.
Si habitum Clericalem dimiſiſſet Clericus, & illum reaſſumeret etiam ſine licentia Epiſcopi, an gaudeat priuilegio fori, etiamſi in Synodo hoc prohibitum eſſet fieri. ibid.§.3.p. 158
In habitu, & Tonſura Clericus incedens an gaudeat priuilegio fori, ſi per paucas vices Choro, & proceſſionibus interfuit, quamuis de mandato Epiſcopi alicui Eccleſiæ non inſeruiat, vel beneficium Eccleſiaſticum non habeat. ibid. §. 4
Si habitum tantum deferat Clericus,& non Tonſuram, vel è contra, an perdat priuilegium fori,tr.2. ref.123, §.1.ibid.
Habitum qualem debeat portare Clericus. vt gaudeat priuilegio fori. tr.2.ref.125.§,1.ibid.
Habitus Clericalis cognitio ad iudicem Eccleſiaſticum, pertinet, non vero ad iudicem laicum, tr.2.ref.126.§.1 p. 159
Qui habitum Clericalem aſſumpſit poſt delictum patratum, animo ſubrrahendi ſe à laica poteſtate, an gaudeat priuilegio fori? Vbi aliqua ſupponuntur in dicto caſu. tr.2.ref.131.§.1.p.160,
Si quis habitum Clericalem ſuſcepiſſe dicat ex vi voti an ipſius iuramento ſtandum ſit.tr.2.ref.132.§.2.p.161
Habitum Clericalem qui geſtant per annum in Diœceſi N.volentes ad ordines promoueri,& prius adſcribuntur in Eccleſia Cathedrali inſeruiendo eidem Eccleſiæ prout faciunt ordinati,an in dicto anno gaudeant priuilegio fori. tr.2.ref.133.§.1.ibid.
Habitum, & tonſuram non deferens Clericus, ſi habeat; tamen beneficium Eccleſiaſticum, an gaudeat priuilegio fori. tr. 2. ref. 141. §. 1. p.165
Et quid, ſi habeat tantum beneficij collationem,ſed non poſſeſſionem:Et quid, ſi habeat beneficium ſine redditibus. tr.2.ref.142.§.1.p.166
Si in habitu, & Tonſura incedat Clericus, qui habet penſionem tantum ſuper aliquo beneficio, an gaudeat priuilegio fori. tr.2.ref.143.§.1.ibid.
Si habitum, & Tonſuram deponat Clericus coniugatus cum vnica, & Virgine, & itetum illam reaſſumat,an gaudeat priuilegio fori. tr.2. ref. 148.§.1. p. 167
Poſt habitum & Tonſuram dimiſſa,ſi Clericus coniugatus pro delicto aliquo in Curia laicali eſt citatus, & ob contumaciam condemnatus fuerit, ſi deinde reaſſumat habitum,& Tonſuram,& Eccleſiæ deſeruiat,an poſſit propter delictum à iudice laico in carceren conici,aut perſonaliter adſtringi.tr.2. ref. 152.§.3. p. 169
Et quid, ſi ſine habitu, & Tonſura Clericus coniugatus incedens capiatur,& deinde è carcere fugiens habitum, & Tonſuram reaſſumat. ibid.
Si habitum dimitteret Religioſus profeſſus etiam apoſtatando à Religione, nunquam perdit priuilegium fori. tr.2.ref. 162.§.174
Qui habitu aliquo Religioſo aſſumpto adhibetur ad ſeruitia & obſequia Monialium,& ad petendum pro eis eleemoſynam, an gaudeat priuilegio Canonis.tract.2, ref.163.§.4.p.177
Habitu Religionis dimiſſo an Nouitius poſſit à iudice ſæculari puniri ob delictum tempore nouitiatus commiſſum. tr.2.ref.166.§.1.p.178
Idem eſt de Religioſis emiſſis Societatis Ieſu, ſi vxorem ducant, aut liberi in ſæculo maneant. ibid.§.3
Et quid de delicto cuiuſdam Clerici, qui habitu & ſtatu Clericali dimiſſo vxorem duxerat. ibid.§.2
Qui habitum Clericalem aſſumpſerunt ſine intentione clericandi, ſed tantum in fraudem collectarum,an teneantur ſoluere gabellas à Principe impoſitas ,tract.2, ref.161.§.1.p. 231
Si habitum ſuæ Religionis deponant Cardinales Religioſi, & Epiſcopi Religioſi,an incurrant excommunicationem. tr.7.ref.86.§.1.p.407
* Vide verb.*Pallium.*

Hæreditas.

* Vide verb. *Cadere.*

Hæres.

Si hæredes ſint Clerici alicuius ſæcularis, an iudex laicus poſſit iudicare cauſam illorum,ſi cauſa ante eius mortem incepta fuit coram eo. tr.2.ref.79.§.1.p.137
Vbi, quod inſtantia cœpta contra Clericum coram iudice Eccleſiaſtico debet continuari contra laicum hæredem Clerici coram eodem iudice. §.2
Si clericus poſſidet rem laici ſpecialiter hypothecatam, an ratione hypothecæ poſſit conueniri coram iudice ſæculari. tr.2.ref.81.§.3 p.138
Et quid,ſi adſit clauſula de non alienando,an poſſit fieri executio per ſæcularem iudicem,in prædio ſpecialiter obligato à laico, & ſi Clericus illud poſſideat. tr.2, ref.84.§.1.p.139
Quando hæredem inſtituit Clericus alium Clericum,an poſſit iudex Eccleſiaſticus dictum teſtamentum publicare. tr.2.ref.191.§.1 p.193
Si cum hæredibus iurantis cauſa agatur,an iudex Eccleſiaſticus ſit competens non ſolum quoad relaxationem iuramenti, ſed etiam ad effectum agendi, vt præſtita relaxatione annullet,& reſcindat ipſum contractum. tr.2.ref.236.§.1.p.218
Hæredum ſuorum ius non amittunt Cardinales quamuis eo ipſo ſoluti ſint à patria poteſtate in his,quæ ipſis ſunt commoda. tr.7.ref.27.§.1,p.386

Hæreſis.Hæreticus.

De hæreſi vehementer ſuſpectus an gaudeat Immunitate Eccleſiæ. tr.1.ref.40.§.1.p.30
Hæreticus an gaudeat Immunitate Eccleſiæ.tr.1.ref.41. §.1.ibid.
Et quid quoad alia delicta diſtincta ab hæreſi,tr.1.r.42 §.1.ibid.
Idem eſt de Hæreticorum fautoribus. ibid.§.2
De hæreſis crimine an iudex laicus cognoſcere poſſit, quando agitur de quæſtione facti.tr.2.r.193.§.1.p.194
Quando hæreſim continet crimen ſortilegij, an iudex laicus cognoſcere poſſit. ibid.
Propter hæreſim Epiſcopus non poteſt citari,nec puniri ab Inquiſitoribus, ſed hæc cauſa reſeruatur Papæ. tr.2.ref.332.§.5.p.281
Si hæreſim non excluderet Summus Pontifex in aliquo Iubilæo,etiam anni Sancti, & concederet abſolutionem ab omnibus caſibus Bullæ Cœnæ,an vtique videatur illam concedere. tr. 7. ref. 112.§.1.p.424
Hæreſim abſoluendi poteſtatem Bulla Cœnæ auferat ab Epiſcopis illis collatam in Concilio Trid. tract. 7 ref, 117. §.9.p. 429
Et à fortiori impeditus adire Pontificem, & Epiſcopum non poteſt abſolui ab hæreſi à quocumque Sacerdote, tr.7. ref. 118. §.3.p. 430
Hæreticus, qui non poteſt obtinere licentiam, vt à cenſura abſoluatur, an ad vitandum ſcandalum, & infamiam poſſit celebrare, vel Euchariſtiam ſumere. tr.7. ref. 123.§.1. p.436
Et ſi non poteſt excitari ad perfectam contritionem in dicto caſu, quid eſt faciendum. ibi. & in ref. 124. & 125. p. 437
Cum Hæreticis inire fœdus,ſuppoſita iuſtitia belli,an licitum ſit Principibus Chriſtianis.tr.13.per totũ p.471
Cum Hæreticis damnatis in Tribunali S Inquiſitionis non eſt illicitum communicare. tr.13.ref.9.§.7.p. 481
* Vide verb. *Epiſcopus.Exercitiũ.Fœdus.Habitare Iuiur.*
Hæretico non poteſt Princeps laicus præſtare ſaluum conductum cum damno Eccleſiaſticæ iuriſdictionis, tr. 14. ref.4.§.1,p.485

Index

Hispania. Hispanus.

* Vide verb. *Bullu Cruciatæ. Gabella.*

Homicidium.

Homicidium proditorium intelligitur illud, vbi nullus cum occiso præcedebat rancor, sed potius simulabatur amicitia, vbi non dicitur proditor, qui occidit inimicum suum à tergo, vel è feneſtra cum archibuſiis. tr.1.reſ.11.§.6.p.49

Si homicidium contingat in porta Eccleſiæ, an illa polluatur.

Et quid, ſi in oſtium Eccleſiæ aliquis recipiat vulnus lethale, & cadat mortuus extra Eccleſiam. ibidem §.10

* Vide verb. *Interficere. Vxor. Scola Eccleſiæ.*

* In indice primo poſito in principio huius tom. 9. In tractatu primo de Immunitate Eccleſiæ ſunt plures quæſtiones pro hoc verb. *Homicidium*, pro quo ſignanter vide infià in hoc indice verb. *Occidere*, & ſerua eius notationem.

Hortus

Hortus Eccleſiæ an gaudeat Immunitate. tr.1.reſ.6.§.10. pag. 7.

Hoſpes. Hoſpitium.

Hoſpites noſtræ Religionis antequam incipiant Nouitiatum, an gaudeant priuilegio Canonis. tr.1. reſ.107 §.3.p.60

Hoſpitij tempore Nouitij Clericorum Regularium an gaudeant priuilegio Canonis, & fori. tr.2.reſ.163.§.1. p.176

Et an etiam gaudeant exemptione gabellarum. ibid.§.5. p.177

Hoſpitale.

Hiſpitalia an gaudeant Immunitate. tract.1.reſol.8.§.1. pag 9

Et ſi quis ſupra hoſpitalis tectum confugiat, an gaudeat Immunitate Eccleſiæ. tr.1.reſ.10.§.5.p.12

Hoſpitalium Rectores an gaudeant priuilegio fori. tr.2. reſ.173.§.1.p.180

Hoſpitalium Confraternitates an gaudeant priuilegio fori, ita vt Epiſcopo ſint ſubiectæ. tract.2.reſ.177.§.1. p.182

Hoſpitale an poſſit Epiſcopus viſitare, etiamſi à Patrono in eius fundatione aliter cautum ſit, & maximè conſentiente ipſo Epiſcopo. tr.2.reſ.188.§.1.p.188

Et quid in caſu negligentiæ, ſi fundator, aut teſtator alios executores non ſubſtituerit. ibid.§.9.p.189

Hoſpitalia an Epiſcopus viſitare poſſit quoad decentiam, diuini cultus, etiamſi ſub protectione Regum exiſtant. tr.2.reſ.189.§.1.ibid.

Hoſpitandum. Hoſpitari.

Ab hoſpitandi onere ſunt exempti Patres, & Fratres Clerici, dum ſimul vna viuunt. tr.2.reſ.179.§.1.p.183

Hoſpitari facere Milites non poſſunt Magiſtratus ſæculares in domibus Eccleſiaſticorum, quamuis laicis locatis. ibid.§.3

Humare.

Humari an poſſit exul in Eccleſia, à qua arceatur exilij ſententia. tr.1.reſ.64.§.7.p.42

Humerus.

* Vide verb. *Geſtatio*

Hypotheca.

* Vide verb. *Hæres. Poſſidere.*

I

Ianua.

* Vide verb. *Reconciliatio. Solemniter.*

Ictus.

ICctus ſi ſolummodo veſtes Cardinalis tetigit, an qui tale fecerit, incidat in excommunicationem Bullæ Cœnæ. tr.7.reſ.79.§.*vnic.*p.404

Ignis.

Niſi igne exuſtæ fuerunt Eccleſiæ, aut ſanguinis effuſione, vel ſeminis pollutione, ſi ſimul conſecratæ ſunt, non debet iterum conſecratio adhiberi. tr.1.reſ. 138. §.*vnic.* p.90

Illegitimus

Illegitimus, qui beneficium obtinuit, quod obtinere non poterat, an gaudeat priuilegio fori. tr. 2.reſ. 145.§.1. p.167

Illicitum.

Illicitum non eſt ex ſua natura inire fœdera cum Turcis, Infidelibus, & Hæreticis, ſed ratione circunſtantiarum vix vnquam talia fœdera ſint ineunda. tr. 13 r.4. §.1.& ſeqq.p.473

* Vide verb. *Vſus.*

Imagines Sanctorum.

Ad Imagines Sanctorum, quæ per plateas proceſſionaliter circumferuntur, confugientes an gaudeant Immunitate Eccleſiæ. tr.1.reſ.13.§. *vnic.*p. 13

Immemoriale.

* Vide verb. *Conſuetudo.*

Immiſcentes, &c.

* Vide verb. *Crimen. Habitus. Miſcere. Populus. Venenum.*

Immobile.

* Vide verb. *Bona temporalia.*

Immunitas Eccleſiæ, & Eccleſiaſtica.

* In indice primo poſito in principio huius tom. 9. in tract.1. *de Immunitate Eccleſiæ*, & in tract.2 *de Immunitate Eccleſiaſtica*, ſuper millia, & quingentas difficultates reperies, vbi quidquid deſiderare poteris, inuenies ſuper ſupradictis verbis.

Impedimentum. Impedire Impeditus.

Si non impediant iudices laici, qui ſciunt ſeruare ſtatutum contra liberratem Eccleſiaſticam, an incurrant cenſuram Bullæ Cœnæ. tr.2.reſ.4.§.3.p.124

Impedire an poſſit Princeps ſæcularis executionem mandatorum Papæ, ſi Papa faceret aliqua mandata in deſtructionem Eccleſiæ, & facto, & vi reſiſtere illis. tr.1. ſeſ.110. §.*vnic.* p.153

Impedimenta dirimentia matrimonium an Principes laici ſtatuere poſſint quoad ſuos ſubditos. tr.2.reſ.221. & 240.p.212. 293. & ſeq.

Et an, non obſtante hac reſeruatione, factum teneret & matrimonium cum tali impedimento validum eſſet ibid.§. 4.reſ.222.

Impedimentum dirimens an ſola conſuetudine introduci poſſit. ibid.§.5.p.213

Impedire an poſſit Princeps effectum iuramenti, ita vt ſi fiat, nullatenus obligatio ſequatur. tract.2. reſ. 235. §. 1.p.217

Et quid circa hoc in Regno Catalauniæ, & ordinatione Luſitana prohibente apponi iuramentum in vllo contractu. ibid.

Iuſte impeditus Cardinalis an poſſit vices ſuas in creando Summo Pontifice alteri demandare. tr. 7. reſ. 12. §.1.p.381

Impedire an teneantur Cardinales nominatum à Pontifice pro Epiſcopo, ſi alium digniorem arbitrentur. tr.7.reſ.19.§.1 p.383

Qui non impedit, cum poſſit, offenſionem in Cardinalem an incurrat cenſuram Bullæ Cœnæ. tr. 7. reſ. 80. §.1.p.404.

Et an idem ſit de illo, qui ſine vitæ periculo clamando poterat offenſionem impedire, & dictis Cardinalibus opem ferre, & non clamauit, &c. ibid.§.2.p.405

Impediti abſolute adire Pontificem, ſiue ad tempus longum an Epiſcopus abſoluere eos poſſit à cenſuris, & caſibus reſeruatis, & an hoc etiam procedat in caſu hæreſis. tr.6. reſ.117.§.2.p.438

Et an talis impeditus non teneatur mittere Procuratorem ad Pontificem, nec ſcribere ad ſacram Pœnitentiariam,

tiariam,nec adire Legatum,aut alium habentem priuilegium absoluendi à Casibus Papalibus,sed ab Episcopo absolui possit?Et an etiam possit absolui à quocumque Confessario etiam in casu hæresis. ibidem §.6.vsque in finem ref.

* Vide verb. *Capere.Filius.Vsura.*

Imperator.

Ab Imperatoribus non habuisse originem Immunitatem Ecclesiasticam demonstratur. tract.2. ref.2. §.1. p.95

An ab Imperatoribus ortum habuerit exemptio Clericorum,dato quòd talis exemptio non sit de iure diuino?Sed late probatur,quod sit de iure diuino. tr.2. ref.2.p 95.& in Ref.324.vbi late.p.265

A Constantini Imperatoris tempore an inceperit hoc priuilegium. tr.2.ref.3.§.1.p.99

De Imperatoris Iustiniani aliquibus Constitutionibus quid est sentiendum, maximè de Constitutione. 3. §. 6.57.& 58.tr.2.ref.15.§.1.& seqq.p.108

Imperatores non possunt priuilegia Ecclesiæ concessa reuocare. tr.2.ref.325.vbi latè p.267

Imperatores non incurrunt excommunicationem Concilij Trid.*sess.24.c.9.* si subditos suos , vel alios cogant , quominus libere matrimonium contrahant. tract.2.resolut.223.§. *Notandum est* , ante medium. p.213

Imperatorum leges largientes Immunitatem Clericis non esse institutorias , & concessorias , sed declaratiuas , subsidiarias , adiutrices , & executorias demonstratur. tractat.2. resolut. 323. & 324. pag.263. & 264

Imperatorum priuilegium concessum Ecclesiis est remuneratorium,& ideo non potest reuocari etiam per ingratitudinem , etiamque cum hoc priuilegium concessum sit non subditis transit in contractum & ideo est irreuocabile. tractat.2. resolut. 325. §. 2. & seqq.p.267

Ante Imperatorias Constitutiones & leges à iure Pontificio fluxisse exemptionem Cleticorum explanatur, & satis probatur fluxisse à iure diuino. tra.2. ref.336. §.3.p.287

Imperatores adoratione politica adoratos fuisse à populis demonstratur. tr.4.ref.5.§.1.p.324

Imperator ipse offendens Cardinalem aliquo modo expresso an sit reus læsæ Maiestatis. tract.7.ref.78. §.4. p.404

* Vide verb. *Facultas. Germania.*

Impius.

Si impius,& scandalosus,quod Deus auertat , Summus Pontifex esset,an adhuc sit adorandus à Christi fidelibus genuflexione,& pedum osculatione.tr.4.ref.16. §.1.& seqq.p.335

Implorare.

Antequam imploret Ordinarius , vel iudex delegatus pro sua sententia exequenda brachium sæculare , an necessario debeat præmittere censuras. tr.2. ref.300. §.1.p.250

Imponere.

Imponere pœnam infligendam reo gaudenti Ecclesiæ Immunitate non iudex laicus,sed Ecclesiasticus debet.tr.1.ref.126.§.2.p.80

* Vide verb. *Abiuratio. Censura. Gabella. Inferior. Onus. Pœna. Priuatio. Sententia. Subsidium. Tributum.*

Importare.

Quid importet hoc verbum *Debent.* tra.7.resol.110.§.2. p.422

* Vide verb. *Præceptum.*

Impressio.

Impressionem librorum generaliter statutum laicorum prohibens sine eorum licentia an comprehendat Clericos?Et an hoc statuere Episcopus possit. tractat.2. ref.216.§.1.p.207

Impuberes.

Impuberes admissi ad Religionem ante annos pubertatis an gaudeant priuilegio Canonis,& fori ? Et quid in nostra Religione. tr.2.ref.163.§.3.p.176

Impunitus.

Licet impunitus non debet dimitti reus confugiens ad Ecclesiam,tamen pœnam ei infligendam non iudex laicus,sed Ecclesiasticus debet imponere. tr.1.ref.126. §.2.p.80

Incedere.

* Vide verb. *Coniugatus Clericus.Habitus.Tonsura.*

Incendiarius.

Incendiarius an sit priuandus Immunitate Ecclesiæ.tr.1. ref.31.§.1.p.25

Incidere.

* Vide verb. *Censura. Dies. Excommunicatio.Irregularitas. Iuramentum. Pœna.*

Inclinatio.

Inclinatio Capitis an debeat præberi , quando nomen Pontificis in Orationibus publicis auditur.tr.4.ref.9. §.1.& seqq.p.327

Includere.

An includantur Cardinales in sententia suspensionis,vel interdicti. tr.7.ref.32.§.1.p.387

Inconsultum.

* Vide verb. *Comitia.Dominus.Episcopus.Pontifex.Rex.*

Incorrigibilis.

Incorrigibilem Clericum an iudex laicus punire possit tr.2.ref.65 §.3.p.133.& in Ref.328.p.273

Etsi incorrigibilis Clericus non sit,an etiam pro enormissimo crimine degradandus,& Curiæ sæculari tradendus sit. tr.2.ref.328.§.5.p.274

Incurrere.

* Vide verb. *Casus. Censura. Excommunicatio. Pœna. Suspensio.*

Incusare.

* Vide verb. *Instrumentum.*

Indicere.

* Vide verb. *Represalia.*

Indicium.

Ex indiciis probabilibus non potest Episcopus tradere reum ab Ecclesia extractum Curiæ sæculari sed requiritur concludens,& plena probatio de delicto in Bulla Greg.XIV. exceptuato. tr.1.ref.123.§.4.p.75

Inducere. Inductum.

Inducendi exemptionem Clericorum an Summus Pontifex,& Concilia potestatem habeant,si in eam Principes sæculares consentire noluissent. tract. 2. ref.1. §.1.in fine.p.95

Inducere priuilegium non potest consuetudo turpis, & exprobrata, etiamsi consuetudo sit immemorabilis. tr.2.ref.9.§.3.p.102

Non inducit peccatum mortale præceptum sub pœna suspensionis,nisi expresse,& verbis æquiualentibus id significetur. tr.7.ref.108.§.3.p.420

* Vide verb. *Consuetudo. Exire.*

Inducia.

* Vid verb. *Fœdus.*

Indulgentia.

Indulgentias concedere an Cardinales possint. tr.7.ref. 46.§.1.p.391

Et an hoc procedat magis de consuetudine,quam de iure,cum pro ea nullus existat Canon, ibid.§.2

Industria.

Qui ex industria occidit aliquem, an gaudeat Ecclesiæ Immunitate ? Et quid stando in terminis iuris communis. tr.1.ref.79.§.1.& seqq.p.48

Et quid,si ex industria occidit inimicum , non autem proditoriè,sed per insidias. tr.2.ref.81.§.1.p.49

Index

Infallibilitas.

* In indice primo posito in principio huius tom. 9. ex tract. 5. *de Infallibilitate Decretorum Pontificis extra Concilium*, lege omnes eius quæstiones sup. hoc verbo, & non pigebit.

Infamia.

* Vide verb. *Scandalum.*

Infans.

Infans filius fidelis recentissimè natus, si ante Baptismum moriatur, & sepeliatur in Ecclesia, an illam polluat. tr.1.res.131.§.1.p.85

Et supponitur, quod polluitur Ecclesia per sepulturam hominis infidelis. ibid.

Infantis ingressus per Rotam intra Conclaue etiam non attingentis vsum rationis, an sit prohibitus? Intra septa Monialium talis ingressus infantis prohibitus est. tr.7.res.109.§.1.& seqq.p.421

Inferior.

Inferior non potest falcem imponere in ius, vel interesse Superioris. tr.11.res.2.§.3.p.464

Inferre.

* Vide verb. *Alapa. Verecundia.*

Infidelis.

Infideles an gaudeant Immunitate Ecclesiæ. tr.1.res.43. 44.& 45.p.31.& seqq.

Qui Infidelem occidit proditorie, an gaudeat Immunitate Ecclesiæ. tr.1.res.84.§.1.p.50

Infidelem occidens pretio conductus an sit assassinus, vel gaudeat Immunitate Ecclesiæ. ibid.§.3

Per Infidelis sepulturam polluitur Ecclesia. tr.1.res.131. §.1.p.85

* Vide verb. *Fingens. Fœdus.*

Infirmitas.

Si propter infirmitatem Cardinalis egressus est è Conclaui, & scribat literas ad alios Cardinales in conclaui an incurrat excommunicationem. tr.7.r.105.§.1.p.417

* Vide verb. *Ægritudo Exire.*

Infligere.

* Vide verb. *Pœna.*

Ingratitudo.

* Vide verb. *Imperator. Renocare.*

Ingredi. Ingressus.

Ab ingressu Ecclesiæ suspensionem non incurrit, qui Missam celebrat in Ecclesia polluta ante reconciliationem. tr.1.res.139.§.3.p.90

Si ingrediatur Ecclesiam excommunicatus non toleratus post cœptum Canonem, & non vult egredi, an teneatur Sacerdos Missã prosequi. tr.1.r.144.§.11.p.94

Si ingredienti Religionem legentur centum, & si nubat ducenta an debeantur ducenta Religionem ingredienti. tr.2.res.220.§.2.p.211

Si quis ingrediatur clam in Conclaui, an incidat in censuram. tr.7.res.109.§.4.p.421

Etsi post ingressum in Conclaui, an iste talis loqueretur secretò cum aliquo Cardinali, an incurrat censurã. ib.

Ingredientes in Conclaue an subiiciantur tantum pœnis priuationis officij, & beneficij, vel etiam peccent mortaliter. ibid.§.5.& seq.

* Vide verb. *Infans. Interdictum. Monasteria. Monialis. Religio.*

Inhibere. Inhibitoria.

Ne Inhibitoriæ, quæ ad Magistratus Regios mittuntur ab Ecclesiasticis promulgentur, an Princeps prohibere possit, priusquam ei offerantur, vt de eius licentia publicentur. tr.2.res.47.§.1.& seq.p.125

Inhibere, seu interdicere an possit Princeps laicus, ne Episcopus, vel eorum Vicarius quemquam excommunicent, nisi prius excommunicationis causa ostendatur. tr.2.res.48.§.6.p.127

Inimicitia.

Si inimicitia præcessit occidens aliquem veneno, an gaudeat Immunitate Ecclesiæ? Et quid, si inimicitia non præcessit. tr.1.res.90.§.7.p.53

Inimicus.

Vt inimicis tradat Regnum, Ciuitatem, &c. coniurans aut machinans, an gaudeat Immunitate Ecclesiæ. tr.1, res.53.§.1.p.35

Qui inimicum occidit ex præmeditata animi deliberatione, *Apostadamente*, vt vulgò dicitur, atque ex industria non autem proditorie, seu per insidias, an gaudeat Immunitate Ecclesiæ. tr.1.res.80.§.1.p.48

Qui inimicum occidit non proditorie, sed per insidias, an gaudeat Ecclesiæ Immunitate. tr.1.res.81.§.1.p.49

Qui inimicum occidit, cui fideiussionem dederat de non offendendo, an gaudeat Ecclesiæ Immunitate. tract.1. res.83.§.1.ibid.

Qui inimicum mandantis, ipso mandante præsente, occidit pecunia conductus, an gaudeat Immunitate Ecclesiæ. tr.1.res.85.§.1.p.50

Qui inimicum occidit sclopo, à tergo, dormientẽ, vel per insidias, an gaudeat Immunitate Ecclesiæ. tr.1.res.90. §.11.p.54

Qui inimicum occiderunt in duello, an gaudeant Immunitate Ecclesiæ. tr.1.res.92.§.1.ibid.

* Vide verb. *Fenestra. Gabella.*

Inire.

* Vide verb. *Fœdus.*

Iniuria.

De iniuriis manifestis factis aduersus Religiosos an Conseruatori illorum concedatur posse de illis cognoscere. tr.2.res.270. §.2.p.235

* Vide verb. *Iuramentum.*

Iniuriosum.

* Vide verb. *Verbum.*

Innocentius I.

* Vide verb. *Feria sexta Parasceues.*

Inobedientes.

* Vide verb. *Episcopus.*

Inquirere.

* Vide verb. *Episcopus.*

Inquisitores.

Inquisitores an possint excommunicare Reges, & eorum Consiliarios non solum in Regno Siciliæ, sed etiam in aliis Regnis. tr.2.res.46.§.1.& seqq.p.125

* Vide verb. *Familiares. Hæresis.*

Inseruientes.

Inseruientes Professorum, Doctorum, Medicorum, studiosorum, &c. an gaudeant Immunitatis commoditate eorum, ideſt priuilegio fori. tract.2. res.157.§.7. p.172

* Vide verb. *Deseruientes. Famulus. Seruientes.*

Insidiæ.

Qui per insidias deducit aliquem, vt ab alio occidatur, & ille deductus occisus est, an gaudeat Immunitate Ecclesiæ. tr.1.res.90.§.10.p.54

* Vide verb. *Inimicus.*

Insigne.

Insignibus Pontificalibus, vti Cardinales an possint in suis titulis. tr.7.res.39.§.1.p.389

Insignia.

Si insignia Cardinalitia tradita non sint Cardinalibus, an habeant vocem in electione Pontificis. tr.7.res.11. §.1.p.380

Insignia Regia, & Titulum an Pontifices concedere possint Principibus de Ecclesia benemeritis. tract.12. res.vnica.§.1.p.468

Instantia.

* Vide verb. *Hæres.*

Instituere.

Instituere nouos Episcopos olim cum violentia Principes constituerunt. tr.9.res.5.§.4.p.455

* Vide verb. *Hæres.*

Instrumentum.
Instrumentum an incusari possit coram iudice laico contra debitorem, qui post obligationem effectus est Clericus. tr.2.ref.105.§.1.p.151
* Vide verb. *Spoliare.*

Insultum.
Si quis insultum faciat ad domum Cardinalis, ita vt ex hoc ei verecundiam tantum inferat, an incurrat excommunicationem Bullæ Cœnæ. tract.7.resol.77.§.1. p.403

Intentio.
* Vide verb. *Fraus. Paries. Subtrahendum.*

Interdicere. Interdictum.
Interdictus ab ingressu Ecclesiæ an gaudeat eius Immunitate. tr.1.ref.27.§. *Quæro Secundo.*p.21
Interdicta an maneat Ecclesia, si quis occisus est ante Ecclesiam, & cũ adhuc calidus esset intra illam illatus credens inimicus adhuc esse viuum, vulnus ei graue intulit, ex quo manauit copiosa sanguinis effusio. tr.1. ref.134.§.1.p.88
Interdicere in suis titulis an Cardinales possint. tract.7. ref.39.§.1.p.389
Interdicti tempore an possit Eucharistia dari omnibus parturientibus? & proficiscentibus ad bellum, tanquam constitutis in periculo mortis. tract.7. ref.126. §.1.p.439
Interdictum olim fuisse à Summis Pontificibus, ne populus, & Principes se immiscerent in electione Episcoporum, demonstratur. tr.9.ref.6.§.1.& seq.p.455
* Vide verb. *Cœmeterium, Episcopus. Habitatio Ecclesiæ. Includere. Inhibere. Pollutum. Violatum.*

Interesse.
Interesse diuinis cum superpelliceo in diebus Dominicis an debeat Clericus in Minoribus vt gaudeat priuilegio fori. tr.2.ref.138.§.1.& seq.p.164
* Vide verb. *Habitus.*

Interessis.
* Vide verb. *Inferior.*

Interficere. Interficientes.
Interficientium Cardinales receptatores, & defensores an incurrant excommunicationem Bullæ Cœnæ, & non gaudeant Immunitate Ecclesiæ. tract.1. ref.49. §.1.p.33
Et an incurrant in censuram latam *in Cap. Felices, de pœnis in 6.* ibid. §.2.p.34
Interficere reum in Ecclesia iudex laicus iubens an incurrat excommunicationem Bullæ Greg. XIV. cum ipse, quam eius ministri. tr.1.ref.128.§.1.p.81
Interficientes Cardinales, qui nondum Capellum habuere, an incurrant censuram Bullæ Cœnæ. tr.7. ref.11. §.3. p. 380.
* Vide verb. *Homicidium. Occidere. Sacerdos.*

Interpres.
Interpres optima legum est consuetudo, & obseruantia subsequens. tr.7.ref.96.§.2.p.412

Interpretatio.
Interpretatio extensiua non dicitur fieri, sed comprehensiua in his, quæ per rationem legis comprehenduntur. tr.7.r.96.§.4.p.411

Intrare.
Si quis intraret in cubiculum ægrotantis, vbi ad ipsum communicandum Sacerdos cum SS. Sacramento aduenisset, & ibi à Birruariis comprehensus fuisset, ante quam Sacerdotem tangeret, an gaudeat Immunitate Ecclesiæ. tr. 1.ref.12.§.1.p.12
* Vide verb. *Compellere.*

Introducere. Introductum.
Introducere statuta prohibentia in Ciuitatem vinum, Frumentum, &c. Vel aliud recollectum in suis prædiis an comprehendat Clericos. tract.2. resol.213. & 214. p.203
* Vide verb. *Baro. Ciuitas. Consuetudo. Impedimentum. Ritus.*

Introitus.
Pro introitu primo Regis in Ciuitate gabellas impositas an Clerici teneantur soluere. tractat.2.ref.251.§.1.& seq.p.226

Intromittere.
Intromittere se an possint Reges, quando ab aliquo Episcopo non seruatur aliquod Decretum Concilij Tridentini. tr.2.ref.31.§.1.p.117
* Vide verb. *Bona temporalia.*

Inuasores.
Inuasores laici rerum Ecclesiæ, & Clericorum an coram iudice Ecclesiastico debeant conueniri. tra.2.ref.289. §.2.p.244

Inuentarium.
Pro inuentarij alicuius confectione an iudex laicus possit citare Clericum creditorem. tr.2.ref.85.§.1.p.139
Inuentarium pro spolio, mortuo Episcopo, an possit fieri à iudice laico. tr.2.ref.192.§.1.p.193
Inuentario non confecto, si lex statuat, quod talis adiens hæreditatem, teneatur vltra vires hæreditatis, an comprehendat Clericos Ecclesiam, aut Monasteria. tr.2.ref.219.§.1.p.211
Inuentarium bonorum Clerici mortui, qui filios minores relinquit, an pertineat ad iudicem laicum illud facere. tr.2.ref.283.§.2.p.242

Inuadere.
* Vide verb. *Flumen.*

Inuocatio.
* Vide verb. *Familia.*

Ioannes. Sancius.
De Ioannis Sancij aliquibus opinionibus circa Immunitatem Ecclesiarum. tr.1.ref.23.§.1.p.18

Iracundia.
* Vide verb. *Mutilare.*

Ire.
* Vide verb. *Bellum.*

Irregularitas.
In irregularitatibus an possit dispensare Episcopus electus, & confirmatus nondum tamen consecratus. tr.1. ref.118.§. *Quæro secundo*, prope finem. p.72
In irregularitate an incurrat Episcopus, si tradit reum Curiæ sæculari in casu, quo debet gaudere Ecclesiæ Immunitate, si reus esset ad mortem damnatus. ibid. §. *Quæro sexto*, ad medium, p.73
Sine irregularitatis metu ad Episcopum spectat cognoscere, si aliquis est, vel non est Clericus sine vlla limitatione an sequatur postea mors. tr.1.ref.129.§.3.p.84
Irregularis non est, qui celebrat Missam in Ecclesia polluta ante reconciliationem. tr.1.ref.139.§.3.p.90
Irregularis, qui obtinuit beneficium, quod obtinere non poterat, an gaudeat priuilegio fori. tr.2.r.145.§.1.p.166
* Vide verb. *Exhumare.*

Irrequisitum.
* Vide verb. *Dominus.*

Irritum.
* Vide verb. *Iuramentum. Lex.*

Iter.
In itinere an Cardinales gaudeant priuilegio celebrandi, vel facere sibi celebrare ante auroram, & post meridiem. tr.7.ref.48.§.1.p.392
Et supponitur Episcopos hoc priuilegio gaudere. ibid.

Iubens.
* Vide verb. *Interficere.*

Iubilæum.
Per Iubilæum anni Sancti non renocantur priuilegia Bullæ Cruciatæ. tr.7.ref.122.§.1.p.435
* Vide verb. *Hæresis.*

Iudæus.
Iudæi an gaudeãt Immunitate Ecclesiæ. tr.1.r.43.§.1.p.31

Iudæorum templum an fuerit [illegible] privilegio Immunitatis. tr.1.ref.128.§.10.p.84
* Vide verb. *Exercere.*

Iudex.

* In indice primo posito in principio huius tom.9. in tract.1. de Immunitate Ecclesiæ,& in tract 2.de Immunitate Ecclesiastica sunt quam plures difficultates pro hoc verb. *Iudex*, tam pro iudice Ecclesiastico, quam pro iudice sæculari.
* Vide etiam in hoc indice verb.*Casus.Iudicare.Licentia. Res.Representalia.Restitutio.*

Iudicare.

Iudicare contra reum,vt priuetur Immunitate Ecclesiæ, an iudex Ecclesiasticus possit,quando est dubium inter DD. an delictum gaudeat Immunitate, necne. tr.1.ref.118.§ *Quaro sexto.*p.73
Iudicare ex consuetudine Clericos in Minoribus constitutos an iudex laicus possit, & quid de constitutis in prima Tonsura. tr.2.ref.64.§.1.p.132
Iudicari non solum à iudice laico, sed etiam à iudice Ecclesiastico potest Clericus, qui deficit in re aliqua in Tridentino *sess.23.cap.6.* præscripta ob idque foro laicali subiciatur. tr.2.ref.120.§.3.p.157
Vt simul iudicet, & cognoscat, an Papa teneatur adhibere Concilium Cardinalium in puniendo, & damnando Cardinalem. tr.7.ref.74.§.*vnic.*p.402
* Vide verb.*Hæres.Vicarius Sede Vacante.*

Iudicium.

In iudicio. Vbi prius citatus est laicus effectus Clericus in ciuilibus,an debeat respondere. tract.2.ref.80.§.2. p.138
In iudicio sæculari,an Ecclesiasticus hæres laici defuncti conueniri possit. tr.2.ref.81.§.1.ibid.
Iudicium infallibile,an Pontifex habeat de propositionum philosophicarum probabilitate. tr.5.ref.26.§.11. p.367

Iuramentum. Iurare.

Si sub iuramento de redeundo,carceratus à Custode sit relaxatus,si non redeat,sed ad Ecclesiam confugiat, an gaudeat eius Immunitate, etiamsi carcerario sit iusta. tr.1.ref.65.§.2.p.42
Si iuramento sponsalia firmata sint,an iudex Ecclesiasticus sit competens pro illarum cognitione.tr.2.ref.228. §.*vnico.*p.215
Iuramenta aliqua quæ incertis contractibus apponuntur, vt super matrimonio,decimis, &c. an Princeps laicus relaxare possit. tr.2.ref.232.§.1.p.216
Et an saltem possit condonare, & remittere obligationem,quam pars ipsa cui iuratur,concedere possit?tr.2. ref.233.§.3.p.217
A iuramenti metu, aut iniuria extorti obligationem condonandum, an iudex sæcularis laicos cogere possit. tr.2.ref.234.§.1.ibid.
Et quando iudex laicus hoc efficere potest,an multo melius Iudex Ecclesiasticus. ibid.§.3
Ad iuramenti obseruationem super contractu,vel simili negotio interpositi non solum iudex sæcularis laicos suos compellere potest,sed etiam iudex Ecclesiasticus, itavt huius iuramenti materia sit mixta, tra.3.ref.235. §.1.ibid.
Vbi, an illæ leges irritantes contractum solum propter adiectionem iuramenti sint saltem indirectè contra libertatem Ecclesiasticam. ibid.
Non solum quoad iuramenti relaxationem iudex Ecclesiasticus est competens, sed etiam ad effectum agendi,vt præstita relaxatione annullet,& rescindat ipsum contractum. tr.2.ref.236.§.1.p.218
Et quid,si causa agatur cum hæredibus iurantis. ibid.
Iuramentum apponere in contractibus an possint laici, qui conducunt redditus Ecclesiarum,& Ecclesiasticorum. tr.2.ref.280.§.3.p.238
Si iuramentum appo[illegible] habeant, ne ratione ipsius Iurisdictio Ecclesiastica prorogetur, an sint contra Immunitatem Ecclesiasticam, & illas statuentes incurrant excommunicationem Bullæ Cœnæ. tr.2.ref.282.§.6.p.241
Iuramenti ratione appositi in contractibus an de iure communi Episcopis competat conuenire laicos in Curia Ecclesiastica. ibid.§.7
Si iurassent Cardinales eligere in Papam digniorem,an possint relinquere digniorem, & eligere dignum, quando pars sufficiens ad electionem vult illum in Papam eligere. tr.7.ref.9.§.1.p.379
Iuramentum præstare Romanæ Ecclesiæ an Cardinales teneantur in sua consecratione. tract.7.resol.22.§.1. p.384
A iuramento absoluere an possint Cardinales in suis titulis. tr.7.ref.52.§.1.p.396
Sine iuramento an credendum sit Cardinali testanti de aliqua re. tr.7.ref.69.§.1.p.401
Sine iuramento credendum est Cardinali dicenti se incidisse in reum condemnatum ad mortem casu, & non data opera, vt liberandus sit reus. tract.7.ref.75.§.1. p.402
Iuramenta de obseruandis statutis, legibus, & Constitutionibus sæcularibus, & Ecclesiasticis intelligenda sunt,quatenus sunt in vsu, & obseruantur.tr.7.r.108. §.4.p.420
* Vide verb.*Exire.Habitus.Impedire.*

Iurisdictio.

A iurisdictione Principum sæcularium an Clerici sint exempti iure humano, vel diuino. tract.2.ref.1.§.1. p.94
Et late vt sint exempti à iure diuino probatur.tr.2.ref.1, §.4.& seqq.p.96
A iurisdictione temporali priuilegium exemptionis Clericis concessum, an fuerit,& inceperit tempore Constantini. tr.2.ref.3.§.1.& seq.p.99
Iurisdictionem tribuere in aliquo casu particulari, an consuetudo possit,aduersus libertatem Ecclesiasticam, tr.2.ref.11.§.1.p.102
Iurisdictionem sæcularem, aut alia Regalia Ecclesiasticus vsurpans an possit à iudice laico bonis temporalibus priuari. tr.2.ref.56.§.1.p.130
A iurisdictione laicali non solum personæ Clericorum, sed etiam eorum bona sunt exempta. tr.2.ref.68.§.3. p.134
Iurisdictioni Regali an Clericus subiicere se possit quoad bona patrimonialia. tr.2.ref.70.§.*vnic.*p.135
A iurisdictione laicali an liberetur, qui fuit bannitus tempore, quo erat laicus, & banno durante efficitur Clericus. tr.2.ref.107.§.*vnic.*p.152
Iurisdictioni laicali resistentes Clerici, & Religiosi, an possint iudices sæculares eos capere,& punire pœna pecuniaria. tr.2.ref.111.§.1.& seqq.p.153
Iurisdictio temporalis Archiepiscopi Montis Regalis an sit à Rege Guillelmo II. ita ei concessa, vt omnem superioritatem à se abdicauerit,& possit ab illo exerceri per Gubernatorem Ecclesiasticum? tr.2.ref.190. §.1.& seqq.p.190
Si pro sua iurisdictione iudex laicus habet opinionem probabilem, sed excommunicatur ab Episcopo, vel declaratur incidisse in excommunicationem latam à iure,an sit vere excommunicatus, & teneatur Episcopo obedire. tr.2.ref.207.§.5.p.199
Iurisdictionem acquirere in laicos ex consuetudine, vel præscriptione an iudex Ecclesiasticus possit,& non è conuerso. tr.2.ref.284.§.1.& seq.p.243
Si cuius sit iurisdictio agitur quæstio, an Ecclesiasticus sit iudex. tr.2.ref.297.§.*vnic.*p.248
Si circa iurisdictionem iudicis Ecclesiastici,& laici sint rationes probabiles, an definienda sit quæstio per iu-

dicem

dicem Ecclesiasticum? tr.2.ref.298.§.2.p.248
Et quid est agendum,quando duo iudices sunt ordinarij,vel delegati,& pro vtroque sunt rationes probabiles circa eorum iurisdictionem, an eligere debeant arbitros. ibid.§.4.& seqq.p.249
Et quid,si vnus sit iudex ordinarius, & alius delegatus. ibid.
Iurisdictionem spiritualem potest Pontifex laicis, si viderit expedire committere ad tractandas causas non solum ciuiles,sed etiam spirituales. tract.2.ref.314.§.1. p.256
Iurisdictionem in Clericos saltem in aliquibus casibus an iudicibus laicis consuetudo tribuere possit. tr.2. ref.335.§.1.& seqq.p.285
Iurisdictionem exercere an Cardinales possint in Ecclesiis sibi concessis ante cœptam possessionem, & literarum ostensionem. tr.7.ref.53.§.1.p.397
Iurisdictionem exercere Legatus potest in sua Prouincia, & quidquid potest Episcopus in sua Diœcesi. Imo Legatus est supra omnes ordinarios tanquam Summi Pontificis vices gerens. tr.8.ref.2.§.1.p.441
A Iurisdictione ordinaria non pauci eximuntur, & subduntur Superiori sui Officij, & non solum hoc concedebatur ipsis Officialibus,sed etiam ipsorum vxoribus,filiis,& matribus, & etiam seruis & Colonis. tr.8.ref.7.§.1.p.447
Iurisdictionem iudicis Ecclesiastici laici prorogare possunt non solum de iure Canonico, sed etiam de iure Ciuili. ibid.
Siad quam iurisdictionem spectat, adest lis inter iudicem Ecclesiasticum,& sæcularem, tunc definitio spectat ad iudicem Ecclesiasticum. tr.8.ref.9. §.2.p.449
*Vide verb. *Controuersia, Exemptio, Exercere, Hæreticus, Iudex, Prorogatio.*

Iurisdictionalia.

Iurisdictionalia facere an possint Cardinales, mortuo Pontifice. tr.7.ref.7.§.1.p.377

Iuspatronatus.

Iuspatronatus an Pontifex derogare possit.tr.2.ref.204. §.2.p.198
Ad Iuspatronatus beneficia an Cardinales, & Episcopi præsentari possint. tr.7.ref.25.§.1.p.385
Iuspatronatus Ecclesiis an Cardinales prouidere possint, quando Patroni sunt discordes. tr.7.ref.62.§.1. p.399

Ius.

* A iure diuino an sit Immunitas Ecclesiæ & Ecclesiastica. tract. 1. resol. 1. & tract.2. ref.1. & à ref.316. vsque ad 324. Vbi latè,& plura.
Non solum contra ius Canonicum,sed etiam contra ius diuinum sunt consuetudines contra Immunitatem Ecclesiarum,ideo reprobandæ. tr.1.ref.1.§.2.ibid.
An iuri communi,& Consuetudinibus deroget Constitutio Greg.XIV. de Immunitate Ecclesiarum. tr.1. ref.3.§.1.& seqq.p.4
Si in iure non sunt exceptuata aliqua delicta, an etiam sit deneganda Immunitas Ecclesiæ aliquibus reis. tr.1.ref.26.§.1.p.19
In terminis iuris Communis an qui occidit aliquem *Appensate*,& animo præmeditato, sit priuandus Ecclesiæ Immunitate. tr.1.ref.79.§.1.& seqq.p.48
De iure non potest amplius corporaliter puniri,vel condemnari reus confugiens ad Ecclesiam, quamuis ex illa egrediatur. tr.1.ref.127.§.3.p.81
Sine iuris gentium violatione an liceat Principibus Legatos, & eorum familiares atrociora scelera perpetrantes condigna vltione punire. tr.2.ref.23.§.1.p.111
Et est in hoc casu differentia inter Legatos Principum sæcularium,& Legatos, & Nuntios Pontificis. ibid. §.7.p.112
Ius conuocandi Episcopos an Rex, & Principes habeant propter aliquod Reipublicæ negotium, vel bonum ipsarum Ecclesiarum. tr.2.ref.26.§.1.p.11
De iure diuino an sit residentia Episcopi. tract.2.ref.27 §.4.p.115
Ad iura sua exhibendũ coram eo an possit iudex laicus circa Clericum,quando eius debitor petit dilationem ex consensu maioris partis creditorum, vel si velit beneficium cessionis bonorum obtinere. tr.2.ref.86. §.1.p.139
Iure defensionis suæ,vel alterius innocentis an iudex laicus possit licitè comprehendere Clericum, non solum in actuali aggressione,& crimine patrando, præueniendo illum, sed etiam in crimine patrato ne fugiat,vt præsentetur suo Superiori. tract.2.ref.115.§.2. p.155
Ius collectandi Clericos an Principes laici consuetudine acquirere possint? Et an colore talis prætextus liberentur à censura excommunicationis,& restitutionis debito. tr.2.ref.239.§.1.p.219
A iure diuino fluxisse exemptionem Clericorum quoad eorum bona demonstratur, vel saltem ex iure Pontificio ante Constitutiones,& leges Imperatorias.tr.2. resol.336.§.3.& seqq.p.287
An de iure diuino Cardinalatus sit institutus,vel tantum de iure Pontificio. tr.7.ref.2.§.2.p.376
De iure an iustè impeditus Cardinalis,vel absens possit alteri vices suas demandare, & constituere Procuratorem ad eligendum Pontificem,& suffragium ferendum in scrutinio. tr.7.ref.12.§.1.p.381
De iure ad quos pertinet electio Pontificis, si Ecclesia vacaret tempore, quo Concilium Generale est congregatum,an adhuc ad Cardinales,vel ad Concilium. tr.7.ref.15.§.1.& seqq.p.381
Ius præsentiæ, & iudicij in Conciliis Generalibus an Cardinales,qui Episcopi non sunt, habeant, tract.7. ref.17.§.1.p.382
Ius conferendi beneficia in suis titularibus Ecclesiis an Cardinales habeant? Idem est de Canonicatibus, & præbendis,quæ ab ipso titulo dependent. tr.7.ref.52. §.1.p.396
Quæ in iuris corpore inserta sunt, non censentur reuocata,nisi fiat de ipsis expressa mentio. tract.7.ref.118. §.7.p.431
De iure diuino electionem Episcoporum ad Pontificem pertinere probatur. tr.9.ref.1.§.1.p.451
Ius eligendi, & suffragandi an populus in electione Episcoporum olim aliquando habuerunt. tr.9.ref.3. §.1.p.452
Ius nominandi,designandi, offerendi, & præsentandi Summo Pontifici Episcopos,datum est multis Regibus eorundem Romanorum Pontificum, nutu & assensu. tr.9.ref.7.§.1.p.456
In his,quæ ius Superioris tangunt, Ciuitas,aut populus vniuersus facere aliquid, vel statuere non potest,in graue præiudicium eius. tr.11.ref.2.§.3. p.464
Ne vero immobilia Prælati Ecclesiarum sibi commissarum laicis subiiciant,aut submittant,prohibitum est. tr.11.ref.5.§.2.p.467
* Vide verb. *Facultas. Gaudere. Hæres. Indulgentia. Iuramentum. Iurisdictio.*

Iussum.

Iussa exequentes in eiiciendo Cardinales à terris,in quibus nati sunt, vel domicilium habent, si non exerceant Legationem aliquam, an incurrant excommunicationem Bullæ Cœnæ. tr.7.ref.76.§.1.& 3.p.403
Et an idem sit de Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis,Legatis Apostolicis,& Nuntiis. ibid.
Et quid,si solis verbis comminatoriis illos eiiciant, si ob minas actu loca relinquant.ibid.§.4

Iustitia.

In iustitiæ Ecclesiasticæ defectu an iudex laicus possit

punire Clericum. tr.7.ref.58.§.1.p.130

L

Lacticinium.

LActicinia edere in Regno Neapolitano virtute Cruciatæ an possit Siculus statim reuersurus in Siciliam. tr.7.ref.105.§.1.p.417

Ladentes. Ladere. Lasum.

Contra lædentes Immunitatem Ecclesiarum censura an sit lata,vel ferenda. tr.1.ref.2.§.19.p.4

* Vide verb. *Contrauenientes. Crimen. Violantes.*

Laicus.

Si laicis locata sit domus Ecclesiæ inter eius confines existens , vel in Emphyteusim concessa,an gaudeat Immunitate. tr.1.ref.7.§.12.p.8

Et si à laicis habitentur domus Parochorum, Canonicorum,& aliorum Ecclesiasticorum existentes propè triginta passus Ecclesiæ,an gaudeant eius Immunitate. tr.1.ref.21. §.1.p.17

Laicus deponens falsum coram iudice Ecclesiastico an possit ab eo puniri. tr.2.ref.67.§.1.p.134

Laicus effectus Clericus an debeat in ciuilibus respondere in iudicio,vbi prius citatus est. tr.2. ref.80. §.2. p.138

Si laicum possessione sua spoliasset Clericus, an iudex laicus possit cogere Clericum ad illam restituendam. tr.2.ref.87.§.1 & seqq.p.139

Laicorum Confraternitates an gaudeant priuilegio fori,itaut Episcopis sint subiectæ , quod idem est de Hospitalibus. tr.2.ref.177.§.1.p.182

Quando laicus condidit testamentum ad causas pias, an possit iudex Ecclesiasticus publicare tale testamentum. tr.2.ref.191.§.1.& seqq.p.193

Pro laicorum statutis vide plures difficultates in tr.2. à ref.196.vsque ad 232.p.194.& seqq.

Ne laici vendant Clericis , ne molant,aut coquant panem, vel ne exhibeant aliqua obsequia,& seruitia an Principes laici statuere possint. tr.2. ref.215. §.1. & seqq.p.207

Inter laicos de causa dotis principaliter,& non incidenter intentata an possit iudex Ecclesiasticus cognoscere ? & quid , quando dos in testamento relicta est puellæ pauperi. tr.2.ref.231.§.1.p.216

Laici an possint aperire tabernas, in quibus sine onere vectigalis confluere possint Clerici. tr.2.ref.240. §.2. p. 219

Laicorum facultates quando non sufficere censendum sit ad hoc,vt Clerici cum consensu Episcopi,& Consulto Romano Pontifice contribuere in aliquibus casibus teneantur. tr.2.ref.249.§ 1.p.225

Laicus conductor decimarum an sit conueniendus coram iudice laico,vel sit causa misti fori. tr.2.ref.273. §.1.p.235

Si à laicis Clerici petant decimas,quas laici præscriptione & consuetudine immemorabili eas nunquam soliti sunt soluere,an iudex laicus hanc causam cognoscere possit. tr.2.ref.276.§.1.p.236

Ad laicum cognoscendum pro re, quam in Emphyteusim ab Ecclesia tenet.an iudex Ecclesiasticus sit competens. tr.2.ref.279.§.1.p.237

Laicum conuenire an possit Clericus coram iudice Ecclesiastico pro rebus non solum Ecclesiæ , sed etiam pro fructibus. tr.2.ref.280.§.1.p.238

Laicus an possit conueniri coram Episcopo , vt soluat *Laudemium.* ibid.§.4

Laicus ratione præbendæ sibi locatæ an debeat conueniri coram iudice Ecclesiastico. tr.2.ref.281.§.1.p.240

Ne laici conductores bonorum Ecclesiasticorum possint conueniri coram iudice Ecclesiastico , an licitum sit condere Pragmaticam prohibentem laicis prorogationem iurisdictionis. tr.2.ref.282.§.1.ibid.

Inter laicos an possit iudex Ecclesiasticus cognoscere de alimentis filio spurio debitis , vel an cognitio huius causæ sit misti fori. tr.2.ref.285.§.1.p.243

Et in dicto casu quid sub nomine alimentorum intelligi censeatur? Vbi alia contingentia in dicto casu.ibid.§.3

Laicum simul delinquentem cum Clerico an iudex Ecclesiasticus cognoscere possit , maximè si præueniat. tr.2.ref.286.& 287.p.243. & 244

Laicus delinquens in Ecclesia an possit à iudice Ecclesiastico puniri. tr 2.ref.288.§.1.p.244

Laici inuasores rerum Ecclesiæ , & Clericorum an coram iudice Ecclesiastico debeant conueniri. tract.2. ref.289.§.1.ibid.

Laicus an coram iudice Ecclesiastico possit conueniri,si verba iniuriosa aduersus Clericum emisit. ibid.§.3. p.245

Laicos concubinarios an iudex Ecclesiasticus possit punire,& an concubinatus sit causa misti fori. tr.2. ref.292.& 293. p.245.& 246

Laicorum & Clericorum consuetudines mistæ an sint validæ,etiam si sint contra libertatem Ecclesiasticam. tr.2.ref.295.§.1.p.247

Laicum conuenire coram iudice Ecclesiastico an viduæ, pupilli , & aliæ personæ pauperes , & miserabiles possint. tr.2.ref.306.& 307.p.252.& 253

Et quid,si pupilli & viduæ essent diuites. tr.2. ref.307. §.2.p.253

Laicum punire an iudex sæcularis possit sub prætextu eius prohibitionis,etiam si habeat licentiam ab Episcopo laborandi in diebus festis. tr.2.ref.312.§.1.p 255

Laicis delegare indistinctè causas Ecclesiasticas an possint alij Prælati Summo Pontifici inferiores ? Et supponitur hoc facere Pontificem posse , & non solum causas ciuiles , & criminales , sed etiam spirituales. tr.2.ref.314.§.1. & seqq.p.256

Laicos statuentes , ne immobilia alienentur in extraneos , & non subditos , possunt iudices Ecclesiastici cogere , vt declarent,quod in huiusmodi statutis non comprehenduntur Clerici , neque Ecclesia. tr.3.ref. 11. §.1. p.311

Laicorum statuta quamvis fauorabilia non ligant Clericos,neque Ecclesiam. ibid.§.4.p.311

* Vide verb. *Exilium. Familia.Familiares.Filius.Forum. Iuramentum. Iurisdictio. Officialis. Prorogatio. Principi.* & Vide notationem verb. *Iudex.*

Largitas.

Circa largitatem sponsalitiam an Princeps possit condere leges in matrimonio. tr.2.ref.221.§.1.p.212

Latitudo.

Intra latitudinem tantum probabilitatis,& certitudinis moralis an remaneat , quod anima Beatificati sit in gloria ex vi præcisè Beatificationis. tr.5. ref.20. §.1. & seqq.p.360

Latrones.

Latrones publici an gaudeant Immunitate Ecclesiæ. tr.1.ref.58.§.1.p.38

Laudemium.

Ad laudemij solutionem an Clericus Emphyteuta sit conueniendus coram iudice laico , vel coram ecclesiastico. tr.2. ref.159.§.3.p.173

* Vide verb. *Laicus.*

Legare. Legatum.

Legatum pro Monachatu an possint consequi *Tertiarie*, seu *Bizochæ*, vel *Beatæ* , vt vocant D.Francisci , non obstante quod viuant in propriis domibus. tract.2. ref.176.§.2. p.182

* Vide verb. *Ingredi.*

Legatus.

Legatus natus an possit exercere iurisdictionem in Regulares

gulares exemptos. tr.2.ref.315.§.1.p.256
Legatus Cardinalis quamcumque amplissimam potestatem habens conferendi beneficia, non potest conferre vacantia per obitum familiaris Papæ, vel Cardinalis. tr.7.ref.24.§.3.p.385
Legatus Cardinalis à latere, si sit iudex, an possit recusari in aliqua causa. tr.7.ref.65.§.1.p.400
Legatum se esse Cardinali dicenti creditur, circa Ordinariam potestatem, etiamsi literas legationis non ostendat. tr.7.ref.69.§.3.p.401
* Vide verb. *Eiicere. Impeditus. Iurisdictio. Ius.*

Legere.

Vt legeret librum hæreticum, si quis mandauit famulo, vt ipsum audiat, an incurrat censuram prolatam contra legentes libros Hæreticorum. tract.7.resolut.107.§.3.p.419
* Vide verb. *Liber. Litera*

Legislator

Legislatoris mens, & finis legis colligitur ex eius proœmio. tr.7.ref.97.§.3.p.413

Legitimare.

* Vide verb. *Filius.*

Legitimum.

* Vide verb. *Consuetudo.*

Lepra.

* Vide verb. *Separatio.*

Lex.

Vt aduersus leges Pontificias, & Canonicas consuetudo prævaleat, an opus sit, vt introducta sit cum scientia, & expresso consensu Pontificis. tr.1.ref.116.§.16.p.68
Lex pœnalis identitate rationis an sit extendenda ad alium casum, quando militat eadem ratio, & quid maximè in odiosis. tr.1.ref.128.§.4.p.82
A legibus Ciuilibus an sint exempti Ecclesiastici, quatenus cum libertate Ecclesiastica non pugnant? Et ideo, si Clerici vendant frumenta vltra pretium à lege taxatum à Republica, an peccent mortaliter, & teneantur ad restitutionem, & pro transgressione an possit iudex laicus eos punire. tr.2. ref.90.91. &.92. p.141 & 142
Si in legis laicalis pœnam non condemnet Clericum iudex Ecclesiasticus, an possit illum iudex laicus condamnare, tr.2.ref.93.§.2.§.144
A lege pœnas impositas an iudex laicus possit exigere, si Clerici illam transgrediuntur, & res venditæ cecidissent in commissum. tractat. 2. resolut. 97. §. 1. p.148
Legum transgressores Clerici an possint à iudice laico puniri pœna pecuniaria à lege constituta. tr.2.ref.101.§.1.p.150.
Lex an sit valida permittens Magistratibus sæcularibus, vt arma horis prohibitis Clericis capiant. tr.2.ref.118.§.1.p.156
Et in dicto casu an iudex sæcularis possit damnare Clericum ad pœnam pecuniariam à lege impositam. ibidem §.3
Leges Principum sæcularium etiam licitæ, & honestæ, & propter commune bonum factæ, & quæ priuilegia Ecclesiæ non læderent, an adhuc non ligent Clericos. tr.2.ref.198.§.2.p.196
Si leges Principum sæcularium Clerici non obseruent, an peccent mortaliter, tr.1.ref.214.§.21.p.207
Leges condere circa matrimonium an Princeps possit. tr.2.ref.221.§.1.p.212
Et quid circa accessoria matrimonij. ibid.§.3
Et quid circa alia conditionalia, & accidentalia, v.g. circa dotem, & lucrum dotis, & circa donationes inter virum, & vxorem, & sponsalitiam largitatem, & similia ibid.
Legem aliquam an possit ferre Princeps sæcularis aduersus filios contra iustam Parentum voluntatem nubentes. tr.2.ref.224.§.1.p.214
Leges Principum Christianorum expendunrur pro Immunitate Ecclesiastica. tract.2. ref.334. §.1. & seqq p.183
De legum Pontificiarum publicatione, acceptatione, & contrario vsu. tr.2.ref.345.§.1.p.302
Lex prohibens, ne bona vulgo dicta *Realengo*, transferantur in Ecclesias vulgo à *Mano morta*, sine licentia Regis, an sit licita. tr.3.ref.3.4.& 5.p.308
Lex ciuilis, licet in bonum publicum statuatur, non debet de Ecclesia, & Clericis disponere, etiamsi dispositio fauorabilis sit. tr.3.ref.15.§.2.p.315
Leges condere an possint Cardinales, mortuo Pontifice. tr.7.ref. 7. §.1.p. 377
A legibus, quæ prohibent duo, vel plura beneficia simul habere, an Cardinales soluantur. tract.7.ref. 24. §. p.385
Leges ferre ligantes in conscientia an Cardinales possint in suis titulis. tr.7.ref.40.§.*vnic.* p.390
Legis mens magis est attendenda, quam verba. tr.7.r.95.§.2.p. 411
Et an lex pœnalis extendenda sit ad alium casum. ibidem §.4
Legis finis, & mens legis colligitur ex eius proœmio. tr. 7. ref. 97.§.3.p.413
Quando legis finis adæquatus, & fundamentalis cessat, an etiam in particulari lex non obliget? Et an hoc sit contra communem. ibid.§.4
Et an lex fundata in præsumptione, ipsa deficiente, non adstringat. ibid.
Et quid, quando fundatur in periculo facti, vel dilicti? Et de vtroque explicatur, quomodo intelligi debeat. tr. 7.ref. 98. §.3 p.414
Vide verb. *Consuetudo. Eligere. Filius. Imperator. Inuentarium. Interpres. Interpretatio. Iuramentum. Ius. Pœna Pragmatica. Statutum.*

Liber.

Libros Hæreticorum Cardinales legentes an comprehendantur sub censura primi Canonis Bullæ Cœnæ tr.7. ref. 31.§.p.4.387
* Vide verb. *Impressio. Legere.*

Liberandus.

* Vide verb. *Condemnatus.*

Liberare.

* Vide verb. *Fructus.*

Licentia.

De licentia Episcopi an possit capi à satellitibus Sacerdos indutus stola, & cotta extra Ecclesiam præcedente Cruce ad efferendum defunctum, vel Sacramentum Extremæ-Vnctionis, aut Eucharistiam ad infirmum. tr.1.ref.26.§.9.p.21
Licentiam dare extrahendi reos ab Ecclesia in casibus non exceptuatis an possit Prælatus, & ex eius mandato possit iudex laicus delinquentem capere & punire. tr.1.ref.117.§. *Quæro secundo* p.70
Quando sine licentia Episcopi iudex laicus extrahit reum ab Ecclesia, licet postea securitatem tribuat, & cautionem, & iuramentum non esse corporaliter reum puniturum, non excusatur, si non restituat reum Ecclesiæ, quæ spoliata fuit. ibid. §. *Et nota.*
De licentia Episcopi an possit simplex Sacerdos violatam Ecclesiam consecratam reconciliare. tr.1.ref.141.§.1.p.91
Et quid, si tantum Ecclesia sit benedicta, & non consecrata. ibid.§.2
De licentia Episcopi an possit Clericus renunciare priuilegio exemptionis. tr.2.ref.5.§.1.p.99
Vt sine licentia Principis, aut consensu eius Gubernatoris vel Præsidis possessio beneficij non apprehendatur, Princeps laicus authoritate propria præcipere non

non po teſt. tr.4.reſ.99.§.2.p.149
Vt ſine licentia Principis in ſuo ſtatu non ædificentur Eccleſiæ, & Monaſteria ſi ſtatutum ſit, an deroget Immunitati Eccleſiaſticæ. tr.2.reſ.202.§.1.p.197
Si licentiam Epiſcopus dederit alicui laborandi in die feſto, non poterit iudex laicus punire talem laborantem in die feſto. tr.2.reſ.226.§.2.p.214
Sine licentia ſpeciali Pontificis non poſſunt Cardinales ægritudine laborantes ſanguinis emiſſionem pati. tr.7.reſ.29.§.*vnic*.p.386
Sine licentia Pontificis Cardinales non poſſunt à Curia diſcedere. tr.7.reſ.35.§.*vnic*.p.398
Licentiam dare aſſiſtendi matrimonio in ſuis titulis, & Eccleſiis an Cardinales poſſint. tr.7.reſol.50.§.*vnic*. p.396
Ex licentia Pontificis an Cardinales poſſint teſtari de bonis perceptis Cardinalitij Galeri. tr.7.reſ.88. §.1. p.407
Licentia teſtandi conceſſa à Pontifice Cardinalibus, an expiret, mortuo Pontifice. tr.7.reſ.92.§.1.p.408
* Vide verb. *Deſernientes, Exercere, Exhumare, Extrahere, Facultas, Fœdus. Generalis.*

Licere, Licite, Licitum.

* Vide verb. *Adoratio, Fœdus, Gabella, Legatus Princeps.*

Ligare, Ligatum.

An ligentur Clerici ſtatuto laicorum edicto ſuper iure, quod vocant *Congrui*. tr.2.reſ.159.§.2.p.173
Non ligant Clericos ſtatuta, & leges Principum ſæcularium, etiam licita, & honeſta, & propter commune bonum facta, & quæ priuilegia Eccleſiæ non lædunt. tr.2.reſ.198.§.2.p.196
* Vide verb. *Reus, Statutum.*

Lis.

Si lis aliqua, vel diſcordia oriatur inter duos Supremos Pincipes nemihem in temporalibus recognoſcentes, an Summus Pontifex poſſit cognoſcere, & iudex competens exiſtere. tr.2.reſ.19.§.*vnic*.p.110
Poſtquam lis coram iudice laico mota eſt, contra laicum, qui effectus eſt Clericus, an poſſit apponere declinatoriam pro remiſſione ad iudicem Eccleſiaſticum. tr.2.reſ.106.§.1.& ſeqq.p.151
Lite pendente ſuper matrimonio, vel ſponſalitiis, ad quem iudicem ſpectet an ſpiritualem, vel ſæcularem ſequeſtrare puellam cauſa explorandi eius voluntatem. tr.2.reſ.229.§.*vnic*.p.251
Lites, & cauſæ inter Cardinales vertentes à quo ſunt decidendæ. tr.7.reſ.229.§.*vnic*.p.402
* Vide verb. *Auocare, Iuriſdictio, Rex.*

Litera.

Literas exhortatorias Principes, & Miniſtri Regis ad Epiſcopos facientes, vt ab aliqua mala determinatione deſiſtant, vt eſt in vſu in Regno Neapolitano, an faciant contra libertatem Eccleſiaſticam, & incidant in cenſuram Bullæ Cœnæ. tr.2.reſ.33.§.*vnic*. p.117
Literas Pontificias reiicere non eſt liberum Magiſtratibus ſæcularibus, quarum authoritate beneficia extraris conferuntur. tr.2.reſ.204.§.2.p.198
Literas vetitas deferentes tempore Conclauis an incurrant cenſuram. tr.7.reſ.103.§.1.p.416
Si literæ ad Cardinalem in Conclaui exiſtentem ſcriptæ ad illum non perueniant, an incurrant cenſuram. tr.7.reſ.104.§.1.p.417
Si quis literam daret Cardinali in Rota, qui tunc non legeret, ne videretur, & poſtea literam perderet, an in tali caſu vterque in cenſuram incideret. ibid.§.2
Si literas ad alios Cardinales in Conclaui ſcriberet, Cardinalis, qui propter infirmitatem egreſſus eſt è Conclaui, an incurrat excommunicationem. tract.7. reſol. 105. §.1. ibidem.
* Vide verb. *Legatus, Oſtenſio, Scriptio.*

Litigare.

Si litigat Clericus minor tanquam actor coram iudice laico, an poſſit iudex laicus dare ei Curatorem ad litem. tr.2. reſ.283.§.2.p.242

Locatum.

* Vide verb. *Domus.*

Locus.

Loci cognitio, an ſit ſacer, & Religioſus ad gaudendum Immunitate, an ſpectet ad iudicem laicum. tr.1, reſ. 119. § 3. p.73
Si locorum Communitas, & Vniuerſalitas in ſuis terris introducant de nouo tabernam dictam *Zagato*. Vaſſallis reclamantibus, an incidant in cenſuram Canonis quarti Bullæ Cœnæ. tr.2.reſ. 95. §.2.p.147
Si in loco, & Diœceſi Epiſcopus non habet dominium temporale, poteſt tamen tenere familiam armatam & proprios habere miniſtros, & executores ad carcerandum. tr.8.reſ.5.§.1.& ſeqq.p.445
* Vide verb. *Domus, Terra.*

Locuſta.

* Vide verb. *Reparatio.*

Loquens, Loqui, Loquutio.

Si quis loquator cum Moniali, ipſa vero nihil reſpondeat, vel è contra, an incurrat excommunicationem latam contra colloquentes cum Monialibus. tr.7.reſ. 100.§.1. p.415
Loquentes tempore Conclauis cum famulis Cardinalium an incurrant cenſuram? Et quid, ſi ſciant poſtea famulos omnia referre ſuo Cardinali. tr.7. reſol. 203. §.1.p.416
Loquendo tamen dicti famuli, vel Conclauiſtæ, aut Magiſter cæremoniarum cum aliis extra Conclaue exiſtentibus de rebus pertinentibus ad electionem pontificis, licet non incurrant in cenſuram Pij IV. an peccent tamen mortaliter, & qui cum illis loquuntur. ibid.§.1.
Loquutio ſecreta, tametſi ad electionem non pertinet, ſubiicitur tamen excommunicationi. ibid.
Si quis loquatur ad Monialem per interpoſitam perſonam, an incurrat cenſuram latam contra colloquentes cum Monialibus. tr.7.reſ. 107.§.4.p.419

Luſitania.

* Vide verb. *Iuramentum, Ordinatio, Regnum.*

M

Machinans.

* Vide verb. *Inimicus*

Magiſter Cæremoniarum.

* Vide verb. *Loquens.*

Magiſtratus.

MAgiſtratibus laicis an licitũ ſit diſcutere facultates, & poteſtates alicuius Nuntij, qui in illam Prouinciã à Pontifice mittitur. tr.2.r.22.§.1.& ſeq.p.111.
Magiſtratus an poſſint compellere Clericos ad reparationem Eccleſiarum. tr.2.reſ.51.§.1 & ſeq.p.128.
Magiſtratus ſæculares an poſſint cogere Clericos, vt triticum vendant, &c. ſi neceſſitas adſit. tr.2.reſol.88. §.1.& ſeqq.p.140
Magiſtratui ſæculari an Clericus ſubiiciatur propter crimen læſæ Maieſtatis. tr.2.reſ.327.§.1.p.277
Et quid, ſi Clericus à Principe ſæculari Officium teneret, an poſſit ratione delicti etiam criminis læſæ Maieſtatis perſonaliter à Magiſtratibus laicis diſtringi. ibid.§.6.p.273
Et quid de Clericis perduellionibus. ibid.
Magiſtratus Regij non poſſunt punire Epiſcopos, & Clericos in temporalibus. tr.3.reſ.15.§.3.p.316
* Vide verb. *Hoſpitari, Inhibitoria, Lex, Litera.*

Mandare,

Rerum Notabilium.

Mandans, Mandare, Mandatum.

Mandantes offendi Cardinales, si effectus non sequatur, an incurrant excommunicationem Bullæ Cœnæ, & priuentur Immunitate Ecclesiæ. tr.1.res.47.§.1.p.331

Mandans occidere non dicitur assassinus. tract.1.res.87 §.6.p.51

Mandante præsente, qui occidit aliquem recepta pecunia, an sit assassinus. ibid.§.9

Vt mandatum interueniat ad occidendum, opus est, vt quis tanquam assassinus non possit vti priuilegio Immunitatis Ecclesiæ, nam ex mandato ad vulnerandum tantum etiam mediante pecunia non dicitur assassinus. tr.1.res.88.§.2.p.52

Tanquam mandatis Regis inobedientes, vel ex aliis delictis an possint Episcopi, & Ecclesiastici expelli à Regno. tr.2.res.24.§.1.p.113

Et si non expelli à Regno, an saltem possint transmitti ad Summum Pontificem pro animaduersione. tr.2. res.25.§.1.& seqq.p.114

Quando mandatur causa Cardinali cum clausula. *Appellatione remota*, an censeatur exclusa etiam appellatio iusta. tr.7.res.67.§.1.p.401

Si mandauit Cardinalis Conclauistæ, vt extra Conclaue scribat circa materiam electionis Pontificis, an in censuram Pij IV. incurrat. tr.7 res.107.§.1.p.419

Et an propter mandatum, & cooperationem cum peccato famuli Conclauistæ Cardinalis peccet mortaliter. ibid.§.4

Vbi, quod censura prolata contra facientes aliquid, non comprehendit mandantes. ibid.§.2.& seq.

* Vide verb. *Desernientes, Impedire, Legere.*

Manere.

* Vide verb. *Pollutum.*

Manifestare.

* Vide verb. *Actum.*

Manus.

Qui manibus apprehendit ferrum, vel valuam Ecclesiæ, an gaudeat eius Immunitate. tr.1.res.8.§.9.p.10

Circa manuũ Pontificis de osculatione Eminentissimorum Cardinalium aliqua curiosa ostenduntur. tr.4. res.10.per totam, p.329

Qui manum eleuauit ad percutiendum Cardinalem, quamuis postea non percutiat, an incurrat censuram Bullæ Cœnæ. tr.7.res.79.§.vnic.p.404

* Vide verb. *Extractum Satellites.*

Maritus.

Vt maritus promoueatur ad Cardinalatum, an opus sit, vt vxor ingrediatur Religionem, vel sufficiat, vt remaneat in sæculo cum voto castitatis, siue in senili, siue in iuuenili ætate constituta sit. tr.7. res.21. §.1. p.384

Et quid, vt maritus promoueatur ad Episcopatum ibid.§.2.

Et quid, vt maritus promoueatur ad sacros ordines. ibid.

* Vide verb. *Matrimonium, Vidua, Vxor.*

Mater.

* Vide verb. *Iurisdictio.*

Matrimonium.

Matrimonium contrahentes cum hominibus alterius Ciuitatis, si statutum hoc disponat, & puniat, an infringat Ecclesiasticam libertatem. tract.2. res.223. §.2.p.213

Vbi, quod Reges, & Imperatores non incurrunt excommunicationem Concilij Trid. sess.24. c.9. si subditos suos, vel alios cogunt, quominus liberè matrimonium contrahunt. §. *Notandum est*, ante medium.

Ne matrimonium contrahatur inter consanguineos, an Princeps laicus possit imponere pœnas, & illas exigere, etiam impetrata Pontificis dispensatione. tr.2. res.226.§.1.p.214

Si in matrimonij contractu apponitur iuramentum, an Princeps laicus possit statuere irritando talem contractum & iuramentum. tr.2.res.232.§.vnic.p.216

Si matrimonij valorem sustineat sententia aliqua specialis vnius Doctoris, an præferenda sit communi opinioni. tr.2.res.30.§.vlt.p.296

De matrimonialium causarum cognitione locus Concilij expenditur. tr.2.res.341.§.1.& seqq.p.297

Matrimonia inter raptores, & matrimonia Consanguineorum Principum sine eorum consensu esse valida demonstratur. tr.2.res.344.§.1.& seqq.p.301

An statim per matrimonij contractum dignitas Cardinalatus expiret. tr.7.res.21.§.3.p.384

Matrimonio assistere, & dare licentiam assistendi in suis Ecclesiis an Cardinales possint. tr.7. resol.50. §.vnic.p.396

* Vide verb. *Exhæredare, Filius, Impedimentum, Lex, Mulier, Nubens, Puella.*

Mediator.

Mediator assassini an gaudeat Ecclesiæ Immunitate. tr.2.res.86.§.1.& seqq.p.50

Medium.

* Vide verb. *Crux.*

Membrum.

* Vide verb. *Mutilare.*

Mens.

* Vide verb. *Legislator, Lex.*

Mensura.

Mensura passus intelligitur quinque pedum, & mensura pedis intelligitur quindecim digitorum. tr.1. res.21. §.2.p.17

Si mensura falsa Clericus triticum, vinum, &c. vendit, an possit puniri à iudice sæculari in mulctis pecuniariis à lege impositis. tr.2.res.98.§.1.& seqq.p.48

Mente captus.

Si de dando mente capto Clerico tutore agitur, an iudex Ecclesiasticus sit competens. tr.2.res.283.§.1.p.242

Mentio.

Si mentionem faciat statutum de Clericis, quando fundatur in publica vtilitate, an sit validum, vel lædat Immunitatem Ecclesiasticam? Et quid, si statuta sint fauorabilia Clericis, si de illis mentionem faciant. tr.2.res.210.§.1.p.202

Mercator.

Mercator, qui fraudulenter decoxit, an gaudeat Ecclesiæ Immunitate. tr.1.res.60.§.1.p.40

Mercatura.

* Vide verb. *Conuictus.*

Merces.

Circa merces aliquas an Rex possit aliquando, vel ipse facere, vel aliis concedere *Monopolium*. tr.2. res.217. §. *Ad tertium*, p.210

Vbi an sit contra Immunitatem Ecclesiasticam, & improbanda consuetudo, qua in aliquibus locis Clerici soluunt ius tractæ, quando extrahunt à portu aliquas merces, ibid. §. *Probatur secundo*, post medium, & in §. *Ad quartum.*

Meretrix.

Ne meretricum domos, & loca ministri Cutiæ Episcopalis visitent, an ministri laici prohibere possint. tr.2.res.293.§.2.p.246

Meridies.

* Vide verb. *Iter.*

Metropolitanus.

* Vide verb. *Feudatarius.*

Metus.

Si metu iniusto illato, quod à iudice sæculari capiendus sit in Ecclesia reus, & fugiat ab ea, an adhuc non possit capi. tr.1.res.109.§.3.p.64

Ob metum, & minas Principum sæcularium an Episcopi excusentur à publicatione Bullæ Cœnæ in sua Diœcesi. tr.1.res.45.§.2.p.125

* Vide verb. *Iuramentum, Minister iustitiæ.*

P. Michaël

Index

P. Michaël Rabardeus.

Quid P. Michaël Rabardeus sentiat cõtra Immunitatem Ecclesiasticam, latissimè exponitur, sed reprobatur eius sententia. tr.2.à ref.316. vsque ad 345. vbi plura à p.256.&c.

Milites.

Militum priuilegio an gaudeant Cardinales in testamentis. tr.7.ref.89.§.1.p.407

* Vide verb. *Equitare, Hospitari.*

Mina, Minantes.

Si ob minas solis verbis comminatoriis factas actu Cardinales relinquant loca, in quibus nati sunt, vel domicilium habent, an minãtes, & iussa sequentes incidant in censuram Bullæ Cœnæ. tr.7.ref.76.§.1.& 4.p.403

Et an idem sit de Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Legatis Sedis Apostolicæ, & Nuntiis. ibid.

* Vide verb. *Metus.*

Minister iustitiæ.

Ministri iustitiæ sæcularis, qui violenter extrahunt reum ab Ecclesia, si postea illi ex aliquo delicto ad eam confugiant, an priuentur Immunitate. tract.1.ref.117. §. *Sed hic obiter.* p.70

Ministri Regij an possint cognoscere, & detinere in Cancellariis Regiis, Bullas Apostolicas, ad examinandum, & executioni mandandum. tra.2.ref.34. & 35. p.117.& 118

Ministri Regij an possint cognoscere causas Ecclesiasticas per viam violentiæ, vt vulgo dicitur. tr.2.ref.36. & 37.p.119.& 120

Et an Summus Pontifex hanc praxim approbet, vel an saltem hoc facere possint ex consuetudine immemorabili, vel coniuncta cùm fama priuilegij. ibid. §.3. & seqq.p.121

Et an Princeps aliquis habeat hoc priuilegium in causis violentiæ arcendæ. tr.2.ref.39.§.1.p.123

Minister laicalis an possit spoliare Clericum armis prohibitis, & priuare absque metu excommunicationis, maximè tempore noctis. tr.2.ref.116.§.7.p.155

Minister laicalis an possit tollere à Clericis vestes prohibitas deferentibus ex aliqua Pragmatica Regis, vel auferre annonam. tr.2.ref.117.§.3.p.156

Ministrum Episcopi offendentes non in executione officij, sed ex odio, & inimicitia an sint puniendi ab Ecclesiastico, vel à laico iudice, vel an hic casus sit misti fori. tr.2.ref.187.§.1.p.187

Idem est de ministris S. Officij. ibid. §. *Probatur*, ante medium.

Ministri Curiæ Episcopalis an gaudeant priuilegio fori non solum in delictis extra officium commissis, sed etiam in communibus. tr.8.ref.6.§.1.p.446

* Vide verb. *Auferre, Birruarius, Fur, Interficientes, Iuramentum, Litera, Meretrix, Officialis, Satellites.*

Minor.

Quando minori Clerico de dando Curatore agitur, an iudex Ecclesiasticus sit competens. tra.2. resol.283. §.1.p.242

* Vide verb. *Inuentarium, Litigare.*

Minor Ordo.

* Vide verb. *Ordo.*

Minuere.

* Vide verb. *Moneta.*

Missam audire.

Si Missam soliti audire Cardinales omitterent, & procederent ad scrutinium in electione Pontificis, an incurrant excommunicationem. tract.7. resol.111.§.6. p.423

* Vide verb. *Feria sexta Parasceues.*

Missam celebrare.

Si Missam celebret excommunicatus non toleratus, an Ecclesia violetur. tr.1.ref.131.§.7.p.86

Et an altare, & paramenta polluantur. ibid.§.4

Si quis Missam celebret in Ecclesia polluta ante reconciliationem, an remaneat consecrata? Et quid, si mala fide celebrat. tr.1.ref.139.§.1.p.90

Et in dicto casu Sacerdos celebrans non incurrit irregularitatem, nec suspensionem ab ingressu Ecclesiæ. ibid. §.3

Si Missam celebret Sacerdos cum vestibus non benedictis & in Calice non consecrato, an remaneant benedicta, & consecrata. tr.1.ref.140.§.3.p.91

Missam celebrans Sacerdos in Ecclesia polluta excusatur à peccato, quoties pollutio contigerit post ceptum Canonem, imo tenetur Missam prosequi. tra.1. ref.144.§.11.p.94

Idem est, si excommunicatus denunciatus ingrediatur Ecclesiam eodem tempore, & non vult egredi. ibidem.

Missa celebrari potest in Ecclesia polluta ad dandum Viaticum infirmo moribundo. ibid.§.12

Quoad Missæ celebrationem quibus priuilegiis gaudeant Cardinales in suis Capellis. tr.7.ref.49.§.1.p.392

Si Missam celebrauit Sacerdos absque præuia confessione vrgente necessitate, an illud *Quamprimum confiteatur Concilij*, sit verbum imperatiuum, & ideo non importet præceptum ad mortale, sed consilium, & admonitionem. tr.7.ref.96.§.1.p.412

Ad Missæ Sacrificij essentiam, an pertineat consumptio Sacrificij à Sacerdote facienda, vel sit tantum pars illius integralis. tr.7.r.111.§.3.p.423

Missam celebrare ab possit ad euitendum scandalum, qui tempore Conclauis irretitus est censura Pij IV. & Greg.XV. ante obtentam absolutionem. tractat.7. ref.123.§.1.p.436

Idem est à fortiori dicendum de Hæretico, qui non potest obtinere licentiam, vt à censura absoluatur. ibidem.

Idem est etiam de Sacerdote, qui alium Sacerdotem interfecit, & ne se prodat, & crimen eius manifestetur, celebrat. ibid.

Et in supradictis casibus, si tales non possent se excitare ad perfectam contritionem, quid est faciendum. ibid.

Missam celebrans Sacerdos, si saltem post consecrationem recordatur excommunicationis, & non possit ab ea liberari, an debeat prosequi, & imo etiamsi ante consecrationem in dicto casu recordatur excommunicationis, an possit pergere, si timeatur graue damnum. tr.7.ref.124.§.1.p.437

Vt Missa celebretur singulis diebus in suis ædibus Episcopi priuilegium habent, sed tamen dum Romæ morantur hoc priuilegio vti non possunt. tr.8.ref.10.§.4. p.450

* Vide verb. *Feria sexta Parasceues. Iter.*

Miscere.

Si se miscuit Religiosus professus in criminibus enormibus, an amittat priuilegium fori, itavt sine mera censurarum iudex laicus punire eum possit. tr.2.resol. 162.§.1.p.174

* Vide verb. *Immiscere. Superior Ecclesiasticus. Superior Regularis.*

Missio. Mittere.

Si mittitur Nuntius à Pontifice in aliquam Prouinciam, an Principes Christiani, & Magistratus possint discutere facultates, & potestates talis Nuntij. tr.2.ref.22. §.1.p.111

Vt missio scripturæ, vel Nuntij sit secreta tempore Conclauis an requiratur ad incurrendam excommunicationem latam *in Cap. Cum periculum*? Et quid quoad Bullam Pij IV. tr.7.ref.101.§.1.& seqq.p.415

* Vide verb. *Inhibitoria. Impeditus.*

Modus.

* Vide verb. *Fides Catholica. Reus.*

Molere.

* Vide verb. *Laicus.*

Monasterium.

Rerum Notabilium.

Monasterium.

Monasteria Religiosorum secundum illud, quod septum est, an gaudeant Immunitate. tr.1.ref.8.§.1.p.9
Et quid, si supra tectum Monasterij aliquis confugiat. tr.1.ref.10.§.4.& seqq.p.11
In Monasterio aliquo oblati viuentes an gaudeant priuilegio fori. tr.2.ref.167 § 1.p.182
Si de Monasteriis non ædificandis, seu habendis casibus Religiosorum sine licentia Principis statutum sit à Principe, an deroget Immunitatem Ecclesiasticam tr.2.ref. 203. §. 1.p.197
In Monasteria Regularium, quæ in titulis Cardinalium sunt, quam potestatem Cardinales habeant. tract.7. ref.44.§. 1. p.390
Monasteria Monialium an Cardinales ingredi valeant. tr. 7.ref. 44.§.1. ibid.
Et an hoc priuilegium intelligendum est solum de Cardinalibus Protectoribus. ibid.
Et an hoc post Bullam Greg.XIII.amplecti possit. ibid.
* Vide verb. *Inuentarium.*

Monetarius.

Monetarij, tonsores, & cudentes falsam monetam an gaudeant Immunitate Ecclesiæ. tract.1.ref. 52.§.2. p.35.& in ref. 55.§.1.& seqq.p.36

Moneta.

Monetæ valorem an Princeps augere, vel minuere possit, quando adest necessitas publica, cui populus tenetur subunire, & marsupium Regis euacuatum est, augmentum dictæ monetæ in dictis necessitatibus conuertere. tr.2. ref.217.§.*Sed hac*, ad medium. p.209
* Vide verb. *Ludentes.*

Monialis.

Moniales defforantes an gaudeant Immunitate Ecclesiæ tr. 1. ref. 32. §.1.p.26
Et quid, si quis defforasset Monialem in ipsamet Ecclesia Monasterij. ibid.§.3
Moniales, si ad Ecclesiam propriam Monasterij, vel ad Monasteria aliorum confugiunt, pro delicto commisso, an gaudeant Immunitate. tr. 1.ref. 37.§.2.p. 28
Si Moniales in aliqua Prouincia, & earum coloni soluunt decimas, an hoc forsitan eueniat, quia Episcopi obtinuerunt aliquod breue Pontificium reuocatorium dictorum priuilegiorum, secus autem minimè tenentur decimas soluere.tr.2.ref.277.§.3.p.237
* Vide verb. *Collocutio, Infans, Loqui, Monasterium. Seruitium.*

Monitio.

Ante monitionem trinam an Clericus negotiator teneatur soluere gabellas, & Princeps laicus illas ab illo licitè exigere possit,tr. 2. ref.265. 266.& 267.p. 233. & 234
* Vide verb. *Habitus.*

Monopolium.

* Vide verb. *Merx.*

Mons pietatis.

De monte pietatis agitur. Vbi an talis contractus sit Simoniacus. tr. 5. ref. 26. §. 1p.366

Mors, Mortuus.

Mortuo Episcopo, an eius Palatia gaudeant Ecclesiæ Immunitate. tr.1. ref. 19.§.5.p.16
Si ad mortem reus per aliquam Ecclesiam trahatur, an gaudeat eius Immunitate.tr.1.ref.105.§.1.& seq.p.59
* Vide verb. *Condemnatus, Damnatus, Existere, Infans.*

Mos.

Circa mores definiendo aliquid Summus Pontifex extra Concilium an possit errare. tr. 5. ref. 13. & 14. p. 354. 355
* Vide verb. *Filius.*
* In indice primo posito in principio huius tom.9 Tractatus nonus de prisco more eligendi Episcopos, ipse titulus demonstrat,quod omnes eius quæstiones dicunt sup.hoc verb. *Mos.*

Motum.

* Vide verb. *Lis.*

Mulcta pecuniaria.

In mulctis pecuniariis impositis à lege an Clerici puniri possint per iudicem laicum, si fraudem efficiant quoad pondera, & mensuras, vel quoad pretium rerum venialium. tr.2.ref.99.§.1.p.149

Mulier.

Mulierem extra territorium nubentem cum sua familia priuandam fore hæreditate, & si ei sit quæsita, statutum hoc disponens. & puniens an sit contra Immunitatem Ecclesiasticam. tr. 2.ref.225. §.1.p.214
* Vide verb. *Coniux, Fœmina, Matrimonium.*

Munus.

* Vide verb. *Fungi.*

Murus

Murum extrinsecum domorum, hortorum, Seminarij, Collegij Ecclesiæ, Monasterij, &c. tangentes an gaudeant Immunitate Ecclesiæ.tr.1.r.22.§.2.p.17
* Vide verb. *Tributum.*

Mutatum.

* Vide verb. *Habitus.*

Mutilare.

Qui mutilauit membrum in Ecclesia non deliberatè, sed accidentaliter, & ex calore iracundæ, & prouocationis, aut ex subita rixa, an gaudeat Immunitate. tr. 1. ref 75. & 76.p.46
* Vide verb. *Existens.*

N

Navis.

* Vide verb. *Percutere.*

Narrare.

Si quis NArrat aliis ea, quæ casu, vel dolo audiuit tractata, vel acta in Consistorio Cardinalium, an incurrat in censuram reseruatam Papæ. tr.7.ref.20.§.5.5.p.384

Natio.

De qua natione assumendi sunt Cardinales. tr.7.ref.4. §.1.& seqq.p.377

Natum.

* Vide verb. *Mina, Minantes,*

Natura.

* Vide verb. *Illicitum.*

Necessarium.

Quæ sunt necessaria, vt Religiosus, & Clericus perdant priuilegium fori. tr.2.ref.162.§.1.& seqq.p.174

Necessitas.

Nisi necessitas publica adsit,& bonum commune,Summus Pontifex non potest dispensare in residentia Episcopi,& vt Reges retineant eos in gubernatione alicuius,Regni,vel Consilij. tr.2.ref.27.§.4.p.115
Ex necessitate aliqua publica vt pestis,&c.an Princeps, seu alius Superior laicus possit imponere gabellas super bona Clerici sine eius consensu.tr.2.ref.246.§.1. p.222
Et vt in necessitatibus communibus Clerici collectari possint, quas conditiones requirit *cap.Non minus, & Cap.Aduersus de Immunit. Eccles.* tr.2.ref.248.§.1.& seqq.p.223
Necessitas periculi mortis existimatur moraliter tanquã extrema, quoad absoluendum à censuris & casibus reseruatis. tr.7.ref.126.§.2.p.439
* Vide verb.*Fœdus, Iudæus, Moneta.*

Nefandum peccatum.

Qui nefandum peccatum commisit, an gaudeat Immunitate Ecclesiæ. tr.1.ref.59.§.1.& seqq.p.39

Negandum, Negare.

Neganda an sit aliquibus reis Immunitas Ecclesiæ,

etiam si non commiserint dacti in iure exceptuata. tr. 1.ref. 26. §.1.p.19
Negate suffragium suum au possit Religiosus in electione. tr.7. ref.106. §.1.,p. 418

Negligentes, Negligentiæ.

Si negligentes sint iudices Ecclesiastici in cognoscendis causis spiritualibus,an aduocatio dictarum causarum ad tribunalia laica vetita sit in Bulla Cœnæ. tract.2. ref.40. §.3. p.213
Negligentia iudicis Ecclesiastici in administranda iustitia, an possit suppleri per iudicem sæcularem ? Et quid è contra. tr.2.ref. 60. §.1. p.131
* Vide verb. *Fungi.*

Negotiatio, Negatiator.

Omnis negotiatio, quæ aliis Clericis prohibita est, an censeatur etiam prohibita Clericis coniugatis.tract.2. ref. 151.§. 2. p.168
Negotiatio illa tantum est Clericis prohibita, quæ debitum tributi habet annexum, in qua luerum intenditur exemptione prius facta, secus si lucrum non ex emptione,sed aliunde proueniat. tr.2.r.256. §.3.p.228
Negotiatione arrificiosa an possint vti Clerici,& Religiosi, id est, qua res arte mutatur, & sic venditur, vt emere iumenta,vt nutrita, & meliorata vendant cum lucro? Item oues emere, & nutrire, ex quibus vendant caseos, & agnos, vel quodcumque genus rei, quod nouerint sua arte meliorandum, &c. tr. 2. ref. 264. §. 1.p.232
Negotiator Clericus an statim ante trinam monitionem teneatur soluere gabellas, & Princeps laicus illas ab illo exigere licitè possit. tr.2. ref. 265.§.1. p. 233
Et an dicta, vel alia gabella possit peti coram iudice laico. tr.2. ref. 266.§.2. ibid
Negotiator Clericus an etiam post trinam monitionem non perdat exemptionis Immunitatem quoad bona Ecclesiastica. ibid. § 5
Negotiator Clericus, si in iudicio pulsaretur, plura allegare potest,quæ eum à culpa releuent,& pro excusatione illorum. tr.2.ref.267. §.2.p.234

Negotium.

Non solùm quoad negotia criminalia, sed etiam ciuilia an Clerici possint renunciare exemptioni. tr.2.ref.5. §. 1.p. 99.
Et quid, si de licentia Episcopi renunciasset Clericus huic priuilegio. ibidem.
In negotiis politicis,& ciuilibus in conuictu,mercatura, bello, &c. an Catholici non peccent contra leges excómunicationis cómunicádo cú Hæreticis?Et quid cũ Infidelibus,& Turcis?tr.13.ref.8.& 9.p.478. & 480
* Vide verb.*Ius.*

Nobilis vir.

* Vide verb. *Fustis.*

Nomen.

Sub nomine alimentorum, quæ intelligi censeantur? Vbi latè, & explicitè. tr. 2. ref. 385. §. 3. p. 243
* Vide verb.*Canonicus, Grangia Religiosorum, Impedire, Inclinatio, passus, Rex.*

Notarius.

* Vide verb. *Falsitas.*

Nouitius.

Nouitius ob delictum ab eo ante Religionis ingressum commissum an sit à iudice laico puniendus, etiamsi hoc in fraudem fecerit. tr.2.ref.164. §.1. p.177
Et in dicto casu, an sit puniendus à iudice laico in pecunia, & bonis, non autem in corpore. ibid.§.2
Nouitius, habitu Religionis dimisso, an possit à iudice laico puniri ob delictum tempore Nouitiatus commissum. tr. 2.ref. 166. 3.1. p. 178
Idem est de Religiosis emisis ex Societate Iesv,si vxorem ducant, vel liberi in sæculo maneant. ibid.§.3
Nouitius potest cogi à Prælato Religionis ad luendam pœnam delicto suo condignam, etiamsi re integra, id est ante inceptum iudicium discedere velit à Religione. ibidem §.4
Nouitij D. Iacobi, Alcantaræ,Calatrauæ,&c.præsertim D.Ioannis an gaudeant priuilegio fori,& quid de exemptione gabellarum tr.2,ref. 167. §.1. ibid.
Nouitij apti professionem an possit Prælatus Religionis ex iusta causa differre. tract. 2. ref. 168. §. 3.p.179
De Nouitio sequestrando à Religione, vt eius voluntas cognoscatur.Vbi notabilia, & contingentia in dicto casu circa iudices sæculares, Ecclesiasticos, & Religionem. tr.2.ref.230. §.1.p.215
Super Nouitiorum Equitum D. Iacobi, Alcantaræ,&c. bona an possit Princeps imponere gabellas. tract.2. ref.262.§.1.p.231
Et quid super bona Nouitiorum aliarum Religionum? Et an gaudeant priuilegio Canonis, & fori. tract.2. ref.263.§.1.& seqq.p.232
* Vide verb.*Hospes,Hospitium.*

Noxa.

* Vide verb.*Conuenire.*

Nubere.

Vt nubat filia de consensu alterius,an testator disponere possit. tr.2.ref.223.§.2.p.213
* Vide verb.*Matrimonium,Mulier.*

Nullitas,Nullum.

* Vide verb. *Censura, Nouitiatus, Professio*, & passim in aliis verbis huius indicis.

Numerus.

Numerum satellitum Episcoporum,vulgo dicti *Alarij*,an possint iudices laici præscribere.tr.2.ref.186.§.1.p.187
De numero Cardinalium. Et an expediat semper esse completum. tr.7.ref.6.§.1.p.317

Nuntius Apostolicus.

* Vide verb.*Familia,Legatus,Mina,Mittere.*

O

Obedire.

OBedire Episcopo an teneatur iudex laicus, si pro sua opinione habet opinionem probabilem,sed excommunicatur ad Episcopo, vel declaratur incidisse in excommunicationem latam à iure. tr.2.r.207 §.5.p.199
* Vide verb.*Feudatarius,Iurisdictio.*

Obia.

* Vide verb. *Condemnatus.*

Oblatus.

* Vide verb. *Monasterium.*

Obligare, Obligatio, Obligatus.

Obligatus ad reddenda raciocinia ratione alicuius administrationis, vel tutulæ an gaudeat Immunitate Ecclesiæ. tr.1.ref.56.§.4.p.37
Idem est de Officiali Regio debitore ex causa syndicatus. ibidem.
Si post obligationem quis Clericus effectus est,an possit incusari instrumentum contra eum coram iudice laico. tr. 2.ref. 105.§.1.p.131
Obligata an sint omnia prædia pro tributis Reipublicæ impositis. tr. 2.ref. 258.§.3.p.230
Obligare ad mortale Decretum à Sacra Congregatione editum, in quo prohibetur Regularibus accedere ad Monasteria Monialium sub pœna priuationis officij, & vocis actiuæ &passiuæ,ipsa Congregatio declarauit. tr.7.ref.109.§.7.p.421
An obliget stylus Curiæ tantum in foro exteriori. tr.7. ref. 118. §.5.p.431
* Vide verb.*Iuramentum,Lex.*

Obsequium.

* Vide verb. *Seruitium.*

Obseruantia.

Obseruantia subsequens est optima legum interpres. tr.7.ref.96.§.2.p.412

Obseruantes, Obseruare.

Vt obseruent Clerici Concilium Trid. an Reges, vt executores dicti Concilij possint eos compellere. tr.2. ref.50.§.1.p.127

Obseruantes Clerici in minoribus requisita Concilij Trid. an gaudeant omnibus priuilegiis, quibus gaudent Clerici in Sacris constituti. tr.2.ref.130.§.1.p.164

Obseruantes statutum, ne bona immobilia alienentur in Ecclesias, & in Ecclesiasticas personas, an incidant in censuram Bullæ Cœnæ. tr.3.ref.9.§.1.& seqq.p.310 vsque ad.320

* Vide verb. *Censura, Dies, Iuramentum, Ordinare.*

Obsidere.

* Vide verb. *Fugere.*

Obtinere.

Qui obtinere officiū aliquod à Patre pro ipso occidenti alium promisit, an sit assassinus. tr.1.ref.87.§.13.p.52

* Vide verb. *Beneficium, Cessio bonorum.*

Occasio.

* Vide verb. *Mutilare.*

Occidens, Occidere.

Occidens filius Patrem an gaudeat Immunitate Ecclesiæ.tr.1.ref.28.§. *Quæro primo.* p. 21

Qui occidit, aut vulnerat aliquem actu, & reipsa confitentem Sacerdoti, an gaudeat Immunitate Ecclesiæ. ibidem. §. *Quæro duodecimo.* p. 23

Occidens aliquem in duello an gaudeat Immunitate Ecclesiæ.ibidem §. *Decimo tertio.*

Si quis occidat Fiscalem Regium, vel Præsidem, Episcopum, vel Cardinalem, an gaudeat Immunitate Ecclesiæ. tr.1.ref.54.§.1.p.36

Occidi in Ecclesia non potest bannitus, non obstante quod ex forma statuti, aut ex alio capite possit impune occidi. tr.1.ref.64.§.8.p.42

Et in tali casu occidens bannitum in Ecclesia incurrit excommunicationem Greg.XIV. contra extrahentes ab Ecclesia.ibid.§.8.p.42

Si quis occidat in Ecclesia alium in sui defensionem; an Ecclesia polluatur. tr.1.ref.132.§.1.p.86

* Vide verb. *Generalis,*

* In indice primo posito in principio huius tom.9.in tractatu primo de *Immunitate Ecclesiæ* sunt aliæ multæ difficultates pertinentes ad supra dicta verba *Occidens, Occidere,* & signanter ibi vide consecutiuas à ref. 71.vsque ad 96.inclusiuè,& in ref.105

Occultum.

Ab occulta excommunicatione Papali an possit Episcopus vigore Concilij Trid. *sess.24. c.6.* absoluere, & quando,& vbi. tr.7.ref.113. §.1.p.424

Et quando vero excommunicatio dicenda sit occulta. tr.7.ref.114.§.2.p.425

Et quid in casu hæresis occultæ. tr.7.ref.117.§.9.p.429

Octauius.

* Vide verb. *Imperator.*

Odiosum.

In odiosis, & onerosis personæ exemptæ non veniunt in appellatione Vniuersitatis, populi & territorij; veniunt tamen in fauorabilibus; & hæc distinctio adhibenda est quoad Clericos, qui cum sint pars Reipublicæ veniunt in appellatione populi in fauorabilibus, secus autem in odiosis. tr.3.ref.6.§.2.p.308

* Vide verb. *Lex, Regula.*

Offendentes, Offendere, Offensio.

Offendentes personas Cardinalium an gaudeant Immunitate Ecclesiarum. tr.1.ref.46.§.1.p.32

Offendentes quoscumque Consiliarios Principum sæcularium an gaudeant prædicta Immunitate. ibid.§.2

Si offensione nomine suo factam Cardinali quis ratam habet, an gaudeat Ecclesiæ Immunitate, & incurrat censuram Bullæ Cœnæ. tr.1.ref.47.§.3.p.33

Qui offendit Vxorem, Filios, Fratres Regis, aut Consiliarios, Proregem, Fiscalem Regium, Præsidem, Statuas, vel Imagines Principis; & offendentes illum qui saluum conductum habet, &c. an gaudeant Immunitate Ecclesiæ tr.1.ref.50.§.3.p.34

Et aliqua alia notabilia circa crimen læsæ Maiestatis. ibid.& in quatuor ref. seqq.p.35.&c.

Offendentes cursorem, aut alium ministrum Episcopi non in executione Officij, sed ex odio, & inimicitia an sit puniendus ab Ecclesiastico, vel à laico iudice, vel an hic casus sit misti fori. tr.2. ref.187.§.1.p.187

Offendentes Consiliarium Principis intuitu,& contemplatione officij, an incurrant in crimen læsæ Maiestatis, & secus autem si hoc efficiant ex odio, & inimicitia particulari. ibid. §. *Probatur*, paulo post initium.

Offendentes ministros S.Officij non intuitu ipsius, & in executione Officij, sed ex odio particulari non incidunt in pœnas Bullæ Pij V. *Si de protegendis.* ibid ante medium dicti §.

Qui offendunt illos, qui ad Romanam Curiam veniunt, non vt venientes ad Apostolicam Sedem, sed vt inimicos particulares, eos Bulla Cœnæ non afficit. ibid.ad medium dicti §

Offendentes Cardinales, qui nondum Capellum habuerunt, an incidant in censuram Bullæ Cœnæ.tr.7. ref.11.§.3.p.380

Offendentes Cardinales an incurrant in crimen læsæ Maiestatis? Et quid, si contra illos tantum verba iniuriosa protulerunt. tr.7.ref.78. §.1.p404

Adducuntur 37. pœnæ, quæ offendentibus Cardinales infliguntur. ibid.

* Vide verb. *Familiares. Impedire. Imperator.*

Offerendum.

* Vide verb. *Rex.*

Officialis.

Officiales omnes,& ministri Curiæ Episcoporum, v.g. Carcerarij, Fiscales, Commissarij, Magistri, Notarij, Lictores, Actuarij, Scribæ, &c.etiamsi sint laici, & quãuis non habeant requisita Concilij, an in omnibus delictis etiam extra Officium commissis gaudeant priuilgio fori. tr.2.ref.182.& 183.p.184 &c.

Et si delicta supra dictorum officialium iudex laicus cognoscere velit, an possit illum Episcopus nexu excommunicationis vincire. tr.2.ref.180.§.2.p.183

* Vide verb. *Officium seculare.*

Officium seculare.

Officij ratione Clerico à Principe concessi an Princeps sæcularis possit Clericum delinquentem punire.tr.2. ref.68.§.1.p.134

In officio sæculari Clericum delinquentem an iudex laicus possit punire. tr.2. ref.69. §. 1. & seqq. ibidem.

Si officia sæcularia exerceant Equites D. Ioannis & in illis delinquant, an possint puniti à iudice laico; Et quid de Equitibus D. Iacobi, Alcantaræ, Calatrauæ, &c. tract.2.resol. 171. §. 2.p. 180

* Vide verb. *Iurisdictio, Obtinere, Officialis.*

Officium Sacrum in die Parasceues.

* Vide verb. *Feria sexta Parasceues.*

Oleum Sanctum.

Si oleum sanctum Sacerdos portat infirmis, & ad eum aliquis confugit, non gaudet Immunitate Ecclesiæ. tr. 1. ref. 12. §.2. p.12

Omittere.

* Vide verb. *Habitus, Missa, Tonsura.*

Omnia.

Omnia contenta in Decretis Pontificum loquentium ex Cathedra an habeant infallibilitatem.tr.5.resol.9.§.1. & seqq.p.349

Onerosum.

* Vide verb. *Odiosum*

Onus.

Ad onera communia an teneantur Clerici. tr.2.resol. 336. §.1.p.287

Vt onera impo ni Ecclesiasticis possint, non expectato Episcoporu m consensu, vrgente necessitate, stante priuilegio B onifacij VIII. concesso Philippo Pulchro, an tale priuilegium sit in vsu. tr.2.res.338.§.6.p.292
* Vide verb. *Hospitari.*

Opem ferre.

* Vide verb. *Bellum. Clamare.*

Operari.

Nihil operatur consuetudo etiam immemorabilis aduersus exemptionem Ecclesiasticam, eo quod singulis annis per Bullam Cœnæ reprobatur. tr. 2. res.9.§.3. p. 101
Nihil operantur contra Immunitatem Ecclesiasticam concordata inter Clericos, & sæculares, etiam in Concilio Prouinciali facta, nisi authoritate Pontificis confirmentur. tr.2.res.13.§.3.p.104

Opinio.

Opinio noua affertur, sed non approbatur circa intelligentiam Concilij Trid. *sess.24. c.6.* circa absolutionem ab Episcopo concedendam in casibus occultis, & reseruatis Papæ. tract.7. res. 114. §.1. & seqq. p. 425
In opinionibus dubiis potest Summus Pontifex determinare, quæ sit verior, & sequenda. tr.8.res.4.§.prope finem. p.445
* Vide verb. *Dubium, Ioannes Sancius, Matrimonium.*

Opinio probabilis.

Si opinio probabilis aliqua sit inter Doctores pro facto Prælati, & iudicis Ecclesiastici, vel regularis qui cum licitè possit illam sequi, & re vera nullam iniuriam, aut vim faciat subdito si illam sequatur, an tunc non possit subditus recurrere tanquam vi oppressus ad iudicem sæcularem, etiamsi opinio pro subdito sit probabilior. tr.2.res.37.§.9.p.122
Opinionem probabilem an faciat authoritas vnius Doctoris viri docti & pij. tr.2.res.340.§.12.p.296
* Vide verb. *Iurisdictio.*

Oppidum.

Si Oppidum Rex parat vendere, vt se redimat an Clerici teneantur ad contributionem. tr.2.resol.253. §.4. p. 227

Opus, id est necessarium.

* Vide verb. *Habitus.*

Oratio.

* Vide verb. *Inclinatio.*

Oratorium.

Oratorium Confraternitatum an gaudeat Immunitate Ecclesiæ. tr.1.res.6.§.2,p.5
Oratoria priuata domorum non gaudent Immunitate Ecclesiæ. tr.1.res.9.§.2.p.11
Si Oratorium non adsit in Palatiis Episcopi, vbi diuinum celebretur Sacrificium, an gaudeant dicta Palatia Immunitate. tr.1.res.17.§.1.p.15

Orbis.

In toto Orbe Christiano an Summus Pontifex habeat temporalem potestatem. tr.2.res.17.§.1.p.109
* Vide verb. *Imperator.*

Ordinare.

Ordinare an possit iudex laicus, vt sæculares, & Ecclesiastici censuras non obseruent, & vt tollantur cedulones à portis Ecclesiarum. tr.2.res.48.§.1.p.126
* Vide verb. *Iuramentum, Contractus.*

Ordinis Sacram. Ordinatus, &c.

Ordinatus ante legitimam ætatem, extra tempora, sine dimissoriis vel cum falsis, aut per Simoniam, vel ab Episcopo impedito Ordines faciendi, v.g. excommunicato, suspenso, interdicto, &c. an gaudeat priuilegio fori. tr.2.res.146.per totam.p.167
Si Ordinibus minoribus initiatur Græcus post contractum matrimonium, an gaudeat priuilegio fori. tr. 2. res.153.§.1.p.169
In Ordinibus minoribus constitutis Clericis an possit Princeps imponere, & exigere gabellas ab eis? Et quid, si adsit consuetudo in contrarium. tr.2.res.259. §.1.p.230
Et quid, si non habeant requisita Concilij Trid. *sess.23. c.6.* tr.2.res.260.§.1.& seqq.p.231
Ordo an sit Cardinalatus. tr.7.res.2.§.1.p.376
Ordinem alium de nouo consecratio Episcopi confert illi. tr.7.res.11.§.1.p.380
Ordines minores, & Tonsuram an Cardinales conferre possint in suis titulis. tr.7.res.51.§.1.p.396
* Vide verb, *Familiares, Habitus, Maritus, Tonsura.*

Ordinarius, Ordinarium.

* Vide verb. *Iurisdictio, Officium.*

Origo.

* Vide verb. *Imperator.*

Orphanus.

* Vide verb. *Domus.*

Oriri, Ortus.

* Vide verb. *Imperator.*

Osculatio.

Osculatione pedum semper in Ecclesia Summum Pontificem fuisse adoratum demonstratur. tr.4. resol.3. §.1.& seqq.p.322
De osculatione Eminentissimorum Cardinalium circa manus Pontificis aliqua curiosa obseruantur. tract.4. res.10.per totam p.328
* Vide verb. *Pes.*

Ostensio.

Ante ostensionem literarum, & possessionem cœptam an Cardinales in Ecclesiis sibi concessis conferre beneficia possint. tr. 7. res.53. §.1.p.397
* Vide verb. *Inhibere.*

Ostium.

Qui ostio Ecclesiæ clauso adhæsit, an gaudeat eius Immunitate. tr.1.res.8.§.3.p.9. & in res. 10.p.11
Qui super ostium Ecclesiæ occidit aliquem, an gaudeat Immunitate Ecclesiæ. tr. 1. resol.72. §. 2. p. 45
In ostio Ecclesiæ stans, si recipiat vulnus lethale ab inimico, & mortuus cadat extra Ecclesiam, sanguinemque in ea non effundendo, an Ecclesia polluatur tr. 1. res 144.§.10. p.94

P

Paganus.

* Vide verb. *Infidelis.*

Palam.

Contra Palam loquentes Cardinalibus in Conclaui nulla est pœna latæ sententiæ, sed contra secretè loquentes. Idem est de missione scripturæ, vel Nuntij. tr.7.res. 94.§.2.p. 410

Palatium.

Si supra Palatij Episcopalis tectum aliquis confugiat, an gaudeat Immunitate. tr.1.res.10.§.5.p.11
Palatia Illustrissimorum Cardinalium an gaudeant Immunitate. tr.1.res. 14.§.1.p.13
Et an vbique extra Romam. tr. 1.res. 16. §.7. p. 14
Et an Palatia Episcopi titularis. Ibidem, in initio.p.13
Et an Palatia Episcoporum vltra quadraginta passus ab Ecclesia distantia gaudeant Immunitate. tr. 1.res. 18 §.1. p.15
Et quid, si Palatia dicta non habeant Oratorium pro celebratione Missæ. ibid.§.2
Et quid, si Episcopus sit absens, vel mortuus. tr. 1. res. 19.§.5.p.16
Palatia Episcoporum extra Diœcesim an gaudeant Immunitate. tr. 1.res. 20.§.1. ibid.
Palatia de *los Embaxadores de la Corte* an gaudeant Immunitate. tr.1.res.17.§.2.p.15

Pallium.

Pallium, & togam vsque ad talos an debeat portare Clericus, vt gaudeat priuilegio fori tr. 2. res.125.§.1.p.158

Papa.

Si à Papa fuerit assignata Capella Cappellano in perpetuum, vel in titulum, an talis Capellanus gaudeat priuilegio fori. tr.2.ref.144.§.1.p.166

Et quid, si Capella sit vulgariter dicta seruitium Missarum. ibid.

A Papa habens coadiutoriam concessam, an gaudeat priuilegio fori. tr.2.ref.145.§.1.ibid.

Papæ reseruatur causa perduellionis, & hæresis Episcopi. tr.2.ref.332.§.5.p.281

Papa in puniendo, & damnando Cardinali an teneatur adhibere Collegium, vt simul cognoscat, & iudicet. tr.7.ref.74.§.*vnic*.p.402

* Vide verb. *Feudatarius. Impedire. Pontifex. Renunciare.*

Papel sellado.

* Vide verb. *Pragmatica.*

Paramentum Sacrum.

Paramenta sacra non polluuntur, quamuis cum eis excommunicatus non toleratus celebret. tract.1.ref.131 §.4.p.86

Parietes.

Parietes exteriores Ecclesiæ tangentes, vel amplectentes an gaudeant eius Immunitate. tr.1.ref.11.§.1.p.12

Si vnus paries Ecclesiæ successiuè post alterum destruatur cum intentione reædificandi de nouo totam Ecclesiam, an amittat consecrationem. tr.1.ref.130.§.1.& seqq.p.84

Parochus.

Parochorum domus existentes prope triginta passus ab Ecclesia an gaudeant eius Immunitate, etiamsi à laicis habitentur. tr.1.ref.21.§.1.p.16

Pars.

Si partem octauam valoris rei gabellæ excedant, an sint iustæ. tr.2.ref.247.§.3.p.223

An pars integralis tantum Sacrificij Missæ sit consumptio Sacerdotis, vel pertineat ad essentiam illius. tr.7. ref.111.§.3.p.423

* Vide verb. *Approbare. Consensu. Fauorabile. Inimicus. Liberare.*

Parturientes.

* Vide verb. *Interdictum. Excommunicationis absolutio.*

Paruitas materiæ.

Paruitas materiæ an detur in prohibitione colloquendi, & scribendi tempore Conclauis contenta in Bulla Pij V. excusans à peccato morali, & incursione censurarum. tr.7.ref.99.§.1.& seqq.p.415

Passus.

* Vide verb. *Domus. Mensura. Palatium. Parochus.*

Patefacere.

* Vide verb. *Denuntiare.*

Pater.

Patrem communem Pontificem sæpius vocari demonstratur. tr.4.ref.6.§.3.p.325

* Vide verb. *Filius.*

Pati.

* Vide verb. *Licentia.*

Patria.

Ad Patriæ subsidium, & onera communia an Clerici teneantur. tr.2.ref.336.§.1.p.287

Patriarcha.

Patriarchas an possit Pontifex extinguere. tr.7.ref.2.§.1. p.376

Patriarchis an Cardinales præferendi sint in Concilio. tr.7.ref.17.§.4.p.382

* Vide verb. *Eiicere. Mina. Minantes.*

Patrimonialia bona.

Super Patrimonialia bona Clericorum an Princeps laicus gabellas imponere possit. tr.2.ref.255.§.1.& seqq. p.227

Si in patrimonialibus Cardinales diuites sunt, an adhuc possint viuere de redditibus Ecclesiasticis. tr.7.ref.28. §.1.p.386

* Vide verb. *Bona temporalia.*

Patronus.

Ne in Patronos Ecclesiarum perpetuo, vel ad tempus non modicum Prælati Ecclesiarum sibi commissarum laicos constituant, prohibitum est. tr.11. ref.5.§.2. p.467

* Vide verb. *Iuspatronatus.*

Paulina Ambitiosa.

In Paulina Ambitiosæ an comprehendantur Cardinales. tr.7.ref.31.§.4.p.387

Pauper.

Pauperes, & miserabiles personæ an possint laicum coram iudice Ecclesiastico conuenire. tr.2. ref.306. & 307. p.253

Paupertas.

* Vide verb. *Votum.*

Pectus.

Pectoris tunsione an licitum sit adorare Summum Pontificem, præter genuflexionẽ, & pedum osculationem. tr.4.ref.8.§.1.& seqq.p.327

Pecunia. Pecuniaria.

Pecunia corruptus testis, qui falsum deposuit, vnde Innocens damnatus est ad mortem, an gaudeat talis testis Immunitate Ecclesiæ. tr.1.ref.96.§.1.p.55

Idem est de iudice, qui pecunia corruptus damnauit Innocentem ad mortem. ibid.§.3.& seq.

Qui pecunia poterat redimere Cardinalem, & non redemit, an incurrat censuram Bullæ Cœnæ. tr.7. r.80. §.2.p.404

* Vide verb. *Assassinus. Inimicus. Nouitius. Pœna.*

Pecus.

* Vide verb. *Animal.*

Pensio. Pensionarius.

Si pensionem tantum habeat Clericus super beneficio, an tanquam Beneficiarius gaudeat priuilegio fori? Et quid, si incedat in habitu, & Tonsura. tr.2. ref. 143. §.1.p.166

Vt pensionem soluat Emphyteuta Ecclesiæ, an possit conueniri coram Episcopo. tractat.2. resolut.280.§.4. p.238

Pensionarius Cardinalis an teneatur contribuere decimam Papalem pro rata pensionis. tract.7. ref.30.§.2. p.387

Percutere. Percutiens.

Percutiens Clericum, vel Religiosum, an gaudeat Immunitate Ecclesiæ. tr.1.ref.78.§.1.p.47

Quidam percussit alium pugno in naribus rixando an Ecclesia manserit polluta. tr.1.ref.133.§.1.p.88

Percutiens Clericum non deferentem habitum, & Tonsuram an incurrat excommunicationem Canonis. *Si quis suadente*, &c. tr.2.ref.135.§.4.p.163

Si quis percutiat Cardinalem percussione leuissima, an incidat in excommunicationem Bullæ Cœnæ. tract.7. ref.79.§.1.p.404

Et quid, si ictus solummodo vestes illius tetigit, aut eleuauit manum ad percutiendum, quamuis postea non percutiat. ibid.

Percutientes seipsos Cardinales an incurrant censuram Bullæ Cœnæ. tr.7.ref.82.§.1.p.405

Idem est de Clericis percutientibus seipsos quoad censuram *Cap. Si quis &c.* ibid.§.2. p.406

* Vide verb. *Fustis. Prælatus Ecclesiasticus. Excommunicatio.*

Perdere.

Perdere priuilegium fori vide verb. *Forum. Priuilegium.*

Perduellio, Perduelliones.

Perduelliones Clerici an subiiciantur Magistratibus laicis pro delicto. tr.2.ref.327.§.7.p.273

Propter perduellionis crimen Episcopus non potest ab vllo alio puniri nisi à Summo Pontifice. tr.2.ref.332. §.5.p.281

Periculum.

In periculo mortis an excommunicatio lata à Pio IV. & Gregorio XV. pro tempore Conclauis possit absolui. tr.7.ref.126.§.1.p.439

Qui in periculo mortis fuit absolutus à prædicta censura Papæ teseruata an teneatur postea, si conualuerit, se præsentare coram Pontifice. tr.7.r.127.§.1.p.440

Et intra quod tempus teneatur se præsentare. ibid.§.5

Et quid, si absolutus quis fuisset in dicto casu virtute Cruciatæ. ibid.§.4

* Vide verb. *Lex.Necessitas.Peruersio.*

Periurus.

Periurus an gaudeat Immunitate Ecclesiæ. tr.1. ref.27. §.*Quæro sexto.*p.22

Permittere.

* Vide verb. *Lex. Magistratus.*

Perpetrantes.

* Vide verb. *Scelus.*

Persistere.

* Vide verb. *Decretum.*

Persoluere.

* Vide verb. *Decima. Soluere.*

Persona.

Quænam personarum conditio loco sacro protegi, vel non protegi possit. tr.1.ref.28.§.1.& seq.p.23

Personas captiuantes', & componentes eas in quocumque loco an gaudeant Immunitate Ecclesiæ.tr.1.r.58 §.8.p.39

Persona priuata, quæ extrahit aliquem ab Ecclesia afficitur censura. tr.1.ref.112.§.2.p.65

Contra personas Ecclesiasticas an Represaliæ indici possint à iudice laico. tr.2.ref.16.§.*Et tandem.*p.109

Personis Ecclesiasticis priuilegium à Principe laico concessum an possit dictus Princeps illud auferre. tr. 2. ref.49 §.3.p.127

Personæ Ecclesiasticæ, quæ commiserunt crimen læsæ Maiestatis,an per Principes sæculares, & eorum iudices puniri possint. tr.2.ref.53.& 54.p.129

Et an sint degradandæ,& Curiæ sæculari tradendæ.tr.2. ref.55.§.1.ibid.

Vt persona priuata an possit Pontifex errare in Fide,& de facto errauerit. tr.5.ref.12.§.1.& seqq.p.353

Posito,quod personis aliquibus determinatis, & sub determinato aliquo Ritu Pontifex concedit venerari S. Beatificatum,an possint alij omnes licite vti tali concessione. tr.5.ref.21.§.1.p.361

Personis diuersis, & statibus concessæ sunt electiones Episcoporum,Abbatum,& Prioratuum in sex diuersis temporibus. tr.9.ref.8.§.1.& seqq.p.457

* Vide verb. *Domus.Extrahere.Odiosum.Pauper.*

Pertinere.

An pertineat in quocumque euentu ad Episcopum cognitio,an Religiosus,qui pro delicto aufugit ad Ecclesiam propriam sui Monasterij, vel ad Ecclesiam,& Monasterium aliorum Ordinum,gaudeat Immunitate Ecclesiæ. tr.1.ref.37.§.1.p.28

Pertinere de iure diuino electionem Episcoporum ad Summum Pontificem demonstratur. tr.9.ref.1.§.1. & seqq.p.451.

* Vide verb. *Funus.Pars.Residentia.*

Perturbantes.

* Vide verb. *Eiicere.*

Peruersio.

Si peruersionis periculum absit, Catholici communicare possunt cum Hæreticis in conuictu Ciuili, aut in mercatura,bello,&c.aut in aliis negotiis politicis. Et quid quoad excommunicationem. tr.13. r.9. per totam.p.480

Pes.

Pedibus obuoluebantur veteres ad aliquid impetrandum ab alio. tr.4.ref.6.§.1.p.325

Pedes Pontificis Cardinales non osculantur, sed manus. tract.4.ref.10.§.1.p.328

* Vide verb. *Filius.Mensura.Osculatio.*

Pestis.

* Vide verb. *Necessitas.Tempus.*

Petere.

* Vide verb. *Auxilium.*

D. Petrus.

Quare D.Petrus respuit adorationem Cornelij. tract.4. ref.17.§.1.& seqq.p.336

D.Petri verum Successorem esse hunc numero Innocentium X. an sit omnino de Fide. tr.5.ref.6.7. & 8. p.346.& seqq.

Phreneticus.

Si Phreneticus occidat,aut vulneret in Ecclesia alium, an Ecclesia polluatur. tr.1.ref.132.§.1.p.86

Piscatio.

* Vide verb. *Exercens.Spoliare.*

Platea.

Pro plateis mundandis, vbi Clerici degunt, an ædilis, possit pœnas pecuniarias extorquere.tr.2.ref.97.§.3. p.148

Pœna.

Pœna exilij,perpetui carceris,triremis, vel alia pœna corporali an possit reus confugiens ad Ecclesiam puniri per iudices Ecclesiasticos,aut sæculares. tract.1. ref.126.& 127.p.80

Et in dicto casu an iudex Ecclesiasticus, & non laicus pœnam imponere debeat. tr.1.ref.126.§.2.ibid.

Qua pœna iudex Ecclesiasticus debet reos gaudentes Immunitate Ecclesiæ punire. tr.1.ref.127.§.7.p.81

Pœna pecuniaria an iudex laicus possit punire Clericum, quia reuerentiæ signa illi non exhibuit, vel quia coram ipso deliquit. tr.2.ref.61.§.1.p.142

Si in pœnam legis laicalis iudex Ecclesiasticus non condemnet Clericum,an possit illum iudex laicus condemnare. tr.2.ref.93.§.1.& seq.p.144

In pœnam tollere victualia an iudex sæcularis possit Clerico vendenti vinum,frumentum,&c. vltra taxam à Principe impositam,vt à lege statutum est.tr.2.r.96. §.1.p.147

Ad pœnam,ad quam laici tenentur, si dicta victualia vendant vltra iustum pretium, an iudex laicus condemnare non possit Clericum, etiamsi Princeps expresserit,vt ea pœna afficiantur etiam Clerici.ibid.§.3

Pœna tamen mitiori possunt Clerici in dictis casibus ab Episcopo puniri. ibid.§.4

Ad pœnas impositas non tenentur Clerici pro damno, & noxa data à suis animalibus. tr.2.ref.97.§.1.p.148

Pœna pecuniaria à lege constituta an Clerici transgressores legum sæcularium puniri possint à iudice laico. tr.2 ref.201.§.1.p.150

Pœna duplicari à iudice Ecclesiastico pro fractione exilij An possit Clericus relegatus à iudice Ecclesiastico,si durante relegatione efficitur laicus,& frangit relegationem?Et quid è contra? tr.2.ref.108.§.1.p.152

Pœnis coërcere Clericos in aliquibus casibus an Principes sæculares possint. tr.2.ref.110.§.1.p.153

Pœna pecuniaria an iudices laici punire possint Clericos,& Religiosos capiendo illos resistentes, & impedientes iurisdictioni laicali.tr. 2.ref.111.§.1.& seq.ib.

Pœnis statutis à lege laicorum an iudex Ecclsiasticus teneatur punire Clericos. tr.2.ref.117.§.4.p.156

Ad pœnam pecuniariam à lege impositam an iudex sæcularis possit damnare Clericum spoliatum armis. tr.2.tr.118. §.3, ibid.

Quoad pœnam corporalem non potest iudex laicus punire Clericum, qui post delictum patratum assumpsit habitum Clericalem animo subtrahendi se à laica potestate, sed quoad pœnam pecuniariam, & confiscationem bonorum, quamuis hoc non careat difficultate,quia exempta persona non potest in rebus molestari. tr.2.ref.131.§.3.p.161

Ad

Ad pœnam sanguinis imponendam adulterio solus iudex laicus est competens, & quoad alias pœnas est causa misti fori, ideo datur locus præuentioni. tr.2. ref.291. §.2.p.245

Qui pœna minori punitus semel fuit in foro Ecclesiastico in criminibus misti fori,an possit iterum pro eadem culpa in foro sæculari ad excessum pœnæ puniri? Et quid è contra. tr.2.ref. 303. & 304.p.252

Pœnas imponente generaliter aliqua Constitutione Pontificia, an in illa Cardinales comprehendantur. tr.7. ref.31.§.1.p.387

Qua pœna puniri debet, qui alium capit ex iniusta causa & ipsum captum detinet spatium 20. horarum. tr. 7.ref.64.§.1. p.399.

Pœna ordinaria an sit puniendus assassinus, qui vulnerauit animo occidendi,& vt occideret,fecit, quantum potuit, si mors non est sequuta.tr.7.ref.104.§.4.p.417

Sub pœna suspensionis præceptum non inducit peccatum mortale,nisi expressè,& verbis æquiualentibus id significetur. tr.7.ref. 108.§.3.p.420

Pœnam priuationis officij,& beneficij,quam *in Cap.Vbi periculum*, imponit Pontifex ipso facto, an incurrat ante iudicis sententiam,& declarationem,qui clam intrauit in conclaue,& post ingressum secretè cum aliquo Cardinali loquitur. tr.7.ref. 109. §.5.p. 421

Vide verb.*Edictum. Familiares. Filius. Habitus. Lex. Licentia. Matrimonium. Nouitius. Offendentes. Palam. platea.*

Pœnitentiarius Summ. Pontificis.

Pœnitentiarius Summi Pontificis an possit absoluere ab excommunicatione lata à Pio IV. *in* §. *Literas, &c.* tr. 7. ref. 112. §.1.p. 424

Ad Pœnitentiariam Sacram an teneatur scribere impeditus adire Pontificem pro absolutione à censuris,& casibus Papalibus,vel an possit ab Episcopo absolui. tr. 7. ref. 117.§.6.p.428

Politicum.

* Vide verb. *Conuictus. Negotium.*

Polluere. Pollutio. Pollutum.

Non polluitur Altare,nec paramenta sacra,quamuis excommunicatus non toleratus celebret in eo, & cum ipsis. tr.1.ref. 131.§.4.p.86

Non polluitur Ecclesia, si quis occidat in ea alium in sui defensione,& casu sanguis effundatur in Ecclesia, aut si Phreneticus alium vulneret, aut occidat in Ecclesia,aut Chirurgus,dum vulnus curat in Ecclesia,vel venam, aut tumorem incidit, & effundit sanguinem inculpate in Ecclesia, &c. tr.1.ref.132.§.1.p.87

Vt polluatur Ecclesia,an sufficiat, vt sanguis effluat intra Ecclesiam,si vulnus factum fuit extra Ecclesiam? Et quid è contra. ibid.§.4.

Ex pollutione hominis an Ecclesia polluatur. ibid§.9

An polluatur Ecclesia ex qualibetminima sanguinis effusione, vel an sit necessaria magna effusio sanguinis iniuriosa, imo enormis tr.1.ref. 134.§.3.p.88

An polluta remanserit Eccelesia ex eo, quod in Ecclesia Regularium quidam fuit saculis arenæ ita acriter contusus, vt post tres dies extra Ecclesiam mortuus est. tr.1.ref.136.§.1.p.89

Polluta non censetur Ecclesia per quamcumque delicti notitiam, nisi hoc fuerit per sententiam iudicis claratum, tr. 1.ref. 137. §.1p.90

Nisi pollutæ fuerint Ecclesiæ consecratæ,sanguinis effusione,vel seminis pollutione,non debent Ecclesiæ iterum consecrari. tr.1. ref. 138.§.1.ibid.

Si in polluta Ecclesia quis celebret, an remaneat consecrata? Et quid,si Sacerdos celebret mala fide,tract.1. ref.139.§.1.ibi.

Quando polluta est Ecclesia, & reconciliatur, vide varios & curiosos casus, & opiniones in tract.1.in ref. 141. & tribus seqq.p.91

* Vide.verb. *Cœmeterium. Habitatio Ecclesia. Infans. Interdictum. Missam celebrare. Percutere. Violare. Violatio*

Pondus.

* Vide verb. *Fraus.*

Pons.

* Vide verb.*Tributum.*

Pontifex.

An Summo Pontifici sit reseruata excommunicatio lata contra violantes Immunitatem Ecclesiarum.tr.1.ref.5. §.2.pag.5

Pontifex Summus an possit reuocare priuilegium Ecclesiasticæ Immunitatis,etiam stando, quod hæc exemptio non sit de iure diuino,sed humano.tr.2.ref.4.§.1. p.99

Pontificis Summi concordata cum aliquo Rege an sint priuilegium, & an sint reuocata per Bullam Cœnæ. tr.2.ref.12.§.1.p.103

Cum Pontifice Summo concordata an possint reuocari à Principe laico. tr.2.ref.13.§.1.p.103

Pontifex an recipiat suam potestatem immediate à Deo. tr.2.ref.20.§.1.p.110

Pontifex an probet praxim cognoscendi causas Ecclesiasticas à iudicibus sæcularibus per viam violentiæ.tr.2. ref.37.§.4.in fine & seqq.p.122

A Pontifice an aliquis Princeps habeat priuilegium in causis violentiæ arcendæ. tr.2.r.39.§.1.p.123

An Pontifex prius consulendus sit,quando est dubium, an statutum sit,vel non sit cótra libertatem Ecclesiæ. tr.2.ref.207.§.7.p.200

Pontifice inconsulto, an possint imponi collectæ, seu gabellæ Clericis in casu,quo etiam sint iustæ.tract.2. ref.247.§.1.p.222

Ne Pontifici soluantur ex suis Regnis Annatæ sine eorum consensu, an Principes prohibere possint. tr.2. ref.339.§.1.& seqq.p.292

In primo indice posito in principio huius tom.9. tractatus quattus de *Adoratione, qua Summus Pontifex à Catholicis veneratur*, ipse titulus demonstrat, quod omnes difficultates præcitati tractatus pertinent adhoc verb. *pontifex* vbi curiosa,& notabilia inuenies. Eadem est ratio pro tract.5.de *Infallibilitate Decretorum Summi pontificis*, &c.

* Eademque est ratio pro tract. 6.de *potestate pontificis eligendi sibi Successorem.*

An de Pontificio iure, vel diuino sit Cardinalatus institutus. tr.7.ref. 2.§. 2. p.376

Pontifex an possit ardua Ecclesiæ sine consilio Cardinalium definire. tr. 7.ref. 3. §.1.& seq. ibid.

Ad Pontificatum an Cardinales debeant eligere vnum ex Sacro Collegio. tr,7.ref.8.§.1.p.378

Et si Pontificem eligerent extra eorum Collegiũ & gremium, an electio esset valida. ibid.§.3.p.379

In Pontificem an Cardinales possint eligere dignum, & relinquere digniorem, quando pars sufficiens vult illum in Papam eligere. tr.7.ref.9.§.1.ibid.

Et quid si iurassent eligere digniorem. ibid.

Si Pontificatum accepret dignus,cognoscens in electione prætermissum esse digniorem,an peccet. ibid.§.3

Pro occurrentibus in electione Pontificis lege præter supradictas quæstiones in tract.7.à ref.10.vsque ad 15. inclusiuè.p.380

Pontifex an teneatur subuenire Cardinalibus egentibus tr.7.ref.29.§.1.p.386.

Si Pontifici Cardinales Episcopi assistant,an excusentur à residentia. tr.7.ref.35.§.1.p.388

Pontifex an possit concedere Cardinalibus licentiam testandi non solum in vsus pios, sed etiam in quoslibet, dummodo sint liciti, & honesti. tract. 7. ref.92. §.3. p.409

Ad Pontificem de iure diuino pertinere electionem Episcoporum probatur. tr.9.ref.1.§.1.p.451

A Pontificibus olim interdictum fuisse,ne populus, &

Principes in electione Espicoporum se intromiscerent, demonstratur. tr.9.res.6.§.1.& seqq.p.455
APontifice confirmatur electus in Episcopum, quem Collegium Canicorum in Germaniæ Ecclesiis nominat,& designat, & eligit. tract.9. resolut.7.§.2. p.457.
Pontificum Romanorum authoritate lex & consuetudo antiqua in modum eligendi Episcopos est abrogata, & ius nominandi,designandi,& offerendi,& præsentandi Episcopos datum est multis Regibus eorundem Romanorum Pontificum nutu,& assensu.ib.§.1
Pontifices an Principibus de Ecclesia bene meritis possint Titulum, & Insignia Regia concedere. tract.12. res. vnica.§. 1.p.468
Ad Pontificem solum spectat potestas, & non ad Principes laicos extinguendi beneficia,tract. 13.res.3.§.3. p. 483
* Vide verb. *Eximere. Extinguere. Facultas. Fœdus. Forma Hæresis. Imperator. Iurisdictio. Iuspatronatus. Lex. Libertas conscientiæ. Licentia. Lis. Mandatum. Necessitas Operari. Opinio. Orbis. Populus.*

Populus.

* Vide verb. *Imperatores. Ius. Moneta. Odiosus. Pontifex Valor.*

Porta.

* Vide verb.*Ordinare. Sanguis.*

Portare.

* Vide verb.*Crux. Fratres D.Ioannis. Pallium. Tonsura.*

Porticus.

Porticus Ecclesiæ an gaudeat Immunitate.tr.1.res.6.§.9. pag.7
Qui in porticu Ecclesiæ occidit aliquem,& postea inuentus est in Ecclesia, an gaudeat eius Immunitate. Et quid,si sub ea spe confugiendi ad Ecclesiam,commisit homicidium in porticu Ecclesiæ.tr.1.res.71.§.1 & seqq. & in res. 72.p.44
* Vide verb. *Atrium.*

Portus.

* Vide verb. *Mercis.*

Possessorium.

Quando de possessorio matrimonij agitur,an iudex laicus sit competens. tr.2.res. 227. §.1.p.215
Quando de possessorio decimandi causa agitur,an iudex Ecclesiasticus,vel laicus debeat cognoscere.tr.2.res.272 §.2.p.235

Possessio. Possidere.

Si possideat Clericus succedens laico rem specialiter hypothecatam, an ratione hypothecæ possit conueniri, coram iudice laico. tr.2.res.81.§.3.p.138
Et quid,si adsit Clausula de non alienando,an possit fieri executio per iudicem sæcularem in prædio obligato à laico, etsi Clericus illud possideat. tract.2. res. 84.§. 1.p.139
Si possessione sua Clericus spoliauit laicum , an iudex sæcularis possit cogere Clericum ad illam restituendam. tr.2.res.87. §.1.& seqq.ibid.
Vt possessio beneficij non apprehendatur sine licentia, & consensu Principis,aut eius Gubernatoris,vel Præsidis, an Princeps laicus authoritate propria præcipere, aut statuere possit? Vbi alia contingentia circa hoc. tr.2.res.205.§.1.p.198
Vt quis possessionem Ecclesiæ, à qua per vim est electus,recuperet,vel vt retineat beneficii possessionem, in qua ab alio turbatur, an iudex laicus,vel minister Regius de his cognoscere possit.tr.2. res.206.§. *vnic.* ibid.
Neque ob receptam consuetudinem hæ causæ ad iudices sæculares pertinere possunt, nec potest adduci tolerantia Pontificis. ibid.
Antequam possessionem Canonicus nactus fuerit in Choro, an habeat vocem in electione. tr.7.res.1.§.1. p.380
Ante possessionem adeptam,an Cardinalis ad Episcopatum assumptus possit adhuc beneficia conferre.tract. 7.res.54.§.2.p.397.
Et an possit conferre beneficia Episcopatuum à se resignatorum etiam post præconizationem resignatarij. tr. 7.res.59. §.*vnic. ibid.* p.398
* Vide verb. *Beneficium. Forum. Iurisdictio. Præstimonium Postulandum.*
* Vide verb. *populus.*

Potestas.

Potestatem suam an recipiant Reges, & Principes immediate à Deo. 20.§.1.tr.20.res.p.110
* Vide verb. *Beneficium. Facultas. Familia. Fœdus. Hæres Hæresis. Imperator. Indulgentia. Legatus. Monasterium Nuntius. Orbis. Pontifex. Subtrahendum.*

Potio.

Potionem Concubinarius concubinæ,vel adulteræ tradendo,cum qua occidit fœtum animatum,an gaudeat Immunitate Ecclesiæ. tr.1.res.93.§.2.p.55
* Vide verb.*Fœtus.*

Pragmatica.

Pragmatica super Chartam,vulgo dictam *Papelsellado* an violet Immunitatem Ecclesiasticam. tr.2.res.217.§.1. p.208
Pragmaticam condere prohibentem laicis prorogationem iurisdictionis alienæ an licitum sit, ne laici conductores bonorum Ecclesiasticorum conueniri possint coram iudice Ecclesiastico. tract.2.res.282.§.1.p.240

Preces.

Qui per preces occidit aliquem , an sit assassinus. tr.1. res.88.§.2.p.52

Prabenda.

Præbendas conferendi an Cardinales ius habeant in suis titularibus Ecclesiis. tr.7.res.52.§.*vnic.*p.396

Præbere.

* Vide verb.*Iuramentum. Processus.*

Præceptum. Præcipere.

Præcipere sub pœna excommunicationis an iudex Ecclesiasticus possit iudici laico , vt supersedeat in executione contractus,donec decidatur,an sit vsurarius, necne. tr.2.res.303.§.2.p.253
* Vide verb. *Missam celebrare. Pœna. Possessio.*

Prædium.

Prædiorum Ecclesiasticorum Coloni, seu affictatores non tenentur soluere gabellam dictam *Diu luxuri.*tr.2. res.269.§.4.p.235
* Vide verb.*Executio. Obligatum. Possidere.*

Præfectus.

An à Præfecti sententia non detur appellatio,tr.7.res.66. §.2.p.400

Præferendum.

Præferendi in Concilio an sint Cardinales Patriarchis, & Episcopis. tr.7.res.17.§.3.& seq.p.381

Præiudicium.

* Vide verb.*Superior secularis.*

Prælatus Ecclesiasticus.

Prælatos expressos percutientes turpiter incontinenti inuentos an incurrant excommunicationem.tr.1.res.49. §.5.p.34
Prælatus in casibus non exceptuatis an possit dare licentiam extrahendi reos ab Ecclesia,& ex illius mandato possit iudex laicus delinquentem capere , & punire. tr.1.res.117.§.*Quæro secundo.*p.70
Et in tali casu an dictus Prælatus,vel Episcopus incurrat excommunicationem,quia violæ Immunitatem in Constitutione Gregoriana præscriptam. ibid. §.*Sed stante*,prope finem.
Prælati feuda à Rege tenentes an teneantur in bello opem ferre,& auxilium præstare secundum conditionem. tr.2.res.29. §.3.p.116
Prælatorum habentium territorium, & iura Episcopalia cum potestate iurisdictionis familia laica an gaudeat priuilegio

Priuilegio fori. tr.2.ref.184.§.*vnic.*p.186
Prælati Summo Pontifici inferiores an possint indistincte delegare laicis causas Ecclesiasticas? Et supponitur Pontificem hoc efficere posse. Et non solum causas ciuiles,& criminales,sed etiam spirituales. tract.2. ref.314.§.1.p.256
Ne Prælati Ecclesiarum sibi commissarum bona immobilia,aut iura laicis submittant,aut subiiciant, prohibitum est. Ne etiam ex ipsis in Patronos,vel Aduocatos perpetuos, vel ad tempus non modicum constituant. tr.11.ref.5.§.1.p.467
* Vide verb. *Iudex.Prælatus Regularis. Opinio probabilis.*
Prælatus Regularis.
* Vide verb. *Opinio probabilis.Nouitius. Prælatus Ecclesiasticus.*
Prælatus Conclauis.
Prælatus Conclauis qua diligentia in præscrutandis epulis in Conclaui intrantibus vti debeat. tr.7. ref.108. §.1.p.419
Etsi dictus Prælatus adhibendo diligentiam moralem in præscrutandis epulis alicuius Cardinalis timeret ab ipso inferendum graue damnum,an tunc equidem ad nullam diligentiam teneatur. ibid.§.4.p.420
Vbi etiam aliqua alia contingentia circa dictos Prælatos,& circa iuramentum,suspensionem, &c. in dicto casu.
Præmittere.
* Vide verb. *Implorare.*
Præscriptio.
Præscriptio an possit præualere contra exemptionem Clericorum. tr.2.ref.2.§.14.p.98
Præscriptione an collatio Episcopatuum,& aliorum beneficiorum à Principe laico acquiri possit. tr.2.ref.30. §.1.p.116
* Vide verb. *Consuetudo. Decima. Iurisdictio. Numerus.*
Præscrutandum.
* Vide verb. *Prælatus Conclauis.*
Præsentare.
* Vide verb. *Ius patronatus.Periculum.Remittere. Rex.*
Præsides.
Præsidem iustitiæ occidens an gaudeat Immunitate Ecclesiæ. tr.1.ref.54.§.1.p.36
* Vide verb. *Consensus. Licentia.*
Præstare.
* Vide verb. *Bellum. Brachium. Hæreticus. Iuramentum. Promissum.*
Præstimonium.
Si Præstimonium,seu Fratransiam Clericus habet,si dictum Præstimonium possidet in titulum perpetuum, & aliquid spirituale habet annexum,an talis Clericus gaudeat priuilegio fori. tr.2.ref.144.§.*vnic.*p.166
Præsumptio.
Ex præsumptionibus probabilibus non potest Episcopus tradere Curiæ sæculari reum ab Ecclesia extractum, sed requiritur concludens,& plena probatio de delicto in Bulla Greg.XIV.exceptuato. tr.1.ref.123.§.4. p.75
* Vide verb. *Lex.*
Præualere.
* Vide verb. *Consuetudo.Lex.Præscriptio.*
Prauenire.
* Vide verb. *Litera.*
Pretium.
* Vide verb. *Augere.Fraus.Infidelis.Inimicus.Vendere.*
Princeps.
In Principis personam crimen læsæ Maiestatis perpetratum non reuelantes an gaudeant Immunitate Ecclesiæ.tr.1.ref.48.§.2.p.33
Licet in Principis territorio Ecclesia esse dicitur,non tamen proprie dicitur esse de eius territorio.tr.1.ref.64. §.7.p.42
* In indice primo posito in principio huius tom. 9. in tract.2.de *Immunitate Ecclesiastica* sunt quamplurimæ difficultates sup.hoc verb. *Princeps*, & si requirendo,quod ita mistum desideras totum tractatum & omnes eius fere mille quæstiones perlegis, non pigebit.
Principes an aliquando in electione Episcoporum partem habuerint. tr.9.ref.5.§ 1.p.455
* Vide verb. *Beneficium.Electio. Eximere. Fœdus. Hæreticus.Instituere. Interdictum. Iudæus. Libertas conscientiæ. Moneta.Offendentes.Pontifex.Rex.*
Prioratus.
* Vide verb. *Persona.*
Priscus mos.
* Vide verb. *Mos.*
Priuandum.Priuare.Priuatio.
Ad priuandum Clericos priuilegio fori quid requiratur. tr.2.ref.109.§.2.p.152
An priuentur omni priuilegio fori ante aliam sententiam depositionis,vel degradationis Iudicis Ecclesiastici Clerici grauissimis delictis, & criminibus se immiscentes. tr.2.ref.328.§ 1.p.273
Et quid,si sint incorrigibiles. ibid.§.4
Priuatio Officij,quam *in Cap. Vbi periculum*, imponit Pontifex ipso facto an incurratur ante iudicis sententiam,& declarationem,qui clam intrauit in Conclaue,& post ingressum secrete loquitur cum aliquo Cardinali. tr.7.ref.109.§.4.& seqq.p.421
* Vide verb. *Edictum.Forum. Habitus. Hæreditas. Iurisdictio.Minister iustitiæ.*
Priuilegium.
Priuilegio Immunitatis an renunciare possit reus, qui fuit extractus violenter ab Ecclesia, & deductus ad carceres laicales. tr.1.ref.117.§.*Sed hic non est.*p.71
Ex priuilegio an Superiores Regulares possint reconciliare suas Ecclesias consecratas,maximè si Episcopus distet per duas dietas,vel si defunctus sit,aut si Episcopatum renunciauerit,aut depositus sit. tr.1.ref.142 §.2.p.92.& in ref.143.ibid.
Ex priuilegio an Regulares possint solemniter benedicere suas Ecclesias,& Cœmeteria,si Episcopus nolit, aut negligat. tr.1.ref.143.§.1.p.92
* In indice primo posito in principio huius tom.9. in tract.2. de *Immunitate Ecclesiastica* sunt quamplurimæ difficultates sup.hoc verb.*Priuilegium.*
* In prædicto indice ex tract.7. de Potestate, & Priuilegiis Cardinalium. Vide plures quæstiones pro Priuilegiis prædictorum Cardinalium.
Virtute priuilegiorum suorum an Regulares hodie possint absoluere à censura incursa ex fractione Bullæ Pij IV.& Greg.XV.pro tempore Conclauis. tract.7. r.119.§.1.p.432
Vbi, quod priuilegiorum Regularium confirmatio ex certa scientia,& sine clausulis restrictiuis operatur,vt priuilegia reuocata restituantur, & reualidentur. Et confirmatio facta vni Religioni valet pro omnibus aliis. ibid.§.2
Sed ex his sequeretur,quod virtute suorum priuilegiorum possint Regulares hodie absoluere à Casibus Episcopo reseruatis,non obstantibus Decretis Clem. VIII.& Vrbani VIII.quod non approbatur. tract. 7. ref.121.§.1.p.433
Et respondetur ad argumenta pro priuilegio Societatis Iesu concesso à Greg.XIII. in Bulla, quæ incipit, *Decet Romanum Pontificem.* Et adducitur Decretum Sacræ Congregationis ex ordine Vrbani VIII. reuocans tale priuilegium. ibid.§.3
Sed arguitur, quod casus occulti vigore Concilij Trid. desinunt esse Papales,& efficiuntur Episcopales, ex quibus possunt Regulares virtute suorum priuilegiorum absoluere toties,quoties. ibid.§.8.p.434
Priuilegiis vti non potest Episcopus Regularis, quibus antea

Tantea cum Religiosis vtebatur, quod idem est de Cardinali Religioso. tr.7.ref.120.§.2.p.432

Virtute priuilegij Bullæ Cruciatæ an possit absolui innodatus censura Pij IV. & Greg. XV. lata pro tempore Conclauis. tr.7.ref.122.§.1.p.435

Priuilegia Bullæ Cruciatæ nunquam censentur reuocata, etiam per Iubilæum anni Sancti, & etiam per publicationem Bullæ Cœnæ. ibid.§.2

* Vide verb. *Forum. Gracus. Hospes. Iudaus. Pauper. Persona. Missam celebrare. Probare.*

Probabile.

* Vide verb. *Opinio. Probatio. Ratio.*

Probabilitas.

* Vide verb. *Iudicium. Latitudo.*

Probare. Probatio.

Probatio concludens, & plena an requiratur de delicto exceptuato, priusquam Episcopus tradat Curiæ sæculari reum extractum ab Ecclesia, & non sufficiant præsumptiones, indicia, & coniecturæ probabiles. tr.1.ref.123. §.4.p.75

Et an in tali casu sufficiat probatio sufficiens ad torturam pro delicto. tr.2.ref.124.§.6.p.76

An probet consuetudo immemorabilis extitisse priuilegium faciendi aliquid contra Immunitatem Ecclesiasticam. tr.2.ref.8.§.1.p.101

An probetur prima Tonsura vnius testimonio. tr.2. ref. 120.§.4.p.157

An probetur exemptio à iurisdictione Episcoporum, pro solutione, quæ fit Romanæ Ecclesiæ. tr.11.ref.4. §.2.& seqq.p.466

Procedere.

Procedere contra animalia, & pecora Clericorum, & Religiosorum, quæ in alienis, pascuis reperta fuerunt, an index laicus possit. tr.2.r.102.§.1.& seq.p.150

Procedere contra delictores laicos Religiosorum an Conseruatores Religiosorum possint. tr.2.ref.270.§.1. p.235

* Vide verb. *Missam audire.*

Processus. Processus.

Processui facto à iudice laico an Episcopus debeat stare, vt ferat sententiam, an reus debeat gaudere Ecclesiæ Immunitate necne. tr.1.ref.124.§.1.p.75

Si processat occulte iudex laicus Clericum in causa Criminali animo præsentandi processum Pontifici, vel iudici Ecclesiastico, an incidat in censuram Bullæ Cœnæ: tr.2.ref.62 & 63. p.132

Processus præbere an iudex Ecclesiasticus teneatur in causis Ecclesiasticis, aut misti fori iudicibus sæcularibus, à quibus auxilium petit. tr.2.ref.299.§.1.& seqq. p.250

* Vide verb. *Testis.*

Processio.

Si in processione aliqua ortæ sunt controuersiæ inter confraternitates, an iudex laicus dirimere eas possit. tr.2.ref.178.§.1.p.182

* Vide verb. *Interesse.*

Procurator.

* Vide verb. *Eligendum. Impeditus.*

Proditor. Proditorie.

Tanquam proditor an careat Immunitate Ecclesiæ, qui occidit inimicum suum reconciliatum. tr.1.ref.82.§.1. p.49

Qui proditorie attentauit, voluit, & conatur occidere aliquem effectu, & morte casu non sequuta, an gaudeat Immunitate Ecclesiarum. tr.1.ref.88.§.1.p.52

Qui proditorie vulnerauit, si mors sequuta non fuerit, an gaudeat Immunitate Ecclesiæ. tr.1.ref.97.§.1.p.56

Qui proditorie ex proposito, & sub spe amicitiæ alapam alicui viro Nobili inferret, vel cum fustibus eum percuteret, an gaudeat Immunitate Ecclesiæ. tr.1.ref.98. §.1.ibid.

* Vide verb. *Falsum. Homicidium. Infidelis.*

Præcœmium.

* Vide verb. *Mens.*

Proferre.

* Vide verb. *Verbum.*

Professio Religionis.

* Vide verb. *Nouitius.*

Proficisci.

* Vide verb. *Bellum.*

Prohibere. Prohibitum.

Prohibitum non est Sacro Collegio Cardinalium, Sede Apostolica vacante dare Reuerendas. tra.7.ref.7.§.4 p.378

Prohibentur Episcopi à multis ante consecrationem, quia Consecratio alium de nouo Ordinem Episcopo confert. tr.7.ref.11.§.1.p.380

A legibus quæ prohibent duo, vel plura beneficia simul habere, an Cardinales soluantur. tr.7.ref.24.§.1.p.385

Prohibetur in Decreto Sacræ Congregationis sub pœna priuationis Officij, & vocis actiuæ, & passiuæ Regularibus accedere ad Monasteria Monialium, Quod Decretum Sacra Congregatio declarauit obligare ad mortale. tr.7.ref.109.§.7.p.421

* Vide verb. *Bona temporalia, Extrahere. Feria sexta Parasceues. Fœdus. Impressio. Infans. Iuramentum. Lex. Minister iustitiæ. Negotiatio. Paruitas materia. Pontifex. Prælatus Ecclesiasticus. Pragmatica Synodus. Testari.*

Promissum. Promittere.

Qui promissum pro homicidio non acceptauit, aut quando promissio pretij vel mercedis non fuit certa, & specifica, an sit assassinus. tr.1.ref.87.§.10.& seq.p.51

Qui promisit dare sicario aliquam in vxorem pro homicidio, an sit assassinus. ibid.§.14.p.52

* Vide verb. *Pars.*

Promouere.

* Vide verb. *Maritus.*

Promulgare.

Promulgantes statutum, ne bona immobilia alienentur in Ecclesias, & Ecclesiasticas personas an incidant in censuram Bullæ Cœnæ. tr.3. ref.10.§.1.p.311

* Vide verb. *Inhibitoria. Publicare.*

Pronunciare.

* Vide verb. *Appellatio. Reus.*

Propositio.

In propositionum assignandis censuris præter hæreticales an Summus Pontifex possit errare. tr.5.ref.10.§.1. & seqq.p.350

* Vide verb. *Fides Catholica. Iudicium.*

Propositum.

* Vide verb. *Appensate. Proditorie.*

Prorex.

* Vide verb. *Offendentes.*

Prorogatio.

* Vide verb. *Iuramentum. Iurisdictio. Pragmatica.*

Protectio. Protector.

De protectionis, seu Clientelæ iure. tr. 11. per totum. p.463.& seq.

Vbi an protectioni alterius possit subditus se subiicere irrequisito, & inconsulto Domino.

Vbi etiam agitur de Eminentissimis Cardinalibus, & Dominis Baronibus cum Stigmatibus Imperatoris, Regis Hispaniæ. Galliæ, &c. appositis in eorum Palatiis. tr.11.ref.5.§.1.p.466

Protegere.

* Vide verb. *Genus. Persona.*

Prouidere.

Prouidere an Cardinalis Episcopus possit beneficia reseruata vacantia tempore sui antecessoris non Cardinalis? Et quid è contra. tr.7.ref.55.§.1.p.397

Prouideri an debeant à Cardinali simul cum Capitulo beneficia simultaneæ Collationis Episcopis & Capitulo vacantia in mense Apostolico. tract.7.ref.56.§.1. p.398

Et quid in beneficiis alias reseruatis. ibid.
* Vide verb. *Familia. Iusp atronatus.*
Prouincia.
* Vide verb. *Legatus. Nuntius.*
Pubertas.
* Vide verb. *Annus. Impuberes.*
Publicare.
Publicando Bullam Cœnæ in Ciuitate, in qua degunt Episcopi, an satisfaciant, vel teneantur etiam extra Vrbem in Ecclesiis suæ iurisdictionis publicare saltem per alios. tr.2.ref.45.§.2.p.125
Et à dicta publicatione an Episcopi excusentur ob minas & metum Principum, &c. ibid.§.2
* Vide verb. *Bulla Cœna. Edictum. Hæres. Lex. Prohibere. Promulgare.*
Puella.
Puellæ, quæ in Monasterio Monialium educantur, si ad Ecclesiam Monasterij confugiant pro delicto commisso, an gaudeant Immunitate. tr.1.ref.37.§.2.p.29
* Vide verb. *Domus. Laicus. Lis. Testamentum.*

Pugnus.
* Vide verb. *Percutere.*
Puniendum. Punire.
Punire an possit iudex laicus reum, qui subdolis verbis, & fallaciis deceptus fuit ad egrediendum ab Ecclesia, vel an talis eius non amittat priuilegium immunitatis. tr.1.ref.111.§.1. p.65
Puniendus an sit à iudice laico Clericus, qui commisit crimen læsæ Maiestatis? Et an sit degradandus, & Curiæ sæculari tradendus. tr.2.ref.54.& 55.p.129
Punire Clericum assassinum notorium an iudex laicus possit? Idem est de Clerico incorrigibili, & sodomita notorio. tr.2.ref.65.§.1.& seqq.p.133
Puniri non solum à iudice laico, sed etiam à iudice Ecclesiastico an possit Clericus, qui in re aliqua in Tridentino *sess.23.c.6.* præscripta deficit, ob idque foro laicali subiicitur. tr.2.ref.120.§.3.p.157
Punire Clericos in Minoribus an iudex laicus possit? Vbi explanantur omnia, quæ Concilium Trid. *sess.23.c.6.* determinat, vt Clericus gaudeat priuilegio fori. tr.2. ref.140.per totam.p.165
An puniendus sit à iudice laico, qui beneficium habens deliquit, & postea matrimonium contrahit. tr.2.r.147. §.1.p.167
Idem est de Clerico coniugato, qui post commissum delictum factus est bigamus, aliud matrimonium iniens ibid.§.3
Punire Apostatas à Religione Catholica an iudex Ecclesiasticus possit. tr.2.ref.195.§.1.p.194
Puniri à iudice Ecclesiastico an possit laicus, si delinquat simul cum Clerico, maximè si præueniat. tr.2.ref.286. & 287.p.243
Puniri à iudice Ecclesiastico an possit laicus delinquens in Ecclesia. tr.2.ref.288.§.1.p.244
Punire laicum, qui crimen Sacrilegij commisit, an possit iudex Ecclesiasticus. tr.2.ref.289.§.1.ibid.
Punire adulterum quando iudex Ecclesiasticus possit? Vbi an hoc crimen sit misti fori. tract.2.ref.290.§.1. p.245
Puniri à iudice laico non potest Clericus assassinus, nisi constet de qualitate assassini, & præcedat sententia declaratoria iudicis Ecclesiastici. tr.2.ref.328.§.9.p.276
Puniri & examinari à Fidei Quæsitoribus in nostro sacro Tribunali an possint iudices laici trahentes ad sua Tribunalia personas Ecclesiasticas extra casus à iure permissos. tr.2.ref.345.§.7.p.304
Et quid de Scriptoribus id fieri posse docentibus. ibid.
Punire Episcopos, & Clericos in temporalitatibus Magistratus Regij non possunt. tr.3.ref.15.§.3.p.316
Puniendus est in Tribunali S. Inquisitionis, qui dixit quod B. Franciscus de Borgia, & B. Caietanus non sunt in Cœlo, & secus si diceret, non teneor credere B. Borgiam, & B. Caietanum esse in gloria. tr.5.ref.22. §.8.p.364
Et quid, si diceret, ego non teneor credere B. Ignatium, & alium quemlibet S. Canonizatum esse in gloria. ibid.§.9
In puniendo Cardinali an Papa teneatur adhibere Collegium Cardinalium, vt simul cognoscat, & iudicet. tr.7.ref.84.§.vnic.p.402
* Vide verb. *Falsum. Familia Filius. Forum. Habitus. Hæresis. Ius. Iustitia. Laicus. Lex. Licentia. Miscere. Multa. Notarius. Nouitius. Offendentes. Officium. Pœna.* vbi multa. *Pralatus Ecclesiasticus.*

Q

Quæsitores Fidei.
* Vide verb. *Punire.*
Quæstio.
QVæstio spiritualis si incidit coram iudice sæculari, remittere tenetur Ecclesiastico terminandam, neque potest præcipere, vt infra certum tempus illam expediat. tr.2.ref.48.§.2.p.126
Quæstio illa an authoritas vnius Doctoris viri docti, & pij faciat opinionem probabilem, quomodo intelligenda sit. tr.2.ref.340.§.1.& seq.p.296
* Vide verb. *Iurisdictio.*
Qualitas.
* Vide verb. *Offendentes. Familiares.*
Quantitas.
Qui quantitatem paruam pecuniæ accipit pro homicidio, an sit assassinus. tr.1 ref.87.§.11.p.52
Quænam quantitas sanguinis requiratur, vt Ecclesia remaneat violata, & quænam quantitas seminis. tract.1. ref.132.per totam.p.86.& seqq.

R

Ratiocinium.
* Vide verb. *Obligatus.*
Raptor.
RAptores virginum an sint excludendi ab Immunitate Ecclesiæ. tr.1.ref.33.§.1.p.26
* Vide verb. *Matrimonium.*
Ratio.
* Vide verb. *Iurisdictio.*
Ratum habere.
* Vide verb. *Offensio.*
Reassumere.
* Vide verb. *Coniugatus Clericus Habitus.*
Receptatores.
* Vide verb. *Interficientes.*
Recipere.
Recipere resignationes beneficiorum existentium in suis titulis an Cardinales possint. tract.7.ref.60.§.1. p.399
Recipientes aliquid per vsus illicitos à Cardinali Religioso, & Episcopo Religioso ex redditibus Ecclesiasticis, an teneantur ad restitutionem. tra.7. ref.84.§.2. p.406
* Vide verb. *Pontifex. Potestas.*
Recognoscere.
* Vide verb. *Agnoscere. Minister iustitia.*
Recollectum.
* Vide verb. *Prædium. Vendere. Vinum.*
Reconciliandum. Reconciliare. Reconciliatio.
* Vide verb. *Amicus. Ecclesia. Priuilegium.*
Reconuenire.
Reconueniri an possit Clericus coram iudice laico de re,

re,quæ non habet connexitatem cum petitione. tr.2. ref.73.§.1.p.135
Vbi,quod in multis aliis casibus Clericus coram iudice laico reconueniri non potest. §.2
Vbi etiam, quod quamuis Clericus possit reconueniri à laico,& teneatur stare sententiæ, nihilominus sequuta sententia non potest à iudice laico ad soluendum cogi. §.4.p.136
* Vide verb. *Conuenire.*

Recordari.

* Vide verb. *Missam celebrare.*

Rectores.

* Vide verb. *Hospitale.*

Recuperare.

* Vide verb. *Res.*

Recurrere.

* Vide verb. *Religiosus. Vis.*

Recusare.

Recusari an possint Cardinales,si sint iudices ? Et quid si Cardinalis sit iudex delegatus,& etiam Legatus à latere?Et quid,si sint iudices alterius Cardinalis.tr.7. ref.65.§.1.p.400

Reddendum. Reddere.

* Vide verb. *Iuramentum.*

Rediturus.

Si statim rediturus sit Siculus in Siciliam,an possit virtute Cruciatæ edere lacticinia in Regno Neapolitano. tr.7.ref.105.§.1.p.417
* Vide verb. *Infirmitas.*

Redditus.

* Vide verb. *Dominus. Iuramentum. Patrimonialia bona Religiosus.*

Redimere.

* Vide verb. *Oppidum.Pecunia.*

Regalia.

* Vide verb. *Vsurpans.*

Regium.

* Vide verb. *Insigne.*

Regnum.

Regni Galliarum casus, quos priuilegiatos appellant, an Bulla Cœnæ tollat, & de priuilegio Monarchiæ Regni Siciliæ agitur. tr.2.ref.6. §. *vnic.* p.100
In Regnis aliquibus an per aliquod priuilegium sit Ecclesiasticæ libertati derogatum. tractat.2.resol.7.§.1. ibid.
Si re vera talia priuilegia existant, an sint per Bullam Cœnæ reuocata. ibid.§.3
A Regno an expelli possint Episcopi, & Ecclesiastici tanquam inobedientes mandatis Regiis, vel ex aliis delictis, tr.2.ref.24.§.1.p.113
* Vide verb. *Auferre.Deponere.Detinere.Eiicere.Fructus. Inimicus.Iuramentum.Populus.Rex.*

Regula.

In Regulis Cancellariæ, quæ odiosæ sunt, an Cardinales comprehendantur. tr.7.ref.33.§.1.p.387
Regula octaua Cancellariæ excipiens Cardinales, an excipiat Cardinales à Curia absentes ? Et quid de Cardinalibus Titularibus de Vrbe.tr.7.ref.34. per totam. p.388

Regulares.

Regulares an possint reconciliare eorum Ecclesias pollutas,& maxime si Episcopus distet per duas dietas. tr.1.ref.142.§.1.p.92
Et quid,& quanta sit dieta. tr.1.ref.143.§.3.ibid.
* Vide verb. *Apostata.Generalis. Grangia. Legatus. Monasterium. Oratorium. Priuilegium. Prohibere. Religiosus.*

Reiicere.

* Vide verb. *Litera.*

Relaxare.

* Vide verb. *Iuramentum.*

Relegatus.

* Vide verb. *Frangere.Laicus.*

Religio.

In Religionum approbatione an P
ref.23.§.1.& seq.p.364
In Religionum approbatione non
qua certitudine credendum est, tract.5. ref.25.§.1. & seqq.p.366
* Vide verb. *Apostata. Ingressus. Maritus. Nouitius. Votum.*

Religiosus.

Religiosi an gaudeant Immunitate Ecclesiæ, ita vt eorum Superiores non possint extrahere illos ab Ecclesiis,& quid, si delinquant in propriis Monasteriis. tr.1.ref.36.§.1.& seqq.p.28
Et quid, si Religiosus effringeret Carcerem sui Monarij,& aufugit in alienam Ecclesiam, vel Monasterium,aut ad propriam. tr.1.ref.37.§.1.ibid.
Et supponitur Religiosos gaudere Immunitate. ibidem.
Religiosum occidens,aut percutiens an gaudeat Immunitate. tr.1.ref.78.§.1.p.
Religiosus,si per appellationem, vel aliam viam iuris Ordinem possit vitare vim sibi iniuste illatam,an incidat in censuras Bullæ Cœnæ,vel alterius,si adiudices sæculares,Regem, Proregem, vel Gubernatorem recurrat?Et quid e contra,si vim vitare non possit. tr.2.ref.36.§.3.p.120
Vt Religiosus perdat priuilegium fori,quæ sunt necessaria. tr.2.ref.262.§.4.p.
Et an dictus Religiosus à suo Superiore sit degradandus,& Curiæ sæculari tradendus. ibid.§.10.p.
Religiosi ex Societate Iesu dimissi,si vxorem ducant,vel liberi maneant in sæculo an possint puniri à iudice laico pro delicto in Religione commisso.tr.2.ref.
§ 3.p.178
Religiosi veri an sint Equites D.Iacobi,Alcantaræ,Calatrauæ,&c. & possint confiteri cum Sacerdote non approbato ab ordinario sicut alij Regulares.tr.2.ref.
§.2.p.232
Religiosus conducens agros alienos an teneatur soluere gabellam ex fructibus inde perceptis. tr.2.ref.264. §.1.p.232
A Religiosorum colonis partiariis an iudex laicus gabellas exigere possit. tr.2.ref.269.§.1.p.
Religiosorum colonus laicus pro eius portione Colonica an teneatur soluere decimas. tract.2.resol.277.§.1. p.236
Quid est sentiendum de priuilegio exemptionis decimarum concesso Societati Iesu à Greg.XIII. de quo an gaudeat nostra Religio. ibid.§.3.p.
Vbi quod si in aliqua Prouincia Religiosi,& Moniales, & eorum coloni soluunt decimas, hoc forsitan euenit,quia Episcopi obtinuerunt aliquod breue Pontificium reuocatorium dictorum priuilegiorum, secus vero minimè tenentur. ibid.
Religiosi Cardinales an soluantur à voto paupertatis,& efficiantur Domini redditum Ecclesiasticorum instar Cardinalium sæcularium, & ideo superuacaneè consumpta, & in vsus illicitos non teneantur restituere ab ipsis recipientes. tractat.7. resolut. 84. §.1. p.406
Idem est de Religiosis Episcopis. ibid.§.3
Religiosi Cardinales an teneantur ad vota, quæ præter tria substantialia emittuntur in Religionibus iuxta eorum statuta. tr.7.ref.85.§.1.ibid.
Religiosus Cardinalis an possit esse Compater in Baptismo,& Confirmatione ? Idem est de Episcopis Religiosis. tr.7.ref.87.§.1.p.407
* Vide verb. *Apostata.Conseruator.Electio.Facultas.Grangia.Habitus.Iniuria.Miscere. Monasterium. Negotiatio Nouitius.*

Nouitius Oratorium. Procedere. Regulares.

Relinquere.

* Vide verb. *Electio. Eligere, Inuentarium. Mina. Pontifex.*

Reliquiæ Sanctorum.

Ad Reliquias Sanctorum, quæ processionaliter feruntur, confugientes, an gaudeant Immunitate Ecclesiæ, tr. 1. ref. 13. §. 1. p. 13.

Remanere.

Si remanerent in Conclaui tantum duo Cardinales, an possint adhuc eligere Pontificem. tract. 7. ref. 10. §. 1. p. 380.

Et quid, si remaneret vnus tantum. ibid. §. 2

Et an dictus Cardinalis solus possit eligere seipsum. ibid. §. 2

* Vide verb. *Consecratum. Latitudo. Maritus. Pollutum.*

Remissio. Remittere.

Remittere an teneatur iudex laicus Clericum captum breuiori tempore, quam viginti horarum, si possit? Imo, an statim eum remittere teneatur, alioquin incidat in excommunicationem. tract. 2. resol. 113. §. 2. p. 154

Si remittatur aliqua causa spiritualis ad iudicem Ecclesiasticum, an possit iudex sæcularis, à quo remittitur, opponere exceptionem, & præfigere tempus, & terminum peremptorium, intra quem probare teneatur, & quid è conuerso. tr. 2. ref. 308. §. 3. p. 253

* Vide verb. *Familiaris. Lis. Obligatio. Quæstio.*

Remuneratio.

Si in remunerationem concessum sit priuilegium Principi laico cognoscendi causas Ecclesiasticas, an reuocari possit sine iusta causa. tract. 2. resol. 43. §. 3. p. 124

Remuneratorium.

* Vide verb. *Imperator.*

Renouandum.

* Vide verb. *Parietes.*

Renuntians. Renunciare.

Renunciare exemptioni an Clericus possit non solum quoad negotia criminalia, sed etiam Ciuilia? Et quid, si Clericus renunciauerit tali priuilegio de licentia Episcopi. tr. 2. ref. 5. §. *vnic.* p. 99

Renunciare Papatum, adhuc Papa viuente, an possit, & alium Papam loco sui eligere, id est, an existens Papa posset alium designare. tractat. 6. resol. 3. §. 11. p. 370

Vnde non potest Papa renunciare Papatui & deinde alium eligere. ibid. §. 12. p. 471

Renunciantes Cardinales Episcopatui an retineant facultatem conferendi beneficia in mensibus Papæ ex eius indulto. tr. 7. ref. 60. §. 2. p. 399

* Vide verb. *Priuilegium.*

Reparatio.

Ad reparationem Ecclesiarum an Reges, vt executores Concilij Trid. possint compellere Clericos. tr. 2. ref. 50. §. 1. p. 127

Idem est de Magistratibus Regiis. tract. 2. resol. 51. §. 1. p. 128

Pro reparatione viarum, pontium fontium, murorum, & similium, aut si graculi, vel vermes, aut locustæ, seu bruschis nascantur in vineis, & mensibus Clericorum, & pro reparatione aggerum, ne flumen vicinos agros Clericorum & aliorum inundet, an Clerici teneantur. tract. 2. resolut. 253. & 254. p. 226. & 227

Reperire.

* Vide verb. *Habitus.*

Reponere.

Reponere reum ab Ecclesia extractum in carceribus sæcularibus nomine Episcopi, vt ibi tutius custodiatur, an liceat iudicibus sæcularibus in casibus exceptis. tr. 1. ref. 117. §. *Sed hic.* insurgit. p. 70

Et quid, si dederit cautionem de Immunitate. ibid. in eodem §.

Reponendi sunt in carceribus Ecclesiasticis, & non in regiis carceribus laici criminosi capti à iudicibus Ecclesiasticis in delictis misti fori. tract. 2. ref. 301. §. 2. p. 251

Represalia.

Represaliæ an possint indici à iudice sæculari contra personas Ecclesiasticas. tract. 2. ref. 16. §. *Et tandem.* p. 109

Reprobare. Reprobatæ.

Reprobatur singulis annis per Bullam Cœnæ consuetudo etiam immemorabilis aduersus exemptionem Ecclesiasticam. tr. 2. ref. 9. §. 3. p. 101

Reprobatæ sunt in Concilio Trid. & aliis iuribus consuetudines trahendi Clericos coram iudice laico etiam in Ciuilibus. tr. 2. ref. 139. §. 2. p. 165

Requirere.

An requiratur sententia iudicis declarantis locum sacrum esse violatum, & pollutum. tract. 1. ref. 137. §. 1. p. 90

Quot requirantur testes ad damnandum Cardinalem de crimine? Et quot testes, quando Cardinalis est Episcopus? Et quot testes, quando Cardinales sunt Presbyteri? Et quot testes, quando sunt Diaconi. tr. 7. ref. 74. §. *vnic.* p. 402

* Vide verb. *Monitio. Obseruantes. Probatio.*

Res.

De rebus temporalibus, seu prophanis an iudex Ecclesiasticus cognoscere possit, & è contra. tr. 2. ref. 296. §. 1. p. 247

De rebus suis, quas ex professione in Religione Cardinales Religiosi, & Episcopi Religiosi amiserunt, an recuperent facultatem testandi, & de illis disponendi. tr. 7. ref. 84 §. 4. p. 406

* Vide verb. *Electio. Inuasores. Lis. Possidere.*

Residentia.

A residentia an excusentur Episcopi, quando Reges retinent eos pro Gubernatione alicuius Regni, vel Concilij? Vbi alia contingentia in dicto casu. tract. 2. ref. 27. §. 1. p. 115

Residentia Episcopi an sit de iure diuino. ibidem. §. 4

Residentia Episcoporum an pertineat ad Principes sæculares? Ne item Episcopi Ecclesiarum bona dissipent? Ne decimas fructuum præterquam consuetas exigant, & alia similia faciant. tr. 2. ref. 32. §. 1. p. 117

A residentia an excusentur Cardinales Episcopi, si Pontifici assistant. tr. 7. ref. 35. §. 1. p. 388

Resignatio, &c.

* Vide verb. *Beneficium. Possessio.*

Resistens. Resistere.

* Vide verb. *Impedire. Iuramentum. Iurisdictio.*

Respectus.

Qui per respectum alicuius occidit alium, an sit assassinus, itavt Immunitate Ecclesiæ non gaudeat. tr. 1. ref. 88. §. 2. p. 52

Respondere.

* Vide verb. *Audire. Citatum. Colloquutio.*

Respublica.

Respublica aliqua an licite exigat gabellas ab Ecclesiasticis animo restituendi eas in fine anni. tractat. 2. ref. 243. §. 1. p. 220

* Vide verb. *Augere. Deponere. Præditum.*

Respuere.

* Vide verb. *D. Petrus.*

Index

Restituere, Restitutio &c.

Si non restituat reum Ecclesiæ, quæ spoliata est, iudex laicus non excusatur, si extrahit reum ab Ecclesia sine licentia Episcopi, licet postea securitatem tribuat, & iuramentum, non esse reum corporaliter puniendum. tractat. 1. resolut. 117. §. *Et nota.* pag.70

Ad restitutionem omnium damnorum an iudex laicus teneatur, extrahens reum ab Ecclesia.ibid.§. *Quæro tertio.*

An restituendus sit reus ab Ecclesia extractus, etiamsi post extractionem in carceribus v. g. iudicis laicalis commiserit delictum pertinens ad forum sæculare? ibidem,§. *Quæro quarto.*p.71.

Si restitutus est reus Ecclesiæ, & postea vult voluntarie ab ea exire, & tunc si à ministris laicis capitur, an Ecclesiæ Immunitate gaudeat. ibid. §. *Sed hanc.* post medium.

Ad restitutionem an teneantur Clerici,si vendant frumentum vltra pretium à lege,& Republica taxatum, tr.2.ref.90.§.1.& seqq.p.141

A restitutionis debito an liberentur Principes laici collectantes Clericos prætextu consuetudinis.tr.2.r.239. §.1.p.219

Pro restitutione pecuniæ Clerico liberatæ cum cautione de restituendo,dum Creditor anterior comparuerit,an iudex laicus non sit competens ad cognoscendum in tali casu Clericum, sed recurrendum sit in tali casu ad iudicem Ecclesiasticum. tract. 2. ref. 279. § 7.p.237

* Vide verb. *Depositum.Exire.Extractus,Extrahere. Possessio.Recipientes.*

Retinere.

* Vide verb. *Renuncians.*

Reuelans. Reuelare, &c.

Non reuelantes læsæ Maiestatis crimen in Cardinales perpetratum an gaudeant Ecclesiæ Immunitate. tr.1. r.48.§.1.p.33

Idem est de non reuelantibus crimen læsæ Maiestatis in personam Principis. ibid.§.2

Reuelantes Cardinales ea, quæ in Consistorio tractantur,an incidant in censuram reseruatam Papæ.tract.7, ref.20.§.1. p.383

Et quid, si reuelent ea, quæ à Pontifice specialiter, & expresse sub silentio fuerunt indicta. ibidem §.2

Vbi an in hanc censuram non incidas si ea, quæ tibi Cardinalis inique manifestauit, quæque à Pontifice accepit,reueles. §.4 p.384

Vbi etiam,quod si aliquis casu, vel dolo audiret ea, quæ in Consistorio acta,vel dicta sunt, & aliis narret,& reuelet, non incidit in supradictam censuram.§.5

Reuerenda.

* Vide verb. *Prohibitum.*

Reuerentia.

* Vide verb. *Pœna.*

Reuocare. Reuocatum.

Reuocare priuilegium Immunitatis Ecclesiasticæ an Principes, vel Summus Pontifex possint, dato etiam,quod hæc exemptio non sit de iure diuino, sed humano. tr.2.ref.4.§.1.p.99

Reuocata an sint per Bullam Cœnæ, si re vera existant aliqua priuilegia in aliquibus Regnis contra exemptionem Clericorum. tract.2. resolut.7. §.3, p.100

Reuocata an sit per Bullam Cœnæ consuetudo etiam fundata in priuilegio trahendi causas Ecclesiasticas ad laica tribunalia. tra.2.ref.8.§.1.& seqq. p.101

Reuocari an possit dicta Immunitas per consuetudinem maximè si sit immemorialis. tractat.2. ref.9.§.1. ibid.

Reuocata an sint concordata Summi Pontificis cum aliquo Rege per Bullam Cœnæ. tract.2.resol.12.§.1, p.103

Reuocari à Principe laico an possint concordata cum Summo Pontifice,& quid è contra. tractat. 2. ref.13, §.1.ibid.

Reuocari an possit priuilegium cognoscendi causas Ecclesiasticas concesso Principi laico, etiamsi per consuetudinem immemorabilem tali priuilegio innixam obseruatum fuerit. tractat.2. resolut.43.§.1, p.124

Et quid, si dictum priuilegium concessum fuerit in remunerationem,& vim contractus, ibid.§.1

Reuocare an possint Imperatores, & alij Principes laici priuilegia Ecclesiæ concessa. ibid.

Reuocari potest priuilegium ab Ecclesia concessum Principibus laicis tanquam priuilegium concessum subditis, & non è contra. Ideo non potest Princeps laicus condere statutum abrogans aliud statutum suum,quod Clericorum priuilegium continebat, alioquin incurrit excommunicationem Bullæ Cœnæ, tr.2.ref.196.& 197.p.195

Reuocari priuilegium concessum Ecclesiæ ab Imperatoribus, & Principibus non potest etiam propter ingratitudinem, quia est priuilegium remuneratorium,& cum sit concessum non subditis, transit in vim contractus,ideo non est reuocabile. tr.2. r.325, §.3.p.267

Reuocata non censentur ea,quæ inserta sunt in corpore iuris, nisi fiat de ipsis expressa mentio. tract.7, ref.118.§.7.p.431.

* Vide verb. *Filius. Priuilegium.*

Reus.

Reus, qui priuatus est ob aliquod delictum Ecclesiæ Immunitate, an possit ab illa extrahi propter alia etiam delicta,quæ gaudent Immunitate. tract,1.r.27, §.*Quæro decimoquarto.*p.23

Reis aliquibus an deneganda sit Immunitas Ecclesiarum etiamsi non commiserint delicta in iure exceptuata. tr.1.ref.26.§.1.p.19

Reus non potest in Ecclesia spoliari à iudice laico retirata, quam secum traxit, sed recurrendum est ad iudicem Ecclesiasticum. tractat.1. resolut.57.§.3, p.37

* Vide verb. *Crimen. Delictum. Delinquens. Exire. Forum.Fugiens.Offendere.Vicarius.*

* Nota quod in indice primo posito in principio huius tom.9,in tract.1. de *Immunitate Ecclesiæ*, implicite vel explicite sunt aliæ plurimæ quæstiones sup. hoc verbo *Reus*, Ideo, si quærendo ibi quod desideras, ita mistum perlegis omnes difficultates præcitati tract,non pigebit.

Rex.

Circa crimen læsæ Maiestatis pro gaudenda, vel non gaudenda Immunitate Ecclesiæ, vide notabilia in tractat. 1. à resolut. 50. vsque ad 55. inclusiue. pag.34

Reges an in aliquo casu sint iudices exemptorum. tr.2. ref.21.§.1.& seq.p.110

Rex an possit præcipere Episcopis, & Abbatibus sui Regni,vt eant cum ipso ad bellum. tract.2. resol.29. §.4 p.116

Reges an Episcopi, & Inquisitores excommunicare possint. tr.2.ref.46.§.1.p.125

Pro Regis primo introitu in Ciuitatem gabellas impositas an Ecclesiastici teneantur soluere.tract.2.ref.231. §.1.p.226

Reges adoratione politica adoratos esse à populis demonstratur. tr.4.ref.5.§.1.p.314.
An à Regis sententia non detur appellatio. tr. 7.r.66-§.3.p.400
* Vide verb. *Deponere. Detinere. Episcopus. Exterus. Familiares. Feudatarius. Feudum. Forum. Fructus. Hospitale. Intromittere. Iurisdictio. Lex. Mandatum. Matrimonium. Moneta Monopolium. Necessitas. Obseruare. Oppidum. Pontifex. Potestas Princeps.* cum omnibus eius quæstionibus, & notationibus. *Regnum. Reuocatum.*

Ritus.

Ritum portandi calceos Pontificis Cruce signatos introductum fuisse à tempore D. Syluestri demonstratur. tr. 4. ref.20. §.1. & seqq. p. 338
* Vide verb. *Persona.*

Rixa. Rixandum.

* Vide verb. *Mutilare. Occidere. Sanguis.*

Rota Conclauis.

* Vide verb. *Ingressus. Litera.*

Rumpere.

* Vide verb. *Frangere. Relegatio.*

S

Sacculus.

* Vide verb. *Pollutum.*

Sacerdos.

SI antequam Sacerdotem delinquens tangeret à birruaris comprehensus fuisset in cubiculo ægrotantis, vbi ad ipsum communicandum Sacerdos cum SS. Sacramento aduenisset, an gaudeat Ecclesiæ Immunitate. tr.1.ref. 52.§.1.p.12
Et supponitur tangentem Sacerdotem, qui Eucharistiam defert, gaudere Immunitate. ibid.§.2
Sacerdotem ambulantem apprehendens non gaudet Ecclesiæ Immunitate, tractat. 1. resolut. 13. §. 1. pag.13
* Vide verb. *Licentia. Missam celebrare. Oleum sanctum.*

Sacrificare. Sacrificium.

* Vide verb. *Missam celebrare.*

Sacrilegium.

Qui sacrilegium commisit, an gaudeat Ecclesiæ Immunitate. tractat. 1. resol.77. §.2. p.47. & in resol. 28. §. *Quaro sexto.* p.22
* Vide verb. *Forum.*

Sacristia.

Qui in Sacristia Ecclesiæ occidit aliquem sub spe confugiendi ad Ecclesiam, & postea inuentus est in ea, an gaudeat eius Immunitate. tractat.1. resol.71. §.3. pag.45

Saculares, &c.

* In indice primo posito in principio huius tom. 9. sunt quamplures difficultates in tract. de *Immunitate Ecclesiæ*, & in tract. 2. de *Immunitate Ecclesiastica* super his verbis, *Saculares Principes*, *Saculares Iudices & ministri. Sacularis iurisdictio.* Ideo require ibi quidquid occurrerit ita mistum pro his verbis & titulis supradictorum tractatuum.
* Vide etiam in hoc indice verb. *Iudex. Iurisdictio, Minister Iustitiæ Operari. Ordinare. Princeps*

Saluaticus Clericus.

Saluatici Clerici, quamuis non gaudeant priuilegio Canonis, neque exemptione gabellarum, an tamen gaudeant priuilegio fori. tractat. 2. resolut. 134.§.2. p. 162.

Saluum conductum.

* Vide verb. *Hæreticus.*

Sanguis.

Sanguinis copiam magnã extra Ecclesiam vulnus effundit illius, qui vulneratus fuit in Ecclesia, an Ecclesia remaneat polluta. tractat. 1. resolut. 135.§.1. pag. 89
Si sanguinis magna effusio contingat in porta Ecclesiæ, an Ecclesia polluatur, tract. 1. resol. 144 §. 9. p. 94
* Vide verb. *Effluere. Effusio. Interdictum. Licentia. Percutere. Pœna. Pollutum. Quantitas.*

Sarracenus.

* Vide verb. *Infidelis.*

Satellites.

Satellites non possunt per vim in Ecclesia auferre reo arma prohibita, aut rem furatam, si tradere reus recuset. tr.1. ref. 101. §.3. & seqq.p.58
Qui cum satellite ipso per vim intrat in Ecclesiam, an gaudeat eius Immunitate; Et quid, si tunc, vt reus sese è manibus satellitis eximat, illum vulnerat in Ecclesia cum magna sanguinis effusione. tr. 1.r. 103. & 104. p.58.& 59
Si à satellitibus captus affirmat se fuisse captum in loco sacro illis autem negantibus? an cognitio huius rei spectet ad iudicem laicum. tract.1. resol.120. §.1. pag.74
* Vide verb. *Birruarius. Extractus. Extrahens. Fugere.*

Satisfacere.

* Vide verb. *Publicare. Publicatio.*

Scala Ecclesiæ.

Scala Ecclesiæ an gaudeat Immunitate. tract. 1. resol. 6. §.10.p.7
Qui in scalis Ecclesiæ committit homicidium, & postea inuentus est in Ecclesia, an gaudeat eius Immunitate? quid, si sub eadem spe confugiendi ab Ecclesiam commisit homicidium in scalis Ecclesiæ. tract.1. ref.71.§.3.p.45

Scandalosus.

Si scandalosus, & impius, (quod Deus auertat,) Summus Pontifex fuisset, an adhuc adorandus esset à Christi fidelibus genuflexione, & pedum osculatione. tr.4.ref.16.§.1.& seq.p.335

Scandalum.

* Vide verb. *Missam celebrare. Negotium.*

Scelus.

* Vide verb. *Ius.*

Schismaticus.

Schismaticus an gaudeat Immunitate Ecclesiæ. tract.1. ref.42.§.2.p.30

Scholares.

Scholares addiscentes, & seruientes Ecclesiæ, quamuis primam Tonsuram non habeant, an gaudeant priuilegio fori. tr.2.ref.133.§.5.p.162

Sciens.

Sciens tantum aliquos conspirasse contra Cardinales, & illos non denuntiet, & patefaciat, an incidat in excommunicationem. tractat. 7. resolut. 81. §. 1. p.405
Et an teneatur eos reuelare, etiamsi per correctionem fraternam speretur emendatio. ibid.§.3.

Sclopetones.

Qui cum sclopetone, seu archibuseto armatus ad Ecclesiam confugit, an gaudeat eius Immunitate. tr. 1. ref.99.§.1.p.56
Et quid, si alicubi consuetudo esset in contrarium. ibidem. §.2

Sclopus.

* Vide verb. *Inimicus.*

Scribere.

* Vide verb. *Litera. Pœnitentiarius. Scriptio.*

Scriptiones vetita temp. Conclauis.

* In primo indice posito tu principio huius tom. 9. in tract. 7. requirere, quod desideras sup. hoc verb. in resol. 97. 98. 99. 101. 102. 103. 104. & 105. Et pro excommunicatione & eius absolutione incursa super hoc lege ibi à r. 112. vsque in finem prædicti Tractatus, vbi late, notabilia, & curiosa.

Scriptores.

* Vide verb. *Punire.*

Scriptum.

* Vide verb. *Litera.*

Scrutinium.

* Vide verb. *Demandare. Eligendum. Feria sexta Paraſceues. Missam audire.*

Secta.

* Vide verb. *Fœdus.*

Secrete.

* Vide verb. *Palam.*

Securitas.

* Vide verb. *Cautio. Iuramentum.*

Sedes Vacans Apostolica.

* Vide verb. *Prohibitum.*

Sedtiosum.

* Vide verb. *Eiicere.*

Semen.

* Vide verb. *Pollutio. Pollutum.*

Seminarium.

* Vide verb. *Domus. Murus.*

Senatus.

Senatus Panormitanus an licite exigat gabellas ab Ecclesiasticis cum animo restituendi eas in fine anni. tr. 2. res. 243. §. 1. p. 220.

Sententia.

A sententia Episcopi declarantis reum non gaudere Immunitate Ecclesiæ an detur appellatio. tr. 1. res. 121. §. 2. p. 74

Et quid, si sententia læta sit in fauorem rei. ibid.

Et quid, si constet notorie de iniusta sententia. tract. 1. res. 118. §. *Vnde*. p. 73

Sententia iudicis declarantis locum sacrum esse violatum, & pollutum an sit necessaria. tr. 1. r. 137. §. 1. p. 90

Si sententiæ iudicis laici nolit stare Clericus, quatenus illi se subiiciat, vt arbitro, tunc non potest iudex laicus illum per se cogere. tr. 2. res. 71. §. 2. p. 135

Sententiæ à iudcie laico latæ stare an teneatur Clericus citatus coram laico, si putans sua interesse compareat. tr. 2. res. 80. §. 1. p. 138

Sententiam suam sequi contra bona Clericorum an iudex laicus possit in casibus, in quibus in iudicio sæculari actum est. tr. 2. res. 82. §. 1. ibid.

Ante sententiam aliam depositionis, vel degradationis iudicis Ecclesiastici, An Clerici in grauissimis delictis & criminibus se immiscentes priuentur omni priuilegio fori. tr. 2. res. 328. §. 1. p. 273

Et quid, si non sit incorrigibilis. ibid. §. 4

Et quid, si non sit incorrigibilis, etiamsi enormissimum crimen commiserit. ibid. §. 2. p. 274

Si sententia declaratoria iudicis Ecclesiastici non præcesserit, & constet de qualitate assassini, non potest Clericus assassinus à iudice sæculari puniri. tract. 2. res. 328 §. 9. & seqq. p. 276.

In sententia suspensionis, vel interdicti à Pontifice imposita an Cardinales comprehendantur. tr. 7. res. 32. §. 1. p. 387

Sententiam degradationis ferre potest Cardinalis in Ecclesis suis titularibus, quando Clericus est dignus depositione, actum vero Episcopo committere debet. tr. 7. res. 63. §. 2. p. 399

A sententia Cardinalium an liceat appellare? Et quid à sententia vnius Cardinalis? Et an à sententia Regis, & Præfecti non detur appellatio. tract. 7. res. 66 §. 1. & seqq. p. 400

Sententia an sit ferenda in pari causa in fauorem Cardinalium. tr. 7. res. 73. §. 1. p. 402

* Vide verb. *Matrimonium. Processus. Conuenire.*

Sentire.

* Vide verb. *P. Michaël Rabardeus.*

Separatio.

Si de sola separatione coniugum ad tempus ob lepram, vel ob aliud impedimentum agitur, an solus iudex Ecclesiasticus sit competens, tract. 2. res. 291. §. 3. p. 245

* Vide verb. *Diuortium.*

Sepelire. Supultura.

* Vide verb. *Infans.*

Septum.

* Vide verb. *Infans.*

Sequestrare.

* Vide verb. *Nouitius. Puella.*

Sequi.

* Vide verb. *Forum.*

Seruare.

Seruare formam *Cap. Non minus*, an necessarium, sit si Princeps impetret Bullam à Pontifice pro imponendis tributis Clericis. tr. 2. res. 250. §. 2. p. 215

* Vide verb. *Eucharistia. Fidelitas. Intromittere.*

Seruientes. Seruire. Seruitium.

Vt seruiat ei, cui iniuriam intulit reus fugiens ad Ecclesiam, an iudices Ecclesiastici, vel laici condemnare illum possint. tr. 1. res. 126. §. 1. p. 80

Qui ad seruitium, & obsequium Monialium, assumpto habitu aliquo Religioso, adhibentur ad petendum pro eis eleemosynam, an gaudeant priuilegio Canonis. tr. 2. res. 163. §. 4. p. 177

Ne seruitia aliqua & obsequia laici exhibeant Clericis, an Principes laici statuere possint. tract. 2. res. 215. §. 1. p. 207

* Vide verb. *Beneficium. Capellanus. Coniugatus. Clerici. Deseruientes. Famulus. Feudum. Inseruientes. Scholares.*

Seruus.

Serui, si fugiant ad Ecclesiam propter seruitium Dominorum, an gaudeant eius Immunitate. tr. 1. res. 69. §. 1. p. 44

Et an in aliquo casu Ecclesia possit compellere Dominum seruum vendere. ibid.

Et quid est dicendum de seruis infidelibus non solum quoad gaudendum Immunitate Ecclesiæ, sed etiam in Ordine ad iudicem. ibid. §. 2

Serui perpetui Clericorum, etiamsi sint Mauri, Turcæ, & à Catholica Ecclesia alieni, an gaudeant priuilegio fori. tr. 2. res. 160. §. 4. p. 173. & in res. 161. p. 174

Serui gaudent priuilegio concesso Domino. tr. 8. res. 1. §. 2. p. 443

* Vide verb. *Famulus. Superior secularis.*

Sanitia.

* Vide verb. *Seruus.*

Sicarius.

* Vide verb. *Promittere.*

Sicilia. Siculus.

* Vide verb. *Bulla Cruciatæ. Lactiginium.*

Signatum. Signum.

* Vide verb. *Calceus. Reuerentia.*

Sodomita.

Sodomita an gaudeat Immunitate Ecclesiæ? Et quid, si in ipsa Ecclesia, vel Monasterio sodomia commissa esset. tr. 1. res. 27. §. *Quæro quarto*. p. 21

Sodomitam Clericum notorium an iudex laicus punire possit. tr. 2. res. 65. §. 3. p. 133

Solemniter.

An solenniter sit ab Episcopo denuo reconcilianda Ecclesia, quæ stetit in campo per longum tempus absque tecto, & Ianua, & plena multis spurcitiis. tr.1. res. 138. §.1.p. 90

Soluere, id est liber fieri.

* Vide verb. *Hæres. Prohibere. Votum.*

Soluendum. Soluere. Solutio.

Soluere gabellas an teneatur emens Victualia pro filio Clerico, vel Capellano suæ familiæ. tr.2.r. 242. §.1. p.220

Soluere gabellas an Clerici teneantur, si Episcopus, & Clerus consenserunt, inconsulto Pontifice. tract.2. res.25.§.1. p. 225

Soluere collectam certam, & inuariabilem an teneatur Clericus impositam per statutum super aliqua bona laicorum, priusquam ad eos peruenissent.tr.2.r.258. §. 1.p.230

Soluere gabellam an teneatur Clericus, vel Religiosus conducens agros alienos ex fructibus inde perceptis. tr.2. res.264. §.1.p. 232

Quando soluere gabellas Clerici tenentur,an possit Superior laicus illos ad soluendum compellere. tract. 2. res. 268. §.1.p.234.

* Vide verb. *Decima. Exercitus. Extractio. Gabella. Introitus. Laudemium. Lex, Monialis. Negotiator. Pontifex. Prædium. Probare. Reconuenire. Religiosus. Reparatio.*

Sortilegium.

De sortilegij crimine an iudices laici cognoscere possint, quando hæresim continet. tract. 2,resol, 193 §. 2.p.194

Spatium.

Spatium 10. horarum an quis alium captum ex iusta causa detinere possit, & ipsum captum iudici præsentare? Et si illum ex iniusta causa captum detinet, qua pœna puniri debeat. tract. 7. resol. 64.§.1. p.199

* Vide verb. *Dies.*

Spectare.

An spectet ad iudicem laicum cognitio, si reus captus à iudice laico dicat se esse Clericum,tr.8.res. 120.§.3. p. 74

Spectat ad Episcopum sine metu alicuius irregularitatis cognoscere, an si aliquis sit, vel non Clericus sine vlla limitatione, an sequatur postea mors. tr.1. res. 129.§. 3. p.84

* Vide verb.*Diffinire. Electio. Iurisdictio. Lex. Lis. Locus. Satellites.*

Sperare.

* Vide verb. *Emendatio.*

Spes.

Qui sub spe confugiendi ad Ecclesiam deliquit,vel occidit aliquem prope eam, vel in scalis, porticu, atrio Sacristia, vel super tectum, vel ostium Ecclesiæ, an postea gaudeat Immunitate. tract. 1.res.70.71.&. 72. p. 44.45.

* Vide verb.*Proditorie.*

Spoliare.

Spoliare Clericum exercentem venationem, aut Piscationem Canibus, auibus, aut aliis instrumentis an iudex laicus possit. tr.2.res.117.§.3.p.156

* Vide verb.*Arma. Possessio Res furata.*

Spolium.

* Vide verb.*Iuramentum.*

Sponsalia.

In sponsalium causis an iudex Ecclesiasticus sit competens?Et quid, si iuramento sponsalia firmata sunt? Vel an sint saltim misti fori. tractat.2. resolut. 228. §. vnic. p.215

* Vide verb.*Puella.*

Spurcitia.

* Vide verb.*Solemniter.*

Stabile.

* Vide verb. *Bona temporalia.*

Standum.

Standum an sit Declarationibus Cardinalium. tr.8.r.6. §.1.p.446

* Vide verb. *Ostium. Processus. Sententia.*

Status.

* Vide verb. *Persona.*

Statuere. Statutum.

Statuto laicorum de causis compromittendis inter affines an ligentur Clerici, ita vt ipsi alios compellere possint ad compromittendum. tr.2. res. 78.§.3.p.137

Statuta laicorum prosunt Clericis, licet eis non æque noceant,vnde Clerici possunt vti statutis, & consuetudinibus laicorum quatenus concernunt eorum fauorem, non autem è contra. ibid.§.2

De statutis aliquibus contra libertatem Ecclesiasticam circa venditionem fructuum Clericorum.tr. 2.res.94. §,1. & seqq.p.144.

Statuto laicorum edicto super iure, quod vocant *Congrui* an ligentur Clerici. tr.2.res.159.§.2. p.173

Se statum de speciali mandato Sedis Apostolicæ confirmare Cardinali dicenti credendum est. tr.7.res.69. §. 3.p.401

Et quid, si dicat factum esse à Papa viuæ vocis oraculo. ibid.§.2

* Vide verb. *Articulus mortis. Concubina. Conuenire. Exterus Forum. Impedire Ius. Obseruare. Pater.*

* Nota quod in indice primo posito in principio huius tom. 9. in tract.2. de Immunitate Ecclesiastica sunt quamplures quæstiones sup. his verbis *Statuere. Statutum* signanter à res. 196.vsque ad 232.inclusiue.

* In præcitato indice ex tract. 3.de *Statuto prohibente alienationem bonorum stabilium in ecclesias, & Ecclesiasticas personas* lege omnes eius difficultates.

Stylus Curiæ.

* Vide verb. *Obligare.*

Euasio.

* Vide verb. *Exire.*

Subuenire.

* Vide verb. *Pontifex.*

Subdere.

* Vide verb. *Superior secularis.*

Subditus.

Quoad subditos an Princeps laicus possit inducere impedimenta dirimentia matrimonium. tract. 2.res. 340. §. 1. p.293

In non subditos statutum prohibens alienationem bonorum immobilium an sit contra Immunitatem Ecclesiasticam. tract. 3.à resol.6. vsque ad 19. vbi latè. p. 308 & seqq.

* Vide verb. *Impedimentum. Imperator. pralatus. Regularis. protectio. Rex. Superior secularis.*

Subiicere.

* Vide verb. *Arbiter. Iurisdictio. Pralatus Ecclesiasticus Prolatio, Sententia. Superior secularis.*

Submittere.

* Vide verb. *Prælatus Ecclesiasticus.*

Subsequens.

* Vide verb. *Consuetudo. Obseruantia.*

Subsidium.

Subsidium ferre promissa,& communi Reipublicæ vtilitate,an in aliquo casu teneantur Clerici, inconsulto Pontifice. tr.2.res.337.§.1.p.289

Pro subsidio aliquo à Pontifice imposito an Cardinales soluere decimas teneantur.tract.7.resol.30.§.1. p.386

Et quid de Cardinali pensionario pro rata pensionis. ibid. §. 2. p.387

Subsidium Charitatiuum an Cardinales exigere possint à suis titularibus Ecclesiis. tract.7. resolut.45. §.1. p.390.
* Vide verb. *Patria.*

Subtrahendum.
* Vide verb. *Habitus.*

Successio, Successor.
Successorem eligere an possit Papa. tract.6.ref.1.2.& 3. p.368
Successorem sibi eligere an possit Episcopus ex dispensatione Pontificis. tr.6.ref.3.§.9.p.370
Vbi aliqua alia circa supradicta.
Cum successione futura Pontifex non potest Adiutorem adsciscere. tr.6.ref.4.§.1.p.371
*Vide verb. *D. Petrus*

Sufficere.
* Vide verb. *Probatio, Reus, Sanguis.*

Suffragari, Suffragium.
* Vide verb. *Eligere, Negare.*

Superior Ecclesiasticus.
A Superiore suo Ecclesiastico an sit degradandus, & Curiæ sæculari tradendus Clericus, qui se miscuit in criminibus enormibus. tractat. 2. resolut. 162. §.10.& seq. p. 176
Si Superiori alicui Ecclesiastico Eremitæ profugi subiecti sunt, an gaudeant priuilegio fori. tr.2. ref. 174. §. 1.p.181
* Vide verb. *Prælatus Ecclesiasticus.*

Superior Regularis.
A suo Superiore Regulari an sit degradandus, & Curiæ sæculari tradendus, Religiosus Professus, qui miscuit se in criminibus enormibus. tract. 2. resol. 162. §. 10. p.174
* Vide verb. *Prælatus Regularis, priuilegium.*

Superior sæcularis.
In Superiorum præiudicium nullatenus licet subditis contrahere, aut moliri quippiam, ex quo eis præiudicium aliquod oriatur. tractat. 11. resol. 2.§. 1. p.464.
Item nec Ciuitas, aut populus quidem vniuersus facere aliquid, aut statuere potest in his, quæ tangunt ius Superioris in graue eius præiudicium. ibid. §. 2.
Nec inferior potest falcem imponere in eius, vel interesse Superioris, ibid.§.3
* Vide verb. *Iurisdictio.*

Superpelliceum
Cum superpelliceo Diuinis interesse in diebus Dominicis an debeant Clerici in Minoribus ad gaudendum priuilegio fori. tractat.2. resolution.138. §.1. p.164

Supersedere.
* Vide verb. *Præcipere.*

Supplere.
* Vide verb. *Negligentia.*

Supplicium.
Si ad supplicium reus per aliquam Ecclesiam ducatur, an gaudeat eius Immunitate. tract.1. resolut.105.§.1. p.59
* Vide verb. *Damnatum, Obia.*

Suspectum.
* Vide verb. *Hæresis.*

Suspendere, Suspensus.
Suspensus ab ingressu Ecclesiæ, an gaudeat eius Immunitate. tr.1.ref.27.§. *Quæro secundo.*p.21.
Suspendere in suis titulis an Cardinales possint. tra. 7 ref.39.§.1.p.389
* Vide verb. *Episcopus, Missam celebrare, Pœna, Sententia.*

Sustinere.
* Vide verb. *Matrimonium.*

Syluester.
Syluestri doctrina de gabella soluenda à Clericis super pane, vino, &c. an sit vera. tractat.2.resol.240.§.1. p.219
* Vide verb. *Ritus.*

Symonia, Symoniacus.
Simoniacus pro delicto Symoniæ confugiens ad Ecclesiam an sit tutus. tractat.1. resol. 27. *Quæro nono.* p.22
Per simoniam ordinatus an gaudeat priuilegio fori. tr.2.ref.146.§.3.p.167
* Vide verb. *Actus. Episcopus.*

Synodus.
* Vide verb. *Habitus.*

T

Taberna, vulgo Zagato.

TAberna alia an sit aperienda, in quam sine tributo confluere possint Clerici ad emendum panem, vinum, oleum, &c. Et sine onere vectigalis, tractat.2. ref.244.§.3.p.221
* Vide verb. *Laicus, Locus, Vendere.*

Tacere.
Tacere sine scrupulo an possit Cardinalis, quando in Consistorio aliquid non bene determinatur. tract.7. ref.18.§ 1.p.383
Et quid, quando maior pars Collegij Cardinalium contrarium approbat. ibid.§.2
Et supra dicta an intelligenda etiam sint pro quocumque alio Collegio, Vniuersitate, & Communitate. ibid.§.3

Tallus.
* Vide verb. *Pallium, Toga.*

Tangere.
* Vide verb. *Ictus, Munus, Parietes, Sacerdos, Vestes.*

Taxa.
* Vide verb. *Lex, Vendere.*

Tectum.
Si supra tectum Ecclesiæ aliquis aufugiat, an gaudeat eius Immunitate. tract.1.ref.10.§.4.p.11
Idem est de tecto Palatij Episcopalis, Domorum, Canonicorum, Monasteriorum, Hospitalium, & aliorum huiusmodi locorum. ibid.§.5.p.12
Qui super tectum Ecclesiæ alium occidit, an gaudeat postea Immunitate. tr.1.ref.72.§.2.p.45
* Vide verb. *Solemniter.*

Templum.
* Vide verb. *Benedicere, Consecrare, Gentes, Iudæi.*

Temporale.
* Vide verb. *Dominium, Eximere, Pontifex.*

Temporalitas
* Vide verb. *Magistratus.*

Tempus.
Tempore caristiæ an possint Magistratus sæculares cogere Clericos, vt triticum vendant, vel vt aliquid faciant tempore pestis. tractat. 2. resolut. 89. §.1.p.140
Infra certum tempus statutum mandans vendere bona Ecclesiæ relicta an sit contra libertatem Ecclesiasticam. tr.3.ref.1.& 2.p.305
* Vide verb. *Delictum, Detinere, Ecclesia, Electio, Eligere, Habitus, Hospitium, Imperator, Interdictum, Nouitius, Periculum, Remittere, Solemniter.*

Tenere.
* Vide verb. *Episcopus, Executores, Familia, Fugere.*

Tentare.
* Vide verb. *Attentare.*

Tergum.

Tergum.

Qui à tergo cum archibusiis occidit inimicum suum, non dicitur proditor, ideo talis debet gaudere Immunitate Ecclesiæ tr.1. res.81.§.2.p.49

Terminus.

In terminis iuris communis qui occidit aliquem *Apensate*, & animo præmeditato an sit priuandus Ecclesiæ Immunitate. tractat. 1. resolut. 79. §. 3. p. 48

Terra.

* Vide verb. *Baro, Eiicere, Habitare, Locus.*

Territorium.

Territorium an habeant Episcopi. tract.2. resol. 63. §. 2.p.41

Etsi in territorio Principis sæcularis Ecclesia esse dicatur, tamen non propriè dicitur esse de eius territorio. tr.1.res.64.§.7.p. 42

Pro territorio an Episcopus habeat totam suam Diœcesim. tr.2.res.302.§ 3.p.251

* Vide verb. *Extrahere, Introducere, Odiosum.*

Tertia, Tertiarij.

Tertiariæ D. Franciscí, seu *Bizochæ*, seu *Beatæ*, *vt* vocant, an gaudeant priuilegio fori? Et quid de priuilegio Canonis? Et an possint consequi legatum pro Monachatu. tr.2. res.175.§.1. p. 181

Et an gaudeant exemptione gabellarum. tract.2. res. 176. §. 2. p. 182

Tertiarii viri Ordinis Sancti Francisci, & alii similes, si collegialiter viuant, seu in Claustris habitent, an gaudeant priuilegio fori. tractat. 2. resol. 175.§.2. p. 181

Testamentum, Testari.

Quando testamentum condidit laicus ad pias causas, vel Clericus instituit hæredem alium Clericum, an possit iudex Ecclesiasticus dicta testamenta publicare. tr.2.res.191.§.1.p.193

Si in testamento relicta fuerit dos puellæ pauperi, an iudex Ecclesiasticus de hoc cognoscere possit.tr. 2. res. 232 §.2. p.216

Testandi facultas concessa Cardinalibus an expiret mortuo Pontifice, qui illam concessit. tr. 2. resol. 92.§.1. p. 403

* Vide verb. *Facultas, Filia, Filius, Licentia, Miles, Pater, Res, Solemnitas.*

Testans. Testimonium, Testis.

Testis falsus, qui mediante pecunia corruptus falsum deposuit, vnde innocens damnatus est ad mortem, an dicatur assassinus, ita vt priuetur Immunitate Ecclesiæ? Et quid si non mediante pecunia falsum deposuerit. tract. 1. resol. 27. §. *Quæro vndecimo. p.*23. & in res. 95. §.2.p.55

Testimonium falsum Clericus dicens coram iudice laico an possit ab eo puniri. tractat. 2. resolut.66 §. 1.p. 133

Vbi, an vero ad effectum repellendi Clericum à testimonio, possit laicus iudex per viam exemptionis cognoscere de crimine Clerici §. 3. p. 134

Testimonio vnius an prima Tonsura probetur. tract. 2. res. 120. §.4.p.157

Testanti Cardinali de re aliqua an sit credendum, etiam sine iuramento. tract. 7. resolut. 69. §. 1. p.401

Testimonium ferendi tantum, & non eligendi ius populus in electione Episcoporum an olim aliquando. habuerit. tract. 9. res.4. §. 1. & seqq.p. 453

* Vide verb. *Falsum, Familiares, Processus, Requirere.*

Textus

Textus in *Cap. Filiis, & Nepotibus. 17. quæst.* quomodo sit explicandus. tractat. 2.resolut. 59. §. 1.1. & seqq. p. 131

Theologus.

Theologorum non adhibito consilio an Decreta Pontificis loquentis ex Cathedra sint infallibilia. tr.5. res. 5. §.1.& seqq.p. 345

Titulus.

* Quid facere possint Cardinales in suis titulis, Ecclesiis titularibus, in tract. 7. de Cardinalibus vide à res. 37. vsque ad 64. inclusiuè, vbi multas quæstiones inuenies.

Titulum, & insignia Regia Principibus de Ecclesia bene meritis an Pontifices conceder e possint. tr.12. res. vnic.§. 1. p.468

* Vide verb. *Beneficium, Capellanus, Præstimonium.*

Toga.

Togam, & pallium vsque ad talos an debeat portare Clericus in Minoribus, vt gaudeat priuilegio fori. tr.2. res. 125. §. 1.p.158

Tolerantia.

Tolerantia Summi Pontificis an adsit cum consuetudine, ita vt Principes aliquid licitè efficiant aduersus libertatem Ecclesiasticam. tractat. 2. resol. 10. §. 1 p. 102

Ex tolerantia Pontificis an excusentur iudices laici aduocantes ad se causas Ecclesiasticas. tract.2. res. 41. §. 1.p. 123

Tollere.

Si tollatur per statutum Clericis ea, quæ de iure communi sibi competunt tanquam Ciues, an tale statutum sit contra Immunitatem Ecclesiasticam. tract.2. res. 208. §. 2.p.200

* Vide verb. *Auferre, Cedulones, Pœna, Portas Regnum.*

Tonsores moneta.

* Vide verb. *Monetarius.*

Tonsura.

In Tonsura prima tantum Clericis constitutis an Princeps possit gabellas imponere. tractat.2. resol.259. §.1.& seqq.p.230

Tonsuram primam an Cardinales conferre possint in suis titulis. tract.7.res.51.p.396

Et quid de Cardinali Presbytero, an suis familiaribus possit Tonsuram conferre. ibid. §.3

* Vide verb. *Coniugatus Clericus, Delictum, Habitus, Testimonium.*

Tracta.

* Vide verb. *Mox.*

Tractare.

* Vide verb. *Reuelare, &c.*

Tradendus, Tradere.

Tradendus an sit Clericus Curiæ sæculari, qui commisit crimen læsæ Maiestatis. tractat. 2. resol. 55.§.1. p. 129

Tradendus an sit Clericus Curiæ sæculari, si enormissimum crimen, commisit, absque eo quod sit incorrigibilis. tr. 2. res. 328.§.5. p. 274

* Vide verb. *Constare, Curia secularis, Irregularitas, Probatio, Reus*

Trahere.

* Vide verb. *Consuetudo, Pupillus, Reus, Vidua.*

Transferre.

Transferre diem S.Beatificati, an liceat qui designatur pro celebratione Beatificationis dicti Sancti. tr.5. res. 21. §. 152. p.362

* Vide verb.Lex.

Transgredi, Transgressio, Transgressor

* Vide verb. *Lex, Pœna, Punire.*

Transmittere.

* Vide verb. *Mandatum.*

Treuga.

* Vide verb. *Fœdus*

Tribuere.

Quænam Ecclesia tribuat ad eam confugientibus Immunitatem. tr.1.res. 6.§.1.p.5

* Vide verb. *Iurisdictio.*

Tributum.

Tributa exigere à Clericis an Ciuitas aliqua, vel Princeps possit, quia per consuetudinem immemorabilem ita semper factum est. tract. 2. resol. 238. §. 1. p.219

Ad tributa,quæ imponuntur ad reficiendas vias,fontes, pontes,aut murum Ciuitatis , & similia an Clerici teneantur. tract.2.res.249.§.1.p.225

* Vide verb. *Emphyteuta,Exactor , Fraudantes , Gabella, Grauare,Prædium,Vectigal.*

Triremis.

Ad triremes damnatus,si è carcere ad Ecclesiam fugiat, an gaudeat eius Immunitate. tract.1.res.66.67. & 68. p.42

Ad triremes etiam in perpetuum , non tamen ad remigandum an iudices Ecclesiastici , vel sæculares possint condemnare reum gaudentem Ecclesiæ Immunitate. tr.1.res.126.& 127.p.80

Triticum.

* Vide verb. *Vendere.*

Tunsio.

* Vide verb. *Pectus.*

Turca.

* Vide verb. *Infidelis.*

Turpe.

* Vide verb. *Consuetudo.*

Turris.

Turris Cymbalorum Ecclesiæ an gaudeat Immunitate? Et quid,si ab Ecclesia sit disiuncta.tr.1.res.6.§.10. & in res.9.p.7.& 10

Tutor.

* Vide verb.*Curator,Mente captus,Minor.*

V

Vacantia,Vacare.

* Vide verb. *Beneficium Ecclesia.*

Valere,Valide,Validum.

* Hæc verba sunt multum generalia pro plurimis quæstionibus , & verbis huius indicis , ideo passim in illis aliquid inuenies , signanter vide verb. *Consuetudo , Electio , Episcopus , Fœdus , Lex, Libertas conscientia , Matrimonium , Statutum , Testamentum.*

Valor.

* Vide verb. *Moneta,Matrimonium,Pars.*

Valua.

Si Valuam Ecclesiæ delinquens apprehendat , an gaudeat eius Immunitate. tractat. 1. resolut. 8. §. 9. p.110

Vassallus.

Vassalli Principis an re vera sint,Clerici,& dici possint. tr.2.res.49.§.1.p.127.

* Vide verb. *Baro.*

Vectigal.

* Vide verb. *Gabella,Laicus, Locus , Taberna , Soluere, Tributum.*

Velle.

* Vide verb. *Proditorie.*

Venatio.

* Vide verb. *Anis,Canis,Exercens, Spoliare.*

Vendere.

Si vendant Ecclesiastici frumenta vltra pretium à Republica taxatum , an mortaliter peccent , & teneantur ad restitutionem, & possit illos iudex laicus punire pro transgressione. tract.2.resol.90.91.& 92. p.141.& 142

Vendere vinum ad minutum an possint Clerici ? Et de aliquibus statutis contra Immunitatem Ecclesiasticam agitur. tractat. 2. resolut. 94. §. 1. & seqq. p.144

* Vide verb. *Baro,Laicus,Magistratus,Mensura, Negotiatio,Oppidum,Pœna,Seruus,Tempus.*

Venenum.

Qui veneno aliquem occiderit , cum quo nulla præcessit inimicitia,secus autem si inimicitia præcessit, an gaudeat Immunitate Ecclesiæ. tr.1. res.90.§.7. & seq.& in res.91.§.1.p.53.& 54

Si venenum aliquod quis vino consecrando immiscuisset,vt illius sumptione morereturSacerdos , qui eo sumpto domum rediens mortuus est , an Ecclesia violetur. tract.1.res.136.§.3.p.90

Venerari.

* Vide verb. *Ritus.*

Venire.

An veniant Cardinales in appellatione Clericorum, & in appellatione Curialis Vrbis Romæ. tr.7. res. 68. §.1.p.401

* Vide verb. *Vniuersitas.*

Verbera.

Ad verbera condemnatus an gaudeat Immunitate Ecclesiæ. tr.1.res.67.§.2.p.43

Verbum.

Si verba iniuriosa aduersus Clericum laicus emisit , an laicus coram iudice Ecclesiastico conueniri possit. tr.2.res.289.§.3.p.245

Si verba iniuriosa tantum quis in Cardinalem protulerit,an incurrat crimen læsæ Maiestatis. tr.7. res.78. §.2.p.404

* Vide verb. *Eijcere,Mens,Reus.*

Verecundia.

* Vide verb. *Insultum.*

Vermis.

* Vide verb. *Reparatio.*

Verus.

Verum Pontificem , & verum Petri Successorem esse hunc numero Innocentium Xtan sit omnino de Fide ? tr.5.res.6.7.& 8.p.346.& seqq.

Et si non esset verus Pontifex,an eius Decreta circa res Fidei haberent infallibilitatem. tract. 5. resol.8.§.1. p.349

* Vide verb. *Fides Catholica.*

Vesci.

* Vide verb. *Ferculum.*

Vestis.

* Vide verb. Habitus Clericalis,*Ictus,Minister iustitiæ, Missam celebrare.*

Veteres.

* Vide verb. *Mos.*

Vetitum.

* Vide verb. *Aduocatio.*

Via.

* Vide verb. *Grassator,Tributum,Violentia,Vis.*

Viaticum.

* Vide verb. *Eucharistia,Missam celebrare.*

Vicarius Papæ,Cardinalis, Episcopi,& Capituli Sede vacante.

Vicarius Capituli Sede vacante an habeat facultatem, quam habet Episcopus iudicandi , & definiendi, an reus in dubio debeat gaudere Immunitate Ecclesiæ,nec ne. tractat.1. resolut.118.§. *Quæro primo* p.72

A Vicario Episcopi licentia obtenta si Clericus deseruiat alicui Ecclesiæ,an gaudeat priuilegio fori. tr.2. res.137.§.1.p.164

Vicarius Cardinalis an possit in suis titulis fulminare censuras,vel reliqua facere , quæ sunt iurisdictionis Episcopalis. tr.7.res.39.§.1.p.389

Vicarius Cardinalis habens facultatem conferendi beneficia

neficia, an possit illa conferre extra Diœcesim, quia de Cardinalibus non est difficultas. tract. 7. res. 58. §. 1. p. 398
* Vide verb. *Familia. Familiares, Inhibere.*

Vices.

* Vide verb. *Demandare.*

Vicis.

* Vide verb. *Facultas.*

Victualia.

* Videre verb. *Emere, Pœna, Vendere.*

Vidua.

Viduæ Professorum Doctorum, Medicorum, Studiosorum, &c. an gaudeant Immunitatis commoditate, id est priuilegio fori maritorum prædefunctorum. tr. 2. res. 157. §. 7. p. 2
Viduæ, si fuerint oppressæ, an tunc etiam nulla data negligentia iudicis sæcularis, an possint aduersarios suos ad iudicem Ecclesiasticum trahere, & in illius foro conuenire. tractat. 2. resolut. 306. §. 1. p. 253
Et quid, si viduæ fuissent diuites. tract. 2. res. 307. §. 2. ibid.
* Vide verb. *Vxor.*

Vinum.

* Vide verb. *Vendere, Venenum.*

Violantes, Violare.

Violantes Immunitatem Ecclesiarum an possint ab Episcopo absolui. tr. 1. res. 2. §. 1. p. 3.
Et an tales incurrant censuram Bullæ Cœnæ. ibidem §. 16. p. 5
Violantes Ecclesias, frangentes fores, vel comburendo eas an gaudeant Immunitate. tract. 1. resol. 30. §. 1. p. 25.
* Vide verb. *Contrauenientes, Episcopus, Extractus, Interdictum, Ius, Ladentes, Missam celebrare, Polluere, quantitas, Venenum.*

Violentia.

Per viam violentiæ, vt vulgo dicitur, an Ministri Regij possint cognoscere causas Ecclesiasticas. tr. 2. res. 36. & 37. p. 119. & 120
Et an Pontifex hanc praxim approbet, vel saltim ex consuetudine immemorabili, vel coniuncta cum fama priuilegii. tr. 2. res. 37. §. 5. & seqq. p. 120
An violentiæ arcendæ causas an aliquis Princeps habeat à Pontifice priuilegium. tract. 2. resol. 39. §. 1. p. 123
* Vide verb. *Conseruator, Electio, Episcopus, Extractus, Vis.*

Vir.

* Vide verb. *Tertiarius, Vxor.*

Virgo Beata.

Virginem Beatam blasphemantes an gaudeant Immunitate Ecclesiæ. tractatu 1. resolutione 29. §. 1. p. 25

Virgo.

* Vide verb. *Raptor.*

Vis.

Pro vi tollenda an licitum sit recurrere ad Regia tribunalia. tr. 2. res. 38. §. 1. p. 122
Si in vim contractus concessum fuit Principi laico priuilegium cognoscendi causas Ecclesiasticas, an reuocari possit sine causa. tractat. 2. resolut. 43. §. 3. p. 124
Si vis manifesta fuerit facta Nouitio ex parte Religionis, quid est faciendum in sequestrando illum in dicto casu circa iudices sæculares, Ecclesiasticos, & Religionem. tr. 2. res. 3. p. 215
* Vide verb. *Extractus, Extrahere, Opinio probabilis, Religiosus, Resistere, Satellites Statutum Subiicere.*

Visitare.

* Vide verb. *Domus, Hospitale, Meretrix.*

Vita.

* Vide verb. *Clamare.*

Vitare.

* Vide verb. *Impedire, Religiosus.*

Viuentes, Viuere.

* Vide verb. *Oblatus: Redditus.*

Vnctio Extrema.

* Vide verb. *Licentia, Oleum sanctum.*

Vniuersitas.

* Vide verb. *Odiosum. Tacere.*

Vnus.

* Vide verb. *Remanere.*

Vocare.

Quare vocet se Summus Pontifex seruus seruorum Dei demonstratur. tract. 4. resolut. 18. §. 1. & seqq. p. 337

Voluntas.

Voluntates vltimas an Cardinales in eorum titulis commutare possint, in quibus Episcopi possunt. respectu suorum subditorum. tract. 7. res. 41. §. 1. p. 390
* Vide verb. *Nouitius, Pater, Puella, Reuocare.*

Votum.

In voto an Cardinales dispensare possint in suis titulis. tr. 7. res. 38. §. 1. p. 389
A voto paupertatis an soluantur statim Cardinales Religiosi, & Episcopi Religiosi, & efficiantur Domini reddituum Ecclesiasticorum instar Cardinalium, & Episcoporum sæcularium, ideo superuacanee consumpta, & in vsus illicitos, non tenentur restituere ab ipsis recipientes. tract. 7. res. 84. §. 1. p. 406
Ad vota, quæ præter tria substantialia emittuntur in Religionibus iuxta eorum statuta, an Cardinales Religiosi, & Episcopi Religiosi teneantur. tract. 7. res. 85. §. 1. ibid.
* Vide verb. *Habitus.*

Vox.

* Vide verb. *Electio, Parentes.*

Vsura, Vsurarius.

* Vide verb. *Contractus, Forum, Iudæus, Supersedere.*

Vsurpans.

* Vide verb. *Iurisdictio.*

Vsus, Viens, Vti.

An vsu recepta sit Constitutio Greg. XIU. de Immunitate Ecclesiarum. tractat. 1. resolut. 116. §. 13. p. 68
An vti possint Clerici priuilegiis, si Princeps statueret, ne suis priuilegiis potiantur, qui subditi non sunt. tractatu 2. resolut. 208. §. 1. p. 200
Vti possunt Clerici de iure communi, & gaudere beneficio statutorum, & priuilegiorum alicui Universitati, vel certo generi personarum concessorum. tractam 2. resolutione 209. §. 5. p. 201. & in resolut. 211. §. 1. & seq. p. 202
De contrario vsu legum Pontificiarum, & de acceptatione, & publicatione illarum. tract. 2. res. 345. §. 1. p. 302
Vsu perpetuo in Ecclesia Summum Pontificem semper adoratum fuisse genuflexione, & pedum osculatione demonstratur. tract. 4. resolut. 3. & 4. p. 322. & 323
Quare vtatur Pontifex non solum calceamento Cruce signato, sed etiam coloris rubei. tract. 4. resol. 19. §. 1. & seqq. p. 338
Vti signis Pontificiis an possint Cardinales in suis titulis,

titulis. tract.7. resol.39. §.1.p.389
* Vide verb. *Conceſſio, Conſuetudo, Diſponere, Facultas, Gentes, Iudæus, Iuramentum, Miſſam celebrare, Negotiatio, Onus, Priuilegium, Recipientes, Statutum.*

Vtilitas.

Vt in vtilitatibus communibus Clerici collectari poſſint, quas conditiones requirit *Cap. Non minus, & Cap. Aduerſos de Immunit. Eccleſ.* tract. 2. reſol.248. §.1.& ſeqq.p.223
* Vide verb. *Mentio, Subſidium.*

Vulnerare, Vulnus.

Qui vulnerat aliquem, & reipſa confitenti Sacerdoti, an gaudeat Eccleſiæ Immunitate. tract.1.reſol. 27.§. *Quæro duodecimo.*p.23
Qui vulnerat aliquem in Eccleſia etiam cum ſanguinis effuſione, ſine tamen alicuius membri mutilatione, an gaudeat Immunitate. tractat. 1. reſolut. 74. §.3.p.46
* Vide verb. *Effluere, Proditorie, Sanguis, Satellites.*

Vxor.

Si vxorem Clericus ducat poſt delictum, an puniri debeat à iudice Eccleſiaſtico, & non laico. tractat. 2. reſol.108.§.2.p.152
Vxor Clerici Græci, vel Latini in Minoribus conſtituti an gaudeat priuilegio fori in caſu, quo eius vir gaudet.tr.2.reſ.154.§.1.p.170
Et an non ſolum viuente viro, ſed etiam mortuo durante viduitate,ita vt vxor Clerici, quæ commiſit homicidium viuo marito, vel durante viduitate, debeat conueniri coram Epiſcopo, non autem coram iudice ſæculari.ibidem §.2
Vxores Equitum D. Iacobi, Alcantaræ, Calatrauæ, &c. an gaudeant priuilegio fori, & exemptione gabellarum, non ſolum viuentibus viris, ſed etiam mortuis, durante viduitate. tractat.2.reſolut.156. §.4. p.171
Et ſi gabellas defraudent, non eſt illis deneganda abſolutio.ibid.§.5
Idem eſt de exemptione gabellarum Clerici coniugati. ibidem.
Vxores gaudent priuilegio conceſſo marito. tractat. 8. reſol.3.§.3.p.443
* Vide verb. *Offendentes, Maritus, Promittere, Superior ſecularis.*

FINIS.

DINATI
Distribut.
To. IX. et X.
E. III
14.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

COPIRUTE

DINATI
Distributa
To. X. et X.
E. III
14.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


564
Th
545a


Comun
LINATI
Tribuna
To. IX. et X.
C. III
1.